AMBROSII

CALEPINI DICTIONARIUM

VNDECIM LINGVARVM,

IAM SEPTIMO

ACCVRATA EMENDATIONE, ATQVE INFINITORVM LOCORVM AVGMENTATIONE, COLLECTIS EX BONORVM AVTORUM monumentis, certis & expresis syllabarum quantitatis notis, omniumque vocum significationibus, flosculis, loquendi formis, proverbialibus sententiis, cæterisque ad Latini sermonis proprietatem, elegantiam, & copiam pertinentibus rebus, quantâ maximâ fide ac diligentiâ fieri potuit, ita exornatum, vt hactenus studiosorum usibus accommodatius non prodierit.

Respondent autem LATINIS *vocabulis*,

HEBRAICA,	BELGICA,
GRAECA,	HISPANICA,
GALLICA,	POLONICA,
ITALICA,	VNGARICA,
GERMANICA	ANGLICA.

ONOMASTICVM VERO:

hoc est,

PROPRIORVM NOMINVM, REGIONVM, GENTIVM, VRBIVM, MONtium, Promontoriorum, Marium, Stagnorum, Fluminum, Hominum, & similium catalogum, maxima etiam accessione locupletatum, & præcipuarum rerum Germanicâ explanatione illustratum, seorsim adjunximus.



CVM GRATIA ET PRIVILEGIO IMPERATORIO.

BASILEAE,

APVD HENRICPETRINOS.

TYPOGRAPHVS
STVDIOSO LECTORI
S. D.

COGITANTI mihi de optata tandem, in quam hæc nostra ætas devenit, felicitate temporis (candide & studiose Lector) non abs re videtur & Calepinum ipsum, si reviviscens præstò foret, solo isthoc Opere declarare posse. Etsi enim is præsens DICTIONARIVM pulcherrimo sanè & utilissimo instituto, necnon felici primordio, eo tempore quo boni Autores nondum suæ integritati atque nitori restituti erant, literarum studiis intereà aliquo modo reflorescentibus, ex variis scriptoribus, multis hauddubiè vigiliis, congesserat: non erat tamen tantâ verborum copia illustri earum explanatione, iisq; rebus, quæ ad Latini sermonis puritatem, copiam, elegantiam & naturam faciunt, adeò instructum; quibus hodie præclara doctissimorum virorum opera cumulatum prodit. Idipsum in Præfatione disertè fassus, dum, inquit, multa, imò innumerabilia in hoc Opere deesse, clarè significare voluit, hujus Operis materiam adeò latè diffusam esse, ut subinde maiorem accessionem patiatur: quòd & in cæteris rebus, quas humana producunt ingenia, usuvenire solet, ut qualicunque arte vel industria elaborata sint, excultiùs ferè semper reddi possint. Id hactenus multi per Italiam, Galliam & Germaniam politissimi viri, quibus literarum dignitas & iuventutis profectus cordi fuit animadvertentes, huic Operi adornando tantum laboris impenderunt, ut opus novum vel ipsi Autori videri possit. In eo namque vocum series numerosior & earundem explicatio illustrior existit, unà cum loquendi formulis, proverbialibus sententiis, translationibus, aliisq; rebus ad Latinum sermonem pertinentibus: sitq; ditissimi gazophylacii instar, nullis seris, claustrisq; munitum: sed omnibus, quotquot id adire dignantur, obvium, reclusum atque patens, ut quamprimùm in huius linguæ subtilitate aliquid desideres, nulla te penuria laborare sinat. Etenim quàm necessaria res sit, verborum vim, proprietates, significationes & congressum tenere, nemo qui bonas artes vel primoribus tantùm, quod dici solet, labris attigit, ignorare potest. Necesse enim est eos qui sine hac cognitione, in similium disciplinarum campis ὥσπερ χιὼν ἐν βαλανείῳ, versari, & priusquam alis sint instructi aquilæ volatum imitari voluerint, suam tandem nuditatem & inopiam sentire, & quia verba rebus arctissimè nexa sunt, sæpè quòd maximè necessarium erat, non intelligere, denique in ipso sermonis usu hærere, aut seipsos risui exponere. Ecce igitur quàm chara sint nobis studia tua, ut Thesaurum hunc toties iam cusum

atque recusum, nunc quoque castigatius, locupletius, & tuis studiis cuiuscunque sis loquelæ, accommodatius, quàm antehac fieri potuerit, Officina nostra extrudat. Nam præter illas superioris editionis linguas, quæ non tantùm correctiores, verum etiam copiosiores, cum innumeris vocabulis, tam Propriis quàm Appellativis, variisq; significationibus & constructionibus, ex probatissimis Autoribus excerptis, hac demùm vice curâ nostrâ, adiecta veniunt. Quod si iterum verò aliquot voces barbaras: hoc est, quibus Cicero, & similes autores usi non sunt, eliminare noluerimus, id cæteri non ideò nos fecisse cogitent, ut earum usum commendemus, & cæteris æquiparemus, quin potius ut ii, quibus mediæ ætatis scriptores quoque evolvendi sunt, hinc aliquod subsidium sibi parare queant. Cùm igitur Volumen istud tuis studiis, amotis difficultatibus, cæterisq; obstaculis, facilem viam daturum sit, & ad parandam eruditionem magnopere profuturum est, quòd Deo inprimis, qui nos in tanta luce versari dignatus est: deinde utrisque & qui primam & postremam ei manum addiderunt, gratias agas, nostrosq; conatus candido pectore excipias. Vale.

AMBRO-

AMBROS. CALEPINVS EREMITANVS SENATVI POPVLOQVE BERGOMENSI, S. P. D.

PLures anni ſunt, magnifici, conſummatiſſimique viri, ex quo à prophanis, tùm veteribus, tùm recentibus: vel à Catholicis, & his ſanè doctiſſimis, ſanctiſſimisque viris complurimas dictionum interpretationes, quæ mihi ad pernoſcendas autorum ſententias idoneæ viderentur, excerpere; atque in unum cœpi cogere. Quod planè opus ſic à me ſuſceptum eſſe velim exiſtimetis, ut aliis, & mihi inprimis, uſui quandoque futurum conſiderem: Non enim tàm inſtruendorum aliorum, quàm mei exercendi ingenii gratia, id efficere aggreſſus ſum. Nam cùm à teneris (*ut ajunt*) unguiculis inter ſacratorum numerum, faventibus ſuperis, relatus fuiſſem: Et neq; declamationibus, refragante natura, me dedendum putarem; neque percipiendæ philoſophiæ ulla mihi a partibus facultas daretur: quippe qui in id temporis incidiſſem, quo de ſalvandis animis tantummodo cogitandum foret, cùm ne tempus omnino fruſtra terendum ducerem: haud iniqua res viſa eſt, ea me amplecti ſtudia, quæ certam præ ſe ferrent humanitatem. Neque verò eò vel temeritatis vel dementiæ redactus ſum, ut bonarum artium ſtudioſis ſatis me facere poſſe exiſtimem, quando nemo, licet ſapientiſſimus, id unquam præſtare potuerit, certoq; ſciam, me nec tanto ingenio, tantave literatura præcellere, ut quæ à Nonio Marcello, Feſto Pompeio, Pædiano, Servio, Donato, Varrone, cæterisq; Latinæ linguæ luminibus elucubrata fuerint, eo ipſe magis religioni dedicatus, quàm cuipiam diſciplinæ, clariùs aut enucleatiùs ſcribere poſſe conſiderem. Verùm quia in præſtantiſſimis illis literarum antiſtitibus plurima deſiderabantur, ego ut communi ſtudioſorum utilitati conſulerem, ac meis pro viribus ſuſcepti muneris officio cumulatiſſimè ſatisfacerem, ea carptim ex omnium penè diſciplinarum monumentis exprimere conatus ſum: multa contra Laurentium Vallam, contrà Priſcianum; aliosque autores, præſtantiorem autoritate nixus. Plus enim apud me Ambroſii Hieronymi, vel Auguſtini gravitas & doctrina valet, & Græcorum, quàm Laurentii Vallæ ſtudioſa reprehenſio. Id autem benè, malève fuerim aſſecutus, judicent alii. Hoc unum affirmare auſim, noſtrum hoc Opus & Vocabulorum multitudine, & præpoſitionum interpretamento, & autorum citatione, ordineque Dictionaria cuncta ſuperare: Quod cùm in volumen amplum excreviſſet, ac illud multorum rogatum emittere ſtatuiſſem, patriam elegi, cui id dedicarem: Nam cui potiſſimùm conſecrari opus de re literaria debuit, niſi patriæ? & illi quidem patriæ, in qua magno & excellenti ingenio viri ſunt, qui de gravitate, de juriſprudentia, deq; omni ſcientiarum genere præclarè meriti eſſent, quos ego tanquam obices oblatrantibus conſtitui opponere. Ferè enim plerique omnes, qui in literis præſertim aliquid edidêre, id Principi vel Senatui cuipiam inſcripsêre, quærentes ut ab eorum potentatu ac magnitudine, laboribus ſuis apud omnes autoritatem, & ab invidis tutelam, munimenque pararent. Prudenter id quidem, quando ita veteri conſuetudine fieri videmus, ut omni in re, quæ principes probant, ea cæteri laudent, cupiant, tueantur: Scio namque futuros eſſe, qui labori noſtro detrahant. Ita enim fit, ut quæcunque mortales agant, ſive privatim, ſive publicè, calumniæ ſubjacere certum ſit: nec divinis operibus maledica lingua parcit, tantùm ſibi humanus arrogat intellectus. Ego non niſi volentibus hæc legenda trado. Multa ſanè, fateor, à me tradita ſunt, quæ alii probent, ab aliis vitio dentur: quod plerisque etiam doctiſſimis uſu veniſſe compertum eſt:

Velle ſuum cuique eſt, (inquit Poëta) *nec voto vivitur uno.*

Domus quæ apud forum extructa eſt, quòd editior ſit, vel depreſſior quàm æquum videatur, ſæpè contenditur. Difficile reor, omnibus placere. Sed ego non ſolùm cuipiam me non præpono, ſed ne æquiparo quidem, eligens cum Propheta abjectus eſſe in

domo Dei. Quare si meum Opus à vobis acceptum fuerit, illudque probasse videamini abesse non poterit quin à tàm gravibus, tàm doctis, tàm eloquentibus viris laudatum, laudandum quoque reliqui existiment. Multa verò imò penè innumerabilia desunt in hoc Opere. Quis enim universa multis etiam queat comprehendere voluminibus? Verùm ne longiùs epistolam evagari patiar, finem dicendi faciam, si modò hoc unum vos monitos effecero, quod ad rem plurimùm conducere videtur: quippe quod unamquanque dictionem inventu facilem reddit. Nam omnes orationis partes aut simplices sunt, aut compositæ. Quæ simplices sunt, suo quæque loco pro duarum, triùmve literarum præcedentium ordine collocantur. Compositarum alias simplicibus, alias per se, secundùm variam, multiplicemque earum significantiam, coaptavi, ab A litera initium sumens.

VITA

VITA AMBROSII CALEPINI,

EX ADDITIONIBVS IN EVM LIBRVM, QVEM JO. TRITEMIVS DE ECCLESIASTICIS SCRIPTORIBVS EDIDIT.

*AMBROSIVS CALEPINVS Bergomensis, ordinis divi Augustini, quo tempore Ludovicus Sfortia Mediolanensibus dux præerat, floruit: divinarum & humanarum literarum indagator studiosissimus. Vnde Opus pergrande sua industria, magno labore, ex innumeris propè autoribus collectum, de vocabulorum notitia, ac præpositionum interpretatione Græca & Latina, cum autorum attestatione, nobis commune fecit. In quo non solùm, quæ ad literarum & Poetarum, & Oratorum cognitionem plurimùm conferunt: sed etiam, quæ ad Medicos, Philosophos, nec non doctores Ecclesiasticos pertinent vocabula, doctè satis, eleganterq; explicuit: explicita in veriorem lucem, quam in quibusdam aliis codicibus consimilibus legenda reliquit. Quæ profectò doctis pariter & indoctis, non mediocre attulerunt subsidium. Hinc enim factum est, ut quæ apud barbaros jam barbara evaserunt, Latina fiant: quæ verò apud doctos in dubium revocabantur, nunc pateant, discussa dubitatis nebula. De CALEPIO oppido, à quo nomen huic Scriptori, quære in propriis nominibus. Videtur & alia quædam scripsisse. Nam ubi Venetiarum mentionem facit: de huius (*inquit*) civitatis laude, quoniam apud Iacobi Philippi Chronica à nobis latè congestum est, duximus omittendum.*

AMBRO-

AMBROSII CALEPINI

DICTIONARIVM,

POSTREMA HAC EDITIONE PVRISSIME CASTIGATVM, ET

Adagijs selectioribus, Hebraicis, Græcis, Gallicis, Italicis, Germanicis, Belgicis, Hispanicis, Polonicis, Vngaricis, atq; Anglicis vocum additionibus: præterea plurimis novis Dictionibus, varijsq; significationibus & constructionibus ex probatissimis authoribus excerptis, locupletatum.

A

A NOMEN est literæ primæ Hebræis, Græcis & Latinis: quibus id simpliciter sonat quod scribitur; nihilq; habet, quod in ipsâ prolatione detrahitur, ut Hebræi de Aleph, & Græci de suo Alpha possunt. In ordine tàm apud nos, quàm apud illos cæterarum est tùm vocalium, tùm consonentium princeps. Latinis autem vocalis præpositiva, sicuti Græcis: nam in constitutione diphthongorũ præponitur, ut apud illos in αι, αυ, apud nos in æ, au, facilè videri potest. Quâ verò figurâ fuerit primis illis temporibus, quibus literæ datæ sunt Latinis, sive ab alio quopiam, aut Deo aut homine, mihi non liquet, monumenta illa periisse puto. Minus ausim affirmare, A, nostrum grandiusculum, formam suam accepisse à labiorũ nostrorum motu, & oris diductione, quum proferimus, ut multi volunt: longè aliâ figurâ pingeretur: non enim esset, ut videmus, triquetrâ formâ, superiori duntaxat parte conclusum transversâ lineâ paulò supra medium positâ. Sed hæc nimia diligentia est: sequamur patrum vestigia, & usus. At quoniam omnis compositionis vis, partim in elementis consistit, quæ & literas appellamus, partim in syllabis, partim in dictionibus, partim in membris: elementaq; sunt, à quibus prima vox constituitur, & in quæ demum resolvitur: Idcirco in omnibus literis maximè pronunciationis modus considerari debet. Delectus enim non tantùm est in cõpositione dictionum ad orationem, sed in locatione quoque syllabarum ad dictionem, literarumq; ad syllabam. Quâ de re hoc loco nihil scriptũ ab aliis animadverto: liceat ergo mihi paucis immorari. In gratiam tyrunculorum hæc scribo, prætereant doctiores pauculas lineas. Literarum potestas ipsa pronunciatio est, propter quam factæ sunt figuræ, & indita literarum nomina. Hanc pronunciationem vetustiores Grammatici, & cæteri *Elementum* appellavêre, hac ratione. Siquidem ab his, dum coëunt, perficiuntur corpora, etiamnum quando hæc cohærent, literalis vox quasi corpus aliquod componitur, vel magis verè corpus. Nam si aër corpus est, & vox quæ ex aëre icto constat, corpus esse ostenditur: quippe quæ quum tangit auram, & tripartitò dividitur, quod est proprium corporis: hoc est, in altitudinem, latitudinem, longitudinẽ: syllabæ in tenore, altitudinem habent: in spiritu, latitudinem & crassitudinem: longitudinem in tempore. Hæc Cæsariensis Grammaticus. Ego etiam aliâ ratione putârim pronunciationem dictam esse Elementum. Nam elementorum natura est, mutuâ & perpetuâ conversione uti inter sese: partes enim alterius crassiores per descensum ad ima proximioribus accedẽtes non desistunt, donec ab altiori convexi loco ad inferiorẽ centri partem devenerint, rursus atolluntur à centro ad convexum partes subtiliores. Hanc eandem naturam servant elementa, de quibus nunc egimus: transfundunt enim partes suas altera in alteram literam literę, juxta earum positionem, sonus iis obscurior est in fine, auditur magis in principio, quàm in medio, nisi sequentium qualitatibus vires suas aut imminuant, aut imbecillitate adjuvent.

A, à Cicerone Salutaris litera dicitur, quòd nota esset absolutionis: ut C condemnationis, & N Lampliationis.

Hæc litera in compositione sæpe mutatur in i: ut Facetus, Inficetus.

Hæc à tergo aspirationem accipiens, fit interjectio: de quâ vide infrà suo loco.

A` autem præpositio sine aspiratione & cum gravi accentu scribitur. Deducitur enim ab ἀπὸ Græcâ præpositione, remotâ ultimâ syllabâ πὸ: à quâ præpositione Ab quoq; deduci videtur, abjectâ ultimâ literâ o, & mutato π tenui in suâ mediam b. Eadem ratio est de Abs: quarum trium eadem est significatio: in hoc autem uno differunt; quòd A nunquam conjungitur cum dictionibus incipientibus à vocali: Ab verò cum omnibus iis, & præterea cum l & r duabus liquidis, & i consonantis locum tenẽte: ut, Ab lege, Ab rege, Ab Iove (licet apud Livium cum aliis quoque consonantibus conjunctum legatur) & Abs cum t, & q: ut Abs Tullio, Abs quolibet. Quæcunque igitur de A, eadem & de Ab & Abs, quantum ad significationem attinet, dici & posse & debere est putandum.

A¯, denos habet sonos vel plures, sicuti aliæ vocales: quandò brevis, sive aspiretur, sive non, & gravatur, & acuitur, ut hàbeo, hábemus, abeo, ábimus. Quum producitur, tam cum aspiratione, quàm sine, gravatur, acuitur, circumflectitur, hâmi, hámorum, hâmus: âræ árarum, âra, hactenus Cæsariensis.

Hæc litera clara ex arteriâ prodit, os renidẽs hilaritate quadam liberiùs aperit, spiritusq; profundior suâpte naturâ palati connexum ferit: ejus sonus magis auditur in principio, quàm in medio, remissior in fine dictionis: ut tamen in principio clarior, si subsequitur minùs vehementis spiritus consonans: at si hujusmodi literæ geminentur, majus incrementum suscipit: si diversæ obstrepentes succedant, non parum asperitatis habet: deniq; juxta qualitates consonantium aut simpliciter positarum, aut geminatarum, aut diversarũ, coëuntium inter se, modò suaviùs sonat, modò asperiùs strepit: Cæterasq; soni præstantiâ longè anteit vox illa, in qua plurimum viget A, quod maximè tum in oratione deprehenditur, tum in carmine. Sic duobus potissimùm locis apparet, in versu pentimemeri scilicet, & heptimemeri, ubi fit arsis, & thesis, magis canora fiunt carmina. Grandiori figuræ nullum accommodatius elementum. Hujus concursus & positus crebrior non tàm exprimit magnitudinis & gravitatis formam: ut, -at nunc horrentia Martis Arma, virumq; cano, *&c.* quàm animi affectum declarat: ut, Phyllida amo ante alias, nam me discedere flevit. At regina gravi jamdudum saucia curâ: duo maximi apud Maronem affectus. Verùm quia vocales breves gravitati parùm idoneę, longiores verò multò præstantiores: ut ait summus & optimus dicẽdi magister, quũ in dubium revocet quis pes magis aptus sit, & conveniẽs in fine clausulæ, Trochæus an Iambus. Iambum concludit, qui constet ultimâ longâ, Trochæus verò brevi. Non indignum fore existimavi hîc subjicere, & singulis elementis (quod non parum conferet ad numeros orationis, si ritè res perpendatur) correptionis & productionis regulas in solo dictionis fine: nam in principio, & in medio optimorum autorum petâtur exempla: dent veniam viri docti, non enim ipsis hæc scribuntur, sed novitiis. ¶ A, in fine cujuscunque dictionis producitur. Corripiuntur, *ita, quia, puta*: itẽ nominativi & vocativi, nisi vocativus à nominativo in as: numeralia verò in *ginta* communem habent ultimam. ¶ In notis antiquorum, A, Augustus, vel Aulus, vel Assoles, vel aut, vel aliquando, vel ager, vel agrum, vel ajunt, vel annus, vel ebsolvo, vel absolutio. A A. Augusti, vel, Augusta. A A. Augustalis. A. A. apud agrum, vel aurum, argentum. A A. C. ante auditam causam. A A A. Augusti. A A A. FF. ære, argẽto, auro, flato feriundo, vel flandu feriundo. A. A. A. F. F. QV. TY. auri, argẽti, æris flator. fabricæ quirinalis Tyberini. A. A. S. L. M. apud agrum sibi locum monumenti. Vide Goltzii Thesau. c. 24.

A¯, præpositio producitur, & gravatur in contextu. Priscian. lib. 2. de dictione.

A¯, motum à loco significat, ut, Redeo à villâ, ab agro: Venio ab urbe, ab Italiâ. Virgil. 2. Aeneid. Et jam Argiva phalanx instructis navibus ibat A` Tenedo. Neq; solùm motũ à loco significat: sed etiã tempus, & tum maximè declaratur per Quũ: ut, A` puero te novi: id est, quum puer adhuc esses te noscere cœpi. Sic, Ab infantiâ te dilexi, quum dico, significo statim quum inciperet infantia, cœptam esse meam dilectionem.

A¯ & Ab proximitatẽ loci significat. Cic. li. 1. Acad. Nunciatũ est nobis à M. Varrone, venisse eũ à Româ pridie vesperi. Hoc est, non ex ipsâ urbe Româ, sed (ut vulgus loquitur) de propè

Romam

Romá. Nam A' vel Ab, sic differt ab E' vel Ex. A' theatro venit, qui à loco, qui est juxta theatrũ, venit. E' theatro venit, qui in ipso theatro fuit. His cõtraria sunt A D & I N: ut, Eo ad templum, & Eo in templum. Author Servius in arte. Hæc tamen differentia interdum confunditur ab authoribus.

A' vel ab, junctum cũ verbis passivis, causam efficientẽ, sive personam agentem significat: ut, Victus est à Scipione: id est, Vicit eum Scipio. Quintil. lib. 9. cap. 2: An ab eo fustibus vapulasset. Verti potest hic ablativus in dativum, Græco more. Cic. Neq; senatui, neq; populo, neq; cuiquã bono probatur. Et, Audita vobis esse arbitror. Virg. Aen. 1: -neq; cernitur ulli. Ibidem: Nulla tuarũ audita mihi neq; visa sororum. ¶ Interdum ponitur pro Post, μετὰ cum accusativo, & ἀπό. Cicer. de Senect. Cujus à morte hic tertius & tricesimus est annus: hoc est, post cujus mortẽ. Sic dicimus, A' partu, A' funere, A' commeatu: quod est Post partũ, post funus, post cõmeatum. Sueton. in Cæsare: Plebs statim à funere, ad domum Bruti & Cassii cũ facibus tetendit, hoc est, post celebratas exequias. Idem in Tiberio: A' commeatu castra repetentes. Et A' tergo: id est, post tergum, retrò, ponè, ὄπισθεν, κατόπιν. Liv. 3. ab Urbe: Neq; hostium à tergo incursum vidit. Sic A' somno: id est, post somnum. Dicimus etiam non ineleganter, A' rege secundus: quod est, Post regẽ primus. Idem 1. ab Urb. Si dignũ qui secundus à Romulo numeretur, crearitis. ¶ Quandoq; significat De, vel Ex. Terent. in Adelph. A' villã mercenarium vidi. Sueton. in Vesp. Alterum ad Iuniam Calvinam à gente Augusti pertinere dicebat: pro, de gente. Martialis: Ipsam protinus à viã salutes. Et Cic. A' Pausaniæ Lentuli liberto audivi: quod alibi per De vel ex, enuntiavit: ut, De Philadelpho audies: id est, Philadelphus tibi dicet. ¶ Quandoque habet vim defensionis, & significat Pro, ὑπὲρ, cum genitivo: ut, Ab aliquo facere: ab aliquo stare: ab aliquo esse: ab aliquo dicere: nullam aliam habent vim & sententiam, quàm si diceres, adjuvare & defendere aliquem, vel causam alicujus & defensionem suscipere. Cic. in Bruto: Nec verò M. Cælium prætereundum arbitror, quæcunque ejus in exitu vel fortuna, vel mens fuit: qui quàm diu autoritati meæ paruit, talis Tribunus plebis fuit, ut nemo contra civium perditorum popularem turbulentemque dementiam à Senatu, & à bonorum causã steterit constantiùs. Idem de Invent. Commune est quod nihilo magis ab adversariis quàm à nobis facit. Idem de Orat. Sed vide ne hoc totum Scævola sit à me. Ubi quod A' Senatu ait, & A' causã bonorum: perinde est ac si dixisset, Pro partibus Senatus, & bonorum: hoc est, Senatui studuerit & faverit, eumque tutatus fuerit. Idem pro Cluentio: Non modò dicendi à reo, sed ne surgendi quidem potestas fuit: id est, Pro reo: hoc est, In gratiam & favorẽ rei. Sic dicimus A' quæstionibus, A' testibus, A' voluntate, quæ loquutio creberrima est apud idoneos autores: quasi defensor quæstionum, testium, & voluntatis alterius. ¶ Ab aliquo solvere, persolvere, dare, numerare, repræsentare, vel suppeditare quis dicitur, si, quod ipse alicui debet, id curet, ut alius pro se ac nomine suo solvat, det, numeret, repræsentet aut suppeditet. Cic. ad Attic. Frater elaborat ut tibi, quod debet, ab Egnatio solvat. Pro Cæcinna: Hac emptione factã, pecunia solvitur à Cesennã. Idem pro Planc. Sinite me, quod vobis fretus, huic sæpe promisi, id à vobis ei persolvere. Idem pro Flacc. Ab A. Sextilio dicit se dedisse & suis fratribus. Ibid. Si Prætor dedit, à Quæstore numeravit. Idem ad Attic. Reliquæ pecuniæ usuram Silio pendemus, dum à Faberio repræsentabimus. Idem con. Rull. Sumptum haurit ex ærario, suppeditat à sociis. ¶ Hinc natæ sunt illæ Iurisconsultorum formulæ: Ab aliquo possidere, Ab aliquo uti: id est, possessionem & usum ab aliquo nactum esse. l. 1. D. uti poss. & l. 1. D. de itiner. actuq; priv. ¶ Officiorum præterea & dignitatum nominibus præposita, eos significat, qui iis aut officiis, aut dignitatibus funguntur: qua quidem in re latissimus hujus præpositionis est usus. Nam A' studiis dicitur esse, qui pro eruditione & doctrinã suã, præest studiis alicujus, puta principis. Ab epistolis ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν, qui præest epistolis, sive ut eas accipiet, sive ut ad illas respõdeat. ¶ A' rationibus, qui nunc vulgò *Clericus*, sive *Magister computorum* dicitur. Sueton. in Claudio: Super hos Polybiũ à studiis, Narcissum ab epistolis, & Pallantem à rationibus, quos decreto quoq; Senatus nõ præmiis modò ingentibus, & Quæstoriis, Prætoriisq; ornamentis ornari libenter passus est. ¶ A' libellis, Qui libellis supplicibus præest, ὁ χαμματεὺς περὶ τῶν ἱκετηρίων. ¶ Sic A' batis, Qui præest mensuris, quique annonam mensuris dividit. Nam batus, mensuræ genus est. ¶ A' caliculis, Qui præest caliculis, quæ sunt vasa potoria, ὁ περὶ τὰς κύλικας. ¶ A' commentariis. Qui præest commentariis: hoc est, qui in commentarium custodias refert, & veluti diarium custodiarum conficit. Hinc Asconius Pædianus Cõmentariensem vocat. Hieron. lib. 2. Reg. Iosaphat erat à commentariis. ¶ A' manibus, sive à manu, dicuntur scribæ, quorũ manu ad literas scribendas principes uti solent. οἱ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν χειρόγραφοι. Sueton. in Cæsare: Philomenem à manu servũ, qui necem suam per venenum inimicis promiserat, non graviùs quàm simplici morte puniit. Hi alio nomine, Ad manum, dicuntur. Cic. lib. 3. de Orat. Licinium servũ sibi Gracchus habuit ad manũ. Similiter Amanuenses eos Suetonius alibi vocat. ¶ A' memoriã, Cujus officium est suggerere principi res obeundas, & quæ sunt agenda, in memoriam illius revocare ex præscripto. ὁ ἐπὶ τῆς μνήμης τοῦ βασιλέως. ¶ A' pedibus dicuntur servi quorũ pedibus utimur. Cic. ad Attic. Nec ullam ob aliam causam Pollucẽ servum à pedibus Romam misi. Martial. lib. 5: Omnia quum retrò pueris obsonia tradas, Cur non mensa tibi ponitur à pedibus? Item lib. 7, eosdem vocat Ad pedes: Misto (*inquit*) lagenam replet ad pedes vino. Invenimus etiam pro eodem Pedes, sine præpositione. Idem lib. 3: At ipse retroflexus ad pedum turbam. Et sciendum, A' pedibus, per omneis casus eãdem terminatione dici. Rectè enim interrogaveris, Quid agunt à pedibus? Intelligitur enim ibi, Servi à pedibus, Misi à pedibus, Dedi à pedibus meis. Hi etiam Circũpedes vocantur. Unde ait Agretius: Circũpedes, sunt obsequia servorum: Antepedes, amicorum. Cicer. Circumpedes autem homines formosos & literatos, suos esse dicebat. ¶ A' pugione dicitur, qui principis pugionem gestat, eique semper præstò est. Lamprid. in comm. Inter quos libertinus, qui à pugione appellatus est. ¶ A' punctis, Qui præest reditui aquariorũ, apud Frontinũ li. 2. de Aquæduct. ¶ A' secreto, sive à secretis, Secretarius dicitur, qui ab ore principis (ut docet Budæus in prioribus in Pandectas Annot.) imperia recipit diplomatũ subscribendorũ, edictorumq;, quæ in consilio selecto decerni solẽt, ὁ ἐπὶ τῶν ἀπορρήτων. ¶ A' voluptatibus, Qui studium habet cõminiscendi voluptates ad principem oblectandum. Unde enim Xerxes edixit se præmium daturum ei, qui novum voluptatis genus reperisset. Sueton. in Tiberio: Deniq; officium instituit à voluptatibus, præposito equite Romano, T. Cæsonio Prisco. ¶ Aliquando etiam hæ præpositiones pro Contra ponuntur. Virg. in Melibœo: Dum teneras defendo à frigore myrtos: hoc est, contra frigus. Cicer. pro Fonteio: A' quo periculo defendite, judices, civem fortẽ. ¶ Quandoq; ponuntur pro Per. Plaut. in Rud. Ab se cantet cuja sit: id est, per se, suã sponte. Idẽ in Bacchid. Nunc ab transennã hic turdus lumbricum petit: id est, per transennã. ¶ Quandoq; pro Præter, sive Contra: unde Ab re, significat Præter, sive contra utilitatẽ, aut sine utilitate, ἀσύμφορον: cui contrarium est E' re: id est, ad utilitatẽ. συμφέρον, ut, E' re publicã: id est, cõmodo Reipub. Plaut. in Capt. Quidvis, dum ab re ne quid ores, faciam: id est, ne quid ores alienũ ab honestis moribus, quod bonis moribus non conveniat. Idẽ in Trinum. Ab re consulit: id est, frustrà. Sæpiùs autẽ usurpatur cum particulã negativã. Plaut. in Asinar. Haud ab re aucupis. Livius: Haud ab re duxi. ¶ A' vel Ab, pro ὅσον, sive pro eo quod dicimus, Quod pertinet ad. Cic. ad Attic. Sumus enim flagitiosè imparati cùm à militibus, tùm à pecuniã. Idem de Orat. Hæc quum Crassus dixisset, parumper & ipse conticuit, & à cæteris silentium fuit: pro, Quod ad milites, ad pecuniam, ad cæteros pertinet. Plaut. in Epidico: A' morbo valui, ab animo æger fui: id est, quod ad morbum, quod ad animum pertinet. Idem in Curc. Tam à me pudica est, quasi soror mea sit. Pudica (*inquit*) est, quod ad me attinet. Huc pertinent & hæc, Ab animo perit, Ab re perit, Ab animo otiosus, Ab ingenio improbus. Doleo ab animo, Doleo ab oculis, & similia apud Plautũ ac Terent. ¶ Accipiuntur etiam A, vel Ab, pro eo, quod vulgò dicimus, De parte. Plin. lib. 33: Quod à Sole fuit, in iis melius, quàm quod à terrã: pro, Versus Solem, & Versus terram. Idem lib. 2. cap. 47: Sunt ergo bini in quatuor cœli partibus: ab Oriente æquinoctiali Subsolanus, ab Oriente brumali Vulturnus. Dicitur tamen & A' parte, pro eodem. Plin. lib. 13. cap. 15: Laudatissimo à parte Aquilonis, aut cum spongiis. ¶ A vel Ab præterea cùm ablativo personæ eleganter domicilium significat: ut, A' judice venio: hoc est, à domo judicis. Terent. in Andr. Unde est? dic clarè. MY. à vobis: id est, à domo vestrã. Ibidem: Sed Mysis ab eã egreditur. Sic A' me, A' milite, A' Glycerio: apud eundem. ¶ Ab eo, pro Ejus. Terent. in Eunucho. Adibo, atque ab eo gratiam hanc quam video velle, inibo. Ubi Donatus: Hæc est eloquutio, Gratiam ab eo inibo, pro, Ejus gratiam merebor. Nam Ab eo, amat Terentius pro, Ejus, ponere: ut in Andriã: Hæc primùm animadvertenda ab eo injuria est: id est, ejus injuria. ¶ Sunt & aliæ harum præpositionum significationes, cujusmodi sunt quæ sequuntur. Cæsar: Opportuno, atq; occulto loco à millibus passuum circiter duobus, Romanorum adventum exspectabant, pro intervallo duûm millium passuum. Idem: Positis castris à millibus passuum quindecim, auxilia Germanorum exspectare constituit. Livius verò aliter loquitur lib. 1: Castra à Fidenis mille passuum locat: pro distantia à Fidenis mille passuum. Idem: Castra ab urbe haud plus quinque millia passuum locant: & sic alibi sæpe. ¶ Ab aliquo legare. Cic. pro Cluent. Itaq; ei testamento legat grandem pecuniam à filio: à secundo hærede nihil legat. subintellige tradendam: id est, A. Cluentius ita legat Oppianico grandem pecuniam, ut is eam nonnisi à filio, siquis natus esset, accipere posset: ut scilicet ipsi Oppianico curæ esset salus filii, quum in eã tantum suum emolumentum positum intelligeret. Nam legata nõ valebant, si is à quo nominatim testamento relicta erant, hæres esse non potuisset. ¶ A' lenone manu asserere, apud Plaut. in Pers. Sermo est in cõpendium redactus, pro eo quod est, à lenonis possessione vel dominio. ¶ A' calce ad carceres: id est, à fine ad principium. Cic. de Senect. Nec verò velim quasi decurso spatio à calce ad carceres revocari. Hoc est, à senio ad pueritiam. ¶ A' curã præstantior. Sueton. in Tiberio: Sed effectione & morositate nimiã obscurabat stylum, ut aliquãto ex tẽpore, quàm à curã præstan-

præstantior haberetur. ¶ A matre pulli: id est, recentes à nido accepti. Colum. l. lib. 8. cap. 5. Budæus. ¶ A memoriâ exit: id est, oblivioni traditur. Seneca li. 3. de Benefic. Quantum opus sit, quàm laudabile, quamq; nunquam à memoriâ hominum exiturum. ¶ A & Ab, eleganter utimur cū his dictionibus Vsque & propè. Cic. de Div. Vetus opinio est jam usq; ab heroicis ducta temporibus. Virg. Aeneid. 7: Dardaniam Siculo prospexit ab usq; Pachyno. Plin. lib. 15. cap. 18: Tam propè à muris habemus hostem. Hæc de significatione & usu harum præpositionum A, & Ab, & Abs, cæteris dictionibus appositarū. In compositione separationem significant, & privationē. Neque tamen cum quibusvis literis conjunguntur. Nam A cum m, & u consonante solùm connectitur: ut, Amoveo, amens, avello. A, quum præpositio est, apud Iureconsultos immediati temporis vim habet. Pompon. lib. 12. de Orig. jur. dixit, à cæde. Paulus verò in l. pater. ff. de adulteriis, à divortio: quorum locorum interpretatio est, illicò post cædē, post divortium. Ab, cūa d e f i l n o r, & u: ut, Abactor, Abduco, Aberror, Absore, Abjuro, Ablacto, Abnuo, Abortior. Abrogo. Abundo. ¶ Duo sunt ex Ab præpositione composita, quæ euphoniæ causa b, mutant in u, Aufero videlicet & Aufugio. Significant autem, ut diximus, hæ præpositiones in compositione ferè privationem, ut Absimilis, nō similis. Nonnunquam separationem, ut Abduco, Aufugio. ¶ Interdum idem valet quod Extra: ut, Abduco. Aliquando idem quod Contra: ut, Abusus, Contra usum. ¶ Aliquādo superfluæ sunt, ut apud Livium: Flavius supplementum ab Româ abduxerat. Cic. pro Rosc. Amer. Non est necesse omnes commemorare Curtios, Marios, Mamercos, quos jam ætas à prælio avocabat. ¶ Præterea sciendū non solùm hanc particulā significare motū è loco, sed etiam à tempore: ut cùm dico, Profectus ab Aemiliâ Romam me contuli, significo, me iter ab Aemiliâ cœpisse. Sic verò dicēs, ab infantiâ te dilexi, cùm scilicet inciperet infantia. ¶ Abs verò componitur cū c, q, & t, ut Abscondo, Absq;, Abstineo. Significat quoque retractationē, sicut in Abstraho: & aliquādo privationem, ut in Abstemius, quasi sine temeto. Huc etiā referre potes quæ dicta sunt superiùs in literâ A. ¶ In notis antiquorū A. B. alia bona. A B N. abnepos. A B S. absolutus. A. B. V. à bono viro. A. B. V. C. ab Vrbe condita.

A　　ante　　B.

Ab, præpositio, Vide in superiore dictione.

Ăbăcĭon, diminutivum est à nomine Abax: cujus significationem vide in Abax, ἀβάκιον.

Ăbăcēs, vide Abax.

Ăbactōrēs, ἀπελάται, qui sint, quære in dictione Abigeus in Abigo.

Ăbăcŭs, adjectivum, & Abactus, us, vide Abigo.

Ăbăcŭs, m. s. à genitivo Græco ἄβακος ab ἄβαξ. Mensa est, vel tabula in qua aliquid deponitur: quales sunt mensæ coquorum, in quas receptacula eduliorum exponi solent. [דלב iudch. Gall. *Dressoir ou buffet, banc ou forge.* Ital. *Desco banco ò scetha.* Germ. Ein Banck/Stul. Belg. Aenrecht tafel/tresor/buffet. Hisp. *Aparador de la plata ò vasos.* Polon. *Stol kucharski.* Vngar. *Szakatsasztal, pohár zék.* Ang. *A benche.*] Item mensæ genus ex opere intestino, ad exponēda omnis generis vasa factum. Cicer. in Verr. Ab hoc abaco vasa omnia, ut exposita fuerant, abstulit. Cic. 4. Tuscul. Abacos complures ornavit auro & argento celato. ¶ Est item tabula calculatoria. [ἀβάκιον Ammonio. Gall. *Tablette à escrire, ou table à ietter ou compter.* Ital. *La credenziera, la Tauoletta da scriuere, cartella.* German. Ein Rechentisch oder tafel. Belg. Rechbanck. Hispan. *Tabla para scriuir ò contar.* Polon. *Stol do racowania.* Vng. *Számvető asztal, auagy tábla.*] In qua Logistæ numeros, & Mathematici suas lineas & figuras ducunt. Persius: Nec qui abaci numeros, & secto in pulvere metas Scit risisse vafer. Vtitur eo in hac significatione & Apul. in Mag. Veteres mensam Pythagoricā appellabant. Hinc pro supputandi peritiâ, quæ Platoni λογιστικὴ dicitur, vulgus abuti solet. ¶ Aliquādo planities è marmore, vel structura ad sessum habilis hoc nomine appellatur. ¶ Sunt præterea Abaci columnarū ornamenta, & tabulæ quadratæ, quæ epistyliis supponuntur. de quibus Vitruv. lib. 13. cap. 1. [Ital. *La base della colonna.* Ger. Viereckechte Taflein die man zur zierd oben auff die seul legt. Hispan. *Piedra labrada que se pone al piede de la columna baxo.* Pol. *Obrazy czworograniaste, iakie wgmachoch stawiaa.* Vngar. *Az oszlop ékesítő való faiks es szeges tábla.*]

Ăbăcŭlŭs m. s. diminutivum est à nomine Abax: significatur parva mensa, in qua vel rationes subducuntur, vel vasa reponuntur. ἀβάκιον. ¶ Sunt præterea Abaculi, calculi quibus utebantur veteres in supputatione dispunctioneq; rationum: qui mos etiam hodie apud omnes ferè nationes servatur. [Gall. *Gettons à compter.* Ital. *Segni da far conti, forlini, ragionatti.* German. Zahlpfennig oder Rechenpfennig. Hispan. *Contante para hazer cuenta.* Pol. *Liczmany.* Vng. *Szám vető pénz.* Ang. *Compteris.*] Plin. libro 36. cap. 26: Vitri fragmenta teporata adglutinantur tantùm, rursus tota fundi non queunt, præterquam abrupta sibi, nec tingi, veluti quum calculi fiunt, quos abaculos appellant.

Ăbăgĭo, onis, f. t. teste Varrone lib. 6. de linguâ Latinâ, à veteribus dicebatur pro eo, quod nos unâ literâ immutatâ *Adagionem* dicimus. [παροιμία. Gall. *Prouerbe.* Ital. *Prouerbio.* German. Ein Sprichwort. Belg. Ghemeyn spreeckwort. Hispan. *Refran.* Polon. *Przyslowie.* Item, *Przypowiesc.* Vngar. *Példa beszéd.* Ang. *A prouerbe.*]

Ăbălĭĕno, as, are, act. p. Quod nostrum erat alienum facio, vendo, disjungo, separo. [נכר *nichar* [illegible] ἀλλοτριόω. Gall. *Aliener, estranger.* Ital. *Alienare, disiungere.* Ger. Entfrembdē. Hisp. *Enagenar, ò desapropriar.* Po. *Oddaliçz odiacz.* Vng. *El idegenitem.* Angl. *To sell or alter.*] Cicer. de lege Agr. Hujusmodi rei commissa nemini est, ut agros vectigales populi Romani abalienaret. ¶ Hinc Abalienatio: id est (ut Cicer. in Topic. scribit) ejus rei quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in jure cessio, inter quos ea jure civili fieri possunt. ¶ Ponitur etiam pro Separare, disjungere. Plaut. in Curc. Nisi si mors amicum meum abs te alienaverit. Idem in Milit. Istuc crucior, à viro me tali abalienarier. Cicer. Attic. lib. 14: Sed totum se à te abalienavit Dolabella.

Ăbălĭĕnātŭs, participium, Disjunctus, separatus, vēditus. [נוכר *muzar.* ἀπηλλοτριωμένος. Gall. *Aliené, estrangé.* Ital. *Dipartito, disgiunto.* German. Entfrembdet/abgesündert. Hispan. *Enagenado.* Polon. *Oddalony oddaczony.* Vng. *Idegenné tétetet.* Ang. *Altered, alienated.*] Cicer. Attic. 1: Sed mirandum in mōdum est animo abalienato. Idem in Verr. 6: Abalienati scelere istius à nobis omnes reges amicissimi, nationesq;. ¶ Abalienata membra, dicuntur emortua, & quæ non amplius habent vigoris, & officiorum cum aliis communicationem. Quintil. lib. 8. cap. 3.

Ăbambŭlantēs. Abscedentes, autore Festo, ἀποχωροῦντες.

Ăbămĭtă, f. p. Est soror abavi. [ἀδελφὴ τοῦ προπάππου [illegible]. Gall. *La sœur du pere de nostre bisayeul.* Ital. *Sorella del terzo avo.* Germ. Des Bräzhnis Schwester. Hisp. *Hermana del tercero abuelo.* Vng. *Iob attyám attyanack az attyanak nénnye.*] Instit. lib. 3.

Ăbănec, cingulum sacerdotale (sicut docet Hieron.) polymitâ arte ex cocco, purpurâ, hyacinthoque contextum, ita ut flores atque gemmæ in eo viderentur esse distinctæ.

Ăbannătĭo, unius anni exilium.

Ăbannĭtī, Qui in annuum exilium missi sunt cædis perpetratæ causâ. quod Græcus sermo, ut author Eustath. Homeri interpr. ἀπενιαυτισμὸν, quasi abannationem dicas, conformi Latinis nomine appellet.

Ăbaptĭstum, substantivum, n. s. Chirurgorum est instrumentum, terebellæ usum præbens, quoties cranii os propter fracturam aliquam perterebrandum est: habet enim hoc instrumentum, in summitate suâ labrum, sive obicem prohibentem, ne altiùs immergi possit, aut meningas lædere: unde & nomen habet ἀβάπτιστον. Vide Galen. lib. 6. Method. cap. 6. & Cels. lib. 3. cap. 23.

Ăbaptĭstŭs, adjectivum, Qui mergi nō potest, ἀβάπτιστος. Epitheton est propriè suberi conveniens.

Ăbăphŭs, Non tinctus. ἄβαφος, ab α privativa particula. & βάπτω, tingo. [Gall. *Non teint.* Ital. *Non tinto.* Germ. Das nicht eyngetunckt ist. Hisp. *No tenido.* Pol. *Nie moczony.* Vng. *Meg nem merittetet.* Ang. *Not died.*]

Abarea, vel **Abazea**, Instituta Dionys. Cic. de Nat. Deor.

Ăbartĭă, æ, f. p. Insatiabilitas, nostris *Bobissmus*, Græcis aliàs ἀπληστία.

Abas, [illegible], Sacer morbus Tarentius.

Abarnaina, Bellariorum genus.

Ăbăvuncŭlŭs, m. s. Frater abaviæ. [דוד *dodh.* ὁ θεῖος τῆς τρίτης μάμμης. Gall. *Le frere de la mere grand.* Ital. *Il fratello della terza auola.* Germ. Des Großvatters oder Großmutter Bruder. Belg. Mijns groot moeders broeder. Hispan. *Hermano de la tercera abuela.* Polon. *Mego pradziada.* Vngar. *Iob attyám attyának az annyának bátye.*] Institut. lib. 3.

Ăbăvŭs, m. s. Proavi pater, quòd jam longè absit ab avo. [אב *ab.* ὁ τρίτος πάππος. Gall. *Le pere du bisayeul.* Ital. *Il terzo avo.* Germ. Des Vhränis Vatter. Belg. Den overgrootvaders vader. Hispan. *Tercero abuelo yâm.* Vng. *Az iob atyam attyanak auya.* Ang. *A great grandfather.*] Cicero de Clar. Orat. Iam duorum abavorum quàm est illustre nomen! ¶ Sic Abavia, mater proavi. ἡ τρίτη μάμμη. Gall. *La ayeule de nostre ayeul.* Ital. *La terza auola.* Germ. Vnsers Großvatters Mutter. Hispan. *Tercera abuela.* Vng. *Az iob attyám attyának az annya.*]

Ăbax, abacis, f. t. Idem est quod Abacus: hoc est, mensa vel tabula, in qua aliquid deponitur: quales sunt mensæ coquorum, in qua disci, aliaque id genus exponuntur. [דלב iudch. ἄβαξ. Gall. *Dressoir ou buffet.* Ital. *Desco.* German. Ein Credentztisch/ein Anrichte. Belg. Aenrecht tafel. Hispan. *Aparador de vasos, ò sobre mesa del aparador.* Polon. *Sluzba.* Item, *Tablicza do rachowania albo do pissania.* Vngar. *Szakáts asztal auag tábla.* Ang. *A benche.*] Item tabula calculatoria, in qua Logistæ numeros, & Mathematici literas suas ducunt. [Gall. *Tablette à escrire, ou table à ietter ou conter.* Ital. *Tauoletta da scriuere.* German. Ein rechenbanck oder Rechentisch. Belg. Rechtbanck. Hispan. *Tabla pequeña para scriuir ò contar.* Vng. *Szám vető asztal auagy tábla.*] Item tabula quadrata, quæ epistyliis columnarum supponitur. Sunt præterea, Abaces, vasa quædam viliora, in quibus preciosiora reponuntur. [Gall. *Estuy de pots, escuelles, vases & autres choses precieuses.* Ital. *La veste & conserua di preciose cose comme tazze d'argento, bacili, & simili.* German. Ein Futer in das man köstliche geschirr behaltet. Hispan. *Aparador de cosas preciosas.* Pol. *Puzdro do chowania srzebra.* Vng. *Ezüst, arany ès effele draga szerszam tartó edeny.*] Horum meminit Iabol. in l. hæred. de legat. 3: Cui Corinthia vasa legata essent, huic abaces quoque eorum vasorum

sorum causâ paratas, deberi Trebatius respôdit Labeo autem id nô probat, si eas abaces vasorum numero testator habuit. Proculus verò rectè ait, si æneæ quidê sint abaces, non autem Corinthiæ, non deberi. ¶ Notandum tamen est quod in dictâ à doctis viris malunt legere & *βάσεις*. Vide Alciati parerga. Hinc deducitur Abacion, idê significans quod Abaculus, parvus Abax, *ἀβάκιον*. Ammonius tamen ita distinguit, ut Abax sit mensæ genus in tricliniis, ubi vasa omnis generis exponi solent: Abacion verò tabula illa calculatoria, in qua vel numeros vel lineas deletiles ducimus.

Abbā, per geminum b. [*ἀββᾶ* Pol. *Tata, Ociec*] Vngar. *Szerelmes atyám.*] Hebræa, vel potiùs Syra dictio est אבא *abbá*, composita ex aleph & beth, in qua singulare quiddam est, quod & patres libenter audiunt, & pueri primùm sonare discunt. Paulus Rom. 8. hanc vocem exponens: Per quem, *inquit*, clamamus Abba, pater.

Abbās, tis, m. t. Collegii societatisque magister ac moderator. [*κοινοβιάρχης* Gall. *Abbé*. Ital. *Abbate* Germ. Ein Abt. Belg Een Abt. Hispan. *Abad, prelado de monjes*. Polon. *Opat*. Vng. *Gárián*. Angl. *An abbot*.] Sunt qui unico b scribant. Dictione Chaldaicâ Abbas patrem significat *ἀπ' αὐτῆς ἀρχιμανδρίτης*.

Abbātia, tiæ. f. p. A recentioribus capitur tam pro abbatis dignitate, quàm pro loco in quo habitat abbas. Sed quoniã nimis malè sonat, Græcos imitatus, per *τ* scriberem semper, Abbateia, *ἀββατεία*. penultimâ longâ. [Gall. *Abbaye, dignité d'Abbé*. Ital. *Badia*. German. Ein Abtey. Hispan. *Abadia, dignidad de aquellos*. Polon. *Opactwo*. Vng *Az gárián méltósága*. Ang. *An abbacie*.]

Abbātissa, fœmininum ab Abbate [*ἀρχιμανδρῖτις*. Gall. *Abbesse de nonnains*. Ital *Badessa*. German. Ein Ebtissin. Belg Abtisse/Priorinne/de Moeder. Hisp. *Abadessa de monjas*. Polon. *Przeorysza k' sieny*. Vng. *Fejedelem asszony*. Ang. *An abbesse*.] Hieron. de modo vivendi: Quum à semitis justitiæ deviat, ipsamet etiam abbatissa cognoscat.

Abbrĕvio, as, are, act. p. [קצר *katsár* קצר *katsâr*. *βραχύνω*. Gall. *Abbreger*. Ital *Accorciare* Germ. Verkürtzen. Hisp. *Abreviar lo luengo*. Polon *Skracam*. Vngar. *Meg rövidítem*. Ang. *To make short*.] Vegetius in prologo lib. 3: Quæ per diversos autores librosque dispersa, Imperator invicte, mediocritatem meam abbreviare jussisti, *&c*.

Abbrĕviatūra, æ, f. p. Apud Barbaros instrumentum est notorii non extensum, in l. Chirographum. ff. de administr. Int. ¶ Est etiam officium (ut ita dicam) apud Romanum pontificem.

Abdĭco, cas, act. p. Amoveo, repudio, rejicio, imperiũ depono. [הוציא *hotsi* מאס *maás*. *ἀποκηρύττω*, *ἀπαρνέομαι*. Gall. *Rejetter, desavouër, renoncer pour enfant & le priver de l'heritage*. Ital. *Rimuovere, cacciar di casa privar dell' heredità, diredare*. Germ Verwerffen/verschupffen. Item, Ein Kind enterben vnd außstossen. Hispan *Empuxar à fuera, echar à fuera, desheredar el hijo en la vida*. Polon. *Oddalam, Odpycham, Wyrzekam sie dziecięcia*. Vngar. *Meg vetem, kitagadom* Ang. *To put away, to abastardishe to reiect*.] Apud Terentium in Andriæ periochâ: Recusat nuptias: generum abdicat. Vnde abdicare filium dicitur pater, quem adhuc vivus bonis & omni jure filii privat: quod multò gravius est, quàm exhæredari, qui testamento paterno ac hæreditate submovetur. Quicunque itaque abdicatus est, etiam exhæredatus intelligitur, non contrà. Atque hinc Nonius scribit: Abdicare, esse ex familiâ ejicere. Et Quintil. libro 3 cap. 6: Abdicatum interpretatur, qui à familiâ patris abalienatus est. Vide de hac re Lexicon Hotomani. ¶ Sic Magistratu se abdicare, pro deponere magistratum, sive relinquere, *ἀπειπεῖν τὴν ἀρχήν*, *ἢ ἐξόμνυσθαι ἢ παραιτεῖσθαι τὴν ἀρχήν*. Cicero in Philippicis: Antonios eo die nô modò Consulatu, verùm etiam libertate se abdicavit. Ad eundem modum dicimus, Abdicare se tutelâ, dictaturâ, libertate, & similia. Plinius quoque lib. 20. cap. 3, eleganter hoc verbo usus est: Democritus (*inquit*) in totum, rapum abdicavit in cibis: hoc est, tollendum censuit: ex omni prorsus ciborũ usu sustulit: *ἀπέθετο*, *ἀπεδοκίμασεν*. Et lib. 13. cap. 22. de thapsia: Nec corticem abdicant, pro, non tolluntur ex usu medicinæ. Sic libro 15. cap. 3: Laurus quidem manifesto abdicat ignes crepitu: id est, rejicit. Et lib 33. cap. 1: Vtinam posset è vitâ in totum abdicari aurum: pro ex hominum usu tolli.

Abdĭcātio, verbale, f. t. opponitur Adoptioni. [*ἀποκήρυξις*. Gal. *Abastardissement, renoncement, desaveu des enfans*. Ital. *Scacciamento de figliuoli per ragione* Germ. Abthändigung/verwerffung von Kinds statt/Außstossung mit enterbung eines bösen Kinds. Hispan. *Aquella obra de desheredar en vida*. Polon. *Wyrzeczenie sie dziecięcia, wydziedziczenie*. Vngar. *Meg vetés, ki tagadás*. Ang. *Abastardishing or refusing*.] Plin. lib. 7. cap. 45: Abdicatio Posthumi Agrippæ post Adoptionem. Fieri autem consuevit abdicatio, patre à filio injuriâ affecto, aut inobedientiâ ejus offenso: quem in judicium (ut quidam putant) vocatum, probatâ causâ abdicabat: eumque abdicatum alere non tenebatur: imò egenum, vestibusque ipsis spoliatum dimittebat, nec defuncto patri succedebat in hæreditatem. ¶ Transfertur etiam ad alia: ut, Abdicatio magistratus, Dictaturæ. *&c*. Liv. 6. ab Vrbe: Amotusque post triumphum, abdicatione Dictaturæ terror & linguam & animos liberaverat hominum.

Abdĭco, cis, xi, ctum, Repudio, recuso. [הרחיק *hirchik* זנח *zaneh*. *ἀπαγορεύω*, *ἀπαγορεύομαι*. Gall. *Rejetter, jetter en arriere*. Ital. *Lasciar da parte, voce augurale*. German. Verwerffen. Hispan. *Echar atras, è al traves*. Polon. *Wyrzucam z dzied zicztwa*. Vngar. *Meg vetem, ki tiltom el tiltom*. Ang. *To refuse or cast away*.] Augurale est verbum, & significat rejicere, repudiare. Cicero libro primo de Divinat. Quumque in quatuor partes vineam divisisset, tresque partes aves abdixissent, quartâ parte, quæ erat reliqua, in regiones distributâ, mirabili magnitudine uvam, ut scriptum videmus, invenit: contrarium ejus est Addicere, verbum Auguribus etiam peculiare. Tunc enim aves addicere aliquid dicuntur, quum aliquid fœliciter cessurum polliceantur: contrà Abdicere, quum aliquid aut nunquam futurum, aut infeliciter cessurum significant. ¶ Abdicere quoque verbum juris est, idem significans quod decreto recusare, aut litem côtra aliquem dare: & rem alicui abjudicare. Pomponius in l. 2. De origine Iur. Qui quum animadverteret Appium Clodium contra jus vindicias filiæ à se abdixisse, & secundum eum qui in servitutem ab eo suppositus petierat, dixisse, *&c*. Hotomanus.

Abdĭtāmentum, detractionem ac deductionem pretii significat, cujus contrarium est Additamentum, alterum ab addendo, alterum ab abducendo & quasi abdicando derivatum.

Abdĭtīvus, a, um, denominativum à Participio Abditus, ut opinor, obsoletum. Fest. Abditivo, Abditivi.

Abdo, dis, abdidi, abditum, act. t. ex Ab & Do, Abscondo, occulto, obtego, retrudo. [הסתיר *histir*. *κρύπτω*. Gall. *Cacher, musser, retirer*. Ital. *Nascondere*. Germ. Verbergen/Ab weg thun/Verstecken. Hispan. *Esconder*. Polon. *Kryę*. Vng. *El enyészem, avagy el rejtem*. Ang. *To hyd, to keip close*.] Construitur autem modò cum accusativo: idque dupliciter, vel cum præpositione. Cicero ad Attic. 9: In Aegyptum nos abdemus: hoc est, occultandi gratiâ in Aegyptum nos recipiemus Idem Tusculan. 2: Audisne hæc Amphiaraë sub terram abdite. Livius ab Vrbe 2: Abdito intra vestem ferro. Vel sine præpositione. Cic. in Pisonem: Domũ se abdidit. Terent. Hecyr. Rus abdidit sese. Modò cum ablativo idque duobus modis, Vno, cum præpositione. Livius ab Vrbe 1: Sic in suis quisque tectis abdiderunt. Idem ibidem: Cultrum quem sub veste abditum habebat, eum in corde defigit. Altero, sine præpositione. Virg. Georg. 3: Hunc quoq; ubi aut morbo gravis, aut jam segnior annis Deficit, abde domo, nec turpi ignosce senectæ. Vbi Servius: Abde domo: hoc est, in domo. Nam si adverbialiter vellet loqui, Domi, diceret. ¶ Dicimus etiam Abdere se literis, & in literas abdere Cicer. pro Archia: Si qui ita se literis abdiderunt, ut nihil possint ex his neq; ad communem fructũ afferre, neq; in conspectum lucemque proferre. Idem Volumnio lib. 7. Epist. Famil. Ac me totũ in literas abdere. ¶ Ponitur etiam interdũ cum præpositione Ex. Plaut. in Pseud. Ex conspectu sui heri si se abdiderôt, luxuriantur. ¶ Abdor passiv. condor, occultor. Plin. lib. 9. cap. 8: Abduntur circa Canis ortum.

Abdĭtus, Particip. ab Abdo: id est, Occultus, reconditus.

Abdĭtē, adverb. Occultè, latenter, secretò. [בסתר *beséther*. *κρυφῇ*, *λάθρα*, *κρυφίως*. Gall. *Secrettement*. Ital. *Secretamente, da nascosto*. German. Verborgentlich/heimlich. Hispan. *Escondidamente*. Pol. *Skrycie*. Vngar *Titkon, avagy rejtve*. Ang *Secretlie*.] Cicer. 1. Verr. Aliquid ita conditum esse, aliquid ita abditè latêre, ut nullâ diligentiâ investigari possit.

Abdĭtum, ti, substantivum, o. f. Pro loco occulto. [מסתר *mistar*. *κρύφιον τι*. Gall. *Lieu secret*. Ital. *Luoco nascosto* German. Ein verborgen ort. Hispan. *Lugar escondido*. Polon. *Skrite mieysce*. Vngar. *Rejtek hely*. Ang. *An secret place*.] Plinius libro 8. cap. 5: Nunquam nisi in abdito coëunt. H. e. abdito loco, ut apud Iurisc. & Macrob. in Hostico, H. e. Hostico loco. Est enim loquẽdi genus per defectũ substantivi, qui præcipuè Græcis usitatus est.

Abdōmĕn, n. t. à medicis rei anatomicæ peritis vocatur extima totius ventris pars, totumque illud quod intestina tegit, ex cute, adipe, musculis octo, & peritonæo, compactum, totum illud spatium comprehendens, quod est à cartilagine mucronatâ, nothisque costis usque ad illa etque ad ipsum usque os pubis. [*ἐπιγάστριον*, *λαπάρα*. Gall. *Celle part du ventre qui est vers le nombril jusques aux aines sous celle peau qui communement est grasse, & improprement signifie graisse*. Ital. *Il grasso over sugnia de gl' animali*. German. Der eusserste theil des Bauchs vnd den Nabel biß auff die Scham/welches die Eyngeweid bedeckt. Item, Feiste der Eyngeweids vnd der Nieren. Belg Den onderbuyck. Hispan. *La untaza ò enxundia de animal, como de los puercos*. Polon. *Sadło ususzikole nereh*. Vngar. *Has, avagy potroh*. Angl. *The part of the bellie which covereth all the entrailles*.] Cornel. Cels. lib. 4. cap. 1: Ipsa autem ilia inter coxas & pubem in imo ventre posita sunt, à quibus à pube abdomen sursum versus ad præcordia pervenit, ab exteriori parte evidenti cute, ab interiori levi membranâ inclusum, quæ omento jungitur, *περιτόναιος* à Græcis appellatur. Dictum autem videtur Abdomen, quòd sub cute abditum sit. Et quoniam pars hæc ventris adiposa est, fit ut passim apud scriptores *πολυγράφους* Abdomen, sive accipiatur pro adipe, vel quavis ventris pinguedine. Iuven. Satyr 4: Montani quoque venter adest abdomine tardus. ¶ Accipitur præterea Abdomen pro imâ ventris suilli parte, quæ alio nomine Sumen appellatur, summisque in deliciis habebatur apud Romanos. Plinius libro 11. cap. 37.

Porcæ

Porcæ sumen optimum, si modò fœtus non hauserit: Antiqui Abdomen vocabant. Vide de eo plura in dictione Sumen. ¶ Per translationem aliquando Abdomen positum invenitur pro gulâ & ventris ingluvie. Cic. pro Sestio: Libelli etiam pro vino oppignerabantur: manebat insaturabile abdomen, copiæ deficiebant. ¶ Sic Latinè dicas, Abdomini indulgere, abdomini inservire, abdomini operam dare, abdomini natus: id est, ventri & gulæ. Cicer. in Pis. Ille gurges atque helluo natus abdomini suo, non laudi, atque gloriæ. Hinc Abdominis voluptates. Cic in Pison.

Abdūco, cis, act. t. Removeo, aufero, abstraho, averto, traduco. [נסע *tsihâh* הוביל *hobil*, ἀπάγω. Gall. *Emmener & retirer de quelque lieu.* Ital. *Togliere, toglier per forza.* German. Hinweg führen. Hispan. *Llevar à alguno por fuerça.* Polon. *Odwodzę.* Vng. *El viszem.* Angl. *To lead, or tak away.*] Ejus contrarium est Adduco. Abducimus autem sine vi, aut per vim. Sine vi. Terent. in Eunuch. Tum me convivam solum abducebat sibi. Cic. 2. de Finib. Majores nostri ab aratro abduxerunt Cincinnatū illū, ut Dictator esset. Per vim. Abduci propriè mulier dicitur à marito, quū divortium fit. Donat. in illud Terent. Hecyr. Et filiam abduxit suam: abduxit, *inquit*, propriè. Averti enim dicitur ad maritum: abduci à marito ad divortium. Hotomanus. Terent. in Adelph. Me invito abduxit meam. Dicimus etiam Abducere vi, & Abducere per vim. Cicero act. 5. in Verrem: Ad quem iste deduxerat Tertiam Isidori mimi filiam, vi abductā à Rhodio milite. Liv. lib. 2. ab Vrbe cōditā: Consularibus negotio dato, ut collegam per vim, si aliter non possent, à foro abducerent. Plaut. in Trucul. Quid, si de vestro aliquid otem abducerent. Idem in Cas. Vbi intrò hanc novam nuptam deduxi, clavem abduxi. Cic. Familiar. 5: Me interea nec domesticus dolor nec cujusdam injuria à republ. abducet. Et Tuscul. 1: Magni est ingenii revocare mentem à sensibus, & cogitationem à consuetudine abducere. ¶ Idem pro Flacc. Fide abducere, dixit sine præpositione pro revocare à fide præstandâ. Quod ait Lucejus L. Flaccum sibi dare cupisse, ut fide se abduceret, H-S vicies. ¶ Abduco tibi, pro, abs te. Diomedes. Abduce, pro, abdue, dixit Terent. Adelph. Hunc abduce, vinci.

Abductus, a, um, Participium sive nomen ex participio. Montes abducti: id est, semoti. Val. Flacc.

Abecedarius, Dicitur rei literariæ tyrunculus, qui adhuc in literis cognoscēdis hæret. ἀλφαβητάριος. Accipitur item pro eo qui aliquid per ordinē alphabeti digerit, vel pro eo, quod alphabetico ordine digestum est. Vide Cælium lib. 14. cap. 28. & Budæum in Pandect. Abecedarium quoq; præceptorem rectè dixeris, qui prima docet elementa.

Abĕdo, is, vel abes, abēdi, abēdere, Exedo, absumo. [אכל *achâl*, κατεσθίω. Gall. *Manger tout & consumer.* Ital. *Divorare.* German. Aussressen / gar essen / verschlemmen. Hisp. *Tragar mucho.* Pol. *Wyiadam, Ziadam.* Vngar. *El eszem, el ragom.* Ang. *To eat vpall.*] Tacit. lib. 15: Nam exorta vis locustarum abederat quicquid herbidum aut frondosum.

Abellinæ, Vide AVELLANAE.

Abĕmo, compositum ab Ab. & Emo: significat Adimo: quod dictum videtur pro Abimo. [לקח *lakách*. ἀφαιρέω. Gall. *Oster.* Ital. *Togliere.* Germ. Hinweg nemmen. Hispan. *Quitar.* Pol. *Odeimuie.* Vngar *El veszem.* Angl. *To tak away.*] Plautus: Abemito vestem. Festus: Abemito significat, demito, vel auferto. Emere enim dicebant antiqui, pro accipere.

Abĕo, abivi, vel abii, abitum, n. q. Discedo. [הלך *halách* אזל *azál*, ἀπέρχομαι. Gall. *S'en aller, se partir.* Ital. *Partire, andare.* German. Hinweg gehn. Hispan. *Ir à lugar.* Polon. *Odchodzę.* Vngar. *El meg yök.* Ang. *To depart.*] Terent. in Eunuch. Heus Demea, rogat frater, ne abeas longiùs. ¶ Aliquando Abire dicitur, pro effluere & elabi, παρέρχεσθαι. Terent. in Adelph. Menses abierunt decem: id est, effluxerunt. Sic Cic. de Fin. 4: Hoc inquit fortasse nō poterit sic abire. ¶ Interdum pro Pervenire. Cicer. Attic. 11: In quos enim sumptus abeunt fructus prædiorum? ¶ Itē pro Deserere & relinquere, ut Abire ab emptione, Abire à magistratu: hoc est, deserere emptionem, deserere magistratum. Pro eodem etiam dicimus sine præpositione. Abire magistratu. Liv. 3. ab Vrbe: Non tam properantis abire magistratu, quàm viam ad continuandum magistratum quærentis esse. Sic abire incœpto, pro eo quod est, Ab incepto desistere. Abire è medio, idem quod mori. Terent. in Phorm. Ea mortem obiit, è medio abiit. Abire ex matrimonio: id est, Relinquere matrimonium. Plaut. ¶ Denotat etiam motum ad locum, quò est iter: quanvis & motum De quo inclusum habeat: ut Quò abiit. Virgil. 5. Aeneid. Quò tantùm mihi dexter abis! ¶ Habet alios quoque loquendi elegantes modos. Plinius libro 3. cap. 34: Bello sociali oppidum delevit, quod nunc in villas abiit: id est, ex oppido factæ sunt villæ. Livius ad Vrbe 2. Telo exacto, præceps Pabius in vulnus abiit: id est, pronus cecidit in vulnus. Idem: Ne in ora hominum pro ludibrio abiret: id est, ne ab omnibus rideretur, ne vulgi fabula fieret. Abire sub jugum: id est, Subire jugum. Liv. ¶ Aliquando hortātis & incitantis est. Terent. Adelph. Patrissas, abi, virum te judico. Vbi inquit Donat. Abi, blandientis est verbum, quemadmodum ad eos dicere solemus, qui jam compotes suorum votorum sunt facti. Idem in Phorm. Præsens quod fuerat malum, in diem abiit, id est in aliud tempus dilatum est. ¶ Abire (vel ire) in creditum, Iurisconsultorum loquendi formula est, de qua Hotomanus in Lexico. Non, *inquit*, omnino idem est quod credere, sed tantùm eas res credere quæ accipientis fiunt: hoc est, quæ functionem non in specie, sed in genere recipiunt, veluti pecuniam, frumentum, vinum, &c. ¶ Licet aliquando non solùm generaliter sumatur, sed etiam specialiter pro mutuum cōtrahere, ut D. lib. 14. Titul. 6. leg. 3. §. 3: Ideo etsi in creditū abiit filiofamiliâs vel ex causa emptionis, vel ex alio contractu in quo pecuniam non numeravit: id est, credidit. ¶ Abire in vanum, pro eo quod Evanescere, irritum fieri. Seneca Epistol. 95: Alioquin abibunt in vanum monentium verba. ¶ Abi, etiam per contemptum dicitur. Terentius Adelph. Nunquā rem facies: abi, nescis inescare homines. ¶ Abi, etiam dicimus hærenti morantiq;. Terent. Andriâ: Vos isthæc intrò auferte: abite. ¶ Abire viam figuratè dictum. Plaut. Rud. Abi tacitus tuam viam, ut Græci ὁδὸν ἀπιέναι. ¶ Parœmiæ aliquot ex hoc verbo nascuntur, ut Abi, aut exuere. Autore Platone in Theæteto hic mos fuit Lacedæmoniis, ut in publicis certaminibus neminem cogerent ad certaminis congressum, sed dicebant, ἢ ἀπιέναι ἢ ἀποδύεσθαι. Nudi enim luctabantur Græci, quibus ἀποδύεσθαι exuere est. ¶ Simile huic Adagio est, Aut abi aut bibe, ἢ πῖθι ἢ ἄπιθι. Cujus meminit Cicero Quæst. Tusculan. lib. 5. Monemur autem hac parœmiâ, ut aut tempori locoque nos accommodemus, aut ab hominum consuetudine nos subducamus. ¶ Aliud adagium, Abi in exitium, Βάλλ' ἐς κόρακας, mitte in perniciem, auferatur è medio. ¶ Ex hoc etiam verbo oritur hæc parœmia, præsens abest, præsens peregrinatur. παρὼν ἀποδημεῖ, in eum qui non animadvertit ea, quæ dicuntur, cogitatione aliis in rebus occupatâ.

Abĭtur, usus est Plaut. in Merc. Scio jam quid velis: nempe me hinc abire vis. L. volo. C. abibitur.

Abĭens, abeuntis, particip. ἀπερχόμενος, discedēs. Terent. Abiens magistratu: id est, deponens magistratum. Cic.

Abĭtus, & Abitio pro discessu. [מסע *massáh* לכת *llechesh*. ἀποχώρησις. Gall. *Departement.* Ital. *Partita ò partimento.* German. Hingang oder abscheid. Hispan. *Ida de algun lugar.* Polon. *Obiaſd odyſzie.* Vngar. *El menés.* Ang. *Departing.*] Terent. Heaut. Quum videam miserum hunc ejus abitu cruciari. Ibidem: Propter eam hæc turba atque abitio venit. Abitionem antiqui dicebant mortem. Festus. Abitus præterea non modò abitionem & discessum, sed & locum per quem abire possumus, significat. Virg. 9. Aeneid. Hinc atque hinc, omnemque aditum custode coronant.

Abercĕo, ces, n. f. ex ab & Arceo, Prohibeo. [מנע *manáh*. ἀπείργω. Gall. *Chasser.* Ital. *Vietare, prohibire.* German. Dannen treiben. Hispan. *Arredrar ò apartar.* Polon. *Od pedzam.* Vngar. *El tiltom.* Angl. *To forbid.*] Plaut. Atque eam abercet domo.

Aberro, ras, n. p. Erro, digredior, viâ deflecto. [תעה *tahâh*. ἀφαμαρτάνω, ἀποσφάλλομαι. Gall. *S'esgarer, se desuoyer, se fourvoyer.* Ital. *Vagare.* German. Irr gehn / von dem rechten Weg abtretten. Hispan. *Desuiarse.* Polon. *Bladzę.* Vngar. *El tevelyedém.* Ang. *To wander.*] Lactant. lib. 4: A' quo hi duo rivi si aberraverint, arescant necesse est. Cicer. lib. 5. Tusc. Quæst. Sed redeat, unde aberravit, oratio. Plin. Iunior lib 4. Epist. A' qua rogo ut artificem quem elegeris, ne in melius quidam sinas aberrare: id est, ab illo exemplari discedere, etiamsi melius facturus sit. Aberrare verò à januâ, sive à ferâ, τῆς θύρας (vel potiùs τῆς θήρας) διαμαρτεῖν, dici solitum, ubi quis penitùs aberrat à vero, totoque fallitur judicio.

Aberrātio, verbale, f. t. Digressus à rectâ viâ & metaphoricè perfugium. [מדוח *maddúach*. ἀποπλάνησις, ἀπαλλαγή. Gall. *Fourvoyement, destorse, esgarement de chemin.* Ital. *Trauiare fuia mento.* Germ. Ein abtrettung vom rechten Weg / ein Fähler. Hisp. *Apartamiento de camino, errado ò desuio.* Polon *Bladzenie v Rapienie z drogi.* Vngar. *Es tévelydés.* Angl. *Ane wandring, a going out of the way.*] Cic. Cassio: Veruntamen aliam aberrationem à molestiis non habemus.

Aberrunco, cas, Lege AVERRVNCO.

Absfŏre, significat absfuturum esse. [ἀπέσεσθαι. Gall. *Estre absent.* Ital. *Douer allontanarsi.* Germ. Davon werden seyn / Abwesend werden. Hisp. *Estar ò ser ausentes, ò alexarse.* Pol. *Przytomnim niebić.* Vngar. *Távul leendő.* Angl. *To be absent.*] Quæ duo per b scribuntur, ne si per geminum ff scriberentur, composita quis crederet ex Ad præpositione, quæ oppositum significat. Ovid. Esse quoque in fatis reminiscitur, affore tempus. Statius tamen lib. 1. Thebaidos, accipere videtur Affore in significatione præsentis: -sensit manifesto numine ductos Affore quos nexis ambagibus augur Apollo Portenti generos vultu fallente ferarum Ediderat. Sic Absforem, pro abessem: Afforem pro adessem. Virg. lib. 1. Aeneid. Atque utinam rex ipse Noto compulsus eodem Afforet Aeneas. De aliis à Fore compositis, vide in dictione Forem.

Abgrĕgo, gas, act. p. Ab grege duco, Segrego, sejungo, disgrego. [הפליג *hiphlidh*. ἀφαγελάζω. Gall. *Separer du troupeau.* Ital. *Sciegliere, & menar fuor del grege.* German. Von der Herd absöndern. Hisp. *Apartar, como de manada.* Pol. *Odłączyc.* Vng. *El vdlaztom.* Ang. *To separat frome the flock, to scatter.*] Cui contrarium est Aggrego, Congrego.

Abhinc, Vna dictio composita, significans Antehac. [מעתה *mehattáh*. ἀφ' οὗ, ἀπὸ τοῦδε. Gall. *Depuis ce temps, d'icy en auant, de ce temps là.* Ital. *Gia sono per l' auenire, da hora inanzi.* German. Von dannen /

hinnen / von dieser gegenwertigen zeit an / hernach. Hispan. Ante, ò adelante Polon. Od tego czasu. Vngar. Ennelfogua. Ang. From e hence.] Et jungitur tam accusativo quàm ablativo. Terentius in Andriâ: Abhinc triennium: hoc est, Ante tres annos, πρὸ τριῶν ἐτῶν. Cicero ad Attic. Quod pro Cornificio me abbinc annis amplius XXV. spopondisse dicit Flavius. Vide suprà Ab. ¶ Abhinc, de futuro etiam tempore dicitur, quemadmodum Grammaticus antiquus Sosipater annotavit & confirmavit. Pacuvius in armorum judicio: Seq; ad ludos jam inde abhinc exerceant. Plautus in Mostell. Qui abhinc quadraginta annis occisus foret.

Abhorrĕo, res, rui, n. s. Aspernor, fugio, dissentio, discrepo, alienus sum à re aliquâ. [שקץ schikkêtz ... ἀπαλλάττομαι. Gall. Avoir en horreur de dain. Ital. Haver in horrore & in dispetto. Germ. Ein abschruben ab einem ding tragen. Hispan. Aborrecer. Polon. Gardzę brzydzę się. Vngar. Iszonyodom. Ang. To have in disdaine, to abhorre.] Cujus varius est usus. Liv. 4. ab Vrbe: Eodem anno Posthuma virgo Vestalis, de incestu causam dixit, crimini obnoxia ob suspicionem propter cultum amœniorē, ingeniumq; liberiùs quàm virginem decet, parùm abhorrens famam. Terentius in Hecyr. Nam omnino abhorrere animũ huic video à nuptiis. Sic, Abhorrere ab re uxoriâ, apud eundem in Andriâ. Et apud Cicer. de Fato, sine præpositione: Alii talibus vitiis abhorreant. Sciendum tamen, quum accusativo jungitur, in simili ferè significatione sumi, qua Horreo: tum enim significamus, nos rem præsentem vel propinquam, quam audire, aut aspicere pertimescimus, execrari. Cùm verò ablativo, tunc procul nos esse ab eo quod nõ placet, vel quod refugimus, demonstramus: vt si dixero. Hanc rem abhorreo, significat execror, & pati nequeo. Abhorreo ab hac re: id est, alienatus sum, vel procul esse volo. A multis enim procul esse volumus, ut à rebus venereis, licet nostris sensibus plerunque odiosæ nõ sint, sed animi moderatione ab illis abesse studemus, ne nobis officiant. ¶ Abhorret à fide, pro Incredibile est. L. Valla lib. 5 cap. 104. scribit hoc verbum semper construi cũ ablativo, sed forsasse decepit eum Ab præpositio, quæ ablativum exigere videtur. Sed etiamsi hoc in plerisque verbis fiat, non tamẽ in omnibus, sicut in Aboleo, Abluo, & hujuscemodi accidit, quæ accusativum, non ablativum postulant. ¶ Ponitur interdum absoluté. Cicer. pro Cluent. Omnes aspernabantur, omnes abhorrebant, omnes ut immanem ac perniciosam bestiam, pestemque fugiebant.

Abhorrēns, simpliciter, Alienus à ratione & consuetudine. ἀπεοικώς, ἄτοπος, ἔκφρων. Livius. Qui tamen risus nequaquam adeò est intempestivus, quàm vestræ absurdæ & abhorrentes lacrymæ.

Abhorrēsco, n. t. Valde horreo, vehementer timeo. [ἀποφρίττω. Gal. Avoir en desdain & horreur. Ital. Impaurire. German. Ein grausam unnd hefftig abscheuhen überkommen. Hispan. Aver mucho miedo ò espanto. Pol. Wzdrygam się, Lękam się. Vng. Irtózom. Angl. To have in disdaine, or to feare greatumlie.] Lactantius de Irâ: Quem terra contremiscit, cœlumque & mare, & latebræ Tartareæ, & dæmones abhorrescunt.

Abhortŏr, idem ferè quod Dehortor. [הסית hissîth. ἀποτρέπω. Gall. Desenhorter, desconseiller, destourner. Ital. Sconfortare. German. Abmahnen. Hispan. Dissuadir alguna cosa con razones. Polon. Odwodzę, odradzam. Vngar. El intek. Ang. To dissuade, to turne abak.]

Abiĕcto, tas, frequentativum, significat, Frequenter abjicio. [השליך hischlich ἀπορρίπτω. Gall. Ietter souvent avec desdain. Ital. Gittare spesso. German. Offtig oder offt hinwerffen. Hisp. Abatir ò echar de si muchas vezes. Polon. Odrzucam. Vng El hányom. Ang. To cast away often with disdaine.]

Abiĕs, etis, f. t. Arbor est altissima rectissimaque, cujus pars inferior enodis, Sapinus vocatur: superior verò nodosa duriorque, Sufterna, ut Plin. scribit lib. 16. cap. 39: Præcipua dos est crispantibus, & in torto quodam discursu venarum pretiosis. Alij hanc Gallicam vocant, propter candorem [ברוש berôsch. ἐλάτη. Gall. Arbre communement appellé Sapin. Ital Abete, altrimenti Sappo. German. Ein Thannbaum oder Fiechten. Belg Witte Dennenboom/masthoem. Hisp. Abeto, arbol. Polon. Iedlina. Vng. Ienyefa. Ang. A firre tree.] Abietem pro tabellis usurpavit Plautus in Persa: quod non recipit prosa oratio, teste Quintiliano lib. 8. cap. 6. ¶ Abies, metonym. pro re factâ ex abiete. Virgil. Aen. 8: Labitur uncta vadis abies. Id est, navis abiegna. Sic Aeneid. 11: —cujus apertum Adversi longâ transverberat abiete pectus. Id est, hastâ abietali. Servius.

Abiecŭla, diminutivum, Grecè dicitur ἐλάτη, forsan ab ἐλάω, Impello, produco, prolongo. Dictam autem volunt abietẽ, quòd in altitudinem longiùs eat, quàm cæteræ arbores.

Abiegnus, a, um, Quod est factum ex abiete: ut Abiegnæ mensæ. [ἐλάτινος. Gall. De sapin. Ital. Cosa fatta d' Abete. Ger. Thännin. Hisp. Cosa de materia de abeto. Pol Zyedliny yodlowy. Vng. Ienyefából csinyált. Ang. Made of firre.] Colum. lib. 12. cap. 43: Quidam eâdem ratione aridâ populneâ, vel abiegnâ scobe virides uvas custodiunt. Dictio est quadrisyllaba, sed interdum apud Poëtas disyllaba. Propert. lib. 3. eleg. Induit abiegnæ cornua falsa bovi.

Abiĕtārĭŭs, m. s. Faber lignarius, ab abietibus. Hi etiam materiarii dicuntur, à materiâ. [τέκτων. Gall. Charpentier. Ital Il legnaiuolo, il marangone. German. Ein Zimmerman / ein Schreiner oder Tischmacher. Hispan. Carpintero. Polon. Cieśla, stolarz. Vngar. Ienyefaragó ács.] Cujus nomine ligna, quæ ad ædificandum fulciendumque necessaria sunt, intelligenda esse declarat Iureconsultus. Festus pro denominativo vsurpat: Abietaria, inquit, negotia, quam nunc materiam dicimus, videlicet ab abietibus coëmendis: & Abietarius negotiator.

Abĭgă, sive, ut alii malunt, Ajuga herba est, quæ à Plinio alio nomine Chamæpitys, dicitur: ab abigendo partu sic vocata, χαμαιπίτυς. Hanc eandem herbam credit Ruellius, quam vulgò Ivam muscatam vocant. [German. Ie lenger je lieber.]

Abĭgăs, Avicen. Albertus dixit armaturam conceptus: tertium est involucrum fœtus in utero, quod partum tuetur adversus sui ipsius lotium & humores.

Abĭgo, act. r. ex Ab & Ago: propriè est pecus aut greges abducere, sive vi id fiat, sive dolo. [הדיח hiddîach נהג nahag. ἀπελαύνω. Gall. Chasser, & proprement les bestes. Ital. Scacciare, menar via greggie. German. Vieh entführen und hinweg treiben. Hisp. Apartar ganado, hurtarlo, ò sacar. Polon. Odpędzam. Vngar. El haytom, el uzöm. Angl. To drive away cattell.] Livius primo libro ab Vrbe: Herculem in ea loca, Geryone interempto, boves mirâ specie abegisse ferunt. ¶ Abigere, nõnnunquam quoque ponitur pro agere, sive propellere, ut fit, quum boves in pascua mittuntur. Varro de Re rustic. lib. 2. cap. 1: Itaque greges ovium longiùs abiguntur ex Apuliâ in Samnium æstivatum. ¶ Significat præterea Abigere, rem nobis odiosam, aut molestam propellere, & fugare. [סור middâh הבדל beudâh ... hischschûb. ἀπάγειν. Gall. Chasser loin de nous toutes choses odieuses & mal plaisantes. Ital. Cacciar da noy quelle cose che sono noiose. Germ. Abtreyben / hinweg treyben. Hisp Empuxar à lexos cosas que hazen danno.] Cicero Tuscul. 1: Projici se jussit inhumatum. Tum amici: Volucribúsne, & feris? Minimè verò, inquit, sed bacillum prope me, quo abigam, ponitote ¶ Secundum hanc rationem transfertur interdũ ad res incorporeas: ut, Abigere fastidium, lassitudinem, & alia id genus, pro, expellere. Plin. lib. 12. capite 17. Ex Syriâ revehunt styracem, acri ejus odore in focis abigentes suorum fastidium. Plautus in Mercat. Agedum Acanthium, abige abs te lassitudinem. ¶ Abigere partum, etiam eleganter dicimus, pro eo quod est, Herbis & medicamentis fœtum jam conceptum expellere. ibidem: Memoriâ teneo, Milesiam quandam mulierem, quum essem in Asiâ, quòd ab hæredibus secundis acceptâ pecuniâ, partum sibi ipsa medicamẽtis abegisset, rei capitalis fuisse damnatam. ¶ Proverbio videtur olim usurpatum: Abegerunt nunquam meos boves aut equos, pro nunquam me læserunt aut affecerunt injuriâ, ut mihi sit causa cur illos odisse debeam. Plutarchus in Com. de vitandâ usurâ, Hom. Il. α: Οὐ γάρ πώποτ' ἐμὰς βοῦς ἤλασαν, οὐδὲ μὲν ἵππους. ¶ Inter Abigere & Arcere, Grammatici hanc statuunt differentiam. Abigimus, quæ ubi accesserint expellimus: Arcemus quæ prohibemus ne accedant. Verùm non semper hæc differentia observatur.

Abāctŭs, a, um, ab Abigor: ut Abacti greges, qui aut furto, aut per vim abducti sunt. [מנודח menuddach. ἀπελαθείς. Gall. Chassé par force ou larrecin comme bestial. Ital. Gregi rubati è menati à forza in preda & à ruba. German. Hinweg getriben / so sey durch Diebstal oder Gewalt. Hispan. Ganado hurtado. Polon. Gwałtowne odpędzenie, wikradnienie bydła. Vngar. El haytatos, el uzetes. Ang Drivenaway.] Cicero 4. Verr. Præterea greges nobilissimarum equarum abactos. Livius 4. ab Vrbe: Exercitus in agrum Vejentem, ac Faliscum ducti, prædæ abactæ hominum pecorumque. Additur quandoque & ablativus Furto. Plinius libro 8. cap. 51: Compertum agnitâ voce suarii, furto abactos, mersoque navigio inclinatione lateris unius, remeasse. ¶ Abacta nox, pro exacta. Virgilius 8. Aeneid. medio jam noctis abactæ Curriculo. ¶ Dicebantur etiam Abacti, autore Festo, magistratus, qui coacti deposuerãt imperium, ἀπωσθέντες. ¶ Abactus venter dicitur à Paulo libro Sentent. 4. capite 9. pro fœtu venenis & medicamentis ejecto. Aborsus, inquit, vel abactus venter partum efficere non videtur. Hotomanus in suo Lexico.

Abāctŭs, ûs, ui. m. q. pro violentâ expulsione. [מדוח madduach. ἀπέλασις. Gall. Deschassement violent, larrecin de bestial. Ital. Discacciamento subito, ò rubamento à inuiolamente di bestie. German. Ausstossung oder entführung mit gewalt. Hispan. Empuxamiento, ò hurto de ganado. Polon. Gwaltowne bidla vidarcie. Vngar. El haytas, el uzés. Ang. Drivinig away or stealing of cattell.] Plin. in Panegyr. Quàm dissimilis nuper alterius principis transitus (si tamen trãsitus ille, non populatio fuit) quum abactus hospitium exerceret. ¶ Abactus etiam vocatur furtum illud, quo pecudes è pascuis abiguntur, aut à gregibus subtrahuntur: quod alio nomine Abigeatus dicitur. ¶ Abiga vel ajuga Plinio χαμαιπίτυς, quasi pumila pinus. [Gall. Ive moscate ou archeticque. Ital. Iva chamopitio.] Vide Iunii Nomencl.

Abĭgĕātŭs, us, m. q. Ipse abigendi actus, sive crimen abactionis, [ἀπελασία. Gall. Larrecin ordinaire de bestial. Ital. Latrocinio, ò rubamento di bestiami. Germ. Ein Viehdiebstal / ein hinwegtreibung des Viehes ab den Weyden. Hispan. Hurto de ganado. Polon. Bidła spraszei wikradnienie. Vngar. Tolvajul valo el haytas.] Marcel. lib. 47. Digest. Tit. [illegible]. 2. Abigeatus crimen publici judicii non est, quia furtum magis est.

Abĭgēŭs,

Abigeus, [ἀπελάτης. Gall. Larron ordinaire de bestial. Ital. Ladro è rubatore di bestiami. German. Ein Viehräuber / oder Viehdieb / der das Vieh entführt / oder hinweg treibt. Hisp. Hurtador de ganado. Polon. Bydlokradźca. Vngar. Az ki tolvajul barmot el hajt. Angl. A felon and stealer of cattell.] Ab Abigo dicitur (ut autor est Vlpianus l.1.§.2.D.de Abigeis.) Qui pecora de pascuis, vel ex armentis sobtrahit, & quodammodo depredatur, & abigendi studium, quasi artē exercet, equos de armentis, vel oves de gregibus abducēs. Ceterùm siquis ovem oberrātem, vel equos in solitudine relictus abduxit, non est Abigeus, sed fur potiùs. Scribit & Claudius: Quantitas discernit furē ab abigeo. Qui enim unam suem surripuerit, ut fur coërcebitur: qui gregē, ut abigeus. Multò autē gravius supplicium à legibus in abigeos, quàm in cæteros fures constitutum est, quòd hos ædibus nostris possumus excludere: pascua autē majora sint quàm quæ muro possint cingi. Quem Vlpianus Abigeum appellat, Apuleius & Paulus libr. Sentent. 5. cap. 18, Abactorem vocat: Abactores, *inquit*, sunt qui unum equum, duas equas, totidemq; boves, capras decem, aut porcos quinque abegerint.

Abigendus, a, um, particip. Rejiciendus, expellendus. Ovid O vir colloquio non abigende Deûm.

Abigena bos, Varr. de ling. Lat. lib. 6: Abustum quod circum ustū est: ut abigena bos apud Augures, quam circū aliæ hostiæ constituuntur: Fortasse legendum ambigena & ambustum.

Abjicio, cis, act. t. Projicio, depono. [השליך hischlich ἀπορρίπτω, ἀποβάλλω, καταβάλλω, ῥίπτω. Gall. Ietter par desdain ou fascherie. Ital. Gittar da lontano, per ira, sdegno, dispetto, & altrimenti. German. Hinwerffen / von sich werffen. Hispan. Abaxar ò echar de si. Polon. Odrzucam, odmietam. Vngar. El hagiom. Ang. To cast away.] Valer. lib. 1: Quum prælium navale committere vellet, auspiciaque more majorum petisset, & pullarius non exire pullos caveâ nuntiasset: abjici eos in mare jussit, dicens: Quia esse nolunt, bibant. Cic. Tusc. 1: E muro se in mare abjecisse. ¶ Est etiam hoc verbum aliquando humilis & contempti, supplicisve: unde, Abjicere se ad pedes alicujus, est suppliciter ante pedes ejus procumbere, à quo aliquid precibus conamur impetrare. Cicer. Att. lib 8. Non sum veritus, ne viderer assentari, cui tali in re libenter me ad pedes abjecissem. Idem pro Milone: Ego me plurimis pro te supplicem abjeci. ¶ Abjicere sese, est, deprimere seipsum, & parvi pendere, ταπεινοῦν ἑαυτόν. Cicer. in Paradoxis: Sic te ipse abjicies atque prosternes, ut nihil inter te & quadrupedem putes interesse. ¶ Abjicere hastam, idem est quod desperare: cujus testimonium habes apud Cicer. pro Murænâ. Metaphora ducta ab iis, qui prælio victi arma abjiciunt, quæ fugientibus oneri magis sunt, quàm usui. ¶ Transfertur etiam ad res animi, accipiturque pro Deponere, expellere & amovere: ut Abjicere amorem: & Abjicere spem, sive animum: hoc est, desperare. Cic. 3. Verrinâ: Socii verò nationesq; externæ, spem omnium tum primùm abjecêre rerum. ἀπογνῶναι τὴν ἐλπίδα, τὸ φρόνημα καταβάλλειν. Bud. Sic Abjicere curam, est curam deponere, & desinere solicitum esse. Idem Pæto lib. 9. Famil. Sed cave, si me amas, existimes, me, quòd jocosiùs scribam, curam rei abjecisse. ¶ Quum vitium aliquod, aut rem alioqui noxiam admonebimus missam fieri rejiciq; oportere, conveniet adagium ab hoc verbo natum, Abjiciendum procul. Sic Theognis non opes, sed ipsam paupertatem jubet εἰς μεγακήτεα πόντον ῥίπτειν: id est, in immensum mare projicere. veruntamen ille Theognidis locus aliter debet intelligi.

Abjectus, a, um, particip. [נבזה nibzeh. ἀπερριμμένος, καταβεβλημένος, ταπεινὸς. Gall. Mesprisé, debouté de chacun, abbaissé, humilié. Ital. Gittato via, disprezzato, vile, basso. German. Hingeworffen/oder verworffen / veracht. Hisp. Abatido, de poco, pretio. Polon. Podly wzgardzony, Odrzucony. Vngar. El vettetet, alazato. Ang. Cast away.] Ovid. Sic ubi fata vocant, udis abjectus in herbis. ¶ Et Abjectus, abjectior, abjectissimus, nomen ex participio. Cicer. 5. de Finibus: Nihil abjectum, nihil humile cogitant. Abjectus: id est, jacens, summissus, contemptus, afflictus, & animo fractus.

Abjectè, adverb. pro Contemptim, & abjecto animo. [ἀπερριμμένως. Gall. Sans en faire cas, vilainement & sans honneur. Ital. Vilmente. German. Verachtlich / zaghafftiglich. Hispan. Menospreciando. Polon. Wzgardzenie. Vngar. Alazatoul hitvanul. Angl. Disdainfullie.] Cicer. 1. Tuscul. Sed hoc quidem in dolore maximè est providendum, nequid abjectè, nequid timidè, nequid ignavè, nequid serviliter, muliebritérve faciamus.

Abjectio, f. t. Idem est quod animi dejectio & contemptus sui. ἀθυμία, ἀπόρριψις, ἀθυμία, ταπείνωσις. Gall. Lascheté de cueur, mespris. Ital. Viltà di animo ò povertà di cuore. German. Kleinmütigkeit. Hispan. Abatimiento, menosprecio. Polon Lękanie. Vngar. Maga el hagyasa. Ang. Faintnesse of hart.] Cicer. in Pison. Quid debilitatio atque abjectio animi tui, Macedonia Prætoria nuntiata.

Ab integro, significet Denuò, de novo. [מחדש mehadasch. ἐξ ἀρχῆς, ἐξ ὑπαρχῆς. Gall. Derechef. Ital. Di nuovo. German. Von newem an. Hispan. De nuevo ò desdecomienco. Polon. Znowu, Odnawiam. Vngar. Vyonnan Angl. Agane, of new.] Virgil. Eclog. 4: Magnus ab integro seclorum nascitur ordo. Cicer. 3. Verr. Verùm existimatis minus operis esse, unam columnam efficere ab integro novam nullo lapide redivivo, an quatuor illas reponere?

Ab intestato, adverb. sine testamento: [ἀδιαθέτως. Gall. Sans testament. Ital. Senza testamento. German. Ohn ein Testament oder Gemechtnuß. Hispan. Sin testamento. Polon. Bez testamentu żadnego. Vngar. Testamentom tè tel nèkul. Angl. Without testament.] ut Hic ab intestato decessit, ἀδιάθετος ἀπέθανε. Sic etiam dicimus, Succedere ab intestato. Paulus lib. 16. D. de jure codicillorum. Quicunque enim ab intestato successerit, locum habent codicilli. Et paulò pòst: Nec interest quis succedat, dum ab intestato succedat.

Abrotos, herba est Dioscoridi, quæ notiore nomine Cicuta appellatur [רוש rosch. κώνειον. Gall. Cigue, ou Segue. Ital. Cicuta. German. Schirling oder Wüterichkraut. Hispan. Cegudo. Pol. Swinia wesz. Vngar. Bürök.] Nomen inde dictum videtur, quòd capite damnatis cum vino misceri soleat. Nam ἄβρωτος Græcis triste mœstumque significat.

Abjudico, as, significat Rem de quâ controversia est, per judicium auferre, & alteri adjudico: Huic opponitur Adjudico. [ἀποδικάζω. Gall. Oster par jugement. Ital. Torre & levare altrui per via di judicio. German. Mit Recht absprechen. Hispan. Quitar alguna cosa per sententia. Polon. Prawem odsądzam. Vngar. Törvénnyel elvenni másra hárítom, meg veszem. Ang. To take away by iudgement.] Vnde Ager abjudicatus ab Livio dictus, quem Romani per iniquum judicium interceperant, eripuerantque. Audivêre, *inquit*, patres, Ardericum populum ob injuriam agri abjudicati, defecisse. Contrarium ejus est Adjudicare. Cic. in Verr. Act. 2: Nulla res cuiquam tam patria atque avita fuit, quæ non ab eo, imperio istius, abjudicaretur. ¶ Aliquàdo pro Repudiare, sive rejicere. Cic. lib. 2: Vbi plus mali quàm boni reperio, id totum abjudico atque rejicio. Abjudicabo me à vitâ. Plaut. in Asinar. satis durè dixit, pro eo, quod est, vitam mihi adimam, me vitâ privabo.

Abjugo, gas, act. p. Propriè, à jugo removeo: [ἀποζεύγνυμι. Gall. Decoupler desioindre. Ital. Sciorre dal giogo, disciogliere. Germ. Entjochen / ausspannen / von dem joch entledigen. Hispan. Apartar ò desuñir uno otro. Polon. Z jarzma wyprzęgam. Vngar. Az igatul elszakasztom, el valasztom. Ang. To unyoke or disioyne.] ut, Abjugare bovem: hoc est, à pari disjungere. ¶ Sed per translationem significat separare, alienare. ἀπαλλοτριόω. Pacuvius: Quæ res te ab stabulis abjugat? Huic opponitur Adjugo, de quo infrà.

Abjungo, gis, act. t. Separo, removeo, sejungo [הפריד hiphrid. ἀποζεύγνυμι, διαζεύγνυμι. Gall. Desioindre, separer. Ital. Sciorre & separare, Scompagnare. German. Von einander fügen oder absöndern. Hisp. Apartar ò desunir uno de otro. Polon. Odłączam. Vngar. El valasztom. Angl. To separat, or to disioyne.] Virg. 3. Georg. It tristis arator, Mœrentem adjungens fraternâ cæde juvencum. Cicer. ad Attic. Quòd se ab hoc refractariolo judiciali dicendi genere abjunxerit: hoc est, se disjunxerit. Cui contrarium est, Adjungo.

Abjurasso, Antiquum verbum, pro Abjuro, sicut apud Cic. in lib. de Senect. in versu quodam Ennii, Levasse pro Levo. Plaut. in Persa: Nec metuo quibus credidi hodie, nequis abjurassit mihi. ¶ Hujusmodi voces non sunt indicativi, sed subjunctivi modi: est enim Abjurasso pro abjuravero: & Levasso pro levavero, sic de aliis est sentiendum.

Abjuro, ras, act. p. significat, rem mihi creditam non esse, vel aliquid me non habere aut promisisse juro. [כפר בשבועה kipher bischbuah hal schekker. ἀπομνύω, ἀπόμνυμι, ἐξόμνυμι. Gall. Renier par serment, ou auec iurement. Ital. Negar con giuramento esspergiurando negare. German. Mit dem Eydschwur leugnen / verschweren. Hispan. Negar alguna cosa con iuramento. Polon. Odprzysięgam. Vngar. Eskünéssel meg tagadom el eskûszom. Ang. To forsweare.] Plaut. in Curc. Qui abjurant si quid creditum est. Cicer. Attic. libro 1: Tulliola nostra, deliciæ tuum munusculum flagitat, & me sponsorem appellat: mihi autem abjurare certius est, quàm dependere. Quo in loco Cicero suo more ludens, ait se potiùs constituisse vel cum perjurio negare se spopondisse, quàm quod pro Attico spoponderat, exsolvere.

Abjuratus. [ἐξομοσθείς. Gall. Nié par serment ou iurement. Ital. Negato congiuramento. German. Verschworen mit dem Eyd. Hisp. Negado conjuramento. Polon. Odprzysiężony. Vng. Hamis eskünéssel meg tagattatot. Ang. Forsworne.] Cum perjurio negatus: ut quum depositum abjuratum dicimus. ¶ Aliquando tamen simpliciter acceptum invenitur pro eo, quod est contra jus retentum. Sic enim interpretatur Servius illud Virgil. libro 8: Abstractæque boves abjuratæq; rapinæ Cœlo ostenduntur.

Abjuratio, Rei creditæ negatio per juramentum facta. [ἐξωμοσία, ἀπωμοσία. Gall. Reniement par serment de quelque chose eüe. Ital. Negamento per giuri di cose hauute. German. Verleugnung mit dem Eydschwur / verschwerung. Hispan. Obra de negar iurando. Polon. Zaprzenie, się przysięgą. Vngar. Hamis eskünéssel valo meg tagadas. Ang. Ang. Forswearing.]

Ablacto, tas, act. p. A lacte removeo. [גמל gamal. ἀπογαλακτίζω. Gall. Sevrer, oster la mammelle. Ital. Spoppare, slatare. Germ. Von der Milch stossen / Entwenen. Hisp. Destetar. Pol. Odsadzam odczyćia. Vngar. Az tsetsrül el szakasztom. Ang. To weane.] Virg. dixit, à lacte depello: & Varro, à mammâ disjungo. Ablacto apud idoneos autores vix reperies.

A¯blăquĕo, propriè est circum arbores effodere terram,& radices superiores retegere, ut magis fructificent. [עדר hadhár. ξεσκάπτω. Gall. Deschausser vn arbre ou plante. Ital. Discalzare e zappare à piedi d'alberi. German. Den Bäumen oder Räben entrüchen. Hispan. Escauar ò alimpiar los arboles. Polon. Odrzucenie, Odkorzenia, odrzucziez. Vngar. Fáknakes zölönek tövet meg asomki nyitom. Angl. To discouer the rootes of trees.] Colum.lib.3: Vinea vetus,neq; ablaqueanda est, ne radices, quas in summo habet, inarescant: neq; aranda,ne radices abrumpãtur. Pallad.lib.2: Ianuario mense locis temperatis ablaqueandæ sunt vites: quod Itali Scoticare appellant: id est, circa vitis codicem dolabrâ terram diligenter aperire, & purgatis omnibus, velut lacus efficere, ut Solis temporibus & imbribus provocentur. Ex quo loco satis apparet, non à laqueis, ut plerique existimant, sed à lacubus: hoc est, fossis, quæ circa vitium radices fieri solent, hoc verbum deductum esse. ¶ Hinc Ablaqueatio, ipse actus ablaqueandi. Plin.lib.12.cap.15: Myrrha gaudet rastris & ablaqueationibus. [σκαφεία. Gall. Deschaussement d'arbre ou autre plante. Ital. Il discalzamento delle viti e de gli alberi. German. Die auffträchung der Bäumen vnd Räben vmb die Wurzel. Hispa. Aquella obra de escauar los arboles. Vngar. Fáknakes zöld twnek megásása, kinyitása.

A¯blătīvŭs cāsŭs, Grammaticis dicitur, qui sextus est casus apud Latinos, & alio nomine, teste Prisciano, Comparativus appellatur, eò quòd per eum non minus comparatio significetur, quàm ablatio. Servit enim cõparationi, ut Fortior Hectore, ablationi verò, ut dicimus, Aufero ab Hectore Diomedes lib.1: Ablativum Græci non habent: vocatur tamen à Quintiliano ἀφαιρετικὴ πτῶσις. hunc etiam Varro interdum Sextum, interdum Latinum vocat, quia Latinæ linguæ proprius est: cujus vis apud Græcos per Genitivum explicatur. Vide apud Priscian. lib.5.cap.de casibus. Derivatur à supino ablatum, quod est aufero.

A¯blectæ ædēs, à Plauto in Mostellariâ appellantur, quæ nitidæ sunt & ornatæ, quæq; emptorem suâ elegantiâ facilè alliciant. [בית מדות beth middoth. οἰκίαι ἐκλεκτοὶ καὶ ἐπέραστοι. Gall. Maisons plaisantes & bien basties. Ital. Case pollite, belle, allegre. Germ. Außgebutzte vnnd auff den kauff zugerüstete Häuser. Hisp. Casa polidas y lucidas. Polon. Do przedania wistrichmenie. Vng. Tiszta zephas. Ang. Pleasant buildings.]

A¯blegmĭnă, Partes erant extorum, quæ diis immolabantur. Festus.

A¯blēgo, gas, Amando, removeo, dimitto. [שלח schillách. ἀποπέμπω, ἀποσέλλω. Gall. Se deffaire & depescher de quelque chose, envoyer quelq' vn. Ital. Mandar via è lontano, levar da se. German. Hinweg schicken / Abfertigen. Hispan. Embiar alguno ad algun lugar. Polon. Wyprawuiç oczasz. Vngar. El kwldöm vira bocsfatom. Ang. To send away.] Liv.lib.1: Pueros venatum ablegavit. Colum. libro 7: Itaque quum ablegabuntur, in ea loca perducenda erunt, quibus nullum impascitur pecus. Cicer. in Verr. Qui honestos homines qui causam norint, ableget, consilioque dimittat. ¶ Ablegare usurpatur etiam in quodam sermonis compendio apud Cicer. ad Attic.lib.2. A' C. Cæsare valde liberaliter invitor in legationem illam, sibi ut sim legatus: sed hæc à fratris adventu me ablegat. Id est, ita me hinc movet, ut fratris adventui adesse non possim.

A¯blēgātio, verbale, f.t. [שלוח schillúach. ἀποπομπή, ἀποπομπὰ. Gal. Congé ou envoy par maniere de deschasse. Ital. Licentiamento, ò el mandamento à lontano. German. Hinschickung / abfertigung. Hisp. Aquella obra de embiar alguno. Pol. Odeslanie. Vngar. El kwldes vira bocsatás. Ang. Sending away.] Cic. 1. de Leg. Ablegationem aliquam nimirum ista oratio postulat.

A¯blepsĭă, Latinè Cæcitas, & inconsiderantia, ἀβλεψία ab α privativo & βλέπω, video. Sueton. in Claudio: Inter cetera in eo mirati sunt homines & oblivionem, & inconsiderantiam: vel, ut Græcè dicam, μετεωρίαν, & ἀβλεψίαν. [Gall. Cecité, faute d'avis. Ital. Cecità & trascuraggine. German. Vnfürsichtigkeit / vnbesinnte. Hisp. La ceguedad, ò poco miramiento. Polon. Niebacznie izlepota. Vng. Vakság. Angl. Blindnes.]

A¯blĭgūrio, act. p. Liguriendo absumo. [אכל achál. κατα-λιχνεύω, ἐκλείχω, καταγλύττω, λιχνίζω. Gall. Despendre son bien follement & en friandises. Ital. Consumare in gola, è ghiottornia, consumar il suo, largamente spendendo in chose di gola. German. Verschlemmen / vnnützlich verthun / verzehren. Hispan. Gastar la hazienda en golosinas. Polon. Dobr, przelknie nie na lakotach. Vngar. El tekozlom. Angl. To wast, to spend.] Terent.in Eunuch. Itidem patria qui abligurierat bona: id est, suaviter consumpserat. Donat.

A¯blŏco, as. act. p. Idem quod Locare. [שכר sachár. ἐκμισθόω. Gall. Se dessaisir & bailler à loage. Ital. Appigionare, affittare. German. Außleihen. Hispan. Alquilar, arrendar. Polon. Naimuie. Vng. Birbe adom. Ang. To set, to let out for hyre.] Suet. in Vitel. cap.7: Satis constat exituro viaticum defuisse, tantâ egestate rei familiaris, ut uxore & liberis, quos Romæ relinquebat, in meritorio cœnaculo abditis, domum in reliquam partem anni ablocaret.

A¯blūdo, Dissimilis sum, disto: cui opponitur Alludo. [ἀπᾴδω, ἀπᾴδω ζομαι. Gall. Ne ressembler point, estre dissemblable. Ital. Dissimigliare. German. Vngleich seyn / vngemäß seyn. Hispan. Discordar. Polon. Rozny byc. Vngar. Kwlömbözök. Angl. To be vnlyke.] Horat.2. Sermon. Hæc à te non multum abludit imago: id est, Hoc exemplum non multum dissimile est tuis moribus, ἀπᾴδει.

A¯blŭo, abluis, Eluo, purgo. [רחץ rachats. ἀπολούω, ἐκκλύζω. Gall. Lauer & nettoyer. Ital. Lauare, nettare. German. Abwäschen. Hispan. Lauar. Polon. Ochedożam, odmiwam. Vngar. Le mosom. Ang. To make cleane, to washe.] Cicer. in Tuscul. Vlyssi pedes abluens. Abluere somnum, est post somnium se abluere, ut quod somnio portendebatur, hujusmodi ablutione expietur, ὄνειρον ἀποκλύζειν. Huc respexisse videtur Persius Sat.2. quum ait:

> Hæc sanctè ut poscas, Tyberino in gurgite mergis
> Manè caput, bis terque, & noctem flumine purgas.

¶ Abluere tenebras antiqui dicebant, pro discurere, & dissolvere. Lucret. nigrasque sibi abluit umbras: hoc est, disjicit, & dispellit. Turneb. ¶ Abluere pro madefacere, aut rigare. Colum.lib.3: Tum etiam clivosis locis terra, quæ in cum congesta est, pluviis non abluitur. ¶ Dicimus etiam proverbialiter, Abluit marinam auditionem fluviali sermone, Ἁλμυρὰν ἀκοὴν ποτίμῳ λόγῳ ἀποκλύζεσθαι. Vbi quod erat audire molestum, id oratione gratâ mitigatur, & conditur. Vsurpatur hoc Adagium à Platone in Phædro, & ab Athenæo Dipnosophist. lib. 3.

A¯blūtŭs, a, um, particip. Lotus, purgatus, ἀπολελουμένος. Varr.

A¯blūtĭo, verbale, f.t. Macrob. Satur. lib. 3. cap.1: Constat diis superis sacra facturum, corporis ablutione purgari. [רחיצה rachtsah. ἀπόλουσις. Gall. Lauement. Ital. El lauamento, risciacquamento. German. Abwäschung. Hisp. Aquella obra de lauar. Pol. Obmycie. Vng. Lemosás. Ang. Washing or rinsing.]

A¯bluvĭum, n. f. Vniversalis inundatio. [מבול mábbul. κατακλυσμός. Gall. Deluge. Ital. Diluuio. Germ. Ein vberschwemmung vnd vbergiessung mit Wasser. Hisp. Diluuio vniversal. Pol. Przeplokmenie. Vng. Vizözön. Ang. A deluge.] Vide Gell. lib.16. cap. 7. & Cæl.lib. 22.cap.24.

A¯bmātertĕră, f.p. Soror abaviæ, ἡ θεία πρὸς μητρὸς μεγάλη. Instit. lib. 3. [ἀμίθεια. Gall. La sœur de la mere grand de nostre pere ou mere grand. Ital. La sorella de la madre de la bisauola. German. Der Großmutter Schwester. Belg. Grootmoeders Suster. Hisp. La hermana de quarta abuela. Vng. Az iob atyam attyanak az anyjanak nennye.]

A¯bmitto, act.p. verbum priscum, idem quod Mitto. Plaut. in Trucul. Dic ob hæc dona quæ admiserit, me illum amare plurimùm omnium hominum. [שלח schilláach. ἀποπέμπω. Gall. Envoyer. Ital. Mandar via da se, auuiar fuori. German. Hinschicken / hinsenden. Hispan. Embiar fuera. Polon. Przesilam. Vng. El kwldöm.]

A¯bnăto, as, are, Alicunde natando recedo. [ἀπονήχομαι. Gall. Nager en arriere. Ital. Natar in dietro. German. Dahinschwimmen. Hispan. Nadar atras. Polon. Odplywam. Vngar. El uszok. Ang. To swyme away.] Statius libro 1. Achil. Tunc excepta fero, longè cervice reflexâ, Abnatat, & blandis affatur littora verbis.

A¯bnĕco, as, are, act. p. Idem quod Neco. [המית hemith. ἀποκτείνω, ἀποκτιννύω. Gal. Faire mourir, tuer. Ital. Far mourire. Germ. Tödten. Hispan. Matar. Pol. Zabiiam. Vnga. Megölöm. Ang. To kill, to slay.] Plaut. in Trucul. Neque sibi persuaderes, ut abortioni operam daret, puerumq; ritè abnecaret.

A¯bnĕgo, gas, act. p. Nego, repudio, rejicio, recuso. [כחש chichésch. ἀπαρνέομαι. Gall. Denier, renier, refuser. Ital. Negar e refiutare. Germ. Verlaugnen / abschlahen. Hispan. Negar echando sobre si maldiciones. Pol. Od mowiecz, zaprzeczsie. Vnga. Megtagadom. Ang. To denie.] Lactantius lib.5: Nec enim poterunt retinere pietatem, qui communem omnium patrem Deum, tanquam prodigi, atq; rebelles liberi, abnegasent. ¶ Abnegare deposita, aut promissa dicimur, quum negamus apud nos aliquid esse depositum, vel à nobis aliquid esse promissum. Plin. Epist. lib.3: Ne depositum appellati abnegarent. ¶ Accipitur etiam Abnegare, pro negare id, quod à nobis petitur, planè obstinato atq; obfirmato animo. Virg.7. Aen. Rex tibi conjugium & quæsitas sanguine dotes Abnegat. Colum. lib. 10: -si Iuppiter abnegat imbrem, Expectetur hyems. Virg.2. Aen. Abnegat excisâ vitam producere Trojâ.

A¯bnĕpōs, m.t. Filius pronepotis. [ἀπεγγονος. Gall. Nepueu de nostre nepueu, ou de nostre niepce en droicte ligne. Ital. Il nipote del nipote. German. Der dritte Enckel. Hispan. El quarto nieto, ò nieto del nieto. Vng. Az vnokanak fianak fia auagy harmadik vnoka. Angl. The sonne in fourt degre.] Est enim inter ipsum & nepotem pronepos. Sic Abneptis, proneptis filia. [ἀπεγγόνη. Gall. La niepce de nostre nepueu ou de nostre niepce en droicte ligne. Ital. La nipote della nipote. Germ. Die dritte näsin. Hisp. La quarta nieta, ò nieta de la nieta. Pol. Prawnuczka. Vnga. Az vnokanak leanyanak anag fianak leania.]

A¯bnocto, as, avi, atum, act. p. Foris pernocto, vel noctu absum. [לן lan. ἀπονυκτερεύω. Gall. Coucher la nuict dehors. Ital. Dormir fuor la notte. Germ. Da aussen vbernacht bleiben / Außwendig benachtet werden. Hisp. Dormir de fuera la noche. Pol. Indziey nocuie. Vng. Kin hálok. Ang. To ly thair out in the nicht.] Vnde cautum est in Pandectis l. illud. de offic. præsid. ne Præses extra provinciam abnoctet: Ne, qui provinciam regit, fines ejus excedat, nisi voti solvendi causâ, dum tamen ei abnoctare non liceat. Seneca de vitâ beatâ: Alius Iovem adulterum inducit, & abnoctantem.

A¯bnōdo,

Abnodo, act. p. Idem quod Enodo id est, arbores & vites nodis purgo. [Ἀπολύω κλάδους, ἀφαιρῶ τὰ ὄζους. Gall. *Desnouer, purger & oster les noeuds des arbres*. Ital. *Disnodar, tagliar i nodi de gl' alberi*. Ger. Die knoten von den Bäumen hauen. Hisp. *Desnudar, desñudar*. Pol. *Obrzynie, latorośli*. Vngar. *Ágait faknak es ző-lőnek gőtsit el irtom*. Ang. *To free trees*.] Colum. lib. 4. cap. 24: Hunc ergo tanquam æmulum diligenter idem amputant & abnodant, priusquam corroboretur.

Abnormis, ûne norma, om r. [ἀνώμαλος, ἄκοσμος. Gall. *Irregulier*. Ital. *Irregolare*. Germ. Ohn weiß oder maß, ungeraumpt. Hisp. *Fuera de regla*. Vng. *Mód nelkül valo*. Ang. *Out of ordour*.] Horat. lib. 2. Serm. Rusticus abnormis sapiens.

Abnuo, nuis, nui, nutum, act. t. ex Ab & Nuo, est signo capitis aliquid nego, recuso, renuo. [יְנִיעַ mein. ἀνανεύω, ἀπονεύω. Gall. *Hocher la teste, & monstrer par signe de ne vouloir quelque chose, esconduire, refuser*. Ital. *Far cenno di no voler cosa, ricusare*. German. Mit schütlen des Haupts verneinen oder abschlagen. Hispan. *Negar meneando la cabeça*. Polon. *Odmowię, kiwanie głowy*. Vngar. *Fő-mingatásom intéssel meg vetem*. Ang. *To shake the head in denying of a thing, to deny*.] Quanvis & oculis, & manibus, vel etiam verbo id fieri possit: tamen absolute pro negare, sive recusare ponitur. Cic. de Fat. Nihil unquam abnuit voluntas mea studio tuo Nuere enim apud veteres pro velle ponebatur. ¶ Vnde Nutus: & Numen, quod est Dei nutus: hoc est, imperium & potestas. Virgil. 1. Aeneid. meo sine numine venti Audetis. Nutus verò significat, quòd fit oculis, vel capite vel manibus. Idem: Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum. ¶ Vsurpatur & pro voluntate, quæ ex ejusmodi signo declaratur, sive affirmando, sive negando. Livius: Sub umbrâ Scipionis civitatem dominam orbis terrarum latere, nutus ejus pro decretis patrum, pro populi jussis esse. Plin. libro 1. Epistol. docet Nutum dici, quando annuimus: Renutum, quando recusamus. Sic enim ait: Nam ego quoque simili nutu, ac renutu respondere voto tuo possum. Sueton. verò in Vespasiano Nutum accipit pro Renutu, quum ait: Adolescentulum fragrantem unguento, quum pro impetratâ præfecturâ gratias ageret, nutu aspernatus, voce etiam gravissimâ increpuit, Maluissem allium oboluisses. ¶ A Nuo fit Nuto, tas, frequentativum, quod est, sæpè capite hujuscemodi signum facio νευστάζω. Aliquando ponitur pro Moveri, & quasi ruinam minari: ductâ traslatione à motu capitis, quòd inclinando affirmare, & cōtinendo negare solemus. Vnde nutare ædificia dicimus, quæ malè solidata ruinam minitantur. ¶ Transfertur etiam ad animum, & pro Titubare, id est, dubitare, in quam partem vertendum sit, accipitur. ¶ Accipitur etiam Abnuo, pro, Prohibeo. Virgil. 10. Aeneid. Abnueram Italiam bello concurrere Teucris. Vbi Servius: Prohibueram Italiam contra Teucros bella suscipere. ¶ Reperitur & Abnueo in secundâ verborum declinatione. Ennius 8. Annal. Certare abnueo, metuo legionibus labem. ¶ Contraria huic sunt Nuo, & Annuo, pro assentior, & nutu assensum præsto, faveo, innuo, signo aliquo voluntatem meam ostendo, sive negem aliquid. Terent. in Eunucho: Nihil, nisi abiens mihi annuit. Renuo, Recuso. Nonius inter Nutare, Nuere, & Nictare, hoc interesse scribit, quòd Nutare capitis insit, inclinando, aut in gyrum movendo: Nuere, narium, vel labrorum: Nictare, oculorum, patefaciendo eos, aut claudendo vel utrumque, vel alterum. Plaut. in Asin. Nec illa ulli homini nutet, nictet, annuat: hoc est, nec capite signum faciat, nec facienti assentiatur, nec oculis quicquam indicet. ¶ Abnuo etiam significat solo verbo, simpliciterque negare. Col. Nos quoque abnuimus in agro temperato & minimè humido sementem sic fieri debere. Cic. 1. de Fin. Quid quisq; concedat, quid abnuat.

Abnuendus, a, um, particip. ἀνανευτέος. Seneca in Thyeste: Nec abnuendum sit, si dat imperium Deus Nec Appetendum.

Abnuitur. Impersonale, ἀνανεύεται. Livius: Nec abnuitur ita fuisse. Id est, non negatur.

Abnuto, frequentativum, ab Abnuo, quod est sæpè signo capitis abnuentis quidpiam nego. [ἀνανεύω. Gall. *Souvent refuser ou nier en hochant la teste*. Ital. *Ricusare con spessi cenni*. German. Stäts oder offt sich widerigen mit schüttung des Haupts. Hispan. *Negar y rehusar muchas vezes con la cabeça*. Polon. *Często kiwaniem głowy od mawiam*. Vngar. *Fő razással meg tagadom*. Ang. *To deny of ten benodding*.] Plaut. in Capt. Quid mihi abnutas? Cicer. 3. Orat. Quidnam est obsecro, quòd te adiri abnutas?

Abnutivum, Nomen quod in Iureconsultorum libris, dissensionem, voluntatem contrariam sine actione ad impediendū expromptam significat. Paulus l. 83. De verb. oblig. Qui spondet dolum malum abesse, abfuturúmve esse, non simplex abnutivum spondet, sed curaturum se, ut dolus malus absit. Hotomanus in Lexico.

Aboleo, abolevi vel abolui, aboletum, vel abolitum. Induco, tollo, deleo, oblitero. [מָחָה mih. הִשְׁבִּית hischbith. ἀφανίζω, ἀπαλείφω, ἐξαλείφω. Gal. *Abolir, effacer*. Ital. *Scancellare, cassare, annullare*. Germ. Abtilgen, oder austilgen, zu nichte machen. Hispan. *Raer, borrar, quitar*. Polon. *Wygładzę, wyniszczę*. Vngar. *El törlöm*. Ang. *To abolishe, to desanull*.] Plinius libro 8. cap. 9: Crebrò postea coquitur, donec omnis aboleatur odor. Virgil. 4. Aeneid. abolere nefandi Cuncta viri monumenta jubet. ¶ Abolere magistratum, leges, dignitatem, pro tollere, & adimere. Liv. 3. ab Vrbe: Tentationémque eam fore abolendi sibi magistratus, ni consensu resisterent. ¶ Aboleo, pro Abluo seu lavo Virg. 4. Georg. nec viscera quisquam, Aut undis abolere potest, aut vincere flammâ. Quē locum his verbis exponit Servius: Nec lavari nec coqui poterant.

Abolitio, verbale, fæ. [ἀφανισμός. Gall. *Abolition, aneantissement*. Ital. *Lo scancellamento*. German. Außtilgung, hinnemmung. Hispan. *Aquella obra de raer ò quitar, racatura, o borradura*. Polon. *Wyniszczenie*. Vngar. *El törlés*. Ang. *Abolishing, or disanulling*.] Quintil. libro 9. cap. 2: Adversus tyrannum, qui sub pacto abolitionis, damnationem deposuerat, agit competitor. Est autē abolitio, peremptio institutæ actionis: estque duplex, generalis & specialis. Vide C. de Abolit. gener. l. ultima & ff. de Abolit. l. Abolitio.

Abolesco, n. t. Ad nihilum redigor. [ἀφανίζομαι, ἐξαλείφομαι. Gall. *S'en aller à neant, estre hors d'usage*. Ital. *Venire à meno, stinguersi*. German. Zu nichts werden. Hispan. *Desmenguarse*. Pol. *Niszczeie*. Vng. *Semmivé lek, el töröltöm*. Ang. *To be out of use*.] Colum. lib 4: Eademque nec imbribus putrescit, nec siccitatibus abolescit.

Abolla, æ. p. Vestis Senatoria, quasi abulla: quòd undique sit bullata. Prudentius Sym. 1: Adjectus fastis palmatâ insignis abollâ. Alii accipiunt pro veste confecta duplici panno, qualis scholastica apud nos, & apud Græcos Diplois. ¶ Quandoque pro veste militari sumitur. [χλαμύς. Gall. *Une certaine robe de gendarme*. Ital. *Sopravesta militare*. German. Ein Kriegsrock. Belg. Ouercleet des Reck. Hispan. *Vestidura redonda, como manto ó vestidura enforrada y pomposa de nobles*. Polon. *Giermałek*. Vng. *Gombos, aucg, vdvari ruha*.] Vnde extat locus Martialis in Crispinum: Nescit cui dederit Tyriam Crispinus abollam, Dum mutat cultus, induiturque togam. ¶ Sumitur etiam Abolla pro vestis philosophicæ genere. Iuven. Sat. 3: audi facinus majoris abollæ, Stoicus occidit Baream, delator amicum.

Abolus, ἄβολος, Græca vox. Pullus est, qui nondum dentes illos amisit, ex quibus in equis præsertim ætas dignoscitur, unde etiam dentes illi à Xenophonte & Aristotele γνώμονες appellantur. Vide B. comm.

Abomasum, Intestini genus est in ventre: circa reticulum, quod Gaza ἤνυστρον interpretatur, olim inter delicatiores cibos habitum, quo verbo utitur Aristoph. & Arist 11. Animal.

Abominor, aris, d. p. est à præpositione Ab & Omine: execror, abhorreo, & fugio. [תִּעֵב tihab. βδελύττομαι, ἀπεύχομαι. Gall. *Detester, abominer, avoir en horreur & abomination*. Ital. *Haver in abominatione*. German. Verfluchen, ein grewel abscheuhen tragen. Hispan. *Detestar, mal dezir, mal agorar*. Polon. *Przeklinam, przyklinam*. Vngar. *Utálom*. Angl. *To curst*.] Plin. Abominantur recedente aliquo ab epulis simul verr. solum. Idem libro 28. cap. 2: Incendio inter epulas nominato, aquam sub mensâ profundi abominantur. ¶ Abominari etiam dicimus cum aliquod verbum veluti sinistri ominis avertimus, deprecamurque: ut quum dicimus, Si quid tibi acciderit humanitūs, quod Deus prohibeat. Vnde Abominatio dicitur ea figura. Curtius lib. 6: Hoc regnum insigne aut moderatè perferendū est, aut (quod abominor) in te ruet.

Abominandus, Detestatione dignus. [נִגְעָל nighal. ἀπευκτέος, βδελυκτός. Gall. *Abominable, detestable*. Ital. *Abominabile, detestabile*. German. Verfluchens oder vermaledeyens werdt, grewlich. Hispan. *Mal dezido y abominado*. Polon. *Przeklęty, Obrzydliwy*. Vng. *Vtálatossagra méltó*. Ang. *Detestable*.] Plin. lib. 22. cap. 4: Eadem vocatur obsidionalis, liberatis obsidione, abominandoque exitio totis castris.

Abominatus, Execrationibus, malisque ominibus devotus, Diris petitus. [βδελυκτός. Gall. *Excommunié, exercé, detesté*. Ital. *Scommunicato, interdetto*. German. Verflucht. Hispan. *Descomulgado*. Polon. *Przeklęty*. Vngar. *Meg vtáltatott, meg atkoztatot*. Ang. *Detested*.] Horat. in Epod. Parentibusque abominatus Annibal.

Abominosus Plenus abominatione. [βδελυρός. Vng. *Vtálatos*.] Diomedes lib. 3: Vt libantes sonum vocis abominosæ audire non possent.

Abortior, reris vel riris, com. t. Abortum facio, ante tempus pario. [הִפִּיל hippil. ἐκτιτρώσκω. Gall. *Avorter, ou estre avorté, naistre devant le terme*. Ital. *Disperdere, ò abortarsi, partorire, nascer avanti tempo*. German. Ein unzeitige frucht gebären, oder unzeitig geboren werden. Hispan. *Mal parir la muger y sin tiempo, ó nascer la criatura sin tiempo abortar*. Polon. *Martwe rodzę*. Vngar. *Idö elött szülök*. Ang. *To beir birth befoir the tyme*.] Varro: Vinum quod ibi natum sit in quodam loco, si prægnans biberit, fieri ut abortatur: hoc est, ut fœtum imperfectum adhuc ante tempus mater ejiciat. Quoties enim absolutè accipitur, de matre intelligitur: Secus verò de fœtu: quemadmodum apud Gellium lib. 12. ca. 1: Quod quidem eâdem fit vecordiâ, qua quibusdam commētitiis fraudibus nituntur, ut fœtus quoque ipsi in corpore suo concepti aboriantur: id est, ante maturum partum ejiciantur. ¶ Aboriri vox dicitur, idque per metaphoram, quando præ metu, aut aliâ de causâ deficit. Lucr. lib. 3.

Abortus, a, um, ἀναφανείς: id est, Exortus. Statius lib. 8 Thebaid. 7. de Pluto: Nec solitus sentire metus, expavit aborta Sidera, Iratusque offensus luce profatur.

Abortus, tus, m. q. Intēpestivus ortus. [נֵפֶל nephel. ἔκτρωμα. Gall. *Avortement*. Ital. *Sconciatura*. German. Ein unzeitige geburt, oder

 mißge-

misgeburt. Belg. Misval/ Misbaringe. Hispan. *Abordatura, mal parto* Pol. *Marwewrodzenie.* Vngar. *Idétlen zulés.* Ang. *Vntymelie birth.*] Plin. Extat in monumentis medicorum & quibus talia cõsectari curæ fuit, uno ab ortu XII. edita puerpera. Cic. Att. Tertullæ nollem abortum. ¶ Differt autem Abortus ab Ejectione, quòd hæc grandioris fœtus sit: Abortus verò intra quadragesimum diem contingat: hunc Græci vocant ἐκτρωσμός. ¶ Abortus etiam de arboribus dicitur. Plin. lib. 12. cap. 2: Quoniam arborum etiam abortus invenimus. ¶ Abortum facere, significat tàm inferre, quàm pati abortum. Plin.

Ăbŏrsŭs, a, um, Aborsus venter dicitur à Paulo lib. Sentent. IIII. c. IX. pro fœtu venenis & medicamentis ejecto. Aborsus, inquit, vel abactus venter, partum efficere non videtur.

Ăbŏrsŭs, ûs, ui, m. q. deductum, ut videtur, à verbo Aborior, quod idem ferè significat quod Abortus: præterquàm quod hic fœtus sit jam grandiusculi, ut Nonio placet: ille, non ita pridem concepti ἔκτρωμα.

Ăbortĭo, onis, f. t. Aboriendi actus. [ἀμβλωσις, ἐκτρωσμός. Gall. *Avortement.* Ital. *Il parto acerbo, lo sconciamento di parto.* German. Eines unzeitigen misgeburt. Belg. Misval. Hispan. *Aquella obra de mal parir.* Vngar. *Gyermek el vetés.*] Gell. lib. 3: Quum abortio quibusdam, non partus videretur intempestivitas. Cicer. pro Cluentio: Quę pecunia mulieri legata erat à filio, si natus esset, eam præsentem Oppianicus nõ debitam mulieri solvit: si hæc solutio legatorum, & non merces abortionis appellanda est.

Ăbortĭo, tis, tivi, n. q. Immaturum fœtum edo, ante tempus pario. [הִפִּיל hippil. ἀμβλίσκω, ἐξαμβλόω. Gall. *Avorter.* Ital. *Disperdersi ò sconciarsi.* German. Ein unzeitiges gebären. Hisp. *Mal parir la muger sin tiempo.* Vngar. *Idó előtt szülni.* Angl. *To travell before the tyme.*] Plin. lib. 8. cap. 15: Implentur uno coitu, qui geminatur propter facilitatem aboriendi. Est & Abortior verbum deponens.

Ăbortĭum, tii, n. s. Idem quod Abortio, ἔκτρωμα. Hieronymus: Dum crebris abortiis, & expertâ fœcunditate conceptum, &c.

Ăbortīvŭs, a, um. Quod abortũ facere potest. [ἐκτρωματικός. Gall. *Qui fait avorter.* Ital. *Che puo far il parto acerbo.* German. Das ein misz geburt bringt. Hispan. *Que haze mal parir.* Polon. *Pomarwienie czyniacy.* Vngar. *Az ky gyermeket vetbet.* Ang. Ang. *That which is the cause of vntymelie birth.*] Plin. Oscitatio quidem in enixu lethalis est: sicut sternuisse à coitu, abortivum. ¶ Significat & partum informem, & imperfectum, qui scilicet abortu natus est. [ἐκτρωματικός. Gall. *Avorton, qui est né avant terme.* Ital. *Nato avanti il termine, sconciatura di parti.* German. Ein missgeburt/unzeitiung. Hispan. *Aborton.* Vng. *Vetélt gyermek.*] Suet. in August. cap. 35: Quos abortivos vulgus vocabat.

Ăbortō, as, a. p. sicut Abortio, tis: id est, Abortum facio. ἀμβλόω. Firmicus lib. 6. Math. Abortavit filios geminos. Varro 2. de Re rust. cap. 4. Ne, dum exilire velit prægnans, abortet.

Ăbpatrŭŭs, frater abavi. [ἀδελφὸς πρὸς πατρὸς μέγας. Gall. *Frere du quatriesme ayeul.* Ital. *Fratello du quarto avolo.* German. Des Vorähnls oder Urähnls Bruder. Hispan. *Hermano de mi quarto abuelo.* Vngar. *Iobatyam, attyánák az attyánák báttya.*] Theoph. Institut. lib. 1.

Abra, abræ, ἄβρα. Vox Græca est, quæ ancillam adolescentiorem significat. Vide Eustat. in Odyss.

Ăbrādo, dis, act. t. Radendo tollo, derado. [קצץ katsâh. ἀποξύω. Gall. *Racler, enlever en raclant.* Ital. *Rader, e radendo togliere via.* German. Abschaben/ abtrazen/ abschaben. Hispan. *Raer de alguna cosa.* Polon. *Odskrabiam, Odgałam.* Vngar. *El nyróm.* Ang. *To shaue away.*] Plin. libro 6. cap. 20: Barba abraditur, præterquam in superiore labro. ¶ Item Reseco, tollo, abscindo. Colum. libro 3. Arida & vetera quæ falce amputari non possunt, acutâ dolabrâ abradito. ¶ Per translationem ponitur pro Extorquere, exprimere, sive per vim, sive per dolum, fraudem: quasi radendo auferre. Cicer. pro Cecin. Posteaquam videt nihil se ab A. Cecinnâ posse litium terrore abradere.

Ăbrāsŭs, Radendo ablatus. Cic. pro Qu. R. Supercilia illa penitùs abrasa olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur.

Ăbrĭpĭo, pis, act. t. ex Ab & Rapio, Abstraho, vi eripio, aufero, & tùm ad res, tùm ad personas refertur. [גזל ghazal. קפץ chaphaph. ἁρπάζω. Gall. *Ravir & emporter par force.* Ital. *Rubare, levar altrui per forza.* German. Hinweg reissen / mit gewalt dannen nemmen. Hispan. *Arrebatar de alguna cosa.* Polon. *Gwałtem wydzieram.* Vngar. *Elragadom.* Ang. *To tak away be force.*] Cic. lib. 1. Offic. Qui abripiunt ab aliis, ut aliis largiantur. Terent. in Eun. Ex Atticâ hinc abreptam. Cic. ad Quirites: Nec patiamini me à meis liberis abstractum, à conjuge abreptum, ab aris focisq́; innocentem projectum, vitam degere in exilio. Plaut. in Mil. alio modo est usus: Quis is est homo? PE. Nescio, ita abripuit repentè sese subitò: hoc est, hinc avolavit. Huic opponitur & Arripio, quod ex Ad & Rapio cõponitur, & significat, attrahere vel accipere. Vide in ARRIPIO. Cic. in Catone: Non cani, nõ rugæ repentè autoritatẽ abripere possunt, sed honestè acta superior ætas, fructus capit autoritatis extremos. ¶ Aliquando significat Vehementer ad me rapio, ut fit, quum celeri quadam animi, corporisque vehementiâ ad nos trahimus. Liv. libr. 1: Tum Tarquinius necessitate etiam cogente, ultima audere: ipse multò & ætate, & viribus validior medium Servium abripit, elatumq́ue è curiâ in inferiorem partem per gradus dejicit. ¶ Aliquando Subitò evado. Plaut. in Curc. Vix me foras abripuit. ¶ Aliquando Celeriter rapere, invadere. Virg. 3. Aen. Hanc abripere velis.

Ăbrēptŭs, Raptus. Cic. pro Lig. Tempestate abreptus est unus.

Ăbrōdo, act. t. Rodendo abscindo. [עשש hashash. ἀποτρώγω. Gall. *Couper en rongeant, ronger tout outre.* Ital. *Rodere intorno, è rodendo rompere è troncare.* Germ. Abnagen. Hispan. *Roer, ò roendo cortar.* Polon. *Odkęsiwie.* Vngar. *El ragom.* Ang. *To gnaw of.*] Plin. lib. 10. cap. 62: Viperæ mas caput inserit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine.

Ăbrŏgo, gas, act. p. Infigo, adimo, refigo, abdico, rescindo, dissolvo, irritum facio, antiquo. [השבית hishbith. ἀκυρόω, ἀθετέω. Gall. *Abolir, casser, & annuler.* Ital. *Togliere, annullare, cassare, levar d'uso.* German. Hinweg thun/ auffheben/ untrefftig machen. Hispan. *Quitar lo que està en uso.* Polon. *Odmieniam, Obracam wniwecz.* Vngar. *Minden hàtznás es erciét, el vescem, el törlöm, föl bontom.* Ang. *To abolish, to mak of no effect.*] Dicimus autem, Abrogatur legi, & abrogatur lex. Autor ad Herenn. Illa defensio tenuis est, quum ostẽditur id factum esse, quod ea lex sanciat, cui legi abrogatum, vel derogatũ sit, ἀποχειροτονεῖν νόμον. Et Servius scribit, Abrogari legi, quum prorsus tollitur: Derogari, quum pars detrahitur. Iungitur autem Abrogo dativo vel accusativo. Cicer. de Clar. Orat. Qui tantũ autoritate dicendoq́; valuit, ut legem Semproniam frumentariam, populi frequentis suffragiis abrogaverit. Liv. lib. 9. ab Vrbe conditâ: Vbi duæ leges contrariæ sunt, semper antiquæ abrogat nova. Septem modis ex jure concessis fieri cõstat abrogationem. Primo, cõtrariâ cõsuetudine, quæ nota est principi. Secundò, contrariâ constitutione. Tertiò, causæ cessatione. Quartò, locorum varietate. Quintò, nimio rigore. Sextò, si precibus occasionem malignè agendi habeat. Septimò, propter malum inde sequens. ¶ Interdũ ponitur pro Auferre, adimere, detrahere, lib. 1. ad Herenn. Nam & periculosum est, ne quando plus minúsve dicamus, & suspicionem affert auditori meditationis & artificii, quæ res fidẽ abrogat orationi. Cic. in Cornelianâ. Nec vehemẽtius est ostendere se laturum invito collegâ, quàm ipsi collegæ magistratum abrogare. ¶ Abrogare quempiam, figuratè dictum. Plinius de viris illust. 77. de Pompeio: M. Lepidum, acta Syllæ rescindere volentem, privatus Italiâ abrogavit. Id est, pepulit, ejecit ex Italiâ.

Ăbrŏgātĭo, verbale, f. t. [ἀποχειροτονία. Gall. *Abolissement, annullement.* Ital. *Scancellamento, annullatione.* German. Hinnemmung oder auffhebung. Hispan. *Quitamiento.* Polon. *Odmienienie.* Vng. *Föl bontás, föl fejtés: el törlés.* Ang. *Disanulling.*] Cicer. ad Attic. lib. 3: Neque enim ulla est lex, quæ non ipsa se sepiat difficultate abrogationis.

Ăbrŏgātŭs, Antiquatus de lege ac dignitate, & spoliatus dignitatis ratione. Cic. pro Domo: Eique imperium est abrogatum. Et pro C. Corn. M. Cottæ lex de judiciis privatis anno postquàm lata sit, à fratre ejus abrogata.

Ăbrotŏnum, n. f. Herba est satis cognita, etiam hodie in Officinis nomen retinens. [ἀβρότονον. Gall. *Aurosne, ou garderobe.* Ital. *Abrotono.* German. Stabwurtz. Belg. Averone / averuyt. Hisp. *Abrotano, hierva lombriguerra.* Pol. *Bożedrzewko.* Vng. *Isten fája.* Angl. *Southernwood.*] Hujus duo sunt genera: unum farmentosum, minutis foliis, minus candidum, semine tenui & numeroso, uti absynthium, quod marem vocamus. Nascitur hoc genus in hortis, & locis campestribus. Alteram quod fœminam appellant, arbusculæ speciem habet, foliis magis candicantibus, Seriphii modo minutim circum ramulos incisis, floribus refertum, in summo auri fulgore comantes corymbos obtinens, odoratum etiam cum gravitate quadam. Vulgus vocat *sylvestrem cupressum.* [Gall. *Du Cypres.* German. & Belg. Cypres.] Nascitur in montibus: unde & montanum appellatur. Dictum est autem Abrotonum, ut Nicandri interpres testatur, διὰ τὸ πρὸς ὄψιν ἁβρὸς καὶ ἁπαλὸς φαίνεσθαι, quòd aspectu tenerum, molle & delicatum sit. De hoc Horat. lib. 2. Epist. -abrotonum ægro Non audet, nisi qui didicit dare.

Ăbrŏtŏnītēs, abrotonitæ, masculini gen. sed figuratè neutro generi jungitur: & est vinum factitium ex Abrotono, de quo meminit Colum. lib. 12. cap. 35. & Diosc. lib. 5. [ἀβροτονίτης οἶνος. Gall. *Vin d'aurosne.* Ital. *Vino di abrotano.* Ger. Wein von Stabwurtz gemacht/gleich dem Wermutwein. Hispan. *Vino adobado con lombriguerra.* Vngar. *Istenfáiával főzött bor.* Ang. *Vyne made of southern wood.*]

Ăbrumpo, act. t. Incido, interrumpo, disjicio, avello. [קרע karah. ἀπορρήγνυμι. Gall. *Rompre & briser ce qui se tient ensemble.* Ital. *Rompere e diramare.* German. Abreissen/ abbrechen/ abzerren. Hispan. *Quitar alguna cosa rompiendo.* Pol. *Oddzieram, Odłamuie, Odtarguie.* Vngar. *El szakasztom, köbe, szakasztom.* Ang. *To break a sunder.*] Liv. lib. 8. belli Pun. Cohortes à fronte urgebant, ut abrumperent cornua à cæterâ acie: id est, interrumperent. Abrumpere vincula, ἀπορρῆξαι τὸν δεσμόν. ¶ Transfertur ad res incorporeas. Virgil. 3. Georg. Nec somnos abrumpit cura salubres. Sic Abrumpere sermonem. Abrumpere vitam, ἀπορρῆξαι τὸν βίον, apud eundem: & Abrumpere otium, apud Plin. in Epist. Et Cic. Phil. 5: Magna atq; incredibilia sunt in Remp. hujus merita legionis: hæc se prima latrocinio abrupit Antonii: id est, subitò, & cum impetu sese ab eo liberavit. Hinc Abruptus sermo, abrupta oratio, ἀπότομος λόγος. Id est, oratio quæ

caret

raret exordio: quales sunt orationes patheticæ & concitatæ. Abruptum ingenium. Id est, præceps. Sil. Ital. lib. 7.

Abruptio, f.t. nomen à verbo deductum, ut Abruptio corrigiæ. Cic. 2. de Divin. [קרע *kerah* ἀπόῤῥηξις. Gall. *Rompement.* Ital. *Rompimento.* Germ. Ein abbrechung oder abreissung Hispan. *Quebrantamiento rompiendo.* Pol. *Oddarcie.* Vng. *Elszakasztás, közbe szakasztás.* Ang. *Breaking a sunder.*]

Abruptè, adverbium. [פתאום *pitgah.* ἀποτόμως. Gall. *Abruptement, brusquement.* Ital. *Subitamente è d' improviso.* German. Gähling/ohn alle vorred Hisp. *Subitamente ò adesora.* Pol. *Przerwanie.* Vng. *Hirtelen.* Ang. *Having no forme of begining.*] Quint. lib. 3. cap. 15: Nec enim abruptè, nec unde libet, incipiendum. ¶ Quin & Abrupta, vocamus loca difficilia, & divulsa ac invia. Græc. ἀπόῤῥωξ & τὸ ἀποῤῥηγμένον, vel κρημνώδης: Divus Hier. l. 1. Regum: Perrexit Saul ad investigandum David, etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus perviæ sunt.

Abs significat idem quod A, de quo satis in superioribus.

Abscedo, dis, act. t. ex Abs & Cedo, recedo. [סור *sar* ἀφίσταμαι ἄπειμι. Gall. *S'en aller, se retirer, se partir.* Ital. *Partire, ritirarsi.* Ger. Hinweg weichen/abscheiden/abtretten. Hisp. *Partir de lugar.* Polon. *Odstępuję, Odchodzę.* Vng. *El megyök* Ang. *To go a part, to depart.*] Hirt. lib. 5. bell. Afric. Vbi Cæsar conspexit Labienum ab suis copiis longiùs abscessisse. Et sine præpositione, apud Liv. 6. bell. Punic. Abscedere irrito incœpto, & movere à Capuâ castra. ¶ Abscedere etiam dicitur quod incipit in abscessum seu apostema verti. Cels. lib. 5. cap. 18: Malagma ad supprimendum omne quod abscedit.

Abscessus, m.q. & Abscessio, quæ ferè idem significant: quum tamen Accessus & Accessio sæpe differant. Nam accessus est aggressus, Accessio, incrementū, & interdū aggressio, de quibus alibi latiùs. [סור *sur.* ἀπόστασις. Gall. *Departement.* Ital. *La partita, el partirsi.* Germ. Ein abweichung/abscheidung. Hispan. *La partida de lugar* Polon. *Vstęp.* Vngar. *El menés.* Ang. *Departing.*] Cicero de Univers. Quum ad corpora tum accessio fieret, tum abscessio. Idem de Natur. deor. lib. 2: Abscessus Solis à nobis. ¶ Abscessus. [מזור *mazór* ἀπόστημα. Gall. *Apostume.* Ital. *Postema* German. Ein Geschwär. Hispan. *Postema, y ayuntamiento de humor corrompido.* Pol. *Gruczoł, Szczel, zebranie ropy.* Vng. *Merigy.*] Medicis est tumor corporis contra naturam, quū pus ex phlegmone procedens, in particulâ quapiam, veluti in sinu quodā est collectum: aut etiam sine phlegmone, quū humor aliquis acris, in parte aliquâ colligitur, eamq; copiâ distēdens, excoriat. ¶ Varia sunt abscessuum genera, pro varietate substantiæ in iis contentæ: præcipua tamē tria, Atheroma, ἀθέρωμα, Steatoma, στέατωμα, & Meliceris, μελικηρίς, à similitudine contentarum in ipsis substantiarum dicta. Aliud enim eorum veluti sevum, aliud veluti mel, aliud pulticulæ quiddam simile, quam ἀθήραν vocant, in se continet. Vide Gal. 14. Meth. cap. 24.

Abscido, dis, act. t. ex Ab & Cædo (sed æ diphthongus vertitur in i productum) significat partem de re aliquâ seco, abscindo. [גדע *ghaddah.* ἀποτέμνω, ἀποκόπτω. Gall. *Trencher, separer en coupant.* Ital. *Tagliar rompendo, troncare.* German. Abhauwen/abschneiden. Hispan. *Cortar de alguna cosa.* Polon. *Odcinam, Odtinam.* Vngar. *El metczöm.* Ang. *To cutt a sunder.*] Virgilius Aeneid. 3: Hesperium Siculo latus abscidit: arvaque & urbeis, &c. Hoc tamen potiùs esse videtur à verbo Abscindo, cujus frequentior est usus, quàm verbi Abscido: quum contrà Præcido frequentiùs quàm Præscindo reperiatur.

Abscindo, dis, idem quod Abscido. Iuven. Sat 5: Quid tamen expectant Phrygio quos tempus erat jam More supervacuam cultris abscindere carnem? Plautus: Ego tibi istam scelestam, scelus, linguam abscindam. ¶ Per trāslationem, apud Livium lib. 9. ab Vrb. Nos omnium rerum respectum, præterquam victoriæ, nobis abscindamus.

Abscissio, onis, f.t. Præcisio, figura. ad Herenn. Per abscissionē: si cùm incipimus aliquid dicere, præcidimus.

Abscissus, a, um, Amputatus, fractus, abruptus. [נגדע *nighdah.* ἀποτετμημένος, ἀποκοπείς. Gall. *Trenché, coupé.* Ital. *Che è stato troncato, rotto ò levato via.* Germ. Abgehawen. Hispan *Cortado.* Polon. *Odcięty, Odłomiony.* Vngar. *El metczetett.* Angl. *Cut a sunder.*] Invenitur & comparativus, apud Valer. lib. 6: Sed aliquanto Charondæ Tyrii præfractior & abscissior justitia ad vim & cruorem usque.

Abscio, is, ire, act. q. Est de memoriâ exire, inusitatum. [Germ. Auß der Gedechtnus kommen.]

Abscondo, dis, ditum, vel absconsum. Occulto, ἀποκρύπτω. Vnde ἀποκεκρυμμένος, Absconsum, abditum occultum. [טמן *taman.* Gall. *Cacher, musser.* Ital. *Ascondere, celare, nasconderе.* German. Verbergen. Hispan. *Esconder.* Polon. *Kryię.* Vngar. *El rejtöm, el födözöm.* Ang. *To hyd.*] Colum. libro de arboribus cap. 7: Reliquas radices, quæ in terram absconduntur, fac abradas.

Abscondite, adverb. [בטמון *battamún.* κρυφῆ, κρυφίως. Gall. *Couvertement, occultement.* Ital. *Discoso, occultamente.* German. Verborgenlich/heimlich. Hisp. *Escondidamente.* Pol. *Skrycie, Potaiemnie* Vng. *El rejtve titkon.* Ang. *Secretlie.*] Cic. 3. de Finib. Ea nec acutissimè, nec absconditè differuntur.

Absconditus, a, um, particip. [טמון *tamún.* ἀποκεκρυμμένος, κρύφιος. Gall. *Caché, secret.* Ital. *Nacosto, occultato.* Hispan. *Escondido.* Pol. *Skryty.* Vng. *El rejtett.* Ang. *Hid.*] Cic. 2. Verr. Non obscurum opinor neque absconditum.

Absconsio, verbale, f.t. [מסתור *mistar.* ἀπόκρυψις. Gall. *Cachette.* Ital. *El nascondere.* Germ. Verbergung. Hispan. *Aquel esconder* Pol *Skrycie.* Vngar. *El rejtés el födözés.* Ang. *Hyding.*] Plin. lib. 2. cap. 16. Velut deputans absconsione turpitudinem.

Absconsor, is, verbale [ἀποκρύπτης. Vngar. *Elrejtő.*] Iul. Firmic. lib. 3. Matheseos: Absconsores auri, & divitiarum facier.

Absconsus, vel rectiùs Absconditus, particip. ab Abscondor. [Vng. *El rejtetett.*] Absconsus, sed absconditus meliùs, quia simplex Condor, Conditus.

Absens. Vide ABSUM.

Absentaneus, a, um, Quod in absentiâ fit.

Absentia, ab Absens fit, f.t. [Ἀπουσία. Gall. *Absence.* Ital. *Lontananza.* German. Abwäsung. Hisp. *Aquella obra de estar ausente.* Polon. *Nieobecność.* Vng. *Tavullevalo létel.* Ang. *Absence.*] Seneca ad Lucilium: Aequo animo ferre debemus absentiam. Cic. de Amic. & ad Attic.

Absentio, tis, si, sum, Dissentio, act. q. [Διχονοέω. Gall. *Dissentir, estre de autre & diverse opinion.* Ital *Haver parere diverso.* Germ. Ein anderr Meynung haben/anderst gesinnet seyn. Hispan. *Discordar en sentencia.* Pol. *Niedz gadziam się, mamiślam się ieinaczey.* Vng. *Különbet értök, különbözök.* Ang. *To disagre.*] Nam qui minimè convenit, absentire videtur.

Absento, tas, act. p. Absentem facio, seu absens sum. [הרחיק *hirchik.* ἀπεῖμι. Gall. *Absenter, s'esloigner.* Ital. *Allontanare, ò esser lontano.* German. Abwäsend machen/oder abwäsend vnnd nicht zugegen seyn. Hispan. *Hazer ausente ò estar ausente.* Pol. *Niebytnim wczyniem cz.* Vng. *Tavul vagyok, avagy meg ise'ekezem hogy tavul legek.* Ang. *To absent my self.*] Claud. de Raptu Proserpinæ libro 3: Et durâ de matre queri, quę tale recessu Maluerit damnare decus, vetitamque dearum Colloquio, patriis procul absentaverit astris.

Absilio, is, ire. ex Ab & Salio, act q. Saltu alicunde recedo. [דלג *dalagh.* ἀποπηδάω Gall *Se retirer d'un lieu en a sault.* Ital. *Saltare in dietro.* German Hindan springen/ oder darvon springen Hisp. *Saltar atras.* Polon. *Odskoczę.* Vngar. *El szökellöm.* Ang. *To leap out of any place.*] Lucret. l. 6: Multaque humi cùm inhumata jacerent corpora supra Corporibus tamen alituum genus atq; ferarū Aut procul absiliebat, ut acrem exiret odorem, Aut ubi gustarat, languebat morte propinquâ.

Absimilis, Dissimilis. [ἀνόμοιος, ὁ & ἡ ἀνόμοιος, τὸ ἀνόμοιον. Gall. *Dissemblable, different.* Ital. *Dissimile.* Germ. Vngleich. Hisp. *Cosa dessemejante de otra cosa* Polon. *Niepodobny* Vngar. *Nem ombnem hasonlatos.* Ang *Vnlike.*] Col. lib. 4: Materiam, fructumq;, nisi quòd duplicem, nō absimilem minor germanæ gerit. Frequens autem est hujus vocabuli cum negatione usus: ut Haud absimilis, &c. Quæ locutio figurata est, & ferè κατὰ λιτότητα plus innuit, quum minus dicat. Plin. lib. 8. cap. 33: Eminet rostrum, ut in parvo haud absimile suillo: hoc est, valde simile. Suet. in Othone: Iamque non absilis Tyberio principi fuit, ut pleriq; procreatum ab eo crederent.

Absinthium, n. s. [לענה *lahanáh.* ἀψίνθιον. Gall. *Aluine.* Ital. *Assentio.* German. Wermut. Belg Alsem/Alsene Hisp. *Encensios alozna.* Polon. *Piołyn.* Vngar. Üröm. Ang. Wormewood.] Dioscoridi herba est suâ amaritudine nulli non cognita, quæ & in officinis nomen suum retinet. Hujus quanvis plures sint species (quas mox suo ordine explicabimus) Absinthii tamen nomine, quum nihil addimus, Absinthium vulgare intelligimus, quod & Romanum, & Ponticum dicitur. Sunt qui putent ἀψίνθιον dictum à Græco ἄψινθος, eò quòd ob insignem amaritiem à nullo animalium attingatur. De hoc sic scribit Plinius libro 27. cap. 7: De usu Absinthii convenit dicere, herbæ facillimæ atque inter paucas utilissimæ: præterea sacris populi Romani celebratæ peculiariter. Siquidem Latinarum feriis quadrigæ certant in Capitolio, victorq; absinthium bibit: credo sanitatem præmio dari honorificè arbitratis majoribus. Magnam vim habet in enecādis vermibus: unde & pueris dari solent ejus folia in ficu latentia: aut etiam ejus succus, poculi oris melle circumlitis, ut sic amaritiem fallerēt. Ad quod etiam allusit Lucretius hisce versibus: Ac veluti pueris absinthia tetra medentes Quum dare conantur priùs oras pocula circum Contingunt mellis dulci flavoque liquore. ¶ Absinthiomenon, ἀψινθιόμενον, herba est, quæ notiore nomine *Abrotonum* vocatur: ita dicta ab amaritudine Absinthii, quam gustu refert. Vide Dioscoridem. ¶ Absinthium marinum. [ἀψίνθιον θαλάσσιον. Gall. *La mort aux vers, barbotine.* Ital. *Assenzo, ò Absinthio marino.* German. Wurmsamen. Belg Wermetuyt Hisp. *Alonza marina.*] Absinthii genus est, abrotoni parvi similitudine, refertum minutis seminibus, subamarum, & stomacho inimicū, graviter olens, & cū quâdam calfactione adstringens. Hoc & Seriphium à nonnullis appellatur: de quo sic scribit Plinius libro 22. cap. 7: Est & Absinthium marinum, quod quidam Seriphium vocant, probatissimum in Taposiri Aegypti. Hujus ramum Isiaci præferre solenne habent. Hodie Semen lumbricorum vocant. ¶ Absinthium rusticum, idem quod Absinthium vulgare, sive Ponticum. ¶ Absinthium Santonium, ἀψίνθιον σαντονικόν, absinthii species est, copiosissimè proveniens apud Santonas Galliæ populos, vulgari absinthio non dissimilis, semine tamen non æquè fœcunda. Easdem vires habet, quas Seriphium. Vide Plinium libro 27. capite 7. ¶ Absinthium Ponticum, ἀψίνθιον ποντικόν, idem est cum absinthio vulgari. Nomen habet à Ponto, Asiæ regione, in quâ tantâ copiâ

copiâ provenit, ut pecora illo pinguescant, & sine felle inveniantur. Vide Plin. lib. 27. cap. 7.

Absinthiātus vel Absynthiatus nomen adjectivum, significat idem quod Absinthio temperatus. [ἀψινθίτης. Vng. Wrmôs vel wrmôzôs.] Seneca in suasoriâ pro Cicerone: Hoc si tamen rectâ viâ cosequi non potero, decipere vos cogar, veluti salutatem pueris daturus potionem absinthiati poculi: id est, absynthiaco vino pleni. Alludit autem ad hos Lucretii versus lib. 5:

> Sed veluti pueris absinthia tetra medentes
> Cùm dare conantur, priùs oras pocula circum
> Contingunt mellis dulci flavoque liquore,
> Vt puerorum ætas improvida ludificetur.

Absinthītēs, æ, Vini factitii genus est cum absinthio decocti, aut alio quovis modo absinthio côditi. [ἀψινθίτης οἶνος. Gall. Vin d' aluine. Ital. Vino absinthio Germ. Wermutwein. Hisp Vino adobado con encensios. Pol. Piolunkowe vinno. Vngar. Wrmôs bor. Ang. Wyne soden with wormwood.] Ejus confectionem docet Plin. lib. 14 cap. 16.

Absīs, idis, f. t. ἀψίς. German. Der Bogen am Rad. Belg. De rant von t rat. Pol. Sklepienie. Vngar. Bolt hayás.] Suidæ fornicis curvatura. Cæcil. in Epist. cubiculum in absida curvatum. Apud Homerū Iliad 5. accipitur pro plagâ sive foramine retis. [Pol. Oko, v sieci. Vngar. Haloszôm.] Dicuntur quoque Absides, circuli in stellis. Plin. lib. 2. cap. 15: Plurimis de causis hæc omnia accidunt: prima circulorum est, quos Græci absidas in stellis vocant ¶ Est præterea Absis, ligneus circulus rotam ambiens, in quo figuntur radii. [Ger. Ein Felgen an eim Rad. Belg. Ifer aen een rat.] In qua significatione quidam primam aspirant, putantque dici ἀπὸ τοῦ ἅπτειν: hoc est, à tangendo Hac enim parte rotæ, dum volvuntur, terram contingunt. ¶ Dicitur & Absidia, æ Augustinus ad Max. In futuro Christi judicio nec absidiæ gradatæ, nec cathedræ velatæ adhibebuntur.

Absisto, stis, act. t. Discedo, cesso, desisto. [עמד sar. ἀφίσταμαι, ἀποτρέπομαι, ἀπέχομαι. Gall. Se retirer arriere, se tenir loin. Ital. Star lontano, spartirsi, discostarsi. German Abweichen / hindersich stehn / darvon stehn. Hispan. Alexarse de algun lugar. Pol. Odstepuie. Vng. El hagyom. Ang. To depart. to stand far of.] Iungitur autem frequenter sexto casui sine præpositione. Virg. 6. Aeneid. procul, ô proculeste profani, Conclamat vates, totoque absistite luco. Idem lib 7: Centum ærei claudunt vectes, æternaque ferri Robora, nec custos absistit limine Ianus. ¶ Quandoque supprimitur ablativus. Virgilius 1. Aeneid. Nec priùs absistit, quam septem ingentia victor Corpora fundat humi. Liv. libro 8. ab Vrbe Legatos misêre ad Consulem Romanum, ut receptis equitibus, qui causa belli essent, absisteret obsidione. Virgil. 6. Aen. absiste moveri. Liv. 32: Cùm haud absisteret petere. Idem 36: Ne ingratis quidem absistam benefacere. Idem alibi: Absistere obsidendo, pro Absistere obsidione, dixit. Fit autem Absisto, à verbo neutrali Sisto, quod idē penè est quod Sto: unde nec proprium habet Præteritum, nec Supinum, quémadmodum suum simplex. Aliud est Sisto, activum, idem significans quod Stare facio: sed illud nulla format de se côposita. ¶ Invenitur etiam Absistitur, Impersonale. Liv. 1 belli Punic. Legati missi Carthaginem, si nô absisteretur bello, ad ducem ipsum in pœnam fœderis rupti deposcendum. ¶ Absistens participium. Idē 4. belli Punic. Tamen spe labefactandæ fidei haud absistens, Salapiam tendit. ¶ Absistere à Plin. lib. 2. cap. 8. 9: Ab sole nunquam absistens partibus sex atque quadraginta longius.

Absŏlĕo, es. Est ab usu recedere. [ἀπηρχαιῶσθαι. Gall. Desaccoustumer. Ital. Disusare. German. Entwohnen / auß der gewonheit kommen. Hispan. Desacostumbrarse. Polon Odwyknacz. Vngar. Kôzônséges szokasbol kijavulok. Ang. To be out of vse.] Vnde absoletus locus, Neglectus & sordidus dicitur. ἀπηρχαιωμένος.

Absōlvo, vis, act. t. Solvo, libero: [פטר hiffdik, ἀπολύω. Gall. Delier, absoudre, deliurer. Ital. Sciogliere, assoluere, liberare. German. Entledigen / ledig machen. Hispan. Ds satar lo atado, absoluer. Vng. El szabaditom vagy mentem. Ang. To end, to dispache, to free.] & maximè ad judicia pertinet: cui contrarium est Damnare: habetque accusativum, & eum quidem aliquando cum genitivo criminis. Author ad Heren. 2: Cæcilius judex absolvit injuriarum illum: ἀφῆκε τῆς ἀδικίας αὐτόν. ¶ Aliquando verò cum ablativo: & id quidem sine præpositione. Liv. lib. 3: Latæ deinde leges, quæ consulem regni suspicione absolverent. ¶ Vel cum præpositione De. Cic. ad Qu. Frat. Drusus erat de prævaricatione à Tribunis ærariis absolutus. ¶ Vel cū præpositione A'. Idem pro Q. Rosc. Vt ne Roscium stipulatione alliget, neq; à Fannio judicio se absolvat. Cic. 4. Verr. Absolvere alicui dixit. Hic hominem (inquit) Veneri absolvit: id est, quod ad Venerem pertinet, absolvit eum. Et quoniam re semel inchoatâ, dum ea ad finem suum perducatur, quasi impedita esse videtur, fit ut Absoluere, pro, rei finē imponere, sive perficere, ponatur. [שלם hischlim. ἀποτελῶ. Gall. Parachever, parfaire. Ital. Finire German. Außmachen / vollenden. Hispan. Acabar alguna obra Polon. Dokonczicz. Vngar. El vegezôm.] Gell. lib. 2: Septimâ ferè hebdomade: id est, nono & quadragesimo die, totus homo in utero absolvitur. Cic. Offic. 3: Vt nemo pictor esset inventus, qui Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquit, absolveret. Huc referri possunt & ista. Plautus Amph. Curavit, uno ut fœtu fieret, uno ut labore absolvat ærumnas duas, quod est quasi evadat. Et in Epid. Te absolvam brevi: id est, expediam. ¶ Itē Absolvere creditorem, pro dimittere, eique satisfacere, ἀπαλλάττειν καὶ ἀπαλλάττεσθαι. Vlpian. l. 37. D. de usufruct. Et in contrariâ negotiorum gestorum actione usuræ veniunt, ut si mutuatus sum pecuniam, ut creditorem tuū absolvam. Terent. in Adelph. Ego ad forum ibo, ut hunc absolvam. Id est (ut Donatus exponit) ut hunc reddito pretio dimittam. Nam (inquit) velut ligati sunt, quibus debetur aliquid. ¶ Et pro Solvere & vela facere. Plautus in Mil. A' matre illius venio, si est itura, eat: Omnes moratur, navim cupimus absolvere. ¶ Item pro Luere & redimere, ut Absolvere pignus. Paulus lib. Sentent. 11. ca. 5: Creditor si simpliciter sibi pignus depositum distrahere velit, ter antè denuntiare debitori suo debet, ut pignus absolvat, ne à se distrahatur. Quidam tamen legunt, Luat. ¶ Absolvere orbem, Id est, consumere & perdere. Lucanus lib. 7: O' superi, liceat terras odisse nocentes, Quid totum premitis, quid totum absolvitis orbem? Plaut. Mostel. Omnino ut te absolvam, nullam pictam conspicio hic avem. Id est, ut breviter finiam, nec diutiùs te morer, aut suspensum teneam. Idem Amphitr. Quæso absolvito hinc me extemplò, quando satis deluseris.

Absŏlūtĭo, verbale, f. t. Liberatio, perfectio. [תכלית tachlith. ἀπόλυσις. Gall. Absolution. Ital. Assolutione. German. Ein entledigung oder vollendung. Hispan. Absolution de pecado. Polon. Dokonanie, konczenie. Vngar. Megmentés vagy oldozás. Ang. Deliuerance, absolution.] Cicer. pro Fonteio: Magna mehercule causa, judices, absolutionis, cū cæteris causis hæc est. ¶ Et pro Perfectione. [τελείωσις. Gal. Perfection. Ital. Perfettione. Hispan. Acabamiento de alguna cosa.] Idem: Virtus rationis absolutio definitur. Est quoque absolutio apud Oratores (ut Cicer. de Invent. 1. scribit) per quam omnia, quæ incidunt in causam, genera, amplectimur partitione.

Absŏlūtōrĭus, a, um. Quod ad absolutionem pertinet: [מפטיר masfdik, ἀπολύσιμος. Gall. Chose par laquelle on est absous & deliuré. Ital. Cosa pertinente all' assolutione. German. Das zu der entledigung gehört. Hisp. Cosa para absoluer. Polon. Czo przinaleží do wolnosczi. Vngar. Az mi niz az meg szabaditasra auagy oldozasra. Ang. Which perteneth to absolution.] ut Tabula absolutoria. Suetonius in Augusto: Non tantùm duas tabulas: damnatoriam & absolutoriam cognoscētibus dedit, & ψῆφος ἡ σώζουσα, cui opponitur ἡ καταδικάζουσα: id est. damnatoria. ¶ Et absolutorium, rii. neutr. gen. Remedium absolvens sive liberans. Plinius lib. 28. cap. 6: Clavum ferreum defigere, in quo loco primùm caput defixerit, corruens morbo comitiali, absolutorium ejus mali dicitur.

Absŏlūtŭs, nomē ex participio, Perfectus. [משלם meschullám. ἀποτελεσθεὶς, τέλειος. Gall. Absolu. parfait. Ital. Copiuto, perfetto. Germ. Außgemacht / vollkommen. Hispan. Acabado. Pol. Dokonczony. Doskonaly. Vngar. Tôkelletes, el vegezetet. Ang. Ended, absolued.] Cic. Quo fit ut illam veram & absolutam eloquētiam nemo assequatur. ¶ Absoluta juridicialis constitutio est ea, quæ ipsa in se non implicitè & absconditè, ut negotialis, sed patentiùs & expeditiùs, recti, & non recti quæstionem continet. αὐτοτελής. Autor est Cic. lib. 2. de Inventione. ¶ Absoluta, plurali num. à Iurisconsultis dicuntur, quę lecta sunt, & à partibus approbata, & subscripta. Vide Inst. de contrahen. empt. & C. de fide instrum. l. contractus.

Absŏlūtē, adverbium, Perfectè. [τελείως, ἁπλῶς. Gall. Absolutement, parfaitement. Ital. Perfettamente, compiutamente. German. Vollkommenlich Hispan. Con acabamiento. Pol. Doskonale. Vng. Tôkelletessen. Ang. Simplie, perfectlie.] Cic. 3. de Finib. Necessariò sequitur omnes sapientes semper feliciter, absolutè fortunatè vivere. Perfectè & absolutè aliquid parare, Cic. 4. Acad. Absolutè doctus, Sueton. de claris Gramm.

Absŏno, nas. Dissono, malè sono. [ἀπᾴδω. Gall. Desaccorder. Ital. Dissonare, discordare. German. Mißhällen / vbel thönen oder lauten. Hisp Discordár. Pol. Zlie brzmie. Vng. Nemegyarant zôngôk Ang. To sound euill.] Vide Sono.

Absŏnŭs, na, num. Quod est parvi soni, sine sono, non rectè sonans. [ἄπῳδος. Gall. Qui ne sonne pas bien, desaccordant. Ital. Discorde, discordante. Germ. Vbel thönend / vbel lautend. Hispan. Desacordado. Polon. Nie brzmiacÿ. Vngar. Az mi nem egy arant zeng, és zol. Angl That which sound euill.] Cic 1. de Orat. Sed sunt quidam aut linguâ ita hæsitantes, aut ita voce absoni. ¶ Interdum ponitur pro Alienus sive inconveniens, non consentaneus. Liv. 7. ab Vrbe: Nec absoni à voce motus erant. Idem lib. 1: Hæc fermè Romulo regnante domi militiæque gesta, quorum nihil absonum fidei. πίστεως ἀπᾷδον, ἄπῳδον.

Absorbĕo, bes, bui, itum, & absorpsi, absorptum, act. s. Sorbendo absumo: & propriè de rebus liquidis. [בלע lvah. καταπίνω, καταπίνειν, λαφύζω. Gall. Humer tout, engloutir. Ital. Inghiottire. German. Gar verschlingen / außsupffen Hispan. Soruer. Pol. Polikem, Vusarkuie. Vngar Fel hôrpôlôm, fel szwrisolôm. Angl. To sup vpall.] Plin. lib. 11. cap. 35: Araneus omnem humorem absorbens, ariditatem ampliat. Idem libro 22. cap. 24: Lens optima: quæ facillimè coquitur, eaque quæ maximè aquam absorbet: hoc est, consumit. ¶ Transfertur autem & ad alia: ut si dicas, Aqua navim absorbuit. Lucanus lib. 4 Iam cumuli collesque latent, jam flumina cuncta Condidit una palus, vastâq; voragine mersit, Absorpsit penitùs rupes, ac tecta ferarum Detulit. ¶ Item ad res incorporeas transfertur, ita ut idē ferè significet

quod

quod Perdo, destruo, consumo, corrumpo, ut quum dicimus: Felicia adolescentulorum ingenia voluptatum illecebris absorberi. Cic. 2. de Legib. Sed antequam ad populares leges venias, vim istius cœlestis legis explana, si placet: ne æstus nos consuetudinis absorbeat, & ad sermonis morem usitati trahat. Idem de Clar. Orator. Sed hunc quoque absorbuit æstus quidam insolitæ adolescentibus gloriæ.

Absque, præpositio, separandi vim habet, idem quod Sine: [...] Gall. *Sans*. Ital. *Senza* German. Ohn. Hisp. *Sin*. Polon. *Okrom Bez*. Vngar. *Nelkul*. Angl. Without.] ut, Absque pecuniâ difficilè vitam traducas, Absque te esset, & Absque te foret: pro eo, quod vulgò dicimus, Nisi tu esses, locutio est Plautina & Terentiana. Plaut. in Bacch. Nam absque te esset, ego illam haberem ad ingenium bonum. nunc propter te, tuamq; pravus factus fiduciam: id est, Nisi tu obstares. Terent. in Phorm. Nam absque eo esset, rectè ego mihi vidissem, & senis essem ultus iracundiam: id est, si ad eum res non pertineret. Sic in primâ personâ. Plaut. in Menæch. Nam absq; te fuissem hodie, nunquam ad Solis occasum viverem. Alibi tamen Plautus, S, particulam addidit: Nam (*inquit in Trinum.*) exædificasset me ex ædibus, si absque te foret. ubi tamen hodie in recentiotibus editionibus, S est omissum. In hoc tamē Hecyræ Terentii: Quàm fortunatus sum cæteris rebus, absque unâ hâc foret, Absque adverbii significatione vult poni Donatus, ut sit sensus, Nisi una hæc res esset.

Abstemius, a, um, ex Abs, & temetum: id est, vinum: quasi Sine vino, Sobrius: sive (ut alii volunt) ex Abstineo & temetū: id est, qui vino abstinet. [ἄοινος, ἀοιϐὸς. Gall. *Qui ne boit point de vin* Ital. *Quello che non bee vino*. German. Der kein Wein trinckt/der sich vom Wein enthaltet. Hispan. *El aguado* Pol. *Tenkto-ry vina niepija*. Vng. *Bornemisza*. Ang. *Sober, temperat*.] Ovid. Metam. lib. 15: Clitorio quicunque sicim de fonte levarit, Vina fugit, gaudetq; meris abstemius undis. Varr. de vitâ pop. Romani lib. 1: Quantopere abstemias mulieres voluerint esse, vel uno exemplo potest videri. Gell. lib. 10. cap. 23: Qui de victu atq; cultu pop. Rom. scripserunt, mulieres Romæ, atq; in Latio ætatem abstemias egisse, hoc est, vino semper, quod *Temetum* priscâ linguâ appellabatur, abstinuisse dicunt.

Abstentus, ti, m. f. A Cypriano ponitur pro Excommunicato, cùm ait: Qui non tantùm ab his istis abstentus, sed abs te illic nuper de Ecclesiâ pulsus est. ¶ Apud Iurisconf. significat, qui ab hæreditate se abstinuit. Aphricanus ad S.C. Vel. Vide ABSTINEO.

Abstergo, is, ere, abstersi, abstersum, act. t. Detergo, deleo, diluo, purgo. [...] Gall. *Torcher, essuyer*. Ital. *Nettare, pollire*. Germ. Abwaschen/abstreichen. Hisp. *Alimpiar*. Pol. *Oczyściam Ocierawam*. Vng. [...] Ang. *To wype away*] Liv. 1. ab Vrbe: Inspectum [...] abstersso cruore, omnia salubria esse. ¶ Transfertur ad animū. Cicero in Topic. Tum exultantem lætitiam comprimens, tum ægritudinem abstergens. [...]. Idem Abstergere metum, molestias, luctum, dolorem dixit.

Abstergeo, es, ere, idem quod Abstergo. Plaut. in Asin. Tu labellis abstergeas potiùs quàm cuiquā illa suavium faciat palā.

Abstersus, a, um, Demptus, remotus. Cic. in Ant. Idem tamen quasi fuligine abstersâ, reliquis diebus in Capitolio præclara Senatusconsulta fecisti.

Absterreo, es, act. f. Terreo, deterreo. [...] Gall. *Deterrer pour destourner, espouvanter*. Ital. *Spaventare, metter paura per disturbare*. Germ. Abschrecken Hisp. *Espantar de algun lugar*. Pol. *Odstraszam*. Vng. *El ieszten*. Ang. *To feare, to skar*] Cic. 4. Verr. Vt jam videamur non à pecuniis homines absterrere.

Abstineo, es, ex Abs, & Teneo, significat Tempero, contineo, cohibeo. [...] Gall. *Abstenir, se deporter*. Ital. *Astenere*. Germ. Enthalten/sich mässigen. Hisp. *Se refrenar de tomar lo ageno, abstener*. Polon. *Wstrzymywam się, Z rzeczy obcych chowam*. Vn. *Magam meg tartóztatom*. Ang. *To abstaine, to be temperat*] Et jungitur cum accus. Terent. Non manū abstines magistra? Aliquando cum ablativo sine præpositione Iustin. lib. 1: Contentique victoriâ, imperio abstinebant. Horat. lib. 2. Carm. cum genitivo junxit: Moxubi lusit satis, abstineto, Dixit, irarum. Plaut. in Amphit. pro Arcere posuit: Nunc quando factis me impudicis abstines: id est, quoniam me arces & prohibes ab impudicitiâ. ¶ Abstinere pro Separare, & (quod dicunt) excommunicare. Cypr. lib. 1. epist. 11. ad Pomponium: Consultè & cum vigore fecisti, frater charissime, abstinendo diaconum, qui cum virgine sæpe mansit.

Abstinetur, Impersonale. Liv. lib. 5. ab Vrbe: Dictator edicere jubet, ut ab inermi abstineatur.

Abstinens dicitur, qui est suo contentus; non avaritiâ, non cupiditate elatus, cōtinens, temperans. [...] Gall. *Abstinent*. Ital. *Astinente, continente*. Germ. Mässig/sich enthaltend von allerley bösen Begierden. Hispan. *Continente*. Polon. *Wstrzimięźliwy* Vngar. *Mértékletes*. Ang. *Abstinent, temperat*] Cic. ad Quint. Frat. Esse abstinentem, continere omnes cupiditates præclarum est.

Abstentus, Qui tutoris authoritate ab adeundâ hæreditate revocatus est. Scævola l. pen. D. de aut. tut. An secundum hæc acta adolescens à bonis patris abstentus sit: respondit proponi abstentum. Hotomanus in Lexico. Vtuntur & alii Iurisconsulti. Cyprianus pro Excommunicato est usus.

Abstinentiā, est virtus, quâ ab alienis abstinemus, nihil cuiquā eripientes. [ἐγκράτεια [...]. Gall. *Abstinence* Ital. *Astinenza*. German. Enthaltung/mässigung. Hispan. *Aquel refrenamiento de lo ageno, abstinencia*. Po. *Powsciągliwość*. Vn. *Mas iozagatul valo magamag tartoztatás* Ang. *Abstinence*.] Differt autem à Continentiâ, quòd hæc fit in viro temperante; illa verò innocente. Sal. Iust. in Iug. Cum strenuo, virtute: cum modesto, pudore: cum innocente, abstinētiâ certabat. Nonnunquam tamen indifferenter ponuntur: ut apud Val. Maximum titulus est, De abstinentiâ & continentiâ: ubi harum virtutum exempla promiscua sunt ¶ Abstinentia cōvitiorum apud Senecam Controv. 2: Qui sibi abstinentiam convitiorum imperaverunt.

Abstinenter, adverb. [ἐγκρατῶς. Gall. *Sans faire tort à autrui*. Ital. *Con astinenza, affrenatamente*. German. Mässiglich. Hispan. *Con aquel refrenamiento*. Vng. *Mértékletesen, ugy hogy maga meg tartóztatua*.] Cic in Sal. Modestè se gessit & abstinenter.

Absto, as. abstiti, abstitum, & abstatum, significat Longè sto. [...] Gall. *Se tenir arriere*. Ital. *Star lontano*. German. Darvon stehn. Hisp. *Estar lexos de alguna cosa*. Pol. *Stać z daleka*. Vng. *Tavul vallok*. Ang. *To stand afar*.]

Abstollo, apud Plautum, compositum, ut Attollo: Diomedes Grammat. lib. 1. Item Affero, attuli, quoniam & Fero, tuli dicimus, quanquam & id perfectum, quod est attuli, ex alio verbo proficisci, reperimus, apud veteres, ex eo quod est attollo, ut Nævius in Tabernariâ: Dotem ad nos nullam attollat. Plaut. compositum efficit in Rudente: Ollas abstollas: ut sit instans abstollo. Pacuvius in Medo: Et custodite hunc vos, nequis eum abstollat, nêve attigat.

Abstorqueo, vide TORQUEO.

Abstraho, Quasi per vim aut arte aliquò traho, Abripio, avello, avoco, abduco. [...] Gall. *Entrainer, tirer par force*. Ital. *Tirare per forza*. German. Abziehen/mit gewalt darvon ziehen. Hispan. *Sacar ò tomar por fuerça*. Polon *Odciągnąć Odwie...* Vng. *El vonyom*. Ang. *To drawe away*.] Cic. lib. 1. Tusc. Certè si tunc occidissemus, mors nos à malis, non à bonis abstraxisset. Ejus contrarium est Attraho. Aliter usus est Cæsar 7. belli Gallici: Bona civium Romanorum diripiunt, cædes faciunt, in servitutem abstrahunt. Cic. aliò transtulit 1. de Orat. Repentè te quasi quidam æstus ingenii quàm procul à terrâ abripuit, atque in altum, à conspectu penè omnium abstraxit. Hinc Abstractus, a, um. Cicero Tusc. Abstractus à ratione.

Abstractum, ab Abstraho. Id dicitur, quod ab alio trahitur. [...] Gall. *Tiré par force*. Ital. *Tirato per forza*. German Abgezogen/hingenommen Hisp. *Tomado por fuerça*. Polon. *Odlaczone, Oddzielone, Rozne, Odiety*. Vng. *El vonyatot*. Ang. *That which is drawin fra ane vther*.] Definitur verò à Dialecticis hoc modo, Abstractum est, quod significat formam aliquam, cum exclusione subjecti: ut albedo, verbum hujus notionis est, minimè Latinum. Concretum est, quod significat eandem formam, cum hærentibus subjecti: ut Album: à Concresco, quod significat conjungor in aliquâ re. Et hæc aliter dicuntur Denominans & Denominativum, ut est apud Aristot. in Antepræd.

Abstringo, is, ere, xi, ctum, Solvo. [...] Gall. *Desserrer, lascher ce qui est estraint*. Ital. *Scioglière*. German. Auffbinden/aufftnüpffen. Hisp. *Desatar*. Pol. *Odwiązuię, Odwięzuię*. Vngar. *Meg oldom*. Ang. *To losofe*.] Liv 3. Dec. lib. 42 Tanquàm laxaret elatum pedem abstricto nodo, moratus turbam, &c.

Abstrudo, dis, ex Abs & Trudo, significat Abscondo, abdo. [...] Gall. *Cacher & serrer*. Ital. *Ascondere, chiudere, serrare dentro*. German. Verbergen/verstossen. Hispan. *Encerrar por fuerça*. Polon. *Przykrić*. Vngar. *El dugom* Ang. *To hyd*.] Sed, Servio autore, differunt: quòd Abscondere fit de industriâ: Abstrudere, à naturâ. Virg. Georg. Vt silicis venis abstrusum excuderet ignem. quæ tamen differentia non semper observatur. Plaut. in Prol. Aul. Atque aulæ timens domo sublatam variis abstrudit locis. Abstrudere tristitiam. Tacit. lib. 3: Sed referendum jam animum ad firmitudinem, ut quondam divus Iulius amissâ unicâ filiâ, ut divus Augustus ereptis neptibus, abstruserint tristitiam: Id est, ab se repulerint.

Abstrusus, a, um, Nomen ex particip. [...] Gall. *Caché, celé*. Ital. *Nascoso*. German. Verborgen/heimlich Hispan. *Escondido, ò encerrado por fuerça* Polon. *Skryty*. Vngar. *El dugott, el rejtett*. Ang. *Hid, keipit close*.] ut Abstrusæ insidiæ: id est, penitùs latentes. Cic. 4. Acad. Sequitur disputatio copiosa illa quidem, sed paulò abstrusior. Abstrusus homo, qui secreta sua magnopere celat. Tacit. lib. 1. Annal. Hæc audita, quanquam abstrusum, & tristissima quæque maximè occultantem Tiberium, &c.

Abstulit, Ab aufero præteritum est, significatq; asportavit, ademit, eripuit.

Absum, Remotus sum, disjunctus sum, abhorreo: [ἄπειμι. Gall. *Estre absent*. Ital. *Esser lontano*. Germ. Abwesend/oder nicht zugegen seyn. Hispan. *Estar absente de lugar alguno*. Polon. *Indziej być, Nie być przitomnymi Osobą swą*.] Vngar. *Tavul vagyok*. Ang. *To be absent*.] ex Ab præpositione (quæ mutat significationem in dictionibus, & plerunq; facit significationem contrariam:)

riam:) & Sum: id est, præsens existo. Terent. in Eunuch. Domini ubi absunt. Et, Ovium nullus usus, si pastor absit, ἀπεδά-μου γὰρ ὄντος ... ἂν πεμπλῶ ... Quo proverbio admonemur, ἀναρχίαν rem esse omnium perniciosissimam. Nihil rectè faciunt ministri, inutiles sunt discipuli & populus, nisi herus, præceptor, & princeps adsint. ¶ Aliquando cum præpositione A vel Ab. Sal. in Iugurthâ: Neque animus neque corpus à vobis aberit. Sic Abesse ab urbe, Abesse ab domo, frequens est apud Ciceronem. ¶ Aliquando sine præpositione. Cicero de Natur. 2: Quòd Diana quum in partu Olympiadis adesse noluisset, abfuisset domo, id est, à sacrâ æde, quæ quidem totius Asiæ celeberrima Ephesi colebatur. Eâ nocte autem, qua Alexander natus est, incendio conflagrasse dicitur. Liv. lib. 3. belli Punici: Romana castra viginti millium spatio aberant. Virgil. 11. Aeneid. -nec longis inter se passibus absunt. ¶ Aliquando cum dativo. Cicero pro P. Syl. Vt mirari Torquatus desinat, me qui Antronio abfuerim, Syllam defendere, pro nô adfuerim Antronio, sive non defenderim. ¶ Aliquando cum accusativo. Terent. in Heautont. Clâm me profectus, menses treis abest. Cic. pro Planc. Qui quum abessent aliquos dierum viam. ¶ Aliquando cum genitivo, ut Abesse bidui, tridui. Cicero ad Att. 10: Quum in castra proficiscerer: à quibus aberam bidui, subaudi itinere, vel aliquid simile. ¶ Aliquando cum adverbiis Longè, Procul, Multùm, Paulùm, &c. Plaut. in Truc. Oves illius haud longè absunt à lupis. Cæsar divisâ compositione verbum hoc duabus dictionibus extulit: Qui erat (*inquit*) ab oppido millia passuum circiter tria. pro, Aberat. Dicimus præterea, Culpam à nobis abesse. pro, Nos vacare culpâ. Item, Culpam nostram à re aliquâ abesse, pro eodem. Cic. ad Cornificium: Ego certè Reipub. non deero: & quicquid acciderit, à quo mea culpa absit, animo forti feram. Abesse pro deesse, cum ablativâ præpositione, aut adverbio loco ablativi. Plaut. Epid. At unum à præturâ tuâ Epidice abest. Id est, una res deest præturæ tuæ. Idem Persa: Nummus abesse hinc non potest quod nûc dicam. Id est ab hac summâ, vel, ab hoc precio. Absis verbo invidia: modus loquêdi apud veteres, us quum quid erant dicturi, quod arrogans videri posset, quasi excusando dicerent, Absit verbo invidia: id est, odium Livius.

Absens, ab Absum, sicut à Præsum, Præsens. [ἀπὼν. Gall. *Absent*. Ital. *Lontano, discosto*. German. Abwesend. Hispan. *Absente de lugar alguno*. Pol. *Nieprzytomni, Niebidacy na miescu*. Vngar. *Tauol leuő*. Ang. *Absent*.] Vlp. Absentem accipimus eum, qui non est in eo loco, in quo petitur. Non enim trans mare absentem desideramus. Et si fortè extra continentiam urbis sit, abest. Cæterùm usq; ad continentiam non abesse videbitur, si loco latitet. Abesse autem non videbitur, qui ab hostibus captus est, sed qui à latronibus detinetur. Paulus: Abesse res videbitur, si vestimentum scissum reddatur, vel res corrupta reddita sit, veluti scyphi collisi, aut tabula rasa, pictura: quoniam earum rerum pretium non in substantiâ, sed in arte sit positû. Item si eam dominus rem, quæ sibi furto aberat, ignorans emerit, rectè dicitur res abesse, etiam si id postea ita esse scierit: quia videtur res ei abesse cui precium abest. Abesse etiam scribit Cajus, quæ in rebus humanis non sunt. ¶ Quum autem dicimus, Absente nobis, & Præsente nobis, pro Absentibus & præsentibus nobis, ἀρχαϊσμὸς dicitur, sicut Aperite aliquis actutum, apud Terent. in Adelph. & Plaut. in Amph. Nec nobis præsente quisquam aliquid ausi sunt. Vide Nonium.

Absūmo, mis, psi, ptum, act. t. Consumo, traduco, extinguo, conficio. [כלה chillâh. ἀναλίσκω, καταναλίσκω, ... Gall. *Consumer, mettre à fin*. Ital. *Consumar, mettere al fine*. Germ. Verzehren/verthun/verbrauchen. Hispan. *Gastar en mala parte*. Pol. *Stravicz, Vtraczicz, Przeiesicz*. Vngar. *Megemészdöm*. Angl. *To spend, or wast*.] Varius ac multiplex ejus usus est. Cicero pro Quint. Hortensius à me petit, ne dicendo tempus absumam. Liv. 10. bell. Pun. Lacessendo levibus prælijs diê absumpsit. Ascon. Pæd. Adeò ut in ejus impésas opes suas absumpserit. Terent. Heaut. Nam ut alia omittam, pitissando modò mihi Quid vini absumpsit? Plin. Iun. in epist. Vastissimum incendium multas privatorum domos, & duo publica corpora: quanquam viâ interjacente, Gerusiam & Iseum absumpsit. Dicimus etiam Absumi ferro, veneno, morte. Et Plaut. in Mostel. Absumpti sumus: pro periimus, & actum est de nobis. ἀπωλόμεσθα.

Absūmēdo, inis, Consumptio, à verbo Absumo. [כלה chaláh. ἀνάλωμα, δαπάνημα. Gall. *Despense, degast*. Ital. *Consumamento, struggimento*. German. Verzehrung/verbrauchung. Hispan. *Gasto en mal*. Polon. *Vtracenie, Straw ...*. Vngar. *Meg emészés*. Ang. *Wasting*.] Plaut. Capt. Quanta pernis pestis veniet? quanta labes larido? quanta sumini absumedo?

Absurdus, a, um, Minimè aptum, abhorrens, inconveniens, stultum, deforme, odiosum, iniquum, non consentaneum. [לא כלום lo ... ἄτοπος, ἄλογος. Gall. *Absurde, mal convenable*. Ital. *Mal conveniente à se*. German. Vngeschickt/ vnbequem/nicht gezimmend. Hispan. *Cosa digna de no esser oyda*. Polon. *Nie wrzny*. Vngar. *Oktalan, avagy balygatag*. Angl. *Againis raison*.] Cicero in Lælio: Avaritia verò senilis, quid sibi velit, non intelligo. Potest enim quicquam esse absurdius, quàm, quò minus viæ restat, eò plus viatici quærere?

Absurdè, adverbium. [... schelló ... ἀτόπως. Gall. *Sottement, sans propos*. Ital. *Pazzamente, sconciamente, goffamente*. Germ. Vnbequemlich/vngebürlich. Hisp. *Con tal indignidad de no esser oydo*. Polon. *Nie trefnie bez rozumnie*. Vng. *Oktalanul, balygatagul*. Ang. *Againis raison*.] Cic. de Finib. Idq; si ita dicit, non esse reprehendeodos luxuriosos, si sapientes sint, absurdè dicit.

Absynthium, & Absynthides, vide suprà ABSINTHIUM.

Abundo, as, n. p. ex Ab & Vndo, ut quidam ajunt unde fiunt Exundo & Inundo, affluo, redundo, circunfluo, magnam cupiam habeo: cui opponuntur Deficior, egeo. [יתר iathár. ... περισσεύω. Gall. *S'espandre par dessus, estre plein iusques à desborder, abonder*. Ital. *Abondare*. German. Vberflüssig seyn/die völle haben/voll völle vberlauffen. Hispan. *Abondar y ser copioso*. Polon. *Dostatek mam, Nazbyt mam*. Vng. *Bouelkődőm*. Angl. *To abound*.] Tractum ab amnibus, qui quò magis augentur imbribus, eò majoribus & crebrioribus undis tolluntur. Terent. in Phorm. Amore abundas Antipho. Dicimusque, Abundo pecuniâ, & Pecunia abundas mihi. August. lib. Confess. Nam id furatus sum quod mihi abundat. Lucilius cum genitivo junxit: Quarum & abundemus rerum, & quarum indigeamus. Virgil. lib. 4. Georg. absolutè: -rursus abundabat fluidus liquor. Hinc Abundans, pro divite, pecunioso, potente, profluente, εὔπορος, ἀφθονος, &c. ¶ Inter Abundare & Redundare hoc discriminis est: Abundat non quod superfluum est, sed quod est copiosum ac cumulatû. Redundat, quod supervacaneum est.

Abundantia, f. p. Opulensia, satietas, copia. [רוב rob. εὐπορία, ἀφθονία. Gall. *Abondance, foison, planté*. Ital. *Abondanza*. Germ. Vberflüssigkeit/die völle. Hispan. *Abuella obra de abondar y ser copioso*. Polon. *Dostatek*. Vngar. *Bőség*. Ang. *Abundance*.] Plin. lib. 20. cap. 1: Ad coërcendam succi abundantiam.

Abundans, nomen ex part. Copiosus, circunfluens, affluens, ἄφθονος. Inde abundanter, adverb. hoc est copiosè, & cum quadam abundantiâ. [ἀφθόνως, ... Gall. *Abondamment, amplement, à foison*. Ital. *Abondantemente, largamente*. German. Vberflüssiglich. Hisp. *Copiosamente*. Pol. *Maiemy Dostatny*. Vng. *Bouelködő & Bouőn*. Ang. *Abundantlie*.] Cicero de Orat. De qua copiosè & abundanter loquantur. Ex abundanti. Quintil. lib. 4 cap. vltimo: Egregiè verò Cicero pro Milone, insidiatorem primò Clodium ostendit: tum addit ex abundanti etiam si id non fuisset, talem civem cum summâ virtute interfectoris, & gloriâ, necari potuisse. Nostrates Galli dicût, *d'abondant*.

Abundatio, onis, f. t. Idem quod Exundatio, quum aqua sese ripæ, aut litoris limitibus nô continet. [שפעה schéphah. πλημμύρα, ... Gall. *Desbordement*. Ital. *Piena d'acqua*. Germ. Vberlauffung des gewässers. Hisp. *Obra de rebossar, rebossadura*. Pol. *Powodz wylanie zburzenie wody*. Vngar. *Aradás*. Angl. *Overflowing of watteris*.] Plin. lib. 3. c. 15: Omnia ex Philistinæ fossæ abundatione nascentia.

Abundè, adverbium, ab Abundo, Copiosè, satis superque. [... beröb. ἱκανῶς. Gall. *Grandement, assez, amplement, beaucoup*. Ital. *In abundantia piu del bisogno*. German. Völliglich/reichlich/gnugsamlich. Hispan. *Mas que assas*. Pol. *Dostatnie*. Vng. *Bouőn*. Angl. *Abundantlie*.] Suet. in Cæs. Dict. Se jampridem potentiæ gloriæque abundè adeptum. Abundè est ἱκανῶς ἔχει. Virg. 7. Aeneid. Terrorum & fraudis abundè est. Quo in loco habet genitivum, vt cætera aduerbia quantitatis. Sallustius in Iugur. fine casu posuit. Dein quòd parentes abundè habemus. Vsitatiùs cum nominibus adjunctis collocatur: ut eodem in loco: Abundè magna præsidia nobis in vestrâ amicitiâ fore.

Abundantissimè, superlativus, Copiosissimé. [Vngar. *Bouségessen*.] Sueton. in Augusto: Cœnam ternis ferculis, aut, cùm abundantissimè senis præbebat.

Abvolo, Volando discedo, Avolo. [נדד nadhádh. ἀποπέτομαι. Gall. *Voler de quelque lieu*. Ital. *Volare, & andare con prestezza*. Germ. Hinweg fliegen. Hisp. *Vola de algun lugar*. Polon. *Odlatuie*. Vngar *El repülök*. Angl. *To flee away*.] Cic. de Finib. Fluit itaq; voluptas, & prima quæque abvolat.

Aburo, is, Cujus participium est abustus, quæ vox Varronis est de linguâ Latinâ.

Abusque, adverbium, Modò tempus, modò locum significans: & est poëtica vox, pro, usque ab. [מן min. Gall. *Depuis, iusques à*. Ital. *Insino da*. Hisp. *Dende hasta*. Pol. *Odtad, Od tego czassu*. Vng. *Es tuel fogua*. Ang. *Frome thence vnto*.] Plaut. in Amph. Hæc illic est pugnata pugna abusque mane ad vesperum. Virgil. -Siculo prospexit abusque Pachyno.

Abutonon, Herba est Dioscoridi, quæ alio nomine Abrotonum vocatur. [ἀβούτονον. Germ. Stabwurtz.] Vide suprà.

Abutor, d. t. In usum consumo, utendo consumo, conficio, extinguo. [כלה chilláh. καταχράομαι. Gall. *Gaster*. Ital. *Godere, consumare mal v are*. German. Verbrauchen/verthun. Hispan. *Gastar in vso*. Polon. *Trawie*. Vngar. *El élem*. Ang. *To abuse, to consume*.] Cato de Re rust. Linito usque adeò, donec omoem caseum cum melle abusus eris. Cicer. Verr. 3: Nisi omni tempore, quod mihi lege concessum est, abusus ero, quærere. Sæpiùs tamen in malam partem, pro Perperam, sive nimis licenter utor, accipitur. [... hisbhallél. καταχρῶμαι, ... Gall. *Abuser, faire degast*. Ital. *Mal vsare*. German. Missbrauchen/vbel brauchen. Hispan. *Vsar mal de alguna cosa*. Polon. *Przez gardziel przepusczicz, Zlé vziycz*.] Vt fit, quum utimur aliquâ re contra id, ad quod est instituta: ut si in templo negotia forensia tractemus, dicimur templo abuti. Cic. in Catil. Quousque abutêre Catilina patientiâ nostrâ? Donatus: Vti-

mur

mur cum honore, abutimur cum injuriâ. Et Boëtius: Vtimur his rebus quæ nobis utentibus permanent: Abutimur his quæ nobis utentibus pereunt. Ex quo Vsus χρῆσις, & Abusus, καταχρῆσις, contraria. nam usui est ager, domus: abusui, vinum, oleum, & hujusmodi. Cicer. in Topic. Non debet, *inquit*, ea mulier, cui vir bonorum suorum usum legavit, cellis vinariis plenis relictis, putare id ad se pertinere: usus enim, non abusus legatus est. ¶ Per translationem verò, Tempore & labore dicimur abuti, quum frustrà tempus in aliquâ re magno cum sudore terimus. Terent. in Prol. Andr. Nam in scribendis prologis operam abutitur: id est, operam suam malè collocat. Vbi sciendum Abuti & ablativum habere & accusativum: ut Abuti aliquâ re, vel Abuti aliquam rem, quod tamen antiquè est. Plaut. in Bacch. Nos aurum abusos.

Abūsus, a, um, in significatione passionis. [German. Missebraucht.] Plaut. in Asin. Vbi illa, quæ dedi antè? Abusa sunt. Nam si ea durarent nihil mulier mitteretur ad te, nec te quicquam poscerem. Ex Nonio.

Abūsus, us, m. q. de quo paulò antè dictum est. [καταχρῆσις, ἀποχρῆσις. Gall. *Abus, degast.* Ital. *El mal' uso, la cattiva usanza.* Ger. Ein Missbrauch. Hisp. *Gasto en mal.* Polon. *Zle pożywanie.* Vngar. *Valamely dologgal valo gonozul élés.* Ang. *An abuse.*]

Abūsio, onis, f. t. ejusdem significationis: unde & apud Latinos Rhetores, figura dictionis quam Græci κατάχρησιν vocant, Abusio appellatur. Fab. lib. 3. cap. 3. Aut. ad Her. Abusio est, quæ verbo simili & propinquo, pro certo & proprio abutitur, hoc modo: vires hominis breves sunt.

Abūsīvē, quo usus est Quintil. lib. 3. cap. 4. id est, impropriè, & contra naturam, usumque, καταχρηστικῶς.

Abydēna, Dicuntur futilia, ac nullo prorsus digna pretio. Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα: quòd Abydeni molles & lascivi habebantur: & quibus olim is mos fuerat, siquem civem aut hospitem acciperent convivio, præterea in sacris ac solennibus epulis, ut post unguentum & coronas, infantes à nutricibus inducerentur, circunferrenturq; suaviandi. Obstrepentibus igitur nutriculis & aliis, inconditis clamoribus minus suave, ac gratum reddebât convivum. ¶ Hinc factus est locus proverbio: Abydena irruptio, vel Abydena bellaria: quo utimur, quoties res futiles & ineptas volumus significare. Ergo in rabulam quempiam & immodicè loquacem, qui suâ loquacitate confabulationem aliquot doctorum hominum suaviter loquentium inamœnam sit redditurus, meritò hoc adagium jaciemus: Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα. Refertur à Suida & Stephano.

Abydŏcōmæ, Ἀβυδοκόμαι. Dicuntur sycophantæ, à verbo κομᾶν, quod est, efferri, & parum modestè se gerere. [Polon. Obmowca, Zdrajca. Vngar. *Gardzdás.* Ang. *Gelinyers.*] Hunc enim nomine malè audiebant Abydeni, quòd insignes calumniarum artifices essent, eoque sibi nomine placerent, atque hac de causâ non tutum esset omnibus illic versari. ¶ Vnde natum proverbium: Nec temerè Abydum, Μὴ εἰκῆ τὴν Ἄβυδον, naviges, intellige. Quo admonemur, ne quis se temerè conjiciat in aulam principis, quòd ea res non omnibus feliciter cedat, vel cōpotationibus facilè immisceat sese, aut ne temerè poëtarum attingat literas, aliúmve lubricum locum inconsultò adeat. Vide Stephanum, Suidam, Hesychium, & Cælium Rhodiginum, lib. 26. cap. 21.

Abyrtăcē, Apud Mediæ populos, erat edulii genus ex porro, cardamo, allio, granis mali punici, sinapi, aliisque nonnullis rebus confectum, ἀβυρτάκη.

Abyrtacŏpæi, dicuntur qui ejusmodi esculenta parant, ἀβυρτακοποιοί. Vide Cælium Rhodig. lib. 27. cap. 13.

Abyssus, propriè dicitur infinita aquarum congeries, quæ fundum non habeat. [תְּהוֹם *thôm.* ἄβυσσος, quasi ἄνευ βύσσου Iones enim βύσσον dicunt, ἀπὸ τοῦ βυθοῦ. Gall. *Abysme.* Ital. *Abysso il profondo.* German. Ein grosse tieffe des Wassers / ein Abgrund. Belg. Afgront / greentlose diepte van water. Hispan. *Abysmo.* Polon. *Przepaścz.* Vngar. *Melység.* Ang. *A infinite gathering of waters without ground.*] Augustinus tamen non solùm de aquâ, sed quavis humidâ naturâ dici ostendit. Apud Græcos etiã epitheton est, idem significans, quod fundo carēs. ¶ Hinc quidam proverbii formâ sacræ literæ vim inexhaustam rei cujuspiam Abyssum appellant. Itidem D. Chrysostomus ἄβυσσον τῶν πόνων lib. 7: Οἶα, *inquit*, τὴν ἄβυσσον τῶν πόνων. Vide laborum immensum pelagus. ¶ Erat præterea Abyssus, sacellum Persephones, in quo magna vis auri multis seculis erat cōgesta: unde & nomen accepit ab infinitâ auri copiâ. Vide Suidam.

A ante C.

Ac, conjunctio, vim copulandi habet, pro Et, sive Atque: [וְ גַּם Gall. *Et.* Ital. *Et.* Germ. Vnd. Hispan. *Y.*] ut Doctus ac justus est. ¶ Aliquando adverbium est, & accipitur pro Quàm, vt. Haud secus ac jussi faciunt. ¶ In principio sententiarũ cōnectendi vim habet. Cic. in proœm. 1. lib. de Orat. Ac primò quidem totius orationis ignari. ¶ Aliquando (sicut docet Donatus) significat Contrà quàm. Terent. in And. Nescio quid tibi sum oblitus hodie, ac volui dicere. ¶ Ponitur etiam Ac, & Acsi, post Perinde, similiter, aliter: ut Superbis perinde, ac si rex esses. Aliter accidit ac putaram, *&c.* ¶ Ac pro duabus his particulis, *idque*, vel, *& quidem*. Terent. Heavt. Faciam boni tibi aliquid, pro istac re, ac lubens. Idem Evnuch. Amabò quid ait? cognoscit-ne? C. ac memoriter, *&c.* ¶ Ac, in compositione ponitur pro Ad, mutatione d literæ in c: ut, Accedo, Accipio, Accolo. ¶ In notis antiquorum A. C. alius civis, A. C. actio. A C C. acceptat, vel acceperat. A C I N. actionem. A C O N. vel A C O N. actionum vel actionum. A. C. V. à claro viro. A. C V B. A V G G. à cubiculo Augustorum. A. C. à consulibus. A. C. S. L. E. C. à consiliis suæ legationis & civitatis. A C M R. Ancus Martius. A C. D. Q. T. P. actione doris, quæ tibi petitur. A C. D. N. actione domini nostri. A. C O S S. C I. à consulibus vel consiliariis civitatis. A C. L. A Q. actione legis Aquiliæ.

Acabo, Animal multum valens vi medicâ, in desertis Arabiæ.

Acacălis, f. t. Fructus est in Aegypto nascentis fruticis: quem Dioscorides Tamaricis semini non absimilem esse, & in aquâ maceratum oculis mederi tradit, ἀκακαλίς. Sunt qui à Minois regis filiâ nomen accepisse putent, quam Apollo vitiavit. Vide Ruellium.

Acacia, f. p. Spina est quæ in Aegypto nascitur, arboris in modum fruticosa, nunquam se in rectum attollens, flore candido, & semine lupino simili, in folliculis cōtento: ex quo in pilâ contuso succus exprimitur, ejusdem nominis cum suâ arbore, qui in umbrâ siccatus, mirum in modum astringit. [ἀκακία. Gall. *Espine portant gomme Arabic.* Ital. *Acacia.* German. Ein dornechtigs bäumlin in Aegypto / auss welchem man ein safft truckt / dieses nammens. Hispan. *Arbol, de la goma Arabica.* Vngar. *Kökenyfa.*] Est & alterum acaciæ genus, in Cappadociâ Pontoque proveniens, Aegyptiæ spinæ similitudine, longè tamen minus & tenerius, & foliis rutæ. Vtranque speciem vide apud Diosc. lib. 1. cap. 115. Meminit & Plin. lib. 24. cap. 12.

Acăcus. Purus, innocens, minimè versutus. [תָּם *tamim.* ἄκακος. Gall. *Pur, simple.* Ital. *Puro, mundo, semplice.* German. Vnschuldig / nicht bösfertig. Hispan. *Puro limpio.* Pol. *Prostaczek, Niewinnik.* Vngar. *Artatlan.* Ang. *Without deceite.*] Inde Acacia id est, Innocentia, securitas ab omni terrore in qua Philosophorum nonnulli summum bonum constituerunt. [ἀκακία. Gall. *Bonté, simplicité.* Ital. *Bontà, simplicità.* German Vnschuld / fromkeit. Hispan. *Cosa sin doblez.* Polon. *Szmadrość.* Vngar. *Artatlansag, Egyugyüség.* Angl. *Innocentie, simplicitie.*] Hac voce usus dicitur Dionysius nescio quis, quem auctorem nemo sequetur studiosus linguæ purioris; atque Latinæ elegantiæ.

Acădemīa, f. p. & Academicus, a, um, vide in Propriis.

Acæna, Virga erat longa pedes decem, qua agros dimetiebantur: à Thessalis (ut scribit Apollonii interpres) primùm excogitata. [ἄκαινα. German. Ein Messruth.] Sic dicta, ab α vocali, quæ vim privandi habet, & verbo καίνω, occido: quòd cædibus quæ quotidie ob limitum perturbationem fiebant, finem imponeret. ¶ Est etiam aratorum baculus, quo boves suos exstimulant. [Pol. *Pret do rozmierzania roly.* Vng. *Rif magg öszöe*] Vide Cæl. Rhod. lib. 9. c. 29.

Acalanthis, ἀκαλανθίς Suidæ, Avis quam alii Acanthidem, alii Carduelem vocant. [. German. Ein Distelvogel oder Distelfinck / Stigeliz. Belg. Distelvincke / Putter.] Vide Acanthis. ¶ Est præterea Acalanthis, canis nomen, dictum (ut putat Suidas) ἀπὸ τοῦ ἀκαλλεῖν: hoc est, ab adulando.

Anālta, æ, f. p. proxima Violis, concolori amplitudine. Vincit numero foliorum marinam quinque foliorum numerum non excedentem, ab eodem odore superatur.

Acalyphe, ἀκαλύφη, ἀκαλήφη, Herba est, quam nostri *Vrticam* vocant: dicta Acalephe, teste Athenæo, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν καλὴν ἁφήν: hoc est, quòd tactui non sit jucunda. [חָרוּל *charûl.* Gall. *Ortie.* Ital. *Ortica.* Germ. Ein Nessel. Belg. Netteln. Hispan. *Ortiga.* Pol. *Pokrzywa.* Vngar. *Tsalan.* Ang *A nettle.*] ¶ Est etiam ex genere muscarum: apud Aristot. de Animalib. ¶ Item piscis quoddam genus, quod & nostri *Vrticam* appellant. Plin. lib. 9. cap. 45. inter τὰ ζωόφυτα connumerat: hoc est inter ea, quæ mediam habent naturam inter animantia & plantas. Vide latiùs in dictione VRTICA.

Acāntha, ἄκανθα, Herba eadem est cum Acantho. Vide ACANTHVS.

Acānthăleucē. [ἀκανθαλευκή. Gall. *Chardon sauvage.* German. Bebedistel / eber weiss Wegdistel. Ital. & Hispan. *Cardo sylvestre.* Vngar. *Zamar tövis.*] Herba est foliis aculeatis, & candidis maculis, variegatis, quasi lacte conspersis: unde & Latinè Spinam albam vocant. Officinæ Punico nomine vocant *Bedegarim.*

Acānthŏvōla, ἀκανθοβόλα, Instrumenta Chirurgicorum spinis piscium educendis, quæ in gurgulione hæserunt, idonea.

Acānthiæ cicadæ, ἀκάνθιαι τέττιγες, Proverbium est in indoctos atque infantes, ac mutos, aliis doctè loquentibus, aut musicæ ignaros, dici solitum. Tractum à mutis quibusdam cicadis, quæ Acanthiæ vocantur, sive quòd ejusmodi juxta Acanthum urbem inveniantur, ut Stephano placet: sive (ut mavult Suidas) quòd tales sint, quæ inter dumos & spinas versantur.

Acanthica mastiche, μαστίχη ἀκανθική, Lachryma helxines herbæ, de qua sic Plin. lib. 21. cap. 16: Helxine rara visu est, neque in omnibus terris est: radice foliosâ, ex quâ mediâ veluti malum extubera, contectum suâ fronde. Hujus vertex summus lacrymam continet jucundi saporis: Acanthicen mastichen appellatam.

Acānthĭon, sive Acanthium, thii, ἀκάνθιον. Herba est albæ spinæ similis, cujus meminit Plin. lib. 20. cap. 12. his verbis: Spinæ albæ similis est spine illa, quam Græci *Acanthion* vocāt, minoribus multò foliis aculeatis per extremitates & araneosâ lanugine

gine obductis: quâ collectâ, etiam vestes quædam bombycinis similes fiunt in Oriente.

Ăcanthĭs, chidis f. t. [ἀκανθίς. Gall. *Chardonneret, ou chardonnere o.* Ital. *Gardellino.* German. Ein Distelvogel/Stiglitz/Zeisich. Belg Distelvinck/gheel vogelken. Hispan. *Sirguerito.* Pol. *Sczygiel.* Vngar. *Tengelicz.* Ang *A goldfinche.*] Avis stridula, quæ & Carduelis: ita dicta, quòd spinis & carduis pascatur. Nam ἄκανθα, spina est: ἀκανθών, spinetum. Avis vocalis est & in primis canora. Hinc proverbium à Calphurnio Ecl. 6. usurpatum: Astyle credibile est si vincat acanthida cornix, Vocalem superet si turpis aëdona bubo. Cornix quidem obstrepera est, sed minimè canora. Plin. libr. 10 cap. 74: Et acanthis in spinis vivit: idcirco & asinos ipsa odit flores spinæ devorantes. Virgil. lib. 3. Georg. Littoraque halcyonem resonant, & acanthida dumi. Quo tamen in loco Pierius Acalanthida legendum contendit, itaq; in vetustissimis exemplaribus legi asserit Theod. Gaza pro Acanthide, vertit Spinum & Ligurinum, lib. Arist. 8. de histor. animal. cap. 3. Est verò & Græcis σπῖνος, ut apud Athenæum, & diminutivè σπινίον, & σπινίδιον apud Pollucem: apud Aratum: Spinus in auroeâ sibilans. Sed Acanthis & Spinus diversæ existimantur ¶ Acanthis Callimacho est genus herbæ, quæ Latinè Senecio dicitur, teste Plin. lib 25. cap. 13.

Ăcănthus, sive Acantha. [ἄκανθα, ἡ ἄκανθος. Gall. *Acanthe, ou branche v sine.* Itall. *Acantho.* German. Welsch Berenklaw/ Berenklapen Belg Berenclauwe. Hispan. *Yerva gigante, branca vrsina.* Polon. *Barszcz wloskij.* Vngar. *Medue talp*]Herba est quam officinæ à similitudine, quam ejus folia cum anterioribus ursorum pedibus habent, *Brancam ursinam* vocant. Plinius duo ejus genera commemorat: quorum alterum aculeatum facit, & crispum: alterum leve: quod à quibusdam Pæderota vocari asserit, ab aliis Melamphyllum. Dictum autem volunt Acanthum ab Acantho puero in florem hujus herbæ converso. Folia ejus in columnarum epistyliis insculpi solent: unde & Marmorariam vocatam fuisse, autor est Dioscorides. Solent quoque pocula hujus scalpturâ decorari. Vnde apud Virg. 3. Ecl. Damœtas pocula sua ab Acanthi scalpturâ commendat, quum ait: Et molli circum est ansas amplexus Acantho.

Ăcāpnă. [ἄκαπνα. Gall. *Bois sec qui ne fume point.* Ital. *Legne secche che nell' ardere non faciano fumo.* Germ. Dürr vnd wol erttrücknet Holtz/das nicht reucht vnd dempfft. Hispan. *Lenna que no humea.* Polon. *Suche drzewo ktore nie kurzij, Przipal.* Vngar. *száraz fa.* Angl. *Dry trees which put in the fyre hes na reik.*] Dicuntur ligna sicca, quæ igni admota & flammam facilè concipiunt, & quàm minimum edunt fumi. Vnde & nomen habent, ab α privativo, & καπνός, fumus. De lignis ejusmodi videtur intellexisse Cato de Re rusticâ c. 130. his verbis: Codicillos oleaginos, & cætera amurcâ crudâ perspergito, & in sole ponito, perbibant benè, ita neque fumosa erunt, & benè ardebunt.

Ăcāpnŏn, ἄκαπνον, Mellis optimi epitheton est, quòd ex fumo vitium non contraxerit. Vide Plin. lib. 11. cap. 16. ¶ Strab. lib. 9. mel ἀκάπνιστον vocat.

Ăcăpuŏs, ἄκαπνος, Majorana. Diosc. lib. 3. cap. 47.

Acaros, ἄκαρος, Frutex est aculeatus, qui & Oxymyrsine, & Chamemyrsine, & Latinè Ruscum appellatur. Vide Ruellium.

Ăcărpĭă, ἀκαρπία, Fructuum privatio dicitur, καρπὸς, enim fructus est.

Ăcărpŏs, ἄκαρπος. Latinè infructuosus.

Ăcărŭs, ri. [ἄκαρος. Gall. *Petit ver qui naist dedans la cire ou cuen.* Ital. *Il tarlesso che nasce nella cera, & il pedicello, ò volgarmente pidocchietto.* German. Ein Milw die im Wache wechst. Belg Een siere / ost sierken. Hispa.n *El arador.* Pol. *Weszka, Mol worskowij* Vngar *Moly.* Ang. *Amite.*] Tineæ genus in cerâ nascens, quod omnium animalium minimum esse existimatur. Ex Aristot libro quinto de Histor. animal. capite 53. Dicitur à Græco ἄκαρες, quod est indivisibile & insectile, ab α privativo & κείρω.

Ăcătălēctŏs, ἀκατάληκτος, & Acatalecticus versus, cui nulla syllaba deest: cui opponitur Catalecticus una deest syllaba.

Ăcătălēpsĭă, ἀκαταληψία, cum accentu in penultimâ, Latinè Incomprehensibilitas dicitur, si modò quis ita se loqui Latinè putet. Cic. quidem Græcâ voce est usus epist. ad Attic.

Ăcătălĭs, [ἀκατάλις. Germ. Ein kleine Weckholder staud.] Parva juniperus.

Ăcătĕră, ἀκατέρα Iuniperus magna.

Acatiă, ἀκακία, Spina, cujus semen lenticulæ simile, minor est tamen & grano folliculo.

Ăcătĭum. [ἀκάτιον. German. Ein Jagschifflein. Belg. Een boot.] Genus navigii actuarii. Plin. lib. 9. c. 30. Aliam sibi in Propontide visam esse concham Mutianus prodidit, acatii modo carinatam inflexâ puppe, prorâ costratâ. Iul. Pollux scribit Acacium velum in navi maximum esse: sicut minimum Dolonem, & tertium quod retrorsum panditur, Epidromum. Vide Baysium de re navali. [Gall. *Le plus grand voyle.* Ital. & Hispan. *La vela grande.* Germ. Das groß Sägel im Schiff. Belg. *Het tae-seyl.*]

Ăcaustŏs, ἄκαυστος, Latinè minimè ustus dicitur: nam καίομαι est ardeo, ἄκαυμα caloc intensus.

Ăccānto, as, avi, are, Iuxtà canto, unà canto. [προσᾴδω. Gall. *Chanter sus ou apres.* Ital. *Cantare appresso.* German. Zusingen. Hisp. *Cantar cerca algun lugar.* Pol. *Przyśpiewanie.* Vngar. *Eggyut eneklöök.* Angl. *To sing togither.*] Stat. 4. Syl Sumo animum, & magni tumulis accanto magistri. Equidem nemini autor sum, Statium in hoc verbo imitandi.

Ăccēdo, dis, Adeo, venio, appello. [נִגַּשׁ nighghásch קָרַב karib. προσέρχομαι, προσέρχομαι. Gall. *S'approcher, se tirer pres, s'adioindre.* Ital. *Accostarsi, tirarsi appresso.* Germ. Hinzugehn. Hisp. *Allegarse à lugar ò à otra cosa.* Polon. *Przistepuiie.* Vngar. *Hozza iarulok* Ang. *To come neare.*] Constructionem eandem habet, quam reliqua verba, quæ motum ad locum important: nimirum in nominibus propriis oppidorum aut pagorum accusativum sæpiùs nullâ præcedente præpositione. In reliquis accus. cum præpos. Cic. 12. Philipp. Poteróne Ariminum tutò accedere? Terent. in And. Ad flammam accessit imprudentiùs. Cic. pro Cecin. Accedere in ædes suas. Idem ad Attic. Ne antè in Senatum accederem, quàm rem confecissem. ¶ Per translationem sæpe pro Assentiri, probare, recipere, ponitur: ut Accedere sententiæ, Accedere ad conditiones alteriùs. Terent. in Prol. Phorm. Volũtas vestra si ad Poëtam accesserit: hoc est, si Poëtæ faveritis. [מַסְכִּים hischchim יָאַת jaáth. συγκατατίθεμαι. Gall. *S'accorder, consentir.* Ital. *Consentire, approbare.* German. Zufallen/ bewilligen. Hispan. *Consentir con otro.* Polon. *Przyzwalam.* Vngar. *Egget ertök.* Angl. *To consent.*] ¶ Interdum similitudinem quandam denotat, vel æqualitatem: ut, Hoc ad illud accedit: id est, simile est. Et cum dativo. Cicer. in Brut. Antonio Philippus proximus accedebat. ¶ Aliquando Accedere ponitur pro Addi vel Adjungi, ut quum dicimus. Accedit ad hæc, pro Adjungitur ad hæc, ἐπιγίνεται τούτοις. Et in hac significatione jungitur aut dativo. Cicer. Attico: Dolor accessit bonis viris. aut accusativo, mediante præpositione Ad. Ibidem: Ad calamitates hoc quoque malum accedit. aut adverbiis Húc, Eò, Eòdem, & similibus: ut, Accedit húc, Eòdem accedit. ¶ Interdum etiam prorsus absolutè. Cicer. de Orat. Accedit, ut ne in ipsum quidem Clodium meum insigne odium fuerit. ¶ Dicitur etiam, Accedit quòd. Cic. pro Rosc. Amer. Accessit illa quoque causa, quòd à cæteris forsitan ita petitum sit, ut dicerent. Subauditur nonnunquam ipsum, *quód.* Terent. Accedere febris dicitur, cùm per intervalla incenditur. ¶ Acceditur, Impersonale. Cic. pro Cecin. Ad eas quum accedaretur, iste cum omnibus copiis præstò fuit.

Āccēssŭs (Ab accedo, pro Advenio) idem quod Accessio, pro adventu.

Āccēssŭs, a, um, πρόσιτος. Participium. Ovid. Et non accessis invia fluminibus. Pro inaccessis.

Āccēssĭo, f. t. Incrementum, lucrum, adjectio. [תּוֹסֶפֶת tosépheth. προσθήκη. Gall. *Addition, succroist.* Ital. *Aggionta.* German. Ein Zugang / Zusatz. Belg. Toemats / toeworp / toegbiffte / toewarc. Hisp *Anaadura.* Polon. *Przyczinek, Przijdatek.* Vngar. *bregbwllés.* Angl. *Eking or vantage.*] Contraria ejus sunt Recessus, Decessio. Cic. Offic. Ad veteres necessitudines magnã attulit accessioné tua voluntas erga me. Idẽ Offic. Hanc Scaurus demolitus accessioné adjunxit ædibus. ¶ Propriè aũt Accessionis nomine intelliguntur ea omnia, quæ ad legitimũ & certũ alicujus rei numerũ adduntur: ut quum à debitore ad sorté honoris causâ creditori aliquid additur: vel ab araborib. decumanis, ultra decumas aliquantũ frumenti datur. Cic. de Divinat. Hæc decessio capitis aut accessio subitóne fieri potest. Idem in Verr. Accessionem mille talentûm esse factam. Idem pro Rab. posth. Non intelligo hoc quale sit, utrùm accessionem decumæ centesima, an decessionem de summâ fecerit. ¶ Hinc dicitur proverbio: Ne major tibi thylaco accessio, Μὴ σοι μεῖζον προσθήκη τοῦ θυλάκου. Quo uti licebit quum digressio longior est quàm ipsa res. Translatum à mulionibus, qui præter legitimũ onus vascula quædam superimponunt. Thylacus enim est culeus sive mantica, parata gestandis oneribus: vide Lucia. in encomio Demosth. Simile huic est, Accessio capite major. ¶ Accessiones etiam fidejussores vocantur à Paulo in l. Si serum stipulatus. De verborum oblig. Accessio est fideiussor qui principali debitori accedit. ¶ Invenitur etiam Accessio pro adventu, sicut Decessio pro recessu. Citer. 2. Offic. Eorum neque accessione vitam meliorem fieri: neque decessione pejorem. ¶ Accessio in febribus dicitur morbi ipsius exasperatio, quum scilicet redeunte malo, ad pugnam irritatur naturæ vis: Græci paroxysmon, παροξυσμὸν dicunt: accessio febris, ἐπιβολὴ, εἰσβολὴ πυρετοῦ.

Āccēssŏr, oris. m. t. Verbale, πρόσιτος, Qui accedit. Valerius: Nec accessor gloriosæ illius pompæ, sed author spectatus est.

Ăccĕlĕro, n. p. Propero, festino, maturo, celero, celeritatem adhibeo. [מִהֵר miher. ἐπισπεύδω, ἐγκονέω. Gall. *Avancer, haster.* Ital. *Andare in fretta.* Germ. Eylen/schnell gehn. Hispan. *Appressurarse à ir ò venir.* Pol. *Spiesziesie kwapiesie.* Vng. *El sietök.* Ang. *To haist.*] Cic. in Catil. Aureliâ viâ profectus est: si accelerare volent, ad vesperam consequentur.

Ăccĕlĕrātĭo, verbale, f. t. Festinatio, properatio. [מְהֵרָה meherah. ἐπιτάχυνσις. Gall. *Avancement, hastiveté.* Ital. *Affrettamento.* Ger. Eylung. Hisp. *Appressuramiento.* Pol. *Kwapienie.* Vngar. *El sietes.* Ang. *Hasting.*] Autor ad Heren. Continuatio est orationis enuntiandæ acceleratio clamosa.

Ăccēndo, dis, di, sum, Ex ad & Cando: a, in e, mutatâ: quemadmodum à Mando fit Commendo. Neque enim fit à Candeo: (ut quidam malè crediderunt) habet enim neutralem significatio-

gnificationem Accendo verò agendi, Neque rursus à Cendo, quod nusquam legitur. Sequitur igitur simplex esse Cando: quod licet hodie in usu non sit, ex neutro tamen ejus Candeo, constat olim fuisse usitatum. Postulat enim analogiæ ratio, ut quemadmodum ab activo Albo fit neutrum Albeo: à Duro, Dureo: à Pendo, Pendeo: ita ab eo quod est Cando deducatur Candeo. Est autē Accendo, item excito, inflammo. [הבער *hibhir*, ἀνάπτω, ἀναίπτω. Gall. *Allumer, enflammer.* Ital. *Accendere.* Germ. Anzünden Hisp. *Encender.* Pol. *Zapalam, Zazegam* Vng. *Fel gyutom* Ang. *To kendle.*] Cicer in Pison. Ego faces jam accensas ad hujus urbis incendium extinxi. Idem in Somnio Scipionis: Luna radiis Solis accensa, [illegible]. ¶ Per translationem significat Animare, & instigare. Virgil. 6 Aeneid. quo non præstantior alter Aere ciere viros, Martemque accendere cantu. Cicero in libro de Oratore: Præclarè enim se res habeat, si hæc accendi aut commoveri arte possint.

Accensus, a, um, Incensus, ardens, flagrans. Cic. Ego faces jam accensas ad hujus urbis incendium, extinxi.

Accensi, m. f. (ut Marcellinus scribit) Genus militiæ erat administrantibus proximum, [illegible]. Dicti, quòd ad necessarias res sæpiùs accirentur, veluti accersiti. Festus verò scribit fuisse, qui in locum mortuorum militum subrogabantur, & ad accensum adjiciebantur. Idem lib. 1: Adscriptitii: veluti quidam scripti dicebantur, qui supplendis legionibus adscribebantur: hos & Accensos dicebant. Sed Varro rectiùs docet, Accensos administros fuisse magistratuum, ab acciendo dictos: id est vocando. Nam Accensus instar præconis acciebat: id est vocabat, quem magistratus, cui apparebat, juberet. [השוטר *hashoter*, ὁ κλητήρ. Gall. *bedeau, huissier.* Ital. *L'usciere ò Sergente.* Germ. Ein Statknecht oder Weybel Hispan. *Alguazil.* Polon. [illegible] Vng. *Porozlo.*] Plin. li. 7: Post aliquot annos adjectus est & meridies, Accenso Consulum id pronuntiante. Erant singuli Præsidibus provinciarum Accensi. Quod munus nemini, nisi libertis deferebatur, sicut scripsit M. Cicer. ad Quint. Fratrem, cujus verba sunt hæc: Accensus sit eo etiam numero, quo eum majores nostri esse voluerunt, qui hoc non in beneficii loco, sed in laboris ac muneris, non temerè, nisi libertis, deferebant. Asconius autem sic habet: Accensus est nomen ordinis & promotionis in militia: ut nunc dicitur, Princeps vel Commētariensis, aut Cornicularius. Accensi & præconis officia in hoc conveniebant, quòd utrerque ad imperium, nutumque magistratus præstò essent: verùm in hoc differebant, quòd Præco in comitiis concione & judicii, siquid pronuntiandum recitandumque esset altâ voce recitabat. Accensus verò ad magistratum homines privatos accersebat.

Accentus, m. qui dicitur quasi Adcantus: hoc est, ad, sive juxta cantum, quia ad cantilenam vocis nos cognoscere facit syllabas. [טעם *taham*. Græci προσῳδίαν dicūt, quòd [illegible]. Gall. *Accent, Elevation ou abaissement de voix en prononçant.* Ital. *Accento, elevar, & abbassar della voce nella pronunciatione de le voci.* Germ. Der stimmen thon in einem jeden wort. Hisp. *El accento de cada palabra.* Polon. [illegible] Vngar. *Zönak* [illegible]. Ang. *An accent.*] A Latinis etiam Tonus & tenor vocatur: quia ibi sonus crescit & desinit. Definitur à quibusdam, quòd sit anima verborum: ab aliis, quòd sit vox syllabæ. Hos veteres nunc Moderamenta, nunc Accentiunculas, nunc Voculationes appellant. ¶ Sunt autem tres accentus: acutus, gravis & circumflexus. Acutus, ὀξεῖα προσῳδία dictus est, quòd acuat & erigat syllabam: Gravis, βαρεῖα προσῳδία, quòd deprimat: est enim contrarius acuto: Circumflexus, περισπωμένη προσῳδία, qui ex acuto & gravi constat: incipiens enim ab acuto desinit in gravem. ¶ De his Fabius lib. 1. Priscianus & Torrentius.

Accentiuncula, diminutivum ab Accentus. Gell. lib. 13. cap. 6. Quas Græci προσῳδίας dicunt, eas veteres docti tum notas vocum, tum moderamenta, tum accentiunculas, tum voculationes appellabant.

Accepso, veteres pro acceperim dixēre, Pacuvius: Haud sinam quicquam profari, priusquam accepso quod peto. Ex Nonio.

Acceptabulum, Vide paulò pòst ACETABULUM.

Acceptilatio, Acceptio Accepto, Acceptor, Acceptus, Vide ACCIPIO.

Accerso, sis, ire, act. q. Voco, advoco, accerso. [קרא *karà*, μεταπέμπω, μετακαλέω. Gall *Appeller à soy, aller, ou envoyer querir, mander venir.* Ital. *Chiamare, andare à chiamare.* Germ Zu ihm berüffen/ beschicken. Hisp. *Llamar, ò ir à llamar.* Pol. *Przyzwanie. Przywolanie: Pozwanie.* Vng. *Hozzam hivom, Zolitom.* Angl. *To call upon.*] Liv. lib. 3: Placere itaque patrem accersire. Sallu. in Iug. Postremò Sylam accersiri jubet. ¶ Ponitur etiam pro Accusare. Cic. 2. de Invent. Quidam captivis accersierunt. Idem pro Cæl. Nec ipse alterum ambitus crimine accersiret.

Accerso, sis, sivi situm, μεταπέμπω. Et Arcesso, sis, ambo conjugationis tertiæ: idem quod Accersio: sed in præterito, non autem in præsenti, sunt quartæ: quæ propterea desiderativa à Grammaticis dicuntur, quòd nunquam ferè eorum verborum actus sine desiderio fiunt. Terent. in Andr. Obstetricem accerso. Fit autem Accerso ab Accio: Arcesso verò ab Arcio, quod idem est: quum apud antiquos (ut Priscianus inquit) Ar pro Ad poni consueverit, Arvenas, Arventores, Arvolare, pro Advenas, Adventores, Advolare dicentes. Vnde ostenditur rectè Arcesso dici ab Arcio, quod nos Accio dicimus. Clau. lib. 3: Iuppiter interea cinctam Thaumantida nimbis Ire jubet, totoque deos arcessere mundo. ¶ Apud Virgil. tamen lib. 4. Georg. pro Attraho ponitur: Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum, Quemque sibi tenues nascentem arcessere vitas. ¶ Accipitur interdum pro Accuso [illegible]. Sallu. [illegible] in Iug. Quos pecuniæ captæ arcessebant delicta patefecerent. Cic. in Verr. Act. 3: Quòd tum magis invidioso crimine, quàm vero accerseretur. Et paulò pòst: Quis erit tam demens, qui te post quinquennium statuarum nomine accersat? Et alio loco: Accersere aliquem crimine conjurationis, [illegible].

Accersitus, ta tum, Participium, Vocatus. [קרוא *karù*, [illegible]. Gall. *Appellé huché.* Ital. *Chiamato ad uno, citato.* Ger. Zu ihm berüfft/ beschickt. Hispan. *Llamado.* Polon. *wezwany.* Vng. *Hivattatot.* Ang. *Called upon.*] Cicer. 2. de Orat. Etenim cavendum est, ne accersitum dictum putetur. ¶ Hinc proverbio datus est locus: Accersitum malum, ἐπίσπαστον κακόν, cùm quis sibi mali causam præbuerit: Hom. Odyss. 6.

Accersitus, us, substant. [קריאה *kriah*, μετάκλησις, πρόσκλησις. Gall. *Appellement, huchement.* Ital. *Il chiamare, il citare* German. Berüffung/ beschickung. Hispan. *Llamamiento.* Polon *wezwanie.* Vngar. *Hivata.* Ang. *Calling upon.*] Cicer. 2. de Nat. deorum: Nam cum ferm Latinis ad eum, ipsius rogatu, accersituque venissem.

Accersitor, oris, m. t. Vocator. קורא *korè*, ὁ κλήτωρ. Gall. *Huissier, celuy qui va querir ou appeler quelqu'un.* Ital. *Chi [illegible] citar, altri.* Germ. Ein Berüffer/ oder Weybel der einen botet Hisp. *Llamador.* Pol. [illegible] Vngar. *Hivo, hivogato.* Angl. *A caller.*] Plin. Epist. 101: Altius ibi otium, & pinguius [illegible] securius: nullâ necessitate togæ, nemo accersitor ex proximo.

Accido, ex Ad & Cædo, act. [illegible] Attenuo, circumcido exhaurio. [illegible]. Gallicè. *Rongner, couper tout à l'entour.* Italicè, *Tagliare, mettere al fondo.* Germanicè, Behawen/ beschneiden. Hispan. *Cortar y gastar.* Polon. [illegible] Vngar. [illegible] Ang. *To make feble, to afflict.*] Liv. 1 ab Vrbe: Ita prælio uno accidit Vestinorum res, ut ne vallo quidem freti in oppida dilaberentur. Idem: Quanquam accisas res eorum satis constabit: id est, [illegible]. Virgil. 7. Aeneid. Accisis coget dapibus consumere mensas.

Accido, n. t. Ex Ad & cado: Quasi ad: id est, juxta aliquid cado. Accedo, evenio, obtingo [illegible] *nachal*, συμπίπτω, συμβαίνω. Gall. *Cheoir sus ou pres quelque chose* Ital. *Gittar si davanti, ò nel occhione accadere.* German. Zu ihm fallen. Hispan. *Caer d'acontescer alguna cosa.* Polon. [illegible] Vngar. [illegible] Angl. *To chance, to fall by any thing.*] Sueton. in Cæs. Lucullo tantum calumniarum metum injecit, ut ad genus sibi accideret. Cic. Attic. 1: Ad pedes omnium singulatim accidente Clodio. ¶ Accidere, vetustè positum cum accusativo sine præpositione. Plaut. Sticho 3. 31: Certò enim mihi paternæ vocis sonitus aures accidit. Pro, ad aures, vel auribus. Sallust. in Iugur. Quos accidam? aut quos appellem? Pro, ad quos, vel ad quorum genua accidam: Id est, quibus supplicem. Sic legit Donatus in comment. in Hecyram: licet in quibusdam codicibus Sallust. corruptè legatur, Quò accedā. ¶ Iureconsulti usurpant pro Mori, in hac locutione: Si quid illi acciderit, ut & Græci τὶ πάσχειν mortem significat. Vide Pomponium l. 162. D. de verborum significatione. In qua significatione & Cicer. usus est 2 de Invent. Cujus hæres non illo in testamento quisquam scriptus erat, si quid pupillo accidisset. Item in Antonium: Si quid mihi humanitus accidisset: multa autem impendere videbantur, præter naturam præterque fatum. ¶ In tertiâ personâ significat, præter spem venire: & hoc tam in bonum quàm in malū. [קרה *karah*. συμβαίνει, συντυγχάνει Gall. *Il advient, id est advenir.* Ital. *Gli è accaduto, gli è occorso.* German Es begibt sich/ es tregt sich zu. Hispan. *Et acontescido.* Polon. *Trafia sie.* Vng. *Törtenik.* Ang *It chanceth.*] Terent. in Andr. Interea aliquid acciderit boni. Cicer. de Amicit. Nihil mali accidisse Scipioni putandum est. ¶ Ponitur etiam absolutè, sequente particulâ Vt. Cic. 3. Verr. Accidit quum iste à Cn. Dolabella efflagitasset, ut se ad regem Nicomedem, regemque Sadalam mitteret, ut illo itinere veniret.

Accidens, n. t. [מקרה *mikreh*, τὸ συμβεβηκός. Gall. *Accident une chose qui survient.* German. Ein zufall / oder zufellig ding. Ital. & Hispan. *El accidente, Quel che aviene & opravien* Pol. *Przypadek, Trafunek* Angl. *A accident, a chance.*] Vox est Dialecticis usitata, pro qualitate quæ adest, & abest, præter subjecti corruptionem: quod Cicero conjunctum vel adjunctum vocat. Quint. lib. 4. cap. 10: Causa, tempus, locus, occasio, instrumentum, modus, & cætera sunt rerum accidentia: quanquam hic Quintil. ea vocat accidentia, quæ aliis circumstantiæ. Græcis περιστάσεις. ¶ Accidentia quoque vocantur casus hominum. Quint. Non molliri prosperis facilè, non accidentibus frangi. Id est, rebus adversis.

Accidentalis, Ab accidens nomen adjectivum. Fab. Victorin. in 1. Rhetoric. Cic. Illud preceptum est in faciendis generibus, & speciebus & individuis, rem aut substantialem in omnibus esse servandam, aut accidentalem.

Accidentia, æ, f. p. Verbale ab Accidit. [קרי *keri*, συντυχία

b Gall

Gall. *Aventure.* Ital. *L'avvenimento, la sorte, il caso.* Germ. Zufall. Hispan. *Aquella obra de acontecer à caso.* Polon. *Trafunek, Przypadek.* Vngar *Törtenet.* Angl. *Eventure.*] Plin. lib. 32. cap. 2: Esse verò illam naturæ accidentiam, quod magis miremur, etiam in locis quibusdam opposito occurrit exemplo.

A¯ccieo, accies, accivi, accitum. [...] Gall. *Appeller, envoyer querir, mander.* Ital. *Chiamare a se.* German. Herzu berüffen. Hispan. *Llamar de lexos.* Polon. *Przyzywam.* Vngar. *Hozzam hivom.* Angl. *To call, or.*] Verbum rarum, idem significat quod Accio. Plautus in Mil. Vos modò curate, ego illum probè jam oneratum huc acciebo.

A¯ccingo, gis, xi, ctum, act. t. ex Ad & Cingo, Instruo, armo: ferè cum ablativo jungitur: ut, Accingere se armis, ferro, ense, &c. [...] Gall. *Se trousser & mettre à point, s'accoustrer & preparer à quelque chose.* Ital. *Apparecchiarsi, mettere à punto.* German. Sich umbgürten oder anthun/ sich rüsten. Belg. Ja gorde. Hispan. *Poner haldas en cinta, apparejarse a hazer alguna cosa.* Polon. [...] Vng. [...] Angl. *To gird or prepare himself.*] Virgil. 2. Aeneid. Atque omnis facibus pubes accingitur atris. ¶ Interdum aggredi vel præparare. Habet autem vel dativum. Virg. Aeneid. 1: Illi se prædæ accingunt. Idem lib. 2: Accingunt omnes operi. Vel accusativum, etiam in passivâ significatione. Idem Aeneid. 4: Magicas invitam accingier artes: pro ad illas discendas præparari. Vel accusativum cum Ad vel In. Livius: Proinde in hoc discrimen, si juvat, accingere: id est, ad hoc periculum subeundum te para. Idem: Quin igitur ad hoc accingeris: id est, cur hanc rem non aggrederis? ¶ Vnde Accinctos vocamus, industrios, paratos, expeditosque: contra Discinctos, ignavos, incomptos, negligentesque. Sic Græce [...]

A¯ccino, is, ere, accinui, accentum, ex Ad & Cano. [...] Gall. *Chanter avec quelcun, s'accorder avec luy.* Ital. *Cantar insieme & accordarsi con altri.* German. Zusingen/mit singen. Hisp. *Cantar juntamente con uno.* Polon. *Przyśpiewuię.* Vngar. *Eggyut eggyeüt éneklek.* Angl. *To sing with an other, to agree.*] Hinc Accentus, us, [...] de quo suprà.

A¯ccio, cis, civi, vel cii, accitum, act. q. Ex ad & cio significat Advoco. [...] Gall. *Appeller à soy.* Ital. *Chiamare se.* German. Zu sich berüffen/beschicken. Hispan. *Llamar.* Polon. *Przyzywam.* Vngar. *Hozzam hivom.* Angl. *To call upon.*] Inde Accitus, advocatus. Virgil lib. 11. Aeneid. Spem si quam accitis Aetolûm habuistis in armis. Cic. ad Att. Tu invita mulieres, ego acciebo pueros.

A¯ccitus, tus, tui. [...] Vngar. *Hivatal.* Angl. *Caling.*] Virgil. Aeneid. lib. 5. Regius accitu chari genitoris ad urbem.

A¯ccipio, pis, act. t. Capio. [...] Gall. *Recevoir, prendre.* Ital. *Pigliare, prendre.* German. Annemmen/nemmen. Hispan. *Tomar lo che se da.* Polon. *Przyimuię, Biore.* Vngar. *El veszem, el fogom.* Angl. *To take, to receave.*] Multi & varii usus est hoc verbum. ¶ Interdum enim est Audire. Cicero in Catone: Accipite [...] orationem Archytæ. ¶ Interdum Sentire. Terent. in Heauton. Clinia, aliter de amore suo atque est, accipis. ¶ Interdum Cognoscere, intelligere. Cicero primo de Naturâ Deorum: Quum M. Catonem Græcas literas in senectute didicisse acceperim. ¶ Interdum Concipere. Virg. lib. 9. Aeneid. [...] alii ventosis follibus auras Accipiunt, redduntque. ¶ Interdum Recipere. Lucil. Sic inquam veteratorem illum veterem lupum Annibalem acceptum. ¶ Interdum Tractare, tàm in malum quàm in bonum. Terent. in Adelph. Ego abs te miseris sum acceptus modis. Cicer. Roga ipsum, quemadmodum ego eum Arimini accepi. ¶ Interdum Probare: ut, Accipere legem populus dicitur, quam jubet & probat. ¶ Accipere nomen, pro eo quod vulgus Gallicum dicit *Recevoir à la monstre.* Livius primo Bell. Punic. Itaque si suum nomen dictator acciperet, se comitiis intercessuros dicunt. ¶ Dicimus etiam accipere conditionem, colorem, fœdera, libertatem, &c. Hujus compositum est Præaccipio. Accipere judicium dicitur reus, cum patitur à Prætore dari judices in eam rem, de qua movetur controversia. Cic. in Orat. pro Quinctio: Iudicium quin acciperet in ea ipsa verba, quæ edebat Nævius, nô recusare. Vide Hotomani Lexicon. ¶ Accipere, in aliâ quadam significatione [...] in verbum Afficior resolvi potest: & tum ad bona, tum ad mala pertinet, ut Accepit lætitiam, dolorê, &c. Id est, affectus est lætitiâ, dolore. Inter accipere beneficiû, & Recipere, discrimen est: Accipit ab aliquo beneficium, qui prius ei nihil contulit. Recipit, qui jam côtulerat. Ex Senecâ de benef. ¶ Accipere in bonam vel malâ partem, est bene vel malè interpretari dictum aut factum alterius, quod ad nos pertineat: id est, de illo bene aut malè judicare. Huc pertinent, Accipere alivorsum, aliterum eam partem, & similia.

A¯ccêptus, nomen ex participio, Gratus, vel jucundus. [...] Gall. *Aggreable.* Ital. *Quello ch'aggrada, & che accetto.* German. Angenem. Hisp. *Cosa rata y grata.* Pol. [...] Angl. *Acceptable.*] Cæsar. 1. Bell. Gall. Maxime plebi acceptus erat. Acceptum, accepti, absolutè, dicitur quicquid ab aliis accipimus seu dono, seu mutuo, seu alio quovis modo. Plaut. in Truc. Hic ratio accepti scribitur. Contrarium ejus est Datû, sive Expensum. Vnde tabulæ accepti & expensi dicebantur libri mercatorum, in quos referebant tàm ea quæ accepissent, quàm quæ expendissent. Cic. pro Roscio Comœdo: Si tabulas Fannius accepti & expensi profert suam in suam rem suo arbitratu conscriptas, quo minus secundum illas judicetis, non recuso. Hinc

A¯cceptum ferre, Est pro accepto habere, & fateri se accepisse, etiamsi nihil sit acceptû, scribere in tabulis se accepisse. [...] Gall. *Tenir pour receu.* Ital. *Haver per ricevuto, confessare il ricevuto.* German. Für entpfangen haben. Hisp. *Confessar ser lo devedor.* Polon. [...] Vngar. [...] Tracta est loquendi figura à civium Romanorum consuetudine, qui summâ diligentiâ omnes tabulas accepti & expensi conficiebant, in quibus quid ab aliis accepissent, aut quid ipsi aliis credidissent, perscribere solebant, quemadmodum ex Verrinâ tertiâ, itemq; quintâ & multis aliis locis intelligitur. Frequentius tamen est, apud probatos scriptores in eâdê significatione, acceptû referre: de quo plura suo loco sumus dicturi. Hinc fit Acceptilatio: de quo infrà. ¶ Dicitur etiam pro Acceptum ferre, Acceptum facere, & acceptum habere. L. 7. de acceptilat. A. Agerius Numerio Nigidio acceptum fecit. ¶ Accepto ferre rationibus aliquid, est quod Gallicè dicimus, *Coucher sur le livre du receu quelque chose,* ut l. 91. §. 4. D. de leg. 3. ¶ Accepto vel acceptum rogare dicitur, qui stipulatur an id quod promisit creditor acceptum habeat. Contrà accepto liberare dicitur creditor, cûm debitori stipulanti respondet, se acceptum habere. Hæc omnia fusiûs apud Hotom. in Lexico.

A¯cceptto, as, are, frequentativum ab Accipio: significat accipere soleo. [...] Gall. *Accepter, prendre volontiers & souvent.* Ital. *Accettare, ricevere spesso.* German. Oft nemmen/ohn underlaß nemmen. Hispan. *Recibir muchas vezes.* Polon. *Biore usta[...]* Vngar. [...] Angl. *To take often.*] Plaut. in Pseud. P. Quid dubitas dare? B. tibi ego dem? P. mihi hercle verò, qui res, rationesque heri Ballionis curo, argentum accepto.

A¯cceps̄o, item frequentativum, quo antiqui usi sunt. Pacuvius in Teucro: Haud finam Quicquid profari priusquam accepso quod peto. Ex Nonio. ¶ Sed aut errat Nonius, aut apud eum pro accipio est legendum accepero. Nam accepso pro accepero dixerunt veteres, non pro accipio, ut levasso, pro levavero. Et in Pacuvii verbis haud sanè aliter accipi potest. Paulus Iurisconsult. D. li. 26. Tit. 7. l. 44. Sed si pupillus post pubertatem rationibus à tutore acceptis reliquationem ejûs secutus usuras acceptaverit.

A¯cceptio, verbale ab Accipio, f. t. [...] Gall. *Prise, reception.* Ital. *Accettamento, ricevimento.* German. Nemmung oder entpfahung. Hispan. *Aquella obra de recebir y confessar.* Polon. *Przyiecie.* Vngar. *Elvétel.* Ang. *Receaving.*] Cic. in Top. Nam neque deditionem, neque donationem, sine acceptione intelligi posse.

A¯cceptor, aliud verbale, m. t. [...] Gall. *Preneur, qui prend & recoit.* Ital. *Accettatore, chi riceve & accetta.* German. Ein entpfaher. Hispan. *Recebidor.* Polon. *Przyimuiacy.* Vngar. *El vevö.* Ang. *A receaver.*] Plaut. in Trin. Qui illorum verbis falsis acceptor fui.

A¯cceptrica, acceptricæ. Plaut. Trucul. Des quantum vis, nusquâ apparet neq; datori neq; acceptricæ. A verbali Acceptrix, videtur formasse. Nomen est insolens & inusitatum.

A¯cceptilatio, f. t. [...] Gall. *Quittance, descharge par le creancier faicte au debteur.* Ital. *La quittanza, & ricevuta di qualche obligatione.* German. Ein Quittung/ein Bekandtnuß/in welcher man einen ledig sagt einer zusprach oder verbindung halb. Hisp. *Alvala de fin y quito.* Polon. [...] Vngar. [...] Angl. *An acquittance.*] Est liberatio (ut docet Modestinus) quæ fit per interrogationem & responsionem, qua debitor liberatur. Vt si dicam, Quicquid tibi per stipulatinem promisi, vel ex stipulatu debui, habesne acceptum? Et tu respondeas: Habeo, acceptumque fero, id perinde est, ac si accepissem abs te per veram solutionem. Apocha verò (inquit Vlpianus) non aliàs, quàm si pecunia soluta sit, appellari potest.

A¯ccipiter, [...] Gall. *Oiseau de proye, comme espervier, faucon & autres.* Ital. *Sparviere.* German. Ein Raubvogel/wie ein Habbich/Sperber/rc. Belg. *Havic, Hafkin.* Hispan. *Halcon o açor generalmente.* Pol. *Iastrząb.* Vngar. [...] Angl. *A falcon or eny ravenous foull.*] Genus est, ad aves omnes rapaces: cujus species sunt sexdecim: præcipuæ tamen sunt, Buteo, Triorchis, Aesalon: de quibus vide Plin. lib. 10. cap. 8. Dictus est ab accipiendo: hoc est, à rapiendo. Terent. in Phorm. Non rete accipitri tenditur, neq; milvio. ¶ Tantæ velocitatis hoc genus avium ut inde hyperbolica parœmia orta sit, Ocyor accipitre, [...] Qua venustè utemur, si ad famam aut nuncium aut ejusmodi quippiam detorqueatur.

A¯ccisso, [...] Gall. *Estre hors du sens, dissimuler.* Ital. *Inettire, dissimulare.* German. Vngeschickt/ und närrische geberd treiben. Item, Nicht der gleichen thun. Hisp. *Hazer o dezir necedades, dissimular.* Polon. [...] Vngar. [...] Ang. *To become of the wit, or to dissemble, to be mad.*] Veteres dixerunt pro ineptire, delirare vel insanire: itê pro dissimulare ea, quæ maxime cupimus. Vtrunque tractum est à moribus Accûs aniculæ adeò ineptæ atque deliræ, ut & cum imagine suâ in speculo redditâ, tanquam cum alterâ muliere colloqueretur.

quaereret, & vestes nondum pertextas, à telâ soleret detrahere, atq; induere. Hinc proverbium manavit: In armis accissat, ἐπὶ τοῖς ὅπλοις ἀκκίζεται. In eum qui sibi placet, sesaq; quasi contemplatur in armis, ut traditum est de Accona muliere, quæ ad speculum ineptè sibi blandiebatur. Illud etiam in moribus habuit peculiare, ut recusaret quod maximè cupiebat. Vnde ab ejus quoque nomine Accismum dictum volunt, ἀκκισμὸν, fictam dissimulationem, quum scilicet, quæ maximè cupimus, nos velle dissimulamus. Cicer. Att. 2: Hoc, opinor, certi sumus perisse omnia: quid enim ἀκκιζόμεθα tandiu: hoc est, quid dissimulamus? De hoc adagio vide Lucianum & Olympiodorum.

Acclāmo, ara, act. p. Exclamo. [קרא *karà* צעק *zahák*. ἐπιβοάω. Gallicè, *S'escrier en la faveur ou defaveur de quelcun, luy favoriser ou contredire par cry.* Italicè, *Gridare in favore ò in disfavore d'una cosa.* Germanicè, Zuschreyen mit erhebter Stimm. Hispanicè, *Dar vozes à las vozes de otro, llamar dando voces.* Pol. *Spolnie wolam, wespol krzicze.* Vngar. *Fól kiáltok.* Angl. *To cry or shout in generall and or aggree becrying.*] Cicer. pro Cæcin. Populus cum risu acclamavit ita esse. Acclamare alicui, pro In favorem alicujus. Acclamare in aliquem: id est, Reclamare, ut indignantes faciunt.

Acclāmātio, verbale, f.t. [צעקה *zehakáh*, ἐπιβόημα. Gall. *Escry, acclamation, huée.* Ital. *Tal gridamento in favore ò disfavore.* Germ. Beschreyung. Hispan. *Aquella obra de dar vozes assi.* Polon. *Krzik.* Vngar. *Fól kiáltás.* Angl. *Shouting.*] Cic. Att. lib. 1: Credo te ex acclamatione Clodii, &c.

Acclāmito, frequentativum. [ענה בגבורה *hanah ghebhuráh* צעק *zahák* שועה *schauuáh*. ἐπιβοάω, ἐπιφωνέω. Gall. *Souvent crier contre ce que dit quelcun ou en luy favorisant.* Ital. *Gridare in favore ò contro spesso.* German. Viel unnd offt mit lauter Stimm zuschreyen. Hisp. *Llamar dando vozes muchas vezes.* Pol. *Krzicząc często przestawanie.* Vngar. *Fól pattogok gyakorta kialtok.* Angl. *To shoute at ....*] Plautus in Amph. Et quæ sunt facta, infecta esse acclamavit.

Acclīnē, adjectivum, n.t. Flexum, incurvatum, jacens, humile. [משפלה *meschuppáh* נרכן *narchah*. Gall. *Enclin, penché.* Ital. *Inclinato.* German. Herzuhaltend/herneigend. Hispan. *Inclinado ò acostado hazia otra cosa.* Polon. *Pochilnoscie.* Vngar. *Meg haylot meret...* Ang. *Which boweth or crooketh.*] Et propriè in descensu dicitur. Hieronymus: Scabellum accline, & ex unâ parte obliquum. Dicitur & Acclinus, na, num. sicut & interclinus: quo usus est Ambrosius in Egesippo: Civitas, ..., prærupta undique propè erat, interclina rupibus.

Acclīno, nas, act. p. Ad aliquid flecto, inclino. [הטה *hittáh*. ἐπικλίνω. Gall. *Encliner vers quelcun, pencher.* Ital. *Condescendere, inchinarsi.* Germ. Herzuhalten/oder neigen. Hisp. *Inclinar ò acostar hazia otra cosa, consentir con otro.* Pol. *Przichilam sie, Przizwalam.* Vngar. *Hozzá haylok.* Ang. *To incline or, bowe, to leane to any thing.*] Liv. 4. ab Vrbe: Haud gravatè acclinaturos se ad causam Senatus, pro Assensuros causæ Senatus.

Acclīvis, sive Acclivus, va, vum, per u. Quod est leviter erectum, & arduum, & propriè de ascensu dicitur, quasi in clivum acuminatum, & sensim elavatum. [προσάντης, ἀνάντης, ἀνωφερής. Gall. *Eslevé en montant, aigu par haut.* Ital. *Erto, alto elevato.* Germ. Übersich gehaldet. Hisp. *cosa cuesta arriba.* Polon. *Przikri dowsiapienia.* Vng. *Meredék.* Ang. *Stay.*] Cic Quint. fratri: Ea vix pars valde acclivis est. Huic contrarium est Declive, sive Declivum, quod est inclinatum, atque incurvum.

Acclīvitās, f.t. [סוללה *ésch...*, ἀνωφέρεια. Gall. *Le montant d'un terre, une legiere roideur de montagne.* Ital. *La montata, lerta.* Ger. Das ding auffsteigen eines Bühels oder bergechtigen orts. Hisp. *Aquel ... cuesta arriba.* Pol. *Przikrość ku do wchodzeniu.* Vngar. *Az hegynek meredékség.* Angl. *The stayres of a hill.*] Cæsar: Ab eo flumine pari acclivitate collis nascebatur.

Acclūdo, accludis. Vide in dictione Cludo.

Accŏlo, accolis: Apud, sive juxtà colo. [שכן *schachán*, περιοικέω. Gallicè, *Demeurer aupres, estre voisin.* Italicè, *Habitar vicino, ò à canto.* Germanicè, Beywohnen/nahwohnen. Hispanicè, *Mora cerca de lugar.* Polonicè, *Ossiadam.* Vngaricè, *Mellette lakom.* Anglicè, *To dwell nie.*] Liv lib. 4: Hi dimissis circa omnais populos legatis, qui Hatruscum mare, quique Tyberim accolunt, ad frumantum mercandum. Plin. lib. 4: Persæ rubrum mare semper accoluêre. Et lib. 3. cap. 11 Accolitur dextera lævaque crebris oppidis.

Accŏlă. Vicinus, ab Accolendo: id est, juxtà habitando dictus. [שכן *schachén*. περίοικος. Gall. *Habitant aupres, voisin à quelqu'un.* Ital. *Vicino habitante.* Germ. Nachbawr der nahe bey einem wohnet/ Beywohner. Belg. Ghebuerman. Hispan. *El morador cerca alguu lugar.* Polon. *Sassiad, Ssiodlak, gbur.* Vng *Zomszed melloten lako.* Ang. *A neighbour.*] Accola montis, qui prope montem habitat. Accola Padi, Accola campi: qui juxta Padum, juxta campum habet domum. Liv. lib. 1: Pastor accola ejus loci, nomine Cacus, ferox viribus.

Accŏlēns, accolantis, participium, περιοικῶν. Plin. Ante has est sphinx vel magis miranda, qua sylvestria sunt accolentium.

Accommŏdo, accommodas, dás, act. p. Adhibeo, adapto, aptè colloco. [תקן *tikkén* הכין *hechin*. ἐφαρμόζω, συμβιβάζω. Gall. *Accommoder, approprier.* Ital. *Accommodare, adattare.* German. Zufügen. Hispan. *Ayuntar una cosa à otra.* Polon. *Zlaczam, Przistadawam ... Stikpie.* Vngar. *Hozzá szabom.* Angl. *To mak feate.*] Cic. lib. 2. de Orat. Africano illi superiori coronam sibi in convivio ad caput accommodanti. Idem lib. 1. Offic. Qui se ad Rempublicam, & ad magnas res gerendas accommodavêre. ¶ Accommodare idem aliquãdo, quod Commodare. Plaut. Cùm ædes pauperi accommodasset. Sed hoc rariùs. Itaque eleganter & doctè distinguit Corn. Front. Commodo & Accommodo: Commodat, *inquit*, aliquis mutuam pecuniam: Accommodat equo ephippium: id est, aptat: Accommodare alicui de habitatione. Cicer. Memmio, lib. 13: Peto igitur à te majorem in modum, quod fine tuâ molestiâ fiat, ut ei de habitatione accommodes. ¶ Accommodare etiam Iurisconsulti dicunt, pro benignè & ex æquo bono contra summi juris regulas concedere. L. filio. D. de rit. nup. Filio in libertatem paternam idem juris quod ipsi patrono ex sententiâ legis accommodatur. Hotomanus.

Accommŏdātus: id est aptus. [מוכן *muchán* נכון *nachón*, ἐπιτήδειος, οἰκεῖος. Gall. *Propre, apte, convenable.* Ital. *Acconcio atto, accommodato.* German Zugefügt/darzu tauglich. Hispan. *Acomodado, ayuntado.* Pol. *Wczesny, Spossobny.* Vng. *Illendó.* Ang. *Feate, apte, meete.*] Cic. in Orat. contra Rull. Numeri singulis orationis generibus accommodati.

Accommŏdātē, adverbium: Id est, Aptè. [ἐπιτηδείως. Gall. *Proprement, bien à propos.* Ital. *Accommodatamente, ben à proposito.* German. Kommlich / geschicklich / bequem Hisp. *Ayuntadamente.* Polon. *Spossobnie, Ladnie.* Vngar. *Illendó képpen.* Angl. *Feately or aptelie.*] Cic. 5. Verr. Primum oratoris officium esse ad persuadendum accommodatè.

Accommŏdātio, onis, f.t. Ipsa actus accommodandi. [מתכונת *mathchóneth*, ἐπιτηδειότης. Gall. *Appropriation, application.* Ital. *Accommodatione, addattatione.* Germ. Kommlichkeit/zufügung. Hispan. *Ayuntamento.* Polon. *Przilaczenie, Przipodobanie, Przirownanie.* Vngar. *Hozza szabás, illetés.* Ang *Applying.*] Cic. 1. de Invent. Elocutio est idoneorum verborum & sententiarum ad inventionem accommodatio.

Accommŏdus, a, um, Idem quod Accommodatus, aptus, idoneus, ἐπιτήδειος. Virg. 11. Aeneid. Est curvo anfractu vallis, accommoda fraudi.

Accrēdo, accredis. Ex ad & credo, unà credo, credentibus accedo: sicut Assentio sive Assentior, ad sententiam accedo. [האמין *heemin*. πιστεύω, ἐπιπείθομαι. Gall. *Adjouster foy, croire à ce qu'on dit.* Ital. *Consentire.* Germ. Glauben geben/mit eines Glauben zustimmen. Hisp. *Consentir, creer à otro.* Polon. *Spolem wierze.* Vng. *Egyes hiszek velec.* Angl. *To consent, to beleue that which one sayeth.*] Colum. lib. 2: Idqua etiam non spernendus autor rei rusticæ Saserna videtur accredidisse. Horat. lib. 1. Epist. ad Val. Scribere te nobis, tibi nos accredere par est.

Accrēduo, accreduis, obsolatum verbum. Idem quod accredo: Plaut. Neque divini, neque humani mihi posthac quicquam accreduas. Rectiùs tamen dixeris, Accreduas, pro accredideris esse à Plauto positum. Vt & fuas, apud eosdem veteres, pro fueris legitur.

Accrēsco, scis, accrevi, ex Ad & Cresco. Idem quod Cresco, augeo. [נוסף *nosáph*. ἐπαυξάνομαι, ἐπιδίδωμι. Gall. *Croistre, Accroistre.* Ital. *Accrescere, aumentare.* Germ. Auffwachsen Hispan. *Acrescentar ò augmentar.* Pol. *Przirastam.* Vng. *Fól nóvök.* Ang. *To growe, to increase.*] Cicer. de Invent. Flumen subitò accrevit. Sallust. in Cic. Quæ si tibi falsa objicio, redde rationem, quantum patrimonii acceperis, quid tibi litibus accreverit.

Accrēmentum, ti, n. f. Idem quod Incrementum. [תרבות *tarbith*. ἐπαύξησις, ἐπίδοσις. Gall. *Accroissement.* Ital. *Accrescimento, crescimento, aumento.* Germ. Auffwachsung. Hispan. *Crescimiento* Pol. *Przirosnienie, Podrostenie.* Vngar. *óreg bitlés, nevekedés.* Ang. *Increase.*] Plin. lib. 9. c. 2: In mari autem latè supino, mollíq; ac fertili accremento accipienta causas genitales è sublimi, semperq; patiente naturâ, pleraq; etiam monstrifica reperiuntur.

Accrētio, accretionis, f.t. Incrementum: Ipse actus accrescendi. [מרבית *marbith*.] Cic. 1. Tuscul. Lunamq; accretione & diminutione luminis, &c.

Accŭbo, n. p. Iuxtà cubo, adjaceo, accumbo, discumbo. [שכב *schachab*. ... Gall. *Gesir aupres, estre couché iouxte* Ital. *Giacere, sedere appresso.* German. Beyligen/neben einem ligen. Belg. Ick ligghe oft sitte by. Hispan. *Assentarse cerca alguno como à la mesa.* Polon. *Legespolem.* Vngar. *Mellétt fekszem avagy ülök.* Angl. *To ly by.*] Plaut. Accubat mecum. Sueton. in Cæs. Theatrum summæ magnitudinis Tarpeio monti accubans. Cicer. 4. Tuscul. Morem apud majores hunc epularum fuisse, ut deinceps qui accubarent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudas. Accubare in convivio, Sueton. in Cæs. Cic. vide Accumbo. ¶ Accubare pro Iacere. Senac. in Hippolyt. (heu me) flebili voto accubat. Hoc est, mortuus jacet, ut optasti.

Accŭbātio, verbale, f.t. Cic. de Senect. Accubatio epularis amicorum. idem in Officiis: Status, incessus, sessio, accubatio. [שכיבה *schichbáh*. ... Gall *Assiette à table* Ital. *Il sedere à tavola.* German. Ein beyligung Hispan. *Assentamiento à la mesa.* Polon. *Siadla.* Vngar. *Mellé ülés avagy fekvés.* Ang *Sitting at the table.*]

Accŭbĭtum, accubiti, sive Accubita, accubitæ, Lectus in quo cubatur interdiu. [משכב *mischchab*. ... Gall. *Petit lict sur lequel on dort de iour.* Ital. *Letto dove si dorme de di.* German. Ein Gutschen / oder Lotterbeth / auff dem man am tag schlafft. Belg.

Een Rottsten / Lobbetbedden. Hisp. *El lugar para se assentar à dormir.* Pol. *Loze nakrytim wodnie legam.* Vngar. *Nappaliágy.* Angl. *A bed to sleip on in day tyme.*] Vnde apud Lampridium de Commodo scribitur, non accubuisse, nisi in accubitis, quæ pilum leporinum habuissent, aut plumas perdicum subalareis. Hæc alio nomine dicũtur Anaclinteria ¶ Hinc Accubitalia dicũtur quibus hoc genus lectuli solet operiri. Vide Cælium lib. 16. cap. 29. & lib. 27. cap. 25.

Accubitus, hujus accubitus, m. q. Ipse accubandi actus. [סבה mesib. ἀνάκλισις. Gall. *Assiette, couchement.* Ital. *Giacimento.* Germ. Die Beyligung. Hisp. *Assentamiento.* Pol. *Spelu legenie.* Vngar. *Mellé fekués.* Ang. *Lyng, sitting.*] Plin. lib. 18. cap. 2: Plerisque hominum trichinus, accubitu ire per lectos.

Accudo, accudis, act. t. Cudendo addo. & propriè de pecunia dicitur. [ןןז ... ἐπικόπτω. Gall. *Forger dessus, battre monnoye.* Ital. *Battere dinari, martellare.* German. Dazu schmitten. Hispan. *Herir como en yunque.* Polon. *Prsikowywam.* Vngar. *Azwert praczez tób pénzt verõk.* Angl. *To forge, to beate vpon.*] Plaut. in Merc. Tres minas accudere etiam possum, ut triginta fiant.

Accumbo, cumbis, n. t. idem quod Accubo. παρακλίνομαι. Et in hac significatione ferè habet dativum. Est etiam Accumbere, mensæ assidere sumendi cibi gratiâ, vel convivio interesse. [סבב hasebh ... ישב על שלחן iasbhab al sulchan. κατακλίνω. Gall. *S'asseoir à table.* Ital. *Sedere à tavola.* German. Zu Disch sitzen. Hisp. *Assentarse à la mesa.* Polon. *Siadam do stolu.* Vng. *Asztalhoz ülök.* Angl. *To sit, to sit at the table.*] Cubabant enim antiqui vescentes. Cicer. Pæto Accubueram horâ nonâ, quum id literarum exemplum in codicillis exaravi. Dicitur & Accumbere epulis. Cic. pro Mur. Qui quotidianis epulis in robore accumbunt. ἐπὶ τοῖς δείπνοις ...

Accumulo, las, act. p. Amplifico, & quasi ad cumulum addo, augeo, coacervo. [צבר tsabar. ἐπισωρεύω. Gall. *Amasser, accumuler, entasser, assembler en un monceau.* Ital. *Ammassare, ammontonare, ridurre in massa.* German. Zusammen hauffen. Hispan. *Amontonar sobre monton.* Polon. *Zgromadzam.* Vngar. *Rakásra ...gyüjtöm.* Angl. *To heap vp in large.*] Cicer. pro leg. Agrar. Vix jam videtur locus esse, qui tantos acervos pecuniæ capiat: auget, addit, accumulat.

Accumulare vitem, arborem, radices & similia, est quod vulgus Gallicum appellat, *rechausser*: cui contrarium est Ablaqueare. De hoc vide Plin. lib. 10. cap. 19. lib. 18. cap. 24. lib. 19. cap. 5.

Accumulatio, verbale f. t. apud Plin. lib. 17. c. 27. [ציבור kibbuts ... ἐπισώρευσις. Gall. *Amas, amoncellement.* Ital. *Ammassamento, accumulatione.* German. Auffhauffung / zusammen hauffung. Hisp. *Amontonamiento.* Polon. *Zgromadzenie.* Vngar. *Rakásba ...* Angl. *Heaping.*]

Accumulatè, adverbium: [חמרים חמרים chomarim chomarim. σωρηδόν. Gall. *A monceaux.* Ital. *Accumulatamente.* Germ. Hauffechtig / hauffenweiß. Hispan. *A montones.* Polon. *Dostatnie.* Vng. ... Angl. *By heapes.*] Cic. Culleolo libro 13: Cùm diceret omnia te accumulatissimè & liberalissimè procuratoribus suis pollicitum esse. Sic ad Her. lib. 1. ad finem: Vt pro tuo in nos officio, & nostro in te studio, munus hoc accumulatissimè tuæ largiamur voluntati.

Accuro, cas, act. p. & per simplex c, Cuco, guberno. [שים לב ... ἐπιμελοῦμαι. Gall. *Soigner, mettre peine de quelque chose, en prendre soing.* Ital. *Diligentemente curare, accuratamente operare.* German. Fleissig versorgen. Hispan. *Diligentemente curar.* Polon. *Opatruie pilnie.* Vngar. *Szorgalmatos gonyat viselem.* Ang. *To do any thing diligenthe, to take care, in doing any thing.*] Plaut. in Bacch. Ehò, peosum meum lepidè accurabo: hoc est, curabo ut efficiem quod mihi mandatum est. Cicer. de Invent. Meliùs accurantur, quæ sine consilio administrantur.

Accuratus, Magnâ curâ factus, meditatus, exquisitus, consultatione actum. [... ἐπιμελής. Gall. *Fait soigneusement.* Ital. *Fatto con grand accorgimento.* Germ. Mit sonderbarem fleiß vnd sorg gemacht. Hisp. *Hecho con mucho cuydado y diligencia.* Pol. *Dbały, pilny.* Vng. *Nagy szorgalmatossággal csinált.* Angl. *Done diligentlie.*] Liv. 5 Belli Macedonici: Sed oratione etiam longâ, & accuratâ insectatus fit rogationem nostram.

Accuratè, adverb. Diligenter, studiosè, exquisitè. [ἐπιμελῶς. Gall. *Soigneusement.* Ital. *Accuratamente.* German. Fleissiglich / sorgfältig. Hisp. *con mucho cuydado.* Pol. *Pilnie.* Vng. *Szorgalmatosan, nagy szorgalmatossággal.* Angl. *Diligentlie, with travell.*] Cic. ad Brutum: Literis tam accuratè scriptis. Accuratiùs ædificare. Cæs. de bel. Gallic. libro 5.

Accuratio, Cura, diligentia. [... ἐπιμέλεια. Gall. *Soing.* Ital. *Accuratezza.* Germ. Fleiß / sorgfalt. Hispan. *Cuydado.* Pol. *Pilność.* Vng. *Szorgalmatosság.* Angl. *Care, diligence.*] Cic. de Clar. Oratoribus: At inveniendis componendisque rebus mira accuratio.

Accurro, accurris, per duplex c. act. Ad aliquid curro. Plaut. in Amphit. Accurro ut sciscam. Cicer. 2. de Divin. Ita nobis audientes sunt, ut simul ac velimus accurrant. [προστρέχω. Gall. *Accourir.* Ital. *Correr di incontro à qualche cosa.* Germ. Hinzu lauffen. Hisp. *Correr hazia lugar.* Pol. *Przypadam.* Vng. *Reáfutok.* Ang. *To runne to assemble.*] ¶ Accurritur, Impersonale Tacit. libro primo: Accurritur ab universis, & carcere effracto, solvunt vincula.

Accursus, hujus accursus, m. q. Verbale, ἐπιδρομή. Apud eundem Tacitum libro primo: Accursu multitudinis, quæ cum Druso advenerat, protectus est.

Accuso, sas, act. p. Frequentativum est ab Accudo, sicut docet Priscianus. Componitur enim ex Ad, & cuso, quod à Cudo deducitur. Ex quo composita, Incuso, Excuso, & Recuso. Quanquam non desint, qui dicant Accuso ex Ad, & Causa, seu Causor, componi. Sed magis audiendus est Priscianus: quia magis commoda fit compositio à Cuso frequentativo verbi Cudo, quod Cusum supinum facit. ¶ Est autem Accusare propriè (ut ait Valla) apud judicem vel alium, & aliquando apud illum, quem accuses, ostendere peccatum. [הוכיח hochiach ... κατηγορέω, αἰτιάομαι. Gall. *Accuser, reprendre.* Ital. *Accusare.* German. Anklagen / beschuldigen. Hispan. *Accusar delante el que puede punir.* Pol. *Oskarżam, Zaluieie.* Vng. *Vádolok.* Ang. *To accuse, to blame.*] Terent. in Prolog. Andriæ: Qui quom hunc accusant, Nævium, Plautum, Ennium accusant. Dicimus autem, Accuso te illi, apud illum, vel eoram illo magni sceleris, aut de magno scelere. Cicer. 4. Verr. Is apud C. Sacerdotem rei capitalis accusatus. Idem Attic. lib. 4: Non committam posthac, ut me accusare de literarum negligentiâ possis. Idem pro Sext. Roscio: Sexcenti sunt, qui inter sicarios & de veneficiis accusantur. Id observatum ferè comperi, ut quod peccati nomen exprimit, genitivo: quod minus, ablativo ponererurut, Te accusavi homicidii, alioque nefario scelere. ¶ Incusare verò, est alterius mores reprehendere: & plarunque cum querelâ, quòd ab illo injuriâ sis affectus. αἰτιάομαι. ¶ Accusare, inquit Servius, & Incusare hoc differũt. Incusare propriè est superiorem arguere: ut in Terentio pater ad filiũ: Quid me incusas Clitipho? Accusare verò, vel parem vel inferiorem: ut in eodem ad maritum uxor: Me miseram, quæ nunc, quam ob causam accuset, nescio. Et hoc proprietatis est, licet usus ista malè corrumpat. Hæc Servius Aeneid. 1: Cæsar tamen ipse linguæ Latinæ magister hanc differentiam neglexit, primo Comment. Omnium ordinum adhibitis ad id consilium centurionibus, vehementer eos incusavit. Diomed. Incusante Cicerone, Catilina convictus est. ¶ Accusare inertiam alicujus, pro culpare, reprehendere, vituperare. Sic accusare vitium, culpam aut crimen alicujus: hoc est, eum de eâ re vituperare, & est figura Græca: quia Latinè potius diceretis, accusare inertiæ aut de inertiâ.

Accusator, verbale, Qui accusat. [מלשין malschin מוכיח mochiach. ὁ κατήγορος. Gall. *Accusateur.* Ital. *Accusatore.* German. Ein Ankleger. Hisp. *Acusador.* Pol. *Za'obnik, Oskarżca.* Vngar. *Vádoló.* Ang. *An accuser.*] Cic. 1. de Finib. Plerunque improborum facta suspicio insequitur, deinde sermo atque fama, tum accusator, tum judex.

Accusatrix, f. e. [ἡ κατήγορος. Gall. *Accusiresse.* Ital. *Accusatrice.* Germ. Ein Anklägerin. Hisp. *Acusadora.*] Plaut. Tu mihi accusatrix ades.

Accusatio, verbale, f. t. [תוכחה tochechah ... sitnah. κατηγορία, αἰτίασις. Gall. *Accusation, blasme.* Ital. *Accusa, biasmo.* German. Anklagung / beschuldigung. Hispan. *Acusacion.* Pol. *Za'oba, Oskarżenie.* Vngar. *Vádolás.* Angl. *Accusation, blame.*] Cic. in Bruto: Accusationes factitare dixit: quod Tacitus exercere dixit. Cic. pro Cæcilio inter Accusationem & Maledictionem quid intersit docet: Accusatio, *inquit*, crimen desiderat, hominem ut notet, argumento probet, teste confirmet. Maledictio autem nihil habet propositi, præter contumeliam.

Accusatorius, Quod ad accusationem pertinet, κατηγορικός: ut, Liber accusatorius, in quo continentur accusationes. Cicero pro Cluent. Non accusatorio animo, non ostentatione aliquâ aut gloriâ adductum.

Accusatoriè, adverbium, κατηγορικῶς. Cic. 4. Verr. Ne quis hoc me magis accusatoriè, quàm liberè dixisse arbitretur. Idem 6. Verr.

Accusabilis, adjectivum, αἰτιατός, Quod accusatione aut reprehensione dignum est. Cic. 4. Tusc. Quorum omnium accusabilis est turpitudo.

Accusativus, a, um, Per quod quis accusatur, κατηγορικός. Vnde Accusativus casus dictus est, quia per hunc vel accusare, vel laudare solemus. Dicitur etiam Incusativus, vel Causativus, & Laudativus.

Accusatus, a, um, Incusatus, reprehensus, in judicium vocatur. Cic. de Opt. Aeschines à Demosthene capitis fuit accusatus.

Ace Vide Aca.

Acedia, ἀκηδία, Latinè pigritia, tristitia, tædium, anxietas. Ger. Faulkeit / vertruß / sorglose. Belg. Luyheit / verdriet / sorgeloosheit. Vng. *Restség, unalom.* Angl. *Slouth fulnesse, sluggishnesse.*]

Acentra, ἄκεντρα, Dicuntur, quæ sunt sine aculeis, centrisve: id est, punctis.

Acentetæ, quæ & Arentra, Dicũtur gemmæ, quæ leves sunt & mucrones non habent: quasi sine punctis centrisve. Plin. lib. 37. cap. 2. de crystallis: Quæ verò sine vitio sunt, putas esse malunt, Acenteta appellantes. Herm. Barb.

Aceo, ces, acui, Acidus sum, Acorem sapio. [חמץ chamets. ὀξίζω. Gall. *Estre aigre.* Ital. *Acetire, essere agro.* German. Saur oder essichtig seyn. Hispan. *Azedo.* Pol. *Kwaśnieie.* Vng. *Meg ecetesedik.* Ang. *To be sower.*] Cato de re Rust. Vini quadragena urnæ dabuntur, quod neque aceat, neque muceat. Præterito ejus usus est Vlp. l. 1. D. de peric. & cõmodo rei vend.

Si vinum venditum acuerit, inquit, emptoris erit damnum.

A'cĭdŭs, um, adiectivum, ab Aceo, es, [ὀξώδης. Gall. *Sur a gre, ou tirant sur l'aigre*. Ital. *Agro, acetoso*. German. Sawr/resch. Belg. Suer/zuer. Hispan. *Azedo*. Pol. *Prʒykwaskowy*. Vng. *Megeczetesült eczetes*. Angl. *Sower tasted*.] Propriè dicitur id quod acuit: id est, in acorem versum est, ut vinum acidum. Plin. lib. 10. capit. 70: Culices acida petunt, ad dulcia non advolant. Virgil. 3. Georg. Hic noctem ludo ducunt & pocula læti Fermento, atque acidis imitantur vitea sorbis. ¶ Acida lingua: id est, mordax, ac dicax. [Vngar. *Ssátsagos nyelv*.] Seneca controvers. lib. 10 in 5: Hominem acidæ linguæ & qui nimis liber erat: de Asinio. ¶ Acidi fructus dicuntur, quibus jucundi acoris sapor inest. Col. lib. 5. cap. 10: Et acidæ venæ fontium, Vitr. lib. 8. c. 3.

A'cĭdŭlŭs, a, um, [ὀξώδης. Vngar. *Savanyócska*.] Aliqua ex parte acidum, quod subacidum dicitur. Plin. lib. 15. cap. 15. post Autumnalia acidulo sapore jucunda. Dictæ sunt aquæ acidulæ, ut Lyncestis fluvii, vini modo inebriantes, teste Plin. lib. 2. cap. 103.

A'cesco, scis, n. t. Acidus fio. [ὀξίζω. Gal. *S'aigrir, devenir aigre*. Ital. *Agrire, devenir acetoso*. German. Sawr oder zu essig werden. Hispan. *Azedarse*. Pol. *Kwaśnieie*. Vng. *Megeczetesedik*. Angl. *To waxe sowre*.] Horat. in Epist. Syncerum est nisi vas, quodcunque infundis, acescit. Colum. lib. 12. c. 26: In quo agro vinum acescere solet.

A'cētum, n. s. Acre vinum. [חֹמֶץ chometz. ὄξος. Gal. *Vinaigre*. Ital. *Aceto*. Germ. Essig. Belg. Azijn/Edick/Eeck. Hispan. *El vinagre*. Pol. *Ocet*. Vng. *Eczet*. Angl. *Vinagre*.] Colum. lib. de arb. cap. 8: Vites quæ exiguum dant fructum, aceto acri cum cinere rigato. Venustè transtulit Plaut. in Pseud. Ecquid habet acetum in pectore? Et in Bacchid. Nunc experiar, sitne acetum tibi hoc acre in pectore. Hoc est proverbii metaphora, num quid sit, vel acrimoniæ vel indignationis. Nam acida palatum juvant acuuntque, & irritant stomachum. Horatius acetum pro mordacitate dixit: At Græcus postquam est Italo perfusus aceto. Persius exclamat. Quod & proverbii speciem habet. ¶ Acetum mel, Græcè ὀξύμελι dicitur, & optimum, Græci Grammatici interpretantur. Plin. In omni melle quod perfluit, mustrum, oleumque appellatur, acetum maximè laudabile est. Ita habent libri veteres. Quo in verbo latet notio medicamenti, ut mel illud esse credat. De hoc vide Adr. Turneb.

A'cŏr, m. t. Idem quod aciditas: hoc est, sapor acidus, qualis est in aceto, & in fructibus quibusdam qui ad aceti saporem accedunt. [ὀξύτης ὀξώδης. Gal. *Aigreur*. Ital. *Sapor agro, brusco, garbo*. Germ. Sewre. Hispan. *Agrura, azedura*. Polon. *Kwas*. Vngar. *Keményi savanyuság*. Angl. *Sowernesse*.] Colum. lib. 3. cap. 21: Vt aut secum fructum eum præcoce elevet: quæ res mox acorem facit. Quint. lib. 9. cap. 3: In cibis interim acor ipse jucundus est.

A'cĕphălŭs, penult. corr. [ἀκέφαλος. Gal. *Sans teste*. Ital. *Senza capo*. Germ. Der kein Haupt hat/Ohnhäuptig. Hisp. *Sin cabeça*. Pol. *Bezgłowy*. Vngar. *Feetlen*. Angl. *Without a head*.] Latinè sine capite dicitur, ab α, κεφαλή caput. Vide Acephali versus, sine capite dicuntur, qui in genere heroico à brevi syllaba incipiunt. ¶ Et Acephali, vel Acephalitæ, hæretici quidam dicti sunt, quoniam nullus invenitur autor, à quo exorti sunt. Hi duarum in Christo substantiarum proprietatem negant, & unam in ejus persona prædicant naturam. ¶ Acephali sacerdotes, qui sub nullius episcopi disciplina gubernantur, Cælius lib. 3. antiq. lect. c. 12. ¶ Acephala fabula: id est, imperfectus sermo vel fabula nondum absoluta, apud Platonem.

A'cĕr, eris, penult. genitivi corr. n. t. Arbor est, forma & magnitudine tiliæ non absimilis, verùm cortice paulò scabriore. [σφένδαμνος. Gal. *Erable*. Ital. *L'acero, l'arse*. German. Ein Maßholder baum / oder ein Ahorn. Belg. Een Boom daermen toe seidt taefelen afmaect / Marsboomboom / maeshout. Hispan. *El asre*. Polon. *Jawor*. Vngar. *Iávor fa*. Angl. *A maple tree*.] Plin. lib. 16. capit. 15 autor est, in hac arbore duo tubera inveniri, unum brusci nomine, alterum molusci: quorum illud intortum & crispum, hoc simplex & sparsum facit. Vtrunque discurrentibus venis, aspectu jucundissimum est: speciosius tamen moluscum: adeò ut haud dubiè citro præferretur, si mensarum amplitudinem caperet. Est autem Acer neutri generis, contra Priscianum, qui muliebris generis esse putavit. Ovid. in Eleg. At quondam vile fuistis acer. Ex hac arbore fiebant mensæ, quæ proximam citreis dignitatem obtinebant. ¶ Corripit autem Acer substantivum primam syllabam, quum adjectivum eandem producat.

A'cĕrnŭs, a, um, quod ex acere confectum est, σφενδάμνινος. Virg. 2. Aeneid. Præcipuè quum jam trabibus contextus acernis Staret equus.

A'cĕr, hæc acris, hoc acre, prima prod. à quo Acrior & Acerrimus. Propriè ad vinum, acetum, & hujusmodi quæ acida sunt pertinet. [חָמוּץ chamuts מַר mar. ὀξύς. Gal. *Aigre, aspre, isnel*. Ital. *Agro, brusco*. Germ. Sawr/scharff. Belg. Heet op de tonge/ sterck. Hispan. *Agro fuerte*. Pol. *Ostry*. Vngar. *erős*. Ang. *Sower*.] Colum. lib. 3. Radice tenui vitem præscindito: plagam acri aceto pariter ac lotio permista terra linito, eodemque radices irrigato. Medici tamen, quorum est ex saporibus simplicium medicamentorum vires discernere, Acrem saporem, δριμύν, ab acido distinguunt: acria nimirum appellantes, quæ ori admota, & ab illo calefacta ipsum vicissim recalfaciunt, atque accendunt, & mordicant, præque levitate, ad caput sublevata, obvia quæque incidunt: ut ex Platonis Timæo annotavit Galen. lib. 1. de Facult. simp. medic. Plin. lib. 11. cap. 53: Difficulter perficiuntur omnia in cibis acris. ¶ Acre vinum, quod in acetum degeneravit. ὀξώδης οἶνος, vel potius ὀξίνης. ¶ Transfertur ad alia, & modò pro forti ponitur. Virgil. Aeneid. 9. Haud acram dubites in prælia poscere Turnum. ¶ Modò pro veloci. Idem lib. 4: At puer Ascanius mediis in vallibus acri Gaudet equo. Idem: calidumque animis, & cursibus acrem. ¶ Modò pro acuto. Cic. Acri homo ingenio. ¶ Modò pro vehementi. Idem in Hortens. Aut Philippo brevius, aut Theopompo acrius. Sic acrem hostem dicimus vehementem: id est, durum, sævum. ¶ Modò pro diligente. Virgil. Iam tum acer curas venientem extendit in annum. Cic. 1. Offic. Sic nos si acres, ac diligentes esse volumus animadversores vitiorum magna sæpe ex parvis intelligimus.

A'cerrĭmē, vehementissimè. Cicer. Acerrimè cædere vel reprehendere aliquem.

A'crĭmōnĭă, f. p. Est qualitas mordax, & linguam calefaciens, qualis est in pipere, sinapi, allio & cæpa. [מְרִירָה meroráh. δριμύτης. Gall. *Aspreté, force & pointe comme d'oignon, & choses semblables*. Ital. *Asprezza, agrezza, la punta & amordacita di ogni altra cosa acerbita*. Germ. Schärffe/räffe. Belg. Scherpheit/greftheit/onmildicheit. Hisp. *Aspreza, agudeza, fortaleza*. Polon. *Ostrość. Gorzkość*. Vngar. *Tsípősség erősség*. Ang. *Scharpnesse that byteth the tounge*.] Et propriè quidem usus est Cato de Re rust. capit. 157. de brassica Pythagorea: Et si ulus acrimoniam ejus ferre non poterit, farinam hordeaceam misceto. Et Colum. libr. 10: Abstineat omnibus redolentibus esculentis, ut salsamenta, & eorum omnia liquamina: item fœtentibus acrimoniis, alii, vel cæparum. ¶ Translatè verò ponitur pro vehementia, δριμύτης. Author ad Heren. lib. 4: Hæc exornatio tùm multùm venustatis habet, tùm gravitatis, & acrimoniæ plurimum. ¶ Item pro severitate, sive ea in vultu sive in verbis aut etiam in rebus consistat. Ibidem: Convenit igitur in vultu pudorem & acrimoniam esse. Et paulò pòst: Licentia si nimium videbitur acrimoniæ habere, multis mitigationibus lenietur.

A'crĭtās, atis, f. t. de nominativum ab adjectivo Acer, idem significans quod Acredo, vel Acrimonia. [מְרִירוּת ταμιῶς δριμύτης.] Gell. lib. 13. cap. 2: Sicut autem nihil quicquam interest, suavitudo dicas, an suavitas: acerbitudo, an acerbitas: acritudo, an (quod Accius in Neoptolemo scripsit) acritas: ita, &c.

A'crĭtūdo, inis, f. t. & Acredo, inis. [מְרִירוּת meritúth. δριμύτης.] Idem quod acrimonia: tametsi nonnunquam πρόσγευσις pro aciditate, vel etiam acerbitate positum inveniatur. Vitruv. lib. 8. capit. 9: Fieri autem naturaliter hoc ideo videtur, quòd acer, & acidus succus subest in ea terra, per quam egredientes venæ intinguntur acritudine. ¶ Acritudo, σφοδρότης, apud Gellium, vehementia sive acritas, libro 10. cap. 27: In libris veteribus memoria extat quòd par fuit quondam vigor, & acritudo, amplitudoq. P. R. Vtitur eadem voce lib. 13. cap. 2.

A'crĭtĕr, adverbium ab Acer. Vehementer. [ὀξέως, δριμέως, σφόδρα. Gall. *Aigrement, vehementement*. Ital. *Fieramente, con vehemenza*. Germ. Hefftiglich/scharff/dapfferlich. Hispan. *Agra, aguda y fuertemente*. Polon. *Ostrze*. Vng. *Erősen*. Ang. *Sowerlie, vehementlie*.] Cic. in Pis. Acriter intelligere. Tacit. lib. 19: Satis patuit iis, qui principum offensas acriter speculantur.

Acero, Aceratus, Acerosus, Vide Acus, aceris.

A'cerbĭtās, f. t. Species est saporis, qualis est in fructibus immaturis, terrestri quadam substantia linguam contrahens, exsiccans, atque exasperans: non alia ratione differens ab Austero, quàm quòd vehementiùs adstringat: ut rectè docet Plato in Timæo, & post eum Galen. libro 4. de Simp. med. facult. capite 37. [στρυφνότης, πικρία. Gall. *Aigreur, aspreté*. Ital. *Acerbità*. Germ. Die herbe und sawre oder bittere der unzeytigen Früchten. Belg. Wrangheit/rouwicheit/suericheit. Hispan. *Agrura, amargura*. Polon. *Cierpkość niedojrzałego owocu*. Vng. *Savanyaság fanyarság*. Angl. *Egernesse, or tartnesse*.] Translativè ponitur pro asperitate & crudelitate. Cic. Qu. Fr. Iracundia exorabilis, ut in malis, acerbitati anteponenda est. Idem: Nec acerbitatem sententiarum, nec differendi spinas probavit. ¶ Aliquando pro molestia, sive tristitia potiùs, ex miseria & calamitate contracta: ut, Syllani temporis acerbitatem subterfugere, apud Ciceronem. Idem in Cat. Mihi hac conditio Consulatus data est, ut omnes acerbitates, omnes dolores cruciatusq; perferrem.

A'cerbĭtūdo, f. t. idem quod Acerbitas. [Vngar. *Savanyuság vel keserűség*.] Gell. lib. 13. c. 3: Vt nihil quicquam intersit suavitudo dicas an suavitas, sanctitudo an sanctitas, acerbitudo an acerbitas, acritudo an acritas.

A'cerbo, bas, act. p. Aspero, exaspero, exacerbo. [הִמַר himar. παροξύνω, τραχύνω. Gall. *Enaigrir, rengreger un mal*. Ital. *Inacerbire*. German. Verbittern. Hispan. *Hazer agro ó amargo*. Polon. *Zaostrzyć*. Vngar. *Megkeserítem*. Angl. *To stirre up to wrath*.] Claudian. libro 2: Nec patruo cedunt, stimulat communis in arma Virginitas, crimenque feri raptoris acerbat: hoc est, exasperat. Virgil. 11. Aen. Vel quum se pavidum contra mea jurgia fingit, Artificis scelus & formidine crimen acerbat. ¶ Hujus compositum est Exacerbo, quod est valdè acerbè, vel asperè turbo.

A'cerbŭs, ba, bum, Propriè dicitur, quod sapore vehementer

adstringente præditum est, linguamque gustatum contrahit, & exiccat, ut post Platonem docuit Galen.lib.1.de Facul.simplic.medic. [מריר mariri מר mar στρυφνός. Gall Revesche, qui agace les dens. Ital. Acerbo German. Bitter/herb/unzeitig/rauch. Belg. Scarp/tarttich/ontijp/ontijdich. Hisp. Agro amargo. Polon. Cierpki Gorzky Vngar. Savanyu keserw. Ang Eger or sower tasted.] Differtque ab Austero, ut majus à minori. Nam quæ vehementer adstringunt, Acerba, στρυφνά dicuntur: quæ mediocriter, Austera, στρυφνά. Et quæ acerba sunt, ita gustatu miserè fauces afficiunt, ut iterum gustare nolimus. Hinc locus proverbio: Post acerba prudentior, παρὰ τὰ δεινὰ ὁ στρυφνὰ φρονιμώτερος. Congruet in eum qui suo malo redditus est cautior. Vva primò est peracerba gustatu: deinde maturata dulcescit. Cic.de Senect. Translatè ponitur pro vehementi, duro & aspero: & tàm ad res, quàm ad personas refertur. Vnde acerbum vulnus, Acerba mors, θάνατος ἄωρος. Virgil.lib.6: Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo. Tractum à fructibus immaturis, quæ nimia acerbitate gustui molesti sunt & injucundi. Cic. Fam. 8: Eo die acerbum habuimus Curionem. ¶ Acerba pro Acerbè adverbio Lucret. lib. 5: Asper, acerba tuens, immani corpore serpens. ¶ Acerbum, substantivum. Ovid. lib. 5. Tristium, Eleg. 2: Detrahat ut multum, multum restabit acerbi.

Acerbè acerbiùs, acerbissimè, adverb. Asperè. [τραχέως. Gall. Aigrement, aspremens. Ital. Asframente, duramente. Germ. Bitterlich/hartiglich. Hispan. Agramente, durè, severè, aspere. Pol. Srowie sodze. Vng Erössen keservessen. Angl. Egerlie tastlie.] Cic.1.Offic. Ea bella minùs acerbè gerenda sunt. Idem 1. Tusc. Acerbiùs exigere dixit.

Acerra, Arcula, in quam thus reponi solet, quo diis sacrificatur. [מחבה machbáh: θυμιατήριον. Gall. Encensoir. Ital. Cassetta de l' incenso, navicella. German. Ein Rauchfaß/Weyhrauch Fäßlin. Belg. Wieroock casten/een wierootvat Hispan. El vaso ò navezilla del encienso. Pol. Kadzielnicza. Vngar. Tömienytartó ládátska avagy toboz. Ang. A ship which was used in the churche to put frankensence in.] Thuribulum vulgò dicitur. Alii putant esse aram, quæ ante mortuum poni solebat, in qua odores incendebant. Cornutus scribit esse paterã in qua libatur. Virg. -& plena supplex veneratur acerra.

Acersecomes, penult. corr. [ἀκερσεκόμης. Gall. Qui n'est point tondu Ital. Zazzeruto, chi ha la zazzera. German. Unbeschoren/der viel Haar hat. Hisp. El que tiene la cabelladura, no tresquilado. Pol. Kosmaty kilda. Vngar. Wiböks hajas. Ang. Unshorne.] Idem quod intonsus sive capillatus. Iuven. Sat. 8: -si nemo tribunal Vendit acersecomes. Hoc epitheto apud Græcos insignis est Appollo, quemadmodũ & apud Latinos intonsi cognomine. Dicitur autem Acersecomes παρὰ τὸ ἀκερσεκόμης καὶ κείρειν τὴν κόμην: hoc est, ab intonsa coma.

Acervus, m. s. Aggregatio, cumulus: &, ut Valla vult, propriè minutarum rerum, ut frumenti, leguminis. [ספל sepel. σωρός. Gall. Vn monceau, un tas. Ital. Cumulo, mucchio, massa. Germ. Ein hauff/fürnemlich kleiner dingẽ/als Korn/Erbis/ec. Belg. Een hoop van cleenen dingen/ als Koren. Hispan. Monton de cosas menudas, como sal. Polon. Gromadakupa. Vng. Rakás gywytés. Angl. An heap.] Plautus in Pseudolo: Quibus cunctis mõtes, maximi acervi frumẽti sunt domi. ¶ Aliquando tamen majorũ ut, Acervus scutorum. ¶ Accipitur etiam translatè pro rerum affluentia: ut Acervus bonorum, ἀγαθῶν σωρὸς, quum opes non pondere, neq; numero, sed acervatim congestas, & ipso cumulo infusas intelligimus. ¶ Simile huic est, Bos apud acervum, βοῦς ἐπὶ σωρῷ, De splendidè ampliterque viventibus. Aut, ut ait Suidas, de iis qui in media rerum copia constituti, non sinuntur præsentibus bonis frui. Strues autem est præcipuè lignorum: Strages, cadaverum interfectorum, uno in loco jacentium, sive humanorum, sive brutorum: Sarcina utensilium.

Acervatim, Summatim, conjunctim. [חמרים חמרים chomarim chomarim σωρηδόν. Gall. Par monceaux. Ital. L' uno adosso l' altro & senza alcun ordine. Germ. Hauffechtig/mit hauffen. Belg. Met hoopen Hisp. Amontones. Polon. W kupie w summie, Hurmem. Vng. Rakásonként, sebonként. Angl. By heapes.] Cæsar: Plerique acervatim se de vallo præcipitaverunt. Columel. Quum enim ejusmodi pestis incessit, sub favis acervatim enectæ reperiuntur. ¶ Acervatim dicere, quasi promiscuè & nullo servato ordine. Cic Cluent. Acervatim jam reliqua dicam Iudices.

Acervo, vas, act. p. Accumulo. [צבר tsabar. σωρεύω. Gall. Amonceler, entasser, mettre en un tas. Ital. Accomolare, amassare. German. Zusammen hauffen. Belg. Ick hoope. Hisp. Amontonar. Polon. Zkupiam, Zgromadzam. Vngar. Gywytök özve rakok. Ang. To heap.] Plin lib. 6. cap. 4: Plura undique acervabimus. Quintil. libro 9. capite 3: Nec verba modò, sed sensus quoque idem facientes acervantur.

Acervatio, verbale, f. t. [קבוץ kibbúts צבור tsibbúr. σώρευσις. Gall. Amas, amoncelement. Ital. Ammassamento. German. Hauffung. Hisp. Amontonamiento. Polon. Zgromadzenie. Vng. özve gywytés özve rakás. Anlg. Heading.] Plin. lib. 11. cap. 53: Acervatio saporum pestifera. Idem quod accumulatio.

Acervalis, & hoc acervale Cicero secundo de Devin. Argumẽtationes quas Græci Soritas vocant, acervales appellat, his verbis: Aut quemadmodum Soriti respondeas: quem si necesse sit, Latino verbo libeat acervalem appellare: sed nihil opus. Vt enim ipsa Philosophia, & multa verba Græcorum, sic σωρείτης satis Latino sermone tritus est.

Acesco, Vide Aceo.

Acesis, ἄκεσις, Genus est chrysocollæ, diversæ ab orobitide. Vide Plin. lib. 33. cap. 5.

Acestides, ἀκεστίδες, fornaces sunt ferreæ, prægrandesq;, in quibus fit cadmia. Dioscor. lib. 5. cap. de Cadmia.

Acetabulum, n. s. Ab accipiendo dicitur, ut Hermolao placet: seu potiùs ab Aceto: Mensuræ genus est, quod Græci ὀξύβαφον, appellant. Corylæ quartam partem continens: hoc est, drachmas XV. [Germ. Ein halb Mäßle. Belg. Een passelick romereen.] ¶ Acetabula quoque in corporibus dicuntur pyxides (ut Anatomici vocant) quibus coxendices infiguntur, & circa quæ vertuntur ossa coxarum, κοτυληδόνες. Plin. lib. 28. cap. 11. Item ossa ex acetabulis pernarum, circa quæ coxendices vertuntur. ¶ Acetabula item sunt veluti quidam calculi in iis piscibus qui molles appellantur, ut in polypo. Plin. lib. 9. cap. 30: Præterea negat esse ullum atrocius animal ad conficiendum hominem in aqua: luctatur enim complexu, & sorbet acerabilis, ac numeroso suctu detrahit eum. ¶ Acetabula sunt etiam præstigiatorum vascula sive caliculi, quibus astantium oculos præstringunt. Seneca lib. 6. Epist. Ista sine noxa decipiunt, quomodo præstigiatorum acetabula & calículi: in quibus me fallacia ipsa delectat. Latini etiam herbam quandam vocant hoc nomine, quam & Græci κοτυληδόνα appellant, quòd folia habeat concava, & quodammodo in acetabuli formam tornata: Alio nomine Vmbilicus Veneris dicitur. [Germ. Nabelkraut. Belg. Navelcruyt.] ¶ Acetabulum abusivè dici potest de rebus aliis, quæ similitudinem quandam referunt acetabuli, quod in corporibus esse, suprà dictum est. Quintil. lib. 8. cap. 6.

Acetare, Dicebant veteres quod nunc dicimus agitare. Festus.

Acetaria, n. s. à quibusdam dicuntur herbæ, eu cibaria, quæ ex aceto sumuntur ad excitandam cibi cupiditatem, quales sunt herbæ virentes, quas aceto, oleoque guttatim instillato concinnamus. [Gall Vinaigrettes, sallades ou autres choses en vinaigre. Ital. Cose composte in aceto. German. Salat/Kreuter so man auf essig isset. Hisp. Cosa compuestas con vinagre, como ensalada. Polon. Salata. Vngar. As salyata melnek min dön nenie. Angl. Salletts.] Fiunt & ex herbarum radicibus acetaria. Plin. lib. 20. c. 20. Stomachum in acetariis sumpta corroborat. De Portulaca loquitur. Græci ὀξύβαφον appellant, quasi aceto tinctum παρὰ τὸ ὄξος καὶ βάπτω. ¶ Acetaria dici quoque possunt carnes minutim concisæ, quæ ex aceto sumuntur.

Acetum, Vide Aceo, ces.

Achane, ἀχάνη, Genus erat mensuræ frumentariæ, apud Persas, capiens medimnos Atticos 45. Gell. lib. 8. c. 9. docet esse vasis genus, in quo commeatus eorum, includebatur, qui ad Theorias mittebantur. Vide Suidam, Eustath. & Arist. schol.

Achateon, Vide Acacium.

Achates, penult. prod. [שבו schebo, ἀχάτης. Germ. Achat. Belg. Agat Pol Gagatek.] Gemma est versicoloribus venulis ita distincta, ut nemorum, & fluviorum, & montium, nonnunquam & jumentorum & curruum speciem referat. Hanc primùm repertam ferunt ad Achatem Siciliæ fluvium: unde & nomen accepit. Postea & in India, & in Phrygia inventa est. Insignem Achatem Pyrrhus Epirotarum rex habuisse traditur, in quo novem Musæ, & Apollo citharam tenens spectabatur, non arte, sed naturæ solertia ita discurrentibus maculis, ut Musis quoque singulis sua redderentur insignia. Vide plura de hac gemma apud Plin. lib. 37. cap. 1. & 10.

Acherois, ἀχερωΐς, Peculiari epitheto vocatur populus alba, sive quòd ad ripam Acherontis fluvii nascebatur, sive quòd inter infœlices arbores, quæ diis inferis sacræ erant, soleret numerari: sive, ut Pausanias refert, quòd Hercules hujus apud inferos cõspectæ ramum ad superos attulerit. Aristoteles cõtrà, populum nigram ita cognominatam refert. Vide hæc latiùs apud Ruellium lib. 1. cap. 119.

Achetæ, [ἀχέται. Germ. Dorn gipsetlin.] Cicadarum quarundam (ut inquit Suidas) non species, sed epitheton est, dictum ἀπὸ τοῦ ἠχεῖν ἐν ἀκάνθαις: hoc est, ab eo quòd inter spinas canant. Plinius libro 11. capite 26: Similis cicadis vita: quarum duo genera minores, quæ primæ proveniunt, quæque sunt mutæ, & novissimè pereunt: majores, quæ canunt, vocantur Acheræ.

Achilleis, sive Achilleas, ἀχιλληΐς, Theophrasto, ἀχιλλειάς, Hippocrati, hordei genus cui spica folio proxima est, amplitudinis & crassitudinis majoris, ideoq; ærugini magis obnoxium. Vide Ruell. lib. 2. cap. 15.

Achilleos, ἀχίλλειος. Myriophyllum herba appellata, quòd eam Achilles invenisse traditur in curando vulnere Telephi. Plin lib. 25. cap. 5.

Achilleum, ἀχίλλειον, Genus spongiarum tenue densumque, ex quo fiebant penicilli. Plin. lib. 4. c. 45.

Achimenis, Plinio ἀχαιμενίς, sive, ut apud Diosc. legitur, Achamenis, ἀχαιμενίς, Herba est quæ alio nomine Polium montanum appellatur. De hac Plin. l. 25. c. 4: Achimenide conjecta in aciem hostium trepidare agmina, ac terga vertere.

Acholus, pen. corr. ἄχολος, Carens bile.

Achores, penult. prod. ἀχῶρες Galeno, Sunt cutis capitis ulcera foraminosa, sanie tenaci fluentia, quæ mediam quandam consistentiam inter aquæ tenuitatem & mellis crassitudinem obtineant. Nam in quibus sanies mellis crassitudinem adæquat,

adæquat. Ceria, κηρία, vocantur: quæ & foramina habent ampliora. [Ger. Grind.] Achoras Galli teignes vocant, similitudior sumpta ab iis animalculis quæ vestes arrodunt. Malum est pueris in primis familiare. Vide Fuchsiu & Manar. in epist.

Achrăs, adis. ἀχράς. Gall. Poirier sauvage. Ital. Pera salvatiche. Germ. Ein gattung der Holtz-bieren/oder Wildbieren. Hispan. Peros de monte, peros montesinos. Polon. ... Vngar. Vad kortfely. Angl. An sorte of peare which he growth in woodes.] Pyri sylvestris genus est tardissimè maturescens, majoremque vim habens astringendi, quam cætera pyrorum genera, vocique tam primis officiens. Vnde Thrasybulum Atheniensem accepimus à Lacedæmoniorum legatis corruptum, ne postulatis illorum contradiceret, simulasse se achradem comedisse, atque ob id loqui non posse. Vide Col. lib. 7. cap. 9. & Dioscor. lib. 1. & Gal. lib. 6. De facult. simpl. med. ot quidam Matthæi 3. ubi de Ioannis cibo mentio fit, ἀκρίδας, legebant quasi pyris sylvestribus ille vesceretur. sed malè, cùm haud dubiè de locustis intelligendum sit.

Achreĭŏs, ἀχρεῖος. Gall. Inutile. Ital. Inutile. Germ. Unnütz. Hispan. De ningun provecho, sin provecho. Pol. Nieg... Vng. Hasznatlan. Angl. Vnprofitable, of no price, that is not worth for anything.] inutilis, ineptus, nullius momenti & pretii. Inde ἀχρεῖον inutilitatem significat, sive incommoditatem.

Achrogelos, [ἀχρογέλως. Gall. Grand ris. Ital. Colui che ride troppo... Germ. Lächer; der umb eins jeden dings willen lachet. Hispan. ... Polon. Smieszek. Vng. ... Angl. A great laugher.] Dicitur qui pronus est ad risum, quasi temerè & sine causa ridens: quod stultitiæ signum est, unde etiam pro stulto aut insano positum invenitur proverbiali nova forma.

Achyrosis, penult. prod. [ἀχύρωσις. German. Leym bereitung/so man Spreuwer/Strauw/rc. darein trittet. Vngar. Polyva... Sargyvas.] Ratio quædam est commiscendi paleas cum argilla, ab hove luto ab hirundinibus (ut videtur) primùm excogitata, quæ ex luto festucis quibusdam commisto nidos sibi construunt. Has deinde rustici imitati ædificiorum suorum parietes hac materia faciunt. Nomen habet ἀπὸ τῶ ἀχύρου: hoc est, ab acere: unde & à Latinis quibusdam Lutum aceratum appellatur. [Pol. Lepia ka.]

Acia, æ, est filium articulæ, nomenque ab acie habet. Titinius: Phrygio fui primò, beneque id opus scivi. Reliqui acus, acias, quæ hero atque heræ nostræ. Cels. lib. 5: Veraque optima est ex acia molli non nimis torta, quò mitiùs corpori insidat. ¶ In Lexico veteri acia explicatur ῥάμμα, quin aciæ & acie ea etiam in eo exponuntur ἀκμὴ...

Aclæris. Securis ærea, qua in sacrificiis veteres sacerdotes utebantur. Festus, & Glossarium.

Acicula, formatione, non significatione, diminutivum ab acu, ut inquit Priscianus. Est spinula quædam ex ferro vel alio metallo, quandam acus similitudinem referens, qua utuntur mulieres ad ornatum capitis. [מחט chach, machat. Gall. Esplingle. Ital. Ago de capo, lo spuntone. Ger. Ein Güfslein. Belg. Een Spelle. Hisp. El alfiler ó aguja p queñua. Polon. Szpilka. Vngar. Tügo.]

Acicula. Est piscis tenuis ac longus, qui & Acus dicitur. A Græcis ῥαφὶς appellatur. ¶ Est & herba hujus nominis, incultis in locis sponte sua nascens, plebis Atheniensis quotidianus olim cibus, odore ad daucum, reliqua similitudine ad chærephyllum accedens, exerta habens in vertice corniculа, quæ acus effigiem repræsentant: à quo habitu à Romanis vocata est Acicula, teste Diosc. Græcis dicitur σκανδίξ, quo nomine & Latini utuntur.

Acidoton, penult. prod. ἀκιδωτόν. Herba est, quæ notiore nomine Poterium, ποτήριον, & Neuras, νευράς, dicitur. Plin. lib. 25. capite 9. eandem Phryníon vocat. Vide Dioscorid. lib. 3. cap. 15.

Acidus, & Acidulus, Vide ACEO, es.

Acies, ei, f. g. tria significat. Primò acumen falcis, gladii & similium quæ secant. [פיפיות chadherb, ἀκμή, ἀκωκή. Gall. La pointe ou taillant d'une espée ou autre glaive. Ital. Il taglio ò punta di coltello, & cose simili. Germ. Eisens schärffe. Belg. Een spits oft scherpte eens ysers. Hispan. Hilo ó punta de cosa aguda. Polon. ... Vng. Eel. Angl. The edge of a weapon.] Et ἀπὸ τῶ ἀκεῖν dicitur: sive à Latino verbo acuo, unde & Acumen deducitur. Cic. in Verr. Act. 4: Iam ante aciem securis tuarum viderat. Columella lib. 4: Obtusa enim, hebesque, & mollis falx putatorem moratur, eoque minus laboris efficit, & plus laboris affert vinitori. Nam sive curvatur acies, quod accidit molli: sive tardiùs penetrat, quod evenit in retuso & crasso ferramento, majore nisu est opus. Virgilius secundo Georg. Ipsa acie falcis nondum metuenda: sed uneis Carpendæ manibus frondes. ¶ Aciem ferri exterere, est adhibita cote acuere: Plinius libro 26. capite 3: Alii, quoniam vis eadem in morte esset, quæ cotibus ad ferro aciem deterendam. Aciem trahere, proprium est aquæ, quum ferrum acuitur. ¶ Secundò, Exercitus instructus. παράταξις. Germ. Schlachtordnung/gerüstet Zeug. Belg. Slachtoorden. Pol. Czoło, huffiecz. Vng. Hadi sereg. Angl. The fore part of an army.] & quum ad dimicandum paratus est: vel quòd acuto ferro armatus sit: vel certè quòd acuta fronte soleat collocari. Virgilius Georg. 2: & campo stetit agmen aperto Directæque aciei. Et acies quidem instructa his vocabulis vocari solet, Frons, subsidia, cuneus, orbis, globus, alæ, turres, coronæ, & quibusdam aliis. Atque interdum pro ipso conflictu & prælio sumitur. Tacit. libro 20. Prima acie fusum, victum, victumque Romanum. Et libro 14: Vincendum illa acie aut cadendum. ¶ Hinc locus proverbio, in acie novaculæ, ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς: hoc est, in summo discrimine. Homerus Iliad 1: Νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς, Ἢ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαιοῖς, ἠὲ βιῶναι: id est, Nunc etenim cunctis sita res in acie novaculæ est, Vivántne an tristi exitio absumantur Achivi. Vide Sophoclem in Antigone. ¶ Tertiò, oculi lumen [γλήνη, κόρη. Germ. Gesichts schärffe. Pol. Ostr wzrok. Vng. Feny. Angl. The sight of the eye.] Cicero de Somnio Scipionis: Radiis Solis acies nostra, sensusque vincitur. Idem 2. de Natur. deorum: Acies ipsa, qua cernimus, quæ pupilla vocatur. ¶ Per traslationem, Acies sumitur pro ingenii perspicuitate. Cicer. in Catone: Nonne nobis videtur animus, qui plus cernit & longiùs, videre se ad meliora proficisci: ille autem cujus obtusior sit acies, non videre? ¶ Acies orationis, Plaut. Epid. Orationis aciem contrà conferam. Orationis aciem joco dixit de acutissima atque acerrima oratione. ¶ Acies authoritatis: Id est, vis authoritatis. Cicero in Catil. 1. ¶ Hujus genitivum veteres tàm Acie quàm Aciei extulerunt. Salust. libro primo. Historiarum, referente Gellio: Dubitavit acie pars, pro aciei.

Acinăcēs, penult. corr. m. t. Gladius Persicus. [Germ. Ein Persischer Degen oder Dolchen. Belg. Hatschonet/Trombouwer/Cromsteken Schlachtwert der Perser.] Horatius lib. 1 Carm. Vino & lucernis Medus acinaces Immane quantum discrepat. Valer. Flac. Insignis manicis, insignis acinace dextra Pollux. Acinacē esse interpretatur Hesychius ξιφίδιον τι τῶ μηρῷ προσηρτημένον: hoc est, Persicum quendā gladiolum, qui à femore suspendebatur. Herodotus quoque libro 5. autor est Pantheam Abradatæ uxorem, acinace quem habebat, sibi jugulum aperuisse. Suidas verò Acinacem esse ait μικρὸν δόρυ Περσικόν: hoc est, parvam Persarum hastam. In qua etiam sententia Arrianus fuisse videtur: omnibus tamen hoc convenit, ut nominativus ἀκινάκης efferatur. Vnde & apud Latinos Acinaces per secundam vocalem, non Acinacis per tertiam, legendum videtur.

Acĭnŏs, f. t. ἄκινος Dioscoridi: [Germ. Wild Basilien/oder klein Basilien.] herba est tenuibus ficeisque surculis, ocymo similis, odoratu, sed hirsutior, ex qua coronæ factitantur. Quidam ex vulgo, Sylvestre basilicum vocant, Latini Ocymastrum, quòd planè Ocymum imitetur. Plin. lib. 20. cap. 16. hanc herbam & coronarum & ciborum causa ab Aegyptiis seri asserit: & alio nomine Epitreton vocari, nunquam florere.

Acĭnus, ni, penult. corr. m. s. & Acinum neutri, teste Nonio, in uva id dicitur quod vulgus granum appellat. [חרצן chartsan. ῥάξ. Gall. Vn grain de raisin. Ital. Acino, grano d' uva. Germ. Traubenbörlin. Belg. Wynbesye/een beske. Hisp. El granillo de razimo. Pol. Ziarno jagody w winie. Vng. Zölömag. Angl. A kernell in grapes, or in other such fruites.] Neque solùm uvæ, sed hederæ, sambuci, tribuli, mali punici grana, acinorum vocabulo continentur. Atque in hoc à bacca differt (ut Valla vult libro 4 cap. 28.) quòd acini inter fructus minutiores arborum fruticumq; densiùs nascantur: baccæ verò dispersiùs & rariùs: ut fructus lauri, olivæ, corni, loti, lentisci, baccæ meliùs, quàm acini dicuntur. Nonnunquam tamen indifferenter ponuntur. Virg. in Gallo: Sanguineis ebuli baccis, minioq; rubentem.

Acinaceus, sive Acinaticius. Palladio, lib 1. cap. 6. 7. [ῥαγικός. Germ. Treber wein.] ut Vinum acinaceū, quod ex acinis aqua maceratis expressum est: ita dictum ad differentiam vini factitii. Vlpian. l. Si quis vinum, ff. De tritico, vino vel oleo legato: Acinaceum planè vino continebitur. Hujus conficiendi rationem leges apud Cassiodorum lib. 12. Var. epist. ad Canonic. Veneт & Plin. l. 14. c. 9.

Acĭnōsus, a, um, ab Acinus dicitur, Quod multos habet acinos: [ῥαγώδης. Gall. Graineux, plein de grain, raisine x. Ital. Cosa piena d'acini d' uva. Germ. Das voll Traubenbörlin ist. Belg. Dat besyen oft cornen heft. Hispan. Cosa llena de aquell 1g anillo. Polon. Pelni yarn winnich. Vngar. Sokmagu zöld. Ang. Which is ful of kernels or graines.] ut, Vva acinosa. Dicitur etiam de aliis plantis quæ semen habent ita dispositum ut in uva acini. Plin. l. 12. c. 13: Afari semen acinosum saporis calidi ac vinosi.

Acĭpensĕr, acipenseris, m. t. [German. Ein frembder Meerfisch/ hebt die Schüppen gegen dem kopff. Belg. Een Steur.] apud antiquos, piscium nobilissimus est habitus, qui unus omnium squamis ad os versis contra aquam nando meat. Hunc Plin. lib. 9. cap. 17: testatur suo seculo nullo fuisse in honore quod se mirari ait quum esset rarissimus. A quibusdam, eodem Plinio teste, Ellops, ἔλλοψ, vocatus est. Alii Callionymon, alii Anthiam, nonnulli etiam Callichthyn appellavēre. Huic olim tantus habebatur honos, ut à coronatis ministris eum tibiis in convivium soleret inferri: ut in Saturn. testatur Macrob. lib. 3. c. 16. De hoc pisce extat distichon Martial. l. 13. in Xeniis: Ad palatinas acipensera mittite mensas, Ambrosias ornent munera rara dapes.

Aclassis, Tunica ab humeris non consuta. Festus.

Acleros, exhæres, qui hæreditate privatus est: [ἄκληρος, quasi ἄνευ κλήρου. Gal. Desherité. Ital. Disheredato. German. Enterbet. Hispan. Desheredado. Polon. Golota. Vngarice Io, zeghel kyrgattatot. Angl. Disherited.] Hoc est, sine sorte, parre

te, parte vel hæreditate. Bud. in Comment. linguæ Græcæ.

Acliti, [ἄκλητοι. Germ. Unberuffen/ ungeladen.] Adverb. Græcum, q.d. citra vocationem, citra invitationem. Proverbii loco dicitur quoties invocatus quis accedit ad convivium: quod & amici & exemplum faciunt. Hermol. in Plin. lib. 35. cap. 11.

Aclides, penult. corr. m. t. ἀκλίδες, sunt tela quædam antiqua ad ... ut nusquam memorentur in bello. [Germ. Ein gattung Pfeyl bey den Alten gebraucht/ Schäfflein Belg. Jaewlijnken Polon. ... Vng. Tollas ...] Legitur tamē quòd sint clavæ quædam breves eminentibus hinc & hinc acuminibus quibusdam, quæ ita in hostem jaciuntur religatæ loro, vel lino, ut peractis vulneribus, possent redire. Virg. lib. 7. Aen. teretes sunt aclides illis Tela: sed hæc lento mos est aptare flagello.

Acme, [ἀκμή. Pol. Mlodosc ... Vng. Eletnek virága.] Vox Græca est, Galeno familiaris, quam Theodorus Gaza modò vigorem, modò florem ætatis interpretatur.

Acmon, ἄκμων, Latinè incus: [Germ. Ein Amboß. Belg. Een aenbeelt. Polon. Kowadło. Vngar. Üllő. Angl. An anvil.] unde Pyracmon unus fuit ex Vlcani famulis, quòd à calenti incude nunquam discederet. Virg. 8. Aeneid. Brontesq;, Steropesque, & nudus membra Pyracmon.

Acmothetum: [ἀκμόθετον. German. Ambosstock. Belg. Aenbeelts block. Polon. Pień na którym kowadło. Vng. Üllő tőke] truncus ille, qui impositam sustinet incudem.

Acœton. [ἄκοιτον. German. Lauter Honig / darinn sich nichts unreins am boden setzt. Polon. Tresc. Vngar. Szinmez] A' Plinio lib. 11. cap. 15. optimum mellis genus appellatur, quod per se manat, quodque nihil habeat retrimenti aut sedimenti admistum. Dictum ἄκοιτον, quasi sine cubili. Nam sedimentum in vino, aliisque rebus liquidis, rusticorum nonnulli etiam hodie vocant cubile.

Acolastus m. f. [ἀκόλαστος. Germ. Ein ungezognet Mensch/ dem prassen und schlemmen ergeben.] Prodigus intemperans, immodestus, lascivus, libidinosus, infrænus, immoderatus. Gell. lib. 19 cap. 2. negat Latinè verti posse: sonat ad verbum, impunitus, vel incoercitum, ut sit qui cupiditates non puniat, veluti injecto fræno, ab α privativa particula, & κολάζω, emédo, corrigo castigo, coerceo. Nec solùm de hominibus, verumetiam de rebus dicitur, ut ἀκόλαστος γλῶττα, lingua infrænis. Acolastus homo, homo nihili, neque res neque fruge bonæ. Gell. lib. 7. cap. 11. Budæus in Comment. protervum propriè significare putat, & qui sibi circa libidines temperare non potest. Vnde Acolasti dici possunt, quos Latinè Nepotes, vel Decoctores vocamus.

Acolyti, [ἀκόλυτοι. Germ. Bestandige leut/ die sich nicht abwenden lassen/ noch gehorchen. Pol. Niehamowni.] Dicti sunt, qui nullis minis ab instituto poterant revocari. Vnde Stoici acolyti dicti sunt, qui turpe putabant mutare sententiam. Inde Acolyti in Ecclesia olim dicebantur sacerdotum administri quasi comites, sicut inferiores ordines in canon. enumerantur. ¶ Dicti Acolyti, quasi non prohibiti, ab α privativa particula, & κωλύω, quod significat prohibeo.

Acoluthus, penult. prod. [ἀκόλουθος. Germ. Ein Diener der für und für auff seinen Herren wartet.] Latinè Consequens dicitur: ἀπὸ τοῦ ἀκολουθεῖν: id est, à sequendo.

Acone, penult. corr. [... ἀκόνη Gall. Queux à aguiser. Ital. Cote. Germ. Hartte stein oder schleifstein. Hisp. Piedra para aguzar ... Polon. ... Vngar. Fenkő. Angl. A whetstone.] Latinè cotem sonat, vel cautem.

Aconiti, ἀκονιτὶ, Latinè idem sonat quod sine pulvere: hoc est, citra negotium & laborem. Quod eleganter expressit Horat. 1. Epist. Sine pulvere. Quæ si conditio vilis sine pulvere palmæ. Plin. lib. 35. cap. 11: Alcimachus pinxit Dioxippum, qui Pancratio Olympiæ citra pulveris jactum (quod vocant Aconiti) vicit coniti Nemæa. Proverbii loco dicitur de eo qui sine sudore victor evadit: ab athletis sumptum, qui pulverem inspergebant corporibus ut se facilius comprehendere possent. Ovid. lib. 9. Metamorph. Eadem forma dicimus, ἀνιδρωτὶ, sine sudore; & ἀναιμωτὶ, sine sanguine.

Aconitum, pen. prod. [ἀκόνιτον. Gall. Tore. Ital. Aconito, Napello. Germ. Wolffswurtz/ Wolffskraut/ Gifftkraut. Belg. Monicx capkens/ Wolfwortel. Hispan. Cevadilla. Pol. Omięg.] Herba quæ Cerberi spuma conspersa, venenum efficacissimum contraxit, quo tempore eum Hercules ab inferis traxit. Dictum Aconitum, ἀπὸ τῆς ἀκόνης: hoc est, à cote, seu caute. Ovid. 7. Metamorph. Quæ quia nascuntur dura vivacia caute, Mortales Aconita vocant. Sunt qui ab Acone portu seu oppido Mariandinorum deducant, juxta Heracleam Ponticam, ubi copiosissimè provenit. Illinc enim non longè abest Acherusia specus, per quam Hercules Cerberum ad superos fertur pertraxisse. ¶ Alii Aconitum dictum putant, quòd ἀκονιτὶ: hoc est, sine pulvere aut terrâ proveniat. Plinius libro 27. capite 3: Nascitur Aconitum in nudis cautibus, quas Aconas vocant. Et ideò Aconitum quidam dixêre, quòd nullo ne pulvere quidem nutriente proveniat. Alii ἀπὸ τοῦ ἀκονίζειν derivant, quod est accelero, quia mortem accelerat. Alii, quoniam vis eadem in morte esset, quæ cotibus ad ferri aciem deterendam; statimq; admota velocitas sentiretur. Hæc Plinius. Alio nomine dicitur Pardalianches, παρδαλιαγχές, quòd pantheræ eo gustato statim strangulentur. ¶ Sunt qui putant eam herbam esse, quam Napello vulgò vocant, sed non est.

Acontias, [ἀκοντίας. Gall. Comete, Ital. Cometa, German. Ein Comet wie ein pfeyl. Belg. Comeet straele ghelijck pijlen. Hisp. Cometas del cielo. Pol. Kometa ... Vng. ... Angl. Comets starre so called.] Sunt stellæ crinitæ seu impressiones: dictæ ἀπὸ τοῦ ἀκοντίου: hoc est à jaculo: quia (ut Plinius scribit lib. 2 cap. 25.) jaculi modo vibrantur ocyssimo volatu. Ex his quasdam breviores & in mucronem fastigiatas Xiphias vocavêre, quæ sunt omnium pallidissimæ, & quodam gladii nitore sine radiis.

Acontiæ, [ἀκοντίας. Germ. Ein besonders art von Schlangen. Pol. Wąż ... Vngar. Tarka kig ...] Serpentes quidam duorum cubitorum magnitudine, figura circa caput crassa paulatim in tenuem abeunte, colore viridi, alvo minutis quibusdam maculis conspersa, quæ quandam granorum milii similitudinem repræsentant. Vnde & Cenchridæ, κεγχρίδες, & à Latinis nonnullis Miliariæ vocantur. ¶ Acontiæ autem ἀπὸ τοῦ ἀκοντίου: hoc est, à similitudine jaculi. Mira enim celeritate progrediuntur, non flexuosis spiris, ut reliqui serpentes, sed recto quodam tramite sese quodammodo ejaculantes. De his Aetius lib. 13. cap. 27. & Lucanus lib. 9. Vide infrà in dictione Cenchris.

Acopi, pen. corr. n. f. Medicamenta lassitudines & fatigationes levantia, imposito ex re vocabulo. [ἄκοποι. Germ. Salb oder Oel für die Müde und Gesüchte/ oder zufäll der Spannadern. Belg. Salve voor de vermoetheyt. Pol. Lekarstwa ... Vng. ...] Plin. lib. 29. c. 3: Ad omniaq; quæ acopis curantur, unguentumque pariter & medicamentum est.

Acopis, Gemma nitro similis, pumicosa, aureis guttis stellata; cum qua oleum subterfervefactum perunctis lassitudinem solvit, ἄκοπος, Plin. lib. 37. cap. 10.

Acopos, neu. corr. [ἄκοπον. Germ. Ein frembder Baum / hat sein bitters Blätter.] Dioscor. di, Herba est frutirosa, gravi odore flore holeris: quæ & Anagyros vocatur à Plinio, à Dioscoride etiam Anagyris, ἀνάγυρις. Vulgus ob odoris gravitatem Lignum fœtidum appellat. Hujus semen, quod in oblongis corniculis habet, commanducatum vomitiones ciet. ¶ Vnde factus est locus proverbio, ἀνάγυριν κινεῖν, Anagyrim movere, quo utimur in eos, qui obfutura sibi commovent.

Acor, Vide Aceo.

Acorna, f. p. [Germ. Ein besunder Distelkraut/ dem gleich so man Atractilis nennet.] Herba est ex genere acanacearū, spinā habēs pro folio, vernaculo cneco similis, colore tamen rufo, succum pinguem & sanguineū fundens, ἄκορνα. De hac Plin. lib. 20. c. 16.

Acorum, ἄκορον Dioscorid. [Gall. Galange. Ital. & Hispan. Acoro. Germ. Der Apotecker Calmus. Belg. Calmus. Pol. Tatarskie ...] Plinio, Acoros, Herba est folia habens Iridis, radicésque illi non absimiles gustu acres, odore non ingratas, easque complicatas, nec in rectum, sed in obliquum actas. Estque verus acorus Galanga crassa, teste Amato Lusitano in Dioscor. qui Galeni, Plinii, & Dioscoridis de eo locos optimè conciliavit. ¶ Alii volunt esse Calamum aromat: cum officinarum, non verò Galanga, sed earundem acorum, ἄκορον Theophrasti, & Carectam Virgilii. Vide Carex. Galanga verò esse speciem Cyperi Babylonici censent.

Acosmus, idem est quod inornatus. [ἄκοσμος. Vngar. Ostobatlan.] Nam κόσμος apud Græcos ornatum vel ornamentum significat. Lucr. lib. 4. hac voce utitur.

Acosmia, confusa quædam rerum congeries. Et significationē contrariā habet huic dictioni Ornatus: quasi dicas Inornatū, vel ornatus neglectum. Græcè ἀκοσμία. Bud. in Comm.

Acquiesco, n. t. Rei alicui quietis & otii gratia innitor. [... ἐπαναπαύομαι, ... Gall. Se reposer. Ital. Riposarsi, Acquetarsi. Germ. Auff etwas ruhen. Belg. Ich rusten ... Hispan. Descansar ... Pol. Przestawam, ... Vng. Megh nyugszom. Angl. To rest.] Seneca: Nihilo miserior ero, si lassa cervix mea in manipulo ferri acquiescat. ¶ Nonnunquam accipitur pro simplici suo quiesco, ἡσυχάζω. Cic. Attic. lib. 7: Acquiesco enim, & ad te scribens, & legens tua. Ibid. Vitandi caloris causa Lanuvii tres horas acquieveram. ¶ Interdum transumitur Acquiescere, pro eo quod est, cum animi tranquillitate voluptateque in re aliqua versari. Ibidem Cic. Nulla est respublica quæ me delectet, aut in qua acquiescā. ¶ Nonnunquam etiam pro eo quod est in re aliqua quietem suam & spem repositam habere. Idem de Amicit. Libenter enim senes in adolescentulum charitate acquiescimus. ¶ Acquiescere rei alicui pro in re aliqua. Senec. epist. 24: Ut meliora tibi proponas, & acquiescas spei blandæ.

Acquiro, acti. Quæro, cumulo, adipiscor, consequor: ab Ad & Quæro [... κτάομαι, ... Gall. Acquerir. Ital. Acquistare. Germ. Erlangen / überkommen. Belg. Ich verkrijgen. Hisp. Alcançar o dessear. Pol. Dostawam, ... Vng. Keresek. Angl. To purchasse.] Cic. de Amic. Semper aliqui acquirendi sunt, quos diligamus, & à quibus diligamur. ¶ De malis etiam rebus dicitur ut Acquirere inimicitias. Plaut. in M lit. ¶ Interdū Acquiri pro Augeri vel conciliari. Plin. lib 15. c. 17: Quo genere & vino odorem acquiri putant.

Acræpala. [ἀκραίπαλα. Germ. Artzney wider das vollsauffen. Belg. Droncken is ...] Ab Hippocrate dicūtur ea omnia quæ crapulæ obsistunt, quemadmodū Adipsa, ἄδιψα, quæ sitim prohibent. Inter Acræpala numerantur amygdalæ amaræ etc.

Acratismus. [ἀκρατισμὸς, ἀκράτισμα. Gall. *Le desjeuner.* Ital. *Merenda.* German. Ein Morgensuppen. Hisp. *Almuerzo.*] Latinè Ientaculum dicitur, ἀπὸ τοῦ ἀκράτου: hoc est, à vino non diluto, ut placet Plutarcho in Sympos. Sive quòd apud Græcos jentaculi vice sumi solet, buccella panis mero macerata: sive quòd juxta medicorum consilium in jentaculo vino meraciore sit utendum.

Acratocothones. penult. prod. [ἀκρατοκώθωνες. Polon. *Zar-loczy.* Vng. *Borisszer, boritak.*] Dicti sunt homines vinosi, & meracius bibentes: quasi dicas, vini meri pocula: ἄκρατον enim merum est: κώθωνες autem inter pocula numerantur. Vide Cæl. lib. 27. cap. 27.

Acratophorum, penult. corr. [ἀκρατοφόρον. Gall. *Cruche ...* Ital. *... vola.* German. Ein Kübel/ Zuber. Belg ... Hisp *El vaso para sacar vino.* Pol. *Dzban.* Vngar. ... Angl. *A pitcher or pott for ...*] Vrceolus Latine dicitur. Cic 3. de fin. Et tamen puto concedi nobis oportere ut Græco verbo utamur, si quando minus occurrat Latinum ne hoc ephippiis & acratophoris potiùs quàm ... concedatur.

Acratos ἄκρατος. Gall. ... Ital. *Intemperato, puro.* Germ. Vnmässig: item, Vnvermischt/ unvermengt/ ungeschmackt. Belg. ... Hisp. ... Latinè purus, merus, intemperatus, ab α privativa particula, & verbo κεράω, κεράννυμι, quod est tempero. Hinc ἄκρατον absolutè pro mero ponitur: hoc est, vino non diluto. Vnde ἀκρατοποτεῖν dicunt Græci id quod est meraciùs potare: & qui meri avidiores sunt, nec ... non diluunt, Acratopotæ ἀκρατοπόται dicuntur: vitium ipsum Acratoposia, ἀκρατοποσία appellatur.

Acredo, inis, idem quod acrimonia, & acritudo. Vide A C E R.

Acredula, pen. corr. [ὀλολυγών. Gall. *Rossignol.* Ital. *Rossignuolo.* Germ. Ein Nachtgall. Belg. Nachtegale. Hisp. *Ruyseñor.* Polon. *Slowik.* Vng. *Fülemüle.* Angl. *A woodlark.*] Putatur Luscinia avis sive (ut aliis placet) avis illa quam vulgò *Ravarium* vocamus. Cic. de Divin. ex Arato: Et matutinis Acredula vocibus instat, Instat & assiduas voeum jacit ore, querelas, Cùm primùm gelidos rores aurora remittit. Author Philomelæ carminis: Vere calente novos componit acredula cantus: Matutino tempore tunc militans.

Acribodicæi ἀκριβοδίκαιοι, teste Budæo, ab Aristotele appellantur Iurisconsulti: qui neglecta æquitate, summo jure: hoc est verbis ipsis nituntur: sic dicti, quòd nimium exactè legis rigorem, quem vocant, observarent. Et strictum illud jus Acribodicæon, ἀκριβοδίκαιον appellatur.

Acrifolium, Arbuscula est, quæ à Macrobio inter arbores infelices numeratur. λωτός. Creditur eadem esse quæ Lotos alio nomine, a Gallis autem, *Alysa* vel *Alysierum* vocatur.] German. Ein frembder Baum tregt ein frucht wie Kirsen.] Vide Ruellium.

Acrimonia, Vide A C E R adjectivum.

Acrisia, ἀκρισία, Est absentia judicii & rationis. Budæus in Commentariis.

Acritas. Acritudo, Acriter, Vide Acer adjectivum.

Acroamata, n. t. [ἀκροάματα. Germ. Schöne lustige und liebliche erzählungen/ oder kurtzweilige/ holdselige Reden. Item, Holdseelige und kurtzweilige Leut/ die guter Sprüchen sind.] Græci auditiones, sive auscultationes vocant. Ἀκροᾶν enim audire est, seu Auscultare. Aristoteles Acroamata nominavit commentationes suas, quas auditoribus tradebat, in quibus Philosophia remotior subtiliorque agitabatur. Huic disciplinæ, quæ Acroamatice dicitur, tempus dabat in Lyceo gymnasio matutino. Alii appellant Acromata, festivas recitationes, ludicrasque narrationes. Quod significat Cicer. Verr. 6: Hic quasi festivum acroama, ne sine corollario de convivio discederet, ibidem convivis inspectantibus, emblemata avellenda curavit. Et Suet. de Augusto scribit: Acroamata: hoc est, narrationes recitationesque ludicras & histriones ab Augusto interponi solere convivis, ad convictores oblectandos. Lampridius accipere videtur pro ipsis hominibus acroamata recitantibus, quum ait in Alexandro: Alexandrum nanos, & nanas, & moriones, & vocales exoletos, & omnia acroamata, & pantomimos populo donasse. Similiter Plin. in Epist. Interdum, *inquit*, audiebamus acroamata, interdum jucundissimis sermonibus nox ducebatur.

Acroama. penult. prod n. t. Mos erat apud veteres qui hodie nullus est, ut in fabulis agendis, actionem histrionum musica symphonia commendaret. Vnde illud: Tibiis dextris & sinistris: aut paribus, & imparibus: aut, Serranis & Phrygiis. Erat igitur in voce histrionum actio: erat in musica symphonia, quod acroama dicebatur: inde scilicet, quòd fabulæ pars auribus perciperetur, & auditio quædam esset, animum leniente musico concentu, sicut illa quæ ad actionem histrionum pertinebat, spectatorum oculos oblectabat. Atque hanc fuisse Acroamatis significationem, loci demonstrant quos in antiquorum scriptis observavimus. Nam in oratione pro Archia, distinxit Orator inter Acroama & vocem: id est, eum qui fidibus, & eum qui voce caneret. Cùm (*inquit*) ab eo quæreretur, quod Acroama, aut cujus vocem libentissimè audiret? Respondit: Ejus à quo virtus optimè prædicaretur. Et in Verrem: Acroama pro homine potiùs quàm pro re, planè constat esse usurpatum. Sunt enim hæc verba: Hic quasi festivum acroama, ne sine corollario discederet, emblemata avellenda curavit. Sed nusquam apertiùs quàm apud Macrobium quid Acroama sit, intelligitur. Saturn. lib. 11 inquit: Delectatus inter coenam erat Augustus pueris symphoniacis Turionii Flacci mangonis, atque eos frumento donaverat, cùm in alia acroamata fuisset liberalis nummis, eosdemque postea Turionius æquè inter coenam quærenti Cæsari sic excusavit: Ad moles sunt. In oratione autem pro Sextio, de P. Clodio: Ipse ille maximè Ludius nō solùm spectator, sed actor & acroama. Quod ideo dixit Cicero, quia Clodius utrunque munus, & histrionis & musici, obiret.

Acroamaticus, ca, cum, idem quod auscultatorius, ἀκροαματικός. Aristoteles in Epistola quadam ad Alexandrum, logos acroamaticos appellat libros de recondita Peripateticorum disciplina editos. Gell. lib. 20. c. 4. & Budæus.

Acroasis, acroasis, pen. corr. f. t. [Germ. Das zuhören.]

Acrochordon, [... ἀκροχορδών. Gall. *Verrue, cor.* Ital. *Porro che nasce per le mani, Bruchio.* Germ. Wärtzen die unden auff der haut auß stein sind wie ein Seitlin. Hispan. *Vn genero de berruga que assiste.* Pol. *Brodawka.* Vng. *Szömölcs.* Ang. *Awart.*] Tubercula sunt in cute excrescentia, dura & exigua, ima sui parte adeò angusta, ut veluti chordarū nexu summa in cute suspendi videantur: unde & nomen habent. A quibusdam Verrucæ pensiles appellantur. Vide Galenum Methodi lib. 2. cap. 11. & Manard. epist. lib. 7.

Acrocorium, Bulbi species est. Plin. lib. 19. c. 5. ἀκροκόριον.

Acrodrya, Acrodryorum, n. f. [Germ. Allerley Obs oder Früchte/ die auswendig harte schalen oder rinden haben/ als Nuß/ Mandel/ etc.] Cajus hoc nomine omnem fructum arborum significari dixit: propriè tamen Acrodrya vocantur fructus arborum, qui lignosos cortices habent: quales sunt castaneæ, glandes, amygdalæ, juglandes, & similes, ἀκρόδρυα. Quod genus appellatione Nucum, apud Latinos continetur. Et contrà, Opora dicuntur quæ mollis sunt putamine, ὀπώρα. Vide Ruellium lib. 1. c. 97. & Budæum.

Acromium, n. f. ἀκρώμιον, Humeri summitas, ubi cum scapulis jugula committuntur.

Acronyctæ, ἀκρόνυκτοι, Stellæ vespertino tempore orientes quum sol vergit ad Occasum. Nam ἀκρόνυξ à Græcis dicitur, quod nos *Crepusculum vespertinum* vocamus. Vide Cæl. Rhod. lib. 21 cap. 5.

Acropolis, f. t. Arx dicitur supra oppidum in edito loco sita: cujusmodi olim Athenæ habuerunt, Minervæ delubro insignam. ἀκρόπολις.

Acrostichis, dis. pen. corr. f. t. [Germ. Wann man auß den ersten Buchstaben vieler Versen oder Reimen ein vollkommen sinn oder spruch zu wegen bringt.] Dicitur quum primis aliquot versuum literis nomen alicujus, vel alia quævis dictio aut oratio exprimitur, ἀκροστιχίς. In hoc genere Plautus lusit aliquot argumenta Comœdiarum, quę primis literis fabulæ nomen indicant. Sic Cic. de Divinat. citat Acrostichia Sibyllæ, quæ adhuc in libris Sibyllinis extant. Cæl. Rhod. Antiq. lect. lib. 13. c. 39.

Acrostolia, orum, ἀκροστόλια, sunt extremæ partes navis, quæ facilè evellebantur, quum collibitum fuerat: ut cōstat ex Diodoro Siculo lib. 20. Latini (ut putat Bayfius) rostra vocant, & siqua similia. Erat autem in more positum apud antiquos, ornari naves victrices acrostoliis captivarum.

Acroteria, Dicuntur pinnacula in summitate ædificiorū prominentia. Item in corpore humano extremitates etiam Acroteria dicuntur, quales sunt in manibus & pedibus illæ partes digitorum, quæ sub unguibus latent. [Szczyt ἀκρωτήρια. Polon. *Spicza.* Vngar. *Haz tetö, istsis.* Ang. *Pinnacles in the high partes of buildings.*] Vide Vitruvium & Bud. in Comm.

Acrotetur, pen. prod. dicitur quod ad saltationis mensuram non respondet, ἀκρότητος. Vnde Athen. lib. 11. sermones intempestivos, & nihil ad rem pertinentes, ἀκρότητα ... vocat.

Acrothinia. [Pol. *Pierwsze.*] Primitiæ frugū sunt, quæ de summō acervo solēt tolli, ἀκροθίνια. Ἄκρος enim summū sonat, Θῖνες autē frumentorū acervi dicuntur. Vnde ἀκροθινιάζειν Græci dicunt pro eo quod est Summa delibare, vel primitias consecrare.

Acta, substantivum nomen & Græcū, ultimā depresso accentu. [... ἀκτή. Gall. *Le bord & rivage de la mer.* Ital. *Lito.* Germ. Ein Gestad dan lustig ist. Hisp. *La ribera del mar, ò tierra cerca della.* Polon. *Cyschell a ...* Vngar. *Tenger partie ...* Angl. *The shoare, the sea coaste.*] Littus secretum & amœnū. Virgil. lib. 5: At procul in sola secretæ Troades acta Anchisen flebant. Servius.

Acta, orum, Vide A G O.

Acte. [Pol. *Chebd.*] Herba est, sive frutex, gravi foliorū odore, caulibus anisi geniculatis, semine nigro, ut hederæ, baccis mollibus. Nascitur in opacis & asperis, & aquosis. Hæc Plin. l. 27. c. 27. Ruellius hanc eandem esse putat aut certè simillimā illi quæ à Dioscoride χαμαιάκτη, à Latinis *Ebulum* vocatur.

Acte, Frutex arborescens, quem Latini *Sambucum* vocāt. [ἀκτή. Gall. *Sureau, ou sureau.* Ital. *Sambuco.* Germ. Holderstaud. Belg. Vlierboom. Hispan. *Sauco.* Polon. *Bez.* Vngar. *Bozza.* Anlg. *An Elder tree.*] Vnde Chamæacte χαμαιάκτη, dicitur, quod *Ebulum* à Romanis appellatur, quasi pumila sambucus. Vide infrà in dictione S A M B U C U S.

Actia, ἄκτια, Stephano, ludi erant in Actio Epiri promontorio quinto quoque anno celebrari soliti in honorem Apollinis, qui & ipse Actius cognominabatur. Hos ludos vetustissimos

mos fuisse constat, ut pote quorum & Callimachus meminerit. Summo tamen apparatu ab Augusto instaurati fuerunt, postquam Antonium & Cleopatram navali prælio ante Actium superasset: cura eorum deinceps Lacedæmoniis mandata. Hæc Strabo lib. 7. Stephanus tertio quoq; anno celebratos fuisse tradit: tribusq; certaminibus fuisse insignes, gymnico, equestri, & navali. Horum meminit & Servius in illud Virg. 3. Aeneid. Actiaq; Iliacis celebramus litora ludis.

Actio Vide Ago.

Actito, Activitas, Actiuncula, Activus, Actualis, Actor, vide Ago.

Actuālis, [...] Pol. [...] Vngar. [...]] Macrob. Comment. lib. 2. cap. 17: Hic à feriatis remotus, eminet tamen actualium vigore virtutum.

Actuārius, Actuosus, Actum est, Actus adjectivum & substantivum, vide Ago.

Actuarius, limes est, qui primus actus est ab eo quintus quisque: quem si numeres cum primo, erit sextus: quoniam quinque centurias sex limites cludunt. Actuarii autem extra maximos, D. & K. latitudinem habent ped. XII. Per hos iter populo, sicut per viam publicam debetur: ita enim cautum est lege Sempronia & Cornelia, & Iulia. Quidam ex his latiores sunt XII. pedibus ut hi qui sunt per viam publicam militarem acti, habent enim latitudines viæ publicæ. Hæc tradita sunt ab Hygino in lib. de limitib. constituendis.

Actus, agrestis mensuræ genus fuit, de quo dictum est in dictione Mensura.

Actutum, Vide Ago.

Acŭlĕŭs, m. s. stimulus. [...] Gall. Pointe ou aguillon. Ital. Pu[n]ta, ago. German. Ein spitz oder angel der Bienen und Wespen. Belg. Spitz/prickel/angel. Hispan. El aguijon de las aves ò abispa. Pol. Z[...]dlo. Vng. Fulák. Angl. A pricke or sting.] Colum. lib. 1: Nec paludem quidem vicinam esse oportet ædificiis, nec junctam militarem viam: Quòd illa caloribus noxium virus eructat, & infestis aculeis armatos culices, muscas, tabanos, quæ in nos densissimis agminibus involant. Cicer. 3 de Fin. Vespas aculeis uti videmus. Idem 2. Tuscul. Quum liquelcimus, fluimusque mollitia, apis aculeum ferre non possumus. ¶ Dicuntur & in herbis aculei, spinulæ quædam in folii caule, aut flore eminentes: ut in carduo, tribulo, leucacantha, & similibus. ¶ Cic. de Optimo dicendi genere. transtulit ad orationem: Horum oratio, inquit, neque nervos, neque aculeos oratorios, ac forenseis habet. ¶ Infixo aculeo fugere. Metaphora proverbialis, ubi quis dicto convitio, vel maleficio quopiam peracto, statim subducit sese, ne vel tueri cogatur quod dixerit, aut ne mutuum recipiat. Translatum videtur ab apibus aut vespis, quæ infixo aculeo, statim aufugiunt. Quadrabit & in eos qui velut oracula quædam pronunciant & intellectu difficilia, aliis conjectandi materiam ministrantes, ut qui non interpretentur quamobrem ita senserint. Erasm. in Chiliad.

Acŭlĕŏlŭs, diminutivum quo utitur Martial. Epigram. libro 8. [...]

Acŭlĕātŭs, ta, tum, Quod aculeum sive acutum quiddam aculei instar habet. [...] Gall. Poin[tu], piquant. Ital. Chi ha il ago. Germ. Spitzig/stechend. Hisp. Cosa que tiene punta ò aguijon. Pol. [...] Vngar. F[...]lákos. Ang. Any thing that hath a sting or pricke.] Plin. lib. 11. c. 26. de cicadis: Sine ore est, pro eo quiddam aculeatum linguis simile, & hoc in pectore, quo rorem lambunt. ¶ Per translationem quoque oratio, aut epistola aculeata dicitur, quæ veluti aculeis quibusdam munita, animum quodammodo mordet ac pungit. Cic. ad Attic. lib. 14: Satis aculeatas ad Dolabellam literas dedi.

Acŭncŭlă, Vide Acus.

Acŭo, acuis, cui, acutum, Aciem rei alicui induco, exacuo. [...] Gall. Aiguiser en tren[chant], affiler, faire aigu. Ital. D[...], affilare, aguzzare. Germ. Scherffen/wetzen/spitzen. Belg. Scherpen/spitsen. Hispan. Aguzar. Pol. Za[ostrzam]. Vngar [...]. Angl. To sharpe, to make sharpe.] Colum. lib. 3: Quoties falcem acueris, pelle aciem detergito, atque ita putare incipito. ¶ Interdum ponitur pro excito, hortor, &c. Ter. in Adelph. Attentiores sumus ad rem omnes, quàm sat est: Quod illos sat ætas acuet: id est, docebit. Virg. 1. Georg in simili significatione animo tribuit: Curis acuens mortalia corda. Cic. in Topic. viris appofuit: In excitando autem, & in acuendo plurimùm valet, si laudes illum, quem cohorteris. Et lib. 3. Offic. Duæ res quæ languorem afferunt cæteris, illum acuebant, otium & solitudo: id est, incendebant. Virg. 7. Aeneid. In malam partem accipit, pro instigare, incendere irritare. Postquam, inquit, visa satis primos acuisse furores. ¶ Hujus verbi composita sunt, Exacuo, & præacuo: quorum significata vide suis locis.

Acūtŭs, ta, tum, Propriè de ferro dicitur, quod aciem habet, & benè secat: cui opponitur Hebes vel obtusum. [...] Gall. Aigu, tignant. Ital. Acuto & appuntato. Germ. Spitzig/scharff. Belg. Scerp/spitsch. Hispan. Cosa aguda ò aguzada. Polon. Ostry. Vngar. Eles. Angl. Sharpe, made sharpe.] Plaut. in Mil. Vide ut tibi istic sit acutus Cario culter probè. Item quod in mucronem, sive acumen definit, ut Acutus palus, Acutus angulus, Acutum rostrum. ¶ Per metaphoram autem ponitur pro subtili vel acri, aut perspicaci: ut Acutum ingenium, Acutus sophista, & acuta vox. [...]. Item acuti oculi: id est, claré cernentes, [...]. Acutùm cernere, Horatius, [...]. Acutæ aures, Horatius, [...]. Acuti cibi, [...]. Xenophon. Leviora studia, sed tamen acuta, [...]. Gaza ex Cicerone.

Acūtē, adverbium. [...] Gall. Aiguement, ingenieusement. Ital. Acutamente, ingeniosamente. Germ. Spitzfindiglich/subtil. Hisp. Agudamente, ingeniosamente. Pol. [...]. Vng. [...]. Angl. Sharply, ingeniously: quickely.] Quod quanvis primò de acie ferri dicatur, sæpius tamen ad animum refertur, idemque significat quod ingeniosè, vel subtiliter. Cic. pro Cælio: Si mihi acutè, atque ut eque responderit. Idem in Lælio: Multa responsa acutè ferebantur. ¶ Interdum de voce dicitur: ut, Vox acutè sonans, apud Ciceronem de somnio Scipionis: huic opponitur graviter sonans. ¶ Nonnunquam & de visu, pro Clarè, perspicaciter. Pro quo etiam legimus Acutùm, ut Horatius libro primo Sermon. Satyr. 3: Quum tua pervideas oculis mala lippus inunctis, Cur in amicorum vitiis tam cernis acutùm?

Acūtŭlŭs, diminutivum, idem quod subacutus. [...] Gall. Aucunement aigu ou subtil. Ital. Alquanto acuto ò sottile. Germ. Ein wenig subtil oder scharff. Hisp. Un poco agudo ò sotil. Polon. [...]. Vng. [...]. Angl. Somewhat sharpe.] Cic. 3. de Nat. deor. Breves & acutulas conclusiones.

Acūmĕn, penult. prod. n. t. idem quod aculeus sive cuspis. [...] Gall. Pointe ou aguillon. Ital. Acutezza, acume. German. Ein spitz. Belg. Subtiligheit/spitsicheyt. Hispan. Agudeza ò agazadura. Pol. Ostrość, spica. Vngar. Hegyesség. Angl. A sting, prick, sharpenesse of wit.] Cicer. in Arati Phænomenis: Tergaque Centauri, atque nepai portat acumen. ¶ Accipitur & pro ingenii perspicacitate, quòd quæ in acutum terminent, interiùs magis penetrent: quomodo solent perspicacia ingenia penetrare. [...] Gall. Subtilité, finesse, astuce, cautelle. Ital. Cautela, astucia. German. Scharffsinnigkeit/geschwindigkeit. Hispan. Agudeza ò astucia de ingenio. Polon. [...]. Vngar. [...].] Idem de Nat. deor. Epicurus homo sine acumine, sine ullo lepôre. Colum. in præfatione: Facillimam esse, nec ullius acuminis rusticationem, &c.

Acūmĭno, nas, penult. corr. act. p. Acutum facio. [...] Gall. Aguiser, faire aigu. Ital. Aguzzare. German. Spitzig oder scharff machen. Belg. Scherpe spitsig/oft scerp. Hispan. Aguzar, ò hazer agudo. Pol. Zaostrzam. Vngar. [...]. Angl. To make sharpe.] Lact. de Opific. In quadrupedibus autem contextum spinæ à summo capite deductum, longiùs extra corpus eduxit, & acuminavit in caudam.

Acūmĭnātŭs, a, um, Quod acumen habet. [...] Gall. Aigu, pointu. Ital. Aguzzo. Ger. Scharff gemachet oder gespitzet. Belg. Spitsig/ghespitst/scerp. Hispan. Cosa hecha aguda. Polon. [...]. Vng. Hegyzett. Angl. That which hath a sting or prick.] Plin. l. 11. cap. 2: Ita reciproca generavit arte, ut fodiendo acuminatum, sorbendoque fistulosum esset.

Acŭpēdĭŭs, Dicitur, cui præcipuum est in currendo pedum acumen. [...], Festus.

Acŭ ēdĭum, in Glossario, [...].

Acŭpĭctōrēs, m. t. Qui acu pingunt. [...] Gall. Brodeurs ou tapissiers. Ital. Ricamatori. Ger. Stydensticker. Hispan. Bordadores, ò bordadores. Polon. [...]. Vngar. H[...] varrók. Angl. Broderers.] Alio nomine Phrygiones appellantur, à Phrygia regione Troiæ, ubi primùm inventa hæc ars dicitur.

Acŭs, aci, sive Aculeatus, m. s. Genus piscis, qui & Acicula dicitur. [...], Aristoteli, & Athenæo, [...], Epicharmii, [...] Athenæo. Mart. lib. 10: Et satius tenues ducere credis acos. Hic etiam Belone dicitur. [...] Gall. Esguille. Ital. Aucusigola. German. Ein langer Meerfisch. Belg. Een Geype. Hispan. Aguja pala [...]. Vng [...].] Piscis marinus longus, longissimi rostri denticulisque spissis armati: cujus oculi lutei, dorsum ceruleum spina dorsi viridis, caro albissima ac firma. Lege Aristot. hist. lib. 7. Athenæum lib. 7. Oppianum lib. 3. Plin. lib. 32. Idem lib. 9. cap. 51. ait: Acus sive Belone, unus piscium, dehiscente propter multitudinem utero parit. A partu coalescit vulnus, quod & in cæcis serpentibus tradunt. Quo in loco alii legunt propter magnitudinem, videlicet ovorum, suffragante etiam Aristotele de generat. anim. lib. 3. cap. 3. ¶ Est & acus minoris piscis genus, cui rostrum tubæ modo edentulum, quod descriptioni τῆς βελόνης Aristotelis magis congruit.

Acŭs, aceris, n. t. Purgamentum frumenti. [...] Gall. Paille ou balle. Ital. La loppa, ò mondatura di grano. German. Spreuwer. Belg. Caf/Caff. Hispan. Las granzas ò ahechaduras de pan. Polon. [...]. Vngar. [...]. Angl. Caffe.] Colum. lib. 8: Nam in suburbanis lactens porcus acere nutricandus est.

Acĕro, aceras, acerare, penultima correpta, Paleis inficere. [...] German. Zu vermische mit Spreuwer. Belg. Te menge met caf.]

Acĕrātŭs, adjectivum, Acere plenus, aut permistus. [...] Gall. Pailleux commeslé paille. Italicè, Pieno di paglia. Germ.

Ger. Das Voll Spriewer oder tleyen ist. Hisp. *Grancoso, emb. elts en granças de pan.* Polon. *Zpl wamy zmieszany.* Vngar. *P. lynas l'isur.* Angl. *Full of chaffe.*] Iude, Lutum aceratum, autore Festo, quod paleam habet admistam.

Acerosus, adject. idem: [Germ. Das voll Spriewer oder tleyen ist.] ut Panis acerosus, qui confectus est ex frumento parùm purgato, acereque non satis diligenter excreto.

Acus, f. q. Instrumentum est quo vestes sarciuntur. [מחט machat. ἀκίς, βελόνη. Gall. *Esguille à coudre.* Ital. *Ago.* German Ein Nadel. Belg Naelde. Hispan. *Aguia para coser.* Pol. *Igla.* Vng. *Tû.* Angl. *Needle.*] Plaut. in Menæch. Acum credo invenisses, si acum quæreres. Proverbialis hyparbole de re diligenter vestigata. Nam acus inventu difficillima, quod ob exiguitaté facilè fallat oculos quærentis. Rem acu tetigisti, apud eundam Plautum in Rudente. Id est, rem ipsam divinasti nihil aberrans, q dipsissimum punctum attigisti. Nam minutissima puncta denotantur acu. ¶ Ponitur etiam pro instrumento quo utuntur feminæ ad ornandos discernendosque capillos. [מכבנת chark. ... Gall. *Poinson d' atourneffe les cheueux & faire les passefillons.* Ital. *Scriminale.* German. Ein Scheitelspindel. Hispan. *Aguia para hazer la crencha.*] Iuven. Satyr. 2: Ille supercilium madida fuligine tinctum Obliqua producit acu. Mart. Figet acu tortas, sustineatque comas. ¶ Purgamenta quoque leguminum Acus dictas invenimus à Columella lib. 1. cap. 10. ubi sic scribit de fabarum tritura: Nam semina excusa in area jacebunt: superque ea paulatim eodem modo reliqui fasciculi excutientur, ac durissimæ quidem acus resectæ separatæque erunt à cudentibus: minutæ verò quæ cum siliquis de faba resederunt, aliter secernentur. ¶ Similiter exercitus instructi pars prior. [Gall. *La pointe.*] Acus dicitur, quòd ea militum pars vehementissima sit ad hostem vulnerandum acumine telorum, Perotius, nisi potiùs legendum sit acies, quod Puto, &c. Vide Scal. ad Fest.

Acuncula; diminutivum ab Acu; qua utuntur mulieres ad se ornandum. [ἀκίσκη. Gall. *Petite esguille* Ital. *Picciolo ago.* Germ. Ein spitziger Pfriembd oder Spitälsn / mit dem man das haar vaderscheidet. Hispan. *Pequenna aguia.* Pol. *Szwaiecyka, szpilka.* Vngar. *Tôcske.* Ang. *A pinn or any such thing whairwith a woman vses to bush her.*] Hujusmodi est discerniculum, quod capillis discriminandis est accommodatum. Vide Scal. ad Festum.

Acustici, Sunt auditores: qualesarant discipuli Pythagoræ. Ille enim à suis auditoribus exigebat, ut minimum biennium, quo illis tantùm audire, non etiam loqui licebat. ἀκουστικοί.

Acute, Acutus. Acutulus, Vide Acuo

Acylonion, lichnis coronaria, Dioscorid.

Acylon, seu potiùs Acylos, ἄκυλος Suidæ. Fructus est ilicis fœminæ. Plin lib. 16. ca. 6: Ilicis glans utriusq; brevior, & gracilior: quam Homerus Acylon vocat: eoque nomine à glande distinguit. Masculas ilices negant ferre. Dicitur etiam hoc nomine fructus arboris cujusdem, quæ mediam quandam naturam obtinet. inter suber & quercum, quæ ob id Phellodrys vocatur. Vide Ruellium lib. 1. cap 89.

Acyrologia, ἀκυρολογία, Latinè impropria locutio, qualis est illa Virgil. 4. Aeneid. Hunc ego si potui tantum sperare dolorem. Vbi sperare, pro Timere dixit: quum propriè speremus bona, timeamus adversa. Ab aliis dicitur dictio minus conveniens dicta, vel non propriis dictionibus obscurata sententia: ut, Accede ad ignem hunc, jam, calesces plus satis. Ibi enim nullus significatur ignis, sed meretrix. Dicta est autem Acyrologia, quasi ἄκυρος λόγος: hoc est, improprius sermo.

A ante D.

Ad, [ἐπὶ, πρὸς, εἰς, παρὰ] cum accusativo. Gall. *Aupres, vers.* Ital. *Appresso, verso.* Germ. Zu oder bey. Belg. Tot oft by. Hisp. *Cerca de lugar è de persona.*] Præpositio accusativo juncta propinquitatem significat, eamq; frequentissimè conjunctam cum motu ad locum, vel ad personam. Cic. in Vatinium: Venisti ad fretum per Mauritaniam. Terent. in Andria: Venit ad me Chremes postridie. In hoc itaq; differt à præpositione Apud, quòd hæc nunquam motum neque ad locum, neque ad personam importet: Ad verò, frequentissimè motui servit, sæpe etiam quieti, ut infrà ostendemus ¶ Differt à præpositione In, quòd hæc ingressionem termini significet: Ad verò, tantummodò accessum ad terminum. Vnde rectè dixeris, Iudicem, val Prætorem in tribunal se conferre, Litigatorem autem ad tribunal. Sic ad Vrbem olim accedebant Imperatores, qui ob ras prosperè gestas triumphum sibi decerni cupiebant: quique antequam hoc impetrassent, urbem cum fascibus & imperio ingredi non poterant. ¶ Sæpe etiam, ut diximus, sine ullo ponitur motu, uti dem fit quod Apud παρὰ cum dativo Cic. pro Cælio: Habes hortos ad Tyberim. Idé pro Flacco: Qui producti, tabulas se publicas ad speluncas perdidisse dicebent. Ita etiam aliquando cum accusativo personæ, quo locus citra motum denotatur. Cicer. in Verr. Act. 2: Decem fisci ad Senatorem relicti. Idem Attico lib. 9: Dionysius ad me fuit bene manè: hoc est, domi Senatoris, domi meæ: accusativus personæ pro loci accusativo. ¶ Multiplex præterea hujus præpositionis est usus: ut Quum pro In, cum ablativo ponitur. Cic. in Pison. Deprehensus denique cum ferro ad Senatum est Cæs. Bell Gall. 5: Totam hyemem ipse ad exercitum manere decrevit. ¶ Pro Circa. Cic. Att. Ad quæ tempora te expectem, facias me certiorem, velim. ¶ Pro Circiter. Terent. Heautont. Talenta ad quindecim coegi. ¶ Pro versus: ut Ad orientem. Ad meridiem. Sic, Ad sidera, Ad cœlum tendere manus, sive oculos. Virg. 1. Aeneid. . duplices tendens ad sidera palmas. ¶ Pro Præ. Terent. in Eunuch. Est'nc, ut fertur, forma? P. Sané. CH. Ae nihil ad nostram hanc. ¶ Pro Post. Cic. Attic 12: Nescio quid intersit, utrum illue nunc veniam, an ad decem annos ¶ Pro Propter. Propert. Eleg. ult. lib. ult. Panditur ad nullas janua nigra preces. Livius 1. ab Vrbe: Inde quum aliæ boves quædam ad desiderium (ut fit) relictarum mugissent: id est, propter desiderium, vel præ desiderio. ¶ Interdum etiam idem valet, quod Pro. ut apud Græcos εἰς accipitur. Terent. Argentum dabitur ei ad nuptias: id est. Nuptiarum causa, εἰς γάμους. Cicer. 5. Verr. Qui ad statuam pecuniam contulerunt. ¶ Pro Ante: ut ad limina expectare. Virg. 4. Aeneid. Reginam thalamo cunctantam ad liminia primi Pœnorum expectant. Ad pedes se abjicere. Cicer. Attico lib. 2: Clodius abjecta toga, se ad generi pedes abjecit. Pro Præter, πρὸς. Terent. in Andr. Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam. Pro Secundum, similitudinem scilicet significans: ut, Ad arbitrium, ad nutum alterius. Plaut. Marc. Ad istam faciem virum quæro. ¶ Pro Quantum ad. Cicer. 3. Verr. Vidi simul eum populo Romano forum, comitiumque adornatum ad speciem magnifico ornatu: ad sensum cogitationemque, acerbo & lugubri. Id est, Quantum ad speciem, Quantum ad sensum. ¶ Pro Vsque ad, vel Vsque in Cicer. Ad multam noctem contendarunt. Cæsar: Ad horam nonam in anchoris expectavit. Livius: Ad lucem acerrimè pugnatum est. ¶ Pro Prope. Cicer. in Verr. Ad urbem cùm esset Verres, audivit, &c. Idem in Anton. Is dixit se usque ad Cal. Majas ad urbem exercitum habiturum. Idem in Verrem: Crux quæ posita est ad portum. ¶ Pro Adversus. Catullus ad Mallium: Cœperat ad sese Troja ciere viros. ¶ Pro Apud, personæ accusativo: quo genere loquendi præter Plautum utitur Cæsar. lib. 3. belli civilis: Magnam tamen hæc res illis offensionem & contemptionem ad omnes attulit: ut Græcè πρὸς πάντας. Apud Horat. lib. 2. Serm. Satyr. 6: semper eris derisor ad omnes: id est. adversus sive erga. ¶ Pro at apud Veteres: Salustius in Orat. Cottæ Cos. Ad contrà in his miseriis cuncta me cum fortuna deseruêre. Catullus: Ad Acme, leviter caput reflectens. Ad impatientiam delabi. Cornelius Tacitus libro 15. Ad integrum, ὁλοκλήρως, Integrè. Macrob. Comment. lib. 1. capita 3: Et hæc est prima in corporea natura post corpora: sed non purè, nec ad integrum carens corpore. Ad lecticam homines: id est, lecticarii. Catullus in Epigram. de Vari scorto: Aere comparasti ad lecticam homines. Et Cæsares corpora lecticariorum habuerunt. Ob id quibusdam sitorum inscriptionibus ex corpore lecticariorum Cæsaris. Ad postremum: id est, postremò. Gellius libro 2 capite 29. Ad postremum igitur domus filio: Valeant, inquit, amici eum propinquis. Ad urbem imparator. Asconius Pædianus in 4. Verr. Omnis enim magistratus qui intra muros non est, nec urbanus etiam, si administrator ejus Romæ est, ad urbem dicitur. Salustius: Ii utrique ad urbem imperatores erant. ¶ Aliquando significat rei usum. Cicero sexto Verr. Quo solitus erat uti ad festos dies, & ad hospitum adventum. ¶ Aliquando officium. Vnde ad manus servus dicitur, qui A' manu, sive Amanuensis, de quo antea. Sic Ad cyathos stare, dicuntur pincernæ vini administratores, & apud Græcos πρὸς κύλικι. ¶ Ad limina custos, qui est æditus. ¶ Iungitur & cum gerundiis in dum: ut, fuit ad lavandū. Terentius in Andr. Nec satis ad objurgandum causæ. ¶ Ad tempus duobus modis sumitur: uno ad conditionem temporis, necessitatem & opportunitatem. Cicer. Dolabellæ: Neque solùm ad tempus maximam utilitatem attulisti, sed etiam ad exemplum facti. Plancus Ciceroni: Si autem in itinere meo se opposuerit, ad tempus consilium capiam. Altero ad spatium temporis: ut, Silebo ad annum, latebo ad tempus: id est, usque ad tempus quoddam. ¶ Ad unguem: id est, exquisita diligentia, atque exactissima cura. A' marmorariis ducta metephora, qui super inducto ungui commissuras explorant marmorum. Horat. Cocceius ad unguem Factus homo. ¶ Sunt aliæ quoque hujus præpositionis locutiones: ut, Ad pedes desilire, Cæs. pro, de equo descendere: sic sæpe Liv. Ad dexteram, ad sinistram, scilicet manu. Terentius in Adelph. Ad sinistram hac recta platea. ¶ Ad extremum, Ad postremum, Ad ultimum, quæ aliquando ordinis sunt, vel temporis, & pro Denique vel postremo, vel tandem accipiuntur, aliquando nullius sunt ordinis. Ad summum & ad summum, vide in SUMMATIM. ¶ Ad verbum, idem est quod De verbo ad verbum Cicero: Fabellas Latinas ad verbum de Græcis expressas. Plinius: Ad verbum translata sententia. Ad unum, idem quod nullo excepto. Livius secundo ab Vrbe: Quos Consul Romanus in Algido consequutus, ad unum omnes occidit. Sic, Ad lyram canere, Ad lucernam studere. Et Cicer. Ad cum nuntium commoti sunt omnes: id est, audito eo nuntio. Ovid. Mortua crede mihi, tamé ad tua verba revixi. ¶ Ad eum finem. Tacitus lib. 14: Quod ad eum finem memoravimus. Ad genus faciendum, pro ad sobolem procreandum. Iust. Hist. lib. 9: Viginti millia nobilium equarum ad genus faciendum in Macedoniam missa. Ad finem mortalitatis accessisse, eleganter dictum de imminenti fato vitæ supremæ. Suetonius in Claudio: Et in ultima cognitione pro tribunali accessisse se ad finé mortalitatis, quanquã ab ominantibus qui audiebant semel atq; iterum

iterum pronuntiavit. ¶ Cæterùm notandum quòd Ad, in compositione quum jungitur dictionibus incipientibus à c f g l n p r s t, mutatur d in literas sequentes: ut Accurro, Affero, Aggrego, Allego, Annumero, Appono, Arrogo, Assisto, Attribuo. Excipiuntur Agnosco in quod abjicitur, aut in g mutatur, sicut in Agnatus euphoniæ causa similiter Adsum, ubi d remanet, sicut suo dicetur loco. Sed si componatur cum a b d e h i o n, semper d integra manet: ut, Adamo, adbibo, adbrevio, adduco, adeo, adhibeo, adimpleo, adoleo, advoco. Si verò cum q, d mutatur in c, ut Acquiro. Anquiro autem ab An fit, quod significat circum, ut latiùs suo loco dicetur. ¶ In notis antiquorum. A D. Auditor. A D. E. ad exactorem, vel effectorem, vel extortorē. A D. F. ad finem. ad A D. L. ad locū. A D I A B. Adiabenicus. A D I. adjutor. A D I. P. Adjutor provinciæ, vel patriæ, vel pop. A D N. Adnepos. A D P vel A D O P adoptivus. A. Q S R. ad quæstorem. A D P. ad diem Pridie. A D. D. ad Dioscoridem, vel ad discordiam, vel ad distendum. A D. E. Adest. A D. F. ad Frontem A D L R. adulteravit. A D. P. X I I. ad pedes duodecim.

Adæquē, æquè, pariter, æqualiter. [[illegible] *beschavbh.* [illegible] Gall. *Pareillement, an. a. 1.* Ital. *Pa imente.* German. Gleichsam. Hisp. *Y gual y semeiantemente.* Polon. *Rownie, dnako* Vngar. *Iz en-lökeppen.* Ang. *Egalie.*] Plaut. in Cas. Neque est, neque fuit me senex quisquam amator adæquè miser. Apul. lib. 4: Ecce plures numero juvenes adveniunt, quos incunctanter adæque latrones arbitrère.

Adæquārĕ, act. p. æquare, exæquare, parem facere [[illegible] *schiv-va* [illegible] Gall. *Egaler, fai egal.* Ital. *Vguagliare spianare.* Germ. Ebnen/eben machen. Belg. Effenen. Hisp. *Ygualar una cosa á otra.* Pol. *Zrownac.* Vngar *igyenlö une igyenlö teenn.* Angl. *To make gall.*] Cic. de Universit. Ut Deorum vitam possint adæquare. Idem: Adæquare cum virtute fortunam. Liv. 1. ab Urbe: Romanus passim publica: privataque omnia tecta adæquat solo. Cic. pro Cor. Qui in summa amicorum copia cum familiarissimis ejus est adæquatus.
Adrachne, ἀδράχνη, Arbor est bifera, arbuto similis, in montibus nascens, cacumine semper virenti, quæ detracto in orbem cortice non offenditur. ¶ Andrachne autem (ne quis nominis vicinitate fallatur) herba est, quàm Latini Portulacam vocant. Vide Plin. lib. 13. c. 22.

Adrēpo, pis, penul. prod. Ad aliquid repo, rependo accedo & appropinquo [רמש ramas ... προσέρπω, ἐφέρπω Gall. Grauir vers, ramper à quelque ... Ital. Appiccarsi à qualche cosa. German. Hertzu tricchen Belg. ... Hisp. Arrastrando hazia otra cosa. Pol. Wliekesie ... Vngar. Valami ... Angl. Tro creep, to approche.] Plinius libro 35. capite 16: Ad maris morientis ex vulnere mammam adrepens infans. ¶ Per metaphoram, pro sensim se insinuare, & paulatim accedere. Cicero in Verrem: Quibus rebus non sensim atque moderatè ad istius amicitiam adrepserat.

Adrodo, Vide Arrodo.

Adrŏgo, Vide Arrogo.

Adrūmo, as, pen. prod. teste Festo. Rumorem facio, sive Commurmuro: quod à rumine quidem: id est, parte gutturis, putant deduci. ψιθυρίζω.

Adrŭo, is. Ex Ad, & Ruo, servat Ad, in compositione propter euphoniam: & significat atando subruo. ἐπιχώννυμι. Columell. lib. 2. cap. 5. Disjectum deinde protinus fimum inarari & adrui convenit.

Adscisco, Adsector, Adsentio, Adsequor, Adsero Adservo, Adsevero, Adsicco, Adsideo Adsigno, Adsilio, Adsimilis, Adsimulo, Adsisto, Adsolet, Adstringo, Adstruo, Vide in A ante S.

Adscīre, sive Adscīscĕre, Adjungere. [יסף hosiph נלוה chibbir ... hidhbik προσλαμβάνω. Gall. Adjouster. Ital. Aggiungere Germ. Zufügen. Hisp. Ayuntar una cosa à otra. Pol. Przyłączam ... Vngar. Hozza venni, ragaztani, Ianallani. Angl. To joyne to.] Columel. in Præfat. Com. Et hanc adscrivimus quasi agriculturæ

culturæ partem. Cic. in Tuscul. Iovisque numen mulciberi adscivit manus: ¶ Interdum ponitur pro approbare. Cicer pro Corn. Cùm jussisset præter aliquid, id si adscivissent socii Latini, ut tùm lege eadem is populus teneretur: id est, si approbassent & recepissent. Nam nisi Latini socii leges Romanas approbassent & decreto facto recepissent, iis nō tenebantur. Hinc

Adscitus, um. Receptus. Cic. in Verrem: Sacra adscita atque accersita ab exteris nationibus.

Adscribo, Adscripto, Adscriptor Vide Ascribo.

Adsestrix, tricis, fœmininum est ab eo, quod est Adsessor. πάρεδρος, ό. Afranius in Fratribus: Dimittit adsestricem, me ad sese vocat. Nonius.

Adsignator, gnatoris, D. lib. 38. Tit. 4. l. 3: Posse autem & nepoti adsignari certum est, & præferri filio nepotem adsignatoris constat.

Adsignifico, act. p. Significo. [הורה horáh. σημαίνω, ἀποσημαίνω. Gall. Signifier. Ital. Denotare. German. Bedeuten / anzeigen / zu verstehn geben. Hisp. Significar. Pol. Oznaimuie. Vng. Iedzem. Ang. To signifie, to shewe.] Varr. 1. de re Rustic. Olim consores non fuisse, adsignificant antiquorum statuæ.

Adsipere, & Præsipere, ἀπὸ σοφίας ἢ προσοφίας, dicebant Antiqui à sapiendo: sicut nos quoque modò dicimus ab Aequo iniquum, à Quærendo inquirere. Hæc Festus.

Adsitus, pen. corr. participium ad Adsero, juxtà satus. παραφυτευθείς. Varro: Vt viris adsita ad olus facere solet. Bud.

Adspuo, is, adspui, utum, pen. prod. [רקק rakák. προσπτύω. Gall. Cracher contre. Ital. Sputare contra alcuno. Germ. Speuwen gegen einem ding. Hisp. Escupir contra algu no. Polon. Naplwam. Vng. Reapok ok. Angl. To spitte vpon.] Plin. libr. 27. cap. 4: Aut si dormiens spectetur infans à nutrice terna adspui.

Adstipulor. Adstituo. Vide A ante S.

Adsum, ades, adfui, Præsens sum, intersum, appareo. [הנני hinni, &c. πάρειμι. Gall. Estre pres, estre présent. Ital. Esser præsente. Germ. Da sein / gegenwertig sein. Belg. Ie ben teghenwoordich. Hispan. Estar cercar e llegar. Pol. Iestem przitomny. Vng. Iclen vagiok. Ang. To be present, to be nigh.] Nam adesse etiam dicitur, quòd paulò pòst futurum est, aut quod adventat. Vnde dicimus, Adest Scipio, qui jam in itinere est, vel non longè abest: sed præsens est id, quod jam venit. Cic. 1. Offic. Inter hominem & belluam hoc maximè interest, quòd hæc tantum, quantum sensu movetur, ad id solum quod adest, quodque præsens est, se accommodat. ¶ Construitur etiam cum dativo vel ablativo mediante In. Cic. in Phil. Omnibus his pugnis Dolabella adfuit. Idem ad Ser. Sulpit. Ego verò, Servi, vellem, ut scribis, in gravissimo meo casu adfuisses. ¶ Interdum est adjuvo & præstò sum. Contrarium ejus est Desum. Cicer. pro Quint. Recusabant qui aderant cum Quintio: id est, qui Quintium defendebant Idem in Epist. Ego tamen tuis rebus adero ut difficillimis. Liv. libr. 1. secundi Bel. Pun. Sed pueri, fœminæque super anni corporisque vires adsunt. pugnantibus tela ministrant. ¶ Sic, Adsint Dii beati, σὺν θεοῖς μακάρεσσι. Sermo est benè ominantis in re quapiam aggrediunda. Adagium est usurpari solitum à rhapsodis: id est, carminum Homericorum recitatoribus, & interpretibus. ¶ Adesse animo vel animis, proverbiali forma, est favere ei rei cui interfis, atque attentum esse. Cic. pro P. Syl: Adestote omnes animis, qui adestis corporibus, quorum ego frequentia magnopere lætor, erigite mentes, aures que vestras. Hoc modo attentionem captat auditorum. Sic Terent in prolog. Andr. ¶ Adesse animo, in alio significatu dicitur pro præsenti esse & forti animo. Cic. in Somno Scip. Sed ille: Ades, inquit, animo & omitte timorem. Item adesse animo, pro intentum esse rebus agendis. Cic. 8. Philipp. Sed etiam nuper summa laus consularium, vigilare, cogitare, adesse animo, semper aliquid pro rep. aut facere aut dicere. ¶ Sumitur & pro accedere, præsertim in secunda persona. Terent. Andr. Adésdum, paucis te volo. Virg. Eclog. 9: Huc ades ô Galatea & Eclog 7: Huc ades ô Melibœe, caper tibi salvus & hœdi. Adesse pro Advenire. Virgil. 2. Aeneid. Iamque aderit multò Priami de sanguine Pyrrhus. Idem 9. Aeneid. Ergo aderat promissa dies. ¶ Interdum etiam pro subsisto accipitur, sive maneo Plaut. in Aul. Istuic adesto, si hercle tu ex isto loco Digitum crassum transversum, aut unguem latum excesseris. ¶ Sciendum quòd in Adsum servatur d, triplici ratione, scilicet differentiæ causa ab assus, a, um. Euphoniæ causa quòd melius sonet. adsum, quàm assum: postremò quòd ipsa verbi declinatio, d repetit, tanquam in suum naturale principium revertens. Veteres tamen Assum dicebant. Vnde asses dicebantur nutrices, teste Nonio. quòd adsint his quos nutriunt, nec ab eis vel exiguo tempore divellantur. Plaut. Nilphio assum apud te eccum.

Ad summam, ὅλως, συνελόντι. & in summa, signifi cat denique & breviter. Cic. 3. Offic. Ad summam ne agam de singulis. Quint. In summa non recedo.

Ad summum. [τὸ μέγιστον. Germ. auffs höchst.] refertur ad numerum. Cic. pro Mil. Vnus aut ad summum duo inventi sunt: id est, non plures quàm unus. aut duo ex pluribus.

Adteger. ἀθιγής, Tactus & deminutus: cui contrarium Integer. Scal. in Fest.

Adtegrare est vinum in sacrificiis augere. Integrare etiam & adtegrare minus factum, est in statutum redigere. Festus ubi vide Scali g.

Adtempus, Vide Tempus.

Adtestata fulgura, quæ iteratò fiebant, videlicet significationem priorum attestantia.

Adtexo. Vide Attexo.

Adtibernalis, Habitor continuæ tabernæ, παροικος, quod genus domicilii antiquissimum Romanis fuisse testimonio sunt exteræ gentes, quæ adhuc tabularis habitant ædificiis. Vnde etiam tecta castrensia quanvis pellibus contegantur. tabernacula tantùm dicuntur. Hæc Festus. Alii scribunt Attubernalis.

Adtondeo, Vide Attondeo.

Adveho, his, advexi, advectum. [הביל hebil, ἐπάγω, ἐπάγω. Gall. Apporter, amener par charroy, ou sur quelque autre chose. Ital. Portare, condurre à carico, portare sopragiomenti ò in carro. Germ. Herzu führen. Hisp. Traer à lugar como quiera. Pol. Przywożam. Vng. El hozom. Ang. To bring, to carona cart to place.] Cicer. 3. Offic. Si quis profectus Rhodum, magnum frumenti numerum advexerit. Liv. 3. bel. Pun Impositoque quem secum advexerat, milite, Romam venerat.

Advectio, verbale, f. [ἐπαγωγή. Vng Hozatas.] Plinius libro 9. cap. 54: Nupèr excogitatum famem longæ advectionis à Brundusio. compascere in Lutrino.

Advectus, us idem. Tacit lib. 30: Hæc de origine & advectu Dei celeberrima. [Germ. Zufuhr / das hinzubringen.]

Advecto, as, ἐπάγομαι, frequentativum ab adveho] Vng. Hordok.] Tacitus lib. 5. Addeque quibus è provinciis & quanto maiorem, quam Augustus rei frumentariæ copiam advectaret.

Advelo, as, act. p. Velo, cooperio. [כסה cisáh, &c. ... Gall. couvrir d'un voile, ou autre chose. Ital. Velare, coprire con veli. Germ. Bedecken. Hisp. Cobrir con velo ò otra cosa. Pol. Nakrywam. Vngar. Befedem. Ang. To couer.] Virgil. 5. Aen. viridique advelat tempora lauro.

Advena, penult. corr. communis generis, Qui non est civis, aut inquilinus, sed externus, [גר gher. ἀλλότριος, ἐπήλυς. Gall. Estranger. Ital. Forestiere. Germ. Ein Frembdling / Außländer. Belg. Een Vremdelinck / een Wtlander. Hisp. Advenedizo, estrangero. Polon. Obcy, Cudzoziemiec. Vng. Iövevény. Vng. A stranger.] Et propriè qui ex uno longinquo loco in aliquod oppidum veniunt, Advenæ dicuntur: Convenæ, qui ex pluribus locis. Terentius in Heaut. Est è Corintho hîc advena anus paupercula.

Advenerii, Cic. 2. de Legib. pellex advena. Ovid 9. Epist.

Advenerari, Veneror, colo. [עבד habádh. σεβάζομαι. Gall. Honorer & reverer grandement. Ital. Riverire. Germ. Von Hertzen / oder inniglich verehren. Hispan. Mucho honrar. Polon. Barzo wielce czcze. Vngar. Tisztelem. Ang. To honour, to reuerence, to worshippe.] Varr. libr. 1. de re Rust. Item advenceror Minervam & Venerem: quarum unius procuratio oliveti, alterius hortorum est.

Advenio, nis, pen. corr. Accedo, appropinquo. [נגש nighásch קרב karáb בא ba. ἀφικνέομαι. Gall. Venir & arriver en quelque lieu. Ital. Arrivare. German. Herzu kommen. Hispan. Venir à alguna lugar. Pol. Przichadzam. Vngar. Erkezek. Angl. To come nigh, to come to.] Terent. in Eunuch. Si fortè huc advenerit. Advenire in provinciam, Cicer. 11. Philipp. ¶ Advenire pro accidere. Cicer. 11. Philipp. Est enim sapientis, quid homini accidere possit, id præmeditari: ferendum modicè, si advenerit esse.

Adventitius, Fortuitus, insperatus, externus: cui opponitur innatus, infitus. [ἐπακτός, ἐξωθεν, συμβεβηκώς. Gall Qui vient d'ailleurs, forain. Ital. Venuto di nuovo, d'altronde. German. Frembdling / der anderswo her kompt. Hisp. Que viené de lexos. Pol. Obcy, przichodzien postronny. Vngar. Masunnon iöt. Ang. That cometh by chance, forraine.] Vnde adventitia bona, quæ non ex recta successione, puta patris aut avi, sed ex legatis, aut aliter casu aliquo nobis adveniunt. τύχης καὶ μὴ ἰδιωτικά ἀγαθά. Aristot. Cicer. 3. Verr. Homo Ligurem acusare cœpit, qui in re adventitia atque hæreditaria, tàm diligens, tàm attentus esset. Cicer. Topic. Specie autem comparantur, ut anteponantur quæ propter se expetenda sunt, iis quæ propter aliud: & ut innata atque infita, assumptis & adventitiis: integra contaminatis. ¶ Adventitius morbus, qui fortè, & nulla nostra culpa venit. συμβεβηκώς. ¶ Adventitius casus, τὸ συμβάν Scævola D. lib 40. Tit. 9. l. 6 Nec adventitii casus computandi sunt ¶ Adventitium domum appellat Budæus quod olim consulibus in provintias advenientibus honoris loco dabatur: quod & honorarium dicitur, qualia olim principibus suas primùm urbes ingressis porrigi solent. ¶ Adventitia necessitas intelligitur, ubicunque repentè advenit aliquid peragendum, quod ad publicam utilitatem spectet. Vide Alciatum enarrentem l. placit. C. de sacr. sanct. eccles.

Advento, as, Accedo, appropinquo. [נגש nighásch קרב karáb בא ba. ἀφικνέομαι, χρίπτω. Gall. Approcher pres. Ital. Approssimarsi, avacinarsi. Ger. Hinzu kommen. Belg. Ie ghenake. Hisp. Allegarse el que viene, acercase. Polon. Przibliżam się, Przyśpieszę. Vng. El közelgetek. Angl. To come nigh, to approche.] Cicer. Curioni: Nondum erat auditum te ad Italiam adventare. Idem ad Attic. lib. 4. Adventare, & propè adesse jam debes.

Adventores, Qui frequenter adveniunt. [ἐπιφοιτῶντες. Gall. Survenans. Ital. Auuentari. German, Die offt an ein ort kommen.

Hisp.

Hisp. *Estrangero*, Vng. *Vakiher gyakorta iarok*. Ang. *Which commeth or approcheth*. Plaut. in Truc. Si æquum facias, adventoret meos non incules. Dicti Adventores, ab adveniendo.

Adventorius, a, um. Quod advenienti turpiam offertur. Vnde Adventoria epistola, apud Martial. in præfat. libr. 12, quæ adventanti amico omittitur obviam. Cæl. Antiq. lect. lib. 15. cap. 3.

Adventus, tus, m. q. verbale, Accessus. [בִּיאָה *biah* קְרָבָה *kerabah*] Gall. *Venue, arrivement*. Ital. *Venuta*. Germ. *Zukunfft*. Belg. *Een toecomst*. Hispan. *La venida*. Pol. *Przyscie*. Vng. *Megiöuetel*. Angl. *coming*.] Terent. in Eun. Salutant, ad cœnam vocant, adventum gratulantur. Adventus: cui contrarium est discessus. Cic. ad Attic. lib 12: Vt enim me levarat tuus adventus sic discessus afflixit.

Adverbero, as. Verbero. [...] Vng. *Megh vetem*. Stat. 9. Theb. & auratis adverberat unguibus armos.

Adverbium, [...] Quasi juxta verbum dicitur: quia in oratione prope verbum ponitur. Nec enim potest verbi vis satis significanter exprimi, nisi jungatur adverbium: ut Dico, & Navigo, non plenæ significationis sunt, nisi adjiciantur adverbia: ut benè vel malè dicit: Feliciter navigat. Donatus quidem Adverbium scripsit esse partem orationis, quæ adjecta verbo, significationem ejus explanet atque impleat. [¶ Fiunt autem adverbia quandoque à nomine: ut à Bonus, Benè. A verbo, ut à Traho Tractim. A nomine & verbo, ut Pedetentim, à pede & tento. A participio, ut ab Insignitus, Insignitè. A pronomine, ut Hic, Illic, ab Hic & Ille. A præpositione, ut ab Ex, Extra, & à Sub, Subtus, Adverbiis etiam, ut à Propè, Propiùs. ¶ Ennius, teste Prisciano, his utebatur adverbiis Ignaviter, Inimiciter, Miseriter, Præclariter Proterviter, Properiter, Puriter (quo etiam Catullus usus est) Revereundiiter, Superbiter, Temeriter, Torviter.

Adverbialiter, [...], apud Diomedem Gramm. libr. 1: Per Adverbia autem, quæ à loco significatum demonstrant, veluti à Roma in Africam redut, vel à Troja, vel ab Ilio navigavit Æneas, quod apud illos interpretatur adverbialiter &c.

Adversus, sa, sum, Contrarius, incommodus. [...] Gall. *Contraire, opposite*. Ital. *Contrario, repugnante*. German. *Widrig, streitig, widerwertig*. Hisp. *contrario*. Pol. *Przeciwny, Sporny*. Vngar. *Ellenkező*. Ang. *contrarie*.] Terent. in Andr. Eorum obsequi studiis, adversus nomini. ¶ Adversum absolutè, pro re adversa, & improspera. Terent. in Heautont. Hic si quid fortè adversi evenerit. ¶ Interdum ponitur pro oppositus, anterior cui opponitur aversus: ut Aversa vulnera, quæ à fronte accepimus. Cicer. de Arusp. resp. Acceptis à forti adversario vulneribus adversis. Idem 2 de Orator. Tu & adversus, & aversus impudens est. ¶ Interdum pro objectus, è regione situs. [...] Idem 2 de Divin. Eodemque equo adversam conscendit ripam. Idem de Somnio Scip. Intueri solem nequitis adversum. Comparat. adversior, superlat. adversissimus.

Adversus, vel Adversum, præpositio, Contrà. [...] Gall *Contre*. Ital. *contra*. Germ. *Gegen, wider*. Hisp. *Contra*. Polon. *Przeciwne*. Vngar. *Ellen*. Ang. *Against*. Significat inimicitias, diffidia, contrarietatemque. Cicer. ad Attic. Si duriorem te præbes, non contendam ego adversus te. ¶ Aliquando Erga in meliorem partem. Terent. in And. Et id gratum fuisse adversum te, habeo gratiam. Cicer. 1 Offic. Adhibenda est etiam quædam reverentia adversus homines. ¶ Item aliquando significat secundum. Vlp. tit. 28. Bonorum possessio datur aut contra tabulas aut adversus tab. intestati: quod paulò post interpr. Secundum tab. Item tit. 20: Qui dediticiorum numero est, nec quasi peregrinus testari potest, quoniam nullius certæ civitatis sit, ut adversus leges suæ civitatis testetur. Ex Hotomano. ¶ At licet ita sentiat etiam Cujacius, non desunt tamen qui contrà disputent. ¶ Item aliquando Ante. Gell. lib. 7. cap. 12: Nam qui quotidie unguentatus adversum speculum ornetur, eumque quisquam dubitet, quin idem fecerit quod cinædi facere solent.

Adverso as, antiquè dictum, pro Verso. Plaut. in Ruden. Animo adversavi sedulò, ne herum unquam præterirem.

Adversor, dep. Contrarius sum [...] Gall. *Estre contraire, impugner*. Ital. *contrastare, contrastare*. Germ. *Zuwider seyn, widerstehn*. Hispan. *Contradezir à alguna cosa*. Pol. *Przeciwić się*. Vngar. *Ellenközöm*. Ang. *To be contrarie, to gainstan*.] Cicer 7. Verr. Hanc Cleomenes vir amabat: verumtamen hujus libidini adversari non poterat, nec audebat. Tacitus accusat. vo junxit libr. 1. Annal. Sua facinora adversari deos lamentabantur: & lib. 17 duobus in locis. Construitur autem cum dativ. Terent. in Hecyr. Neque tuæ libidini adversabor. ¶ Adversari contrà vel adversus. Plaut. Casin. Jam domuisti animum potius, ut quid vir velit Fieri id facias, quàm adversere contrà? Addidit contrà, ut majorem pertinaciam ejus ostenderet in adversando. Idem in Merc. Nolo tuam adversari adversus sententiam.

Adversabile quod adversum est & contrariū homini: Adversabile verò quod adversari debemus, & hostiliter cavere.

Adversans, antis, participium. [...] Germ. *Widerspennig*. Vng. *Ellenkező*.] Cicero de Orat. Sed tantam vim habet illa, quæ rectè à bono Poëta dicta est flexanima, atque omnium regina oratio, ut non modò inclinantem erigere, aut stantem inclinare, sed etiam adversantem, & repugnantem, ut Imperator bonus ac fortis capere possit.

Adversarius, a, um, idem quod contrarius, vel commodis nostris obsistens, adversus. [...] Germ. *Widerig*. Pol. *Przeciwni*. Vng. *Ellenálló*.] Cicer. pro Cæcin. Vis ea, quæ juri maximè est adversaria. Idem pro Plancio: Ea res in hoc judicio adversaria est Cneo Plantio. Construitur autem cum dativo, quum adversarius substantivum, vel genitivum habeat, vel sine casu ponatur.

Adversaria, orum, n. f. Dicuntur tumultuariæ quædam tabulæ, quæ ante codicis confectionem perscribebantur, ne memoria rerum excideret, & ex iis postea tabulæ justæ & æternæ fierent. [Græcè, [...] Gall. *Bordereaux, papiers brouillars, minutes*. Ital. *Giornale, libro de ricordi*. Germ. *Verzeichnung vieler dingen ohn ordnung zu der Gedächtnuß in ein Buch oder Tafeln, ein Handbuch*. Hispan. *El borrador de cuentas, ò manual*. Pol. [...] Vng. [...]] Latini etiam Diaria vocant. Exactiores autem rationem tabulas, Codicem appellabant. Cicer. pro Qu. Roscio: Quòd si eandem vim, diligentiam, auctoritatemque habent adversaria, quam tabulæ, quid attinet eodicem instituere? Doctiss. vir L. Cu. fatetur alicubi se rationem ejus vocis ignorare.

Adversarius. [...] Gall. *Adversaire partie adverse*. Ital. *Avversario*. German. *Ein Widersächer, der einem Widerpart haltet*. Belg. *Een teghenpartie*. Hispan. *contrario, que es contrario*. Polon. *Przeciwnik*. Vng. *Ellenkező, vagy ellenkedő fél*. Angl. *An adversare*.] ad Adversor, pro repugno. nam Adversarii dicuntur sibi invicem repugnantes, sed propriè sunt ii, qui adversus nos litigant in judicio, quos aliàs Partem adversam vocant. Terent. in Phorm. Verùm scientem, tacitum, causam tradere adversariis, etiámne id lex cogit? ¶ Adversaria etiam genere fœminino dici potest mulier, quæ adversus nos judicio contendit. Præterea quævis etiam res. Cicer. Fam. 2. ad Curionem: Est enim tibi gravis adversaria, constituta & parata incredibilis quædam expectatio.

Adversator, m. t. Qui adversatur. [...] Vng. [...]] Vnde fit Adversatrix. Terent. in Heaut. Vllá ne ego rem unquam volui, quin tu in ea re mihi adversatrix fueris, Sostrata? Apuleius de deo Socratis: Quem fautorem bonis, quem adversatorem malis jam vita cièbo?

Adversè, adverbium, contrariè. [...] Vng. *Ellenbe*.] Gellius libro. 3. capite 16. Ex quo libro verba hæc sunt: [...] id tam obscurè atque præcisè, tamq; adversè dictum.

Adversitas, f. t. Contrarietas & repugnantia. [...] Gall. *Contrarieté*. Ital. *Contrarietà*. German. *Widerwertigkeit*. Belg. *Teghenspoet*. Hispan. *Contrariedad*. Pol. [...] Vng. *Ellenkezes*. Angl. *Gainstanding, adversitie*.] Plin. lib. 11 cap. 25: Magnam adversitatem cum stellionibus putant esse. De scorpionibus loquitur.

Adversitores, m. t. ad Adversum: id est, obviam eundo Servi sunt qui dominum deducunt, & reducunt. [...] Cicer. *Diener oder Knecht, die den Herren von und zu Hauß beleiten*. Vng. [...]] Terentius in Adelph. Neq; servolorum quisquam qui adversum ierant. Vbi ait Donatus proprie loquutum Terentium esse, dicendo Adversum: nam inde Adversitores dici.

Adversio, onis. Vide Aversio.

Adverto, tis, act. t. Ad aliquem locum verto. [...] Gall. *Tourner vers quelque chose*. Ital. *Voltar ad alcuna parte*. Germ. *Hinzu kehren*. Belg. *Toekeeren*. Hispan. *Bolver hazia una cosa*. Polon. [...] Angl. *To turne to*.] Terentius in Eunuch. Illa se se interea commodum huc advertebat in hanc nostram plateam. ¶ Transfertur quoque ad animum: ut, Advertere animum, apud Terentium; vel, Advertere animo apud Plautum [...] Vng. [...] Ang. *To take heide, to consider*.] In qua significatione etiam absolutè positum invenitur pro animadverto. Cic. Att. lib. 2. De liberariis, si me amas, diligenter adverte. ¶ Ponitur etiam impersonaliter. Cicero Lent. Nam advertebatur Pompeii familiares assentire Volcatio. ¶ Plin. quoque epist. 10, pro eo quod est, ad se vertere, & allicere spectatores. Multa in Euphrate sic eminent, & relucent ut mediocriter quoq; doctos advertant, & afficiant. ¶ Advertere in aliquem pro animadvertere, sive punire. Tacit. lib. 2. Annal. In P. Martium Consules extra portam Exquilinam more prisco advertere. ¶ Advertere parsimoniæ. Tacit. libr. 3 Fecerant curam, ne Princeps antiquæ parsimoniæ durius adverteret. Hoc est attenderet.

Advesperascit, Vespertinum tempus adventat: vespera fit: cui opponitur, lucescit. [...] Gall. *Il vient sur le soir, il se fait nuict*. Ital. *Farsi sera*. Germ. *Es wirdt abend, es fahet an spaht werden*. Hispan. *Hazerse tarde, anochezer*. Pol. [...] Vng. [...] Ang. *It groweth night*.] Cicer. 6 Verr. Quum jam advesperasceret, discessimus.

Advigilo, as, n. p. vigilo. [...] Gall. *Veiller soigneusement à quelque chose*. Ital. *Vigilar diligentemente, dar opera à qualche cosa*. Germ. *Fleissig wachen, wachtbar und mit fleiß*

 etwas

etwas thun. Hispan. *Velar para hazer obra.* Pol. *Offracznyiestem, czuhum, czasnyiestem.* Vngar. *Szorgalmatos vigyazok.* Angl. *To wake to watche.*] Cicero de legibus: Vt advigiletur facilius ad custodiam ignis. ¶ Transfarè pro alicui rei incumbo, operam do, ἐπαγρυπνῶ. Terent. in Andr. Nam satis credo, si advigilaveris, Ex unis geminas mihi conficies nuptias. Cic. de petit. Si advigilamus pro rei dignitate: id est, si diligentiam adhibemus.

Advīvo, pen. prod. quasi adhuc vivo. ἐπιζῶ. Plin. libr. 15 cap. 18: Eadem autem fortuito fatu advivit in medio foro. Sic legit Hermolaus, quum alia exemplaria habeant *vivis.*

Adūlor, pen. prod. Assentor, blandior sive voce sive gestu, omniaq; ad voluntatē loquor & ago, non ad veritatem, [החניף *hechelik*, κολακεύω. θωπεύω. Gall. *Flatter, ablandir, & faire feste comme les chiens de leur queuë.* Ital. *Adulare, lusingare.* Germ. Schmeichlen, fladtiren, liebkosen. Belg. Yet pluymstrijcken, vleyen. Hisp. *Lisongear, ò mover la cola.* Pol. *Pochlebuiz lazysie.* Vng. *Hizelkedem.* Angl. *To flatter.*] Cicer. de Amicit. Apertè adulantem nemo non videt, nisi admodum fit excors. Idem. 2. de Divinat. Nec adulatus, nec admiratus sum fortunam illius. Valla libr. 5. cap. 69: Adulari, *inquit*, est inservire, & adniti ut favorem emereamur quoquo modo, vel voce, vel gestu. Estque tractum ἀπὸ τοῦ δούλου, quod servum significat. Est enim sanè quàm servile, homineque ingenuo minimè dignum. ¶ Festus ab alluendo deductum putat, paucis literis transpositis. In qua sententia Nonius quoque fuisse videtur, quum adulationem propriè canum blandimentum esse interpretatur, consuetudine ad homines traductum. Dicuntur enim canes adulari, quum corporis gesticulatione, & caudæ motu nobis blandiuntur. In qua significatione usus est hoc verbo Ovid. lib. 14. Metamorphos. Quin etiam blandas movēre per aëra caudas, Nostraque adulantes comitant vestia. ¶ Veteres etiam dicebant Adulo, activa voce. Lucret. libr. 5: Longè alio pacto gannitu vocis adulant. Hujus passivo usus est Cicero libro 1. Offic. Cavendum est, ne assentatoribus assuefaciamus aures, néve adulari nos sinamus. ¶ Veteres enim pro lambo & ebibo usurparunt. Cic. 2. Tusc. Ex Accii Promethio: Sublime advolans pennata cauda nostrum adulat sanguinem.

Adūlātio, verbale, f. t. Assentatio, simulatio. [חלקלקות *chalakl'akkah* κολακεία. Gall. *Flaterie, blandissement.* Ital. *Adulatione.* Germ. Schmeichlerey / schmeichelred. Hispan. *Lisonja.* Pol. *Pochlebstwo.* Vngar. *Hizelkedés.* Angl. *flatteri*[*n*]*g.*] Cicero in Lαl. Nullam in amicitiis pestem esse majorem, quam adulationem, blanditias, assentationem. Idem 2. de Natur. deorum. Canum verò tam fida custodia, tamque amans dominorum adulatio. Plin. libr. 10. cap. 34.

Adūlātor, Assentator, homo fallax, levis, omnia ad voluntatem loquens. [מחניף *machanik*, κόλαξ. Gall. *Flatteur, amadoueur.* Ital. *Adulatore.* German. Ein Schmeichler / ein Flattierer / liebkoser. Belg. Een pluymstrijcker. Hispan. *Lisongero.* Polon. *Pochlebca.* Vngar. *Hizelkedő.* Angl. *A flatterer.*] Autor ad Herenn. Nolo esse laudator ne videar adulator. Est igitur adulatori contrarius verus amicus: nempe qui nihil simulat apud eum quem amat, sed liberè ex animo facit ac dicit omnia: Adulator verò, qui ad alterius non modò sensum, sed etiam vultum atque nutum convertitur. ¶ Hinc Phocionis ad Antipatrum Adagium: οὐ δύναται μοι καὶ φίλῳ χρῆσθαι καὶ κόλακι, Non potes me simul & amico uti & adulatore. Antisthenis sententia est: Satius esse, ἐς κόρακας ἢ ἐς κόλακας: id est, in corvos, quàm adulatores incidere.

Adūlātrix. f. t. Quæ adulari solet. [κολακίς. Germ. Ein schmeichlerin.] Trebellius Pollio in Claudio: Adulator igitur Senatus, adulator P. R. adulatrices exteræ gentes.

Adūlātōrius, adjectivum, κολακευτικός. Tacidus lib. 5: Vitellius formidine C. Cæsaris, familiaritate Claudii turpe in servitium mutatus, exemplar apud posteros adulatorii dedecoris habetur.

Adulter, μοιχός: Adulter, μοιχαλίς. [נאף *noeph.* Gall. *Adultere, celui ou celle qui vio e son mariage.* Ital. *Adultero, ò adultera.* Germ. Ein Ehebrecher oder Ehebrecherin. Belg. Overspeeldel / oft echbreecker. Hispan. *Adultero de casada, ò adultera muger casada.* Polon. *Cudzołożnik.* Vngar. *Paráznа.* Angl. *An aduuterer.*] Cicero in Salust. Tu omnium mensarum assecla, omnium cubiculorum in ætate pellex, & idem postea adulter. Componi videntur ex Ad & Alter, seu Altera: quòd ille ad alteram, & hæc ad alterum se conferat. ¶ Veteres etiam adulterionem pro adultero dixerunt, ut testis est Nonius, probans hoc ex Laberio.

Adulterium. n. t. [נאופים *niuph*, μοιχεία. Gall. *Adultere.* Ital. *Adulterio.* Germ. Ehebruch. Hisp. *Adulterio de casados.* Polon. *Cudzołóstwo.* Vngar. *Paráznaság.* Angl. *Adulterie.*] Quod proprie cum nupta committitur, ut Valla scribit libro 6. Cic. 3. de Orat. Quálem existimas eum, qui in Adulterio deprehensus sit? tardum. Quintilian. libro septimo, capite 4: Non commisi adulterium. ¶ Transfertur aliquando ad alia, ut, Adulteria naturæ, pro operibus non verè naturalibus. Adulteria mercis, pro fraude. Adulteria arborum, pro insitionibus apud Plin.

Adultero, as, penult. corr. n. p. Adulterium committo, cubile alterius ineo. [נאף *naaph.* μοιχεύω. Gall. *Commettre adultere.* Ital. *Commettere adulterio.* German. Die Ehe brechen. Belg. Overspeelen. Hisp. *Ayuntarse con muger agena, adulterar los casados.* Pol. *Cudzołożę.* Vng. *Paráználkodom.* Ang. *To commit adulterie.*] Gell. lib. 10. cap. 23: Io adulterio uxorem si deprehendisses, sine judicio impunè necares: illa te, si adulterares, non auderet digito contingere. ¶ Est etiam adulterare, arte aliqua quippiam pro vero assimilare, atq; ita rem synceram corrumpere, [κιβδηλεύω. Germ. Felschen] Plin. lib. 12. cap. 7: Piper longum facilimè adulteratur Alexandrino sinapi. Inde etiam Adulterate judicium. Adulterate tabulas, &c. apud Cicer. Apud Iurisconsultum, monetam adulterare.

Adulterātor, Adulteratores monetæ, D. libro 49. Titul. 19. libro 16.

Adulteror, aris, deponens. [Pol. *Falszuie.* Vng. *Meg rontom.*] Idem Cic. 1. de Offic. Latrocinari, fraudari, adulterari, turpe est. ¶ Item passivè, pro per adulterium cognosci. Horat. Epod. 16: Mirus amor, juvet ut tigres subsidere cervis, Adulteretur & columba milvio. Hoc est, à milvio per adulterium ineatur.

Adulteror, aris, passivè, μοιχεύομαι. Horat. Epod. Vide in voce proximè præcedenti.

Adulterātus, a, um, [Germ. Gefelschet. Pol. *Falszowany.* Vng. *Meg rontatot.*] Quod alienæ rei cōmistione corruptum est: ut, Adulteratum gummi, κιβδηλευθείς. Plin. lib. 19. cap. 3. Huic opponitur Syncerum. ¶ Adulterata mulier: id est, adulterio stuprata. Suet. in Cæsare.

Adulterīnus, a, um, penult. prod. ex adulterio procreatus, spurcus, nothus. [ממזר *mamzér.* μοιχίδιος, κίβδηλος. Gall. *Faux, contrefait, Bastard.* Ital. *Bastardo.* Germ. Ein Bastard / von ehbruch. Belg. Een Hoerkint / Bastaert. Hisp. *Falso, bastardo, con adulterio.* Pol. *Bekart.* Vng. *Fattyu.* Ang. *A Bastard.*] Plin. libr. 10. cap. 3. de aquilæ pullo: Si conniventem flentemque animadvertit, præcipitat de nido, velut adulterium & degenerem. Vnde per metaphoram, Adulterina signa, dicuntur, quæ sunt falsis, assimilarisque annulis facta. Cicer. pro Cluent. Testamentum in alias tabulas transcriptum, signis adulterinis obsignavit. Sic Adulterinæ literæ, & Adulterinæ claves, equæ pro veris substituuntur. Item, Nummus adulterinus, apud Cic. 2. Offic.

Adultus, Vide Adoleo.

Adumbro, as, act. p. Vmbram adhibeo, sive umbram, tegendo facio. [הצל *hetsél.* ἐπισκιάζω. Gall. *Couvrir pour faire ombre, faire les premiers traits de quelque chose.* Ital. *Adombrare, ritrarre.* Germ. Schatten machen / entwerffen. Hispan. *Hazer sombra, tracar ò debuxar rayando ò macando.* Pol. *Cien poloząc, Nacrysuię.* Vng. *Arnyékozom.* Angl. *To shadow.*] Columella lib. 5. cap. 5: Sub ortu caniculæ pastineis tegetibus vineas adumbrabat. Idem libro 12. ¶ Adumbrare etiam est lineati pictura umbratilique aliquid fingere & simulare. Quintil. libro 7. cap. 11. Quis pictor omnia quæ in rerum natura sunt, adumbrare didicit? Cicero Tertio Tuscul. Est enim gloria, solida quædam res, & expressa non adumbrata: id est, non leviter, sed expressa: id est, scalpta, Adumbrare & Exprimere, contraria Cic. pro Cæs. Permulta, maximarum non expressa, sed adumbrata virtutum. ¶ Adumbrare pro imitari Cicer. 3. de Orat. Idipsum sumus in eorum sermone adumbrare conati. Idem 2. de Orat. Qui non heroum veteres casus fictosque luctus vellem imitari atque adumbrare dicendo, &c.

Adumbrātio, verbale, f. t. [ἐπισκιασμός. Germ. Entwerffung / vnvolkommene abmahlung. Vng. *Arnyékozás.*] Cicero de Perf. Orat. Nulla est enim ullo in genere laus oratoris, cujus in nostris orationibus non sit aliqua, si non perfectio, ad conatus tamen, & adumbratio.

Adumbrātim, adverbium, Subobscurè, non apertè. Lucretius libro 4.

> Non tamen ut coram quæ sunt, vereque rotunda,
> Sed quasi adumbratim paulùm simulata videntur.

Adunco, as, act. p. ab Vncus, significat curvo. [ἐπικαμπτω. Germ. Krümmen. Vng. *Horgasitom.*]

Aduncus. Curvus, tortuosus, reflexus. [עקום *akuph*, ἐπικαμπής, γρυπός. Gall. *Tortu & crochu contrebas, recourbé, courbe.* Ital. *Piegato.* Germ. Krumb / oder das ein Hacken hat. Hisp. *Cosa corva y retornada.* Pol. *Nakrzywiony, hakowaty.* Vng. *Horgas.* Angl. *Hooked, crooked.*] Cicero pro Cluent. Serrula adunca ex omni parte dentium, & tortuosa. Idem primo de Nat. deor. Corpuscula curvata & quasi adunca.

Aduncitas, f. t. Ipsa (ut sic dicam) incurvitas, γρυπότης, ut Aduncitas rostri, Plin. lib. 8. cap. 27.

Adunguem. Perfectè, absolutè. [מאד מאד *meódh meódh*. ἐξ ὄνυχος. Gall. *Exquisément, avec toute diligence.* Ital. *A punto.* Germ. Bey einem nägelin / gantz fleissig. Hispan. *Derecha y ygualmente.* Pol. *Doskonale.* Vng. *Eppen, tökelletessen.* Angl. *Perfectlie.*] Translatio sumpta à marmorariis, qui juncturas marmorum tunc absolutas existimant, quum unguis superductus nihil offendit: vel quū juncturæ ita exactæ sunt, ut (Severos) sicut ait Persius) excludant ungues: sive ab iis qui magna diligentia magnoque judicio aliquid agentes, inter cogitandum ungues mordere solent. Horat. lib. 1. Serm. Fonteius ad unguem Factus homo: hoc est, Omni ex parte perfectus.

Adūno, pen. prod. act. p. Congrego. [יחד *iachád* ἑνόω. Gall. *Vnir, assembler en un.* Ital. *Adunare.* German. Vereinigen / eins machen. Hisp. *Ayuntar diversas cosas en uno.* Polon. *Ziednoczam.* Vngar. *Egybegyüitom.* Angl. *To make one, to gather to ge.h.r.*] Plin. lib. 19.

lib 19 cit: Vultum fascibus in acervo adunatum video.

Adūnā. i. Simul congregati.

Adūnātio, f. t. [ἕνωσις. Vngar. ěgyes foglalás. [Diomedes Grammat. lib. 1: Sin autem longus sermo effertur, adunationis causa recipitur futurum.

Adūnum: [לכלם כל כלם chóllam múcelle chéir. Gall. Tous. Ital Tutti. Germanic. Bey einem, das ist / alle. Hispan. Todos. Polon. Do iednego. Vngar. Mind egig. Angl. All, vnto one.] adverbialiter sumptum, significat Omnes, nullo excepto. Curt. Omnes ad unum periere.

Advŏco, cas, penult corr. act. p. Ad me voco, arcesso, in auxilium voco. [הקרא qará. προσκαλέομαι. Gal. Appeler à soy. Ital. Chiamare se. German. Herzuh ruffen. Belg. Ich roepe tot mi wetts Hisp. Llamar para alguna cosa. Polon. Przywolywam, na pomocz wzywe. Vngar. Hozzam hiuom. Angl. To call vpon for to come.] Cic. pro Quint. Viros bonos complures advocat. Vnde pro consiliorum auxiliive causa amicos accersere, ponitur. Teren in Phorm. Amicos advocabo ad hanc rem qui adsient. ¶ Propriè hoc verbum ad jus pertinet, & significat homines vel patrocinii vel testimonii, vel consilii causa convocare. Hinc Asconius Verr. 1: Advocatum in judicio dicit eum esse, qui vel jus suggerit, vel præsentiam suam amico cōmodat. Etenim moris erat in judiciis, tùm privatis, tùm publicis, amicos omnes advocare, quorū authoritate judices moverentur. ¶ Advocare pro Allicere. Plin. lib. 1. epist. ult. Quia advocet magis quàm distringat. Hoc est, qui delectet magis quàm oportet. Alii tamen legunt, avocet: & interpretantur, à curis urbanis removeat. Hinc,

Advŏcāti, Dicuntur qui alteri adsunt in causa. [συνήγοροι. Gal. Advocats. Ital. Advocati. German. Beystender am Rechten / Advocaten / Fürsprächen. Belg. Hulpers / tact / spreders. Hispan. Abogados para ayudar ò defender. Polon. Adwocat, obronczā. Vngar. Az kik pörbe valaki mellett vadnak. Anglic. Aduocates.] Plaut. in Cas. Stultus contrivi diem, Dum adsto vocatus cuidam cognato meo: Quem herclè litem adeo perdidisse gaudeo. Ne me nequicquam sibi hodie advocaverit. ¶ Inter advocatum & patronum hoc interesse Valla existimat, quòd Advocatus & non tantùm significet eum, qui alterius causam agit (quem propriè Patronum dicimus) verumetiam quicunque adest alteri in causa officii gratia, Advocatus appellatur, etiamsi nihil dicat, neque agat, sed tantùm paratus sit defendere. Patronus propriè, qui agit causam, sed accusati non accusantis. Cic. Trebat. Epist lib. 7: Quod si scribere oblitus es, minùs multi jam te advocato causa cadent.

Advŏcātio, verbale, f. t. [συνηγορία παράκλησις. German. Ein Beystand am Rechten. Polon. Obrona prawna.] Amicorum in alicuius causa congregatio. Cic. pro Quintio: Nihil tam copiosa advocatione uterer, si petendum esset: id est, non tam multos amicos advocarem, aut congregarem. Idem pro Sext. Scio, quid gravitas vestra, quid hæc advocatio postulet. ¶ Interdum significat id quod vulgò consultationem vocant, propterea quòd amici convocatis de causa sua consilium quisque capere solebat. Cic. in Epist. fam. ad Trebatium: In re militari multò es cautior, quàm in advocationibus. Idem 3. Verr. Quò sæpenumerò senatus convocatur, quò maximarum rerum quotidie, advocationes fiunt. Bud. ¶ Advocationem suscipere, est advocati officio fungi. Vlpian de Off Proconf. D. lib. 1. Tit. 16. lib. 9: Si quis tàm impotenter se gerat, ut omnes metuant adversus eum advocationem suscipere.

Advŏcāmentum, (συνηγορία) advocatio vel remedium. Plin. epist 5. l. 8.

Advŏlo las, penult corr. ad aliquem locum volo: [עוף hueph. ἐπιπέτομαι. Gall. Voler à en vers quelque chose, s'y transporter en diligence. Ital. Volar ad alcuna parte. Germanicè, Hinzufliegen. Belg. Toe vliegen. Hispanic. Volar ò correr hazia alguna cosa. Polonic. Przilatuie, przypadam. Vngar. Valahová röpülök. Angl. To flee to any thing.] Et construitur cum accusativo, præposito Ad, vel In, & aliquando dativo. Plin. At in agrum Volaterranum palumbium vis è mari quotannis advolat. Idem lib. 10. c. 40: Platea nominatur advolans ad eas, quæ se in mari mergunt. ¶ Advolare translatum ad homines. Cic. ad Brutum lib. 10: Quamobrem advola obsecro. Idem ad Cassium lib. 15: Sed si insulam Britanniam cœpero cogitare, ejus εἴδωλον mihi advolabit ad pectus.

Advŏlātus tus. Actus advolandi, [προσπτῆναι, ἐπίπτησις. Germ. Hinzufliegung.] Cicer. 2 Tusc. Tristi advolatu aduncis lacerans unguibus.

Advŏlvo [προσκυλίω. Germ. Hinzuwältzen. Polon Przitaczam. Vngar Hengerdem.] Quasi volvendo adduco. Virgil. 3. Georg. congestaque robora totas Advolvêre focis ulmos, ignìq; dedêre.

Advŏlūtus genibus. Liv. [πεσὼν ἐν γόνασι. Polon Przitoczony.]

Advorsŏr, ἀντιστάτης, pro Adversor: & Adversorum, pro Adversarium veteres dixerunt, teste Festo. Sic Advorsum, & Advorto, pro Adversum & Adverto.

Advŏtum, Ex sententia, ad voluntatem. [κατὰ γνώμην, Gall. A son selon son souhait. Ital. A sua voglia, secondo il suo desiderio. Germanic. Nach dem wunsch / nach der begierd. Hispan. Segun su voto ò deseo. Polon. Podlemoly, kmysly. Vngar. Kedueni szerent. Angl. Efter my wishe.] Quint. Habésne uxorem ex animi tui sententia? Et alibi: Ad votum omne fluxit fortuna lascivit otium.

Adurgĕo, es rre, Vehementer urgeo. [ἐπείγω ἐπιπιέζω Germ. Hinzutringen / hinzutreiben. Polon. Otrzgam. Vngar. Zorgalmazom.] Celsus: Is quoniam natus est dens in locum prioris, quotidie digito adurgendus est.

Adūro penult. product act. t. idem est quod simplex Vro. [צרב צרף jaraph. צרב ieraph. כוה chaváh חרך charách. φλέω. Gall. Brusler, hauir, hasler. Ital. Abrusciare. German. Das brennen/besengen. Hisp. Mucho quemar. Polon. Przypalam, opalam. Vngar. Megegetem. Ang. To burne.] Cic. 2. Offic. Quid enim censemus superiorem illum Dionysium, quo cruciatu timoris angi solitum, qui cultros metuens tonsorius, candenti carbone sibi adurebat capillum? Plin. adusta nivibus dixit.

Adustio, onis, verbale, f. t. [צרפה serephah מכוה michvah. κατάκαυσις. German. Ein Brunst / Brandt. Polon. Przypalenie. Vng Egetés.] Plin. lib. 14. cap. 24: Vitia præter suprà dicta, achor, aut tumidi virus picis autem, adustio.

Adusquĕ: id est, Vsque ad. [עד heth. μέχρις. Gall. Iusques à. Ital. Fin' à. Germanic. Biß dahin. Hispan. Hasta à. Polonic. Potad. Vngar. Eddig. Ang. Euen vnto.] Virgil. 11. Aeneid. Atrides Prothei Menelaus adusque columnas Exulat. Gell. lib. 15. cap. 2: Præterea vini libidine adusque ludibria ebriosus. Vide suprá.

Adynamum, ἀδύναμον Vini factitii genus, quod fiebat ex musto albo, dimidia parte aquæ addita, quod admotum igni decoquebatur, donec aquæ mensura exaresceret. Vide Plin. li. 14. c. 16. Dictum Adynamum, ἀπὸ τῆς ἀδυναμίας, propterea quòd esset imbecille & sine viribus: ideoque ægris dabatur, quibus vini noxam metuebant.

Adytum, media, corr. [ἄδυτον. German. Ein heimlich ort des Tempels / die Sacristey oder Chor. Belg Heymelijk plaetse des Tempels / die Sacrestie oder Choor. Pol. Zakrystia. Vng. Sekrestie, az templom belsö reze. Ang. The chauncell or secret place of a church.] Locus est secretior templi, ad quem nulli est adytus, nisi sacerdoti: ab α privativo & δύω, ingredior, quasi inaccessibile. Virg. 2. Aeneid. -usque adytis hæc tristia dicta reportat.

A ante E.

Aē, diphthongus, communis error per multa secula, & malè scribitur, dum ex duobus corporibus fit unum æ, aut signatur ę caudatum pro æ, & malè pronuntiatur, dum solum e sentitur in prolatione. Scribi debent sejunctim hæc duo elementa & utrumque proferendo audiri. ¶ In notis antiquorū AEDIL. ædilis. AEDIL. ædiles. AEDIL. CVRVL. ædilis curulis. AED. PL. ædilis plebs. AE G. æger. AEQ. P. æqualis persona. AER. ærarium, vel ærarii. AER. COL. ære collato. AER. P. ære publico. AE. D. ædem dicavit. AED. S. ædem sacravit, vel ædibus sacris. AED. IN. M. ædes inscripsit meridie. AER. ST. ærario Saturni.

Aedĕpŏl, penult. corr. νὴ τὸν Πολυδεύκην Adverbium iurandi, quod est quasi per ædem Pollucis. Item Pol. & perpol, quæ idem significant Perpol, quàm pauci, apud Terent. in Andr. per tmesin dictum puto pro, Pol perquàm pauci. Erat autem Aedepol, teste Gell. lib. 11. c. 6. juramentum tàm viris, quàm mulieribus commune: Per Herculem autem mulieres nunquam jurabant, neque viri per Castorem.

Aedēs, f. t. Tàm in singulari quàm in plurali numero, pro templo vel sacrario, sed ferè semper cum adjectione, ut Aedes sacra, vel Aedes sacræ, Aedes Iovis, Aedes deorum, Aedes pacis, & huiusmodi [היכל hechál, בית beith. ναὸς ἱερός. Gall. Temple. Ital. Il tempio, la chiesa. Germanic. Ein Tempel / Kirchen. Belg Kercke / Tempel. Hispa. Templo. Pol. Kosciol, Kaplicza. Vngar. templom, egyház. Ang. A temple or church.] Cic. 2. Verr. Aedes Minervæ in fano Apollinis. Idem 1. Philipp. Ex eo die, quo in ædem Telluris convocati sumus. Ovid. 1. Epist. Didus pro sepulchro posuit, quum ait: Est mihi marmorea sacratus in æde Sichæus. Nam & sepulchra, ut scribunt Iurisconsulti de sepulchr. & relig. inter loca sacra habentur. ¶ Pro ædificio profano, vix aliter quàm plurali numero utimur. [οἶκος, οἰκία Gal. Maison. Ital & Hispan. Casa. German. Hauß. Belg. Een Huys. Angl. A house.] Cicer. 2 Verr. Quæ vidi egomet apud istum in ædibus. Idem de clar. Orator. Ex testudine quadam exiit in ædes. Singulari numero posuit Curtius de gest. Alexandri: Excubabant principum liberi servatis noctium vicibus, proximi foribus ædis, in qua Rex acquiescebat. Vbi Aedem pro cubiculo dixisse videtur. Idem alibi eodem in numero pro cœnaculo posuit, quum ait: Stabat ad fores ædis ejus, in qua Rex vescebatur. ¶ Tantæ curæ nobis debent esse ædes nostræ, ut his neglectis alia minimè curanda sint. Hinc locus Adagio: Aedibus in nostris quæ prava aut recta gerantur. Ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται. Scribit Gellius hunc Homeri ex Odyss. versiculum vice proverbii semper in ore Socrati fuisse. Diocles adscribit Diogeni, ut refert Laërtius. Quo versu admonemur ut ea potissimùm, quæ ad nosipsos pertinent, curemus: externa atque aliena ne inquiramus. ¶ Dicitur autem Aedes (ut scribit Servius) ab Edo, quòd in ea sacrificantes edere consueverint. Nam quædam sunt nomina, quæ initio diphthongum recipiunt, quanvis à verbo monophthongo deriventur, ut Aedes, Aesculus. Varro lib. 4. de lingua Lat. ab aditu fieri putat, quòd scilicet plano pede adibant: unde etiam prima syllaba diphthongum accepit. Festus: Aedes quod in edito poni soleret. Alii Aedem dici existimant, quòd in ea ævum degatur, quod Græcè αἰὼν vocatur. ¶ Aedis, in nomi-

nativo singulari, Varro de vita pop. Romani, libro 1: Hæc ædis quæ nunc est, multis annis pòst facta sit, &c. Hoc etiam ex diminutivi formatione videtur consequi, ut Aedis in tecto dicamus non Aedes. Nam ut Apicula fit à Nominativo Apis, videtur analogiæ ratio exigere, ut Aedicula fit ab Aedis. Nam ab eo quod est Aedes, potiùs fieret diminutivum Aedicula, ut à Vulpes, Vulpecula. Verumtamen ut e in compositione sæpe mutatur in i, ut Rego corrigo, Lego colligo, sic potuit & derivativorum formatione.

Aedĭcŭlă f.p. Parva domus, (pro quo potiùs usurpatur plura. lis, Aedicula.) [...] Gall. Maisonnette, logis. Ital. Piccio casa. Germ. Hüyslin/ Kemmerlin/ od ein Capell. Belg. Cap lle/ [...]. Hispan. casa pequenna. Polon. Domek. Vng. Hazas ka. Ang. A litle house.] ¶ Aliquando pro cellula in ædibus. Plaut. in Epid. In Aediculam seorsum isthæc eat, jube. ¶ Aliquando pro sacello, quod est ædis sacræ appendix. Livius: Iisdem diebus ædiculam Victoriæ virginis, prope ædem Concordiæ M. Portius dedicavit. ¶ Aliquando pro loculamento simulachri. Plin. l. 26. de Venere Cnidia: Aedicula ejus tota aperitur, ut conspici possit undique effigies deæ.

Aedĭfĭco as, act. p. ædes cōstruo, propriè [...]. Gall. Edifier, bastir, maisonner. Ital. Edificare, fabricare. Germanic. Bawen. Hispan. Edificar. Polon. Buduie. Vngar. Epitö. Ang. To build.] Nam ab æde vel ædibus faciendis dictum est. Et ita ferè absolutè ponitur sine casu. Cicero ad Quint. Frat. Tribus locis ædifico, reliqua reconcinno. Horatius prima Epist. Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis. Martialis in Gellium: Possim numos ut dicere possic amico: Hoc unum verbum Gellius: Aedifico. ¶ Interdum ponitur pro construo, extruo, efficio: & non solùm de ædibus, sed aliis etiam rebus dicitur, & tum ac cusativum semper adjunctum habet. Cicero pro lege Manilia: Qui quum maximas ædificasset, exornassetque classes. Idem pro Sylla: Ad illius pœnam carcer ædificatus est. Idem primo Offic. Vrbes sine hominum cœtu, nec ædificari potuissent, nec frequentari. Idem: Qui quum ædificasset in Palatio domum ad plenam dignitatis. Quod in exemplo accusativus DOMVM, adductus facilè indicat Aedificare, simpliciter ibi accipi pro struere: nam alioqui redundaret. Vt & apud Græcos illa sunt usitatissima, [...]. Cic. 1. de Nat. deor. Quibus enim oculis animi intueri potuit vester. Plato Fabricam illam tanti operis, qua construi à Deo, atq; ædificari mundum facit? ¶ Hujus composita sunt Coædifico, Exædifico, Inædifico, Reædifico. Quorum significata vide suis locis.

Aedĭfĭcātĭo, f.t. ipse ædificandi actus. [...]. Gall. Bastiment, edifiment. Ital. Edificio, fabrica. Germ. Ein Baw/ erbawung. Hisp. Obra de edificar. Polon. Budowanie. Vngar. Ep ités. Angl. Building.] Cic. ad Attic. Aedificatio non movet.

Aedĭfĭcātĭuncŭlă, f.p. [...]. Vngar. Epwletske.] Parva ædificatio. Cic. ad Quint. Fratr. Quæsivit; ex eo, quid de illa ædificatiuncula Laertii, de qua mecum luquutus es, mandavisses.

Aedĭfĭcātŏr, verbale, m.t. [...]. Gall. Bastisseur, edifieur. Ital. Edificatore. German. Ein Bawer. Hispan. El que edifica. Pol. Budownik. Vngar. Epp. 6. Ang. A builder.] Cato: De bono ædificatore melius emetur.

Aedĭfĭcĭum, n. f. Aedis constructio, & ponitur pro omni structura. [...]. Gall. Edifice. Ital. Edificio. German. Ein Gebaw. Belg. Wooninghe/woonplaetse oft woonstede. Hispa. Edificio. Polon. Budo. Vngar. Epitmén. Ang. Building.] Aedificii quoque appellatione non solùm superficiem signari, sed solum quoque ipsum, cui ædificium superpositum est, Vlpianus putat. Plin. libro 16. cap. 6. Minus utilis ædificiis. Cæs. Bel. Gall. lib. 2: Omnibus vicis, ædificiisque, quò adire poterant, incensis.

Aedīlēs penult. product. m.t. [...]. Germa Bawherren. Vngar. Eg [...].] dicti sunt ab eo, quòd ædes sacras & privatas procurarent, teste Varrone lib. 4. de lingua Latina. Primò ex plebe duo creati sunt Aediles: deinde procedente tempore duo ex patriciis adjuncti sunt, qui à sella curuli, qua illi soli utebantur, Curules dicti sunt. Officium Aedilium erat ludos publicos exhibere, & sacras privatasque ædes procurare, totam urbem tueri, ut cloacæ & aquæductus, & quæq; publica ædificia munda essent: loca in theatro assignare. Si quispiam servum, aut jumentum morbosum, vitiosumve, pro integro: sanoque vendidisset, edicto Aedilium emptori succurrebatur, idque Edictum ædilitium dicebatur, sive E dictionis ædilitiæ. Cicero tertio de legibus, ex lege XII. Tabular. Suntoq; Aediles curatores urbis, annonæ, ludorumq; solennium: ollisq; ad honoris amplioris gradū is primus ascensus esto. Erant & alii Aediles, qui frumento præerant à Cæsare primùm creati, & à Cerere Cereales nominati, ut scribit Pomponius. His cura ponderum, ne qua fraus fieret, & mensuratum commissa erat. Vide Hotomanum in suo juris Lexico.

Aedīlĭtās tis, f.t. Ipsa dignitas [...]. German. Das Bawherren Ampt.] Plautus in Sticho: Sine populi suffragio tamen ædilitatem hic quidem gerit. Proverbialis est figura, ubi quis imperiosior in alieno negotio aut in ædibus alienis. Cic. 1. Offic. Crassus cum omnium hominum moderatissimo Qu. Mutio munificentissima ædilitate functus est. Sueton. in Cæsar. Siquidem ante paucos dies, quàm ædilitatem iniret. Liv. libro 7. ab Vrb. Annus hic insignis novis duobus magistratibus, Prætura, & Curuli ædilitate: hos sibi patricii quæsivere honores, prò concesso plebi altero Consulatu.

Aedīlātŭs, idem quod Aedilitas, [...].

Aedīlĭtĭus, tia, tium, [...]. Nomen possessivum ab Aedilis: ut Comitia ædilitia, in quibus creabantur Aediles: & Aedilitium munus: hoc est, officium ad Aediles pertinens. Cic. Offic. lib. 2: Sed quid ego Aedilitas repulsus colligo? Homo ædilitius. Cic. pro Cluent. Et illum hominem ædilitium, jam prætorem opinionibus hominum constitutum, &c.

Aedīlĭtĭus, tii, qui Aedilitate functus est, quemadmodum & Consularis, qui Consulatum gessit, & Prætorius, qui Præturam administravit. Cic. in Bruto: Sed omnia iis summa sperans, ædilitius est mortuus.

Aedĭtĭmŭs penult. corr. Qui ædibus præest. [...]. Gall. Secretain, garde du temple, marguillier. Ital. Sacrestano, guardiano di chiesa. German. Kirchenhüter/ Sigrist. Belg. Kerckmeester/ Kerckbewaerder/ oft Koster. Hispan. El sacristan, guardador del templo. Polon. Kosciełny. Vngar. Egyház fi. Ang. A church-warden.] Cic. in Top. Gell. lib. 12. c. 10. ait: Aeditimus dici ea forma, qua finitimus, legitimus, ut timus fit adjectionis causa. Verùm pro eo nunc dicimus Aedituus, ut Varr. lib. 1. de re Rust. ait. Et sementinis feriis in ædem Telluris veneram rogatus ab æditimo, ut dicere didicimus à patribus nostris: ut corrigimur à recentibus urbanis: ab æditimo. Vtriusque diversam notationem tradit Sosipater libro 1: Aeditimus, inquit, dicitur, qui ædem servat, quasi ædis intimus: Aedituus, ab æde tuenda.

Aedĭtĭmŭs, judex quem una pars elegerit. [Gall. Vn juge esleu d'vne partie seule. Germanic. Ein Richter von einer Partheỹ allein [...]. Belg. Een Richter van ende [...]. Vng. Valaztos biro.] Cic. pro Planco: Neque enim quicquam aliud in hac lege nisi æditiios judices es sequutus. Scribe per E.

Aedĭtuŏr, & Aeditimor. Aedem tueor. [...]. Germ. Kirchwarter seyn.] Gell. lib. 12. cap. 10: Qui postquam tibi appareo, atque æditimor in templo tuo.

Aedĭtŭs, a, um. [...] altus & fortis dicitur. [Germ. Hoch. Belg. Hoght. Polon. Wisoki. Vng. Magas.] Horat. in Ser. Viribus æditior credebatur in grege taurus. Et ædita loca dicuntur alta ac sese ædentia: id est, ostendentia. Scribiturq; cum diphthongo, ut differat ab Edo pro comedo. Sic & Cornucop. Non videtur tamen efficax ratio, cùm in conjungendo multum differant edo compositum, & edo simplex. Nec potest editum ab edo deductum videri. Deniq; per E scribendum est omnino.

Aedĭtŭus, idem, quod Aeditimus, Sacræ ædis tutor: id est, curam gerens ab ædibus sacris, quas tuetur. [...]. Germanic. Kirchner. Belg. Koster. Pol. Zakrystian. Vngar. Egyház fi.] Cicer. Illi noctu facta manu, armatique veniunt: fores ædis effringūt: æditui, custodesq; maturè sentiūt. Horat. 2. epist. 1: Sed tamē est operæ pretium cognoscere, quales Aedituos habeat, belli spectata domique virtus. Hoc est, narratores, ut ait Porphyr. Aeditui enim templorum ac numinum quibus inserviunt, sacrorum originem advenis & ignorantibus narrant. Alii æditus pro clientibus ac familiaribus dici putant: ac per hoc laudatores poëtasq; significant. Valerius Aedituus, poëta vetus cujus aliquot carmina citat. Gell. lib. 9. cap. 9. ad quem fortè respexit Horatius: quomodo etiam rectè dixeris, Quales habeat Virgilios. Lucret. pro æditus dixit Aedituentes, ut est apud Gel. Hospitibus loca, quæ cpmplerant æditeuentes.

Aedœĭcă ŭlcĕră [...]. Germ. Schäcer/ Geschwer bey der Scham.] Aeginetæ appellat, quæ circa pudenda nascuntur. Nā [...] Græci vocant, quæ nos pudenda.

Aēdōn dictio trissyllaba, pen. prod. [...]. Germ. Ein Nachtigall. Belg. Nachtegalle. Pol. Slowik. Vngar. Filemile.] Avis est quæ aliis nominibus & Philomela, & Luscinia dicitur: dicta Aëdon [...], hoc est, à perpetuo canendi quasi instituto, quod etiam tunc canat, quum reliquæ volucres sileant. Virg. da cantu Syren. Quodque leves calami, quòd suavis cantat aedon.

Aegĕr, ra, rum, ab Ago, agis, per contrarium (ut quidā opinantur) eò quòd ægri non probè fungantur suis vitæ muneribus: sive quòd qui morbo correptus est, graviùs agitetur. [...]. Gal. Dolent, fasché, ennuyé, malade. Ital. Infermo, debile. Germ. Kranck, bekümmeret/ vnmögend. Bel. Bekommert/ bedroeft/ cranck. Hispan. Enfermo ò passionado del alma. Pol. Niemocny, chory, frasobliwy. Vngar. Beteg. Angl. Sick, feble of courage, sickle.] Et tàm de animo dicitur, quàm de corpore: quamvis Donatus eam fecerit differentiam, ut Aegritudo ad animū, Aegrotatio ad corpus referatur. Vide infrà in Aegrotatio. Id tamen omnino verum non est. Salust. in Catil. Antonius pedibus æger. Gell. lib. 2. cap. 16: Quem M. Frontonem Consularem pedibus ægrum viseret. Cic. Attic. 7: Tyronem Patris ægrum reliqui. Idem pro Cæl. Medea animo ægra, [...], amore sævo saucia. Consilii æger. Stat. lib. 11. Thebaid. - obscura vallum dum nocte pererrat Aeger consilii, curisque novissima volvens. Hoc est, tristia cogitans, sive consilio imbecillis. Aeger delicti: id est, dolens ob delictum à se commissum. Sil. Italic. lib. 13: Ped postquam Oenotriis fundavit finibus urbem: Aeger delicti, Phrygium placare colendo Numen, & Iliacos parat exorare penates. De Diomede loquitur, quem rapti Palladii pœnitebat. ¶ Transfertur etiam ad res inanimatas. Cic. in Verr. 3: Mihi videor magnam, & maximè ægram, & propè depositam Reipublicæ partem suscepisse.

Aegresco, is, escere, n.t. [דאב daab דאג daag חלש chalá. ἀῤῥωστεῖν. Gall. *Devenir malade encourir en sadie, passer ses ennuy*. Ital. *Infermare, attristarsi*. German. Kranck oder schwach werden Belg. Gewerd cranck. Hispan. *Estar enfermo ò apassionado del alma*. Pol. *Chorzjie, labecie*. Vngar. *El bet gesebek*. Ang. *To waxe sick or feble*.] à nomine Aeger derivatum, significat ægriorem fieri: & propriè refertur ad animum. Virg. l. 12. Aeneid. exuperat magis, ægresciтq; medendo. ¶ Interdum ponitur pro ægrotare. Plin. lib. 10. Corvi ante solstitium generant. Idem ægrescunt sexagenis diebus siti maximè, quam fici coquantur autumno. Idem Aegreo verbum obsoletum.

Aegrē, molestè, dolenter, iniquo animo. Terentius in Andr. Redeo inde iratus atque ægrè ferens. ¶ Aegrè, malè, difficulter: vix. [בקשה bekascheh בחומר be-homer χαλεπῶς, δυσχερῶς. Gall. *Griefuement, à peine auec grande difficulté*. Italic. *Molestamente, mal volontieri*. German. Kümmerlich/schwerlich Belg. Swaerlick. Hisp. *Apassionadamente, ò con difficultad*. Polon. *Ledwo, z przykrością, ja ... mon*. Vngar. *Vdvezem*. Ang. *Hardlie painefullie, with difficultie*.] Virg. 3. Georg. Ergo ægre rastris terras rimantur. Neq; solùm cum verbo Ferre, sed cum aliis etiam verbis jungitur: ut, Careo ægrè, Sustineo ægrè. Et Cicer. Attic. Ab hasta ea ægrè me tenui. ¶ Aegrè est mihi, frequens est apud Plautum, pro dolet mihi, aut malè me habet: ut in Cas. Quid tibi ægrè est? ¶ Aegrè facere alicui, pro eo quod est, aliquem ægritudine vel molestia afficere. Terent. Eunuch. Voluit facere contra huic ægrè. ¶ Aegriùs, & Aegerrimè pro difficiliùs, difficillimè. Plin. lib. 16. cap. 10: Fragosiùs sidunt, ægriùs revelluntur. Cæs. 1. Bell. Gall. Aegerrimè confecerant, ut flumen transirent.

Aegrĭtūdo, f.t. Est animi ægri affectio. [דאבון daabón. λύπη, ἀδημονία. Gall. *Douleur, ennuy, tristesse*. Ital. *Dolore d'animo, fastidio, malencomia*. German. Kranckheit/betummernuß/Vnmuth. Hispan. *Enfermedad, à quella passion del anima*. Polon. *Choroba, frasunek*. Vngar. *Szomorodás*. Angl. *Dolour, sicknesse*.] Terent. in Andr. Si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit. Cicero quarto Tusculan. Aegritudo est animi adversante ratione contractio. Terentius in Heaut. Proverbiali figura dixit. Diem adimere ægritudinem. Sic Cicero 3. Tuscul. Quæst. Quod ita esse dies declarat, quæ procedens ita mitigat, ut iisdem malis manentibus nō modò leniatur ægritudo, sed in plerisque tollatur. Terētius in Phorm. pro corporis morbo usurpavit: Matrem ipsam ex ægritudine, miseram mors consequuta est. ubi Donatus: Ex Aegritudine, *inquit*, hoc est, ex infirmitate & morbo. Sic & Plinius lib. 8. c. 1: Visique sunt fessi ægritudine, quando & illas moles infestant morbi.

Aegrĭmōnĭă, penult. correpţ. [λύπη. German. Betümmernuß.] Idem quod ægritudo, factum ea forma qua ab Acer, Acrimonia. Plaut. in Rud. Tantisper dum abscedat à me hæc ægrimonia. Cicer. ad Attic. 12: Ferrem graviter, si novæ ægrimoniæ locus esset.

Aegrōtŭs, a, um [חולה cholé νοσώδης, ἄῤῥωστος. Gall. *Malade*. Ital. *infermo*. German. Kranck. Hispan. *Enfermo*. Polon. *Chory, niemocny*. Vngar. *Beteg*. Ang. *Sick*.] Servius: Aeger & corpore & animo dicitur: Aegrotus corpore tantùm. Horat. 1. epist. Non domus aut fundus, non æris acervus & auri Aegroto domini deduxit corpore febres. ¶ Aegroto dum anima est, spes est, Sententia proverbialis admonens ne in afflictissimis quidem rebus abjiciendam esse spem. Cicer. ad Attic. lib. 9: Vt ægroto, dum anima est, spes esse dicitur: sic ego, quoad Pompeius in Italia fuit, sperare non destiti. Proverbii quadam specie Terentius dixit: Facilè omnes quum valemus, recta consilia ægrotis damus: tu si hic sis, aliter sentias. ¶ Terent. in Andr. ad animum transtulit: Animum ægrotum plerunque ad partem deteriorem applicat.

Aegrōtō, as, Aegro corpore sum, morbo afficior. [חלה chaláh. νοσέω. Gall. *Estre malade*. Ital. *Infermarsi*. German. Kranck / und schwach seyn Belg. Ick ben cranck/sieck. Hispan. *Enfermar*. Polon. *Chorowac, niemocnym*. Vngar. *Beteg vag ok*. Angl. *To be sick*.] Cicer. pro Cluent. Is ibi in morbum incidit, ac satis vehementer, diuque ægrotavit. Idem de Senect. Adolescentes faciliùs in morbos incidunt, graviùs ægrotant, difficiliùs curantur. ¶ Transfertur etiam ad animum. Cicer. 4. Tuscul. Vt ea res, ex qua animus ægrotat, oriatur. Sic Adagii forma dicimus, Animo ægrotanti medicus est oratio, ψυχῆς νοσούσης ἐστὶν ἰατρὸς λόγος. Ex Plutarcho ad Apollonium. Ab ægroto fit & Coægroto. Hieron. Quòd si ipsa languerit, coægrotandum est, & nunquam ab ejus lectulo cedendum.

Aegrōtātĭo, f.t. verbale, quod & ipsum propriè de corpore dicitur. [חלי chóli. νόσημα. Gall. *Maladie, infirmité*. Ital. *Malattia, infirmità*. Germanic. Kranckheit. Hispanic. *Enfermedad*. Polon. *Choroba, niemoc*. Vngar. *Betegeskedés*. Angl. *Sicknesse, infirmitie*.] Cicer. 3. Tusculan. Sed propriè, ut ægrotatio in corpore, sic ægritudo in animo. ¶ Aliquando tamen de animo dicitur, quemadmodum & verbum à quo descendit. Cicer. Tusc. 4: Quis enim dubitārit, quin ægrotationes animi, &c. Vide in AEGER.

Aegĭălŭs, [αἰγιαλός. Gall. *Le bord de la mer*. Ital. *Lito*. German. Das Gestad des Meers. Hisp. *La ribera de mar*. Polon. *Brzeg morski*. Vngar. *Part*. Ang. *The shoare or coaste of the see*.] Latinè dicitur litus. Vnde Achaia propter urbes in litore dispositas, antè αἰγιαλὸς vocata est, teste Plin. lib. 4. c. 5.

Aegilips, ipis. [αἰγίλιψ. Vngar. *Magas és meredek hegy*.] Stephano, dicitur locus editus & penè inaccessus. Latinè sonat relictum à capris: hoc est, locus tàm arduus, quem ne ipsæ quidem capræ queant ascendere. ¶ Est etiam hoc nomine urbs Epiri in prærupta rupe sita: unde & nomen invenit. Author Steph.

Aegilopa, Fistula parva: nomen à capris sumpsit: αἲξ enim capram significat, nec aliud αἰγίλωψ Græcis, quàm Caprinum oculum, non colore aut figura, sed vitio & labe hac quæ huic animali propria & frequens est.

Aegĭlōps, ægilopis [αἰγίλωψ. Gall. *Coquiole, curon*. Ital. *Squala*. Germanic. Wuder Habert / tauber Habert / Hasenbrot. Hispan. *Vna suerte d'avena mone fina*. Polon. *Kuchenie cztres, przedza*. Vngar. *Pibes, mohor*.] Herba est folio verno tempore pilosa, ut lolium, hordeum enecans, quæ & Festuca dicitur, quòd messis tempore, quum semen jam deciderit vacuum reperiatur in modum festucæ. Plin. lib. 18 cap. 17: Est herba quæ cicer enecat & ervum, circumligando se: vocatur orobanche: triticum simili modo æra: hordeum festuca, quæ vocatur ægilops. Hanc Virg. 1. Georg. Latinè vertit Sterilem avenam, in hoc versu: Infelix lolium, & steriles dominantur avenæ. Est præterea Aegilops, abscessus inter nares & magnum oculi angulum, qui si incuriosè tractetur (ut inquit Aegineta) in fistulā vertitur. Dictus Aegilops, quasi oculus caprinus, quòd capræ huic vitio peculiariter obnoxiæ sint. Huic malo medetur Aegilops herba, teste Plin. lib. 25. cap. 13. Vnde & ipsa nomen accepisse videtur.

Aegĭlōps, αἰγίλωψ, κέῤῥις: eadem putatur quæ & Cerrus, arboris glandiferæ species apud Plinium lib. 16 capite 6. ¶ Excellentissima autem Aegilops, inculta amica: libro 16 capite 8. E glandiferis sola quæ vocatur ægilops, fert pannos aridos, muscoso villo canos non in cortice modò, verùm & e ramis dependentes cubitali magnitudine, odoratos, ut diximus inter unguenta. ¶ Est etiam ægilops bulbi genus apud Plin. lib. 19. cap. 5.

Aegina, Aeginetæ, orum, Aeginæa merces, &c. Vide in Propriis.

Aegirino, αἰγείρινον. Vnguenti genus est, teste Ruellio, ex uva popul. arboris confectum, ἀπὸ τῆς αἰγείρου, quam alii album, alii nigram populum credunt.

Aegĭs, dis. [αἰγίς Germ. Ein Brustharnisch.] Munimentum pectoris æneum, à Vulcano fabricatum, habens in medio Gorgonis caput. Quod si in pectore numinis sit, Aegis: si in corpore hominis, sicut in antiquis imperatorum statuis videmus, Lorica dicitur. Virgil. 8. Aeneid. Aegidaque horribilem, turbatæ Palladis arma. Hæc ferè Servius. ¶ Aegis apud Græcos varia significat. Pelliceum tegmen, quod gestant Afri: præterea maris intumescentis undas, ac ventorum procellas & turbines. Alii malunt esse ferè ex coronamentis contextum. Nec desunt, qui putent significare sacerdotem, quæ Athenis solita sit ferre sacram Aegidem, & ita ingredi ad eos, qui nuper duxissent uxores. Vnde factum proverbium: Aegis venit. Quod Suidas indicat dici solitum de iis qui petulanter & impudenter agerent. Vide Erasm. in Chiliadibus. ¶ Est præterea Aegis, scutum Iovis, & Palladis, Iliad. 4. 5, in cujus medio erat Medusæ Gorgonis caput serpentibus vice crinium terribile: quod qui intuebantur, mox vertebantur in lapides: ut apud Ovid. 4. Metamorph. habetur. ¶ Est etiam Aegis, lignum densum, medullæ simile, in larice fœmina nascens, mellei coloris: ex quo pictorię tabulę fiebant, & codicilli immortali penè materia, nullaque rimis aut fissuris obnoxia. Autor Plin. libro 16. cap. 39.

Aegisonus, ut Aegisonum pectus Palladis, apud Valer. Flacc. lib. 3. Argonaut.

Aegithalos, αἰγίθαλος, Avis est apud Aristotelem quæ à Theodoro Parus vertitur. Hermolaus in Plinium.

Aegithus αἴγιθος, Aviculæ nomen est, irreconciliabiles cum asino simultates exercens, quòd nidus ejus, quem ferè in carduis struit, ab asino dissipetur. Contrà ægithus, quoniam alia parte nocere non potest, asini ulcera erodit. Plin. lib. 10. c. 74.

Aegītĭs, penult. prod. αἰγῖτις, Herba est Dioscoridi, quæ notiore nomine Anagallis dicitur.

Aegĭŏgă. ἐκλογαί, pen. correpţ. Caprarum seu rerum pastoralium sermo dicitur, quasi αἰγῶν λόγος. At Ecloga, ἐκλογή, sine diphthongo, electio vel explanatio, sive elegantia dicitur, ut inquit Plin. lib. 4. epist. & Euseb. lib. 4. Eccl. hist. contra Tortellium. Sed vox Aegloga qua majores nostri Virgilii Bucolica inscripserāt, jampridem est à doctis explosa.

Aegŏcĕphălŭs, αἰγοκέφαλος, pen. corr. Avis est linguæ carens. Vide Arist. lib. 2 de Anim. & Plin. lib. 11. cap. 37.

Aegŏcĕrōs, ōtis. [αἰγόκερως. Ger. Ein Steinbock] Signū cœleste est, quod à nobis *Capricornus* dicitur, quod Sol ingrediēs, Solstitium hyemale efficit. Poëtæ fabulātur hunc ex Amaltheę nymphæ capra natū fuisse, & eodē lacte cū Iove educatum: qui postea cœli imperio potitus, veterem collactaneum inter astra collocavit. Invenitur etiā accusativus Aegoceron, ut & apud Græcos poëtas αἰγοκέρων pro αἰγοκέρωτα, & αἰγοκέρῳ, pro αἰγοκέρωτι: Non ab αἰγόκερος, per o quod est ineptissimū, sed Attica per ω declinandi forma. Lucanus: Aegoceron, Cancrumque tenet. ¶ Est etiam Aegoceros, αἰγόκερως Dioscoridi, sive (ut apud Plinium legitur) Aegoceras, herba quæ notiore nomine Fœnumgræcum appellatur: ita dictum, quòd semen habeat in siliquis caprino cornu similibus. Vide Plin. lib. 24. cap. ult.

Aegōn

Aegōn, ōnis, pen. genitivi prod. αἰγὼν. Idem quod caprile: hoc est, stabulum caprarum.

Aegōlethrōs, αἰγόλεθρος, Herba est in Ponto alba, ex cujus flore apes decerpunt mellis genus amarum, quod Heracleoticum, vel Ponticum vocatur: dicta à capris interimendis. αἴξ enim capram, & ὄλεθρος perniciem significat.

Aegōliōs, αἰγωλιὸς, Ulula, Aegolius Plin. lib. 10 cap. 60. quam describit ex Arist. hist. lib. 6. cap. 6. [Gall. *La Dame*. Italic *Barbaiano*, Polon. *Puhacz*.] Avis est lucifuga: cui ungues adunci, color rufus nigro conspersus, oculi prægrandes, cujus vox lugubris ululatu Hanc & Parram vorat Plin. lib. 18. cap. 29. Cujus præter Horatium 3. Car Ode 27. meminit Festus Pompeius.

Aegōnōmŭs, penult corr. m. f. [αἰγονόμος. Gall. *chevrier, garteur de chevres*. Ital. *Pastor di capre*. German. Ein Geissen oder Geißhirt Hispan. *Cabrero, cabrerizo*. Polon. *Koziarz*. Vngar. *Keczke pásztor*. Angl. *A goate, herd, or goateheeper*.] Caprarum ductor: qui & Aepolus, αἰπόλος dicitur, quasi αἶγας πολῶν: id est, capras pascens.

Aegōnychōn. αἰγώνυχον. Germ. Steinhirs.] Dioscoridi herbam illam esse docet Ruellius, quæ in officinis *Milium Solis* appellatur. Alio nomine Lithospermum vocatur.

Aegōphthălmŭs, à Plin. lib. 37. ca. 11, gemma quædam appellatur. quæ caprini oculi speciem præ se fert. αἰγόφθαλμος.

Aegrē. Aegreo Aegresco. Aegrimonia. Aegritudo, Aegrotus, Aegroto, Aegrotatio. Vide AEGER.

Aegypios, & Gypas, αἰγυπιὸς, ἢ γῦπας, Græci vocant, quos Latini vultures [Germ. Geyr. Belg. Gheir. Vngar. *Sas keselyö*.]

Aeeli, ἀέλιοι vel ἀέλλοι dicuntur, quibus duæ sorores nupserunt. Vide Cæl. Rhodig. lib. 28 cap. 24.

Aelūrŭs, penult prod. [αἴλουρος. German. Ein Katz. Belg. Een Katte.] Latinè catus, & felis dicitur Arist. de Animal. Aeluri & Ichneumones tot numero pariunt, quot canes. Aelian. hist. Animal. lib 7: Aelurorum mas quidem libidinosissimus est: fœmina autem amantissima prolis. fugit coitum cum maribus, quoniam semen emittunt calidissimum, & quasi igneum genitalia adurens. Hoc cernens mas, commouens fœtum dilaniat: illa verò prolis desiderio, maris libidine ardentes aditur rursus. Gell lib. 20. ca. 7. Aelurorum quoque oculi ad easdem vices Lunæ, majores fiunt aut minores.

Aemŭlŏr, aris. penult corr. d. p. cum accusativo junctum, idem quod imitor. [מקנא ... *haldeh bedhereh*. ζηλόω, φιλονεικέω. Gall. *Imiter, tascher à faire aussi bien qu'vn autre*. Ital *Imitar à concorrenza*. German. Mit eyfer nach thun / Nachfolgen Hispan. *Remedar en bien*. Polon. *Nasladowacz*. Vngar *Követni*. Angl. *To studie to do as well as other, to followe*] Cicero pro Flacco: Omnes ejus urbis instituta laudare faciliùs possumus, quàm æmulari. Terent. in prol Andr. Quorum æmulari exoptat negligentiam potiùs quàm istorum obscuram diligentiam. Horat lib. 4. Carm. Pindarum quisquis studet æmulari. ¶ Interdum hoc casu. Plaut. in Mercat. Aemulari quia non licet, ioviden. ¶ Interdum ponitur pro invideo, & tum dativo ferè semper jungitur. [קנא *kinné*. φθονέω. Gall *Estre marri qu'on ne face qu'a vn autre*. Ital. *Invidiare vno rammarico con desio di havere lo altrui*. German. Vergönnen/ vergünstig seyn. Hispan. *Aver embidia, remedar en mal*. Polon. *Zajrzeć*. Vngar. *Irigyleödni*. Angl. *To envie*] Cicer. 2. Tusculan. Obtrectare alteri, aut illa vitiosa æmulatione, quæ rivalitati similis est, æmulari, quid habet utilitatis? Et paulò pòst: Quumque corporis facibus inflammari soleamus ad omnes ferè cupiditates, eoque magis incendi, quòd his æmulemur, qui ea habent, quæ nos habere cupiamus, &c. ¶ Propriè autem Aemulari significat cum quadam invidia atque ambitione & quasi certamine conari alienum opus superare, ut inde majorem gloriam consequamur, quàm ille quem æmulamur. Plin. ad Genit. lib. 7: Tu mihi bonum animi facis, qui libellos meos de ultione Helvidii, Demosthenis orationi κατὰ Μειδίου confers. Quam sanè cùm componerem illos, habui in manibus non ut æmularer (improbum enim ac penè furiosum) sed tamen imitarer & sequerer tantum quantum aut diversitas ingeniorum maximi & minimi, aut causæ similitudo pateretur.

Aemŭlātĭo f. t. Imitatio virtutis, invidia Nam & in bonam & in malam partem accipitur [קנאה *kinéah*. ζῆλος. ζηλοτυπία Gall. *Envie d'ensuivre quelqu'vn, ialousie*. Ital *Il cor referire, l'imitare altri in qualche opera industriosamente*. German Nachfolgung/ Eifer. Item, Vergunst Belg. Naevolghen ghemt hoet oft liefde. Hispan. *Remediamiento en bien ò en mal, embidia*. Polon *Nasladowanie, namiętność*. Vngar. *Kövétés, és Irigykedés*. Angl. *Following of vertue, and a in fall wing the n ders of another*] Cic. Tusc. 4: Aemulatio dupliciter dicitur, ut in laude & in vitio nomen hoc sit. Nam imitatio virtutis æmulatio dicitur: & est æmulatio ægritudo, si eo, quod concupierit, alius potiatur, ipse careat.

Aemŭlātŏr, oris. idem quod Aemulus. Cic. Attic. lib. 2: Servilius æmulator Catonis. ζηλωτής.

Aemŭlŭs, Invidus, m. f. [מקנא *mekanné*. φθονερός. Gall *Imitateur, envieux*. Ital. *Imitatore della altrui opera invido*. German. Nachfolger eines dinges/ Vergünstig. Belg. Een voerer ende nevolgher. Hispan. *Embidioso en bien y mal*. Polon. *Zazdrośny, przeciwnik*. Vngar. *Irigy*. Angl. *An follower, that envyeth*] ut, Aemula, senectus, apud Virgil. Aeneid. Quæ quasi invidere nobis videtur jucundiores ætatis fœlicitatem. ¶ Item eiusdem rei studiosus sectator, atque imitator. ζηλωτής, Cicer. Attic. 6: Licebit cum solus ames, me æmulum non habebis. ¶ Eiusdem musæ æmulus, pro eiusdem artis studioso, usurpatur à Gellio proverbii vice. Aemulus alicujus de re aliqua: Id est, contendens cum aliquo de re aliqua. Plin lib. 15. cap. 18: Fama æmula Herculei laboris: non minor quàm quæ de Hercule olim ferebatur: vel quàm si adventaret Hercules. Sil Italic. lib. 4.

Aemulum Solis & Lunæ, sydus Veneris, Plin. lib. 2. cap. 8: Aemula labra dixit Martialis lib. 1.

Aēneŭs, a, um, penult. corrept. idem est quod æreus. [נחושת *nachusch*. χάλκεος. Gall. *Qui est de cuivre ou d'airain*. Ital. *Cosa fatta di bronzo*. German. Erin/ Das von Ertz gemacht ist. Hisp. *Cosa de alambre ò rame*. Polon. *Miedziany*. Vnga. *Rezes, valo*. Angl. *Made of brasse or copper*.] Colum. lib. 12 cap. 20: In coctura æruginem remittunt ænea vasa. Cic. 6. Ver Lectos æratos & candelabra ænea Vide AHENEVS.

Aeneātōrēs. Dicti sunt tubicines ab ænea tuba. [מחצצרים *machtsetsrim*. σαλπιγκταί. Gall. *Trompeteurs* Ital. *Trombetti*. German Trommeter. Belg. Trompetteerс Hispan. *Tanñedores de trompetta*. Pol. *Trebacz*. Vng. *Trombitások*. Angl. *Trompetterres, which blowith the trompette*] Ammian. lib. 19: Quum supercesset exiguum noctis eneatorum clangore ductores urbem, ut mox casuram, terribili corona cinxerunt. Suet. in Cæs. Dict. cap. 32.

Aenĭgmă, atis, n. t. [חידה *chidá*. αἴνιγμα. Gall. *Enigme, Sentence obscure & couverte*. Ital. *Enigma, all goria oscura*. Germ. Ein Rätterschafft/ ein spitzfündige Frag. Belg. Een verborghen vraghe oft raetsel. Hisp. *Sentencia obscura*. Po. *Gadka wystowasa*. Vngar. *Mese*. Angl. *A ridle, or intricat question*.] Obscura allegoria, vel quæstiuncula obscura, quæ difficile intelligitur nisi aperiatur, ab αἰνίσσω, obscurè, loquor, innuo. Innuitur enim quiddam, quod pluribus explicandum est. Hujusmodi est illud libri Iudicum: De comedente exivit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Gel. l. 12. c. 6: Quæ Græci dicunt Aenigmata, hoc genus quidam ex nostris veteribus Scrupos appellarunt.

Aenigmătĭcŭs a, um, αἰνιγματικὸς, Obscurus, & ænigmatibus involutus.

Aenigmătistēs, [αἰνιγματιστὴς, Germ Ein Rätterschafft meister/ der Rätterschafft auffgibt. Belg Een dee raetsele vraecht. Vngar. *Mesellö, Meselö*.] Qui ænigmata facit, seu proponit. Hieronymus contra Iovin. Sed quid ad nostrum ænigmatisteo, cujus libros multò difficilius est nosse, quàm vincere.

Aenum, genus vasis, ab ære, quod & racabus sive caldare dicitur [χαλκεῖον Germ. Ein Kessel Belg. Een Ketel oft panne.] Dividitur quandoque diphthōgus per diæresim, & tunc (ut Serv. docet) aspiratio interponitur, ut apud Horatium: Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum. Virg. Aut foliis undam tepidi dispumat aheni.

Aenŭs, adjectivum, idem significat quod æreus. Virgil. 2 Aen. & luce coruscus ahena. Quem Virg. locum Gell. lib. 2. cap 3. testatur se vidisse in vetustissimo exēplari, & Virgilii (ut ipse credebat) archetypo: ubi aspiratio in dictione aena non interposita erat literis quemadmodum nunc scribimus, sed Græcorum more literis superposita.

Aenus, adjectivum, Vide AHENVS.

Aequābĭlis, Vide AEQVVS.

Aequævŭs, Aequalis, eiusdem ætatis, ab æqualitate ævi. [בן גילו *begbil* ὁμῆλιξ. Gal. *D'vn mesme aage*. Ital. *Della medesima età*. Germ. Gleiches alters. Hisp. *Cosa de igualedad*. Pol. *Rownich albo, Iednich lat*. Vng. *Egy idös*. Ang. *Of the ame age*.] Virg 2. Aen. Vt regem æquævum crudeli vulnere vidi Vitam exhalantem. Nomen est propriè poëticum: nam Aequalis oratorium est Plinius tamen hac voce est usus lib. 6 cap. 44.

Aequāmentum, Aequatio est: quod & Libramentum dicitur, æqua utrinque portione propendente. ἰσοστάσιον. Sic enim vertit Gaza locum Arist. de Animalibus.

Aequănĭmis, & hoc Aequanime, & Aequanimus, a, um, qui est æqui animi. qui nec prosperis extollitur, nec adversis frangitur. [ארך אפים *erech appájim*. εὔθυμος, ἰσόψυχος. Gall. *Qui prend bien les choses qui suruiennent sans se fascher & ennuyer*. Ital. *Quello che è d'animo temperato*. German. Demütig/ der alle zufäll mit geduldt trag. Belg. Gestadich van herten. Hisp. *Paciente y suffrido*. Pol *Dobrotliwy stały w szczęściu y w nieszczęściu*. Vngar. *Tsendez szivü*. Ang. *Patient, which tak eth all in a good part*.] Ausonius: Aequanimus fiam te iudice, sive legenda, Sive tegenda putes carmina quæ dicimus.

Aequănĭmĭtās, f. t. Favor, & propitius animus. [ארך אפים *erech appájim* ἰσοψυχία, εὐθυμία. Gall. *Patience*. Ital. *Temperanza d'animo*. German. Demut. Hisp. *Pasientia, y suffrimento*. Polon *Ziczliwość, Skłonność*. Vngar. *Io akarat*. Angl. *Patience in adversitie as in prosperitie*.] Terent. in Adelph. Facite, æquanimitas vestra Poetæ ad scribendum augeat industriam.

Aequănĭmĭtĕr, Moderatè patienter æquo animo. [εὐθύμως, sive ἰσοψύχως, Germ. Gedultiglich Belg. Lydsaemlick/ gheduldelick.] Macrob. Satur lib. 2. cap. 4. Cùm æquanimiter aliqua etiam jocis mordaciora pertulerit.

Aequātĭo, Vide Aequo, æquas in AEQVVS.

Aequātŏr, toris, Circulus in cœlo sphæram dividens in duas partes æquales, parem utrimque versus polos Mundi distantiam relinquens, in quem quum Sol inciderit (quod bis contingit in anno: semel in principio Arietis, atque iterum in principio Libræ) dies fiunt æquales nocti in toto orbe terrarum. ἰσημερινὸς.

Aeque,

Aeque, vide AEQVVS.

Aequidiale, dictum ab antiquis, quod nunc dicimus Aequinoctiale, quia nox, dici potiùs quàm dies nocti annumerari debet. *ἰσημερινόν*. Sic etiam Aequidies *ἰσημερία*, quod nunc Aequinoctium Festus. Architrenius lib. 8. ca. 9: -Aequator sole statione reflectit Aequidiemque facit.

Aequidici versus *ἰσοκωλοι* dicuntur, qui singulis proportionibus *ἀντίθετα* apparant versus dictiones: ut, Alba ligustra cadūt, vaccinia nigra leguntur. Albis enim nigra, ligustris vaccinia attribuit, & cadentibus legenda assignavit. Hæc ex Diomede Grammatico lib. 3.

Aequiformis, *ἰσόσχημος*. ut versus æquiformis, apud Diomedē Grammatic. lib. 2.

Aequilatatio, *ἰσοπλατής*, *εος*. Nomen duriusculè compositum ex æquo & latum, quasi æqualium linearum secundum latitudinem productio. Vitruv. lib. 2 cap. 8: Tunc ab centro diducto circino ad lineam planitiæ æquilatatio signetur.

Aequilanium, n. s. videtur ex æquus & lana compositum. Festus: Aequilanium significat ex toto dimidium, dictum à lavatione lanæ, quæ dicitur æquilanio redire. quum dimidium decidit sordibus. Scribitur in nonnullis codicibus, Aequilaviū, ut sit ab Aequus & lavo, lavas.

Aequilibrium, n. s. Aequatio libræ: [פלס *pèles* משקל *mischkál*. *ἰσοῤῥοπία*. Gall. *Pareil poix, entre deux fers.* Ital. *La languetta della bilanza.* German Gleiche der wag/wann die wag gleich instht. Belg. Als die waghe stare/oft ghelycke. Hisp. *Peso que yguala à otro tanto peso.* Pol. *Rowne postanowienie wagi.* Vngar. *Ig yenlö mertek.* Ang *Equall weight.*] quod & Aequamentum & Libramentum dicitur & Trutina, quum pro bilancis seu stateræ lingua sumitur. *ζυγός*. Gellius: Nunc cui membrum ab alio ruptum est, si ipse eidem rumpere per talionem velit, quæro an efficere possit rumpendi pariter membri æquilibrium.

Aequilibris, & hoc bre, penult. product. Ex Aequus & Libra compositum, propriè significare videtur, quod ad libram æquali constat pondere, ut si dicas. Hi nummi sunt æquilibres: id est, æquali pondere. [במשקל אחד *bemischkál echádh* שוה *schaveh*. *ἰσόῤῥοπος*. Gall. *Tout d'vn poix, d'vn mesme poix.* Ital. *Di vgual peso.* Germ Gleichgewichtig. Hisp. *De peso ygual.* Pol. *Rownei wagi.* Vngar. *Egyarant nyomó.* Ang *Of the same weight.*] Transfertur tamen ad aliam æqualitatem. Vitruv lib. 5 cap. 12: Sesquipedales margines struantur æquilibres ei planitiæ, quę suprà scripta est: hoc est, omnino æquales, quasi ad libram æquati, vel quasi æqualiter librati.

Aequilibritas, atis, f. t. æquabilitas, æquabilitas. [*ἰσονομία*. Vng. *Egyarant vi onyomás.* Ang. *Equalnes of weight.*] Cicer. primo de Nat. deor. Confugit ad æquilibritatem: sic enim *ἰσονομίαν* (si placet appellemus.

Aequimanus, penult corr. idem quod ambidexter, qui scilicet utraque manu æquè utitur: nos enim sinistram immunē & propemodum ineam utilem quæ gerimus: quibusdam utraque est munifex & operosa. Isidorus æquimanus appellatur, qui utraq; manu gladio incunctanter utitur.

Aequimentum, ait Nonius: sed melius Equimentum: de quo vide suo loco.

Aequinoctium, n. s. Ab æqualitate noctium dicitur, quod tunc dies & nox horarum spatio æquales sint. [שווי *schivvúi* יום *bejóm.* *ἰσημερία*. Gall. *L'equinoxe* Ital. *Equinottio.* Germanic. Die zeit/so tag vnd nacht gleich sind. Hispan. *La ygualdad del dia y de la noche.* Vngar. *Az eynekes napnak egyenlö volta.*] Cic. ad Attic. Nunc quidem æquinoctium nos moratur, quod valde perturbatum erat. Duo sunt autem æquinoctia. Vernale scilicet & Autumnale. Vernale fit quarto Idus Martias. vel circa octavum Calend. April. & in octava parte Arietis conficitur. Autumnale decimo octavo Calend Octobr. ante Vergiliarum occasum, diebus quadraginta. Annum enim olim in duas tantùm partes dividebāt: hoc est, in æstivum, & hyemale solstitium. [Pol. *Rowna nocy z dniem*]

Aequinoctialis, adjectivum: [*ἰσημερινός*. Gall. *Equinoctial.* Ital. *Cosa pertinente all equinottio.* Germanic. Das zu der tags vñ nach e gleiche gehört. Hispan. *Cosa de aquella ygualdad.* Polon. *Rownosyci wrzeja.* Ang. *Equinoctial.*] ut, Tempus æquinoctiale & Horæ æquinoctiales, quarum 14. exæquant diem naturalem. Plinius libro 2. capite 73: Sic fit, ut vario lucis incremento in Meroë longissimus dies XII. horas æquinoctiales, & octo partes unius horæ colligat. Catul. Iam ver egelidos refert tepores, Iam cœli furor æquinoctialis, Iucundis Zephyri silescit auris.

Aequiparo. as, penult corr. Comparo, æquo. [שוה *schivvah*. דמה *dimmáh* *ἰσόω*. Gall. *Egaler, parangonner.* Ital. *Agguagliare.* German. Vergleichen. Belg. Vergheliyken. Hispan. *Ygualar vna cosa a otra.* Polon. *Zrownaia.* Vng. *Egyenlö vészem.* Ang. *To compare, to mak equall.*] Cicer. 5. Tusc. Nemo est qui factis me æquiparare potest. Virgil. 3. Eclog. Nec calamis solùm æquiparas, sed voce magistrum.

Aequiparabilis & hoc le. om t. Comparabilis, æqualis. [דמה *dimeh*. *ἰσωτός*. Gall. *Equiparable, digne d'estre egalé.* Ital. *Cosa che si può comparare.* German. Gleichlich / Das wol zu vergleichen ist. Hispan. *Cosa que se puede ygualar.* Polon. *Latwi do zrownania.* Vngar. *Hasonlíthato.* Ang. *Equall, comparable.*] Plaut. in Trin. Ita tu nunc dicis, non esse æquiparabiles vestras cum nostris factiones, atque opes.

Aequiparatio. f. t. Comparatio, æquatio. [דמיון *dimjón*. *ἰσωσις*, *σύμβλησις*. Gall. *Egalement, comparaison* Ital. *Comparatione, parragone.* German. Vergleichung Hispan. *Ygualdad.* Polon. *Zrownanie.* Vngar. *Hasonlítás.* Ang. *Comparison.*] Gell. lib. 4. c. 3: Aequiparatio ipsa plerumque & parilitas virtutum inter se consimilium.

Aequipes, *ἰσόπους*, *ἰσοσκελής*. Apuleius lib. de Dogmate Platonis: Aequipedum verò trigonum efficere ex sese quadratum: Quadratum verò cubum. Diomedes Gram. lib. 3: Aequipedi sono tubicen spondalium canere jubebant.

Aequipolleo, les, per duplex l, Parem potestatem habeo, idem valeo: [*ἰσοδυναμέω*. German. Gleiches vermögens seyn. Belg. Van gheliycken vermögen sin. Vngar. *Egyenlö hatalmu vagyok.* Ang. *To haue equall power.*] & Aequipollentia, æquivalentia. Perottus.

Aequipondium, ex adiectivo Aequum, & Pondus. Ponderis æqualitas.] פלס *pèles* משקל *mischkál*. *ἀντίσταθμος*. Gall. *Egal poix.* Ital. *Contrapeso giusto.* Germ Gleich gewichte. Hispan. *Peso que yguala à otro tanto peso.* Polon. *Rownosyci wagi.* Vngar. *Egyarant nyomo terhh.* Angl. *Equall weight.*] Ut si dicas, Aurum dedi ad argenti æquipondium. Legitur hoc nomen apud Vitruv. lib. 10: cap. 8: apud quem & Sacoma pro eodem.

Aequitas. Aequo, æquus, Vide AEQVVS.

Aequivaleo, es, penult. corrept. æquipolleo: assequor, tantundem valeo. [שוה *schaváh* ערך *harach*. *ἰσοδυναμέω*, *ῶ*. Gall. *Valoir autant.* Ital. *Poter parimente.* German. Gleich vermögen / gleich gelten. Hispan. *Valer otro tanto.* Polon. *Iednako waże.* Vng. *Egyenlö vagyok.* Ang. *To be of alyk valeur.*] Ovid. de Philomela: Nam quanvis aliæ volucres modulamina tentent, Nulla potest modulis æquivalere tuis.

Aequivocum. A Marciano vocatur Plurivocum, quando pluribus rebus eadem est appellatio. ut Aries. Nam & machinamentum quo muri expugnantur, & sidus in cœlo, & animal in terris Aries vocatur. *ὁμώνυμον*.

Aequor, oris, n. t. Mare dicitur, quòd æquam superficiem habeat sive planum sit, nullis jam à tempestate fluctuantibus procellis. [מישור *mischór*. *πέλαγος*. Gall. *Vne plaine, le plan de la mer.* Ital. *Mare, pianura.* German. Das Meer. Belg Die Zee/ende vlacheyt/oft effenheit des velde Hisp. *Llanadura del mar ò del campo.* Polon. *Morze.* Vngar. *Tenger.* Ang. *The sea.*] Cic. Academ. Quæst. Quid tam planum quàm mare: ex quo etiam æquor illud poëtæ vocant. Virgil. 1. Aeneid. 1: Heu quæ nunc tellus, *inquit*, quæ me æquora possunt Accipere? Idem Georg. 3: At priùs ignotum ferro quàm scindimus æquor. Interdum ponitur pro planitie ipsius terræ. Cic. de Div. 1: Sic enim Aegyptii, sic Babylonii in camporum patentium æquoribus habitantes, quum ex terra nihil emineret, quod contemplationi cœli officere posset, omnem curam in siderum cognitione posuerunt. ¶ Quandoque pro aëre. Virg. 1. Aen. Aspice bis senos volitantes æquore cygnos.

Aequoreus a. um, Quod ad æquor pertinet. [*πελάγιος*. Germ. Des Meere. Vng. *Tengeri.*] Mart. lib. 13: Hic scarus æquoreis qui venit obesus ab undis. Virgil. 4. Aen. Et genus æquoreum, pro piscibus. Bustum æquoreum: id est, sepulchrum in littore maris erectum. Valer. Flac lib 5. Argonaut. Talis ab æquorei consurgens aggere busti Emicuit.

Aequus, a, um. in quo nihil eminet, nihilque est inæquale. [ישר *iaschár* שלם *schalém*. *ὁμαλός*, *ἴσος*. Gal. *Plain & vni, esgal, raisonnable, equitable.* Ital. *Vguale piano giusto.* Germ. Eben / gleich. Belg. Effen, gheliyck, ferwelich Hispan. *cosa ygual, ò justa ò suficiente.* Polon. *Rowny.* Vng. *Sik, igyenös, igaz.* Ang. *Plaine, egall.*] Cicer. pro Cecin. Sed ne æquo quidem & plano loco. ¶ Interdum ponitur pro integro, probo & justo, quique nullam in partem se inclinet. Cic. 6. in Verr. Prætor æquus & sapiens dimitti jubet, senatum. [Germ. Ein billicher/ein gerechter. Belg. Billick] ¶ Ponitur aliquando pro favente, vel suffragante: & hoc interdum cum dativo, Te mihi equum præbere debebis. Cicer. ad Attic. Consequens, ut eos ipsos, contra quos statuas, æquos placabilesq; dimittas. Ad rem quoque aliquando refertur, ut Aequa conditio, æqua lex, æqua postulatio. Terent. in Eun. Quare æquum est vos cognoscere & ignoscere. ¶ Aliquando equus, pro æquali legitur, sive æquè magno. Terent. in Eunucho: O Thais, Thais, utinam esset mihi pars æqua amoris tecum. Virg. 2. Aeneid. -sequiturque patrem non passibus æquis. ¶ Aequum neut. gen. idē quod æquitas, *τὸ ἐπιεικές*. Virg. 2. Aen. -cadit & Ripheus justissimus unus, Qui fuit in Teucris, & servantissimus æqui. Estque naturalis quædam moderatio, quæ in pectoribus hominum residet, nec satis legi præscribi potest. Definitur aliter absoluta bonitas & æquitas, & viri medulla, germanaq; justitia. Item jus non lege comprehensum: id est, legitimum, sed legitimi juris emendatio, Græcè *ἐπιείκεια*. Aequus judex, quem vulgus non suspectum judicat.

Aequi bonique facio, in bonam partem accipio. [*ἐν ἀγαθῷ μέρει τίθημι*. Gal. *Prendre en bonne part.* Ital. *Pigliare in bona parte.* Germanic. Zu dem besten theil auffnemmen vnd verstehn. Hispan. *Tomar in buena parte.* Polon. *Przyimuię za dobre, mam za dobre.* Vngar. *Végre magyarázom.* Angl. *To tak in a good part.*] Potest etiam accipi pro non magni pendo. *ὀλιγωρῶ* *αὐτοῦ τι*. Terent. Cæterùm equidem istuc Chreme, æqui boniq; facio. Liv. Ne serpat latiùs contagio ejus mali, nos æqui bonique facimus. Cicer. ad Attic. sine copula dixit, aequi boni facit. Hæc lo-

Hæc loquendi formula à jurisperitis est profecta. Illi enim Aequum bonum appellant, quando non stricto & summo jure, sed ex æquitate naturali, quæ est legitima iuris moderatrix, negotium deciditur. ¶ Ex æquo & bono statuere arbitrari, censere, æstimare. ¶ Aequum & bonum impetrare: id est, suum obtinere, rem suam recipere, quod æquum erat auferre.

Aequābĭlĭs, om. t. æqualis. [ישר jaschár. ἴσ☉, ὁμαλὸς, ἰσόνομ☉. Gall. *Egal, bien proportionné*. Ital. *Vguale*. Germ. Gleich. Hispan. *Cosa tambien ygual, y amigable*. Polon. *Kształtny, gładký*. Vngar. *Igyenlö*. Ang. *Egall*.] Cicer. Offic. 1: Sed hóc colendum est æquabile, & temperatum orationis genus: hoc ast, quod uno tenore incedit, nec multis figuris & affectibus variatur, sicut solet orationum stylus. Idem pro Cecinna: Quod æquabile inter omnes, & omnibus unum esse possit.

Aequābĭlĭtās, f. t. æqualitas. [ישר jóscher מישור mischór. ἰσότης, ὁμαλότης. Gall. *Esgalité*. Ital. *Vgualità*. German. Gleichförmigkeit. Hispan. *Ygualdad*. Polon. *Jednostajność*. Vng. *Igyenlöség*. Ang. *Equalitie*.] Idem ferè quod æqualitas: hoc est, certus quidam rerum modus, & constantia: vel sibi constans, & nullâ parte in virium inclinans ratio: ut Aequabilitas vitæ, in qua nulla est perturbatio, neque varietas aut discrepantia. Cicer. 1. Offic. In liberis verò populis, & in juris æquabilitate exercenda etiam est facilitas. Ibidem: Aequabilitas tum universæ vitæ, tum singularum actionum maximè decora est.

Aequābĭlĭtĕr. [ὁμαλῶς, ἰσονόμως. German Gleichlingen. Vng. *Igyenlö képpen*.] Idem 2. Orat. genus facetiarum æquabiliter in omni sermone fusum. Idem 2. de Nat. deor. Tactus autem toto corpore æquabiliter fusus est.

Aequālĭs, om. t. par æquè magnus, æquabilis. [שוה schovéh שוה ... ἴσ☉, ὁμαλὸς. Gall. *Pareil, esgal*. Ital. *Piano, vguale*. German. Gleich. Hispan. *Co a ygual a otra cosa*. Polon. *Rowny*. Vngar. *Egyaránt, Igyenlö*. Ang. *Alyk, equall*.] Cic. 3. de Leg. Paupertatem divitiis etiam inter homines æqualem esse voluimus. Idem 3. de Oratore: Et Cretici æqualis Pæan, qui spatio par est, syllaba longior. ¶ Interdum accipitur pro simili, ὅμοι☉. Plin. Quum & ipse æqualem fortunam expertis fuissem. ¶ Refertur & ad ætatem: dicunturque æquales, ἥλικες, qui pares sunt ætate & æquè multos numerant annos. Coætanei verò ὁμηλικιῶται dicuntur, qui ætate eadem vixerunt, etiamsi alter altero annis multis fuerit major. Sic Ciceronem, & Augustum coætaneos fuisse dicemus, æquales verò nequaquam. Cicer. in Catone: Nec cum æqualibus solùm, qui pauci admodum restant. Idem de Clar. Oratoribus: Livius Ennio æqualis fuit. ¶ Proverbialiter dicimus Aequalis æqualem delectat. ἥλιξ ἥλικα τέρπει. pares enim facillimè congregantur. Nam prima familiaritatis conciliatio proficiscitur ab ætatis æqualitate, quam Græci vocant ὁμηλικίαν. Ad quod alludens Homerus in Odyss. ο, ait: αὐτὰρ καὶ ὁμήλικες εἰμέν. id est: quin etiam sumus æquævi. Vide Aristotelem primo Rhetoric.

Aequālĭtās, f. t. Similitudo, paritas, seu æquabilitas. [ישר jóscher מישור mischór. ἰσότης, ὁμαλότης. Gall. *Esgalité*. Ital. *Vgualità*. Germ. Gleiche. Hispan. *Ygualdad*. Polon *Równość*. Vngar. *Valaminek egyaránt való volta, Igyenlöség*. Ang. *Equalitie, lyknes*.] Cicer. Topic. Multa autem sunt quæ æqualitas ipsa comparantur. Plin. lib. 30. cap. 31: Carnesque quæ excrescunt, ad æqualitatem redigit: explet quoque, & ad cicatricem perducit. ¶ Parœmia Pythagorica est, Amicitia æqualitas. Amicus alter ipse: Τὴν φιλίαν ἰσότητα εἶναι, καὶ μίαν ψυχήν. Τὸν φίλον, ἕτερον αὐτόν. Neque enim quicquam non commune, ubi fortunarum æqualitas: neque dissensio, ubi idem animus: neque divortium, ubi coagmentatio duorum in unum. Vide Arist. Magnor. Moral. 2. & Plat. de leg. 6. ¶ Huic proverbio est illud simile, Aequalitas haud parit bellum, τὸ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ. Aequalitate enim continetur concordia, inæqualitas discordiarum est mater. Solonis est apophthegma in Plutarcho.

Aequālĭtĕr, æquabiliter, similiter, pariter, ex æquo. [בשוה beschavéh יחד jáchadh. ὁμαλῶς, ἴσως. Gal. *Esgalement, pareillement*. Ital. *Vgualmente*. German. Gleichlich. Hisp. *Ygualmente*. Polon. *Rownie, Takže, wraz*. Vnga. *Egyaránt, Igyenlö képpen*. Ang. *Equalie*.] Cicer. 4. Acad. Aequaliter omnibus abrogatur fides: hoc est, tàm his abrogatur quàm illis.

Aequē, adverbium, pariter, similiter, æqualiter, justè. [יחד jachadh במישור bemischór בצדק betsedhék. ὁμοίως. Gal. *Aussi, pareillement, iustement*. Ital. *Giustamente, vgualmente*. German. Billiglich. Hispan. *Ygualmente ò por tambien, ò iustamente*. Polon. *Wraz*. Vngar. *Azon képpen, Igyenlö képpen*. Ang. *Equallie, iustlie*.] Seneca: Iudex qui parte inaudita altera aliquid statuit, etiam si æquè statuerit, haud æquus fuit. Cicer. 1. Offic. Benevolentia civium non æquè omnes egent. Idem Famil. 13: Literæ utique nostrûm propè æquè gratæ erant. ¶ Interdum significat Tàm, vel Tantùm, vel Similiter, ὁμοίως, & admittit Ac, vel Atque, vel Vt. Sueton in Cæsa. Nihil æquè, ac judicis acerbitas profuit. Terent. in Andr. Miseræ æquè atq; ego. Cicer. Attic. Simul quòd æquè ea quæ sunt, ut ea quæ certè futura sunt videre non possum. ¶ Interdum admittit quàm, ut Suetonius in Claudio: Sed nihil æquè quàm timidus ac diffidens fuit.

Aequĭlībrālĭtās, ἰσονομία. Cic. de Nat. deor. Etsi alii legunt *Aequabilitas*, alii *Aequalitas*.

Aequĭtās, f. t. Aequalitas, æquum & bonum, æquum. [מישור mischór ישר jóscher צדק tsédhek. Gall. *Egalité, equité, moderation de droict*. Ital. *Pianura, iustitia*. German. Billigkeit. Hispan. *La iusticia que templa lo derecho*. Polon. *Słuszność, sprawiedliwość*. Vnga. *Igasság*. Angl. *Iustice, equitie*.] Cicer. 2. Offic. Difficile est cum præstare omnibus cupieris, servare æquitatem quæ est justitiæ maximè propria. Sæpenumerò autem accipitur Aequitas pro perfecta quadam ratione, quæ leges, strictúmque jus interpretatur, & emendat, nulla Scriptura comprehensa, sed solùm in vera ratione consistens. Cicero pro Cecinna: Omnino jam bene agis: à verbis enim recedis, & æquitate uteris. Idem pro Plancio: Fugisti sententiam legis, æquitatem omnem rejecisti. ¶ Pro eodem etiam dicimus Aequum & bonum. Idem pro Cecinna: Ex æquo & bono, non ex callido versutoque jure rem judicari oportet. ¶ Aequitas animi est constantia quædam ac moderatio, quum æquo animo, patienterque omnia ferimus, & in bonam partem accipimus. εὐγνωμοσύνη. Cicero 2. ad Atticum: Perspice æquitatem animi mei. Idem de Senectute: Novi enim moderationem animi tui & æquitatem. Pro eodem etiam legitur Aequitas absolutè. Idem in Pisonem: Quo in spectaculo mira Reipublicæ æquitas erat, uter eorum perisset, tanquam lanista. Cicer. in Partition. duplicem vim æquitatis constituit, cuius altera directi, & veri, & justi ratione constet: altera ad vicissitudinem referendæ gratiæ pertineat, quæ in beneficio Gratia, in iniuria Vltio nominatur.

Aequĭtĕr, ἴσως, adverb. pro æquè. Accius Antenoridis: Ad populum intelligo referendum, quoniam æquiter sententiæ fuere. Livius Aegistho: Nam ut pergam accensa, & prædam per participes æquiter partita est Nonius.

Aequo as, avi. p. Aequum, sive æqualem facio, comparo, complano. [שוה schivvah דמה damah. ὁμαλίζω. Gall. *Applanir, egaler, faire vni*. Ital. *Spianare*. Germanic. Eben machen / gleich machen. Hisp. *Ygualar vna cosa ò otra*. Polon. *Rownam*. Vng. *Meg igyenesítöm, egyaránt teszöm*. Angl. *To mak equall or plane, to mak euen*.] Plinius Aequato deinde pavimento infunditur oleum. Cicer. in Verr. 6: Quo in summo est æquata agri planities, & aquæ perennes. Et hæc propria est huius verbi significatio. ¶ Per translationem autem significat æqualiter divido. Virgil. 1. Aeneid. operumque laborem Partibus æquabat iustis. ¶ Aliquando continuo. Idem 9. Aeneid. fœlix si protinus illum Aequasset nocti ludum. ¶ Aequare solo urbes, domos, turres, ædificia, Vsque ad superficiem terræ diruere & complanare. Liv. 4. belli Pun. Solo æquata omnia inter salinas ac portam Carmentalem cum Aequimelio Lugaridque vico. Sic sæpe legimus urbem solo æquatam: id est, funditùs eversam sive dirutam. Aequare solo Dictaturam, Metaphoricè dictum pro Abrogare, & omnino abolere. Liv. lib. 6. ab Vrbe. ¶ Accipitur etiam frequenter Aequare. pro eo quod dicimus, Aequalem vel parem alicui facere, vel etiam quempiam aliqua in re assequi. Atque ita interdum construitur cum præpositione Cum Cic. de Legibus 3: Inventum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus se æquari puterint. Interdum cum dativo. Idem Offic. 1: Vt non solùm orationes meas, sed hos etiam de Philosophia libros, qui se jam illis ferè æquarunt, studiosè legas Interdum absolutè. Cæs. Bell Gall. 1: Vt æquato omnium periculo spem fugæ tolleret. ¶ Huius composito Adæquo, Coæquo, Exæquo, & Peræquo, quæ secundum vim præpositionum significant.

Aequātĭō, verbale. f. t. Aequalitas. [ישור jóscher מישור mischór. ὁμάλυνσις. Gall. *Applanissement, egalement*. Ital. *Pareggiamento, equalita*. German Ein ebne/gleiche. Hisp *Obra de ygualar vna cosa a otra*. Polon. *Rownanie*. Vng. *Igyenesítés*. Ang. *A making of any thing equall or plane*.] Liv. 4. ab Vrbe: Nec excellere unum aut alterum ordinem in civitate, sed æquationem ad dignitatem fore credidit, &c.

Aēr m. t. [שחק schāchak אויר avir. ἀήρ. Gall. *L'air, vn des quatre elemens*. Ital. *Aere, aria*. Germanic. Der Lufft/oder die weite zwischen der Erden vnnd dem Himmel. Belg. Locht die weide tuschen den Hemel en die Erde/een van den vier Elementen. Hispan. *Ayre elemento*. Polon. *Powietrze*. Vngar. *Eeg, élsteó Eeg*. Ang. *The aire*.] Propriè dicitur medium spatium inter elementum ignis & terram, plus multò habens raritatis, quàm inferiora elementa. A Virgilio etiam inane vocatur, in Sileno: Namque canebat uti magnum per inane coacta Semina. Dictus Aër (ut quidam autumant) ἀπὸ τοῦ αἴρειν, ab eò quòd ferat terrum, vel quòd feratur. Sed credo potiùs dici, ab ἄημι: id est, spiro: unde producit ultimam. Liv. libr. 1: Aër & longi volvent Titana labores. Qui corripiunt, Claudiani depravata lectione falluntur, dum sic legunt: Lucidus umbroso miscebitur aër Averno. Vera siquidem lectio non habet *Aër*, sed *Axis*. Alioqui neque quantitatis ratio constaret, neque sensus conveniret. Hic autem aër partim ad terrenam, partim ad cœlestem materiam pertinet. Nam ille subtilis, ubi ventosi ac procellosi motus nō possunt existere, ad cœlestem pertinet partem: iste verò qui volucribus permeatur, & stadiis quadraginta (ut Possidonius ait) à terra distat, quum sit turbulentior, & exhalationibus humidis corporescat, terræ deputatur, atque ex se multas species reddit. Nam commotus, ventos facit: vehementiùs concitatus, ignem & tonitrua: contractus, nubila: conspissatus, pluviam: congelatis nubibus, nivem, turbulentiùs congelantibus densioribusque, grandinem: distentus, serenum efficit. Pro-

ficit. Proverbiali figura dicimus: In aëre piscari, & in mari venari. Vsurpatur à Plauto in Asinaria: quadrabitq; simpliciter in eos qui frustra moliuntur τὰ ἀδύνατα: aut qui præposterè ibi quærunt aliquid, ubi ne sperari quidem possit. Vt si quis in magistratibus vitam tranquillam, in voluptatibus beatam, in opibus felicem quærat. ¶ Aliquando Aër dicitur ventus, spiritus: vel flatus modicus. Virgil. Aëra dimovit tenebrosum, & dispulit umbras. ¶ Aliquando dicitur sonus. Varro: Anima ut conclusa in vesica, quando est arctè legata, perculeris, aëra reddet. Est aër omnium rex, & morborum causa. Hippocr. lib. de flatib.

Aĕrĭpēs, quatuor syllabarū, pen. corr. Celer, quasi Aërios pedes habens. ἀερίπους, ἀελλόπους. Virg synæresim facit: Fixerit æripedem cervam licet.

Aĕrĭŭs, adjectivum, quatuor syllabarum, aut Aëreus. [ἀέριος. Gall. De l'air, qui est en l'air. Ital. Fatto di aria. German. Lufftig/ es sey was in dem Lufft ist oder lebt. Hispan. Cosa ayrosa. Polon. Powietrzny, albo, czeko co, k, ... na powietrzu. Vngar. Egi. Ang. That which is of the aire.] Propriè significat quod in aëre fit aut in aëre vivit. Cicero in Topic. Deinceps aërii volatus avium atque cantus. Virg. 4. Georg. Protinus aërii mellis, cœlestia dona. Mel aërium vocat, quia ex rore colligitur, qui ex aëre defluit. ¶ Aliquando altum significat. Virgil. Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo. Et, Alpes aëriæ. Idem 3. Georg. Arces aëriæ, 3. Aen. Divinatio ex aëre.

Ærā, ræ, Numeri nota erat in moneta qua ejus pretium designabatur. Lucilius: Hæc est ratio perversa, æra numeri subducta improbé. Astrologi quoque temporis initium, à quo supputationem incipiunt, Aeram vocant. Vide Cælium Rhodiginum li. 10. cap. 2. ¶ Aera, αἶρα. Herba triticum enecans, quæ apud nos Lolium dicitur, ut Dioscorid. Plin. lib. 18. c. 17: Est herba quæ cicer enecat, & ervum, circumligando se: vocatur orabanche: triticum simili modo æra.

Ærarius, ærarium, & æratus, vide AES.

Æreneus, a, um, Quòd ex æra factum est. Plin. Panis verò cum melle & ærinea farina: id est, loliacea.

Āërŏmantīā, penultima product. ἀερομαντεία, Divinatio ex aëre.

Aerica, Piscis est carnivorus, qui unus inter omnes pisces pediculis sub brachiis innatis infestatur χαλκίς. Aristoteles Chalcidem vocat, si Gazæ credimus, qui lib. 8. Hist. anim. Aericam vertit, quem Aristoteles Chalcidem appellat.

Ærinus, a, um, Sive (ut alii legunt) Æreneus, idem est quod Loliaceus. Vnde Farina ærina, vel ærinea quæ fit ex lolii semine. Plin. lib. 2. ca. 25. Aerina farina magis cæteris purgat ulcera vetera. Vide AERA.

Āĕrĭzūsā, f. p. ἀερίζουσα. Gemma est ex Iaspidū genere, ab aërio colore nomen habens. Nam ἀερίζειν, est aërem imitari. De hac Plin. lib. 37. cap. 8.

Āĕrŏmĕlĭ, ἀερόμελι. Liquor est in Syria præcipuè & Arabia sereno cœlo ex aëre defluens sub exortum Vergiliarum, plantisque adhærescens, & deinde duritiem quandam colligens. A quibusdam ros Syriacus, à recentioribus Manna dicitur. Vide Ruellium lib. 1. cap. 24.

Ærosus, ab ære, qui multum habet æris. Vnde ærosa dicta est Cyprus, ait Festus, quod in ea plurimum æris nascatur. Et pecunia ærosa quæ habet æris admixti plurimum, & proinde est adulterina. Scævola, l. 102 D. de solutionibus: Mox pecunia qua illa Respublica utebatur, quasi ærosa sublata est, Græcis χαλκόκρατος nummus dicitur.

Ærūgo, penult. product. æruginis, f. t. Rubigo, & propriè in ære, vel argento, quum virescit. [ירקון jerakón. ἰὸς χαλκοῦ. Gall. Verd-de-gris ou la rouillure du cuivre ou airain ou d'autre chose. Ital. Ruggine. Germanic. Rost des Ertzs oder des Silbers. Belg. Roest uit Metael/ est Coper/ tie groen/ spaensgroen. Hispan. El moho de cobre. Pol. Rdza na miedzi albo, na srzebrze. Vngar. Rosda Angl. Rost Verde greace.] Rubigo verò in ferro, & segetibus, ἰὸς σιδήρου, Quanquam & rubigo pro æris vitio positum invenitur. Plin. lib. 34. cap. 9. Aera extersa celeriùs rubiginem trahunt, quàm neglecta, nisi oleo perungentur. ¶ Transfertur ad segetum rubiginem, ut est apud Theophrast. lib. 4. de causis plantarum; appellat enim Græcè ἐρυσίβην ἐρυσιβῶδη. Est autem ærugo incidentis segetibus humoris putrefactio, quo vitio spicæ marcidæ fiunt, & in pulverem fœtidum confriatiles. Apud Horatium & Iuvenalem accipitur Aerugo pro pecunia, quæ ex ære fit.

Ærūgĭnōsŭs, a, um, æruugine obductus. [ἰώδης. Gall. Plein de rouil. rouillé. Ital. Pien o di ruggine. Germ. Rostig. Hisp. Cosa mohosa. Polon. Rdzawy. Vng Rosdás. Ang. Roustie, or cankered.] Seneca lib. de Brev. vitæ: Majorem dictum partem in æruginosis lamellis consumit.

Ærūmnă, f. p. ἀπὸ τοῦ αἴρειν, Levo, tollo: nam propriè Aerumnæ, & per diminutionem Aerumnulę dicuntur furcillę, quibus viatores sarcinas suas religatas, tabella interposita ferre consueverunt: quę à Mario earum inventore Muli Meriani postea vocatę sunt: de quibus suo loco. Hinc factum est, ut labores onerosi, Aerumnę dicantur. [עצבון hisabon עמל ... ὀϊζύς. Gall. Tribulation & une fascherie pleine de travail. Ital. Gran fatica. German. Trübseligkeit / beschwerd / arbeitseligkeit. Hisp. Trabajo con afan. Polonic. Trosk..., frassunku. Vnga. Nyomorusag, nyomoruság. Ang. Wretchednes.] Cicer. libro 2. de Finib. Labores non fugiendos, ærumnas nominarunt. Vnde labores Herculis, Aerumnæ sunt appellatę Plaut. in Persa: Superavit ærumnis suis ærumnas Herculis. Ausonius: Prima Cleonei tolerata ærumna laboris. Cic. lib. 4. Tuscul. Aerumna est ægritudo laboriosa. Breviter: Aerumna dicitur miseria, calamitas, infœlicitas.

Ærūmnōsum dicitur quod est laboribus, ac miseriis afflictum. [עצוב hasub. ὀϊζυρός. Gall. Fasché & affligé extremement. Ital. Carico di miserie & disgratie. German. Arbeitselig / mitt elend beladen. Hisp. Apassionado. Polon. Nendzny, podlęgony. Vng. Nyomorult, nyavalyás. Ang. Wretched full.] Cic. 3. Tusc. Nec tam ærumnosa navigassem salo. Apud Plaut. in Capt. etiam invenitur Aerumnatus adiectivum: Tum igitur ego ærumnatus, deartuatus sum miser.

Ærūmnābĭlĭs, penult. corr. ταλαίπωρος. Aerumnis plenus. Lucret. lib. 6: Illud in his rebus miserandum magnopere unum Aerumnabile erat.

Ærūmnālĭs, adiectivum: ut, Labor ærumnalis. [ὀϊζυρός. Germa. Voll Beschwerden.] Apul. lib. 1. de Asin. Mox in urbe Latia advena studiorum Quiritum indigenam ærumnali labore aggressus excolui.

Ærūmnŭlă, f. p. Diminut. Festus, Aerumnulas Plautus refert furcillas, quibus religatas sarcinas viatores gerebant. Quarum quia C. Marius retulit usum, Muli Mariani postea appellabantur, Vide suprà AERVMNA.

Ærūscārĕ, Veteres dixerunt pro, pecunias undique fallaciis colligere. [ἀγυρτεύειν, χαλκολογεῖν. Gall. Quester, mendier avec mensonges & tromperies, belistrer. Ital. Buscare denari. Germanic. Gelt mit betrug hin und wider vberkommen. Belg. Gelt met bedreg/ oft jewers andere morde weinen Hispan. Buscar dineros por todas partes. Polon. Pieniędzy przez fałsz nabierać. Vngar. Tsalárdul pénzt gyűjteni. Ang. To conquis money beguile.] Gell. lib. 9. cap. 2: Aeruscanti cuipiam id genus, & philosophum se ostentanti, dari jussit ille nummum.

Ærūscātŏr, penult. product. m. t. [ἀγύρτης. German. Der mit bösen listen Gelt auffbringt.] Qui malis artibus æs: id est, pecuniā cotradit undiq; quales sunt mimi, præstigiatores, arioli. Gall. lib. 14. cap. 1: Sed id præstigiarum, atque offuciarum genus cōmentos esse homines æruscatores, & cibum quæstumque ex mendaciis captantes.

Æs, æris, n. t. propriè species est metalli rubro colore, primùm in Cypro reperta. [נחשת nechóscheth. χαλκός. Gall. Airain, cuivre, leton. Ital. Rame. German. Ertz / Kupffer. Belg Metael/ Copere / est alderley Metael. Hispan. Cobre. Polon. Mosiądz. Vngar. Réz. Ang. Brasse, Leton.] Deductum nomen putant alii ab auri similitudine, alii à Græco ἔρα, terra. Varro ab aliis. Et quia primùm maximo in pretio fuit, adeò ut pecuniam quoque, iacente auro, ex eo signarent, factum est, ut pro ipsa pecunia arripiatur. Ovid. in Fastis: Aera dabant olim: meliùs nunc omen in auro est, Victaque concessit prisca moneta novæ. Cato: Fundum æribus suis emptum possidebant. Servius rex primus post Vrbem conditam signare æs cœpit, cujus in altera parte nota fuit Ianus geminus: in altera rostrum navis. Hæc Plin. lib. 33. Macrobius autem primùm æs à Iano ipso signatum fuisse tradidit, eo tempore quo Saturnus, filium fugiens, primùm in Italiam venit. Hocque à Iano tributū existimat advenæ, bene de se meriti memoriæ, quòd rudis illa Aboriginum gens monstrato agriculturæ usu, ab illo ad meliorem vitam esset traducta. Quare etiam à Iano in portionem regni est receptus. Et quoniam navi fuerat advectus, in signando ære ex una quidem parte sui capitis effigiem, ex altera navis rostrum impressit, ut quantum in se esset, Saturni memoriæ consuleret, ne accepti beneficii immemor esse videretur. ¶ Ponitur etiam quandoque pro tubis, quoniam ex ære fiunt. Virgil. 6 Aeneid. Aere ciēre viros. Vnde Aeneatores, tubicines dicuntur. ¶ Aes alienum, idem quod debitum: [חוב chob נשכי neschi. χρέος, ὀφείλημα. Gall. Debte, des deniers d'autruy. Ital. El debito fatto. German. Geltschuld. Hisp La deuda de dineros prestados. Polon. Dlug pieniężny. Vngar. Adosság. Anglic. Debte.] ut, Aes alienum meum, æs alienum tuum, æs alienum filii: id est, quod ego, quod tu, quod filius contraxit & debet. ¶ Hinc proverbiali quidem specie dicimus eum in ære nostro esse, quem nobis officiis obstrictum significamus, ita ut jam totus certoque noster sit. Quo eleganter usus est Cicer. Famil. 3: Et mehercule semper sic in animo habui, te in meo ære esse propter L. Lamiæ nostri coniunctionem: id est, inter amicos meos esse. Idem ad Cassium libro 15: In ære enim meo est, idem est quod meum, & in bonis meis est, in censu meo. Sic, In ære alieno nullo esse, idem quod nihil debere. Cicer. 6. Verr. At hominem video auctionem fecisse nullam, vendidisse præter fructus suos nihil unquam, non modò in ære alieno nullo, sed in suis nummis multis semper fuisse. Dicitur etiam Aes nostrum τὸ χρεωστούμενον, quod nobis alii debent. ¶ Aes militare dicebatur, quod tribunus ærariis attributum erat ut militibus redderetur. [χρήματα στρατιωτικά. German. Kriegssold. Belg. Chrijchsone.] Plaut. in Aulul. Cedit miles, æs petit. ¶ Aes ductile, Quod facilè ducitur, attenuatur in laminas. χαλκὸς ἐλατός. Hoc & Regulare vocat Plinius lib. 34. cap. 9. Aes caldarium, Quod funditur tantùm, & malleis fragile est. χαλκὸς χυτός. Plinius lib. 34. cap. 9. ¶ Aere diruti milites vocabantur, quibus propter ignomi-

ignominiam stipendium subtrahebatur. Cic. in Verr. Aleatoris castra, in quibus cum frequens esset, ære tamen dirutus est. Aere diruti milites dicebātur, quibus propter ignominiam stipendium subtrahebatur. Bud. in Pandect. ¶ Aeris alicuius, id est, alicujus precij, & indicaturæ, apud Gell. lib. 18. c. 5: Et quid putatis si magistrū prælectoremq́; habuisset alicuius æris quadrupedes equus, dicturum fuisse?

Aērāmentum, ti, n. s. Opus ex ære confectum, ut Ferramentum, ex ferro. [χάλκωμα, χαλκούργημα. Gall. *Ouurage de cuiure ou d'airin dinanderie.* Ital. *Cosa fata di rame.* German. Erinwerck / das auß Ertz gemacht ist / ertzin geschirr. Belg. Een Copren vat. Hispan. *El alambre.* Polon. *Czokoltw. ski smiedi dij sest vczinieno.* Vngar. *Az mi rezbōl tsinaltatot.* Angl. *A work of brasse.*] Plin. lib. 15. cap. 8: ¶ Lora etiam accoria omnia, & calceamina, axesq́; decocta ungi, atque æramenta contra æruginem.

Aērārium, n. s. locus ubi pecunia publica reponitur. [ὑποθήκη, ταμεῖον. Gall. *Le thresor public, ou lieu où il estoit.* Ital. *Doue si aeponeul thesoro.* German. Schatzkammer / Das ort da ein Gemein ihr Gelt hindehaltet. Belg. Een Schattammer oder stock. Hispan. *El thesoro publico.* Polon. *Skarbnica pospolitego człowieka.* Vnga. *Tárház.* Angl. *A publick thresour.* Romanorum autem ærarium in æde Saturni fuisse constat, propterea quòd aureo illo seculo nullum factum esse furtum creditur. Cicer. in Verr. Primùm mihi literas publicas, quas in ærario sanctiore conditas habebant, protulerunt. ¶ Interdum ponitur pro ipsa pecunia publica per quandam Synecdochen. Cic. Att. Ariobarzanes nullum ærarium nullum vectigal habebat: id est, nullam pecuniam publicam. Cic. 3 Tusc. Et quidem C. Gracchus quum largitiones maximas fecisset, & effudisset ærarium, verbis tamen defendebat ærarium. ¶ Distinguitur autē Aerarium à Fisco, quòd Aerarium sit civitatis, Fiscus principis.

Aērāriōs præfectos, hodie (ut arbitror) vocare possumus, quos *Generales Financiarum* dicunt: qui etiam Quæstores vocari possunt: quod munus olim Prætores, Prætoriique obibant. [Gall. *Generaux des finances.* Ital. *Thresorieri, camer linghi.* Germ. Seckelmeister / Schatzmeister / die uber den gemeinen Seckel verordnet seind. Hisp. *Thesorero.* Polon. *Podskarbij.* Vngar. *Kencs tartok.* Ang. *Thresorers.*] Tribunos verò ærarios ἀποδέκτας, quos *Receptores generales* appellant. Illis aūt (ut Varro scribit) tributa erat pecunia, quam militibus redderent: idq́; quod attributum erat, dicebatur Aes militare. ¶ Aerarii milites, dicti sunt ab ære, quòd stipendium facerent, μισθοφόροι.

Aērārius, a, um, quod ad æs sive ærarium pertinet. [χάλκειος. Gal. *Qui est fait d'airain ou de cuiure.* Ital. *Cosa fatta di rame.* German. Das zu dem Ertz gehört. Hispan. *Cosa de materia de cobre.* Polon. *Domiedzij przynaczaiacy.* Angl. *Made of brasse or copper.*] Plin. lib. 33. Laudationem eandem in ærariis metallis, & proximū in argentariis fieri compertum est. Cic. pro Quinct. Hoc eò per te agebatur, quod non satis erat propter ærariam rationem in tabulis inspexisse quantum deberetur. ¶ Aerarius substantivum, qui ærea opera fabricat. [χαλκεύς, χαλκουργός. Gall. *Qui œuure en airain ou cuiure chaudronnier, dinander ou magnin.* Italic. *Chi fa opera di rame.* German. Kupffrischmid / Ertzschmid. Hispan. *Oficial que labra cobre.* Polon. *Kotlarz.* Vngar. *Rez művez.* Angl. *A coppersmyth or he which worketh in copper or brasse.* Plin. li. 16. cap. 6: Aerariorum tantum officinis compendio. ¶ Aerarius fieri dicebatur, qui plebeius à Censoribus in Cæritum tabulas referebatur, ut in eo tantùm civis esset, quòd unacum civibus tributum pendebat. ἀτιμώδης, ἀποψηφισμένος. Vnde Aerarium facere, & Inter ærarios, sive in ærarios referre, pro eodem leguntur: hoc est, ea ignominia quempiam afficere quod ius propriè ad Censores pertinebat. Liv. lib. 4. secund. Bell. Punic. His superioribusque illis equi adempti, qui publicum equum habebant, tribuq́; moti ærarii omnes facti.

Aērātus, adiectivum quod ære tectum est. [κατάχαλκος. Gall. *Couuert d'airain ou de cuiure.* Ital. *Coperto di rame.* German. Verkupfferet / mit kupffer uberzogen und bedeckt. Hisp. *Cosa de fuera cubierta de cobre.* Pol. *Kuprem albo miedziam nakryta.* Vngar. *Rézzel fedött.* Angl. *Couered with brasse.*] Plin. lib. 34. cap. 3: Quod ærata ostia haberet in domo, & triclinia ærata, abacosque & monopodia. ¶ Aeratus homo, ære alieno obstrictus: qui usitatiùs dicitur Obæratus. Cicer. Att. lib. 1: Tribuni non tam ærarii, quàm, ut appellantur, ærati. Plaut. pro pecunioso posuit in Mostell. Ferocem facis, quia te æratus amat.

Aēreus, a, um, quod est ex ære factū [χάλκεος. Gall. *D'airain ou de cuiure.* Ital. *Cosa fatta di bronza.* Germ. Ertzin / das auß Ertz gemacht ist. Hispan. *Cosa de materia de cobre.* Pol. *Miedziany.* Vnga. *Rezből álló.* Ang. *Made of brasse or copper.*] Virgil. 1. Aen. Aerea cui gradibus surgebant limina, nexæque Aere trabes: foribus cardo stridebat ahenis.

Aērifer, penult. corr. Adjectivum χαλκοφόρος: id est, æs ferens. Ovid. 3. Fast. Iamq́; erat ad Rhodopen Panæaq́; flumina ventum Aeriferæ comitum concrepuēre manus. Id est, crepitacula ærea ferentes.

Aērificium, quod ex ære factum est, χάλκωμα. Varro: Politæ enim quasi ærificio videbantur.

Aēripes trium syllabarum. Aeneos habens pedes, χαλκόπους. Ovid. 6. Epist. Narrat & æripedes Martis arasse boves. Hoc est, habentes pedes ære munitos. Idem 12. Epist.

Aērisonus, a, um, adjectivum, æris dans sonum, χαλκόφωνος. Stat. lib. 1. Thebaid. -melius votis Mareotia fumat Captos, & æcisoni lugentia flumina Nili. Aerisoni, hoc est, dantis sonum æris, propter sistra, quibus in Isidis sacris utebantur.

Aēro, as, Aere orno, ære tego [χαλκόω. Gall. *Couurir d'airain.* Ital. *Coprir di rame.* Germ. Mit Ertz vermischen / oder mit Ertz zieren. Hisp. *Cobrir de cobre.* Pol. *Miedzia nakrywam.* Vnga. *Rézzel beburitom.* Ang. *To cover with brasse.*] Vnde æratæ fores apud Virg. Priscianus: A metallorum quoque nominibus solent nasci verba: ut ab auro, Auro, auras: ab ære, Aero, æras. Vnde Auratus, & Aeratus. Cicer. 3. Verr. Lecti ærati, candelabra aurea. ¶ Hujus verbi composita sunt, Obæro, Subæro, & Adæro: de quibus vide suis locis.

Aērōsus, a, um, quod ære abundat, quòdve ære mistum est. [χαλκώδης. Gall. *Plein d'airain mestionné auec force airain ou cuiure.* Ital. *Pieno di rame.* Germ. Kupfferrecht / voll Ertz oder Kupffer. Hispa. *Cosa que tiene mucho cobre.* Polon. *Miedzij pelnij.* Vngar. *Rézzel bővelkedő.* Ang. *Full of brasse.*] Vnde Cyprus ærosa dicta est, quòd in ea æris plurimum nasceretur: vel quòd primùm ibi æs fuerit repertum. ¶ Aurum ærosum, quòd multum æris habeat admistum. Plin. lib. 33. cap. 4: Et diverso aurum ærosum contrahit se, habetaturq́; & difficulter ferruminatur. ¶ Lapis ærosus, ex quo æs excoquitur, & quem Cadmiam, καδμείαν, appellari testatur idem Plin. lib. 34. cap. 1.

Aesalon, αἰσάλων, penult. correpr. genus accipitris in cujus descriptione Plinius cum Aristotele non convenit. Aristoteles enim lib. 9. de Hist. animal. cap. 36: Aesalon inter accipitres secundum locum post Triorchen tribuit. Plinius verò libro 10. capite 8. Aesalona tertium accipitrum genus esse ait. Deinde perperam Plinius Aesaloni tribuit, quod Aristoteles Triorchi, nempe quòd sola toto anni tempore in nostris regionibus appareat, cùm reliqua accipitrum genera sub hyemem abeant. Aesaloni inimicitia est (Aristot. lib. 9. de Hist. cap. 1.) cum vulture, asino & corvo, quem locum Aristotelis duplici nomine non satis reddidit fideliter Plin. lib. 10. cap. 74: Primùm quòd Aesalona parvam avem facit. Deinde quòd verba Aristotelis de inimicitia Aesalonis cum vulpe & corvo evertit, quod ipsum prædicta Aristotelis & Plinii loca inspicientibus planum erit.

Aesculus, pen corr. πλατύφυλλος. Vide ESCVLVS.

Aestas, f. t. [קיץ kayits. θέρος. Gall. *Esté.* Ital. *Estate.* Germa. Der Summer. Belg. Somer. Hispan. *Estio.* Pol. *Lato.* Vngar. *Nyar.* Ang. *Sommer.*] anni pars incipiens ab æquinoctio vernali & finem accipiens æquinoctio autumnali: constatq́; senis mensibus. Nam totus olim annus in æstatem tantùm & hyemem dividebatur. Postea tamen anno in quatuor partes diviso cœpit Aestatis nomine vocari Trimestre illud ab ingressu Solis in Cancrum, usque ad æquinoctium autumnale, quod fit Sole ingrediente Libram. Ità enim distinguuntur quatuor anni partes, ut Sole ingrediente Arietem, incipiat Ver, Cancrum Aestas, Libram Autumnus, Capricornum Hyems, Varro 4. de ling. Lat. Ab æstu Aestas: hinc Aestivum, nisi forte à Græco αἴθος. Virg. 1. Aeneid. -nam te jam septima portat Omnibus errantem terris, & fluctibus æstas. ¶ Aestati opponitur hyems, unde quum admonendi quidam sunt, ut omnia suo tempore agant, in eos quadrabit hæc proverbialis formula, Alia æstate, alia hyeme. Sic Theocrit. in Idyll. λ: Ἄλλα τὰ μὲν θέρεος, τὰ δὲ γίνεται χειμῶνι. Id est. Verùm alia æstivo atque hyberno tempore fiunt. ¶ Ad eundem ferè sensum pertinet & illud ex Hesiodo in libro, qui inscribitur opera & Dies: οὐκ αἰεὶ θέρος ἐσσεῖται, ποιεῖσθε καλιάς. Aestas non semper fuerit, componite nidos. Hoc dictum oportuit adolescentum pileis inscribi, neq; enim tantùm admonet parandam esse rem in senectam, verùm etiam eruditionem, virtutem, honestam famam, quæ præsidia sunt optima senectutis.

Aestīva, orum, pluraliter, n. s. Dicuntur loca umbrosa, nemorosa in quibus per æstatem vitatur Solis ardor. [בית מרוח bàyth merauach עלית המקרה haliyoth hammekerah בית הקיץ beth hakkayits. τὰ θερινά. Gal. *Lieux pour se mettre a l'ombre en esté.* Ital. *Ombria meriggio.* German. Summerhauß / Summerlauben. Ein ort da man im Summer ist. Hispan. *Lugar fresco para tener el estio.* Pol. *Letny dom, Sala.* Vngar. *Arnyekos hely.* Angl. *Shadow places in the sommer for men or beastis.*] Statius: -& umbrosi patuēre æstiva Lycæi. ¶ Quandoque ponitur pro ipsis gregibus in æstivo commorantibus: vel contrà pro ipsis locis, in quibus æstate sunt armenta & greges. Virg. lib. 3. Georg. -nec singula morbi Corpora corripiunt, sed tota æstiva repentè. ¶ Aestiva castra dicuntur in quibus æstate milites degunt, quemadmodum Hyberna, in quibus hyemem transigunt. Cic. Epist. lib. 1. Mihi erat in animo, quum primùm æstiva attigissem, militaremq́; rem collocassem, decedere ex Senatusconsulto. Idem Att. lib. 2. Cicerones nostros Dejotarus filius secum in regnum duxit dum in æstivis nos essemus.

Aestīvo, as, are, pen. prod. n. t. Propter æstum evitandum alicubi morari: quemadmodum Hyberno hyemem aliquo in loco transigo. [τὸ θέρος διάγειν. Gall. *Passer l'esté, faire son esté en quelque lieu.* Ital. *Ombreggiar per fugire il caldo.* German. Das Summerläger haben / An einem ort den Summer verschliessen. Belg. Den Somer verslijten / oft dem Somer leeghet hebben. Hisp. *Tener el estio en algun lugar.* Polon. *Latuye, Przeslato mieszkam.* Vngar. *Agnyaras áltat vo zom.* Angl. *To dwell or bein a place in sommer tyme.*] Plin. lib. 12: Intra septem eam æstivant pastores, opacam

pariter

pariter & muniram vallo arboris. Varro 2. de Re rust. cap. 2: Nam mihi greges in Apulia hybernabât, qui in Reatinis montibus æstivabant.

Aestivus, a, um, pen. prod. Quod est æstatis. [θερινός. Gall. D'esté, appartenant à l'esté. Ital. De estate. German. Sommerich. Hisp. Cosa de estio. Pol. Letny. Vng. Nyári. Ang. Pertening to sommer.] Licet ab æstus, non ab æstas formatum sit: ut Aestivi menses, Aestivi dies, Aestivæ nives. Cic ad Quint. Frat. Vnus æstivus dies ¶ Aestivæ fruges, dicuntur milium, panicum, & cæteræ id genus, quæ ante Vergiliarum exortum seruntur: quemadmodum Hybernæ, quæ circa Vergiliarum occasum satæ, per hyemem terra nutriuntur. Vide Plin. 18. cap. 7.

Aestimo, as, pen. corr. act. p. Considero: [עריך haarich הוקיר hokir חשב chaschab. τιμάω. Gall. Priser, estimer. Ital. Estimare, tassare. Germ. Schetzen/wirdigen/achten. Belg. Overlegghen/overslaen. Hispan Estimar, appreciar. Polon. Cenic, szacowac, mniemam. Vng. Meg böcsüllöm. Angl. To value, to prise, to esteme.] sicut Existimo, judicare: ut Valla vult lib. 5. cap 20 ¶ Ponitur etiam pro Taxo, rei alicuius pretium indico, τιμῶ. Habet autem accusativum cum genitivo horum nominum tanti, quanti, quantivis, tantidem, quanticunque, magni, parvi, pluris, majoris, maximi, plurimi, nihili, & siqua hujusmodi reperiantur. Cicer. 2. de Finib. Magni æstimabat pecuniam. Si tamen hæc nomina adjectivè accipiantur: hoc est, si habeant aliud substantivum adjunctum, debêt poni in ablativo. Non enim rectè dixeris, nõ æstimo hoc parui pretii, sed, parvo pretio: quanquam etiam sine substantivis inveniuntur, in ablativo posita. Cicer. ibidem: Nec ego istam gloriosam virtutem non magno æstimandã putem. Sic etiam cum aliis ablativis. Idem 4 Verr. Hæc pecunia æstimari non queunt. Seneca: Data magno æstimas, accepta parvo. Liv. utrumq; casum cõplexus est, Mancipia minora annis viginti, quæ post proximum lustrum decem millibus æris, aut pluris venissent. Persæpe tamen subintelligitur accusativus, & tamen exprimitur genitivus vel ablativus. ¶ Interdum sine ablativo, aut genitivo, cum accusativo solùm: quale est illud Cic. in Verr. Deinde crimen sine accusatore, sententia sine consilio, damnatio sine defensione, æstimate harum rerum omnia pretia. Similem significationem habent, pendo, facio, euro, est, interest, & refert, quum pretium jungitur: quia ejusdẽ ferè sunt significationis. ¶ Interdum habet accusativum cum ablativo, & præpositione Ex: & tunc significat perpendo, metior. Cicer. pro Rosc. Vulgus ex veritate, pauca: ex opinione multa æstimat. Valla arbitratur hoc verbum componi ex Aes, æris, & nomine, τιμή: hoc est, pretium, ut Aestimo, sit idẽ, quod æris pretio taxo. Quain re sibi permittit quod in aliis reprehendit ut dictio aliqua ex Græca, & Latina dictione componatur. Malim itaque scribere Extimo: ut per Syncopen dictum sit ab existimo: vel ut totum Græcum sit, compositum ex præpositione Græca ἐξ & τιμῶ. ¶ Aestimare litem, est quod vulgò dicitur Taxare expensas, τιμᾶν καὶ ἐπιγράφειν τῇ δίκῃ. Vnde Lis æstimata vocabatur (ut Budæus scribit) pecunia mulctatitia, & nummaria sententia: ut hodie quidam judices actorum dispendia & incommoda, certa summa æstimantes tantæ pecuniæ reos damnant. ¶ Et æstimatur pœna. τίμημα, quæ certo ære censebatur, ut ovis decussis: id est, decem assibus: bos centussis: id est, centum assibus

Aestimator, verbale, m. t. Qui æstimat, & considerat. [מעריך maarich. τιμητής, λογιστής. Gall Estimeur, priseur. Ital. Preggiatore, stimatore. Germ. Schetzer, uberschlaher/ entscheider eines handels. Hispan. Estimador, appreciador. Polon Szacarz, Rozsądca. Vngar. Böcsüllő. Ang. An valuer, considerer.] Cicer. 3. de Finib Et quia te aptissimum habeo eorum studiorum, quæ mihi communia tecum sunt, æstimatorem & judicem.

Aestimabile, Quod facilè æstimari potest. τιμητόν. Cujus contrarium est, Inæstimabile. [יקר jakkir. ἀτίμητον. Gall Estimable, digne d'estre prisé. Ital. Cosa da stimare. Germ. Achtbarlich/oder das leichtlich zuschetzen ist. Hispan. Estimable, cosa de precio. Pol. Latwie do oszacowania. Vng. Böcsülhető. Ang. Easi to valued.] Cic. 3. de Finib. Estimabile esse dicitur, quod pondus habet æstimatione dignum.

Aestimatio f. t. ab antiquis æstimia dicebatur. [ערך herech. τίμησις. Gall. Valeur, estimation. Ital. Istima. German. Schetzung/achtung. Hispan. Aquella obra de estimar è appreciar. Pol. Szacowanie. Vngar. Böcsülés. Ang. An prysing valuing.] Cicer. de Finib. Quod pondus habeat dignum æstimatione.

Aestimatorius, a, um. [Vngar. Böcsülő.] Gaius D. lib. 21. Tit. 1. l. 18: Si quid venditor de mancipio affirmaverit, idque non ita esse emptor queratur aut redhibitorio, aut æstimatorio: id est, quanto minoris judicio agere potest. Et l. 43: Aestimatoria agere, quanto minoris. ¶ Aestimatoria actio: id est, de æstimato: cùm res æstimata vendenda data sit. De quo Titulus D. libro 19.

Aestus, m. q. Calor nimius & fervor, flagrantia Solis. [חם chom. καῦσος, πνῖγος, ἄλεως. Gall. Ardeur ou grande chaleur. Ital. L'ardor del sole German. Grosse werme/hitz. Belg. Hitte/werme. Hispan. La siesta ò calor de la siesta. Pol. Gorącość. Angl. Great heat and burning of the sune.] Virg. Georg. 3: Aestibus in mediis umbrosam exquirere vellem. ¶ Aliquando pro motu & agitatione fluctuum. Cic. De Orat. 3: Vndique omnes venti erumpunt, sævi existunt turbines, fervet æstu pelagus. [זעף zaaph סער saar. κλύδων. Gall. Le flot & reflot de la mer. Ital. La marea & travaglio del mare. German. Vngestüme des Meers / der anlauff und ablauff des Meers. Hispan. La creciente ò tempestad del mar. Polon. Wały morskie. Vngar. Hewseg.] Plaut. in Asin. Quò magis te in altum capessas, tàm æstus in portum referet. ¶ Ab hoc significato oritur proverbialis & frequens apud autores metaphora: Secundo æstu procedere, κατὰ ῥοῦν ἀποχωρεῖν. Sumpta à nautis, quibus facilior cursus quũ flumen aut etiam maris æstus secundus est. Lucian. in Iove Tragœdo, & Aeschylus in Persis. Ab utraque etiam significatione, ducta metaphora ponitur pro variis animi ægritudinum generibus, cupiditate, amore, libidine Cic. de Orat. 3: Repentè te quasi quidam æstus ingenii tui procul à terra abripuit. Idem in Bruto: Hunc quoq; absorbuit æstus quidam gloriæ. ¶ Sic apud Plin. Iun. pro scrupulo ponitur, & dubitatione non mediocri. Explicat, inquis, æstum meum, audio me malè legere, duntaxat versus: orationes enim commodiùs.

Aestuaria [גבעות gebhoth. ἀναχύσεις. Gall. Lieux par où l'eau flotte & reflotte. Ital. Stagni, lagune. German. Ein arm des Meers/ein Sumpff oder Graben des Meers. Belg. Zeecuylen oft grachten. Hispan. El estero del agua del rio ò mar. Pol. Morskie odnogy, albo wylanie zatoki. Vngar. Az belaz tenger habia kiés béisar. Angl. Armes of the sea.] Loca dicuntur per quæ mare vicissim tum accedit, tum recedit: sive quæ marinis aquis referta sunt ex inundationibus pelagi: ut docet Strabo lib. 3. Plin lib 3: Illyrici ora mille amplius insulis frequentatur, natura vadosi maris, æstuariis tenui alveo intercursantibus. Cæsar: Pedestria esse itinera concisa, æstuariis navigationem impediri.

Aestuo, as, Ferveo, flagro, cui opponuntur algeo, frigeo. [חם cham חרר charach. καυματίζομαι. Gall. Avoir ou sentir grande chaleur, bouillir. Ital. Bollire. Germ. Hitzig seyn/grosse hitz haben. Belg Zeer heet hitte onsteken. Hispan. Hervir ò aver calor. Polon. Goram, pocę się. Vngar. Hewolök, izzadok. Ang. To be in great heat.] Cic. 2. Tusc Itemq; Lycurgi laboribus erudiunt juventutem, venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando. Idem 4. Acad. Ille quum æstaret, umbram sequutus est. ¶ Per metaphoram ponitur etiam pro angi & dubitatione torqueri. Cicer. 4. Verr. Itaque æstuabat dubitatione, versabat se in utramq; partem Item pro Flacc. Hunc æstuantem & tergiversantem judicio ille prosequitur. ¶ Aliquando æstuare est fluctuare, agitari, [illegible] Virg. 6. Aen. Turbidus hic cœno, vastaq; voragine gurges Aestuat, atque omnem Cocyto eructat arenam. ¶ Aestuatio, verbale [illegible]. Plin. lib. 18. c. 1: Quorum æstimatione & gaudio, nos quoque, relictis æstuationi suæ istis hominum turbis, pergamus excolere vitam: id est, vehementibus desideriis & gaudiis.

Aestuosus, a, um. Quod est calore plenum. [חם chom. πνιγώδης. Gall Pleine de grande chaleur, fort chaut. Ital. Pieno di caldo. Germ. Hitzig / voll hitz Belg. Hittich. Hispan. Cosa calurosa. Polon. Pełny gorąca Vngar. Hewes forro. Ang Full of heat.] Columel. libro 4: Cœlum neque nivale vinea nec rursus æstuosum desiderat. Cicer. Attic. lib. 2: Iter conficiebam æstuosa & pulverulenta via.

Aestifer, a, um. Quod æstum: id est, calorem affert. [πυρφόρος. German. Hitzig/das grosse hitz bringt. Vngar. Hewüő Angl. Which bringeth heat.] Virg 2. Georg. Hoc ubi hiulca siti findit Canis æstifer arva. Aestifer Canis, quòd æstum afferat. ¶ Aestiferum etiam dicitur quod æstum fert & patitur. Luc. lib. 1: sicut squalentibus herbis Aestiferæ Lybies viso leo comminus hoste Subsedit dubius totam dum colligit iram.

Aetas ab αἰών. Græco nomine deductum, ab hoc enim Aevum, Aevitas, & per syncopen Aetas. [עת heth דור dor. ἡλικία. Gall Aage Ital. Età, etade. Germ. Ein leb. e alter. Belg. Alen ouder dom Hispan. Edad, siglo Pol. Wiek, lata, kazdego czas, wiek. Vngar. Idő. Ang Eage.] Generale que nomen est ad infantiam, pueritiam, adolescentiam, inventutem & senectutem pertinens. Varro quinque gradus facit In primo usque ad annum decimumquintũ, Pueros dictos vult: quòd sint puri: id est, impuberes. In secundo ad annum trigesimum, Adolescentes, ab adolescendo nominatos. In tertio usque ad annum quadragesimum Iuvenes appellatos, eò quòd Rempublicam in re militari juvare possent. In quarto autem gradu, usque ad sexagesimum annum, Seniores nuncupatos, quòd tunc corpus senescere incipiat: inde usq; in finem vitæ uniuscujusq; quintum gradum factum, in quo qui essent, Senes appellatos, quòd ea ætate corpus jam senio laboraret Horum tamen singuli trifariam dividuntur: ut prima pars viridis sit, deinde adulta, postea præceps. Vnde Virg. -viridisque juventa. ¶ Alii aliter dividunt ætates. Aetas præterea Mundi prima, ab Adam usq; ad Noë numerabatur: secunda à Noë usque ad Abraham: tertia ab Abraham usque ad David: quarta à David usque ad transmigrationem Iudææ in Babyloniam: quinta deinde usque ad adventum Servatoris in carne: sexta quæ nunc agitur usquequo Mundus iste finiatur. ¶ Interdum Aetas accipitur pro anno. Virgil. -ubi quarta accesserit ætas. Varro: Aetatem vix decimam egressus ¶ Interdum pro triginta annorum spatio, γενεά. Cicero: Tertiam jam ætatem hominum vivebat. Sic Plutarchus Aetatem ostendit esse spatium triginta annorum, secundũ Heraclitum. ¶ Interdum pro centum annis. Ovid. 12. Metamorph. -vixi Annos bis centum, nunc tertia vivitur ætas. ¶ Ponitur & pro quovis tempore humanæ vitæ longissimo. Græci ætates γενεὰς dicũt ¶ Aetas mala, dicta est senectus. Plaut. Confitus sum senectute, onustum

gero corpus, vires reliquerunt: ut ætas mala est, mori mala est. Econtrario, Bona ætas, Iuventa appellatur ἀγαθὴ ἡλικία. Cicer. Quòd si ipsis voluptatibus bona ætas fruitur libentiùs, primùm parvulis fruitur rebus. ¶ Aetas media, vocatur illa, quæ est inter juventam & senectam: quam Avicenna vocat ætatem pulchritudinis, ἀκμὴ τῆς ἡλικίας, quæ ferè est à trigesimo usque ad quadragesimum annum. Eadem dicitur Aetas consistendi, ἡλικία στάσιμος, in qua Hippocrates Aphoris. 2. facilè inediã ferri dicit. ¶ Ab ætate petuntur duæ proverbiales loquendi formulæ, prima est, Aliam ætatem alia decent: nec enim eadem decent canum, quæ aliquando decuerunt juvenem. Terent. in Andr. sic ait: Nunc hæc dies aliam vitam adfert, alios mores postulat. ¶ Altera, Aetate prudentiores reddimur. Congruet quum negabimus nobis eadem probari jam natu grandioribus, quæ quondam ob ætatis insciriam arriserunt, sed usu rerũ auctam prudentiam. ¶ Fabulam ætatis peragere. Cic. de Senect. Quæ sunt igitur voluptates corporum cum authoritatis præmiis comparandæ? quibus qui splendidè usi sunt, ii mihi videntur fabulam ætatis peregisse, nec tanquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse. Congruenter autem vitæ tempora fabulis comparantur, quia sicut fabula quinque actibus constat, ita hominis vita quinque ætatibus, seu gradibus. ¶ Mediæ atq; florentis ætatis magnam esse habendam rationẽ, vel neglectis pueritia & senectute, significare voluisse videtur Hesiod. hoc versiculo: ἀρχομένου δὲ πίθου καὶ λήγοντος κορέσασθαι, μεσσόθι φείδεσθαι: id est, incipiente vase & desinente satiare: in medio autem utere parsimonia. Quod quidest licet de vino dictum aliqui putent: quoniam vinum in summo vasis insuave, utpote vicinia aëris corruptum, cujus admixtione fit dilutius: In parte inferiore propter fæcis admixtionem sapore fit deterius: in medio autem suavissimum est. Tamen prudentiores allegoricè ad humnam vitam referunt, ut in principio diximus. ¶ Diversas animalum quorundam ætates descripsit Hesiod. his versibus:

> Novem utique vivit generationes garrula cornix
> Virorum fortium, cervus autem quatuor cornices.
> Tres autem cervos corvus senescit. sed phœnix
> Novem corvos: decem autem nos phœnices
> Nymphæ bene comatæ Iovis ægida habentis.

Aetatem aliquid esse aut facere dicitur pro diuturno & continuato tempore & ferè habet vim proverbii. [εἰς αἰῶνα. Germ. Lange zeit.] Plautus: Vt tibi superstes uxor ætatem sit. Terent. Iamdudum ætatem lites sunt inter eos. Idem: Iamdudum ætatem abii. Idem in Hecyr. Nam neque ille hoc animo erit ætatem. Plaut. Aetatem velim servire, Litanum modò ut conveniam.

Aetatula, f. p. diminutivum, Aetas modica, & tenerior puerorũ ætas. [νεαρὰ ἡλικία. Gall. Petit aage, bas aage. Ital. Età tenera. German. Klein alter / oder zart alter. Belg. Eenen kleinen tijt / oft die kindtheyt. Hispan. Edad tierna. Polon. Mlody wiek. Vngar. Gyermekkorab. Ang. Infancie, youth.] Cicer. de Finib. Facilè est hoc cernere in primis puerorum ætatulis. Idem de Arusp. respon. Qui primam illam suam ætatulam ad scurrarum locupletum libidines detulit. Plaut in Pseud. In munditiis, mollitiis, deliciisq; ætatulam agitis.

Aeternus, m. f. perpetuus, quasi æviternus, à quo Sempiternus, quasi semper æternus. [לעולם עומד aschér lehólám. ἀθάνατος, ἀΐδιος. Gall. Eternel, durable à tamais, perpetuel. Ital. Eterno, perpetuo. Germ. Ewig. Belg. Eeuwig. Hispan. Cosa que siempre durá y vive. Polon. Wieczny. Vngar. Orökké valo. Ang. Perpetuell, eternell, which, dureth for euer.] Cic. 1. Tuscul. id ait esse æternum quod per se moveat. Sal. in Cat. Virtus clara, æternaq; habetur. ¶ Differunt tamen æternum & Sempiternum: quòd Sempiternum dicunt Deum esse, qui semper fuit, eritque: Aeternos homines, qui principium quidem habuerunt, & tamẽ animo sunt immortales atq; perpetui. ¶ Aeternum frequenter pro adverbio temporis accipitur. [לעולם lehólám לעד laháđh. αἰωνίως, ἀϊδίως. Gall. Eternellement, à iamais. Ital. Eternalmente. Germ. Ewiglich. Hisp. Siempre. Polon. Wiecznie. Vngar. Örökké.] Virg. 6. Aen. sedet, æternumq; sedebit Infelix Theseus loquitur de pœnis inferorum. Idem: manet, æternumque manebit. ¶ Sic Aeternò, Idem. Plinius lib. 2. cap. 107: Videt æternò hunc fontẽ igneum contexens fraxinus.

Aeternitas, f. p. Perpetuitas, quæ nulla temporis quantitate mẽsurari, nullo temporis spatio designari potest: quum omne contineat ævum, & contineatur à nullo. [עולם holám עד haédh, ἀϊδιότης. Gall. Eternité perpetuité. Ital. Eternità. German. Ewigkeit. Belg. Eeuwigheyt. Hisp. Aquella duracion sin comienço y fin. Polon. Wiecznosc. Vng. örökké valosag. Ang. Perpetuitie.] Plin. lib. 13. cap. 5: Materiæ verò ipsi Aeternitas. Cicer. Sed fuit quædam ab infinito tempore æternitas, quam nulla circumscriptio temporum metiebatur.

Aeterno, as, act. p. Perpetuum facio. [ἀπαθανατίζω. Gall. Eterniser, perpetuer. Ital. Perpetuare. German. Ewig / unsterblich / oder untödtlich machen. Hispanicè, Durar para siempre sin fin. Polonicè, Wiecznym czynie. Vngaricè, örökké valoua teszem. Anglicè, To make perpetuell.] Varro, rerum humanarum lib. 2: Literisque ac laudibus æternare verbum est antiquum. Horat. 4 Carm. Quæ cura patrum, quæve Quiritium, Plenis honorum muneribus tuas Auguste virtutes in ævum Per titulos memoresque fastos Aeternet.

Aethaliones, [αἰθαλίωνες. Gall. Cigales. Ital. Cicale. Germ. Hewschrecken. Belg. Stapel. Hispan. Cigarras. Polon. Konik, swierczek. Vng. Prucsok. Ang. Grashoppers.] Cicadæ dictæ, παρὰ τὸ αἰθαλοῦσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου: hoc est, propterea quòd à Sole adurantur. Cælius ex Theocriti interprete lib. 17 cap. 6.

Aether, [שחק schácħak. αἰθήρ. Gall. L'air supreme, ou l'element du feu. Ital. Sfera del fuoco. German. Den Himmel oder das Element des Fewrs. Belg. Den Hemel / oft dat overste Element / dat viers. Hisp. Cielo del fuego. Polon. Niebo, albo, ogien. Vngar. Eeg vagy meny. Ang. The aire or skiez.] Ab Anaxagora accipitur pro elemento ignis. Aristoteles verò de Mundo hoc nomine significari ait, cœli, syderumq; substantiam: hoc est, totam syderum, & cœli, & stellarum compaginem, non quòd ignita flagret, ἀπὸ τοῦ αἴθειν, sed quòd semper motu suo circumductili currat, & cursibus rapidissimis rotetur, ἀπὸ τοῦ ἀεὶ θεῖν, quum sit, inquit, illud elemẽtum à quatuor illis diversum, tùm divinum, tùm interitus expers. Hodie quoque Philosophi duas præcipuas Mundi constituunt partes, Elementa & Aetherem: sive (quod in unum recidit) Mundum elemẽtarem & Aethereum: elemẽtorum nomine Terram, Aquam, Aërem, & Ignem intelligẽtes: Aetheris autem nomine complectẽtes quicquid est supra elementũ ignis. Alii Aetherẽ accipiũt pro aëre. Apuleius, aqua, tellus, æther, ignis. Virg. resonatque fragoribus æther. ¶ Ex quo significato oritur hoc Adagium: Tranquillum æthera remigas, αἰθέρα λεῖον ἐρέσσεις. Apud Zenodotum refertur de incassum laborantibus. Perinde est quasi dicas, Aerem diverberas, remigantium more. ¶ Lucret. lib. 1, Aethera posuit pro Iove. Postremò pereunt imbres: ubi eos pater Aether In gremium matris Terrai præcipitavit.

Aethera, ræ, αἰθήρ, f. p. nominativus est Latinus, deductus à Græco accusativo αἰθέρα, idem significans quod Aether: tametsi in eodem genere apud Homerum & Pindarum etiam legatur.

Aetherius, a um, αἰθέριος, Quod est ætheris. [German. Lüfftig / Himmelisch / Göttlich. Vngar. Mennyei.] Virgil. 12. Aen. Aetheria quos lapsa plaga Iovis ales aperto Turbabat cœlo. ¶ Aetherea terra, apud Macrob. Comment. in Som. Scip. lib. 1. cap. 11: A Luna enim deorsum natura incipit. Denique illam ætheriam terram physici vocaverunt, & habitatores ejus lunares populos. Rursus: ut sit Luna pro terra, quam ætheream terram diximus nominatam.

Aethiopis, αἰθιοπίς, Herba est lactucæ folio, in Aethiopia nascens, vel in Meroë Nili insula (à qua etiam Merois dicitur) cujus tactu (si Magorũ vanitati credimus) clausa omnia aperiuntur, amnesque etiam, & lacus exarescunt. De hac Plin. lib. 26. cap. 4. & lib. 27. cap. 4.

Aethra, ræ, Splendor ætheris, & pro aëre ponitur [αἴθρα. Germ. Das hochlicht / der / der schein oder glantz des Himmels. Belg. Den schyn des Hemels. Vng. Az egnek és csillagoknak fénye.] Virg. lib. 3: Nam neque erant astrorum ignes, neque lucidus æthra Syderea polus. Vbi Servius, per Aethram sydeream, intelligit splendorem ætheris. ¶ Nam æther est ipsum elementum: æthra verò splendor ætheris.

Aetia, orum, αἴτια, Callimachus poëta librum suum inscripsit, quem de causis & rationibus sacrorum edidit, eodem penè argumento quo Ovidius Fastos conscripsit. Opus hoc temporum injuria interceptum ad nos non pervenit.

Aetiologia, αἰτιολογία. Causæ redditio, composita dictio ἀπὸ τῆς αἰτίας καὶ λόγου. Quint. lib. 1. cap. 9: Sententiæ quoq; & chriæ, & ætiologiæ subjectis dictorum rationibus, apud Grammaticos scribantur, quia initium ex lectione ducunt. Quorum omnium similis est ratio, forma diversa: quia Sententia universalis est vox, Aetiologia, personis continetur.

Aetion, αἴτιον, Causa, principium, origo. Vnde Aetia Callimachus librum suum inscripsit, quo causas & origines sacrorum Græcanicorum est complexus, quemadmodum Ovidius in Fastis Romanorum Latinorumq; sacrorum initia causasque est persequutus.

Aetites, penult. prod. [ἀετίτης. German. Ein Adlerstein. Belg. Adelaer steen.] Lapis est colore subrufo, quem si concutias, alium lapidem, quem veluti prægnans in utero gerit, intus audis sonantem. Inveniuntur bini in aquilarum nidis: feruntur que aquilæ sine iis ova parere non posse. Quam ob causam nomen illis impositum creditur. Mulierum quoq; partus, femori alligatus aëtites, facies reddere putarut. Quatuor autem sunt aëtitæ species, quas enumerat Plin. lib. 36. cap. 23. ¶ Est & Aëtites, gemmæ nomen, impositum à colore aquilæ candicante cauda. Vide eundem lib. 37. cap. 11.

Aevum, n. s. [דור dor. αἰών. Gall. Temps eternel, l'aage que peut vivre un homme. Ital. Longa etada, tempo longo. German. Lange zeit / ewigwerende zeit. Belg. Een langhen tyt / oft Ewicheyt. Hispan. La edad, ò siglo que vive un hombre. Polon. Wiek. Vngar. Hoszu idő. Ang. An euerlasting tyme, the eage of a man.] Propriè tempus, & ætas lõga, sive perpetua à Græco αἰών, u litera interjecta, ut inquit Apul. Virg. Tantum ævi longinqua valet mutare vetustas. Pro ætate. Idem 2. Aen. vos ô quibus integer ævi Sanguis, ait. Inde Aevitas, & Aeternus secundũ Priscianum, quod per syncopam Aetas, & Aeternus dicitur, pro senectute, lõgævitateq;. Hinc deducuntur Coævus, Aequævus, Grandævus, Longævus & Primævus ¶ Aevum item ponitur pro rebus aliquo ævo gestis. Virg. 8. Aen. Haud vatum ignarus venturique inscius ævi. Servius: Non ævi, sed quæ in ævo erant futura.

Aevitas,

Æviтās, f. t. Antiqui pro ætas, vel annositas dixerunt. [Gall. *Aage, vieillesse*. Ital. *Età, vecchiezza*. Germ. Alter. Hispan. *Edad, vejez de muchos años*. Polon. *Starość*. Vng. *Kor*. Ang. *Eage, olde age*.] Varro Tithono: Extima attigit mitam ævitas. Gell. lib. 10 cap. 11: Si in jus vocat, si morbus ævitasq; vitium esset, qui in jus vocabit, jumentum dato. Hic pro annositate. Sunt autem verba ex lege XII. Tab.

Æviternus, ἀΐδιος, Sempiternus, æternus. [Vngar. *Örökké való*.] Apuleius de Deo Socratis: Quos Deos Plato existimat veros incorporales, animales, neq; fine ullo fine, neq; exordio, sed prorsus ac retro æviternos.

Æxones, ἀξωνεῖς. Proverbii specie dicuntur convitiatores, ab Æxonibus, Atticæ regionis populis, dicacitate & mordaci virulentia famosis. Cæl. Antiq. lib. 18. cap. 25.

A ante F.

A F In notis antiquorum, alio facto. A. F. P. R. aptum fide Publii Rutilii: vel, antè factum, pòst relatum: vel, Aemilius fecit, plectitur Rutilius A. F. B. R. ad fossa baurum.

Affabilis. Vide Affor.

Affabrè, penult. corr. adverbium, Significat artificiosè, scitè: sicut Infabrè, sine artificio. [Gall. *Artificiellement, elegamment*. Ital. *Apuntello, artificiosamente*. German. Werckllich/künstlich/zierlich. Belg. Constlijck. Hisp. *Artificiosamente, lindamente*. Pol. *Oz dobnie, kunsztownie*. Vngar. *Mesterséggel*. Ang. *Craftily, cunningly, with skill*.] Cicer. 2. Verr. Deum deniq, nullum Siculis, qui ei paulò magis affabrè, atq; antiquo artificio factus videretur, reliquit. Pacuvius: Barbaram pestem nostris navibus obtulit, nova figura factam, commissam infabrè. Gell. lib. 7. cap. 7.

Affabrum, pro Affabrè factum, dixêre veteres: Perotus.

Affabulatio, Dicitur breve documentum, quod fabulis subnexum, earum explicat utilitatem. ἐπιμύθιον.

Affaniæ, arum. f. p. Sunt nugæ, verba futilia, ac mera mendacia à fando inclinatum nomen [Gall. *Bourdes, paroles vaines*. Ital. *Ciancie, parole vane, bugie*. German. Geschwätz und/unnützereden. Hispan. *Los desvarios de vanas palabras*. Polon. *Plotky*. Vng. *Mese hazug szó*. Angl. *Bourdes, vaine wordes*.] Apul. lib. 4: Hæc & alias similes affanias frustra oblatrantes, eos retrorsum adducunt pagani.

Affatim, adverb. prima, non media acuta, ut Quint. lib. 4. docet, significat, Abundè, largè. [Gall. *Largement, à foison, en abondance*. Ital. *Abondevolmente, largamente*. German. Reichlich/genugsamlich/uberflüssig. Belg. Rijckelijck/overvloeylijck. Hispan. *Copiosamente*. Polon. *Hoinie, dostatnie*. Vngar. *Bövön*. Ang. *Abundantlie, largelie, plentifullie*.] Cicer. lib. 1. ad Atticum: Puto me Dicæarcho affatim satisfecisse. Item de Natura deorum lib. 1: Iisdemque seminibus homines affatim vescuntur. Vide de hoc Gellium lib. & cap. 7. & Vallam lib. 3.

Affectare, Affectatio, Affectatus, Affectio, Affecto, Affectus, Vide Afficio.

Affero, Compositum ex Ad & Fero, significat Apporto. [ἐπιφέρω. Gall. *Apporter*. Ital. *Recare, apportare*. German. Herzubringen. Belg. Brengen/ofte aenbrenghen. Hispan. *Traer à lugar*. Polon. *Przynaszam*. Vngar. *El hozom*. Ang. *To bring*.] Terentius in Eunuch. Hic quoque bonam magnamq; partem ad te attulit. Idem in Andr. Et puerum ut afferret simul. Atque hujus significationis infinitus ferè est usus. ¶ Interdum ponitur pro eo, quod vulgò dicitur, allego, adduco. Cicero: An ætatem adferet? id est, in causam vel excusationem adducet. ¶ Interdum pro Addo. Cicer. ad Attic. libro 16: Magnam attulit accessionem tua voluntas erga me. ¶ Aliquando nuncio. Cicer. Attic. lib. 8: Caius Missius familiaris tuus, aliique complures, attulerunt. Cæsarem iter habere Capuam. ¶ Afferre alicui manus, est vim alicui inferre, ἐπιφέρειν χεῖρας. Cic. 1. Offic. Qui injustè impetum in quempiam facit, is quasi manus videtur afferre socio. ¶ Sibi manus afferre, est seipsum interficere. Cic. Octavio: Ego ipse senatum sibi manus afferre coëgi.

Allatus, per duplex l, Apportatus, participium est ab Afferor. [Gall. *Apporté*. Ital. *Portato, arrecato*. Germ. Herzugebracht. Hispan. *Traydo*. Pol. *Przyniesiony*. Vng. *El hozatot*. Ang. *Brought*.] Plautus: Allata peregrè epistola.

Afficio, is, penult. corr. ex Ad & facio, Moveo, permoveo. [διατίθημι, κινῶ. Gall. *Emouvoir, poser*. Ital. *Disponere*. German. Etwas bewegung machen/bewegen. Hispan. *Afficionar à una cosa*. Polon. *Poruszam*. Vngar. *Indítom*. Angl. *To move*.] Et tàm ad animum, quàm ad corpus refertur: & tàm in bonam, quàm in malam partem accipitur, construiturque cum accusat. & ablat. Cicero pro Mil. Milo populum Romanum maxima lætitia affecit. Idem Att. Studium tuum curaque de salute mea, nulla me nova voluptate affecit. Affici doloribus pedum. ¶ Invenitur quandoque absolutè positum. Cicer. Attic. Literæ tuæ sic me affecerunt, ut non dare tibi beneficium viderer, sed accipere. ¶ Interdum ponitur pro cumulo, mulcto. Cic. Epist. Afficere aliquem maximis muneribus. Idem pro Rosc. Qua is tandem pœna afficitur? ¶ Interdum pro nomen imponere, aut nominare, Cicer. in Top. Negari potest, non eo nomine afficiendum quo laudator affecerit.

Afficior, passivum, quasi animor: id est, istius animi sum. [διάκειμαι, διατίθεμαι πάσχω. Gall. *Estre esmeu ou disposé*. Ital. *Esser disposto & ismosso*. Ger. Gesinnet seyn/bewegt werden. Hispan. *Estar dispuesto o movido*. Pol. *Iestem poruszony*. Vng. *Ugy indúltatal vagyok*. Ang. *To be moved or disposed*.] Cicer. in Lælio: Vt eodem modo ergà amicum affecti simus, quo ergà nosmetipsos. Postea sequitur: Vt quemadmodum in se quisque, sic in amicum sit animatus.

Affectus, a, um, vexatus, afflictus. [κακωθείς. Gall. *Mal disposé, languissant*. Ital. *Affannato*. German. Bewegt seyn in dem Gemüt oder Leib. Hispan. *Flaco condolencia*. Polon. *Poruszony albo smętny albo chory*. Vngar. *Nyavalyában, esöt, nyomorúságra intor*. Ang. *Troubled, evill disposed*.] Propertius: Iuppiter affectæ tandem miserere puellæ. Liv. lib. 5: Vires corporis affectæ. Affectus, interdum significat inchoatus & propè confectus. Cic. de Provin. consul. Bellum affectum videmus, & ut verè dicam, penè confectum. ¶ Interdum pro animatus. Cic. de Am. Eodem modo erga amicum affecti sumus, quo erga nosmetipsos. ¶ Interdù, pro commotus. Idem de Orat. Si justo, si pio dolore me affectum vides. ¶ Interdù, pro dispositus, compositus. Cic. de Div. Ad rem pertinet quomodo cœlo affecto quodq; signum oriatur. ¶ Interdum, pro cognato, affini Cicer. in Top. Ducuntur etiam argumenta ex iis locis, qui quodammodo affecti sunt ad id, de quo quæritur.

Affecta fœmina (inquit Festus) vel in bonà parte dicitur, velut honorata τιμία, vel in malam, ad extremum periculi adducta.

Affectissimus, superlativus. [Vngar. *Fö esseigöngy de*] Velleius Paterculus Histor. 2: Inopia affectissimi.

Affectus, us, m. q. Affectio. [πάθος. Gall. *Affection, disposition, passion*. Ital. *affetto, affettione, passione*. Germ. Ein schnelle bewegung des Gemüts/ anfechtung. Hisp. *Passion del anima*. Pol. *Pragnienie, poruszenie*. Vngar. ... Angl. *Affection, passion*.] Aug. 2. de Civit. Quæ sunt sententiæ Philosophorũ de his animi motibus, quos Græci πάθη, nostri autem quidam, sicut Cicero, *Affectiones*, vel *affectus*: quidam verò de Græco expressius *Passiones* vocant. ¶ Interdum accipitur pro studio, cupiditate, vel desiderio. Iuvenalis. ...res ampla domi, similisque affectibus esset. ¶ Affectus pro morbo. Celsus lib. 2: In quibus affectibus ea quoque genera exercitationum necessaria sunt.

Affectio, onis, f. t. Est quivis animi motus, sive passio: ut amor, odium, iracundia, invidia, timor, lætitia, spes, & similes. [διάθεσις, πάθος. Gall. *Disposition, affection*. Ital. *Affettione*. German. Ein jede bewegung des Gemüts/ als Freud/ Forcht/ Zorn/ etc. Hispan. *La pasion del anima*. Polon. ... Vngar. *Indulat*. Angl. *Any affection of the mynd*.] Cicer. 1. de Inventione: Impetus & quædam commotio animi, affectioque. ¶ Interdum & latiùs sumitur, ut etiam ad corporis mala extendatur. Vnde sic definitur à Cic. lib. 1. de Invent. Affectio, est animi aut corporis ex tempore aliqua de causa commutatio: ut, lætitia, cupiditas, metus, molestia, morbus, debilitas, & similia. ¶ Extenditur & ad alia: ut, Affectio astrorum, Cic. de Fato. Affectio cœli, Idem secundo de Divinat.

Affectiosus, [...]. Vngar. *Lelki in düláatal bövelkö dö*.] Macrobius Satur. 3. cap. 15: Piam, affectuosamque rem fecisse se jactans.

Affecto, as, act. p. appeto, nimis exquiro.] ... Gall. *Affecter, avoir un desir merveilleux de quelque chose*. Ital. *Desiderare, cercare con ansietà*. Ger. Mit grosser anmutung einem ding nachstellen/ embsig begeren. Belg. Seer sorghvuldelijck begeeren ofte naerstelijck dient stain. Hispan. *Codiciar*. Pol. *Pożądam chciwie*. Vng. *Igyekezni kívánom*. Ang. *To have an mervellous desire of any thing*.] Virgil. 4. Georg. viamq; affectat Olympo. Cicer pro Rosc. Amer. Nunc verò quàm viam muniret, quod iter affectet videtis: sic in Rhetor. ad Herennium. ¶ Affectare pro eo quod est, consultò aliquid facere. Vlpianus in l. Quod ait lex. Ad legem Iuliam de adulteriis. ¶ Aliquando affectare est afficere. Plaut. in Bacch. Tua flagitia, aut damna quibus patrem, & me, teque, amicosque omnes affectas tuos.

Affector, d. p. sed obsoletum, ἐπιτηδεύω. Varro: Affectatus est regnum. ¶ Ab Affecto sit Affectatus nomen & participium, ut Affectata castitas. Plin. Iunior, in Panegyr. Affectata aliis castitas, tibi ingenita & innata. ¶ Affectata oratio: περιεργασμένος λόγος, quæ nimis anxiè & curiosè quæsita est, & nimio cultu quandam recipit novitatem.

Affectatus, a, um, particip. & nomen: ut affectatus sermo, affectata oratio, & affectata verba dicuntur nimis anxiè & (ut ita dicam) curiosè quæsita. Ejusmodi autem sermo affectatus reprehenditur à doctissimis. Vnde & κακοζηλίαν: id est, malam & perversam affectationem Grammatici inter orationis vitia posuerũt. Plin. in Panegyr. Affectata aliis castitas, tibi ingenita & innata.

Affectatè, id est, curiosè: [περιέργως, ... Gall. *Curieusement*. Ital. *Curiosamente*. German. Zu viel fleissigtlich ohn noht/ sorgfeltiglich. Hispan. *Curiosamente*. Polon. ... Vngar. *Fölletteb efszöm*. Angl. *Curiouslie*.] ut, Affectatè scribere.

A ffectatio, verbale, f.t. nimia diligentia, immoderatū studium. [illegible] taavah [illegible] himjan. [illegible]. Gall. *Desir desordonné*. Ital. *Desiderio discordinato*. German. Ein ubertriger fleiss oder begierd. Belg. Curieusheyt. Hisp. *Codicia condiligencia*. Pol. *Zbytnie żądanie*. Vng. *Nagy ész, fölöttéb, való ész*. Ang. *An vn measurable desire*.] Plin. lib. 17. cap. 37: Tanta est decoris affectatio: ut tingantur oculi quoque.

A ffigo, gis, act. t. Ad aliquid figo. [illegible] takáh [illegible] hidhbik. [illegible]. Gall. *Fiher à quelque chose attacher*. Ital. *Attaccare, appicare, ficcare*. Germ. Anhefften. Belg. Hechten/ofte maken/ieweten vestaen. Hisp. *Hincar à otra cosa*. Polon. *Przyhaffuiam, przywiezam, przybyam*. Vng. *Mellé ... akom*. Angl. *To tach or fasten to any thing*.] Cicer. 2. de Nat. deor. Minerva, cui talaria affigunt. ¶ Per translationem de incorporeis dicitur. Plin. lib. 10. cap. 1: Hunc enim maximè affixisse animis eam dulcedinem constat: id est, tenaciter impressisse.

A ffixum vel Affixa in plurali apud Iurisconsultos dicuntur ad familiam & domum pertinentia, ut domum instructam legare cum omnibus affixis. Paulus D li. 33. Tit. 7. lib. 18. Et lib. 21: Quæcunque affixa, inædificataque sunt. l. 26. Illigata ædibus: Dicuntur etiam affixa apud Hebræos literæ quædam consignificantes, & nominum personas variantes.

A ffingo, is, act. t. Idem quod fingendo accommodo, sive addo: [illegible] badhá, [illegible]. Gall. *Contrefaire & feindre*. Ital. *Contraffare, trouar inuentioni*. German. Dargegeben / darzu erdichten/ und setzen. Hisp. *Componer ò fingir*. Polon. *Przydawam zmyślam*. Vngar. *Hozza ragaztom*. Ang. *To adde in fainin, to fayne moreouer*.] & propriè est figulorum, quum vasis ansas, vel aliam quamvis particulam addunt. Quanquam etiam latiùs accipitur, pro efformo sive addo. Cicero secundo de Orat. Nullam partem corporis sine aliqua necessitate affictam, totamque formam quasi perfectam reperies. ¶ Sumitur etiam pro eo quod est rem aliquam inter narrandum mendaciis augere. Idem secundo Phil. Quiboni aliquid volunt afferre, affingunt aliquid, quo id efficiant, quod nuntiant, lætius. ¶ Affingere hominum mores pro assimulare. Cicero secundo de Orat. In quibus describuntur hominum mores & ita affinguntur, ut quales sunt intelligantur.

A ffictitius, a, um, verbale. Quod rei alicui affingitur, sive additur. [illegible] badhū [illegible]. Gall. *Adiousté, controuué*. Ital. *Fittitio*. Germ. Hinzugesetzt/hinzu erdicht. Hispan. *Anadid, contrahecho*. Polon. *Zmyślony, przyłożony*. Vng. *Hozzá ragaztatot*. Ang. *That is added by faining*.] Varro libro 3. de Re rust. cap. 12: Sequitur, inquit Appius, actus secundi generis, affictitius ad villam qui solet esse ac nomine antiquo à parte quadam leporarium appellatum.

A ffines, com. t. sunt viri & uxoris cognati inter se, quòd duæ cognationes inter se diversæ per nuptias conjunguntur, & altera ad ulterius fines & terminos accedit. [illegible] chothen, [illegible]. Gall. *Prochains par lignage, alliez par mariage*. Ital. *Parenti per conto di matrimonio*. German. Schwäger/gefreundet. Belg. Een Maech / een Swagher. Hispan. *Parientes por cassamiento*. Polon. *Powinowaczy, Swagrowie*. Vngar. *Söger*. Ang. *Consinges by mariage*.] Neque solùm de viris dicitur, verùm etiam de mulieribus. Cicero post red. in Sen. To affinem tuam, meam filiam, superbissimis, & crudelissimis verbis à genibus tuis repulisti. Dicuntur autem ab eo, quòd duæ cognationes, quæ diversæ inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit: ex Ad, & Finis. Terentius in Adelph. Hegio his est cognatus proximus, affinis nobis. Idem in Heaut. Imò gener & affines placent. Vbi Donatus ait: Vxoris cognati, sunt affines mariti. Vnde multi gradus sunt, & veluti rami propinquitatis in affinitate, & cognatione dispositi. Nomina eorum hæc sunt, Socer, Socrus, Gener, Nurus, Vitricus, Noverca, Privignus, Privigna, Levir, Glos, Ianitrices. Sed de singulis horum vide suis locis.

A ffinis, adjectivum, vicinus, conjunctus, & tàm genitivo quàm dativo jungitur. [illegible] karob, [illegible]. Gall. *Voisin, prochain*. Ital. *Vicino, congiunto*. German. Nachbawer/anstosser. Hispan. *Cercano, comarcana*. Polon. *Sąsiad, Pobliski*. Vng. *Szomszéd, melless valo*. Ang. *A neighbour, nigh*.] ¶ Affinis culpæ, vel sceleri dicitur is, in quem cadit culpæ vel sceleris suspicio: vel qui est culpæ, vel sceleris particeps. Cicero in Cat. Huic sceleri si paucos putatis affines esse, vehementer erratis. Idem pro Sylla: Vbi neq; homines fuisse putantur hujus suspicionis affines Idem: Circumspicite paulisper mentibus vestris homines, qui huic affines sceleri fuerunt. ¶ Affinia vincula: hoc est, Vincula affinitatis. Ovid. 4. de Ponto eleg. 8: Ius aliquod faciunt affinia vincula nobis, Quæ semper maneant illabefacta, precor.

A ffinitas, tatis, f.t. Propinquitas ex cognati nuptiis contracta, vel hominum affinium inter ipsos conjunctio. [illegible] chathunnáh, [illegible]. Gall. *Affinité, alliance par mariage*. Ital. *Parentela per conto di matrimonio*. Germanicè, Schwogerschafft/ Sipschafft. Hispanicè, *Parentesco por cassamiento*. Pol. *Powinowactwo*. Vng. *Sógorság*. Anglicè, *Allaiance*.] Cicero 4. Verr. Quo quisque te maximè cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat.

A ffirmo, as, act. p. Assevero, assero, confirmo. [illegible] jahadh [illegible] takan [illegible] chiqqeh [illegible]. Gall. *Affermer, asseurer*. Ital. *Affermare*. German. Bestendig sagen/ gewiß etwas sagen. Belg. Dat vestigen/ betuygen/ siggen vestelijc. Hisp. *Mucho affirmar algo na cosa*. Pol. *Twierdzić, pewnie*. Vngar. *Valiom, bizonitom*. Ang. *To alledge*.] Cic. 4. Acad. Qui dubitamus igitur affirmare, nihil inter hæc interesse?

A ffirmatio, f. t. asseveratio, confirmatio. [illegible]. Gall. *Accertenement, affirmation*. Ital. *Affirmatione, accertamento*. Germ. Bestettigung/gewisse bezeugung. Hisp. *Affirmacion*. Polon. *Vtwierdzanie*. Vngar. *Bizonyitás, vallás*. Ang. *Affirming, alledging*.] Cicero tertio Offic. Est enim jusjurandum affirmatio religiosa.

A ffirmatè, asseveranter. [illegible]. Gall. *En affirmant qu'il est vray*. Ital. *Affermatamente*. Germ. Gewißlich/eigentlich. Hispan. *Affirmadamente*. Pol. *Wyraźnie, Twierdząc*. Vng. *Bizonyos képpen*. Ang. *By affirming*.] Cic. 3. Offic. Quod autem affirmatè, quasi Deo teste promiseris, id tenendum est.

A fflatus, Vide AFFLO.

A ffleo, es, evi, etum, Illachrymor. [illegible] bachah [illegible]. Gall. *Larmoyer*. Ital. *Piagnere*. Germ. Mit einem weinen. Hisp. *Llorar*. Pol. *Wespół płacze*. Vng *Eggyütt valakivel sirok*. Ang. *To weepe*.] Plaut. in Persa: Sed longè ab Athenis esse se natam autumet, Et ut affleat, quum ea memorat.

A ffligo, is, penult. prod. compositum ex Ad, & Fligo antiquo verbo, Prosterno, in terram conjicio & deprimo. [illegible] hippil [illegible] nathas [illegible]. Gall. *Ruer & accabler par terre*. Ital. *Metersi sotto i piedi, abbassare, atterrare*. Germ. Nider auff den boden werffen. Hisp. *Derribar por el suelo*. Pol. *Zrzucam, Zbiiam, roztalam*. Vngar. *Az földhöz verém, paskolom*. Ang. *To cast to the ground, to shake*.] Cicero in Pison. Illi autem statuam istius persimilem, quam stare in loco celeberrimo voluerunt, ne suavissimi hominis memoria moreretur, affligunt, comminuunt, dissipant. Idem pro Cælio: Qui Catuli monumentum afflixit, meam domum diruit. Plinius lib. 8. cap. 40. Cæs. 6. Bel. Gal. ¶ Accipitur pro opprimo, malè mulcto, ploro afficio, perdo. [illegible] hinnah [illegible] batsab, [illegible]. Gall. *Tourmenter, affliger*. Ital *Tormentare, affligere*. Germ. Plagen / engstigen / bekümmern. Hisp *Atormentar, affligir*. Pol. *Żeśmęcam, dręczę, frasuię*. Vng. *Nyomorítom*. Ang. *To afflict, to chastice*.] Cic. Att. lib. 4: Vt me levarat tuus adventus, sic discessus afflixit. Cic. in Pison. Afflictus luctu ac mœrore.

A fflictus, a, um, prostratus, jacens, & rebus adversis oppressus. [illegible]. Gall. *Affligé*. Ital. *Afflitto*. Germ. Zu boden geworffen. Item, Betrübt/geplaget. Hisp. *Afligido*. Polon. *Zbarzony, smętny*. Vngar. *Megh nyomorított*. Ang. *Afflicted, sacked*.] Cicero pro lege Manilia: Diffidentem rebus suis confirmare, afflictum erigere, perditorumque recreare. Idem post reditum: Qui mihi afflicto & jacenti dextram porrexit.

A fflictio, f. t. afflictatio, vexatio. [illegible]. Gal. *Affliction, vexation, tormens*. Ital. *Afflittione, travaglio*. German. Trübsal/bekümmerniß. Hispan. *Afligimiento*. Pol. *Frassunek, vssisk*. Vngar *Nyavalya*. Ang. *Affliction, torment*.] Cicer. 4. Tusc. Molestia, afflictio, desperatio. Sic 3. Tusc. Alii ubique legunt Afflictatio.

A fflictatio, f. t. [illegible]. Idem Cic. 4. Tusc. Afflictatio, ægritudo cum vexatione corporis.

A fflictus, us, idem. m. q. Cic. 2. Tusc. Effœminata virtus afflicta occidit.

A fflictor, aliud verbale, m. t. Qui afflixit, vel affligit. [illegible]. Gall. *Tormenteur, qui afflige*. Ital. *Chi affligge, tormentatore*. German. Ein plager/ betrübter/bekümmerer. Hispan. *Atormentador*. Polon. *Kłopotalbo frasunie zadaiący, Męczyciel*. Vngar. *Nyomorító*. Ang. *An tormenter, which punisheth*.] Cicer. in Pis. Age, Senatus odit te (quòd eum te facere jure concedis) afflictorem, & proditorem non modò dignitatis &c.

A fflicto, as, frequentativum. [illegible]. Gall. *Fort affliger & tormenter*. Ital. *Affligere fermamente*. Germ. Streng und heftig plagen / betrüben/und bekümmeren. Hisp. *Afligir mucho*. Pol. *Dręczę vstawicznie, trapię, kłopocę*. Vng. *Nyomorgatom*. Ang. *To torment and afflict greatlie*.] Cæsar 4. Bell. Gall. Et onerarias, quæ ad anchoras erant deligatæ, tempestas afflictabat. Ibidem lib. 3. Tac lib. 13. Cic. 4. Tusc. O te infelicem, quàm te afflictatem, nisi iratus essem. Idem ad Att. li. 1: Hic tu me accusas quòd me afflictem.

A fflo. act. p. Ad aliquid spiro. [illegible] naschab [illegible] naphach [illegible] puach [illegible] naschaph, [illegible]. Gall. *Souffler ou alener vers ou contre quelque chose*. Ital *Spirare à qualche cosa*. German. Anblasen / antauchen / anwehen. Belg. Ter vseme aen / haeyhe Waye aen/blasen. Hispan *Soplar hazia otra cosa*. Polon. *Dmie, przydmam, Chucham, Pucham*. Vngar. *Valamire fuvok, lehelök*. Ang. *To blowe or breath vpon any thing*.] Liv. Afflabat vis frigoris acrior. Cicer. de Senect. Odores afflantur è floribus, per translationem. Virgil. 1. Aeneid. -nanque ipsa decoram Cæsariem nato genitrix lumenque juventæ Purpureum, & lætos oculis afflarat honores: id est, afflando dederat. Lact. lib. 7: Odor ille sapientiæ tam suavis tam jucundus afflaverit. ¶ Interdū ponitur pro excito, incito. Cic. pro Arch. Poëtas mentis viribus excitari, & quasi divino quodam spiritu afflari. ¶ Afflare alicui, pro aspirare seu favere. Tibul lib. 2. eleg. Felix, cui placidus leniter afflat Amor.

A fflatus, us, verbale, m. q. Actus afflandi. [illegible] neschimah [illegible]

tum. Gall. *Vent.* Ital. *Vento.* German. Anblasung/anwähung Hispan. *Viento.* Polon. *Nadchnienie.* Vng. *Fuuas, le helles.* Ang. *Blowing breathing on.*] Plin. lib. 10. cap. 33: Perdices concipiunt supervolantium afflatu. Cicer. 1. de Divin. Oracula quæ instinctu divino afflatuq; funduntur. ¶ Afflatus item pro H aspiratione seu nota aspirationis. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 1: Nec minus oppidi quoque nomen Thebæ indicant antiquiorem esse agrum, quòd ab agri genere, non à conditione ei nomen est impositum. Nam lingua prisca & in Græcia Aeoles Bœotii, fine afflatu vocant Aeoles Thebas.

Affluo, is, n. t. Abundo. [נהר *nahár* הרבה *behdiph* שפע *saphah.* ἐπιῤῥέω, ἐπιπολάζω.] Gall. *Abonder, couler vers quelque chose.* Ital. *Abundare, correre verso qualche luoco.* German. Herzufliessen/überflüssig sein. Belg. Overvloien / overvloedich sen. Hispan. *Abundar ò correr lo liquido.* Polon. *Hoiwossić, albo dostatekmam, przypłiwam.* Vngar. *Bouelkődőm.* Angl. *To abound, to haue plentie of anything, to flowe to.*] ut, Affluere divitiis, voluptatibus, &c. Lucret. Cicer. &c. Propriè ad aliquid fluere. Colum. Ne quum à vertice torrens imbribus conceptis affluxerit, fundamenta convellat. Plin. lib. 2. cap. 97: Bis inter duos exortus Lunæ affluunt, bisque remeant. De maris æstibus loquitur. Cicer. translatè usus est, de Finib. Nam si ea sola voluptas esset, quæ quasi titillaret sensus, ut ita dicam, & ad eos cum suavitate afflueret & illaberetur. Tanquam de liquore dixit, afflueret: id est leniter flueret.

Affluens, participiū. [περιῤῥέων.] Germ. Zufliessend/ überflüssig] Liv. 5. bell. Macedon. Quotidie affluente multitudine ad famam belli. Idem 4. bell. Pun. ¶ Affluens, abundans Cicer. pro Arch. Vrbs eruditissimis hominibus liberalissimisq; studiis affluens. Idem contra Rull. Opibus & copiis affluens. Idem Offic. 3: Omnium rerum affluentibus copiis ditari.

Affluentia, f. p. Abundantia [מותר *mothár* שפע *schépbah* דביר *ma hbid.* ἐπίῤῥοια, ἀφθονία.] Gall. *Abondance.* Ital. *Abondantia, copia.* Germ. Überflüssigkeit/genüge. Hisp. *Abondamiento.* Polon. *Obfitość.* Vng. *Bouu kődés.* Ang. *Abundance plentie.*] Cic. de lege Agrar. Ex hac copia, atque omnium rerum affluentia, primùm nata est arrogantia.

Affluenter, adverbium, Copiosè. [לרב *larób* בהרבה *bimród ...* ἀφθόνως, δαψιλῶς.] Gall. *Copieusement, largement.* Ital. *Abondantemente.* German. Überflüssiglich/ genugsamlich. Hispan. *Abundosamente.* Polon. *Hoinie, obficie, dostatnie.* Vng. *Bouon.* Angl. *Abundantlie, plenteouslie.*] Cic. 5. Tusc. Quoque affluentiùs voluptates hauriat.

Affodio, is, affodi, affossum, Fodiendo adjungo. [חתר *chatár* חפר *chaphár.* προσορύττω.] Gall. *Fouyr aupres, en fouyssant au contre.* Ital. *Cauar vicino, zappando aggiongere.* German. Mit graben zusammen fügen. Hispan. *Agar lo cauado sobre cauado.* Polon. *Przykopiwam.* Vng. *Mellé ásom vájon.* Ang. *To diche or diggen gh, in digging to toyne to.*] Plin. lib. 2. cap. 68: Furtoq; vicini cespitem nostro solo affodimus.

Affor, aris, atus sum, d. p. ex Ad & Fari compositum, significat Alloqui. [דבר *dibbér* προσφθέγγομαι, προσφωνέω.] Gall. *Parler à quelqu'vn.* Ital. *Parlare.* German. Anreden/ansprechen. Hisp. *Hablar.* Polon. *Mowię/mówiękim.* Vngar. *Meg szóllitom.* Ang. *To speak to any man.*] Cicer. 2 Phil. Quis locus est aut tam desertus, aut tàm inhumanus, qui illos qui accesserint, non affari atque appetere videatur? Virgil. Aen. 2. Tunc sic affari, & curas his demere dictis.

Affatus, a, um, particip. Alloquutus, Virg. 4. Aen.

Affatus, huius affatus. m. q. nomen verbale, Alloquium, collocutio. Virg. 4 Aen. Heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem Audeat affatu?

Affabiliter, & Gellius affabilissimè [Vng. *Nyayassággal.*] Macrob. Saturnal. lib. 7. cap. 1: Ab Imperatore comiter, affabiliterq; susceptus est. Spartianus in Caracalla: Quos occidere parabat, affabiliter est allocutus.

Affabilis, penult. corr. ex Ad & Fabilis. In sermone jucundus & gratus: vel comis, lenis, facilis. [נוח חן *noah chen* נמן *hanán.* εὐπροσήγορος.] Gall. *Affable, gratieux en paroles.* Ital. *Affabile.* German. Gespräch / holdselig im reden. Belg. Goeder handel/ die geesprächsame Hispan. *Cortes, y bien hablado.* Polon. *Wdzięczny mowy, zaß mowny, łagodny.* Vngar. *Nyayas.* Ang. *Gentill in speaking to.*] Cicer. 1. Offic. Et in omni sermone omnibus affabilem & jucundum se esse vellet. Terent. in Adelph. Meditor esse affabilis. Virgil. 3. Aeneid. Nec visu facilis, nec dictu affabilis ulli.

Affabilitas, f. t. facilitas alloquendi, comitas in sermone, facilitas audiendi.] חן נעימות *chen hanauáh.* εὐπροσηγορία.] Gall. *Courtoisie en parlant aux gens.* Ital. *Affabilità, cortesia.* Germ. Freundtlichkeit die Leut anzureden. Hisp. *Cortesia, y buena habla.* Pol. *Wdzięcznoß mowy.* Vng. *Nyayasság.* Ang. *Meekenesse and courtesie in speaking or hearing others.*] Cic. 2. Offic. Quantopere conciliet animos comitas affabilitasque sermonis.

Affabilissimè, adverb. Gell. lib. 16. cap. 3: Hæc tum Phavorinus, multaque ejusmodi alia affabilissimè dicebat.

Affore, pen. corr. [παρέσεσθαι.] Vng. *Jelen lenny.*] Est verbum ità defectivum, ut ipsum verbum Fore. Cicer. ad Papin. lib. 9. Non mehercule suspiratus sum illam affore. Cæsar. 5. bell. Gall. Hanc affore biduo Virgil. 1. Aen. -atque utinam ipse Noto compulsus eodem Afforet Aeneas.

Afformido, as, are, act. p. formido [פחד *pachád* חרד *charád.* ὑποφοβέομαι] Gall. *Craindre dauantage.* Ital. *Temere.* Germ. Grosse forcht haben / sich übel förchten. Hispan. *Temer demasiadamente.* Polon. *Obawiam się, strachami się lękam się.* Vngar. *Félek, rettegék.* Ang. *To feare greatlie.*] Plaut. Bachid. Magisq; afformido, ne is pereat.

Affrango, is, act. t. frango. προσαράσσω. Stat. libro 1. Theb. -aut extricata fatiscet Mater Achilleia hyemes affrangere bustis.

Affrico, as, pen. corr. Ad aliquid fricare. [שפשף *schifschéf.* προστρίβω.] Gall. *Frotter à ou contre quelque chose.* Ital. *Fregare a qualche cosa.* Germ. Anreiben. Hispan. *Refregar vna cosa à otra.* Polon. *Ocieram, ocierpie naciéram.* Vngar. *Valamit dőrzsölök vakarom.* Ang. *To rubbe vpon anything.*] Plin. lib. 8 cap. 27: Marathro herbæ sese affricās. Idem lib. 29. cap. 6. Colum. lib. 7. cap. 5: Aut arbori affricant. Subaud. sese.

Affrictus, us, verbale, m. q. [גרד *garádh* שפשוף *schifschúph.* προστριβή.] Gall. *Frottement contre quelque chose.* Ital. *Fregamento contra qualche cosa.* Germ. Die anreibung / oder das anreiben. Hisp. *Refregamiento de vna cosa à otra.* Polon. *Nacieranie.* Vngar. *Tőrlés, vakarás.* Ang. *Rubbing vpon any thing.*] Plin. lib. 31. cap. 6: Spumaq; aquæ affrictu verrucas tollit.

Affrio, as, ex Ad. & Frio, Digitis terendo aliquid aspergo: & propriè de rebus iis dicitur, quæ facilè & modico tritu comminuuntur, & in pulverem rediguntur. [דקק *dakák.* ἐντρίβω.] Gallicè, *Esmier ou brisier menu quelque chose sur ou auec vne autre.* Italicè, *Romper ò tritar minutamente vna cosa entra vn' altra.* German. Etwas zerreib n. Hispanicè, *Desmenuzar con otra cosa.* Polon. *Kruszę ... .* Vngaricè, *El morsolom.* Anglicè, *To break in small peaces one thing with another, to braye.*] Varr. 1. de Re rust. Item alius aliud affriat, aut aspergit, ut Calcidicam, aut Caricam cretam, &c.

Affulgeo, [נגה *naghah.* ἐπιλάμπω, ἐπιλάμπομαι.] Gall. *Reluire & resplendir contre quelque chose.* Ital. *Risplendere contra qualque cosa.* Germ. Anscheinen/anleuchten. Hisp. *Resplandecer hazia otra cosa.* Polon. *Nieście, Swiece, oświecam.* Vngaricè, *Fenndőklőm.* Ang. *To shyne, and cast a glace or ligth vpon any thing.*] Sil. lib. 8: Affulgere vultu niteni. Et, Huic ædium parti rarò sol affulget. Et proverbialiter, lux affulsit, dicimus, ubi melior rerum spes ostendi cœperit. ¶ Translatè etiam affulgere dicitur, quod animum nobis erigit atque excitat. Liv. 7. bell. Pun. Prima spes morte nunciata Marcelli affulsit. Idem lib. 10: Et mihi talis aliquando fortuna affulsit.

Affundo, is, act. r. aspergo. [שפך *schaphách.* προσχέω.] Gall. *Espandre, & faire couler quelque liqueur contre quelque chose.* Ital. *Versare allegare.* Germ. Angiessen / zuschütten. Hispan. *Derramar sobre cosa.* Polon. *Przylewam, przysipuie.* Vngar. *Hozza őntőm.* Ang. *To sprinkle, and powre out vpon anything.*] Plin. libro 16. cap. 44: Vinumq; illi affundere. ¶ Affundi fluvii quoque & maria dicuntur iis locis quæ alluunt, aut prælabuntur. Idem libro 5. cap. 1: Affunditur huic autem æstuarium è mari flexuoso meatu. ¶ Affundo pro infundo. Tacit. lib. 12: Frigida in aqua affunditur venenum. Idem lib. 5: Effusa urbs mari, pro, effusam mare urbi. Plin. lib. 3. cap. 3.

Affusus, partic. προσχυθείς. Plin. Exprimitur foliis succus mollissimis, in pila fusis, affuso paulatim vino austero. Ovid. & Lucan.

Aforis, adverb. penult. corr. A parte exteriori [מחוץ *michutz.* ἔξωθεν.] Gall. *De dehors.* Ital. *Di fuori.* German. Von aussen her. Hispan. *De fuera.* Polon. *Zewierchnie.* Vngar. *Kivűl.* Anglicè, *From outward.*] Plin. lib. 18. cap. 24: In ulcus penetrat omni aforis injuria. Sunt qui divisim scribant, à foris, & melius, meo quidem iudicio.

A ante G.

AG. agit, vel agil, vel Agrippa, vel Agro. A G. agò, vel agro. A G T agitur. A G O. agor. AG. Aulus Gellius.

Agagulo, m. t. dicitur vanus fornicator.

Agalacta, pascua nuncupatunt veteres medici, lacti minùs accommoda: nam herbis lactis aliquo modo naturam immutari traditum est.

Agallochum, [אהלים *ahalim.* ἀγάλλοχον.] Gall. *Lignum al'es.* Ital. *Legno aloè.* German. Holtz Aloes. Belg. Aloe Hisp. *Lin aloè.* Pol. *Drzewo aloës ...* Lignum est Dioscoridi thyiæ ligno simile, maculis quibusdam distinctum, odore jucundissimo gustu subamarum, oris graveolentiæ maximè condurens. Græci recentiores ξυλαλόη appellarunt: quos nostræ ætatis seplasiarii imitati, *Lignum aloës* vocarunt.

Agamus, pen. corr. Latinè dicitur cælebs, ἄγαμος: hoc est, sine viro, seu uxore. [German. Vnverheiracht. Vng. *Nötelen, hazasy.* Ang. *Chaste*] γάμος enim nuptiæ sunt.

Agape, pes, ἀγάπη, habet duo nomina apud Latinos, charitatem scilicet & dilectionem. August. de verbis Domini, loquens de epulone divite, contra raptores, qui amore Dei aliena distribuunt, dixit in persona talium: Ego similis illius divitis, non sicut agapes facio. Agape, in Decret. Pontif. 42. distinct. C. si quis despicit, sumitur pro eleemosyna. Prisci Christiani convivia sua appellabant Agapas: atq; hinc quoq; sacram ar mysticam Domini nostri Iesu Christi cœnam. Locus tamē citatus in Decret. aliter legitur ab aliis: nam pro *agapes* legunt *eclapinas.*

Agapeta, pen. prod. Ancilla Dei, quæ pro Christo nubere vo-

luit.

luit. Dicitur quoque Agapeta, vel tes, lenocinator, seu qui cum fœminis illicè conversatur.

Agaricon, [ἀγαρικόν. Gall. *Agaric.* Ital. & Hispan. *Agárico.* Germ. n. Lannschwam Pol *Modrzewie, wągebká.*] pen. cor Fungus est, aut certè radix, laserpitio similis, fungi more in boribus nascens, sapore initio dulci, sed mox in amaritudinem declinante. Nascitur circa Bosphorum Cimmerium, juxta fluvium Agarum, & in Galatia. Duo ejus sunt genera, mas, & fœmina. Vide Plin. lib. 25. cap. 9. & Ruell. lib. 3. cap 1.

Agāso, penult. product. Equorum vel asinorum ductor. [רכב rachchâb ἱππηλάτης. Gall. *Palefrenier, qui meine les chevaux & les panse.* Ital. *Asinaio, mulattiere.* German. Ein Buchtreiber/Eseltreiber/oder Roßbub. Belg. Een Eseltrijver/ oft peerd trijver. Hispan. *Harriero ò que aguija los asnos.* Polon. *Kowiarz, pastucha osłów, bidlesy.* Vngar. *Lovász kosfis.* Angl. *A horse or mule keeper.*] Plin. lib. 35. cap. 11: Pinxit & in una tabula, quaque maximè inclaruit, agasonem cum equo. Livius: Acceptos ab agasonibus equos, quum rex ascensurus erat, admovebant. Pers. 5. Satyr. Tressis Agaso dixit, pro homine qui omnibus est contemptui.

Agasyllis, ἀγασυλλίς, Frutex est, quem juxta Cyrenem Africa gignit, ex quo succus profluens in subjectas arenas decidit, quem Ammonicum vocant. Vide Dioscorid. & Ruell. l. 3. cap. 52.

Agăsyrtus, [לבוש בגדים צואים צואים labusch baghadhim tsôim. ἀγάσυρτος. Gall. *Ord sale.* Ital. *Sordido scallido.* German. Wüst/unflettig/ungerahten. Hispan. *Suzio.* Polon. *Plugawiec, len, smroalswiec.* Vngar. *Rusnya.* Ang. *Sluttish, unhonestlie bis closhes.*] Apud Latinos squalidum sonat, & sordidum: unde Pittacus Mitylenæus philosophus Agasyrtus est ab Alcæo dictus, quòd neglecto corporis cultu videretur sordidior.

Agathides, Majorana Dioscoridi.

Agatitia, herba Dioscoridi.

Agĕ, Adverbium adhortantis: & singularem numerum desiderat, Agite pluralem: Agedum utrunque admittit. [הבה hábab ἄγε, φέρε δὴ. Gall. *Or sus, or avant, courage.* Ital. *Horsu, Hormia.* German. Wolan. Belg. Wel aen/hoe. Pol. *Nuże.* Vng. *No, noszsza.* Ang. *Go to, courage.*] Quint. Agedum si videtur, extra portas prospicite. Cicer. pro P. Sylla: Agedum, confert e nunc cum illis vitam P. Syllæ. ¶ Dicimus & Agitedum, sed in plurali semper. Liv. li. 1: Agitedum, ite mecum ¶ Interdum est corripientis. Terent. in Adelph. Age, scis quid loquar? Pecuniam in loco negligere maximum interdum est lucrum. ¶ Interdũ pro Dic. Terent. in Adelph. Age nunc runm animum, quasi jam usquam tibi sint viginti minæ. Vbi Donatus: Age nunc verbum est, significans Dic: quia jam propè est, ut consentiat persuadenti. ¶ Interdum consentientis. Terent. in Adelph. Age age traducatur Bacchis. ¶ Interdum excitandi: & plerumq; post Nunc, apud Poëtas ponitur. Virgil. Georg. 4: Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipse Addidit, expediam.

Agēă, penult. prod. f. p. Via in navi, dicta quòd in ea maximæ quæque res agi soleant, [illegible]. Ennius: Multa foro ponens ageaq; longa repletur. Vsitatiùs Foros vocamus. Vide Fest. & Scaligerum.

Agea, orum, plural. dicuntur victimæ, quæ pro rebus agendis ferebantur.

Agĕlæus pānis. [ἀγελαῖος ἄρτος. Pol. *Chlib grubý, albo czelarni.* Vngar. *Szegény kenyér, korpás.*] Dicitur à Græcis, qui à nostris *Cibarius* dicitur ex farina parùm bene cribrata constans. Vide Cæl. lib. 9. cap. 16, & Ruell lib. 2. cap. 14.

Agelastus, [לא שחק לעולם lo schehók ssochák lebolám. ἀγέλαστος, ab α & γελάω. Gall. *Qui ne ris iamais.* Ital. *Mesto, che mai non ride.* Germ. Trawrig/der nicht lacht. Belg. Die niet en lacht/ernstachtig. Hisp. *Quo non rie ò burla en algun tiempo.* Polon. *Smętny, ktory się nigdy nie smieie.* Vngar. *Mord kedw.* Ang. *Which never laugheth, heavie harted.*] Latinè mœstus, & sine risu. Quo nomine dictus est Crassus, avus Crassi à Parthis interempti, quem tradunt semel tantùm in vita sua risisse: quod factum est, quum vidisset asinum carduos comedentem, dixissetque ob id, similem habent labra lactucam. Factum hoc dictumque festivissimum risus subsecutus est. Cic. 5. de Finib.

Agĕllus. Vide AGER.

Agĕmă, atos, penult. product. agmen. [אגף agáph. ἄγημα. Gall. *Certaine legione de gens de guerre.* Ital. *Squadra.* German. Ein hauff/oder rott. Belg. Een ghiordineert crijgs hoop. Hispan. *Muchedumbre ò compañia de gente.* Polon. *Róta, huff.* Vngar. *Sereg, avagy sereg százany.* Ang. *An compenie of men of warre.*] Arrianus scribit alam equitum fuisse, quæ dicebatur ἄγημα, quanquam & de pedibus dici agema, idem testatur Arrianus. Liv. 5. Decad. Delecta inde, & viribus, & robore ætatis ex omni cætratorum numero duo erant agemata: hanc ipsi legionem vocabant.

Agĕr, m. s. [שדה sadhéh שדי saghéh. Gall. *Vn champ.* Ital *Campo.* German. Ein acker/ein feld. Belg. Een acker veld. Hispanicè. *Campo que se labra.* Polon. *Rola, pole.* Vngar. *Mező.* Angl. *A fielde.*] ab ago, is, quod in eo aliquid agatur, (ut Donatus inquit) quòd in eo multa sint agenda. Quintil. autem libro 1. scribit Græcum esse: nam ἀγρὸς Latinè rus dici potest. Significatque Ager quandoque circumiectum territorium alicujus urbis seu provintiæ, χώρα. Salust. in Catil. Reliquos Catilina per montes asperos in agrum Pistoriensem abducit. Vnde ducimus, Ager campanus, Ager Brixianus. Et includit in se nemora, saltus, pascua, latus, flumina, & omnia quæ in territorio illo sunt: & in ea significatione vix unquam reperitur pluraliter. ¶ Quãdoque significat partem quandam ipsius territorii urbis, quæ privatim ab aliquo possidetur, & esse videtur rus, in quo & domus, & omnia quæ in agro sunt, generaliter continentur: id est, quæ pro captu ipsius partis esse possunt. Vnde Terentius in Eunuch: Ex meo propinquo rure hoc capio commodi. Et sequitur: Neq; agri, neque urbis odium me unquam percipit. Vbi satietas cœpit fieri, commuto locum. Idem in Heaut. agrum in his regionibus meliorem, neque pretii majoris nemo habet. Et paulò pòst: Talenta duodecim coëgi, agrum hunc mercatus sum: hic me exerceo. Ex his innuitur sub Agri nomine & domum, & omnia alia quæ in agro continentur comprehendi. Idemque esse Agrum, Rus & Possessionem. ¶ Notandum tamen quòd nec rus, nec ager villa est, sed illa in rure, sive agro dicitur esse. Et hoc significato dicitur parœmia. Nihil ex agro dicis, οὐδὲν ἐξ ἀγροῦ λέγεις: id est, Nihil humile, neq; triviale loqueris. Meminit Suidas. Cui similis illa Græcorum ἀγροῦ πλέως, quod Catullus dixit, Ruris planus & infacetiarum. ¶ Quandoque Ager significat locum in rure quem colimus, sive arando, sive conserendo: & singularem, pluralemque numerum habet. Colum. lib. 1. cap. 3, Virgilii proverbialem sententiam explicans: Quippe, *inquit*, acutissimam gentem Pœnos dixisse convenit, imbecilliorem agrum, quàm agricolam esse debere, quoniam quum sit colluctandum cum eo, si fundus prævaleat, allidi dominum. Nec dubium quin minus reddat laxus ager non rectè cultus, quàm angustus eximiè. Conveniet in eos qui student imperio proferendo, quum hoc ipsum quod habent non possint administrare. Aut qui suscipiunt munus, cui gerendo sunt impares. Et libro 4: Pestilentem annum inopia frugum, neglecto cultu agrorum, ut plerunque fit, excepit. ¶ Ager colonus. Cicer. de Leg. agrar. Cognoscerent qui ager colonus esset, quò milites veterani deducti essent, qui, &c. Videtur eam agri partem significare, quæ propriè ad arandum accommodata est, & alio nomine Arvum dicitur.

Agĕr, Latinè appellari dicitur, eò quòd in eo agatur aliquid alii agrum ex Græco nominari manifestius credunt: unde & villa Græcè *choragros* dicitur: *Villa* autem à vallo: Id est agere terræ nuncupata, quod pro limite constitui solet. Et possessiones quæ dicuntur, ité fundi, prædita, rura, agri sunt: sed hoc differunt, quòd possessiones sunt agri latè patentes, publici privatique, quos initio non mancipatione, sed quisque, ut potuit, occupavit, atque possedit: unde & nuncupati. *Fundus* autem dictus, quòd in eo fundatur, vel stabiliatur testimonium, & tàm urbanum ædificium, quàm rusticum fundus intelligendum est. *Prædium* appellatum, quòd ex omnibus patrisfamiliàs maximè providetur: id est, apparet, quasi prævidium; vel quod antiqui agros, quos bello ceperant, prædæ nomine habebant. Rura verò incultos agros: id est, sylvas, & pascua, veteres dicebant. ¶ Agrorum nomina multa sunt, compascuus, alluvius, arcifinius, novalis, squalidus, uliginosus, subsecivus, quorum nominum rationem exponemus. *Compascuus ager* dictus, quia divisoribus agrorum relictus, est ad pascendum communiter vicinis. *Alluvius ager* est, quem paulatim fluvius in agrum reddit. *Arcifinius ager* dictus est, quia certis linearum mensuris non continetur, sed arcentur fines ejus objectu fluminum, montium arvorum: unde & in his agris nihil subsecivorum intervenit. *Novalis ager* est, primùm proscissus, sive qui alternis annis vacat, novandarum sibi virium causa: novalia enim semel cum fructu erunt, & semel vacua. *Squalidus ager*, quasi excolidus, quòd jam à cultura exierit, sicut exconsul, quòd à consulatu discesserit. *Vliginosus ager* est semper humidus: nam humidus dicitur, qui aliquando siccatur: uligo enim humor terræ est naturalis, ab ea nunquam recedens. *Subseciva* sunt propriè, quæ quæstor de materia præcidens, quasi supervacua abiicit: inde & subsecivi agri, quos in pertica divisos recusant, quasi steriles, aut palustres. Ex libello variorum auctorum de limitibus. ¶ Ager Emphyteuticus: id est, vectigalis, datus εἰς ἐμφύτευσιν, Macer. D. l. 2. l. 15. Sed & qui vectigalem: id est, Emphyteuticum agrum possidet: possessor intelligitur.

Agrorum qualitates Iulius Frontinus his verbis persecutus est: Agrorum qualitates sunt tres: una agri divisi & assignati: altera, mensura per extremitates comprehensi: tertia arcifinii, qui nulla mensura continetur. Ager divisus assignatus est coloniarum: hic habet conditiones duas: unam, qua plerunque limitibus continetur: alteram, qua per proximos possessionum rigores assignatus est, sicut in Campania Suessæ, Auruncæ: quidquid autem secundum hanc conditionem in longitudinem est delimitatum, per strigas appellatur: quidquid per altitudinem, per scamna. Ager ergo limitatus, hac similitudine decumanis & cardinibus continetur: ager per strigas & per scamna divisus & assignatus est, more antiquo in hac similitudine, qua in provinciis arva publica coluntur. Ager est mensura comprehensus, cujus modus universus civitati est assignatus, sicut in Lusitania Salmaticensibus, aut in Hispania citeriore Palatinis, & compluribus provinciis: tributarius solus per universitatem populis

polis est definitus. Eadem ratione & privatorum agrorum measuræ aguntur. Hunc agrum multis locis mensoras, quamvis extremum mansura comprehenderint in formam, in modum limitum condiderunt. ¶ Ager ast arcifinius, qui nulla mensura continetur: finitur secundum antiquam observationem fluminibus, fossis, montibus, viis, arboribus antemissis, aquarum divortiis, & si qua loca: hoc ast, quæ antè à possessore poterunt obtineri: nam ager arcifinius, sicut ait Varro, ab arcendis hostibus ast appallatus: qui postea interventu litium, per aa loca, quibus finit, teminos accipere cœpit. In his agris nullum jus subsecivorum intervenit. Subserivum ast, quod à subsecante linaa nomen acrepit. Subsecivorum genera sunt duo, unum, quod in extremis assignatorum finium centuria explari non potuit. Aliud genus subsecivorum, quod in mediis assignationibus, & integris centuriis intervenit: quicquid enim inter IIII. limites minùs, quàm interclusum ast fuerit assignatum, in hac remanet appellationa: ideò quòd is modus, qui assignationi superest, linea claudatur, & subsecetur: nam & reliquatum mensurarum actus, quidquid inter normalem linaem & extremitatem interest, subsecivum appellatur. Est agar similis subserivorum conditioni axtraclusus & non assignatus: qui si reipublicæ populi Romani, aut ipsius coloniæ, cujus fine circundatur, sive peregrinæ urbi, aut locis sacris, aut religiosis æquà ad populum Romanum pertinentibus datus non est, jura subsacivorum, in ejus, qui assignara potuerit, ramanet potestate. ¶ Agar extraclusus ast, qui intra finitimam lineam, & centurias interjacat: ideoque extraclusus: quia ultra limitem finitima linea clauditur Quoniam autem sæpe oritur controversia da agris, sciendum est controversiarum materias esse duas: finem, & locum, conditioque controversiarum alterutra continetur, quidquid ex agro da his intervanit. Sed quoniam in his quoqua partibus singulæ controvarsiæ diversas proprias habent conditionas. Propriè sunt nominandæ: sunt autem numero quindecim. De Positiona terminorum, da rigora, da fine, de loco, de modo, de proprietata, de possessione, da alluvione, da jure territorii, de subsecivis, de locis publicis, da locis relictis & extraclusis, de locis sacris & religiosis, de aqua pluvia arcenda, de itinaribus. ¶ De positione terminorum controversia est inter duos pluresve vicinos: inter duos, an in rigore sit cæterorum, siva rationes: inter plures, trifinium faciat, an quadrifinium: de horum opinione cùm constitit mensori, si secundum proximi temporis Possessionem non conveniunt diversas attiguis possessoribus faciunt controversias, sed ab intagro alius fortè loco, alius de fine litigat. ¶ De rigore, controversia est finitimæ conditionis, quoties intar duos pluresve tarminos ordinaros, sive quæ alia signa, secundum legem Maniliam inter quinque pedes agitur. ¶ De fine, similis est controversia, nec dubium est, quæ supra de finis conditione dixerim: nam & eadem lage continetur, & da quinqua pedum agitur laticudine: sad da fine quiequid per flexus, quibus arcifinii agri continentur, ut per extrema comptomontoria, aut summa montium, aut fluminum cursus, aut locorum natura, quam supercilium appellant. ¶ De loco controversia est, quidquid exedit suprascriptam latitudinem, cujus modus ad patentem non proponitur. Hæc autem controversia frequenter in arcifiniis agris variorum signorum demonstrationibus exercetur, ut fossis, fluminibus, arboribusque antemissis, aut culturæ discrimina. ¶ De modo, controversia est in agro assignaro: agitur anim de antiquorum nominum propria defensiona, ut si Livius Titius dextra Decumanum tertium, citra cardinem quartum acceperit, fortis suæ partes tres, siva quòd huic simila, quartam habaat in quacunque proxima centuria: huic anim universitati limas finam non farit, etiamsi publico itineri farviat: nam in cæteris agris da modo fit controversia, quoties promissionis modus non quadrat. ¶ De proprietata, controversia est plerunque, ut in Campania cultorum agro sylvæ absunt in montibus: ultra quartum aut quintum fortè vicinum: proptereà proprietas ad quos fundos partinere debeat, discutiatur. Est & pascuorum proprietas pertinans ad fundos, sed in commune: propter quod ea compascua multis locis in Italia communia appellantur, quibusdam provinciis pro indiviso: nam pac hæraditates, aut amptiones eius generis controversiæ funt, de quibus jure ordinario litigatur. ¶ Da possessiona controversia est, de qua ad interdictum: hoc est, jure ordinario litigatur. ¶ De alluvione, fit controvarsia fluminum infestatione, hinc fundi multas habent conditiones. ¶ De jure territorii, controversia ast deniqua ad ipsam urbem pertinens, sive quòd intra pomœrium ejus urbis erit, quod à privatis operibus obtineri non oportebat: eum dico locum, quem nec ordo nullo jure à publico poterit amovare. Habet autem conditionas duas: unam urbani soli: alteram agrestis: Agrestis, quod in tutela rei fuerat essignatum urbanæ. Vrbani, quòd oparibus publicis datum fuerat, aut destinatum, hujus soli jus, quanvis habita ratione divus Augustus de statu municipiorum tractaverit, in proximas urbes pervenira dicitur, quarum ex voluntate conditionis maxima pars finium coloniæ est attribura, aliqua portio mœnium extremæ perticæ assignationis inclusa, sicut in Piceno fertur, inter montium Prætutianorum quandam oppidi parram Asculanorum fina circundari. Quòd si adhæc revartamur, hoc conciliabulum fuisse fertur & postea in municipii jus relatum: nam non omnia antiqua municipia habent suum privilagium: quicquid enim ad coloniæ municipiive privilegium pertinet, territorii juris appellant. Sed, si rationem appellationis hujus tractamus, territorium est quicquid hostis terrendi causa constitutum est. ¶ De subsecivis controversia est, quoties aliqua pars centuriæ, siva tota non est assignata, & possidetur: aut quidquid de extremitate perticæ possessor proximis aliusve datinebit, ad subsecivorum controversiam pertinebit. ¶ Da locis publicis, sive populi Romani, sive coloniarum, municipiorúmve controversia est, quoties ea quæ neque assignata, neque vandita fuerint, aliquis possederit, ut alveum fluminis veterem populi Romani, quanvis aqua interposita insula, & divisi proximi possessores finibus reliquerint, aut sylvæ quas ad populum Romanum multis locis pertinere ax veteribus instrumentis cognoscimus, ut ex proximo in Sabinis in monte Mutela. Nam & coloniarum aut municipiorum similis est conditio, quoties loca, quæ reipublicæ data assignata fuerant, ab aliis obtinebuntur, ut subseciva concessa. ¶ Da locis relictis, extraclusis controversia est in agris assignatis: relicta autem loca sunt, quæ sive locorum iniquitate sive arbitrio conditoris relicta, limites non acceperunt: hæc sunt juris subsecivorum. Extraclusa loca sunt æquè juris subsecivorum, quæ ultra limites, & ultra finitimam lineam erunt: finitima autem linea, aut mensuralis est aut aliqua observatione, aut terminorum ordine servara: multis enim locis assignationi agrorum immunitas superfuit, sicut in Lusitania finibus Augustinorum. ¶ De locis sacris & religiosis, controversiæ plurimæ jure ordinario finiuntur: nisi da locorum earum modo agitur, ut locorum publicorum in montibus, aut ædium, quibus secundum instrumentum fines restituuntur: similiter locorum religiosorum, quibus secundum cautiones modus est restituendus: habent enim & Mœsilea juris sui hortorum modos circumjacentes, aut præscriptum agri finem. ¶ De aquæ pluviæ transitu controversia est: in qua si collectus pluvialis aquæ transversum secans finem alterius flumen influit, & disconvenit, ad jus ordinarium pertinebit: quòd si per ordinationam finis ipsius agitur, exigit mẽsoris interventum ¶ De itinaribus, cõtroversia est: quę in arcifiniis agris jure ordinario finitur in assignatis, mensurarum ratione: omnes anim limites secundum lagem colonicam itineri publico servire debent, sed multi ax inganii ratione per devia & contragosa eunt, quà iter fiari non potest, & sunt in usu agrorum eorum locorum, ubi proximus possessor ast, cujus forte sylva limitem detinet, & transitum inverecundè denegat, cum itineri limitem, aut locum limiti debeat. ¶ Est & controversiæ genus, quod ad solum non pertinet, de arborum fructibus earum, quæ in fine sunt, sive intra nec ullam ad radicem habent controversiam, quoties inclinatæ in alterutrũ fructum iactaverint, inter affines movẽt disputationem. Sunt & aliæ limitum conditionas, quæ ad solum non partinent: hoc est, ad artam nostram: solum autem quodcunq; coloniæ est assignatum, id univarsum pertica appallatur: quidquid enim huic universitati applicitum est ex alterius civitatis fine, sive solidum, sive cultellatum fuerit, præfactura appellatur. ¶ Cultellandi ratio quæ sit, sæpè quæritur, cujus præmensi soli spatium consumamus, & illam clivorum inæqualitatem planam essa cogimus, dum mensuræ lateribus inservimus. Cultellamus ergo agrum eminentiorem & ad planitiem redigimus, æqualitatem hanc nobis ratione ipsa seminum natura monstravit: omnia enim illa soli inæqualitas colligi poterit: nisi quòd de terra quicquid nascitur, in aërem rectum exit, & illam terræ obliquitatem crescendo atterit, nac majus spatium occupat, quàm si ex plano nascitur. Ex Frontino da limitibus agrorum.

Agĕllŭs, m. f. diminutivum, significat parvum agrum. [*γήδιον, ἀγρίδιον.* Gall. *Petit champ, petit territoire & possession.* Ital *Campicello.* German. Ein Aeckerlein Belg Een Ackerken. Hispan. *campo pequenno.* Polon. *Kole̜jka* Vngar. *Mezöske.* Ang *A litle fild.*] Terant. in Adelph. Agelli est hic sub urba paulum, quod locitas foris, Huic demus qui fruatur. ¶ Hinc fit aliud diminutivum Agellulus. Ambros. Qui fidas exercet militiam, ab omni usu negotiationis abstinere debat, agelluli sui contentus fructibus.

Agrarius, a, um, Quod ad agros pertinat: [*ἀγρικός.* Gall. *Chose des champs.* Ital. *Cosa apartenente à campo.* German. Das zu dem Acker oder Feld gehört. Hispan. *Cosa pertenesciente al campo.* Vngar. *Mezei.* Angl. *Of the feeldes, belonging ta the feeldes.*] Vt, Lex agraria, *νόμος κληρουχικός, γῆς ἀναδασμός,* quæ ferebatur da agris Populo dividendis. Liv. lib. 2: Tum primùm lex agraria promulgata ast.

Agrārĭūs, rii, substantivum, Legis agrariæ suffragator aut qui agros publicè divisos possidat. Cic. 15. Phil. Num rursus raprobos decuriabis: num solicitabit rursus agrarios?

Agrĕstĕ. Dicitur quod rusticum est: & ad agros pertinet, quodque in agris, non in hortis nascitur. [*ἄγριος.* Gal *Agreste rural, rustique, champestre.* Ital. *Villesco.* German. Bäwrisch / wild. Belg. Boerachtig. Hispan. *Cosa del campo.* Polon. *Polny, Leśny.* Vngar.

Parent. Ang. *Rustical, which perteineth to the fieldes.*] Virg. Cererem pubes agrestis adoret. Idem: Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma. ¶ Idem Agrestis dicitur, qui sylvestrem vitã agit, & feram quem & Græci ἄγριον dicunt. Vnde in compositione Onager dictus est asinus ferus. ¶ Agrestis substantivum pro homine rustico. Virg. 9. Aen. Lydorumq; manum, collectos armat agrestes.

Agricŏlă penult. corr. Ex ager, & colo, Cultor agri. [אכר *ichchár* יגב *iogheb*, γεωργός. Gall. *Laboureur, rustique, villageois.* Ital. *Lauoratore della terra.* Germ. Ein Ackermann oder Bawmann. Belg. Boer/ Bouman. Hispan. *Labrador del campo.* Pol. *Rolnik, oracz, siodlak.* Vng. *Szántóember paraszt ember.* Angl. *A husband man.*] Virg. 2. Georg. O' fortunatos nimiùm, bona si sua norint, Agricolas. Cicer. 1. Tuscul. Arbores seret diligens agricola. Est autem nomen generale: nam agricolarum alii Aratores, alii Vinitores, nonnulli Arboratores, multi etiam Pastores, quales erant ferè apud antiquissimos. Nec solùm rustici, & agrestes dicuntur Agricolæ, sed multi etiam oppidani: quod genus vitæ olim in maximo pretio fuit, atque honore præsertim apud Romanos. Cato de Re rustic. c. 1: Bonus agricola, bonusq; colonus. ita laudabant antiqui virum bonum. ¶ Proverbialiter dicitur: Semper agricola in novum annum dives, Ἀεὶ γεωργὸς εἰς νέωτα πλούσιος. Dicitur dictitatum, qui spe futuri compendii divites sunt, ac sibimet expectationes rerum ampliarum blandiuntur.

Agricŏlātĭo, onis, f. t. idem quod agricultura. [עבודת האדמה *habodhath haadhamah*, γεωργία. Gall. *Labourage.* Ital. *Lauoramento di campi.* Germ. Ackerbaw / Arbeit deß Feldts. Hisp. *La labranca.* Pol *Oranie.* Vng [illegible] Ang. *La boring of the land.*] Col. lib. 1. c. 9. Minus in hoc officio quàm in cæteris agricolatio frugalitatem requirit.

Agricultŏr, idem quod Agricola. Liv 6. bell. Pun. Servos agricultores rem. abduxisse Sic D. l. 22. Tit 3. l. 25. Paulus Miles, & agricultor, &c.

Agrĭcultū ă ræ, Cultus agrorum. [עבודת האדמה *habodhath haadhamah*. Gall. *Labourage, labeur de terre.* Ital. *Lauoramento ò coltiuamento di campi.* Germ. Ackerbaw / Bawrenwerck / Feldbaw. Hisp. *La labranca.* Pol *Sprawowanie roli.* Vng. *Maior... földes szántás vetés.*] Cic. 1. Offic. Nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. ¶ Agriculturam Socrates apud Xenoph. dicebat, agriculturam cæterarum artium parentem esse & nutricem quandam. De Agriculturæ, ejusdemq; legum laudibus, Balduinus in Præfat. super leges Iustinianı Georgicas.

Agrĭpĕtæ, pen. corr. κληροῦχοι. Qui petunt ex agrorum divisione portionem, quæ viritim dabatur. Cic. ad Attic. Servulos autem dicere eum & agripetas à Bruto ...

Agrōsus, Varr. l. 4. de ling. Latina, agrosum hominem dixit, pro agris abundanti & locuplete, ut arbitror, quemadmodum dicitur pecuniosus. Si ab agro, *inquit*, ad agrosum hominem venero, & agricolam non aberraro.

Ageraton, ἀγήρατον. Herba est ad duorum palmorum altitudinem excrescens, similis Origano, florem ferens bullis aureis non absimilem: ita dicta quòd non facilè marcescat. Vide Plin. lib. 24. cap 4. De agerato tamen inter authores non satis convenit.

Ageratus [ἀγήρατος. Ger. Ein Steinstein / vor zeiten den Gerbern bräuchig / sequund den Mangern.] Lapis est quo coriarii olim utebantur in poliendis coriis: cujus loco hodie utuntur massa vitri. Meminit hujus lapidis Gal. l. 9. Simpl.

Agĕsis, adverbium excitandi: compositum ex particula Sis, pro si vis, quæ verbis imperativi modi apud veteres addebatur ἄγε δὴ, ἄγε νῦν. Lucr. l. 1.

Nunc agesis, quoniam docui nil posse creari De nihilo.

Aggemo, is, Vide ADGEMO.

Agger, ris, per duplex g, masculini generis, Significat propriè lapidum aut terræ coacervationem, quæ fixis vallis aggeritur, castrorum alteriùs ve loci muniendi gratia. [סוללה *solelah*, χῶμα. Gall. *Amas ou monceau & tas de quelque chose.* Ital. *Argine.* German Ein Schütte oder Wal / ein zusammenhauffung deß Erdtrichs / ein Damm. Hispan. *Monton de tierra o baluarte.* Polon. *Grobla, wal.* Vngar. *Töltés.* Ang. *A heap of stones or turfes.*] Solebant enim Romani milites vallos: hoc est, palos secus circumferre quoties castra murabant, eosq; quoties considerant, humi defigere, terramque illis aggerere, ut tuti essent ab hostium irruptionibus. Impropriè dicitur cujuslibet rei coacervatio, qua fossæ, aut valles impleri possunt. ¶ Quin & muros & munimenta aggerem dici voluit Servius in illud Virgil. 10. Aeneid. Quin intra portas atque ipsis prælia miscent Aggeribus murorum. ¶ Dicitur etiam Agger media viæ eminentia, ex aggeratis lapidibus strata. Idem: Qualis sæpe viæ deprehensus in aggere serpens. ¶ Agger item dicebatur tumulus ex terra aliàve materia congestus ad oppidi vel arcis cujuspiam oppugnationem. Cicero Attic. libro 2: Oppidum cinximus vallo & fossa, aggere maximo. Item 5 Philip. Græciam per translationem vocat Aggerem oppugnandæ Italiæ, quòd ea aptissima esset, ex qua tanquam ex loco superiore bellum Italiæ posset inferri. Græcia, *inquit*, vel receptaculum esse pulso Antonio, vel agger oppugnandæ Italiæ. ¶ Agger etiam dicitur ipsa materia ex qua fiebat ipse agger. Fiebat autem ex trabibus, frondibus, cespitibus. Cæsar Civ. 2. 3. quòd unde aggercomportari posset, nihil erat reliquum, omnibus arboribus in finibus Massiliensium excisis. Idem Gall. 2. c. 6: Lapidibus telisq; subministrandis & ad aggerem cespitibus comportandis.

Aggĕro, as, penult. corr. act. p. Accumulo, cumulum facio. [סלל *salal* צבר *tsabar*, ἐπισωρεύω, χόω, σωρεύω. Gall. *Amonceler, accumuler.* Ital. *Accumulare.* German. Zusammen hauffen / ein Schütte oder Dammen machen. Belg. Hoopen. Hisp. *Amontonar una cosa sobre otra.* Pol. *Zgromadzam, skupiam, okrywam.* Vng. *Rakásba gyűytöm* Ang. *To heap, to make a bulwark.*] Vnde arbores aggerare vel aggerare circa arbores terram dicimus, quum post hyemem æstate jam instante, terram circumfundimus, & veluti circummunimus ne calore nimio radices exarescant: pro quo etiam dicimus, Arbores operire vel adobruere. Columella: Omnes arbores frugiferæ circumfossæ aggerari debent. ¶ Interdum translatè ponitur pro augere & aggravare. Virgil. 11. Aeneid -onerat dictis, atque aggerat iras. ¶ Hinc fiunt composita Adaggero, & Exaggero, quorum significata vide suis locis.

Aggĕro, is, pen. corr. si, stum, sixtà gero, Ad aliquid gero [צבר *tsabar* נשא *nasá*, ἐπιφορέω, συμφέρω. Gall. *Amasser, apporter en vn tas.* Ital. *Porre à cesto* German. Neben etwas tragen / hertzu tragen. Hisp *Annadir ò traer vna cosa à otra.* Pol. *Przynoszę, przygromadzam.* Vng. *Hordok* Ang. *To ...*] Plin. l. 17. c. 4 Nec fimi omnibus aggesta semper laudabilis. Plaut. in Rud. Siquidam mihi ultrò his aggerenda aria est aqua.

Aggestus, hujus aggestus, masc. q. χῶσις substantivum verbale. Tacitus lib. 9: Et locus ipse castrorum placebat, latè prospectans, tuto copiarum aggestu, florentissimis pone tergum municipiis.

Agglŏmĕro, act. p. Implico, adjungo: [גלם *ghalám*. συναγείρω. Gall. *Mettre du fil en ploton, devider & liceler* Ital. *Inuoltare, inghiamare.* Germ. Herzufügen / an ein Kugel wicklen Belg Bewinden / toevoeghen. Hisp. *Embolver vna cosa ò otra.* Pol. Wiążę, vnie, Przymotuię. Vng. *Egybegyűytöm.* Angl. *Togather, to yether, to wind thread in bottomes.*] à Glomero, quod à Glomus seu Glomer deducitur. Virgil. 2. Aeneid. Et lateri agglomerant nostro. Idem 12. Aeneid.

-densi cuneis se quisque coactis Agglomerant.

Agglūtĭno, penultima correpta, act. p. Ad aliquid glutino, copulo, adjungo. [הדביק *hidhbik*. συγκολλάω. Gall. *Coller ensemble.* Ital. *Coniungere.* German. Anleimen / an einander kleiben. Hisp. *Engrudar ò pegar vna cosa à otra.* Polon. *Przylepiam, Przykleiam.* Vngar. *Hozzá enyvezem.* Ang. *To glue, or soulder together.*] Plautus in Aul. Ita mihi ad malum malæ res planè se agglutinant. Cicero Attico libro 16. Itaque statim novum procemium exaravi, & tibi misi: tu illud desecabis, & hoc agglutinabis.

Aggrăvo, vas, pen. corr act. p. Onero, gravo, opprimo: [הכביד *hicbidh*. ἐπιβαρύνω. Gall. *Aggraver appesantir.* Ital. *Aggravare* Germ. Beschweren Belg. Beet beswaren / oft overleden. Hisp. *Agraviar o apesgar.* Pol *Obciążam.* Vngar. *Megnehezitem.* Ang. *To burden.*] A quo Aggravesco, quod est, valde gravis fio. Liv. bell. Pun. 2 lib. 8. Nihil aliud ab suis relatum est, quam inopia aggravari socios. Plin. l. 12. c. 17. Odor aggravans capita, sed citra dolorem. ¶ Aggravata valetudo, apud Suetonium in Augusto, gravior facta; Aggravata valetudine tandem Nolæ succubuit.

Aggrăvesco, is, ex Ad & nomine Gravis factum verbum, Gravius fieri, aggravari. Teren. Hecyr. Malè metuo ne Philumenæ magis morbus aggravascat: id est, gravior fiat: quia morbi gravas dicti. Sic aggravescens vulnus, Cic. 3. Tusc.

Aggrĕdĭor, d. t. Ad aliquem gradior, adeo, accedo, item adorior, invado, peto, incipio. [קרב *karab*. ἐπιχειρέω, προσέρχομαι, ἐγχειρέω. Gall. *Assaillir, aller vers quelqu'vn, s' auancer sur luy.* Ital. *Assalire in buona & in mala parte.* German. Zu einem gehen: item Einen angreiffen / anfallen. Hispan. *Acometer, ò arremeter.* Pol *Przystępuię, imam, napadam, rzucam sie na kogo.* Vngar. *Hozzá fogok, reá rohanok.* Ang. *To sets vpon, to invade, to beginne.*] Cicero pro Cecinna: Quid agat, quomodo aggrediatur judicem, non habet. Virg 4. Aeneid. Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis. Cicero de Natur deor. Antequam aggrediar ad ea, quæ à te disputata sunt. ¶ Vel cum infinitivo. Idem Officior. 2. De quibus dicere aggrediar. ¶ Aliquando in malam partem accipitur, pro adoriri, invadere, & veluti ex insidiis adire. [German. Einen angreiffen / mit gewalt anfallen. Belg. Aenvallen / aentasten / onderstaen.] Sal. Ex lateribus cæteros aggreditur. Iustinus: quos ex improviso aggressus facilè fodit. Cic. 1. Officior. Omnibus autem in rebus priùs quàm aggrediare, adhibenda est præparatio diligens. ¶ Aliquando pro tentare. Salust. in Iugurth. Omnes asperitates supervadere, naturam etiam loci vincere aggreditur. Hæc autem verba, Aggreditor, Adorior, Alloquor, & similia, Ad præpositioneeis adjuncta, cum accusativo solo elegantius ponuntur, quam si simplicia eorum accusativo, Ad præposita jungantur: ut, Aggredior hominem, non, Gradior ad hominem ¶ Rem novam quis proverbiali specie, aggredi dicitur, quum rem

rem arduam aut novam molitur, & aliis adhuc intentatam. Ex Homeri versu, Od. χ.

Aggressio, verbale, f.t. Actus ipse aggrediendi. [הקרבה kerābah ἐπιχείρησις. Gall. *Abordement, assaut.* Ital. *Assalto, assaltamento.* German. Anfall / angriff. Hispan. *acometimiento.* Polon. *Wpadnienie, przystep.* Vngar. *Kézdés, reá rohanas.* Angl. *Setting vpon, invading.*] Cicero in Orator. Quumque animos prima aggressione occupaverit, infirmabit, excludetque contraria.

Aggressor, oris, m.t. grassator. [Vng. *Kalóz tolvaj.*] Vlpianus D. lib. 48. Tit. 9 lib. 7: Ut latronibus, aggressoribusque daretur, qui Patrem interficerent. Idem, D. lib. 26 Tit. 5. lib. 1: Veluti si quis clamavit ut ad auxilium conveniretur aut territuit aggressores.

Aggressura, æ, f.p. [Vng. *Rohanás, tolvaylás.*] Vlpian. D. lib. 29. Tit. 5. l. 3: Si eum omnes domini aggressuram paterentur, uni servus opem tulit.

Aggrego, as, pen. corr. act. p. Congrego, quasi in unum locum gregem contraho. [אסף asáph כנס chanás. ἀγελάζω. Gall. *Amasser en vn troupeau, assembler.* Ital. *Congregare.* Germ. Zusammen samblen. Belg. Ict vergaderre. Hispan. *Ajuntar como ganados.* Pol. *Zgromadzam.* Vng. *Egy helyre gyüytöm.* Angl. *To gather together.*] Cic. in Catil. Quod si eodem cæteros undique collectos naufragos aggregaverit. ¶ Translatè pro adjungere, apud Cæs. 6. bell. Gall. Qui se ad eorum amicitiam aggregaverant: huic opponitur Abgrego.

Aggretus, Apud antiquos legitur pro Aggressus, ut apud Ennium: Aggretus fari, &c. Scribitur & Adgretus.

Agilis, penult. corr. com. t. Levis, dexter: qui se facilè agit: hoc est, qui levi & expedito est corpore: vel pronus aut voluntarius ad agendum. [מהיר mahír קל kal ...חושש chúsch ἐλαφρός. Gall. *Agile, habile du corps, viste.* Ital. *Destro, leggero.* German. Schnell / hurtig / ringfertig. Belg. Rasch von der Handt snel. Hispan. *Ligero para hazer alguna cosa.* Polon. *Zartki, sprawny, chutny, pretky.* Vngar. *Serény, gyors kezü.* Angl. *Nymble.*] Horat. Ode: sunt hilarem tristes tristemque jocosi, Sedatum celeres, agilem gnavumque remissi. Columella: Malo unius agilem industriam, quam decem hominum negligentem & tardam operam.

Agilitas, f.t. Dexteritas, corporis celeritas. [קלות kallúth ἐλαφρότης, εὐκινησία. Gall. *Agilité, soupplesse de corps.* Ital. *Agilità, attitudine, destrezza.* Ger. Behendigkeit / ringfertigkeit. Belg. Rasheyt / rasheit. Hispan. *Ligereza de hazer alguna cosa.* Polo. *Zartkość, Ochota, Predkość.* Vng. *Serénység.* Ang. *Nymbleness.*] Cic. Attic. l. 1. Nam si ita esse statueris, & irritabiles esse optimorum sæpe hominum, & eosdem placabiles: & esse hanc agilitatem, ut ita dicam, mollitiemq; naturæ. Hic est à corpore ad animum translatio. Colum. l. 1: Ejusdem agilitatis homo frugi melius quam nequam faciet.

Agiliter, agilius, agillimè, id est, cum agilitate. [מהירה meherâh. ἐλαφρῶς. Gall. *Legerement, vistement.* Ital. *Agilmente, prontamente.* Ger. Fertiglich / behendig. Hisp. *Ligeramente.* Pol. *Krzepko, ochotnie, chyżo.* Vng. *Serényen.* Ang. *Nymblie.*] Col. l. 2. c. 2. Darq; requiem in summa, ut spe cessandi, totum spatium bos agilius enitatur.

Agina, pen. prod. f.p. Est in qua inseritur scapus trutinæ: id est, in quo trutina agitur, & vertitur, ab agendo dicta. Festus.

Aginator, qui parvo lucro movetur, nomen ab Agina tractum, quæ minimo pondere huc aut illuc impellitur. Festus.

Aginatores, Aurigæ sunt qui in ludis Circensibus curuli certamine se exercebant.

Aginor, pen. prod. Alia negotior.

Agitatio, Agitator, Agito, agitas, Vide Ago.

Agite, Agitedum, Vide Ago.

Aglaophotis, pen. prod. f.t. ἀγλαοφῶτις, Herba est jucundissimi coloris, qua magi utuntur ad evocandos dæmones. Nascitur in marmoribus Arabiæ, unde & *Marmoritidem* quidam appellant. Plin. l. 24. c. 17.

Aglapsis, f.t. Nomen legionis. Liv. 5. Decad. l. 4. Intervallum, quod inter cetratos, & phalanges erat, implevit Legio, atq; aciem hostium interrupit. A tergo cetratis erat, frontem adversus clypeatos habebat, Aglaspides appellabantur.

Aglidia, orum, ἀγλίδια. Dicuntur segmenta illa in capitibus allii, quæ alio nomine Aglithes dicuntur. Ruell. l. 1. c. 2.

Aglyphos, ἄγλυφος, pen. corr. Latinè non sculptus: nam α sine, γλύφω, sculpo.

Agmen, n.t. multitudo. [אגף agiph מחנה machanéh, πλῆθος, ὄχλος, στῖφος. Gall. *Vne compagnie de gensdarmes, bende.* Ital. *Moltitudine, scadra, ordinanza.* Ger. Ein Schar Volcks / ein Zeug. Belg. Een schare die haer beweght / een hoop volx dat gaet. Hisp. *Muchedumbre è companna de gente.* Pol. *Huff, czyli kupa.* Vng. *Sereg.* Angl. *A companie of folkes.*] Virg. l. 7. Aen. vocat agmina sæva sororum. ¶ Interdum ordinatam multitudinem, & aciem exercitumque significat. Idem 8. Aen. it clamor & agmine facto Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum. Cic. 2. Tusc. Cum æstu magno agmen ducebat, laborabat Marius. ¶ Interdum impetum, ut apud Virg. & leni fluit agmine Tybris. Et 2. Aen. illi agmine certo Laocoonta petunt.

Agminalis, is, le, adject. στρατιωτικός. Vnde agminales equi, qui agmen exercitus sequuntur ad convehenda impedimenta. Bud. in Annot. post.

Agna, agnæ, Vide Agnus.

Agnascor, eris, sci, d.t. compositum ex Ad & Nascor, Ad alia quæ nata sunt nascor, juxta alia nascor. [נולד noládh ἐπιγίγνομαι. Gall. *Naistre aupres.* Ital. *Nascere.* Ger. Hernach geboren werden: item anwachsen. Hispan. *Nacer.* Polon. *Przyradzam się.* Vngar. *Mellétte születöm.* Ang. *To be born nigh by.*] Itaque filius patri nasci dicitur, quum ad patrem cogitatio refertur: agnasci verò, quum ad agnatos, ut fratres & patruos. Cic. 1. de Orat. Nunquis eo testamento, quod paterfamiliâs antè fecit, quàm ei filius natus est hæreditatem peteret nemo: quia constat agnoscendo rumpi testamentum. Ex quib. Ciceronis verbis apparet, Agnasci eos propriè dici qui nascuntur alicui postquam testamentum fecerit. Paulus in l. Qui in adoptionē De adop. l. 1. Pand. Qui in adoptionem datur, iis quibus agnascitur & cognatus fit. Quibus agnascitur, id est, in quorum familiam venit per adoptionem. ¶ Agnasci præterea dicuntur, quæ in re aliqua nascuntur ad ejus perfectionem minimè necessaria, nihilq; utilitatis habentia, ut sextus in manu digitus, & fungi in arboribus. παραφύεσθαι. Vide Adnascor.

Agnatio, f.t. verbale, i. e. Agnatorum consanguinitas. [מודעת modhaath ἀγχιστεία, ἀγχιστεία. Gall. *Lignage ou parentage du costé du pere.* Ital. *Parentela.* German. Die Freundschafft von dem Vatter her. Hispan. *Parentesco de parte del padre.* Polon. *Powinnowactwo.* Vng. *Rokonság.* Ang. *Linage.*] Cic. 2 de Leg. Ex quo verè vel agnatio nobis cum cœlestibus, vel genus vel stirps appellari potest. Et paulò post: In civitatibus ratione quadam agnationibus familiarum distinguuntur status.

Agnati, pen. prod. [מודעת modhâth ἀγχιστεῖς, οἱ ἐκ τῶν αὐτῶν αἱμάτων. Gall. *Parens du costé du pere.* Ital. *Parenti de lato di padre.* Germ. Gefreundte von dem Mannen / oder sonst von Mannspersonen her. Hispan. *Parientes de parte del padre.* Polon. *Powinnowacy z przodków od ojca pochodzący.* Vng. *Rokonságosok.* Ang. *Frindes on the fathers syde.*] Dicuntur, qui per virilis sexus personas cognatione conjuncti sunt quasi à patre cognati (inquit Cajus Iurisc.) veluti frater eodem patre natus, filius fratris, nepósve ex eo. ¶ Inter Agnatos & Cognatos συγγενεῖς hoc interest, quòd in cognatis continentur agnati, in agnatis non utiq; cognati: utputa, frater patris: id est, patruus, est agnatus. & cognatus matris verò frater: id est, avunculus, cognatus est, sed non agnatus. ¶ Ad agnatos & gentiles deducendus, proverbii loco veteres usurparunt quum furere aliquem & mente captum esse significare volebant, quod ex lege XII. tab. ortum est, qua furiosi & mente capti in agnatorum gentiliumque potestatem esse jubebantur. Varr. de Re rust. lib. 1. c. Qui salubrem locum negligit, mente captus est atque ad agnatos & gentiles deducendus. Cic. 2. de Inven. Si furiosus existet, agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque ejus potestas esto. Iustinian. lib. 1. Instit. ¶ Agnatum dicimus quicquid ultra debitum natum est: hoc est, quicquid inutiliter in re aliqua gignitur, ad ejus perfectionem minimè requisitum. Vnde agnascentia & agnata membra appellantur παραφυάδες, ἢ παραφυάδες. Pli. Membra animalibus agnata, inutilia sunt, sicut sextus hominis semper digitus.

Agnellus, Agninus, Vide Agnus.

Agnomen, pen. prod. n.t. Dicitur quod est extrinsecus aliqua ratione vel casu quæsitum: ut Africanus, Asiaticus, Achaicus, & similia. [שם כנוי schem chinnûi ἐπωνυμία. Gall. *Surnom d'une famille.* Ital. *Cognome di vna famiglia.* Germ. Zunam / der Nam vom Geschlecht. Belg. Eenen toe / ast bynaem. Hisp. *El renombre.* Pol. *Przezwisko.* Vng. *Vezetéknev.* Ang. *A surname gotten by an act.*] Cic. de Invent. 1: Nomen quum dicimus, cognomen quoq; & agnomen intelligatur oportet. Vide Nomen infrà.

Agnomentum (ut cognomentum) agnomen. [ἐπωνυμία. Vng. *Vezetéknév.*] Apulejus in Apologia: Igitur agnomenta ei duo indita, Charon, ut jam dixi, ob oris & animi diritatem. Sed alterum quod libentius audit, ad deorum contemptum Mezentius.

Agnomones, Equi dicuntur, veluti ex quorum dentibus ætas amplius dignosci non potest. ἀγνώμονες. Vide Cæl. Rhod. Antiqu. lect. l. 12. c. 9.

Agnosco, act. t. Ex Ad & Nosco, euphoniæ causa d mutata in g, Recognosco, & ejus notitiam cognitionemque in memoriam revoco. Propriè est id, quod nobis olim aut visum fuit, aut alia quavis ratione cognitum. [הכיר hikchír ידע iadháh. ἐπιγινώσκω. Gall. *Recognoistre.* Ital. *Cognoscere, recognoscere.* Germ. Wider erkennen. Hispan. *Recognoscer lo ante cognoscido.* Polon. *Poznawam, Imam się zasię poznawać.* Vngar. *Megismerem.* Ang. *To acknowledge.*] Varro: Vereor, ne me quoque dum revertero, præter canem agnoscat nemo. Virg. 5 Aen. Agnoscitque suos, lætosque ad mœnia ducit. Atque hac potissimùm ratione differt à verbo Cognosco, quod propriè dicitur de rebus antea nunquam cognitis. Idem 4. Eccl. Incipe parve puer risu cognoscere matrem. ¶ Interdum idem est quod admittere, recipere, approbare. ἀποδέχομαι. Cic. pro Milone. Quum tota Italia facti illius gloriam libenter agnosceret. ¶ Aliquando ponitur pro confiteri. Cic. pro Rab. Ego si mihi esset integrum suscipere hoc crimen, agnoscerem, confiterer. ¶ Agnoscere onus

nus tributi: id est, in sese suscipere. D. de pactis leg. 42: Inter debitorem & creditorem convenaret, ut creditor oous tributi prædii pignorati non agnoscreret, sed ejus solveodi necessitas debitorem spectaret.

Agnĭtŭs, a, um, Particip. Valer. Flac. lib. 4: salve ô mihi loogum Expectata meous, nostrisq; (ait) agnita votis.

Agnĭtĭo, verbale, f. t. Actus ipse agnoscendi. [הכרה *haccharáh.* ἐπίγνωσις. Gall. *Recognoissance.* Ital. *Recognitione.* Germ. Erkandtnuß. Hispan. *Reconnoscimiento.* Polon. *Poznanie Znaiomosci.* Vngar. *Megismerés.* Angl. *Acknowledging.*] Cicero 1. de Natur. deor. Quæstio de oatura deorum ad agnitionem animi pulcherrima est. Plin. lib. 10. c. 70: Pisces sui cadaveris agnitionem fugientes.

Agnŭs, m. f. Fœtus est ovis, qui aonum noodum egressus est. [כבש *heséb.* ἀμνός. Gall. *Agneau.* Ital. *Agno, agnella.* Germ. Ein lamb. Belg. Een lam. Hispan. *Corder, ó borrego dentro de anno.* Pol. *Baran, Skop, rocżny.* Vng. *Bárány.* Ang. *A Lamb.*] Cic. de Senect. Villa abundet porco, hœdo, agno. Plaut. Pœnul. Lupo agnum eripere postulant, nugas agunt. Vbi species quædam est proverbii, quum quis frustra rooetur prædam recipere, cui semel manus injerit rapax aliquis. ¶ Objicere canibus agnos, proverbialiter dicuotur, qui imbellem & litium imperitum calumniatoribus, & exercitatis exponunt. Refertur à Diogeniano. Nomen habere putatur ἀπὸ τῆς ἁγνείας: hoc est, à puritate sive castitate: unde & nonnullis Hagnus, per aspirationem scribendum videtur. ¶ Est etiam Agnus, ἄγνος Dioscoridi frutex arborescens, quem Latini à vinciendi usu Viticem appellant. Dictus Agnus, quasi ἁγνός: id est, castus, quòd mulieres in Thesmophoriis: hoc est, Cereris sacris, pudicitiæ conservandæ causa hunc sibi fruticem substernerent. Alii Agnum per syncopen dictum putant, quasi ἄγονον, quòd calore & siccitate sua genituram dissipare putetur. Vide de hoc nonnulla in dictione Vitex.

Agnĕllŭs, diminut. [ὁ ἀμνίσκος, τὸ ἀρνίον. Gall. *Agnelet.* Ital. *Agnello.* Ger. Ein lämblein. Hispan. *Pequenno cordero.* Polo. *Iagnie.* Vng. *Báranyotska avagy gödölye.* Ang. *A litle lamb.*] Plaut. in Asin. Agoellum, hœdillum me tuum dic esse.

Agnīnŭs, Quod ex agno est, aut ad agnum pertinet. [ἀμνεῖος. Gall. *D'agneau.* Ital. *Cosa di agnello.* Germ. Schäfin/lämberin. Hispan. *Cosa di cordero è borrego.* Polon *Iagnięcy owczy skopowy.* Vng. *Báránybol valo.* Angl. *Any thing pertening to a lamb.*] Plautus in Pseud. Pol, quia qua opera credam tibi una opera alligem fugitivum canem agoinis lactibus. Proverbium est. Nam qui caoem alligat iotestinis agninis, non modo canem amittit, verùm & prædam ultrò dederit fugitivo. Sic qui credit homini malæ fidei, & rem perdit, & frustra habet obligatum eum, qui non est solvendo. Lactes enim dicuntur iotestina molliora.

Agnă, gnæ, Mensuræ genus in agrorum dimensione. Col. l. 5. c. 16. Actus quadratus undique finitur pedibus 120 hoc duplicatum facit Iugerum, & ab eo quod erat junctum, oomen Iugeri usurpavit: sed hunc actum provinciæ Bæticæ rustici *agnam* vocaot. Item Agoa, fœmineus ovis fœtus. ut, Lactens agna. Ovid. lib. 4. Met.

Ăgo, gis, actum, act. t. [עשה *hasáh* פעל *pahál.* ἄγω. Gall. *Faire, besongner.* Ital. *Fare, oprare, trattare.* German. Thun/handlen/wercken. Belg. Doen/ost macken. Hispan. *Hazer lo que no queda.* Polon. *Czinie, sprawnie.* Vng. *Tselekózóm.* Angl. *To work, to do.*] Multa significat: Nam Agere est gerere πράττειν. Plaut. in Amph. Dum hæc aguotur. Cic. lib. 1. epist. Hic quæ agaotur, quæque acta sint, ea te literis multorum cognoscere arbitror. ¶ Quandoque inducere seu impellere. Lactant. lib. 19. Tres sunt affectus, qui homines in omnia facinora præcipites agant, ira, cupiditas, libido. ¶ Quaodoque audire. Tereot. in Aodr. Hoccine agis, an non? id est, audis, ut exponit Donatus. Sic Plautus: Vos agite spectatores. ¶ Quandoque dicere. Idem in Adelph. Sed estne hic ipsus de quo agebam? ¶ Quandoque pronuntiare, ὑποκρίνεσθαι. Cic. de optimo genere dicendi: Diserti deformitate agendi multi infantes putati sunt, ut jam oon sine causa Demosthenes tribuerit primas, & secundas, & tertias partes actioni: ὑποκρίσει. ¶ Quandoq; cogitare, ἐπὶ νοῦ ἔχειν, Virgil. Eclog. 9: Id quidem ago, & Tacitus Lycida mecum ipse voluto. ¶ Quaodoque effingere, ὑποκρίνω, ut Ago stultum: id est, fingo, sive repræsento me stultum. Vnde actores comœdiarum, ὑποκριταὶ dicuntur, qui diversorum hominum gestus agunt in scena. Cic. pro Quint. Roscio: Roscius lenonem Ballionem quum agit, agit Chæream. ¶ Quandoq; ire, incedere, vivere, διάγειν, ut Nudus ago. Pompon. Mela: Exercent bellaodo animos, corpora ad consuetudinem laborum, maximè ad frigora nudi agunt antè, quàm puberes sint. ¶ Agere bonum civem, est fungi boni civis officio. Cic. lib. 4. epist. Dum mihi pacis mandata das ad Cæsarem, mirificum agis civem. Sic agere Consulem, vel Senatorem, est facere ea, quæ propria sunt consulis, vel Senatoris. Cujusmodi orationes Valerius Maximus aliquando novè per oominativum extulit, ut quum ait Experiri volui: an scires Consul agere: id est, fungi Coosulis officio. Idem: Publius Rutilius, ooo publicanus in Sicilia egit, sed operas publicanis dedit. ¶ Quandoque Agere significat, extendere, porrigere: ut, Vera gloria radices agit, atq; etiam porrigit, ῥιζοβολεῖ, ῥιζοῦται. ¶ Agere testudinem, est admovere, vel applicare, teste Servio in illud Virgil. 2. Aeneid. obsessumque acta testudine limen. Sic agere vineas & turres. Cæsar bell. Gall. 3. Quibus fortiter resistentibus, vineas turresque egit. ¶ Item agitare. Plautus: Aedepol eam agam verberibus. Virgil. 6. Aeneid. Prodigiis acti cœlestibus ossa piabunt. ¶ Agere cum aliquo dicimur, quum quippiam ab eo impetrare, vel aliquid ei persuadere conemur. Cic. Attic. l. 5. Is egit mecum accuratè multis verbis, ut tibi responderem. Idem in Lælio: Quùm enim sæpe mecum ageres, ut de amicitia aliquid coosrriberem. ¶ Benè vel præclarè agi nobiscum dicimus, quum res nobis fœliciter succedunt, nihilq; habemus, de quo magnopere queri possimus, εὖ πράττειν. Cic. de Amicitia: Cum illo quidem actum optimè est, mecum autem incommodiùs. Ibidem: Cum illo quis negat actum esse præclarè? Idem in Verr. act. 4: Hæc conditio fuit aratorum, ut secum præclarè agi putarent, si vacuos agros Aprooio tradere liceret. ¶ Agitur res nostra, vel, De re nostra agitur: hoc est, ad oos pertinet. vel res nostra in discrimen adducitur. Cic. pro Sext. Rosc. Tua quoque res permagna agitur. Idem pro Lege Manil. Agitur enim salus sociorum, aguntur certissima populi Rom. vectigalia, aguntur bona multorum civium. Idem de Amicit. In quibus eorum de capite agatur, aut fama. ¶ Agere cum aliquo tabellis obsignatis, est eum convincere testimonio literarum suarum. Testimonium est apud Cic. 5. Tuscul. Agere cum aliquo, additis adverbiis per verbum Tractare declaratur: ut, Pacificè egit mecum: Id est, Pacificè me tractavit. Non acerbè egit mecum, noo inimicè. Agere cum aliquo, item alio modo. Terent. Quid cum illis egas, qui neque jus, &c. Id est, Quòd jus ab illis obtineas: sive (ut Galli loquuntur) *quelle raison pourrois-tu avoir avec eux*, &c. Agere cum aliquo, in alia significatiooe, Plaut. Nihil ago tecum. Hoc est, nihil mihi rei est tecum. ¶ Agere & ferre, ἄγειν καὶ φέρειν, tristissima quidem, sed tamen proverbialis est figura. Dicitur enim de hostibus agros nostros excurrentibus. Agunt & ferunt, ἄγουσι καὶ φέρουσι, pro eo quod est hostili more populantur aut vexant. Id si traducatur ad animum, non paulò fiet festiviùs: quemadmodum Aristoph. in Nebulis. ¶ Actum est, vel Res acta est: hoc est, periit vel deplorata est, πέπρακται, οἴχεται. Terent. in Heaut. Vnam ei cœnam atque ejus comitibus dedi: quòd si iterum mihi sit danda, actum siet. Idem: Acta hæc res est, perii: proverbialiter his verbis desperationem significamus: quæ res secundum jus Civile dicitur. Quo cavetur, ne quis rem actam repetat, suamque damnationem rescindat. ¶ Actum agere: id est, nihil agere, τὸ πραχθὲν πράττειν, Idem in Phorm. Actum, ajunt, ne agas, τὸ πραχθὲν μὴ πρᾶξῃς. Forma Adagii est à judiciorum consuetudine sumpta, quæ admonet fas non esse iterum agere causam, de qua jam sit pronuntiatum. Sic Plaut. Actum agis: id est, incassùm laboras. Quod enim jure semel judicatum fuerit, rescindi, & iterum agi oon potest. ¶ Aliud agere, vel Alias res agere, est non esse intentum iis quæ aguotur. Cic. pro Sext. Rosc. Vsque adeò animadverti, judices, eum jocari, atque alias res agere. ¶ Pro vertere. Virgil. Ipse rer adducta circum caput egit habena. ¶ Pro urgere, persequi. Idem: Pastor agens telis. ¶ Pro habere. Virgil. 1. Aeneid. Tros, Tyriusve mihi nullo discrimine agetur: id est, habebitur. ¶ Pro ante nos pellere. Idem 1. Eclog. en ipse capellas Protinus æger ago. Pro vehere, ducere. Varro: non hos Pactolus aureas undas agens, eriperet uoquam è miseriis. ¶ Pro forâs pellere, fugare: ut, membris agit atra venena. ¶ Agere in crucem: id est tollere. Cic. & Liv. ¶ Pro celebrare: ut, Agere diem festum. ¶ Pro convocare: ut, Agere consilium. ¶ Pro emittere & exhalare: agere animam. ¶ Agere etiam ad lites pertinet: unde emerserunt innumeræ penè loquendi formulæ: ut, Furti agere: hoc est, actionem furti intendere. Agere causas, Agere ex syngrapha, Lege agere ex sponso, de quo infrà in dictione SPONSIO. ¶ Agere reum, αἰτίαν ἐπιφέρειν: hoc est, accusare. Peragere reum, αἱρεῖν τὴν δίκην: hoc est, agendo perficere, ut reus condemnetur. ¶ Agere gratias: hoc est, verbis ostendere, oobis aliquid fuisse gratum. Nam gratias habere, χάριν εἰδέναι, pertinet ad animum, quum memorem accepti beneficii mentem animumque habeo, & invicem gratificandi voluntatem. ¶ Referre verò gratiam ἀνταποδοῦναι χάριν, est facto acceptum beneficium remetiri, ut si à me sublevatus aliquo beneficio, ut vicissim aliquo modo me sublevaveris, gratias retulisti, reddidistique. Et licet Seneca nolit malas gratias referri posse, sed reddi. Cicero tamen in Salustium ait: Quòd ista inusitata rabie io uxorem & filiam meam invasisti, quæ se faciliùs mulieres abstinuerunt à vitis, quam tu vir à viris satis doctè ac peritè fecisti. Non enim sperasti me mutuam tibi gratiam relaturum, ut vicissim tuos compellarem. Terent. in Euouch. Illis crucibus quæ nos nostramque adolescentiam habent despicatui, Nunc referam gratiam, atque eas itidem fallam, ut ab illis fallimur. Referre igitur gratiam, tàm in malum, quàm in boòum dicitur, quum sit facto beneficium, aut injuriam acceptam compensare. Rectiusque huic verbo singularem accusativum Gratiam jungimus, quàm, pluralem Gratias. Et contrà, melius dicimus, teste Valla. Habere gratias, quàm gratiam: nunquam autem, vel rarissimè,

Agere gratiam, sed ferè semper Agere gratias. Livius: Satiatus tandem complexu filii: Renuntiare, *inquit*, gratias Regi me agere, referre gratiam aliam nunc non posse, quàm ut suadeam non ante in aciem descendat quàm in castra me rediisse audierit. Cicer. Cui pro me Senatus gratias agendas putavit, eho à me gratiam referendam non putem? Pro eodem etiam dicimus, Respondere officiis. Plancus Ciceroni: Immortales tibi ago gratias, agamque dum vivam: nam relaturum me affirmare non possum: tantis enim tuis officiis non videor mihi respondere posse. ¶ Agere cum populo, est populum rogare, ut suis suffragiis quid jubeat aut vetet. *τῷ δήμῳ χρηματίζειν.* ¶ Cuniculos agere, est specus subterraneos effodere, per quos occultus in locum aliquem fiat aditus. Cicer. 3. Offic. Quòd si fana pater expilet, cuniculos agat ad ærarium. ¶ Agere viam, est viam sibi aperire per loca invia. Virg. 3. Aeneid. Alpheum fama est huc Elidis amnem Occultas egisse vias subter mare. ¶ Denique Agere, pertinet ad omnes actus humanos. *ἐνεργεῖν.* Nã qui sedet, qui stat, qui cogitat, qui jacet, qui moritur, aliquid agere dicitur: ita ut nullus qui modò vivat, esse unquam possit sine actione. ¶ Hinc fit, ut & agere dicamus pro vivere, pro quo etiam dicimus, Vitam agere *βιῶ*. Terent in Andr. Primùm hæc publicè vitam, parcè ac duriter agebat ¶ Item, Annum vigesimum, vel trigesimum agere, Ævum agere, Senectutem agere, & similia. Annus vel mensis vigesimus agitur: hoc est, currit, vel in cursu est. Terent in Hecyr. Tum postquam ad te venit, mensis jam hic agitur septimus. ¶ Agere animam, est mori, vel morti proximum esse. Cic. Epist. lib. 4: Qu. Hortensius quum hæc scripsit, animam agebat. ¶ Componitur Ago cum Ad, ut Adigo: cum Ab, ut Abigo: cum Am, ut Ambigo: Con, ut Cogo: Circum, ut Circumago, quod est Circunduco: De, ut Dego: Ex, ut Exigo: Per, ut Perago: Pro, ut Prodigo: Re, ut Redigo: Sub, ut Subigo, à quo fit Prosubigo: Trans, ut Transigo. ¶ Sunt etiam qui putent Castigo, Instigo, Mitigo, Lævigo, Litigo, & Nego composita esse verbi Ago: ut sit Castigo, Castè ago: Mitigo, Mitem ago: Lævigo, Lævem ago: id est, planum: Fustigo, Fuste ago: Litigo, Lite ago: sed quum sint primæ conjugationis, habentq; quædam productam, non videntur ab Ago composita. Agon, victimarii verbum pro agóne. Ovid. lib. 1. Fastor. Qui calido stricto tincturus sanguine cultros Semper agóne rogat: nec nisi jussus agit. Et Senec. lib. 3. Controver. Carnifex manũ tollet: deinde respiciat ad patrem & dicat, Agón? quod fieri solet in victimis. Vnde proverbialiter Agones dicti cunctatores, qui semper deliberant, neq; quicquam aggrediuntur.

A'gĭto, as, penult. corr. act. Crebrò facio, factito. [נוע *hunáh* הניע *heniah*. *ἀγάνω, σεισαίνω*, *ῶ*. Gall. *Agiter, demener fort & souvent.* Ital. *Agitare spesso.* German. Fleissig thun/offt handlen. Item, Bewegen hin unnd wider. Belg. Neerstelyck doen oeffenen tirten met sporen/hitzen/drtven. Hispan. *Hazer muchas vezes.* Polon. *Pilnie czynic, vel, pobudzam pobudzam.* Vngar. *Gyakran czelekedem.* Ang. *To tosse and stirre, to do often, to tremble.*] Salust. in Iugurth. Ita variè per omnem exercitum lætitia, mœror, luctus atque gaudia agitabantur. ¶ Item Stimulare, compellere. *ἐλαύνειν.* Plaut. Nam jam agitabo quadrupedem calcari. ¶ Item observare. Virg. libro 2. Georg. Ipse dies agitat festos. ¶ Item perturbare, molestare, cruciare, vexare. Cic. de Legib. Furiæ agitant insectanturque improbos. Plaut. in Cur. Tum agitur morbus agitat hepatarius. ¶ Item venari & insectari feras. Cic. lib. 3. Offic. Sóntne igitur insidiæ, tendere plagas, etiamsi excitaturus non sis, nec agitaturus? Ipsæ enim feræ nullo insequente sæpe incidunt. ¶ Item Exercitare. Lactant. Nisi virtus agitetur, proficimus parum. ¶ Agitare vitam, idem quod agere, vel ducere. Salust. in proœm. Bell. Catil. Etiam tum vita hominum agitabatur sine cupiditate. ¶ Item Cruciare, ut apud eundem: Agitabatur magis magisque indies ferox animus inopia rei familiaris. & conscientia scelerum ¶ Item sæpe administrare. Idem: In pace verò beneficiis magis quàm metu imperium agitabant. ¶ Item, Sæpe considerare, cogitare, recogitare. Idem: Sed ea quæ mente agitari omnes jam antea audistis. Terent. in Phorm. Ego quoque id quidem agitans mecum sedulò, inveni (ut opinor) remedium huic rei. ¶ Aliquando Tractare, disputare, excutere. Cicer. pro Dom. Sententia quæ erat tractata in Senatu. ¶ Agitare ferociter, est sese ferociter gerere. Salust. in Catil. Minari interdum ferro, nisi obnoxia foret: postremò ferociùs agitare, quam solebat. ¶ Agitare lætitiam, est lætitiam præ se ferre & reipsa gaudium ostendere. Ibidem: Ciceronem ad cœlum tollere, & veluti servitute erepta, gaudium & lætitiam agitabat. Hujus compos. est Exagito.

A'gĭtātĭo, verbale, f. t. Ipse agitandi actus. [מנודה *manódáh*, *ἡ δόνησις, κίνησις*. Gall. *Esmouvement, esmotion agitation.* Ital. *Smovimento, commotione, agitatione.* German. Bewegung treib. Hispan. *Obra de acossar, agunadura.* Polon. *Poruszenie, pobudzanie.* Vngar. *Rázás mozgatás.* Ang. *Stirring or troubling.*] Cicero 2. de Natur. deorum: Nec enim ille externus, & adventitius habendus est lepor, sed ex intimis maris partibus agitatione excitatus.

A'gĭtātŭs, us. m. q. [*δόνησις, κίνησις.* Vngar. *Mozgatás.*] motus, agitatio. Macrob. Comment. libro 2. cap. 14: Imò per diversa, si spontaneo ferrentur agitatu.

A'gĭtātŏr, m. t. Qui est equorum, curruúmve rector. [מנהיג *manhigh*, *ἀγωγεύς, ἡνίοχος, κινητής*. Gall. *Qui conduit & conduit chevaux, asnes, ou autre chose.* Italice, *Chi spinge & mena cavalli ò asini.* German. Ein Roßtreiber/Karter/Fuhrmann. Belg. Voerman oft Wagenaer. Hisp. *Aguijador ò acossador de animales.* Polon. *Woznica, forman.* Vngar. *Szekeres.* Angl. *A driver of a cart of beastes.*] Cicero Attic. libro 13: Nec est melius quicquam, quàm ut Lucullus sustineat currum, equosque, ut bonus sæpe agitator.

A ctŭs, a, um, Completus. [נעשה *naháséh*, *πεπραγμένος*. Gallicè, *Fait, parfait.* Ital. *Fatto, perfetto.* German. Das schon fürüber unnd vollbracht ist. Hisp. *Hecho.* Polon. *Odprawion, skonczonie.* Vng. *Véghez viteut.* Ang. *Done, ended.*] Virgil. lib. 6 Aen. His actis properè exequitur præcepta Sibyllæ. Vnde Actum agere, proverbio dicitur pro nihil agere. Quod enim (*inquit Donatus*) in jure semel judicatum fuerit, rescindi & iterum agi non potest. ¶ Ponitur etiam Actus pro Adpulsus. Idem libro 7: Sive errore viæ, seu tempestatibus act. ¶ Pro admotus. Idem lib. 9: Accelerant acta pariter testudine Volsci. ¶ Pro Coactus territus. Idem lib. 6: Prodigus acti cœlestibus ossa piabunt. Alia significata quære in dictione Ago.

Actum est, vide in Ago, & semper in malam partem accipitur: ut, Actum est de Republica: id est, extincta, desperata, perdita est. [*οἴχεται, πέπρακται*. Vng. *Odc vagyon, oda vagyon.*] Terent. in Andr. Quid ego audio? actum est, siquidem hæc vera prædicat.

A'ctă, orum. [דברי הימים *debré hajiamim*, *πράξεις*. Gall. *Faicts & actes publiqs, les registres publiqs.* Ital. *Atti publici, registrati.* Germ. Handlungen/Geschichten. Hispan. *Los echos publicos de cada dia.* Polon. *Sprawy dzieie.* Vngar. *Tselekedetek.* Ang. *Gestes or actes.*] Generaliter dicuntur quæcunque aguntur, sive publice, sive privatim, sive in judicio, sive extra judicium. Cicer. in Orator. Consilia primùm, deinde acta, postea eventus. ¶ Acta propriè dicuntur quæ gesta sunt ab eo qui rogatus in Republ. cum potestate imperioque versatus est. Nam imperatorum res gestæ dicuntur. Cicer. Philip. 1: An in commentariolis & chirographis & libellis acta Cæsaris firma erunt, quæ ille in æs incidit, in quo populi jussa perpetuasque leges esse voluit, pro nihilo habebuntur? Et paulò pòst: Ecquid est quod tam propriè dici possit actum ejus qui rogatus in Republ. cum potestate imperioque versatus est, quàm lex? quare acta Gracchi leges Semproniæ proferuntur. Postea autem consuetudine sermonis factum est ut literæ omnes de quorumlibet judicum sententiis perscriptæ actorum nomine censerentur. Idem, quodcunque apud jus dicentem ad causam sive publicam, sive privatam pertinens, gestum ejusque autoritate mandatum literis esset. Ex lexico Hotomani. Propriè tamen Actorum nomen collectionem quandam importat, accipiturque pro quadam rerum actarum congerie, in tabulas vel commentarium redacta, vel etiam pro ipsis commentariis, in quibus perscripta sunt ea, quæ aguntur. Cicer. Trebonio libro 10. Epistol. 28: Res urbanas, actaque omnia ad te perferri arbitror. ¶ Acta & Actitata Cornucopiæ ita distinguit: Acta sunt quæ extra judicium fiunt: Actitata, ea quæ in judicio. Valla, Acta à Gestis libr. 4. capite 9, distinguit, ut hæc eorum sint duntaxat, quæ in administratione magistratus, & in rebus majoribus & ad Rempublicam aut ad plures spectantibus geruntur: ut gesta Alexandri, gesta Cæsaris. Acta verò etiam rerum privatarum & minorum ac familiarium, quanquam etiam de rebus gravibus arduisque dicuntur. Frequentissimè enim Cicero acta Cæsaris appellat, in quibus tamen & agrorum divisiones & donationes regnorum continebantur. Neque solùm de rebus privatis, verumetiam publicis, Acta dicuntur. Cicer. 2. Philipp. In publicis actis nihil est gravius, in privatis firmissimum est testamentum. ¶ Legitur etiam Actum, ti, sing. numer. Idem 1. Philipp. Nihil est quod tàm propriè dici possit actum ejus, quàm Lex. ¶ Acta circunducere, est antiquare, & delere. Paul. l. Act. ff. de re judicat. Acta apud se habita, si partes consentiant, & judex hoc permiserit, potest jubere eadem die circumduci. ¶ Acta diurna, quæ in singulos dies conficiuntur. Græci *ἐφημερίδας* vocant. Latini, Diaria. Sueton. in Cæs. Initio honore primus omnium instituit, ut tàm Senatus quàm populi diurna acta conficerentur. ¶ Referre in acta, est inter acta perscribere. Iuvenal. Satyr. 2: . liceat modò vivere, fient, Fient ista palàm, cupient, & in acta referri.

A'ctŭs, us, m. q. Generali vocabulo, dicitur omne quod agitur, aut dicitur. [*πρᾶξις*. Germ. Handlung. Belg. Handlinghe/vtrechtinghe.] Cic. in Salust. Si de mea vita atq; actib. huic cõvitiatori respõdero, Idem lib. 1. de Legib. Nõ solùm in rectis, sed etiã in pravis actibus insignis est humani generis similitudo. ¶ Dicuntur præterea Actus, partes fabularum, inter quas modi fieri solent. Hos in omni fabula quinque exigit Horatius in arte poëtica: Néve (*inquit*) minor quinto, neu sit productior actu Fabula, quæ posci vult, & spectata reponi. Vnde proverbiali figura dicimus, supremum fabulæ actum addere, pro eo quod est, extremum finem imponere. Cicero in Catone transfert ad vitam peractam: Hi mihi videntur fabulam ætatis peregisse: nec tanquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse. ¶ Per translationem Actus dicuntur diversæ vitæ humanæ

partes,

partes, in quibus non secus atque histriones in Comœdia, alias atque alias quodammodo induimus personas. Ibidem: Naturam optimam ducem sequimur, à qua non verisimile est, quum cæteræ partes ætatis bene descriptæ sint, extremum actum, tanquam ab inerti poëta esse neglectum. ¶ Item Actus dicitur spatium in agro centum viginti pedum, quòd in eo boves agerentur, quum araretur uno impetu justo, ut inquit Plin. lib. 18. cap. 3: Triplices autem reperiuntur Actus: minimus, quadratus, & quadratus duplicatus. Minimus quatuor pedes habet latitudinis, longitudinis pedes centum viginti: quod spatium in agris erat inter vicinos. Quadratus undique centum viginti pedibus præfinitur. Quadratus duplicatus Iugerum præstat. ¶ Rursus actus (ut Modestinus de Servitute prædiorum rusticorum scribit) est ubi armenta trahere, & vehiculum ducere licet, ἰλασία: hoc est, via qua quis pedes vel eques commeare potest. Vide institutiones Iustiniani, libro 2. tit. 3. Item actus, dispensationem & administrationem pecuniæ significat apud Iurisconsultos. Scævola l. 40. D. de statu. lib. Stichus servus meus actor, si rationem omnem actus sui hæredi meo reddiderit, liber esto.

Āctīvūs, ἐνεργητικός, δραστικός, δραστήριος. Qui agit, fictū à Grammaticis: ut Activa significatio, & verbum activum, quod (teste Prisciano lib. 8.) sempee actum significat, & facit ex se Passivum.

Āctīvĭtās, & passivitas, vocabula sunt Census Grammatici: ut apud Probum in Catholicis: secūda persona activitatis, & passivitatis.

Āctŭōsŭs, laboriosus, laboris plenus [עמל hamel יגע jaghéah. ὑποκριτικός, πρακτικός. Gall. *Qui represente bien les mines & contenances.* Ital. *Attuoso promto ne gesti del corpo.* German. *Der viel geberden und seltzamer weisen treibt.* Hispan. *El que haze gestos y visages.* Polon. *Pracowity, lasskary.* Vngar. *Munkás.* Ang. *Full of labour.*] Actuosi homines, qui motu corporis maxime exercentur: ut histriones & saltatores. Et actuosus ignis, apud Senecam. Actuosa vita, quæ in actione & labore versatur, non in studio & contemplatione. Et hæc activè: passivè autem quum accipitur, significat rem in qua multum sit laborandum: ut Actuosa comœdia. Donat. in Terent. Hæc scena actuosa est, magis in gestu quàm in oratione constituta.

Āctŭōsē, adverb. Magno labore, [πραγματικῶς, δραστικῶς. Cicer. 1. de Orat. Quid petam præsidii? quam leniter? quàm remissè? quàm non actuosè?

Āctĭo, verbale, f. t. Actus, vel operatio, administratio. [פעל pohál פעלה pehullah מפעל miphhál. πρᾶξις. Gall. *Action.* Ital. *Attione.* Germ. *Handlung.* Belg. *Een Werckinge/oeffeninghe.* Hispan. *Obra, hechura.* Polon. *Sprawa v. vczynek.* Vngar. *Tselekedet.* Ang. *Doing, action.*] Cicer. 1. Offic. Virtutis enim laus omnis in actione consistit. Apud Rhetores autem significat eam artis partem quæ in pronuntiando & gestum agendo consistit. ὑπόκρισις. Cic. in Orat. Est enim actio, quasi corporis quædam eloquentia, quum constet è voce atque motu. Quid autem sit Pronuntiatio. lib. 1. ad Heren. explicatur: Pronuntiatio, est vocis, vultus, gestus moderatio cum venustate. ¶ Quandoq; Actio pro Accusatione, sive petitione accipitur, κατηγορία, quemadmodum Actor pro accusatore, κατήγορος: ut Ciceronis actionis in Verrem Quint. lib 7: Cujus actionem equidem solam in hoc tempus emisseram. ¶ Quandoque dicitur defensio, sive oratio, pro causæ defensione, aut alicujus rei, de qua agitur, δικαιολογία. Cicer. Q. Valerio: Actionem meam C. Cæsar primo suo Consulatu lege in Agraria comprobavit. ¶ Est etiam actio, Ius agendi & judicium intentandi, δίκη. Autor ad Heren. lib. 1: Et à causa cadit is qui agit, nisi habeat actionem. ¶ Actiones item certæ formulæ sunt apud Iureconsultos quibus judicium datur. vide Hotom. in Lexic. ¶ Dicimus etiam Gratiarum actionem, pro beneficii accepti confessione, & grata verborū redditione. Cic. Planco: Quanquam gratiarum actionem à te non desiderabam. ¶ Actio vitæ, pro vivendi ratione seu modo. Cic. 5. Tuscul. Si vitæ modum actionemque quærimus, alterius mens rationibus agitandis exquirendisque alebantur, cum oblectatione solertiæ, qui unus suavissimus pastus animorum: alterius in cæde & injuriis, cum & diurno & nocturno metu. (De Archimede mathematico & Dionysio tyranno loquitur.) Si quærimus actionem vitæ: id est, qualem uterque vitam egerit. Idem 3 Offic. Ad eas res parandas tuendasque quibus actio vitæ continetur.

Āctĭuncŭlă, æ, diminutivum ab Actio. [Vngar. *Mukátska.*] Plinius Epistol. libro 8. Falconi: Retracto enim actiunculas quasdam.

Āctĭto, as, pen. corr. frequentativum, oriundum, non ortum ab Ago, sed ab Acto, sicut Scriptito à Scripto, Lectito à Lecto: & propriè Actitare dicitur in causis. ἀγωνίζομαι. Plin. Iunior ad Marcum: Magis mirabetis, si sciretis illum aliquandiu causas actitasse. Cic. de Claris Orat. Etiam M. Potidius municeps noster multas privatas causas actitavit. Vide & Gell. lib. 9. cap. 6.

Āctŏr, m. t. Dicitur omnis qui aliquid agit. [פועל pohél. ὁ πράκτωρ. Gall. *Exploicteur.* Ital. *Operatore.* German. *Ein thäter/ein verbander.* Hisp. *El que haze.* Pol. *Sprawca.* Vngar. *Tselekedö.* Ang. *An worker, doer.*] Cicer. pro Sest. Cato & dux, & author, & actor illarum rerum fuit. ¶ Item is qui in judicio causam agit, συνήγορος. Cic. de Clar. Orat. Eodē anno Miloni Rhodio Romę dedimus operam & actori summo causarum & magistro. ¶ Apud Iurisconsultus Actoris vocabulum ferè semper accipitur pro accusatore, seu petitore: hoc est, pro eo qui actionem in judicio intendit adversus reum κατήγορος. Vlpianus l. Quæ omnia. ff. De procurat. & defensoribus: Quæ omnia non solùm ex parte rei, sed etiam in persona actoris observabantur. ¶ Actor etiam dicitur histrio qui fabulam agit, ὑποκριτής. Cic. ad Q. Fratrem: Poëtæ boni, & actores industrii in extremo actu solent esse diligentissimi. ¶ Item actor servus, dicitur idem qui dispensator, nimirum qui pecuniæ domini tum exigēdæ tum dispensandæ præest. L. 5. D. De doli excep. L. Sticho. de statu libro Vulgò jam factorem appellare solemus. Colum. libro 1. cap. 7: Ita fit ut & actor, & familia peccent, & ager sæpiùs infametur.

Āctŭārĭus, m. f. Qui acta describit veloci stylo, eaq; descripta deinde recitat, Notarius. [ספר sophér מזכיר mazchir. ὑπογραφεύς. Gall. *Notaire.* Ital. *Notario.* German. *Ein Notarius/so die Handel schnell und in eyl schreibt.* Hispan. *Aquel que escrive lo que otro dize.* Pol. *Grodsky pissarz. vel Odreczny pissarz.* Vng. *Notarius.* Ang. *Which writes gestis.*] Sueton. in Cæsare: Quam non immeritò Augustus æstimabat magis ab actuariis exceptā, male subsequentibus verba dicentis, quàm ab illo æditam.

Āctŭārĭus, a, um, εὐάγωγος, Agilis, velox, & facilis ad circumagendum: [Pol. *Bu dinek.*] unde Naves actuariæ, ἀκάτια dicuntur, quæ leviores sunt; agiliores, quæque huc illuc quàm minimo negotio flecti possunt. Livius 4. Decad. l. 8: Tradito & naves, armentaque earum, néve plures quàm decem naves actuarias, nulla quarum plus quàm triginta remis agatur, habeto. ¶ In eadē etiam significatione Actuarium legimus neutro genere. Cic. Att. lib. 10: Recordor enim æstate cum illo Rhodiorum ἀφράκτῳ navigans, quàm fuerim solicitus. Quid duro anni tempore actuaria fore censes?

Āctŭārĭŏlum, diminutivum [ἀκάτιον. Vng. *Gyorsátska, folyó hajótska.*] Cicer. Att. lib. 16: Hæc ego cōscendens è Pompejano tribui actuariolis decem scalmi. Id est, remigibus earum naviculárum, quæ vocantur actuaria, vel actuariola.

Āctūtum, pen. prod. adverbium temporis: ab Actu: id est, celeritate derivatum. Significat enim confestim, sine dilatione. [פתאם pithóm פתע pithah αὐτίκα. Gall. *Tost, incontinent, soudain.* Ital. *Di subito, Di fatto, incontinente.* German. *Geschwind/flux/eilends.* Hispan. *Presto, luego.* Polon. *Wnet, natich miast.* Vng. *Mingyárást.* Ang. *Incontinent.*] Cicer. 12. Philipp. Ego mortem actutum ferendam puto. Terent. in Phorm. Aggredere actutum.

Agōgæ, ἀγωγαί, ἡ ἀγωγή, Fossę sunt in metallis aurariis, per quas aquas aurum trahens ducitur. Vide Plin. lib. 33. cap. 4. Hermolaus *Indices* vocari tradit.

Ăgŏlum, pen. corr. n. f. Pastoralis baculus, quo pecudes aguntur. [מטה matteh שבט schébet. λαγωβόλον. Gall. *Baston de pasteur.* Ital. *Bastone de pastore.* Germ. *Ein Hirten stab.* Hisp. *Cayado ò bordon de pastor.* Pol. *Owczarska.* Vng. *Pásztori bot.* Ang. *A goade to pricke forward cattell.*] Festus.

Ăgon, [נפתול naphthól. ἀγών. Gall. *Tout exercice de combat, comme luictes, joustes & autres.* Ital. *Agone.* Germ. *Kampffübung zum streit.* Hisp. *Contencion, porfia.* Pol. *Cwiczenie, do rycerskich spraw, szranky.* Vngar. *Harcz.* Ang. *Exercise of combat.*] Græcis idem est quod certamen, studium, contentio labor cum difficultate conjunctus. ¶ Accipitur & pro loco ipsius certaminis. Vnde locus Romæ juxta Tyberim, qui Circus Flaminius dicitur, etiam Agon appellatus fuit, quòd in eo curule certamen soleat exhiberi. ¶ Fuit quoque proprium viri nomen ex Teo, de quo Plin. lib. 33. cap. 3: Summæ apud exteros licentiæ fuerat. Agonem Teium Alexandri Magni præfectum aureis clavis suffigere crepidas.

Ăgōnĭă, f. p. [ἀγώνια. Ger. *Fästtag/ welche die Römer im Jener hielten dem Gott Jano zu ehren/daß er jren Händlen fürschub gebe*] Feriæ erant Romæ mēse Ianuario celebrari solitæ; postea Agonalia appellata. Ovid. 1. Fastor. Et priùs antiquus dicebat Agonia sermo. Vide in Onomastico in dictione AGONALIA. ¶ Agonias quoq; antiqui hostias appellabant, teste Festo, nomine ab agendo deducto. Sterilitatem quoq; & impotētiam generandi, Agoniā, Græco vocabulo ἀγονίαν, vocamus. ¶ Agonia antepen. prod. ἀγωνία, extrema est conturbationis species, quam Latini Trepidationem vocant. Quam vocem etiam Lucæ interpres servavit, cap. 22: Et factus (inquit) in agonia, prolixiùs orabat.

Ăgōnismă, atis, n. t. ἀγώνισμα Græcis est palma, sive præmium certaminis.

Ăgōnĭum, Dies appellabatur, quo Rex sacrorum agonias: hoc est, hostias immolabat. Autor Festus.

Ăgōnistă, ἀγωνιστής, Qui in agone contendit; certator, pugil. [Pol. *Szermierz.* Vngar. *Bajnok.*]

Ăgōnĭus, ἀγώνιος, Dicebatur Deus, qui præsidebat rebus gerendis, in cujus honorem Agonalia instituta fuisse existimavit Festus.

Ăgōnīzo, [ἀγωνίζομαι. Vngar. *Harczolok v. vyaskodom.*] [neutrum, Agonizor deponens, significat dimico, contendo. Hieronymus in Eccles. Agonizare pro anima tua, pro justitia. Cypr. ad Moysen: Omnia qui agonizatur, in omnibus continens est.

Agonothetă, m. p. [ἀγωνοθέτης. Gall. Le maistre capitaine ou president aux jeux de combat. Ital. Soprastante à giuochi di lotta. German. Ein Hauptmann und fürgesetzter der Fechtschulen/ der Kampf ... Hispanice, Maestro de aquellos juegos. Pol. Przełożony ... Vngar. ... Ang. He which oversee h the combat.] pen. corr. ab ἀγὼν τίθημι. & Munerarius, quasi agonis dispositor seu præfectus, qui præmium certantibus in quolibet ludorum genere proponit: qualis Achilles apud Hom. in funere Patrocli, & Aeneas apud Virg. 5. Aen. Spartianus in Adriano: Pro agonotheta resedit. Suidas inter Agonothetam & athlothetam ita distinguit, ut hic sit in gymnicis, ille in scenicis ludis: ἀγωνοθέτης, inquit, ὁ ἐν τοῖς σκηνικοῖς: ἀθλοθέτης δὲ, ὁ ἐν τοῖς γυμνικοῖς.

Agonothetæ, Dicebantur qui sacris certaminibus præerant, eratque decemviri, ut scribit Iul. Poll. Prædia quæ his jam emeritis distribuebantur; Agonothetica dicentur, sicut ea quæ ipsi Agonothetæ athletis adjudicant.

Agoræus, ἀγοραῖος, Nundinarius, vilia emens: ab ἀγοράζω, emo [Pol. Przekupień Vngar. Vasarlo] ἀγορὰ enim forum rerum venalium dicitur: quanvis etiam pro Concione, pro Pretio rei, pro Re vēdita, & pro Foro judiciali quandoq; ponatur.

Agoræus panis, [ἀγοραῖος ἄρτος. Vng. Piaczi kinyér.] dicitur, qui in foro rerū venaliū venundatur. de quo vide Ruell. lib. 2. c. 14.

Agoranomus, [ἀγορανόμος. Vngar. Vásár bíró.] pen. corr. prorsus ejusdem significationis est, cujus & Aedilis: de quo in superioribus satis. Dictus Agoranomus, à foro rerum venalium, cui regulam præscribit. Plaut. in Cap. Miramque adeo est, nisi hunc fecerūt sibi Agoranomum Aetoli. [Polon. Przełożony nad ...]

Agraphos, ἄγραφος, penult. corr. [Vngar. Irattlan, írás ... Anglice, Not written.] Latinè non scriptus dicitur, vel non pictus. Sic Agraphum jus dicitur, quod non scriptum, sed consuetudine receptum, & à majori populi parte aprobatum.

Agrarius. Agrestis, Vide Ager.

Agria, ἀγρία ... abies quædam est statis anni temporibus revertens, curatu adeo difficilis, ut nulla penè arte sanari possit: unde & nom... habet, ἄγριος enim idem est quod immitis, vel ferox Cel... eam scabiem appellat.

Agriacanth... ἄκανθα ἀγρία, Spina est sylvestris, carduo similis ... hortensi spinis. Autor Dioscorides.

Agricola, Vide Ager.

Agrielæa, ἀγριελαία, Olea sylvestris, quam Latini vocant Oleastrum.

Agrimonia (quam vulgò vocant) verum est eupatorium Græcorum. Ruell. lib. 3. c. 95. [Græcè, ἀγρεμώνη. Germ. Agrimonien/ Odermenig Belg. Agrimonie oft lever cruyt.]

Agriocardamum, ἀγριοκάρδαμον, Herba eadem esse creditur cum ea, quæ alio nomine Hiberis dicitur, & Lepidium Galeno. Vide Ruell. lib. 1.

Agriodos, penult. corr. Numeratur ab Ovidio inter canes Actæonis, 3. Metamorphoseos.

Agrion nardum, [ἀγρία νάρδος. Gall. Valeriane. Ital. Valeriana. German. Baldrian. Hispan. Hierva benedicta. Polon. Kozłek. Ang. Valerian.] Herba est folio oleris atri, quam Dioscorides Phu, φοῦ: nonnulli etiam Nardum Creticum appellarunt. Recentiores vocant Valerianam majorem.

Agriophyllon, [ἀγριόφυλλον. Gall. Fenoul porcin. Ital. Peucedano. German. Haarstrang/ oder Sewfenchel. Belg. Verckens venckel/ Swijnen venckel Hisp. Hervatum. Polon. ...] Herba est, alio nomine peucedanum dicta. Vide Diosc.

Agrioselinum, ἀγριοσέλινον, Herba eadē cū hipposelino. Diosc.

Agripetæ, Vide Ager.

Agrippæ, quasi Aegrippæ, ab ægro partu (ut docet Gellius) dicuntur, quorum in nascendo non caput, sed pedes primi exierunt, qui partus difficillimus, & ægerrimus habetur: ab ægritudine & pedibus appellati. Conixos autem pueros esse in utero Varro scribit, capite infimo nixos sursum pedibus elatis, nō ut hominis natura est, sed ut arbori s. Nam pedes crurăque arboris appellant ramos: caput, stirpem atque radicem. Quando igitur, contra naturam fortè conversi in pedes, brachiisque plerunque diductis retineri solent, ægriùs tunc mulieres enitur. ¶ Fuerunt autem multi sic appellati, quorum unus fuit Menenius Romanus cognomento Lanatus, qui de Sabinis triumphavit, & populum qui à patribus secesserat, in gratiam revocavit, narrato apologo de mēbris adversus ventrem conspirantibus. Hic tam pauper decessit, ut collatis in singula capita sextantibus publico sumptu elatus sit. Alter Sylvius Agrippa duodecimus Latinorum rex, cujus meminimus paulò antè. ¶ Item M. Agrippa, Augusti gener, navali victoria contra Sext. Pompeium insignis. De quo Virg. lib. 8: Parte alia ventis & Diis Agrippa secundis. ¶ Item Herodes Agrippa, secundus Galilæorum Tetrarcha, Herodis primi Iudæorum Regis filius, qui Christum illusum remisit ad Pilatum. ¶ Fuit præterea alius hoc nomine Aristobuli filius, quem à Tiberio in vincula cōnjectum Caligula solvit, regemque Iudæorum constituit. Vide Iosephum, & ea quæ infra annotavimus in dictione Herodes.

Agrippum, [Vng. Vadolajfa.] Lacones oleam sylvestrem vocant. Unde Adagium, Sterilior Agrippo, ἀκαρπότερος ἀγριππου: de iis qui extremæ sunt paupertatis, neque quicquam facultatem possident. Quadrat & in ignavos nulliusque industriæ homines Authores Zenodotus & Suidas.

Agrisis, Herba tùm præcipua dulcedine, tùm hominibus ac jumentis utilis in primis usus, ea potissimùm Aegyptii vescebantur Diodor. Sicul. lib. 2 b. 1.

Agrostes, ἀγρώστης, Phalangii species, apud Nicandrum.

Agrostis, [ἄγρωστις. Gall. Dent de chien. Ital. Gramigna. German. Graß Belg. ...] Herba est genicularis per terram ramulis serpens, folia habens oblonga & acuminata, in modū parvæ arundinis, qua boves jumentaque pascuntur. Latini Gramen appellant. Vide Diosc. lib. 4. c. 26.

Agyrtæ, [ἀγύρται. Pol. Kuglarze, matacze. Vng. Szemfényvesztő.] Præstigiatores sunt & circulatores circumforanei. Nam ἀγείρω inter cætera significat, Præstigium exerceo.

A ante H & I.

Ah, sive Aha, [hah ... ἆ,] interjectio est multorum affectuum significativa. Nam modò dolentis est, sive commiserantis. Virg. 1. Eclog. Spem gregis ah, silice in nuda connixa reliquit. ¶ Modò admirantis: ut, apud Plautum: Ah, quid ais? ¶ Aliquando dehortantis, in qua significatione crebrò occurrit apud Ieremiam & Ezechielem prophetas. ¶ Ah indignantis, sive increpantis seipsum. Terent. Ah, vix tandem, sensi stolidus. Virg. Ecl. 2: Ah, Corydon, Corydon, quæ te dementia cepit? ¶ Ah, desiderantis. Plaut. in Asinar. Ah, quanto amplius valeres, si hic maneres. ¶ Ah, factum alterius reprehendentis. Terent. in Andria: Nam quid ego dicam de patre? Ah, tantámne rem tàm negligenter agere? ¶ Ah, objurgantis. Ibidem: Ah, quanto satiùs est te id operam dare, qui istum amorem ex animo amoveas tuo. ¶ Ah, abnegantis. Ibidem: Ah, ne me obsecra. ¶ Ah, reclamantis aut contradicentis. Terent. in Hecyr. Meum receptas filium ad te Pamphilum. Bacchis, Ah, Laches, Sine dicā. Vbi Donatus. Ah, quod falsum est, reclamavit meretrix statim, & voluit contradicere, si permitteret senex. ¶ Ah, ah, suspirantis. Plaut. in Milite: Habe bonum animum. Pamph. Ah, eh. Quum venit in mentem, mores mihi mutandi ut sient. ¶ In notis antiquis, A.H. Alius homo.

Ahenum, n. s. Vas est in quo aqua ad lavandum calefit. [... χαλκεῖον. Gall. Chauderon en cuysine. Ital. Caldaia German. Ein Kessel. Belg. Een Ketel, Hisp. Caldera de cobre. Polon. Kocioł. Vngar. Vas fazék. Ang. A cauldron, or any vessel wherin water is made hoat for to wash with.] Paul. in L. Quum de lanionis. de instruct. & instrum. legat lib. 33. Pand. Nec multum refert inter caccabos & ahenum, quod supra focum pendet. Hic aqua ad potandum calefit: et illis pulmentarium coquitur. Virg. 1. Georgic. Et foliis undam tepidi despumat aheni. ¶ Ahenum dicimus per h interpositam inter a & e, non aēnum, ut sonus sit gratior jucundiorque: teste Gell. lib. 2. cap. 3. ¶ Ahenum sæpenumerò capitur pro amplissimo vase in quo tingitur purpura. Vnde multa habent epitheta ex iis locis, in quibus claruit usus purpuræ: ut Agenoreum ahenum: id est, Tyrium, vel Sidonium. Agenor quippe rex fuit Phœniciæ, in qua fuerunt Tyrus & Sidon urbes purpura nobiles. Martial. lib. 10. in Caium. Amyclæum ahenum, Ovid. lib. 2. de Rem. am. & alia id genus.

Ahenus, a, um, Aereus. [נחושת nachúsch. χάλκεος Gall. Chose de cuivre. Ital. Cosa di bronzo. German. Erin/ küpffern/ das von Erz oder Kupffer gemacht ist. Hispan. Cosa de materia de cobre. Pol. Miedziany, kotlasty. Vng. Rézből álló. Ang. Made of brasse.] Virgil. & luce coruscus ahena.

Aheneus, a, um, Idem Horat. 3. Epist. hic murus aheneus esto.

Ahertæ, vocantur duæ venæ, quæ ab umbilico & matrice per pectinem transeunt infra renes.

Ahu interjectio animi perturbati significativa, ἰού, Terent. Ahu, tace obsecro.

A.I. in notis antiquorum. à judice A.C.I. T. actione mendati.

Aigleuces, [αἰγλεύκης, Germ. Süsser Wein der Most.] Vini genus est, quod musti dulcedinem non amittit: ita dictum, quod semper mustum videatur, quale est vinum, quod in lacu nunquam deferbuit. Plin. lib. 14. cap. 9.

Aio, ais, ait, ajunt, Præteritum imperfectum habet integrum, perfecti solùm secundas persōnas. In imperativo Ai. In futuro optativi, Ajas, Ajat, ajamus, ajant. Participiūm habet unum Ajens. Reliqua omnia tempora desiderantur. Affero, affirmo, dico. [אמר amar ... Gall. Dire, affermer. Ital. Dicere, affirmare. German. Sagen/ oder reden. Belg. Seggen oft spreken Hisp. Dezir ò affirmar. Pol. Powiedam, twierdzę. Vng. Mondom. Ang To say, to allege.] Cic. 2. de Orat. Et docebo sus (ut ajunt) Oratorem, &c. Plaut. in Asinaria: Me unicè unum ex omnibus, atque illam amare ajebat. Nævius: An nata est sponsa prægnans? vel ai, vel nega. Cic. de Finib. bon. Quasi ego id curem, quid ille ajat, aut neget. Gell. lib. 6: Sive ajas, sive neges, herebis in captione. Priscianus, Ajamus dixit lib. 1. de construct. ¶ In actionum formulis hoc verbo antiqui utebantur: Ajo te mihi dare facere oportere. Hunc hominem ex jure Quiritum meum esse ajo: id est, affirmo, contendo, defendo. Vnde Ajentia. Cicero appellat quæ Græco forensi & litigioso verbo κατηγορικά. Ex lexico Hotomani.

Ajuga, f. p. Herba quæ Græcè Chamæpitys: [χαμαίπιτυς. Gall. Yue muscate. Ital. Iua, Camepitio. Germ. Feldcypressen. Belg. Velt cypresse, hortangel hoe ... Hispan. Pinillo. Pol. Polny cyprys.] cujus tres sunt species, quas vide apud Plin. l. 24. c. 6. Alii legūt Abiga, adductis verbis Plin. qui eam ab abortu nomē habere affirmat.

A̅izoōn, [ἀείζωον. Gall. *Ioubarbe*. Ital. *Sempre viua*. German: Hauswurtz/Katzentrembel. Hisp. *Terme puntera, siempre viua*. Polon. *Rojchink*. Ang. *A hearbe called Eyegreene, Sengreene, or Semgreene*.] Herba est folio carnoso, lævi, oblongo, & semper virenti: unde & ἀείζωον à Græcis, & à Latinis quibusdam Sempervivum appellatur Plin. lib. 25. cap. 13, duo ejus constituit genera. Majus in fictilibus vasculis seritur, quod aliquid Buphthalmum: id est, bovis oculum, à similitudine vocant. Alii Zoophthalmum: id est, animalis oculum: ambitu enim effigiem oculi imitatur. Alii, quòd amatoriis conveniat, Erogenneton. γεννάω enim gigno. ἔρως amor. Alii Hypogeson, quoniam ferè in subgrundiis nascitur Græci enim parteis tecti prominentes γεῖσα vocant. A Latinis etiam Sedum majus aut Digitellus appellatur. ¶ Aizoon minus, quod & Sedum minus à Latinis, à Græcis etiam τρίφυλλος appellatur, quòd ter quotannis floreat. Vulgò *Vermicularis* à similitudine foliorum, quæ figura oblonga & propemodum ovali, vermiculorum speciem referunt. Nascitur in petris, & parietibus vetustis. Hisce à Dioscoride tertium additur Aizoi genus, foliola habens pinguiora, ad portulacæ figuram nonnihil accedentia, sed hirsuta, brevioriq; cacumine. Herbarii *Vermicularem minorem* vocant.

A ante L.

A̅lă, f. p. qua aves volant. [כנף: *kanaph*. πτερόν. Gall. *Aile*. Ital. *Ala*. Germ. Flügel/fäcttem Belg. Een vlerghel/wieke. Hispan. *El ala del aue ò cosa que buela*. Polon. *Skrzydlo*. Vngar. *Rzárny*. Angl. *A winge*.] Virgil. 1. Aeneid. Vt reduces illi ludunt stridentibus alis. Alas addere alicui dicuntur proverbiali figura, qui verbis alicui addunt animum, & in spem bonam erigunt Græci ἀναπτεροῦν ajunt. Aristoph. in Avibus. ¶ Cicadam ala corripuisti, τέττιγα πτεροῦ συνείληφας, proverbialiter dicitur in eos qui quempiam provocant minimè ex usu: nam si cicada natura, garrulam ala prehendas, clatiùs obstrepit. ¶ Interfectionis ala, φόνου πτερόν, de subito interitu dici solitum Sumpta metaphora ab alatis jaculis, quæ repentè mortem afferunt. Vel [illegible], quòd ipsa mors sit alata. Zenodotus. ¶ A cujus similitudine Ala etiam dicitur locus ille concavus subter brachium in homine, quia in eo pili quasi pennæ nascuntur. [μασχάλη. Gall. *Aisselle qui est sous le bras*. Ital *Ascella*. Germ. Die Vchsen. Belg. Oxel. Hisp. *Sobaco*. Pol. *Podpachy*. Vngar. *Hón allya*. Angl. *The hollow place vnder the arme wher heare groweth*.] Plin. lib 11. cap. 40. Elephas tantùm sub armis, duas (scilicet mammas) nec pectore, sed citra in alis occultat. Hinc hircinus ille odor concipitur. Horat Epod. 12: -gravis hirsutis cubat hircus in alis ¶ Pro eodem etiam Axillam dicimus: eoque vocabulo antiqui solùm utebantur. Nam alæ appellatio recentior est, fuga vastioris literæ ex Axilla effecta: ut satis docet. Cic. in Oratore, his verbis Quinetiam verba sæpe contrahuntur, non usus causa, sed aurium. Quomodo autem vester Axilla Ala factus est, nisi fuga literæ vastioris? quam literam etiam è maxillis, è taxillis & vexillo & paxillo consuetudo elegans Latini sermonis evellit. Præterea Ala dicta est equitum turma, quòd pedites tangant alarum vice. Nam in equitum ordinibus circum legiones dextra sinistraque tanquam alæ in avium corporibus, locantur. τὰ πτέρυγα, αἱ ἴλαι. Gall. *Les ailes d'vne armee*. Ital. *Ala de vne squadra*. Germ. Ein geschwader Reuter/ oder Reisiger. Belg. Een schaer Ruyter by dat voet volck. Hispan. *Ala de la gente de cauallo tendida*. Polon *Skrzydlo huffiecz zolnierski*. Vngar. *Had, sereg szárnya*. Ang. *The winges of an armie*.] Cicer. 1. Offic. Quo in bello te Pompeius alæ alteri præfecit. ¶ Alæ etiam navium dicuntur: ut. -velorum pandimus alas. ¶ Ala in herbis dicitur cavus inter caulem & ramulos anfractus, unde sinuatim nova proles egreditur, facta ab humanis translatione. Plin. lib. 27. cap. 4: Caulem quadrangulum, scabrum, multis concavum alis. ¶ Alæ pro velocitate, figuratè ab effectu, quia alæ avibus velocitatem faciunt. Virgil 3. Aeneid. -& ventis & fulminis ocyor alis.

A̅lāris. alare, denominativum ab ala: & Alarius, adjectivum, pro eodem: ut Equites alarii: & Cohortes alariæ. [πτερύγιος. Gall *Qui est des ailes*. Ital. *Chi è dell' ala d' vn exercito*. Germ. Der auff einem flügel einer Kriegsordnung ist Hisp. *Hombre de aquell ala de gente de cauallo tendida*. Polon. *Skrzydlow woyskw zolnierzow*. Vngar. *Szárnyék*. Ang. *That which perteneth to winges, of a winge*.] Liv. lib. 10. ab Vrbe: Cum cohortibus alaribus. Idem: Qui præerat alariis equitibus. Cæs. 2. Bell. civil. Cohortes circiter triginta alariorum addidit.

A̅lātŭs a, um, ab ala avium, Ala munitus & ornatus.] πτερωτός. Gall. *Qui a ailes*. Ital. *Che ha ale, alato*. German. Geflügelt/was flügel oder fäcttem hat. Hispan. *Cosa que tiene alas para volar*. Pol. *Skrzydlasty*. Vng. *Szarnyas*. Angl. *Winged*.] Mercurius alatus. Virg. 4. Aeneid. Vt primùm alatis tetigit magalia plantis. Alati equi Solis. Ovid. 3 Fast. Verba alata proverbialiter dicuntur, quòd facilè evolent: at revolare nesciant.

A̅lĭfĕr, Alatus, πτεροφόρος. Ovid. 4. Fast. -& alifero tollitur axe Ceres.

A̅lĭgĕr. m. f. Alatus πτερωτός. Gall. *Qui a ailes*. Ital. *Alato*. Germ. Der flügel hat. Hispan. *Que tiene alas para volar*. Pol. *Nossacys krzydla*. Vng. *Szarnyas, szárny viselö*. Ang. *Which beareth winges*.] Vnde Cupidinem alatum & aligerum Poëtæ vocant. Virgil. 1. Aen. Ergo his aligerum dictis affatur amorem.

A̅lĭpes. pen. corr. com. g. Velox, quasi alas in pedibus habens. [πτερόπους. Ger. Das gefidert füß hat. Pol. *Prètki takoszip*. Vngar. *Gyors, szárnyas lábú*. Ang. *Swift*.] Virg. 2. Aen. Alipedumque fugam curru tentavit equorum. Sil. Ital. lib. 7: Alipedum planta curru premit.

A̅lĭpĭlŭs, li, larum pilos in balneis vellens. Seneca lib. 8. Epist ad Lucilium: Alipilum cogita tenuem & stridulam vocem, quò sit notabilior, subinde exprimenté, nec unquam tacentem, nisi quum alas vellit, & alium pro se clamare cogit. Cæl. lib. 30. c. 19.

A̅lăbarchēs, Vide AALABARCHES.

A̅lăstrītēs, [ἀλαβαστρίτης. Gall. *Albastre*. Ital. & Hispan. *Alabastro*. German. Ein Alabaster/ein weisser stein/gethelt mit mancherley farben / welchen man außhölet zu Salbbüchsen. Belg. Staat Marmersteen/ hret ende menich verwich / Albaster. Pol. *Alabaster*, vel *biały kamien glaky*. Vng. *Alabástrom*.] Lapis humani unguis candorem referens: unde & Onyx appellatur: dictus Alabastrites, quòd alabastra ex eo fieri soleant. Vide in dictione ALABASTRUM ¶ Est etiam Alabastrites, gemma quadam, candorem habens variis coloribus intercinctum, quæ cremata cum fossili sale ac trita, gravitatem oris, & dentium extenuat. Plin. lib. ult. c. 10.

A̅lăbastrum, n. s. [ἀλάβαστρον, καὶ ἀλάβαστρος. Gall. *Vaisseau d'albastre*. Ital. & Hispan. *Vaso d' Alabastro*. Germ. Ein glatte steine büssen/Alabaster. Polon. *Słoiek z białego kamienia, albo sz Alabastru*. Vngar. *Alabastrombol csinált edény*. Ang. *A vessell to keep oyntment in*. Vasis genus erat ex Alabastrite lapide torno excavatum, ad conservanda unguenta maximè idoneum. Martialis: Quod Cosmi redolent alabastra, fociq; Deorum. ¶ Dicitur etiam in masculino genere. Alabaster. Cic. lib. 2. Acad. Quibus etiā Alabaster plenus unguenti putere videtur. Proverbiali figura hæc Cicero dixit, pro, optima pro pessimis displicent. ¶ Alabastrites autem ex quo vascula hujusmodi fieri consueverint, autore Plin. lib. 36 c. 8, lapidis genus est colore candido, quem Onychem à colore humani unguis nominabant. Alabastrum dictum videtur ab α privativa particula & λαμβάνω. Erant enim vascula sine ansis, quæ propter summam levitatem vix comprehendi, tenerive possent.

A̅lăbēs, ἀλάβης, Piscis est Nilo peculiaris: inde dictus, quòd ob lubricitem manibus comprehendi non posset. Meminit ejus Strab. lib 17. Plin lib 5. cap. 9, Alabetem vocat.

Alabrum, dicitur instrumentum quo fila vertuntur. [Pol. *Motowidlo*. Vng. *Mótola, aspa*.] Filum enim à colo ducitur in fusum, de fuso in alabrum, hinc in girgillum, deinde in glomicellum, hinc in pannum, postea in telam.

A̅lăcĕr, alacris, & hoc alacre: vel hic & hæc Alacris, & hæc alacre, penultima correpta, Qui viget sensibus universis (ut inquit Asconius) erectus & sublimis animus. [עוז לב *ob leb* [illegible] *meglil*. ἀκμαῖος, εὔθυμος. Gall. *Gay, & delibere. prompt, alegre*. Ital. *Vigoroso de sensi, allegro*. German. Mutig/frisch/dapffer/frölich/vnverzagt. Belg. Mordich/ vnmoedich / opgheticht/ frisch ende vrolick. Hispan *Ligero, con alegria*. Pol. *Ochotny, rzeski*. Vng. *Vidám, gyors, serény*. Ang. *Lustie, of courage, glade*.] Nam è contrario Lacer dicitur, amputatis in corpore membris: hoc est, auribus, oculisve. Quod ad animum sæpe transfertur, quòd plerunque afflicto animo, sensibus non utamur erectis. Sic Alacer dicitur is, qui omni sensu & mente bene est constitutus. Quare cognita illud quoque intelligitur, aliud esse alacrem, aliud lætum Sunt qui Alacrem festinantem & properum dici putant, quasi alis acrem. Hæc Ascon. Pæd. Donatus in illud Terent. Quid tu es tristis? quidve alacris? scribit alacrem pro ἄλυπον: id est, nō tristem, litera l pro d posita, dici.

A̅lăcrĭtās, f. t. Vigor, animi erectio, necnon lætitia gestiens: quæ, secundum Donatum, propriè est mutatio quædam vultus gestientis in spem aliquam: & media est inter lætitiam atque tristitiam. [גיל *ghil* גילה *ghilah*. Φαιδρότης. Gall. *Gayeté de cœur, courage deliberé*. Ital. *Allegrezza, prontezza, cuor deliberato*. German. Frewdigkeit/leichtfertigkeit. Hispan. *Ligereza con alegria*. Pol. *Ochota*. Vngar. *Vidám, elevenség*. Angl. *Quicknesse of spirite, liuelinesse and courage of the hart gladnesse*.] ¶ Interdum dicitur voluntaria celeritas, seu promptitudo, ardóve. προθυμία. Liv. 3: Postquam ingenti alacritate clamor est sublatus (quod bene vertat) gesturū se illis morem: posteroq; die in aciem eductuium affirmat. Cic. lib. 1. Tusc. quæst. Pro lætitia gestiente, quæ in malis habenda sit, accepit. Vir igitur (inquit) temperatus, constans, sine metu, sine ægritudine sine alacritate, nulla libidine vexatus.

A̅lăcrĭtĕr, [*beghilath*. προθύμως, ἀσμένως. Gall. *Gayement, alaigrement, de cœur deliberé*. Ital. *Allegramente, prontamente*. German. Hurtiglich/dapfferlich/hefftiglich/frewdich Belg. Vroolick Hispan. *Allegre y ligeramente*. Polon. *Ochotnie, rzesko*. Vngar. *Vidámul, örömest, vigan, serényön*. Ang. *Glaidle, willinglie*.] Plin. lib. 20. cap. 18. Secuta ætas alacriter descendit. ¶ Et alacrè, pro alacriter, Plaut. in Amph. Verùm quidem è loco compellemus alacrè.

A̅lăpă. pæ, f. p. Colaphus. [מכת לחי *maccchath lechi*. κόλαφος. Gall. *Vne iouée, vn souflet, vn coup de poing*. Ital *Guanciata, mostaccione, punzone*. Germ. Ein Backenstreich/ ein schlappen. Belg Kinnebacken slach/mutipeere oft soffiete Hispan. *Bofetada*. Pol. *Pogebek*. Vngar. *Orczul csapas*. Ang. *A blowe or stroke on the cheek*] Sed alapa Latinum est, Colaphus Græcū Autor Valla in Raudensem.

Alapathus, [ὀξυλάπαθον. Gall *Dogue, parelle ou pacience*. Ital. *Rombice*. Germ. Hepffisch lindentraut. Belg. patientie. Hispan. *Labaca*. Polon. *Lopian*, Vng *Keserü lapu*.] Herba est Theocrito, quam Lapathon Dioscorides, & Latini Rumicem appellant,

deji-

dejiciendæ alvi vim habens: unde & nomen invenit. Græci enim ἀλαιπαξῃ purgationes vocant.

Alaris & Alarius, Vide ALA.

Alastor, ἀλάστωρ, à Græcis dicitur animus sibi malè conscius, sive (ut ita dicam) conscientiæ remorsus, vel etiam malus genius hominem crucians. ἀλαστεῖν enim apud Græcos crucior significat, vel grave aliquid patior. ❡ Numeratur etiā Alastor inter equos Plutonis, quorum nomina Claudianus recensuit his versibus: Orphnæus crudele micans, Aethonque sagittâ Ocyor, & Stygii crudelis gloria Nutei Armenti, Ditisq; nota signatus Alastor.

Alaternus, (ἐλαίαγρος Creteosium, & φιλύκη Theophrasti, quorundam opinione) Arbor est, sive frutex, cujus folia inter ilicem, & olivam media quadam sunt similitudine, viridis coloris, obscuri. Plin lib. 16 c. 26. inter infrugiferas reposuit: fert tamen fructus racematim Lentisco similes. Vide Colum. lib. 7 cap. 6.

Alatus, Vide ALA.

Alauda, f.p. Avis, quæ olim Galerita vocabatur, quia apicem habet: hoc est, plumam elatam in capite ad similitudinem galeri, sive galeæ. [κορυδαλλός, κορυδός, κορυδών, κορυδαλλίς. Gall. *Alouette*. Ital. *Alladola, alodola*. Germ. Ein lerch. Belg. Ein leeuwerick. Hispan. *Cogujada*. Pol. *Skowronek*. Vng. *Pacsir* vel *Pacsirta*.] Sunt Alaudæ duplices, quædam cristatæ, & quædam sine apice. Cristata propriè est quæ olim Galerita vocabatur, à galero quia apicem habet: hoc est, plumam elatam in capite ad similitudinem galeri, ideo Galericum vocat Varro. Vocatur hæc eadem & Cassita à cassi de sive galea (ut κόρυς κορυδαλλός) quam in capite gestare videtur. ❡ Alauda sine apice maxima, quæ valde vocalis & canora est. [μελαγκόρυφος à Myndio vocatur. Gall. *Calandre*. Ital. *Calandra*.] Tertium genus Alaudarum, est nigrum & parvum, vulgo *Alouëtte de mer*. De Alaudis Aristot. lib. 9. Histor. cap. 25. & Plin. lib. 11. cap. 37. ubi pro Parvæ, quæ: legito paro atque, &c. ❡ Alauda legionis nomen, quam Cæsar Dictator in Gallia conscripsit. Plinius libro 11. capite 37: Atque ab illo Galerita appellata quondam, postea Gallico vocabulo etiam legioni dederat Alauda. Cicero ad Atticum: Antonius cum legione Alaudarum ad urbem pergit.

Alaudium, teste Budæo, à laudando: hoc est, à nominando dictum, quòd qui prædia eo jure habent, laudare: hoc est, nominare autorem suum nemini teneantur. Vox est recentioribus duntaxat jurisconsultis cognita. Rectiùs dicitur Allodium. Vide infra.

Alausa, æ, vel Alosa, Ausonio, [θρίσσα, Callisthenoi apud Stobæum θάλασσα. Ausonius viles Alausas dixit ob abundantiam. Vide Clupea.

Alazonia, pen. prod. [גאון gháin גאות gheruth, ἀλαζονεία. Gall. *Outrecuidance, fierté*. Ital. *Superbia, arroganza*. German. Hochfart/stoltz, ubermut. Hisp. *Soberuia o altiueza*. Pol. *Pycha nowosi*[illegible]. Vngar. *Nagy kevélység*. Angl. *Arrogancie, proudenesse*.] Superbia est, vel arrogantia: quum quis plura pollicetur, quàm potis est præstare. ἀλαζονεύεσθαι enim superbire est: vel mentiri, vel sibi plus æquo arrogare. Vlpian.

Alba spina, ἄκανθα λευκή, Herba est aculeata, folia habens Chamæ leontis albi similia, quam Officinæ *Bedegar* appellant. Vide suprà ACANTHA LEUCA.

Albarium, Vide ALBUS.

Albatus, Vide ALBUS.

Albedo, Vide ALBUS.

Albegnina, partes exterorum, quæ diis immolabantur: à colore eorum dicta. Festus.

Albeolus, pro Alveolus. Cic. de Finibus: aut Albeolum poscere, aut quærere quempiam ludum.

Albergaria, census sunt, seu pactiones, quæ debentur pro comestionibus. De hoc gl. in C. Præterea, de jure pact.

Albesia, Scuta dicebantur, quibus Albenses, qui sunt Marsi generis, usi sunt ❡ Hæc eadem Decumana vocabantur: quòd essent amplissima: ut, Decumani fluctus, qui cæteris longe majores & periculosiores creduntur. Festus.

Albeus, ἄβαξ. Polon. *Warcabnica, Szachownica*. Vngar. *Os tábla, kocka tábla*.] per diminutivum Albeolus, tabula lusoria. Cic. de Finib. bonorum: aut Albeolum poscere, aut quærere quempiam ludum. Plin. M. Messala consul, pridie Calend. Octobris diem natalis sui egit. Transtulit albeum cum tesseris lusorium, à gemmis duabus latum pedes tres.

Albicerata ficus, Pediculo minimo latissima. Plin lib. 15. cap. 18. Androtion λευκοκήρατον appellat.

Albico, Albidus, Vide ALBUS.

Albo, albas, Album facio: [λευκαίνω, λευκόω. Polon. *Bielic*. Vng. *Meg fejérítem*, Ang. *To make whyte*.] Vide ALBUS.

Albogalerus, Pileum capitis, quo flamines Diales utebantur. Fiebat enim ex hostia alba, Iovi cæsa. Festus.

Albor, alboris, Vide ALBUS.

Albucum, n. f. [ἀσφόδελος. Gall. *Aphrodille*. Ital. *Asphodello*. Germ. Weiß Affodillen/ Goldwurtz. Hisp. *Gamones*. Pol. *Zlotogłow*.] Herba est scapum habens cubitalem, radicem similem multis napis simul coacervatis. Alio nomine Asphodelon, sive Hastulam regiam vocant.

Albuelis, f.t. Vvæ genus, Plin. lib. 14. cap. 2: Albuelis summis arboribus est fertilior.

Albugo, pen. prod. Macula in oculo. [לבלב *lablul*. τὸ λευκὸν τῶν ὀφθαλμῶν, λεύκωμα, λεύκωσις. Germ. Ein weisser Flecken im Aug. Vng. *Hályag*, item *Szémfejér* & *tyukmony fehér*.] Plin. lib. 21: Qua alligata oculo albugines tolli dicuntur. Idem Albugineum vocat album in ovo.

Albulæ aquæ. Galeno interprete lib. 9. Methodi, dicuntur aquæ aluminosæ, entem lavantium mirum in modum adstringentes, & vulneribus medentes: cujusmodi Strabo non paucas esse tradit in agro Tiburtino. Martialis li. 4: Quod siccæ redolet palus lacunæ, Crudarum nebulæ quod albularum. Plinius lib. 31. cap. 2: Albulæ aquæ juxta Romam vulneribus medentur: egelidæ hæ: sed Cutiliæ in agro Sabino gelidissimæ.

Albumen, penult. prod. n. t. Quod est in ovo album. [לבן *rir*. λεύκωμα. Gall. *Aubin d'œuf, le blanc d'œuf, la glaire*. Ital. *Chiaro dell'ovo*. Germ. Das weiß in dem Ey/ Eyerklar. Hispan. *Lo blanco, ò clara del hueuo*. Polon. *Białek*. Vngar. *Tyukmony fehér*. Ang. *The whyte of an egge*.] Vitellius verò, quod croceum. Plin. lib. 26. capite 18.

Alburnum, n. f. Adeps arboris. [חלב האילן *chéleb haëlân* [illegible] *lebonáh*. ἡ ἀπὸ φλοιοῦ. Gall. *L'aubour, l'aubier d'un arbre*. Ital. *Raia ò grasso dell'arbore*. German. Das Hartz/ oder Gummi so auß dem baum fleußt. Belg. Dat wit von den boom / vast de schorse. Hisp. *Albura o blanco de la madera*. Polon. *Kleiż drzewa pstrocy, item Zewica*. Vngar. *Az fának az béli, avagy belső fás volta*. Ang. *The sap or soft part of a tree*.] Plin. lib. 16. cap. 38: Humor & cortici arborum est, qui sanguis eorum intelligi debet. Est enim in toto corpore arborum, ut reliquorum animalium, cutis, sanguis, caro, nervi, venæ, ossa, medullæ. Pro cute cortex, humor, sanguis, proximi plerisq; adipes. Hi vocantur à colore alburnum. Hinc exalburno, as, quod est Alburnum detraho. Idem lib. 16. cap. 40: Et reliquis arboribus siccissima lotos, deinde robur exalburnatum, cui nigricans color. Solent autem robora exalburnari: hoc est, alburno suo spoliari, eò quòd ea pars materiæ sit inutilis, propterea quòd facillimè cariem sentiat eo autem detracto quod reliquum est, adversus omnem corruptionis injuriam se præbet invictum. Id nonnulli esse existimant, quod à Theophrasto μελανδρύον appellatur: quanquam ille hoc nomine potiùs quandam roboris speciem videtur designasse.

Alburnus, piscis apud Ausonium [Gall. *Albe* vel *Albette*. Ital. *Pesce persico*. German. Blick/ Rotaug oder Weißfischlin. Belg. Een Blye / Reyssen. Angl. *Bleie*.] Fluvialis est, digitali magnitudine aphyis albis similis, oculis magnis, rubescentibus, dorso subviridi, ventre candido: lineisque duabus distinguitur.

Albulus, Diminut. adject. ab Albus. Catull. Epigramm. 27, in Iulium Cæsarem: Ut albulus columbulus Dionæus.

Albus a um, Nomen coloris notissimi, quod à candido ita differt, ut Album pallori conjunctum sit, quale est plumbum: candidum verò splendori, qualis est in nive. Itemque ut dicatur Album, quòd natura sit: candidum quòd cura. Cornel. Front. de differentiis vocabul.] לבן *lebân* חור *chiuuar*. λευκός, ἡ, όν. Gall. *Blanc*. Ital. *Bianco*. German. Weiß. Belg. Wits. Hispan. *Blanco*. Pol. *Biały*. Vng. *Fejér*. Ang. *Whyte*.] Albo opponitur ater: candido verò niger. Festus vult album à Græco ἀλφὸν esse appellatum. Alii ab eo, quod Sabini Alpum dicunt. Vnde credi potest Alpium nomen à candore nivium esse derivatum. Albus an ater sis nescio, solet dici de homine vehemēter ignoto. Cicer. in Philipp. Et quidem vide quàm te amarit is, qui albus aterve fueris ignorans, fratris filium præteriit. Vide Quintil. lib. 11. Catul. & Apul. ❡ Novit quid album, quid nigrum, Οἶδε τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν. Duplicem in sententiam accipi potest: aut, Novit discrimen rectique pravique: aut, Novit id quod nemo vel indoctus ignorat. Nam evidentius est albi nigrique discrimen, quàm ut quisquam non videat. Aristoph. in Equit. ❡ Interdum per metaphoram Albus ponitur pro bono aut felici, sicut è contrario niger pro malo aut infelici. Cicer. pro Cæcin. de teste Sex. Clodio Phormione: Nec minus niger, *inquit*, nec minus cōfidens quàm ille Terentianus Phormio. Persius: Per me equidem sint omnia protinus alba. Horatius: Hic niger est, hunc tu Romane caveto.

Album, substantivum, n. f. Tabula alba, tabula gypso obducta, tabula gypsata. [לוח *luach*. λεύκωμα λευκόγραφον, ἢ γραμματεῖον. Gall. *Tablettes enduictes de blanc pour y escrire ce qu'on veut, valle*. Ital. *Tavola ingessata*. German. Ein geweißgete Tafel/ Schreibtafel. Hispan. *Tabla blanca en que se escriuen las cosas publicas*. Polon. *Tablica wielona*. Vngar. *Fehérítet tábla, fejér gyantás tábla*. Ang. *A table oversmeered with any whyte colour to write on*.] In albo Prætores edictum, ex quo anno suo jus dicturi erant, scribebant, & in loco publico proponebant, ut omnibus cognoscendi esset potestas. Si quis verò album corrupisset, puniebatur, quia Prætoris majestas contempta videbatur. Paulus: Si familia alicujus album corruperit, non similiter hic edicitur ut in furto. Iudex (inquit Seneca libro 3. de Benefic.) ex turba selectorum, quem census in album & equestris hæreditas misit. Hinc locus factus proverbio: Non eras in hoc numero. Plin. in præfation. Histor. mund. Quum hanc operam condicerem, non eras in hoc albo: hoc est, non eras ex eorum numero, quos hæc lecturos credebam. Hoc & Pyctatium dicitur: ut in Alexandro Cæsare Lampridius, vulgò *Matris* appellata. Similiter ea tabula dicitur Album, in qua singulorum annorum

annorum acta literis mandabantur à Pontifice maximo, proponabaturque domi ejus, ut potestas esset populo cognoscendi. Hisqua nunc Annales maximi nominantur, ut autor est Cicero libro 2. de Oratore. ¶ Est & album decurionum & citharœdorum. Nam in Digestis titulus est, de Albo: ubi docet Vlpianus quo ordine decuriones in albo scriptos esse oporteat. Vide PICTATIUM. ¶ Ponitur etiam Album absolutè pro arbore. Virg. in Bucolicis: -sparsis etiam nūc pellibus albo. Idem 3 Georg. Nec mihi displiceat maculis insignis & albo.

Albārium, n.s. Dicitur quod illinitur tectorio, quū paries pingendus non est, quod fit ex calce. [סיד siach. κονίαμα. Gall. Blanchissage ou crepissure de chaux. Ital. El bianco da imbiancare le case. German. Weißge / mit dem man die Wend weiß machet. Belg. Witsel dat man an die Mueren bestrijet. Hispan. La blanque adura de la pared. Polon. Biallosc do pobielania sciän. Vngar. Fejéritö mész. Angl. Whyte morter, or such thing to sparge walles with.] Plin libro 35. c. 16: Eademque lacte diluta, & tectoriorum albaria interpolantur. ¶ Albarium opus Plin. lib. 36. c. 23: Contra in albario opere: ut macerata calx, ceu glutinum hæreat.

Albātŭs, a, um, Albedine obductus, albis vestibus indutus: huic contrarium est Atratus. [לבוש לבן labúsch labán לבוש כבור labúsch chavár. λευχειμονῶν. Gall. Vestu de blanc. Ital. Vestito à vestimento. Germ. Weiß gekleidet / in weiß angethan. Hispan. Vestido de vestidura blanca. Polon. Vbielony, biało oblecżony. Vng. Fejérben öltözött. Ang. Cladde in whyte.] Cicero in Vatinium: Quum ipse epuli dominus albatus esset, ut in templum Castoris te cum C. Fidula atrato, cæterisque tuis furiis funestum intulisti. Moris autem fuit apud veteres ut diebus festis albati essent, & eum convivia publica inirent: atque eam ob causam Cicero Vatinium reprehendit, quòd solus atratus esset, in supplicationibus publicis, & diebus festis.

Albēdo, f.t. Albitudo, Pro candore accipiuntur. [לבן labán חור chúr. λευκότης. Gall. Blancheur. Ital. Bianchezza. Ger. Weisse farb. Belg. Wyte verwe. Hispan. Blancura. Polon. Białość, biała farba. Vngar. Fejérség. Angl. Whytenesse, whyte colour.] Plaut. in Trin. Et item alterum ad istanc capitis albitudinem, Callidem ajebat vocari.

Albeo, es, n.s. Albus sum. [חלבין hilbin התלבן hithlabbén. λευκός εἶναι, λευκαίνομαι. Gall. Estre blanc. Ital. Esser bianco. Germ. Weiß seyn. Belg. Wyt syn. Hispan. Ser blanco. Polon. Bieleję. Vngar. Fejér vagyok. Angl. To be whyte.] Virgil. 12. Aeneid.-campique ingentes ossibus albent.

Albēsco, Albus fio. [הלבין hilbin. λευκαίνομαι. Gall. Devenir blanc. Ital. Imbiancare, divenir bianco. German. Weiß werden. Hispan. Emblanquecer'se. Polon. Bieleję. Vng. Fejérré lészek. Ang. To waxe whyte.] Virg. lib. 1. Georg. Flammarum longos à tergo albescere tractus. Hujus compositum est Exalbesco.

Albico, as, pen. corr. Albesco, aliquantulum albus sum. [חור chavár. ὑπόλευκος εἶμι. Gall. Estre aucunement blanc, devenir blanc & chenu. Ital. Biancheggiare. Germ. Weißlechtig seyn. Belg. Wytachtig seyn. Hisp. Blanquearse. Polon. Lśnieję się biało. Vng. Fejéreslöm, fejérlöm. Angl. To be or waxe somewhat white.] Plin. lib. 22: Solidum semen conjicitur in oculum, nec turbat, sed in se caliginem contrahit: mutat colorem, & ex nigro albicare incipit & tumescit. Horatius: Nec prata canis albicant pruinis. Idem censendum de verbis similiter terminatis: qualia sunt Vellico, Fodico, Candico, Nigrico, Nutrico, & pleraq; alia: quæ omnia diminutionem important actionis suorum primitivorum. Nonius ex Varrone citat Albicatur, passivè pro Albescit: Vbi rivus præcipitatur, deorsum rapitur, atq; offensus aliquo à scopulo lapidoso albicatur.

Albĭdŭs, a, um, pen. corr. Quod est aliquantulum album. [חוור chavár. ὑπόλευκος. Gall. Blanchastre, tirant sur le blanc. Ital. Alquanto bianco. German. Weißlechtig. Hisp. Blanquezino, ò blanco un poco. Polon. Szmiady. Vngar. Fejér szabá. Ang. Somewhat whyte.] Ovid libro 3. Metamorph. Spumaqua pestiferos circumfluit albida rictus. Col. lib. 1. cap. 9: Quod extrinsecus albidum, intus etiam conspicitur candidum, leve &c. August. lib. 1. de Civit. pro albo posuit, lapides igne candente percocto, & ipsi fiunt candidi. Et quanvis ille magis rubeat, illi albido colore nitescant: congruit tamen illi luci, quod album est, sicut nigrum tenebris.

Albo, as, act. p. Album facio. [λευκόω, λευκαίνω. Germ. Weißgen / weiß anstreichen. Belg. Wyt maken.] Cujus passivum Albor, aris, Albus fio. Vnde & Dealbo ejusdem significationis. Curcius Cic. Nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare

Albŏr, oris, masc. gen. Albedo. [לבן labán. λευκότης. Gall. Blancheur. Ital. Albore, bianchezza. German. Weisse. Belg. Wytheit. Hispan. Blancura. Pol. Białość. Vngar. Fejérség. Ang. Whytenesse, whyte colour.] Varro, Qui vident alborem ejus, admirantur. ¶ Alborem etiam Apitius vocat, quod est album ovo, quod Plinius Albuginem appellat: medici Albumen.]

Albi călcŭlī, λευκαὶ ψῆφοι, dicebantur, quibus Cretenses, dies lætos, quos in vita agerent, numerare solebant: nam candidos lapillos ad hoc officium aligebant: quemadmodum econtrariò infelices, atq; infaustos dies nigris lapillis signabant, & ex candidorum numero vitæ tempus metiebantur: malos enim dies in annorum numeros non redigebant. Huc alludit Horat. in Epist. Hunc Macrina diem signa meliore lapillo.

Albus spinus, à vulgo Gallorum appellatur frutex, sive arbuscula spinosa, pruni magnitudine: acinis quum pubescunt, viridibus, quum maturuarunt, rubris. Vide Ruel. lib. 3. cap. 12.

Alcæă, f.p. Leo dicitur: ἀπὸ τῆς ἀλκῆς: hoc est, à fortitudine, quòd caudæ incitamento ad fortitudinem excitetur. Cælius lib. 7. cap. 29.

Alcaicum cārmēn, ἀλκαϊκὸν μέτρον. Quod post duos dactylos trochaicam habet syzygiam: qualo est illud apud Horatium: Hesperiæ mala luctuosæ. Nomen autem accepit ab Alcæo inventore.

Alcārmes, sive carmes Punica lingua dicitur coccus seu vermiculus, ex quo fit coccineus ille color, quem inde Carmesinum vocant. Ruell. lib. 2. cap. 136.

Alce, lumento ferè similis bestia, in Asia & Africa, ni proceritas aurium & cervicis distinguat. Plin. lib. 8. cap. 15.

Alcea. [ἀλκέα. Gall. Guimauve sauvage ou rustique. Ital. Malva salvatica, bismalva. German. Sigmars wurtzen / Frawenkraut / oder löwen zan. Belg. Sigmaers cruyt. Hisp. Malva de Ungria, malva montesina. Polon. Wielki ślaz. Vngar. Vad mályva. Ang. A wylde malowe.] Herba est sylvestrium malvarum generi assignata, folia habens verbenacæ. Plin. lib. 7. c. 4: Alcea folia habet similia verbenacæ, quæ & Peristereon cognominatur.

Alcēdĭnēs, f.t. [German. Ein frembder Meervögel / unserem Eyßvogel nicht ungleich / welcher so er zu Winterszeit auff dem Meer nistet / ein schöne oder stille des Meers bedeutet. Belgicè, Ysvoghel.] Sunt quædam aves, dictæ quasi algedines, quod frigidis temporibus in mari pariant, ἀλκυόνες. Plautus: Nam Hercule tu peristi, nisi illam tam tranquillam facis, quàm mare est olim, quum alcedo pullos educit suos. Dicta est à Græcis ἀλκυών vel ἀλκυὼν, όνος, παρὰ τὸ ἐν ἁλὶ κύειν ab eo quòd in mari fœtus excludat. Ambrosius lib. Hexaem. Halcyona est avis maritima, quæ in litoribus fœtus suos edere solet: ita ut in arenis ova deponat medio ferè hyemis: nam id temporis fovendis habet depravatum partubus, quando maximè insurgit mare, litoribusque vehementior fluctus illiditur, quò magis repentinæ placiditatis solennitate avis hujus eluceret gratia. Nanque ubi undosum fuerit mare, positis ovis subitò mitiscit, & omnes cadunt ventorum procellæ, flatusque aurarum quiescunt, ac placidum ventis stat mare, donec ova fovet halcyone sua. Septem dies fœtus sunt, quibus decursis educit pullos: illicò alios septem adjungit dies, quibus enutriat partus suos, donec incipiant adolescere. Tantum autem beneficium avicula hæc divinitus sibi datum habet, ut hos quatuordecim dies nautici præsumptæ serenitatis observent, quos & Halcyonidas vocāt, quibus nullos motus procellosæ tempestatis horrescant. Hinc poëtæ ansam fabulandi arripuerunt, Halcyonem filiam Aeoli fuisse, qui in gratiam filiæ, dum illa in litore ova parit, & fœtus educat, ventos inclusos servat. Ferunt hanc avem paulò majorem esse passere, pennis purpureis, candidis admistis collo gracili & procero, rostro subviridi, longo & tenui, rarò visam, Aristot. lib. 8. de animal. Halcyonum duplex genus esse scribit: alterum vocale, arundinibus insidens: alterum mutum, ampliori corpore. ¶ Ab Halcyne fit Halcyonius, a, um: ut Halcyonii dies, ἀλκυονίδες ἡμέραι, fitque à Græco ἅλς, quod mare significat, unde etiam per aspirationem scribendum videtur Halcyon (quum Alcedo Latinis sine aspiratione notetur.) Eustathius tamen contra etymi rationem ἀλκυών tenui spiritu notandum tradidit, adjecto etiam generali canone, quo negat vocabulum ullum esse aspirandum, quod initium sumat ab αλ subsequente κ.

Alcēdŏnĭă orum, plur. num. n.g. [ἀλκυονίδες, ἡ ἀλκυονίδες ἡμέραι. German. Stille tag / wenn im Meer ein grosse stille ist / und diese Vögel Alcyones genannt / darauff nisten.] Dies sunt hyberni ferè quatuordecim quibus alcedo ova parit in mari & excludit, quo tempore summa ventorum est tranquillitas. ¶ Dicti sunt autem Alcedonia ab alcedine, quemadmodū & à Græcis Halconides ab Halcyone appellantur. Plaut. Tranquillum est, alcedonia sunt circa forum.

Alcēs, is, seu Alces, æ, sive Alce, es. [ἄλκη. German. Ellend. Pol. Łoś.] Pausaniæ, Animal Galliæ Transalpinæ, figura, colore & magnitudine mulæ similitudinem prætendens: sed labium superius adeò protensum habet, ut nisi retrogradè incedens, herbas in terra carpere non possit. Est inventu rarum, olfactu è longinquo venatorem sentiens, statimque in specus & latibula se condens, media inter camelum & cervum similitudine. Sed mares ex his in superciliis habent cornua. ¶ De his animalibus Cæsar lib. 6. & Iulius Capitol. mentionem faciunt. Plin. lib. 8. cap. 15: Septentrio fert & equorum greges ferorum, sicut & asinorum Asia & Africa: prætereà Alcem, ni proceritas aurium & cervicis distinguat, jumento similem.

Alchech, Arabicè, est animal quod multi Arabici *Lyncem* vocant. Nascitur ex leone & pardo, & nimium ferox est.

Alchimia, scientia docens facere aurum vel argentum ex pulveribus metalli, vel aurum quoque è cupro separare. ¶ Iacobus Montanus ita definit: Alchimia est ars, qua metalla in alias species vel vertūtur, vel adulterantur. Sed *Al* videtur esse barbarus articulus. Nam Arabes, quorum fortasse inventum hoc est, solent ita suum *Al* dictionibus præponere, ut in Algarithmus fit, & aliis: cùm *Arithmus* Græcè numerum significat. Hauddubiè igitur Chymia rectiùs vel Chymistica dicitur, & Chymistæ Hermolao vocantur, qui hujusmodi artē exercent, vulgò *Alchymistæ*. χύμα enim Græcè, Latinè fundo dicitur.

Alchimista, qui hanc artem callet seu profitetur.

Alci-

Alcibiădĭon, ἀλκιβιάδειον Dioscoridi, Herba sic dicta, quòd uti ea ad formam conciliandam solitus sit Alcibiades, magnis foliis & asperis, radice rufa, oblonga, nascens præcipuè in aridis & arenosis locis. Notiore nomine vocatur *Anchusa*. [Gall. *Orchanette*. Ital. *Anchusa*. Germ. Ein gattung der roten Ochsenzung. Belg. Wilde Buglos. Hisp. *Soagen*. Pol. *Czerwony korzen*. aliqui malè Wolowi iezyk.]

Alcibion, ἀλκίβιον, Herba adversus serpentum morsus remedium habens. Plin. lib. 27. c. 5.

Alcida, æ, (ut Diodor. fabulatur) Fera fuit immensæ magnitudinis, ignem ore vomens, quo regiones omnes per quas faciebat iter exussit, donec Pallas humani generis misertа, partim viribus, partim ingenio feram interfecit.

Alcyon. & Alcedo, Vide HALCYON, HALCEDO.

Alea, penult corr. f. p. Tessera, ludus tesserarum. [κύβος, κυβεία. Gall. *Tout jeu de hazard*. Ital. *Giuoco di sorte, come dadi & carte*. Germ. Bretspyl/alle Würfelspyl so man waget. Belg. Kaertinck spel/ oft alle baer en jeghelick is in geluck verwacht/ ende waeght. Hispan. *Qualquier juego de fortuna, como dados*. Pol. W gieliaka gra w kostki. Vng. *Koczka, versolye*. Angl. *A dice, playing at the dice or any such play*.] Horat. in Epist. Quem damnosa Venus, quem præceps alea nudat. ¶ Accipitur etiam pro quovis ludo, qui casu potiùs, quàm arte gubernatur. Martial. in Disthichis: Alea parva nuces, & non damnosa videtur: Sæpe tamen pueris abstulit illa nates. ¶ Per translationem ponitur pro quavis fortuna, sive periculo, sive etiam periculi dubitatione, diciturque, Aleam omnem jacere, *ἀνελεῖν πάντα κύβον*, qui se periculo fortunæque committit. Cicer. de Divinat. Non perspicitis aleam quandam inesse hostiis diligendis? C. Cæsar ad Rubiconem (qui fluvius Italia à Gallia disterminat) paulisper secum hæsitans, animoque reputans quàm arduà rem moliretur, postea quàm ostento animis est additus: Eamus, *inquit*, quò deorum ostenta, quò inimicorum iniquitas vocat, jacta esto alea. Plutarch. in Apophth. ad hunc modum dixisse refert: ἀνερρίφθω κύβος, Omnis jacta sit alea. Ad quod alludens Lucanus: -cadat alea fati Alterutrum mersura caput. ¶ Contrà, Extra omnem aleam esse aliquid dicimus, de quo dubium non est, quod est extra omne periculum, omnemque controversiam. ¶ In alea atque vino, genus loquendi antiquum quemadmodum in vino, in joco atque vino: de quo vide infrà in præpositione In. ¶ Aleæ emptio dicitur à Iurisconsultis, cum incertus eventus & quasi spes emitur, veluti cùm captus piscium, vel avium, vel missilium emitur, l. ij. de hæredit. vel action. vendit. Hotom. in Lexico.

Aleātŏr, m. t. qui alea ludit. [κυβευτής. Gall. *Joueur ordinaire*. Ital. *Giocatore*. Ger. Ein Spyler der es wagt/ ein Bretspyler. Belg. Een tuyscher/ speelder. Hisp. *Jugador o tahur de aquel juego*. Polon. *Kostera*. Vng. *Koczkis, versolyes*. Ang. *A dicer*.] Cic. in Cat. In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri, impudicique versantur. Idem 2. Philipp. Domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum.

Aleo, aleonis, idem quod aleator, teste Festo. Nevius: Pessimorum pessime, audax ganeo, lurco, aleo.

Aleatōrĭum, n. f. Apud Sidonium, pro ludo aleæ. [κυβευτήριον. Gall. *Berland*. Ital. *Luogo di gioco*. Germ. Ein spyl mit Würfflen. Hispan. *Lugar de juego*. Polon. *Miesce do grania w kostki*. Vngar. *Koczka iateczas*. Angl. *Dicing, playing at the dice*.] Ait enim: Atque illic aleatorium lassis consumpto sphæristerio faciat. Sueton. vocat Aleatorium forum. Sueton in Augusto c. 71: Lusimus per omnes dies foruḿ; aleatoriū calfecimus. Verba sunt Augusti.

Alebrĭa, *Alebria*, veteres dixerunt pro bene oleotibus. Festus.

Alec, & alecula. Vide HALEC.

Alectōrĭa, [ἀλεκτορίας, Germ. Ein Capaunenstein.] Gemma quæ in ventriculo galli invenitur. Gallus enim Grecè ἀλέκτωρ dicitur de qua Plin. lib. 37. cap. 10: Alectorias, *inquit*, vocant in ventriculis gallinaceorum inventas, crystallina specie, magnitudine fabæ, quibus Milonem Crotoniensem usum in certaminibus, ut invictum fuisse videri volunt.

Alectŏrŏlŏphos, ἀλεκτορόλοφος, Herba est tussientibus utilis, foliis galli gallinacei cristæ similibus, caulem tenuem, semenque nigrum in siliquis habens. Latinis Crista dicitur, teste Plin. l. 27. c. 5.

Aleo, onis, Vide ALEA.

Ales, hujus alitis, f. t. dicitur quælibet volucris, ab alis gerendis. quidam tamen Alites propriè volunt dici majores aves: ut sunt gallinæ, anseres, cornices, corvi, grues. Et tàm masculino, quam fœminino genere profertur. [עוף hoph עיט háiṭ. οἰωνός, ὄρνις. Gall. *Oiseau grand, comme geline, oye, grue, & autres*. Ital. *Vccello, augello*. Germ. Ein grosser Vogel oder allerley geflügel. Hisp. *Ave, o otra cosa que buela, como saeta*. Pol. *Ptak*. Vng. *Madar jeármyas*. Angl. *Any great or winged fowle*.] Virg. Namq; volans fulvus Iovis ales in æthra. Martialis: Alitis eximiæ cauda superba fuit: Id est, pavonis. ¶ Secunda alite aliquid facere: Id est, prospero auspicio, ut interpretatur Porphyrio, in Horat. Epod. 16. Secundis alitibus procedere: Id est, felici & prospero auspicio Claud. Panegyr. 6. ¶ Lugubris ales, p malo & infelici auspicio, ut interpretatur Acron. Horat. 3. Carm. in genitivo plurali Alitum & Alituum, per epenthesin secundum Priscianum. Virg. lib. 11. Aeneid. Alituum, pecudumque genus sopor altus habebat. ¶ Avis est quæ & parit ova, & pennis prædita, *ignes*, ¶ Volucris auté significatio latiùs patet. Nam de omni eo dicitur quod volat, sive pennas habeat, sive non. Vnde vespertilio volucris est, non tamen avis.

Ales Adjectivū omnis generis, velox, celer. [מהיר mahir. ταχὺς, ὠκύς. Gall. *Leger, viste*. Ital. *Veloce, alato*. Germ. Schnäll/flux. Hisp. *Ligero*. Pol. *Predk, chocimy*. Vng. *Gyors*. Ang. *Swift, speede*. Silius: Alite vectus equo. Virgil. 8. Aeneid. ignis & alitis Austri. Plumbum ales, pro glande plumbea, quæ funda emittitur in hostem. Sil Ital. lib. 3. ¶ Ponitur & pro Alato: hoc est, Alas habente. Cicer. 2. de Invent. Angues ingentes, alites, juncti jugo.

Alesco, scis, n. t. Antiquum verbum ab Alo, alis: idem quod cresco. [גדל ghadél. αὐξάνω. Gall. *croistre*. Ital. *Crescere*. Germ. Wachsen/ zunemmen. Hisp. *Crecer o mantenerse*. Pol. *Rosne, przybiwamnie*. Vng. *Nöuök*. Angl. *To increase, to waxe more, to growe*.] Varro de Re rust. lib. 1. cap. 44: Quæ nata sunt, in fundo alescunt, adulta concipiunt. Idem cap. 3: Quemadmodum quicquam seri, aut alescere, aut meti possit. ¶ Inde Coalesco, pro Concresco.

Alĕtūdo, apud Festum, Verbale ab alendo, corporis pinguedinem significat. Obsoletum est.

Aleuron, ri, neut. gen. [ἄλευρον. Ger. Weitzenmäl. Vng. *Búza liszt*.] Farina propriè tritici: Alphiton verò hordei: hinc apud Ruellium lib. 6. cap. 14. panis aleurites.

Alex, alicis, Vide HALEC.

Alexĭcăcon, ἀλεξίκακον, Remedium quod fit ad depellenda mala. hoc & Amuletum dicitur.

Alexĭcăcus, ἀλεξίκακος, In malis adjutor, malorum depulsor, Herculis & Apollinis epitheton. Pausanias in Attica: Alexicaci Apollinis simulacrum effinxit Calamis. Id Apollini nomen inditum ajunt, quòd quum pestilentia bello Peloponnesiaco in Attica grassaretur, oraculo Delphis reddito tanta calamitate populum liberavit. ¶ Alexicaci dæmones dicebantur, qui nocumenta & diras amoliri existimabantur, qui & Apopompæi, & Apotropæi, Lysii quoque, & Phyxii appellabantur. Bud. & Cæl. lib. 2. c. 32.

Alexĭphărmăca, n. f. [ἀλεξιφάρμακα Ger. Artzney wider Gifft oder ander böse Sücht.] Sunt (ut Suidas ait) medicamenta auxiliatoria, quæ scilicet, venena, incantationes & execrationes pellunt, prohibentque ne iis nobis noceri possint. Plin. lib. 21. cap. 20: Nec magis alia herba convenit medicamento, quod Alexipharmacon vocant.

Alexĭtēria, ἀλεξιτήρια, Eadem quæ Alexipharmaca.

Alga, f. p. Herba, quę nascitur in aquis marinis: dicta ab algore aquæ, sive quòd pedes alliget, quia crassa est, foliis ex parte supernatantibus. [סוף suph. φῦκος θαλάσσιον. Gall. *Herbe croissant en la mer, Algue*. Ital. *Alga*. Germ. Kraut/ oder Graß das in dem Meer wachset/ Meerbintzen. Hisp. *Las ovas o yervas del mar*. Pol. *Bunczewie trawa morska*. Vng. *Hinár*. Angl. Wrez, *a hearbe which groweth in the sea*.] Virg. lib. 7. Aen. -lateriqúe illisa refunditur alga. ¶ Algenses Pelagiæ, Purpuræ genus vilissimum, nomen habens ab alga, qua nutritur. Plin. lib. 9. cap. 37.

Algōsus, a, um, Alga abundans. [φυκώδης. Vng. *Hinàros*.] Plin. lib. 32. c. 9: Acetvantur muricum modo, vivuntque in algosis.

Algeo, es alsi, vel alxi, alsū, n. s. à Greco ἀλγεῖν, frigeo. [קרח קר kar קפא ו. ψύχομαι. Gall. *Avoir grād froid, geler de froid*. Ital. *Patir freddo*. Ger. Übel frieren/grosse frost oder kelte erleyden. Belg. Myn vrisüsse ben koût. Hisp. *Enfriarse*. Pol. *Ziebe*. Vng. *Fázom*. Ang. *To be very cold*.] Ejus cōtrarium est Aestuo. Cic. Tusc. a Itaque Lycurgi laboribus erudiunt juventutem venando currendo, esuriendo, sitiendo, æstuendo.

Algĭdus, a um, adject. Frigidus. [קר kar. ψυχρός. κρυερός. Gall. *Fort froid*. Ital. *Freddo*. Germ. Kalt. Belg. Kout. Hisp. *Cosa fria, fresca congelada*. Pol. *Marznacy ziebnacy*. Vng. *Hidëg, hiuer*. Angl. *Very cold*.] Catul. Ego viridis algida Idæ ove amicta loca colam, Algida nive: hoc est, frigida.

Algĭfĭcus, quasi Algefaciens. [ψυχοποιός. Gall. *Qui fait qu'on tremble de froid*. Ital. *Infreddante*. Germ. Der kelte oder frost machet. Hisp. *Cosa que haze frio o frescura*. Vng. *Hidegitö*. Ang. *Which maketh, or bringeth much coldnesse*.] Gell. lib. 19. c. 4: Quòd timor fit omnibus algificus: id est frigus inducens.

Algŏr, oris, m. t. ab algeo. Idem quod frigus, & propriè frigus vehementius. [קור kor קפאון ssinnah. ψῦχος, κρύος. Gall. *Froidure grande, grand froid*. Ital. *Freddo*. Germ. Kelte/ frost. Belg. Koute/ vrost. Hisp. *Frio o frescor*. Pol *Mroz, zasbacacy, zima*. Vngar. *Hideg fagy dér*. Angl. *Great coldnesse*.] Plin. lib. 14. c. 2: Aestu magis, quàm algore vexantur. Salust. in Catil. Corpus patiens mediæ, vigiliæ, algoris.

Algus, gi, idē quod algor. [Vng. *Hidëg, fagy, dér*. Ang. *Exceding coldenesse*.] Lucr. lib. 3: Solicitè evolitant morbis, algoq; famēq;. Nonius algus facit ordinis quarti: Algu, *inquit*, pro algore. Actius in Andromeda: Misera obvalli saxo, senio, pædore, algúque & fame. Varro περὶ τύχης, Leges ruina ne jacentem subdealbet algu danti frigore. Ex Nonio.

Algus, us, m. q. Idem Plaut. in Rud. Vel suda, vel peri algu, vel etiā ægrota. ¶ Per translationē ponitur pro dolore, & tristitia.

Alsĭus, κρυωδέστερον, Comparativum ab Alsus: unde & Alsiosus. Cic. Att. lib 4: Nihil quietius, nihil alsius, nihil amœnius. Idem ad Q. Frat. l. 3: Iam apodyterio nihil alsius, nihil musensius.

Alsiōsus, pen. prod. adjectivū. [קפאן, καὶ κρυώδης. Gall. *Frilleux, subiet à froid*. Ital. *Freddolo, o, agghiacciato*. Germ Frostsam das bald erfroren ist. Belg. Koutachtich/ dat geerne vriest. Hisp. *Cosa fria o fresca*.

fresca. Pol. *Zimna nietrfealy.* Vng. *Hmeſüd, hidegüd.* Angl. *Subiect to rodellesse*] Quod naturæ eſt frigeſcentis, & facilè à frigore læditur. Plin. lib. 20. c. 13: Alſioſisq; crudã dederunt in cibo. Idem lib 27. c. 10: Abrotonum & adonium alſioſa admodum ſunt. Varr. 2. de Re ruſt. c. 3: Stabulatur pecus melius ad hybernos exortus, ſi ſpectat quod eſt alſioſum.

Algŏrĭſmūs, mi, m. f. λογιστική, ipſa ſupputandi peritia.

Algŏrĭſtă, æ, m. p. λογιστής, peritior ſupputativę artis.

Alguāſen, herba ſimilis lilio, & dicitur lilias. Confert morſurę rabidi canis, propter quod Græcè *Alguaſen* dicitur.

Alĭās Alibi, Vide Alius.

Alibantes, ἀλίβαντες, Mortui dicuntur, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν λιβάδα: hoc eſt, eò quod humido illo naturali deſtituti ſint. Cæl. li 3. c. 12.

Alĭcă, pen corr. f. p. Ex tritici generibus eſt (ut inquit Gal. lib. 1. de Facult aliment.) aut certè farris genus tritico ſimile, ſuccum tamen leviorem habens, quam triticum, ſive in aqua cocta cum mulſo, aut vino, ſive cũ oleo ſaleq; frixa ſumatur. [χόνδρος. Ger. Krafftmål/ Spåltenmuß/ oder Speltentranck/das von Spålten gemacht wirdt. Vng. *Ponály.*] Plin. lib 18. ca: 7. Tunicæ frumento plures. Hordeum maximè nudum, & alica, ſed præcipuè avena. Nomen autem Alicæ ab alendo Feſtus deducit, quòd vehemẽter nutriat. ❡ Eſt præterea Alica, confectio quędam ex frugum quarundam farina, aliis in locis aliter præparata: ita dicta (ut ex Aegineta colligi poteſt) quòd primum ex frumento, ſive farre, cui Alica nomen eſt, fuerit confecta. Poſtea tamen magis receptum fuit, ut ex zea conficeretur. Plures autem fuerunt apud veteres alicæ conficiendæ rationes, quas omnes exequitur Plin. l. 18. c. 11. Palladius quoq; lib. 6, docet quo pacto ex hordeo confici poſſit.

Alĭcārĭæ, Meretrices in Campania appellatæ, quòd ſolitæ eſſent circa pistrina alicariorum verſari. Feſtus.

Alĭcāſtrum, Genus farris eſt, ea forma ab Alica derivatum, qua Silicaſtrũm à Siliqua. Colum. l. 2. c. 6: Semen trimeſtre quod dicitur Alicaſtrum, idq; pondere, & bonitate præcipuum eſt.

Alĭculæ, recenſentur ab Vlpiano inter pueriles veſtes. D. de auro & argento. Hotomanus vir Iuriſconſultorum doctiſſimus Alliculæ legendum conjicit, ut manicatæ tunicæ intelligantur, quæ pueris decoræ, grandioribus autem minus honeſtæ apud Romanos erant, ut patet ex Gellii l. 7. c. 12 Διὰ τοῦ ἄλλικος. quod vocabulum, ut autor eſt Heſychius, tunicam chiridotam: id eſt, manicatam ſignificat. ἄλλιξ, inquit χιτὼν χειριδωτός. Ex Lexico Hotomani.

Alĭenĭgĕnūs, a, um, pen. corr. Nomen compoſitũ à nomine Genus, vel à verbo Gigno, & ſignificat quod eſt extremum, vel alieni generis, vel inter alios genitum. [ἀλλοδαπός, ἀλλόφυλος. Vng. *Idegen ſðuemény.* Ang. *Stranger.*] Valer. lib: 1. Adjici noſtris duo ejuſdẽ generis alienigena exẽpla nõ abſurdè poſſunt.

Alĭenĭgĕnă communis generis, vel ſecundum Probum, omnis generis, ſumitur in eodẽ ſignificatio cũ Alienigenus. [נכרי nechar. ἀλλόφυλος. Gal. *Eſtranger.* Ital. *Foreſtiero.* Ger. Ein Frembdling/ Außlendiger. Belg. Van een vreemdden Geſlecht/ vreembd/ vtlandich. Hiſp. *Eſtrangero.* Pol. *Cudzoziemiec obcy.* Vng. *Idegen, idueméneſ.* Angl. *Aſtranger.*] Gell. lib. 2. ca. 23: Neq; vino alienigena ſed patrio uſuros. Sic & alia compoſita è Gigno: ut Agmen Trojugena.

Alĭfĕr, Aliger, Vide Ala.

Alima, ἄλιμα, Medicamenta dicuntur, quæ famem aut ſedant, aut prohibent obrepere, quemadmodum Adipſa dicuntur quæ ſiti reſiſtunt. Vtrorunque meminit Plutarchus in Symp. ſeptem ſapientum.

Alĭmēntum, Alimentarius, Alimonia, Alimonium, Vide Alo.

Alipænea, Emplaſtra, quæ ex medicamentis non pinguibus conficiuntur, ἀλιπαίνη. Nam λιπαίνω idem eſt quod impingo. Celſus lib. 5 cap. 19.

Alĭpēs, Vide Ala.

Aliphanus, dicitur parvus cyphus, parvum habens foramen, admodum vitri gutturali, quo ad alendos infantes nutrices uti ſolent. [Germ. Ein Aemlin.]

Alĭpĭlūs Vide Ala.

Alĭptērĭum, ἀλειπτήριον, Locus erat in balneis, in quo loti ungebantur. Cæl. lib. 16. cap. 47.

Alĭptēs, [ἀλείπτης. Germ Einer der die Ringer ſchmieret oder mit öl ſalbet/ die miteinander müſſen ringen.] Dicebatur magiſter athletarum, qui eos certaturos inungebat, eaq; curabat, quę ad corporis robur attinebant. Dictus ἀπὸ τοῦ ἀλείφειν, quod eſt inungere. Hac voce uſus eſt Cic. in epiſt. ad Lentulum: Qui homines quòd me ſalvum voluerunt, eſt gratiſſimum. Sed vellem non ſolùm ſalutis meæ, quemadmodum medici, ſed etiam ut aliptæ, virium & coloris rationem habere voluiſſe. ❡ Dicuntur præterea Aliptæ, chirurgi, qui & ipſi oleis, pinguibusque malagmatibus foris adhibitis vulneribus moribusq; exterioribus, medentur. Celſus lib. 1 cap. 1: Sanus homo, & qui bene valet, nullis obligare ſe legibus debet, ac neque medico, neq; alipta egere. Vbi tamen nonnulli legunt *Iatrolipta*. ❡ Eſt etiam Aliptes fontis nomen apud Ephesum.

Alĭquāndo [פעמים pehamim ποτέ Gall. *Quelquefois, aucunes fois, une fois entre autres.* Ital *A cuna volta, tal' hora.* Germ. Etwan ein mal/ underweilen. Hiſp. *En qualque tiempo.* Pol. *Czaſem, Podczas, Niekiedy.* Vng. *Néha, valaha.* Angl. *Some times.*] Secundũ Priſcianum, cum accentu in antepenultima, quanvis in carmine, ratione poſitionis ſemper producatur. Aliud enim eſt ſyllabæ quantitas, aliud accentus. Habet autẽ tria tempora, præſens, præteritum & futurum, & ſignificat idem quod Nonnũquam, interdum, quondam vel aliquo tempore, vel tandem. Cic. Valerio: Aliquando nos reviſas.

Alĭqnāntūs adjectivũ, ex Alius & quãtus. [ποσός, ποσός τις. Gall. *Aucunement grand, de que que grandeur ou quantité.* Ital. *Aliquanto grande.* Germ. Etwas groß. Hiſp. *Coſa algun tanto tal, tamanno.* Pol. *Niemaly podcieslek.* Vng. *Valamenyi.* Angl *Of ſome quantitie and greatneſſe.*] Idem penè quod mediocris ſignificat. Saluſt in Iugur. Timor aliquantus, ſed ſpes amplior

Alĭquāntùm, [כמעט chimhat. ἐπὶ ποσόν, ὀλίγον. Gall. *Un peu, quelque peu.* Ital. *Alquanto.* Germ. Etwas/ ein wenig. Belg. Een weynich. Hiſp. *Algun tanto tal.* Pol. *Nieco malo.* Vngar. *Egi kevés, valamenyire.* Angl *Somewhat, a little*] Modò nomen eſt, ut apud Cic. pro Cluentio: Aliquantũ agri in medio relictum eſt. ❡ Modò adverbium ſignificans Paulùm, Nonnihil, Leviter, Paulliſper, Neſcio quid, Aliqua ex parte. Plin li. 3. cap. 3: Aliquantùm vetus forma mutata eſt ❡ Propriè poſitivo jungitur: interdum tamen comparativo: apud Terent. in Eunuc Ejus frater aliquantum ad rem eſt avidior.

Alĭquātò, aliud adverb. idem quod aliquantum, ſed cõparativis propriè jungitur. Plin. lib 11. c 6: Folio aliquantò latiore.

Alĭquāntŭlum, diminutivum ab Aliquantum, idem ſignificans quod Paululũm. [זעיר zehér, ὀλίγον. Gall. *Un bien peu, un tantinet.* Ital. *Pochetto, picolino.* Germ. Ein klein wenig Hiſp. *Poquillo.* Pol. *Troſzke niewielie.* Vngar *Egy kevéſetske.* Angl *Somewhat, or a litle.*] Cic. lib. 2. de Invent. Et de natura licet aliquantulũ ducere ſuſpicionis. Idem pro Quint Quum æris alieni aliquantulum relictum eſſet.

Alĭquāntĭllum diminutivum, ab aliquantulũ. [זעיר שם זעיר שם zehér ſcham zehér ſcham. [illegible] Gall. *Tant ſoit peu, le moins du monde* Ital. *Picciolissimo, poco* German. Gar ein klein wenig. Hiſp. *Muy poquillo* Pol. *Ka 1 [illegible]* Vngar. *Egyigen kevéſecske.* Angl. *A litle, ſomewhat.*] Plaut. in Capt. Foeis aliquantillum etiam quod guſto, id beat.

Alĭquāndĭū, adverbium temporis: Aliquo tempore, non autem longo admodum. [ἐπὶ χρόνον, ἐπί τινα χρόνον. Gall. *Quelque temps, par l'eſpace de quelque temps.* Ital. *Aliquanto tempo.* Germ. Etwan ein zeit lang Hiſp. *Algun tiempo* Pol. *Przez niektory czas.* Vng. *Egy ideig.* Ang. *A litle whyle, or ſpace.*] Cic. 1. Acad. Ariſtum Athenis audivit aliquandiu.

Alĭquāmmūltĭ, pro aliquot. Cic. 6. Verr Sũt veſtrũm aliquammulti qui L. Piſonem agnoverunt

Alĭquāntĭſpĕr, adverbium, ad temporis brevitatem refertur, ut ait Valla: idemq; ſignificat quod aliquandiu. [כמעט chimhát. ἐπὶ χρόνον. Gall. *Pour quelque peu de temps.* Ital. *A quanto tempo.* Germ. Ein weil/ ein kleine zeitlang. Belg. Wat lang. Hiſpan *Por algun tiempo.* Pol. *Na czas maluczky.* Vngar. *Egy keveſſé* Ang *A litle whyle or ſpace.*] Terent. in Heavtont. At certè concedas aliquò ab eorum ore aliquantiſper.

Alĭquĭs, aliqua, aliquod, quaſi Alius quis, & habet vim pluralem, quanvis ſingulariter dicatur: non enim eſt aliquis, niſi de multis. Vnde & apud Veteres vario genere numeroque proferebatur. [אחד echádh, τὶς. Gall. *Aucun, Quelcun' un.* Ital. *Alcuno, Qualch, uno.* Germ. Etwan einer/ jemandts. Hiſp. *Alguno.* Pol *Niekto, ktokolwiek.* Vng. *Valaki.* Ang. *Some, ſome one.*] Terent. Aperire aliquis actutum oſtium. Idem eſt dicendum de Quiſquam, Quiſpiam & Vllus. ❡ Aliquis etiam, ut Græcis τὶς, capitur pro homine non obſcuro, & nonnullius precii. Cic. Attic. Itaque fac ut me velis eſſe aliquem: quoniam qui fui, & qui eſſe potui, jam eſſe non poſſum: id eſt, Velis eſſe me non prorſus obſcurum & abjectum. Iuvenal. Sat. 3: Aude aliquid brevibus Gyaris, & carcere dignum, Si vis eſſe aliquis. Aliquis ex. Plin. lib. 13. cap. 3: Aliquem ex privatis audivimus juſſiſſe. ❡ Aliquis cum genitivo. Cicer. ad Attic. Expectabam aliquem meorum.

Alĭquĭd ſubſtantivum eſt: ut, Aliquid utile. [מאומה meumáh. vel. Germ. Etwas. Belg iet. Pol *Nieco cokolwiek* Vng. *Valami.* Angl. *Some thing.*] Cic. Att. Ego tibi aliquid de meis ſcriptis mittam.

Alĭquĭſpĭam, idem prorſus eſt quod Quiſpiam, τὶς. Cic. pro Seſtio: Alia quapiam vi pelleretur. Alia exemplaria habent, Alia quapiam vi expelleretur ex hac urbe, facilè pateretur. Et ita omnino legendum eſt.

Alĭquā, adverbium, per aliquem locum. [πῇ. Gal. *Par que'que part, par quelque lieu, par quelque voye* Ital. *Per qualche luoco.* Germ. Etwan durch ein ort oder weg. Hiſp *Por algun lugar* Pol. *Ktoredikolwiek.* Vng. *Valamellyén.* Ang. *By ſome place, or waye.*] Cic. 3. Verr. Cupere aliquà evolare, ſi poſſet. ❡ Item Aliqua pro Aliquo pacto. Virgil. 3. Ecloga: Et ſi non aliquà nocuiſſes, mortuus eſſes. Vbi Servius: Aliquà: id eſt, Aliquatenus, Aliqua ratione.

Alĭquātĕnŭs, pen. cor ſignificat Vſque ad aliquam partem. Ex aliqua parte, Aliqua ratione. [μέχρι τινός, ἐπὶ ποσόν, ἐπὶ ὅσον. Gall *Iuſques à quelque quantité, iuſques ici ou là.* Ital. *Ad alcuna parte.* Ger. Biß auff ein theil/ etlicher maß Belg Seketa dort Hiſp. *En alguna manera.* Pol. *Poniekad.* Vngar. *Valamennire.* Ang. *To ſome part, by ſome waye.*] Quint. Verùm hoc aliquatenus temporum mutatum eſt conditione. Plin. lib. 17. cap. 12: Caulibus pluribus ab una radice aliquatenus rubentibus.

Alĭquō, Ad aliquem locum, [πῇ, ἐπί ποι. Gal. *En quelque lieu.*

liem. Ital. *A qualche luoco.* Germ. Etwan hin. Belg. Ergens waer henen. Hisp. *A algun lugar.* Pol. *Niekendy.* Vng. *Val. hová.* Angl. *To some place.*] Terent. Heavt. Aliquò profugiet militatum. ¶ Interdum additur ei accusativus cum præpositione IN: Terent. Adelph. In angulum aliquò abeam. Pro, in aliquem angulum. ¶ Aliquò multum: Apulejus in Apologia: Sed hæc defensio, ut dixi, aliquò multum à me remota est.

Aliquōrsum, Versus aliquem locum, εἴς τινα τόπον.

Aliquŏt, [מִסְפָּר mispár. ἔνιοι, ἐνίοτε. Gall. *Quelques vns, quelque nombre, ie ne say combien.* Ital. *Alquanti.* Ger. Etliche / etwan viel. Hisp. *Algunos en numero.* Pol. *Kilka.* Vngar. *Egynéhány.* Angl. *Some.*] Numero tantùm plurali, teste Donato, significat idem quod nec multi, nec pauci, nonnulli: Terent. Andr. Aliquot me adiêre. Cic. de Vniversit. Disciplina Pythagorica aliquot secula in Italie, Siciliaque, viguit.

Aliquotfāriam, ἐπὶ ἔνια. Varr. de re rust. lib. 1. cap. 2: In eo agro aliquotfariam in singula jugera dena culea vini fiunt.

Aliquŏtiēns, seu aliquoties, sine n, significat aliquot vicibus. [פְּעָמִים pehamim. ἐνίοτε, ἐστιν ὅτε. Gall. *Quelques fois, ie ne say quantes fois.* Ital. *Alcune volte, alquante volte.* Germ. Etlich mal / mit etwest. Belg. Som mitwael. Hispan. *Algunas veces.* Polon. *Nakilkakrot, wiecą.* Vng *Egynéhanszor.* Ang. *Some tymes.*] Cic. 4. Ver. Aliquoties ad socios literas de istius injuriis miserat. Idem pro Quintio: M. Iunius, qui hanc causam aliquotiens apud te egit.

Alismă, sive Damasonium, ἄλισμα Dioscoridi. Herbæ est nomen, quam Plinius describit ex Diosc. lib. 27. c. 10. Adhuc planta ignota est. Nec enim est (ut nõnulli putant) plantago aquatica, nec fistula pastoris, minusq; ea, quam figura exhibet Matthiolus cui nec caulis simplex, nec quicquã Thyrsi instar (ut in achanto cernitur) & tamen easdem vires quas Alisma Dioscoridis habere attestatur, cujus testimonio fidem derogat vel ipsa remediorum varietas, tum ex[...]iendi difficultate.

Ălitură, Vide Alo.

Alius, alia, aliud, genitivo alius, pen. prod. quamvis in carmine sit indifferens, idem est quod diversus. Olim faciebat genitivum & dativũ sicut cætera adjectiva primę & secũdæ declinationis. [אַחֵר achér. ἄλλος. Gall. *Autre, vn autre qui que ce soit.* Ital. *Altro.* Germ. Ein anderer. Hisp. *Otro, algun otro.* Pol. *Insy, niktem.* Vngar. *Más.* Ang. *Another.*] Cic. de Nat. Deor. Quibus bestiis erat is cibus, ut alii generis bestiis vescerentur. Alii generis, ingens, pro Alius ¶ Accedit quãdoq; ad vim cõparationis Quintilianus: At quãto alius fuit ille infœlicissimi juvenis affectus! Quomodo autẽ differat ab Alter, illic videas. ¶ Alias res agis: id est, non intendis ad id quod dicitur, aut nugatorias res agis. παρέργως ἀκροᾷ. Veteres in nominativo etiã Alis dixerunt. Alis alibi stantes, omnes tamen adversus vulneribus conciderunt. Cat. in Epigr. Conjugium quod nõ fortior ausit alis Sosipater lib. 2. Alius Lysippo, pro à Lysippo, sive quàm Lysippus. Horat. lib. 2. Epist. 1: Edicto vetuit ne quis se præter Apellem Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra Fortis Alexandri vultũ simulantia. Vbi Acron: Alius Lysippo: id est, alius quàm Lysippus. Alius ac vel atque, pro alius quàm. Cic 4. Acad. Aliud agnoscit atq; sentit. Idem Lentulo, li. 1: Non alius essem atq; nunc sum. Aliud sequente particula Nisi vel Quam Cic. de Senect. Quid est aliud gigantũ more bellare cũ diis, nisi naturæ repugnare?

Ăliās, adverbium, significat Alio in loco, Aliter, Alio tẽpore. [ἄλλοτε. Gall. *Vne autre fois.* Ital. *Altra volta, in altro luoco.* Germ. Ein ander mal / sonst etwan. Belg. Een ander mael / op een ander tyt. Hisp. *En otro tiempo, ò en otro lugar.* Polon. *Drugim czasem, insziego czasu.* Vng. *Máßor.* Angl. *At another tyme, in another place.*] Terent. in Andr. Quid aliàs malim, quàm hodie has fieri nuptias? Cic. Sed de hoc aliàs. Idẽ Trebatio lib. 7: Sed plura scribemus aliàs. ¶ Ponitur & pro aliquando, vel interdũ: & tũc ferè geminatur. Cic. 3. de Orat. Aliàs ita loquor, ut necessum est, aliàs ut necesse est Idẽ Verr. Aliàs revocabat, aliàs decernebat.

Ălĭbi, Alio loco, [בְּמָקוֹם אַחֵר bemakóm achér. ἀλλαχοῦ. Gall. *Ailleurs, autre part.* Ital. *Altroue.* Ger. Anderswo. Belg. Ergens anders / op een ander plaetse. Hisp. *En otro lugar.* Pol. *Indzey.* Vngar. *Máshol.* Angl. *In another place.*] Virg. Geor. 1: Hic segetes, illic veniunt fœliciùs uvæ: Arborei fœtus alibi. Terent. in Heeyr Habebam alibi animum amori deditum.

Ălĭcŭbi, In aliquo loco, uspiam, usquã. [ἐνιαχοῦ. Gall. *En quelque lieu, en quelque part.* Ital. *In qualche luoco, in alcun luoco.* Ger. Etwan an einem ort. Hispan. *En algun lugar.* Pol. *Niekendy gdyie kolwiek.* Vng. *Valahol.* Angl. *In some place.*] Cic. Attic. lib. 9: Ita ut si salvus sit Pomponius, & constiterit alicubi.

Ălĭcŭndĕ. Ex aliquo loco. [ποθέν. Gall. *De quelque lieu, de quelque part.* Ital. *De qualche luoco.* Germ. Etwan her. Hisp. *De algun otro lugar.* Polon. *Skadkolwiek.* Vngar. *Valahonnat, valahonnan.* Ang. *Frome any place.*] Terent. in Andr. Venit meditatus alicunde. Non semper locum significat, sed sæpe ad rem aut hominem refertur. Plaut. Persa: Alicunde exora mutuum: Id est, ab aliquo homine.

Ălĭēnus, a, um, Quod est alterius, sive quod ad alium pertinet. [זָר zar נָכְרִי nochrí. ἀλλότριος, ἀλλογενής. Gall. *Alieni, qui est à autruy.* Ital. *Alieno.* Ger. Frembd. Belg. Vreemd / ongheleyt. Hisp. *Ageno, enagenado.* Polon. *Cudzy obcy.* Vngar. *Idegen, másé,* Angl. *Which belongeth to an other.*] Cic. 1. Offi. Difficilis est cura rerũ alienarum. ¶ Alienũ quoq; aliquando dicimus, qui nullo nobis necessitudinis vinculo est devinctus. Idem epist. lib. 1: Tantum enitor, ut neq; amicis, neq; alienioribus opera, cõsilio, labore desim. ¶ Interdũ idem quod aversus, vel abhorrens. Cic. 3. Verr. Lentilius homo non alienus à literis. ¶ Nonnunquàm idem quàm alienatus: hoc est, immutatus, & ex amico inimicus factus. Idem lib. 1. Epist. Sin ille à me est alienor, nihil tibi literæ meæ proderunt. Idem pro Dejotaro: Quom is in te animo esset alieno. Idem de Divinat. Neque hoc dii alienum ducunt majestate sua Alienum fortunæ suę vultum gerere. id est, non convenientem. Seneca.

Ălĭēno, nas, Alienũ facio, vel ex nostro dominio in alienũ trãsfero, vendo. [נִכְבַּר nichchár הִזְגִּיר hezgír. ἀλλοτριόω, ἐξοικειόω. Gall. *Aliener, estranger.* Ital. *Alienare, vendere.* Germ. Entfrembden / eussern. Belg. Vervreemden. Hisp. *Agenar, enagenar.* Polon. *Odlaczam.* Vng. *El idegenitém.* Ang. *To sell, to alienate.*] Cic. de Lege Agraria: Venire res nostras proprias, & in perpetuũ alienari. Idẽ 5. Verr. Nam turpitudinem summam esse arbitrantur referri in literas publicas, pretio parvo ea, quæ accepissent à majoribus vendidisse, atq; alienasse. Est autẽ hoc verbum, quemadmodũ & abalienare, civium Romanorũ proprium quo perfecta rei alicujus alienatio significabatur. Vnde Cicer scribit in Topicis, alienationẽ esse ejus rei, quæ mancipi est, aut traditionem, aut in jure cessionem. ¶ Paulus tamen Iurisconsultus, Alienationis verbo usucapionem cõtineri putat. Vix est enim, *inquit,* ut non videatur alienare, qui patiatur usurapi. Eum quoq; alienare dicimus, qui nõ utendo amittit servitutes. ¶ Accipitur & alienare, pro immutare, disjungere. Cic. epist. lib. 1: Hominem adolescentulum non tam allicere volui, quàm alienare nolui. Ibidem: Qui & te nonnunquam à me alienarunt, & me immutarunt tibi. ¶ Alienari sumitur etiam pro Corrumpi, quod vulgo dicitur, Alterari. Celsus lib 7. c. 16: Si verò adhuc ea sui coloris sunt, cum magna festinatione succurrendum est. Momento enim alienantur, externo & insueto spiritu circundata. Loquitur de Intestinorum vulneratorum curationibus.

Ălĭēnātŭs, pen. prod. particip. [מוּזָר muzar. ἀπηλλοτριωμένος. Gall. *Alienè.* Ital. *Alienato.* Ger. Entfrembdet / geeussert. Hisp. *Agenado.* Pol. *Oddalony, odlaczony.* Vng. *El idegenitett idegenné tétetett.* Ang. *Alienated.*] Cic. in Lęl. Propter dissensionem autẽ, quæ erat in Republ. alienatus est à collega nostro Metello. ¶ Alienatus sensu animus: id est, sic immutatus, sic dimotus ac dejectus à ratione, ut nihil rectum sentiat. Liv. 1. ab Vrbe. Sic, Alienatus sensibus, Liv. 5. Bell. Pun. Item, alienatus mente, Plin. lib. 28. c. 8. Alienatus animus & offensus, Cic ad Att. l. 1. Festus l. 1, inter Alienatus & abalienatus distinguit. Abalienatus, *inquit,* dicitur, quẽ quis à se removit: alienatus, qui alienus est factus.

Ălĭēnātŭs, Nomẽ ex participio, ἀλλοτρίωσις. Vt alienata mens. Liv. 4 Belli Punici.

Ălĭēnātĭo, verbale, f. t. [נֵכָר nechár נֵכָר n'chár. ἀλλοτρίωσις. Gall. *Alienation, estrangement.* Ital. *Alienatione, separatione.* Germ. Entfrembdung / eusserung. Hisp. *Agenamiento.* Pol. *Odlaczenie, oddalenie.* Vng. *El idegenités idegenülés.* Angl. *Alienation.*] Cic. in Orat. An quibus verbis sacrorum alienatio fiat, docere honestũ est: quippe ipsa sacra retineri defendiq; possint, non honestum est? ¶ In alia significatione dicitur Alienatio quasi separatio atq; disjunctio cujuspiam ab alio: hoc est, quum aliò quis alienat animum, studium, amorem aut voluntatem. Cæs. 2. Bell. Civ. Castrorum autẽ mutatio quid habet nisi turpem fugam, & desperationem omnium, alienationẽ exercitus? Cic. in Lęl. Vt non statim alienatio disjunctioq; facienda sit. ¶ Alienatio mentis, est tanta commotio, perturbatioq; rationis, ut homo non sit compos sui. Plin. lib. 21. c. 21. Corn. Cels. lib. 4. c. 2.

Ălĭò, Adverbium. Ad alium locũ, vel ad aliud. Terẽt. Plin. &c.

Ălĭŏquin, & alioqui (vtroq; enim modo dicitur) habẽt penultimam productam: accentus tamẽ est in antepenultima, ne videantur duæ dictiones significantq; Aliter, seu alio modo, vel Quòd si non, vel Præter hoc. [ἄλλως, εἰ δὲ μή. Gal. *Autrement, sans ce, sinon.* Ital. *Altrimẽte.* Ger. Sunst anderst. Belg. Anders. Hisp. *En otra manera.* Polon. *Inszimsposobem.* Vngar. *Különben, hogyha nem.* An. *Otherwayes.*] Cic. 3. de Legib. Minima olim fuit istius rei cupiditas, alioquin multa extarent exempla majorum. Idem 3 de Oratore: Quorum ab Oratoris judicio delectus magnus adhibetur: alioqui quomodo ille in suis hærebit bonis?

Ălĭōrsum, Versus alium locum: [ἄλλοσε. Gall. *Vers autre lieu, en autre part.* Ital. *Verso altroue.* Germ. Anderswohin. Belg. Tot een ander plaetse / ievers anders henen. Hispan. *Hazia otro lugar.* Polon. *Indzey.* Vngar. *Más felé, más helyre majorra.* Angl. *To another place.*] ut, Aliorsum ire, apud Plaut. Item in aliam partem. Terent in Evnuch. Vereor ne illud graviùs Phædria Tulerit, néve aliorsum, atq; ego feci, acceperit.

Ălĭōvērsum, idem Plaut. Aulul. Atque igitur Antrax alioversum dixeram, Non istud quod tu insimulas.

Ălĭt sive Alid, pro aliud (quod & alind veteres) apud Lucretium. [Vngar. *Más.*]

Ălĭtĕr, adverb. fit ab Alis, hujus alis, pro alius, sicut declinabant antiqui, & significabat, alio modo. [ἄλλως, Gall. *Autrement.* Ital. *Altrimente.* Ger. Anderst. Belg. Anders / op een ander maniere. Hisp. *En otra manera.* Polon. *Inaczey.* Vngar. *Más képpen.* Angl. *Otherwayes.*] Virg. Diis aliter visum. Cic. Verr. Aliter decernere in eadem causa non potuisti. Ponitur etiam pro aliàs. Salust. Hist. 1: Sanctus aliter & ingenio validus. Idem in eadem: Insanum aliter sua sententia atque aliarum mulierum. Sosipater in suis Græcis Institut. lib 2.

Ălĭŭbi, compositũ ex Alius, & ubi, idem significans quod alibi.

[ἄλλῃ ποι, ἀλλαχῆ, ἀλλαχῇ. Gal. *Ailleurs. en autre part, & lin.* Ital. *In altro luoco.* Ger. An einem andern ort/ anderstwo. Hisp. *En otro lugar.* Pol Gdzieindziei. Vngar. *Másut.* Angl. *In an other place or parte.*] Plin. Nec usquam alibi candidè nascuntur.

Aliundē, Ex alio loco. [ἀλλαχόθεν. Gall *D'autre part.* Ital. *D'altro luoco.* Ger. Anderstwoher/ von einem andern ort her. Belg. Van een ander plaetse. Hisp. *De algun otro lugar* Pol. *Skadinad.* Vn. *Másfunnan.* Ang. *From an other place or parte.*] Plin. lib. 15. c. 19: Inde repertum ut allatæ aliunde & inter se colligatæ injicerētur fico.

Aliusmōdī, Quasi alteriusmodi. [Pol. *Inaczei.*] Cæsar: Vno enim excepto, quem aliusmodi, atque omneis, natura finxit, suos quisque habebat charos.

Aliutā, veteres pro aliter, scripsisse manifestum est, ex Græco ἄλλως, vel ἄλλον transferentes. Hinc est illud in legibus. Numæ Pompilii: Si quis aliuta faxit ipsius Iovis sacer esto Festus.

Allābōr, pen. prod. Iuxtà labor. [נפל naphál. προσρέω. Gall. *Couler sus ou aupres.* Ital. *Scorrere vicino.* Germ. Hertzu fallen/ hertzu rinnen/ oder fliessen. Hisp. *Deslizarse hazia otra cosa.* Pol. *Przyplynam, prypadam.* Vngar. *Pol. amodom, mellette folyok.* Ang. *To flowe or slyd to or nigh.*] Claudianus: Siculis allabitur oris. Cic. 2. de Divin. Et humor allapsus extrinsecus, ut in tectoriis videmus, austrum imitari solet.

Allabōrō, ārē, Est alicui rei per laborem aliquid adjicere. [עשׁ charásh יגע iagháh עמל hamál. ἐπιπονέω. Gall. *Labourer fort à, s'efforcer, mettre grande peine.* Ital. *Affaticarsi grandemente.* Germ. Etwas dartzu werchen/ hefftig arbeiten ob einem ding. Hispan. *Trabajarse afanando.* Polon *Przyrabiam.* Vng. *Munkálkodnia megerögbitem.* Ang *To labour with force.*] Horat. 1. lib. Carm. Simplici myrto nihil allabores. Significat etiam idem quod adnitor.

Allævō, pen. prod. act. p. idem est quod levo: hoc est Planum facio. [מרק marak מרט marát. ἐπιλεαίνω. Gall. *Polir. Applanir.* Ital. *Pianare, polire.* Germ Glatt/ oder eben machen. Hisp. *Alisar, llanar.* Pol. *Przygladzam przyglatkuie.* Vng. *Meg simitom* Angl. *To make plane or even.*] Colum. l. 4 c. 25: Nam ea plaga, quæ sic fit uno vestigio allævatur.

Allambō, is, ere, act. t. Lambo, attingo [לחך lachách לקק lakák. ἐπιλιχμάζω. Gall. *Lecher, attoucher legerement & doucement.* Ital. *Lingere, leccare.* Germ. lecken/ sanfft anrüren Hisp. *Lamer, ò lamber.* Pol. *Przyliznie.* Vng. *Meg nyalom.* Ang. *To licke, to touche so fetlie.*] Quint. Scitis ipsi quo erequiarum die labore extracta sit, quandiu filum tenuerit allambentibus flammis.

Allātrō, as, are: id est Contra aliquem latro, & ad canes propriè pertinet. [נבח nabách. καθυλακτέω. Gall. *Abbayer à quelqu'vn.* Ital. *Latrare, abbaiare ad alcuno.* Ger. Anbillen. Hisp. *Ladrar contra alguna cosa.* Pol. *Naszczekuie.* Vng. *Meg ugatom.* Angl *To bark against any.*] Allatraverunt eum canes: &, Allatratus est à canibus ¶ Allatrare aliquem, per metaphorā, est per invidiam criminari Liv. 8. bel. Maced. Qui vino quoque eo allatrare ejus magnitudinem solitus erat. Columella in præfat lib. 1: Sed ne caninum (sicut dixēre veteres) studium præstandum locupletissimum quemq; allatrandi.

Allātūs, Vide AFFERO.

Allaudo as, are. Poëticum verbum pro Laudo, αἰνέω. Plautus in Merc. Agit gratias mihi, atq; ingenium allaudat meum.

Allecto ctas, & Allector, Vide ALLICIO.

Allectus, Vide ALLEGO, allegis.

Allēgo, gas, pen prod act. p. Aliquò mitto, vel ad aliquem locum mitto. [שלח schillach. παραπέμπω, ἐπιστέλλομαι. Gall. *Enuoyer en quelque lieu.* Ital. *Allegare, mandare ad alcun luoco.* Ger. Etwan hin mit Befelh senden/ oder schicken. Hisp. *Embiar persona à algun lugar.* Pol. *Nadsylam, wsprawie slę.* Vngar. *El kӧldöm.* Angl. *To send vnto any place.*] Plaut. in Casin. Quin ea ipsa me allegavit, qui istam accerserem. Proprium autem eumque venustissimum verbum hoc locum obtinet, quum rei alicujus impetrandæ gratia ad aliquem mittimus eos, quos aut gratiā aut autoritate apud illud valere existimamus: quiq; veluti legatorum officio fungētes, nostram apud illum causam agant. Cicero pro Sexto Roscio: Homines nobiles allegat iis, qui peterent, ut Syllam Adirent. Idem 3 Verr. Petit à me Rabirius, & amicos allegat facilè impetrat Idem 4 lib. Epist. Famil. Extremum illud est, ut Philosophiā ad te allegē. ¶ Vsurpatur etiam pro Citare, sive adducere, ἐπάγειν, προσφέρειν, παρέχεσθαι. Plin. Tum multa allegavit, quæ ad rem propositam pertinere minimè videbantur. Budæus δικαιολογεῖσθαι, sua jura allegare, & in iure disceptare: quod Caussificari Plaut. dixit. Cic. etiam & Caussari & proferre. Quint & iurisconsulti Allegare appellant. ¶ Allegare item pro afferere dicitur apud Iurisconsultos, ut Allegare se ex servitute. Vlpianus in l. 28. §. 1. D. de liberal. causs. ¶ Allegare preces, precari. Apuleius in Apologia: Tacitas preces in Templo deis allegasti.

Allēgātio, nis. f. t. privata legatio. [שלוח schilluach משלחת mischlachath. παραπρεσβεία, ἐπιπρεσβεύσεις. Gall. *Enuoy, brigue par amis.* Ital. *Imbasciata.* Ger. Botschafft an ein ander ort/ Anwerbung durch andere Leut. Hisp. *aquella obra de embiar.* Pol. *Poselstwo, przyczynianie.* Vng. *Kӧvetség.* Ang. *A message, a sending to place.*] Cic. 3. Verr. O dii immortales quanta ista cupiditate, quibus allegationibus, illam sibi legationem expugnavit: id est, amicorū intercessionibus & velut legationibus. ¶ Allegatio pro excusatione quæsita quippiam citando. atque allegando. Marcianus D. lib. 23. Tit. 1. l 63: Falsis allegationibus se à tutela excusare. ¶ Allegatio pro ipsa re quæ allegatur & citatur, defensionis causa. Iulius Firmicus Matheseos lib. 1: Sed jam huic nostræ allegationi, & ipsi qui contra dicebant, ex parte consentiunt. ¶ Allegatio pro citatione δικαιολογία. D. de minoribus l. 17. In integrum verò restitutio erroris proprii veniæ petitionem, vel adversarii circumventionis allegationem continet.

Allĕgo, gis, pen. corr. act. t. Ascribo, deligo, deligendo addo, coopto. [בחר bachar בחר chibbér. ἐπιλέγομαι, προσαναλέγω. Gall. *Adioustler de nouueau à vne companie.* Ital. *Aggiungere alcuno ad vna compagnia.* Ger. Hertzu nemmen/ in ein Gesellschafft auffnemmen. Belg Iet neme ofte/ te deme noch toe. Hisp. *Elegir para in cumpagnia.* Pol. *Ksobie przymuie, wibieram.* Vng. *Hozzá választom.* Angl. *To ieyne to of, new to a companie.*] Vnde apud Iulium Capitolinum scribitur: Marcum Antonium philosophum multos ex amicis in Senatum allegisse cum Aedelitiis ac Prætoriis dignitatibus. Livius lib. 10: Cæterum quia de plebe allegebantur, eandem ægrè passi Patres.

Allecti, dicebantur qui ad augendum numerum Senatorum ex equestri ordine assumebantur: qui etiam Conscripti vocabantur. [προσεγγραφέντες, προσκαταλεγέντες. Pol. *Przyłaczy.* Vngar. *Tisztre válaztatot személyek.*] Nam patres dicebantur qui erant Patricii generis.

Allēgōrĭā.] משל maschál. ἀλληγορία. Pol. *Podobienstwo.* Vng. *Féléből szóló.*] Cum accentu in penultima, Figura est, quæ à Quintiliano dicitur inversio, quum aliud verbis, aliud sensu ostenditur. Nascitur autem hæc figura ex continuato perpetuāq; metaphora: Ejusmodi est illa apud Virg 3. Eclog. Claudite jam rivos pueri, sat prata biberunt: Id est, Definite jam plura canere, quia satis audivimus.

Allelu iah, הללויה halleluiah. Vngar. *Dicsérjétek Istennek, avagy dicsérjétek Istent.*] Duæ dictiones sunt, quibus significatur, Laudate Dominum: HALLELV. enim (ut Augustinus ait) imperativi modi est, & significat laudate. IAH verò Vniversalem, vel Vniversaliter, scilicet Deum. Hieronymus, Iah apud Hebræos unum est de decem Dei nominibus Et in illo Psalmo ubi legimus: Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus: in Hebræo est Hallelujah. sunt autem duæ partes Hebraitè junctæ per macaph.

Allevio, as, are, Levem facio, & imminuo. [Pol. *Ulzam, umnieyszam.* Vng *Meg kӧnnyitem, kӧnnyebitem* Angl. *To make light or diminish.*] Cic. de Invent. Reprehensio est per quam argumentando adversariorum confirmatio diluitur, infirmatur, aut alleviatur.

Allēvo, as, pen. corr act. p. In altum tollo, erigo, leviorem facio. [הנשא nasa הרים herim. ἐπαίρω Gall *Esleuer, alleger.* Ital. *Leuare in alto.* Ger. Auffheben/ in die hӧhe lupffen Belg. Verheffen/ ophesfen. Hisp. *Alivianar ò soliviar.* Pol. *Podnaszam, dzwigam* Vngar. *Fӧl emelem.* Ang. *To lift on hight to make lighter.*] Quintilianus: Vidi multos, quorum supercilia ad singulos vocis conatus allevarentur. ¶ Accipitur itē Allevo, pro levius reddo. κουφίζω. Cicero pro Sexto Roscio: Hoc onus si vos aliqua ex parte allevabitis, feram, ut potero. ¶ Transfertur etiam ad animū, pro eo quod est recreare, vel dolores mitigare. ἐπικουφίζειν. Cic. de Clar. Orator. Quod aliqua ex parte solicitudines allevarēt meas. Sic dicimus, Allevare afflictum: hoc est, sublevare, & calamitate eximere: Quint. Non petit, ut afflictum allevetis, nisi probaverit se infeliciorem.

Allēvātio Allevamentum doloris mitigatio, sive diminutio. [הרוחה marpé. ἀνακούφισις. Gall *Alleg ance, allegement.* Ital. *Alleggiamento.* Germ Erleichterung. Belg Een verlichtinge. Hispan. *Aquella obra de aliuianar ò soliuiar* Polon. *Ulzenie.* Vng. *Meg kӧnnyités, banas kӧnnyebbités.* Angl. *Aswaging or easing of pane.*] Cic. Familiar. 9: Etsi tot tantisq; rebus urgemur, ut nullam allevationem quispiam non stultissimus sperare debeat.

Allēvāmētum, idem Cic. pro Sylla: Et in adversis sine ullo remedio & allevamento permanere.

Alliatum, Vide ALLIVM.

Allicio, cis, pen. cor. act t. allexi, allectum, ex Ad & Lacio, Capio, rapto, excito, invito, blanditiis attraho, Induco. [פתה pittá. δελεάζω. ἐπισπάω. ἐφέλκομαι ἐπάγομαι. Gall. *Attraire à lechir, affriander, attirer par beau.* Ital. *Lusingare, indurre, invitare con lusinghe.* Ger Hinzu reitzen/ hinzu locken. Hisp. *Atraer con halagos.* Pol *Przyluszam, kumnieprzywabiam.* Vng. *Hozzám édesgetem.* Angl. *To allure, intyse to draw with faire wordes.*] Cicero pro Plancio: Allicere voluntates alienas, retinere partes. Idem pro Muræna: Cato negat verum esse, benevolentia cibum allicere. ¶ Invenitur & præteritum Allicui, sicut ab Elico, elicui. Pis lib. 1. Hist. Aulus uniua præmio multorum allicuit animos, Id tamen admodum rarum est.

Allecti, qui propter inopiam ex equestri ordine in senatus sunt numerum assumpti Budæus in Annotat. Vide etiam suprà post Allego, gis.

Allectio, verbale, f. t. actus diligendi in ordinem Senatorium. [Vng *Válaztás.*] Iulius Capitolinus in M. Antonio: Hispanis exhaustis Italica allectione contra Trajani præcepta verecundè consuluit.

Allector, oris, verbale, m. t. Qui allicit. [מפתה mephattéh. ἐπαγωγός. Gall. *Attrayeur, allecheur, amadou.* Ital. *Atrattore* Germ. Hinzu reitzer/ auctretzer. Hisp. *Atrador con alagos.* Pol. *Pobudziciel, przywabiacz.* Vng. *Hozzá édesgetō.* Angl. *An allurer or intyser.*] Columella lib 8. cap. 10: Quasi allectores sint captivorum.

Allecto, allectas, frequentativum ab allicio, invito: blandè attraho

traho. [פתה pittáh. ἐπάγω. Gall. *Attraire par le menu, admonester, allecher par plusieurs fois.* Ital. *Allettare con lusinghe.* Germ. Hinzu locken mit schmeichleten und süssen worten. Hisp. *Atraer con halagos.* Pol. *Slodkimi slowki zwabiam.* Vng. *Hozzám édesgetém.* Angl. *To intyse ofien.*] Colum. lib. 2: Ad aquam duci oportet, sibiloque allectari, quò libentiùs bibant. Cicer. de Senect. Agrum fruendum non modò non retardat, verumetiam allectat atq; invitat senectus.

Allectacro, cis, act. r. idē est quod allecto. [פתה pittáh. ἐπάγω. Gall. *Allecher, attirer par quelque moyen.* Ital. *Allettare, adescare.* Germ. Hinzu locken/ mit locken hinzu bringen. Hisp. *Atraer con halagos.* Vng. *Hozzám édesgetém.* Ang. *To allure, or intise by any meanes.*] à quo Allicefio: Suetonius in Vitel. Prorsus verò ad necem & quacunq; de causa necem atq; supplicium: nobiles viros condiscipulos & æquales suos, omnibus blanditiis tantùm non ad societatem imperii allifactos, vario genere fraudis accidit.

Allido, dis pen. prod. Impingo, lædo contra aliquid jacio, vel ad lapidem, durúmve aliud corpus comminuo. [נפץ nappéts. ἐγκρούω, συντρίβω, ἐμπίπτω. Gall. *Heurter contre, froisser en heurtant.* Ital. *Percuotere insieme.* Ger. Anstossen/ an ein hart ding schmeissen. Belg. Jet ere aenstouten/ anslaen. Hisp. *Herir una cosa a otra.* Pol. *Ostracam, Ściskam fie.* Vngar. *Valamihöz ütöm, szapom.* Angl. *To dash or beat it against any hard thing.*] Lactant. l. 4 Et in conspectu suo vexari acerbissimè conjuges suas cernerent, violari ac prostitui virgines, diripi pueros, allidi parvulos. Cæs. 3 Bel. Civil. Et ex magno remigum propugnatorumq; numero pars ad scopulos allisa interficeretur. ¶ Allidi aliquis per metaphoram dicitur, prò damno affici. Col. lib. 1. cap. 3 Quoniam quum sit colluctandum cum eo, si fundus prævaleat, allidi dominum. Cic. ad Quint. Frat. Sed hoc incommodum consolantur quotidianæ damnationes inimicorum, in quibus me perlubente Servius allisus est: cæteri conciduntur.

Allisio, f. p. actus allidendi. Spartianus in Mario Septimo: Multa duorum digitorum allisione contrivit. [Vng. *Öszve verés, ütés.*]

Alligo, pen. corr. act. p. propriè ad aliquid ligo. [כפת cafát. קשר kashár. ἀναδέω, ἐπιδέω, συνδέω. Gall. *Attacher à.* Ital. *Alligare, legare a qualche cosa.* Ger. Anbinden/ antnüpffen. Belg. Jet binde eest. ... vast aen. Hispan. *Atar alguna cosa a otra.* Pol. *Przywiązuję.* Vng. *Hozzá kötöm.* Ang. *To bind to any thing.*] ut Alligare vitem palis, vel palos. Colum. lib. 2: Arbustivam vitem antequam putes, alligare diligenter oportet. Per translationem Alligare, est obstringere, obnoxium facere. Terent. in Eunucho. Hic furti se alligat, ἐνέχεται κλοπῆ. Cic. pro Rabirio Posthumo: Lex, ubi omnes mortales alligat, sic loquitur. ¶ Accipitur & pro suo simpliciter. Idem de Divinat. Alligandi essent omnes, qui cab... irent. Idem 3 de Orat. Neq; verba alligata sint, quasi certa aliqua lege versus. ¶ Alligari quoq; rei quis dicitur, cui ita est addictus, ut diutiùs ab ea abesse nō possit. Sic adulescentulos ... alligatos dicimus, qui meretriciis amoribus ita sunt irretiti, ut nonnisi ægrè ab iis possint divelli. ¶ Cum Ad, ut Alligavit se ad præcepta catholica. Quint. lib. 10 cap. 13.

Alligamentum, t. Ipse actus alligandi. [הקשר hakshér, קשר kesher. חבור ... ἀνάδεσις. Gall. *Liaison, lien.* Ital. *Legamento.* Ger. Anbindung. Hispan. *Atadura.* Polon. *Przywiązka.* Vngar. *Hozzá kötés.* Ang. *Binding or knitting to.*]

Alligator, m. s. Qui alligat. [כופר kofér. ἀναδέτης. Gal. *Lieur, relieur.* Ital. *Ligatore.* German. Anbinder. Hispan. *Atador.* Polon. *Przywiązacz.* Vngar. *Hozzá kötő kötöző.* Angl. *A binder, that bindes too.*] Col. lib. 4 c. 13: Deinde sequitur alligator, cujus officium est, ut rectam vitem producat in jugum.

Alligatura, f. p. ἐπίδεσις, ἀνάδεσις. Idem de arboribus c. 8. Infra insitionem, & alligaturam falce acuta leviter vitem vulnerato.

Allino, is, Ex Ad & Lino, Iniungo, & linendo rei alicui induco. [משח mashách. משח meschícha. ἐπαλείφω. Gall. *Oindre, frotter en oignant.* Ital. *Ungere.* Germ. Anstreichen/ ansalben. Hispan. *Untar una cosa a otra.* Polon. *Namazuie, Nacieram.* Vngar. *Hozzá kenöm.* Angl. *To anoint, to oversmeare any thing.*] Plin. Sunt qui leporino coagulo mel addāt, eoq; dentē allinant. ¶ Allinere vitia sua alteri pro Linere seu aspergere aliquem suis vitiis, dixit Seneca Epist. 7.

Allium Herbæ genus satis notum, non dissimile porro, gravissimi odoris, quod tamen lassitudini mederi creditur, & serpentes fugare. [שום shum. σκόροδον. Gall. *Ail.* Ital. *Aglio.* Germ. Knoblauch. Belg. Loock. Hispan. *Ajo.* Po. *Czosnek.* Vngar. *Fok hagyma.* Angl. *Garlick.*] Vnde etiam messoribus solet esse in deliciis. Virgil. in Bucolicis: Thestylis & rapido fessis messoribus æstu, Allia serpillumque herbas contundit olentes. Horatius ejus odorem insectatur festivo carmine: Parentis (*inquit*) olim si quis impia manu Senile guttur fregerit, Edat cicutis allium nocentius. ¶ Ne allia comedas & fabas, ἵνα μὴ φάγῃς σκόροδα, μηδὲ κυάμους, Proverbiali videtur ænigmate dictum, pro eo quod est, Ne bellis, neve in judiciis adsis. Nam in bellum inferebantur allia commeatus militaris, in Iudiciis fabas esitabant ne obdormiscerent. Suidas. Erasm. putat referendum ad calculos fabarios, quibus antiquitùs ferebantur suffragia. ¶ Ego tibi de alliis loquor, tu responde de cæpis: Ἐγὼ σκόροδά σοι λέγω, σὺ δὲ κρόμμυα ἀποκρίνῃ. Quum aliud respondetur quàm rogaris: vel contrà, quum ineptè respondetur ineptè sciscitanti. Confinia enim sunt inter se cæpe & allia. ¶ Ne alii quidem caput: Subaudi dedit vel apposuit, vel aliquid simile. Proverbialis est hyperbole, qua usus est Aristophanes in Vespis. Convenit in sordidum & impendio parcum. ¶ Allium in retibus, σκόροδον ἐν δικτύοις. De sordido commeatu dicebatur. Hinc natum, quòd Attici navigationem aut expeditionē adornantes, pro cibo allia in retibus imposita secum ferebant. Locus erit adagio si quem admoneas, ut Philosophiæ studium aggressurus paret se ad frugalem vitam, ad vigilias & labores, sine quibus non paratur eruditio.

Alliātus, ta, tum. [ἐσκοροδισμένος. Gall. *Qui est aillé, qui sent les aulx.* Ital. *Cosa con aglio, agliato.* German. Was Knoblauch hat/ oder darnach schmeckt. Hisp. *Ajado, con ajo.* Polon. *Czosnkowaty.* Vng. *Fok hagymas.* Angl. *Which smelleth of garlick.*] Plaut. Sine me alliato fungi, fortunas meas: hoc est, Permitte me quem allium olere & fœtere dicis.

Allium Vlpicum, sive Cyprium, sive ἀμπελόπρασον, atq; ut opinor, σκοροδόπρασον Dioscoridis. Plinius lib. 27. c. 6.

Allo, m. t. lapis est rotundus, quo fabri instrumenta sua acuunt.

Allodium, [Polon. Własny. Vngar. *örök jog.*] Res libera, & propria alicujus ex quo præstatur tributum l. At si quis parag. Interdum. ff. De relig. & sum. fund. dicitur etiam hereditas, quā vendere vel donare possum. Deductum putat Alciatus à laudo, & alludium fundum dictum, qui pleno jure ad possessionem pertinet, pro quo nullum alicui laudativum præstandum est. ¶ Allodium, barbarum vocabulum est feudo contrarium, à Gothis, quemadmodum & hoc introductum, quo significatur possessio vel res ita libera & soluta ab omni clientela, ut possessor ob eam rem nemini fidem & clientelam debeat. Ex Hotomano.

Allŏphylus. la. lum, dici potest alienigena, alterius tribus: Nam significat ἄλλο aliud, & φῦλον genus, gentem, nationem. [Gall. *Estranger.*] Ambros. lib. Offic. Adversarios suos Hebræi *Allophylos*, id est, alienigenas Latino appellant vocabulo. Hoc nomine dicti sunt Palæstini, qui & Philistæi, φ in π mutato, ut testatur Divus Hieronymus.

Allœothĕta, f. p. ἀλλοιόθετα. Figura est syntaxin concernens, quā scilicet contra vulgatos constructionis canones aliquid variamus. Vnde & Variatio à Prisciano interpretatur. Cōfundit autem numerum: ut Pars in frustra secant. vel casum, ut Tu mihi quodcūq; hoc regni, pro, Hoc regnum. vel genus: ut, Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis, Lenta salix fœto pecori, mihi solus Amyntas. Ad Dulce enim quod est neutrum, tàm masculina, quàm fœminina reddidit.

Allŏquor, d. t. Compello. [דבר dibbér. προσαγορεύω, προσλαλέω. Gall. *Parler a quelqu'un.* Ital. *Parlare.* Germ. Anreden/ ansprechen. Belg. Aenspreken. Hispan. *Hablar a alguno.* Polon. *Mowie do kogo.* Vng. *Megszolitom.* Angl. *To speak any man.*] Autor ad Her. Te nunc alloquor, Africane. Plaut. Amphit. Alloqui perparcè liceat obsecro. Varr. 5 de ling. Lat. Alloquutum mulieres ire ajunt, quum eum ad aliquem loquutum consulendi causa. Alloqui familiariter cum aliquo. Curt. lib. 6: Sed etiam familiariter alloqui cum eo &c.

Allŏquium, ii, n. f. [דברה dabberáh. προσφώνημα. Gall. *Parolle avec un autre.* Ital. *Parlamento con uno altro.* Germ. Anredung/ das ansprechen. Hispan. *Habla a alguno.* Pol. *Rozmowa*, vel, *mowny przystep do koga.* Vngar. *Beszélgetés, beszéd.* Ang. *Speaking or talking with an other.*] Liv. 1 ab Vrbe: Et ipse quoq; fortunam benigno alloquio, comitate invitandi beneficiis quos poterat sibi conciliando adjuvabat. Plin. lib. 26. cap. 22: Hospitali regis clemētia sex mensium tempore imbutus alloquio. ¶ Duris alloquiis, ἀμείλικτον ... προσφώνημα: Proverbiali figura dicitur is, qui est inexorabilis.

Allŏcutio, Verbale, f. t. Ipse actus alloquendi. Venustius est & usitatius Alloquium. Plin. Epist. ult. Mutat personam, vertit allocutionem: id est, sermonem. Allocutione solari aliquem, Catul. ad Cornific.

Allŏscŏrŏdon, [ἀλλοσκόροδον. Gall. *Cappres.* Ital. *Cappare.* Hisp. *Alcaparra.* Vng. *Kaperna.*] Herba est Dioscoridi, quæ notiore nomine Capparis appellatur.

Allūbesco, scis, sive Adlubesco. Lubens facio, obedio, faveo, cōsentio. [יאש yaásh. ἀρέσκομαι. Gal. *Estre agreable.* Ital. *Far voluntieri.* Germ. Etwas anfahen lieben/ etwas zuthun gutwillig werden. Hispan. *Hazer a gana.* Polon. *Chętliwie czynię.* Vngar. *Tetszöm.* Ang. *To do willinglie, to consent.*] Plaut. Herclè verò jam mihi adlubescit primulum.

Allūceo, es, ere, alluxi, cōpositum ex ad & luceo, ὑπολάμπω. Plaut. Tibi fortuna facularm lucrificam allucere vult. Sueton. in Vitellio: Flagrante triclinio ex conceptu camini, tū quidem consternatis & quasi omine adverso anxiis omnibus, *inquit*, Bono animo estote, nobis alluxit.

Allūcĭnor pen. corr. d. p. Propriè oculorum est, quum illi circa objectum falluntur alterumq; pro altero conspicere nobis videmur. [פתה pathàh, הוּתַל huthál. παραβλέπω. Gall. *S'abuser & se tromper, errer.* Ital. *Abbagliare, vacillare.* German. Fehlen/ irren mit dem Gesicht. Belg. Jck en sie niet wel/ ick fael geen bote. Hisp. *Ver trastrocado y tinieblas.* Pol. *Tepo patrzę, przezieram.* Vng. *Meg csalatom.* Ang. *To deceave himself, to erre.*] Col. lib. 8: Custodis officium, sublimem celsissimamq; oculorum veluti speculam desiderat: ut neq; tardiores gravidas, dum cunctantur, neq; agiles & fœtas, dum procurrūt, separari à cæteris sinat: ne fur, aut bestia allucinantem pastorem decipiat. ¶ Ponitur etiam pro Errare, decipi, falli. Cic. 16 ad Attic. Ego tamen suspicor hunc, ut solet, allucinari. Gell. lib. 16. c. 12, Verbum hoc jubet aspirari,

etiamsi

etiamsi ἀπὸ τοῦ ἀλύειν, quod tenui spiritu scribitur, velit deduci.

Allūcĭnātĭo, f. t. Abertatio. [[illegible] *hatil* [illegible] *derh* [illegible] *pethajóth*, ἀμβλυωπία. Gall. *Fable, fourvoyement, deception.* Ital. *Abbarbaglio.* Germ. Bibiung/ oder jrrung. Hisp. *Aquella obra de ver assi.* Polon. *Przewrzenie, obladzenie.* Vngar. *Tsalkozás.* Ang. *Erring.*] Nonius: Et assiduò oscitantem vidit, atque illius quidem delicatissimas mentis & corporis allucinationes.

Allūdo, pen. prod. n. t. Ludendo alicui blandior. [[illegible] *tsachák* [illegible] *taphéph*, προσπαίζω. Gall. *Se iouer à quelqu'un.* Ital. *Alludere far' festa.* Ger. Schmeichlen/ mit einem kurtzweil treiben. Belg. Ick troetele/ spritte jederman aen/ comme ou er om ben gelyck/ spreke mete woorden nae een andere meyninghe. Hisp. *Burlar mirando à otra cosa.* Polon. *Zartuie, lasze sie.* Vng. *Iáczadezera valáki elöt beszélkodom.* Angl. *To scoffe pratelie, to smyle upon.*] Lact. lib. 3: Ant homini alludunt animalia. ❡ Est itē Alludere (ut scribit Valla l. 4.) quū aliud dicimus, & ad aliud sententiam latenter referimus, quum aliō quod dicitur, refertur. Virg. 7. Aen. Nec plura alludens, ea vox audita laborum Prima tulit finem. Cic. 3. de Orat. Galba autem alludens, variè & copiosè multas similitudines afferre. ❡ Alludere ad historiam, est ad rei fidem verba componere, quod proprium est Poëtarum, qui in fabulosis suis narrationibus historiæ veritatem uno atq; altero verbo nonnunquam attingunt. ❡ Alludere Philosophiæ, pro Quasi per lusum & non seriò tractare philosophiam. Senec. epist. 73. ❡ Item pro Favere. Idem Senec. Quum tibi alludit hujus vitæ prosperitas.

Allūsĭo, ad vocis quoq; similitudinē refertur, ut possessio quasi positio: magistri, quòd monstrent: futum, quasi fururum: testamentum, testatio mentis: sacellum sacra cella: interdictum: inter duos dictum.

Allŭo, luis, juxta fluo, abluo, allabor. [[illegible] *názál* [illegible] *neshách* [illegible] *shaph* προσκλύζω. Gall. *Couler auprès arrouser.* Ital. *Bagnare, scorrere vicino.* German. Anflissen/ an etwas rinnen. Belg. Het aen vloeyen. Hisp. *Lavar con avenida.* Pol. *Plina, ą sie ocperam, umiwam.* Vngar. *Mellette folyok, oldalas masom.* Ang. *To watter and wash away by wattering.*] Est autem compositum ex Ad, & antiquo verbo luo, quod est ejusdem significationis cum verbo Lavo: à quo fiunt & Abluo, Colluo, Diluo, Eluo, & similia. Fluvii dicuntur urbes alluere, qui eas præterlabuntur: sic & maria terras alluunt. Cic. 2. de Legib. Divisus æqualiter in duas partes, latera hæc alluit. idem de Orat. Ita jactantur fluctibus, ut nunquam alluantur. Plin. lib 6. c. 4 Flumen Sidenum quo alluitur oppidum Polemonium. Cic. 5. Verr. Non alluuntur à mari mœnia extrema: sed influit in urbis sinum portus. Curtius: Montem leviter alluit præteriens amnis.

Allŭvĭo, onis, f. t. innudatio. [[illegible] *schetéph.* πρόσκλυσις. Gall. *Ravine d'eau, desgorgement d'eau.* Ital. *Inundatione.* Ger. Tarung/ ergoß deß Wassers/ Wassergus. Hisp. *Avenida de agua.* Polon. *Brzegu oderwanie przez powodź, wodny tok, wodny przyk.* Vngar. *Arradas.* Ang. *A deluge, inundatione or surrounding of watters.*] Immoderata aquarum violentia vel pluvialium vel fluvialium, similiumq; quę nō tantùm agros confundit, sed quandoq; eripit, & nōnunquā funditùs destruit. Sed quū pars alicujus agri impetu fluminis aggeritur in alium agrum, tūc cedit in possessionem ejus, cujus est ager. Vnde Lucanus: Illos terra fuit dominos, his jura colonis Accedunt donante Pado. Cicer. de Orat. Alluvionum, circunluvionū jura. Circunluvio autem περίκλυσις, est quum partem alicujus agri rapidus amnis in alveum suum impulerit, & in modum insulæ circumvolverit, quæ ipso jure vicinioris erit. Alluvies, pro eodem (Valla tamen exponit sordidam aquam, quæ alluit ubi lutum cum aqua non multa.) Liv. lib. 2: In proxima alluvie, ubi nunc ficus ruminalis est, (quā Romularem vocatam ferunt) pueros exponunt. Colum l. 3. c. 11: Vel etiam valles quæ fluminum alluvie & inundationibus concreverint. Proluvies propriè sordis profusio. Virg. li 3. fœdissima ventris Proluvies. Illuvies, ἀλουσία, est etiam immunditia in homine, aut veste, aut re quavis alia insita, seu injecta. Terent. in Heaut. Pannis obsita, neglecta immunda illuvie. Virgil. lib. 3: Dira illuvies, immissaque barba. Eluvies propriè dicitur quod expurgatur, præsertim aquarū fluxu: quanvis & alterius humoris dici possit. Plin. Quod in tutis noratur oppidis, quæ minus quatiuntur crebris ad eluviem cuniculis cavata. Lactan. lib. 7 Eluviem posuit pro aquarū inundatione, quum ait: Eluvie aquarum evertentur civitates. Eluvies per translationem à Cic. in oratione pro Domo sua, ponitur pro exitio, & interitu. Ideirco, *inquit*, Tu ad labem atq; eluviem civitatis sine summa vi pervenire potuisti. Colluvies, συγκλυς, Sordes cœni, aut cujusvis rei coactæ. Colum. li. 1: Tum etiam nantium, serpentium pestes hyberna destitutas uligine, cœno & fermenta colluvie venenatas emittit: Colluvio, idem est quod Colluvies. Cic. de Senect. O' præclarum illum diem quū illud divinum animorum concilium, cœtumq; proficiscar, quumq; ex hanc turba & colluvione discedam. Hier. ad Heliod. Neget & sacrilegum esse, qui in libidinem se dedit, qui membra Christi, & hostiam vivā placentem Deo, cum publicarum libidinum victimis nefaria colluvione violavit. Diluvium κατακλυσμὸς, terrarum inundatio, qualem Noë ætate contigisse ex sacris literis constat, aut (ut poëtæ fabulantur) Deucalionis temporibus.

Allŭvĭŭs ăgĕr, à Veteribus dicebatur quem paulatim fluvius in agrum reddit.

Allŭs, Pollex, proximum digitum scandens, à Græco ἄλλος. Festus.

Alluvionum, quæ contingi solent in prædiis, quę ripis quorundā fluminū terminātur, ea natura est, ut semper incerta possessio, incertum sit ejus dominiū, quod possessori per alluvionem adcrescet: nam quod hodie possidemus: nonnunquā altero die vicini fundi dominio in alterā fluminis ripā translatū acquiritur nec tamen, apud quem decrescit, remanet, sed plerunq; redit ad priorem dominum cum augmento. Ipse nec ad posteriorem manet, nec redit ad priorem, sed in arena fluminis inundatione solvitur: ideoq; suggestione culminis tui admittitur, ut judicio agrimēsoris situatur: nō de Aegypti solis, nec de limi tantùm alluvionib. loquimur, sed quod salubre est orbi terrarum, atq; omnib. provinciis, promulgamus, ut ea [illegible] per alluvionem possessorib aquiruntur, neq; ab ærario vendi, neq; à quolibet peti, nec separatim censeri, vel functiones exigi, perpetua lege valitura sancius ne alluvionem ignorare [illegible] tia, vel rem novam possessoribus indicere videamur. Similiter nec quidē quæ paludib. antea, vel pascuis videbantur adscripta, si sumptibus ac laboribus possessorum nūc ad frugum fertilitatem translata sunt, vel vendi, vel peti, vel quasi fertilia separatim censeri, vel functiones exigi concedimus ne hi doleāt diligenter operā suam agri dedisse culturæ, ne diligentiā suam sibi damnosam intelligat. Hæc ex Frontino de limitibus agrorum, quę ille recitat ex epistola Theodosii & Valentiniani imperatorum. Agenus autē & ipse in libello de limitibus agrorū sic inquit: De alluvione observatio est, si hæc in occupatoriis agitur agris: quidquid vis aquæ abstulerit, repetitionem nemo habet: quæ res necessitatē ripæ muniendæ injungit [illegible] ut sine alterius damno quidquam fiat: si verò indivisa & assignata regione tractabitur, nihil admittet possessor: quoniam [illegible] per centurias certus cuiq; modus ad [illegible] sua est. circa Padum autē cùm ageretur, quod flumē torrens, & aliquādo tam [illegible] tū decurrit, ut alveum mutet. & multorum [illegible] pā, ut ita dicam, transferat: sæpè etiam insulas [illegible] Longinus, vir prudentissimus, juris auctor, hoc [illegible] quid aqua lambendo abstulerit id possessor amittat [illegible] scilicet ripam sua sine alterius damno tueri debet. Si verò majore vi decurrens alveū mutasset, suum quisq; modū agnosceret: quia non possessoris negligentia, sed tempestatis violentia abre[illegible]tū apparet. Si verò insulā fecisset, à cujus agro [illegible], id possideret: at si ex cōmuni, quisq; suū reciperet. Scio enim quibusdam regionibus quū assignarētur agri, adscriptum aliquod per centurias fluminis hoc aūtor ovidit auctor dividendorum agrorū: ut quoties tempestas fluviū concitasset, nō per regionē exceedens alveū vagaretur, sed sine injuria cujusquam desuerit: hos tamē agros: id est, hunc omnē modum, qui fluminis [illegible] ptus est resp. quibusdam vendidit. hæ quæstiones maximè in Gallia tota moventur, quæ multis contecta fluminibus immodicas Alpium nives in mare transmittit, & subitarum relegationum repentinas inundationes patitur. Aliquibus locis impetraverunt possessores à præside provinciæ, ut aliquam latitudinē fluminis daret: nam & in Italia Pisaurum fluminis latitudo est assignata eatenus, quousq; se alluebat.

Almities, Almarum rerum habitus. Festus.

Almo, onis, Rivulus est ante portam Capenam, in quo sacerdotes Cybeles deæ simulacrum, & cultros sanguinolentos, & sua vulnera solent abluere. Ovid. 4 Fast. Est locus, in Tyberim qua lubricus influit Almo.

Almŭs, ma, mum, ab alendo (ut docet Festus) idem quod alens, vel almoniam suppeditans. [[illegible] *adhin* [illegible] *omin* [illegible] *chdi*, τρόφιμος. *di τροφεύς.* Gall. *Qui nourrit copieusement.* Ital. *Nutritore.* German. Ein ernehrer. Belg. Dat ghenecht/ oft voestbrenge. Hispan. *Lo que mantiene.* Polonicè. *Zywnosci dawcy.* Vngar. *Taplálo, éltetö.* Anglicè, *That nurisheth.*] Vnde alma tellus peculiari dicitur epitheto, quod fruges suggerat, quibus alimur. Columell. libro 3. capite 21: Quibus alma tellus annua vice, velut æterno quodam puerperio læta, mortalibus distenta musto demittit ubera. Simili etiam ratione ζείδωρον ἄρουραν quidam Homero dictam putant, quasi ζωοδώρον, quòd arvorum feracitati vitam debeamus. Plinius tamen libro 18 capite 8, ζείδωρον ἄρουραν dictam mavult, quòd zeam suppeditet: quod frugis genus olim summo habitum est in honore. Ceteri quoque hoc epithetōn assignavit Virgil. libro 1. Georg. vos ô clarissima mundi Lumina labentem cœlo quæ ducitis annum, Liber, & alma Ceres. Apud Plautum quoque in Curcul. Parasitus Heram hoc est, Fortunam (quam nutricem suam appellat) Almam nominat. Invoco (*inquit*) almam meam nutricem Heram. ❡ Accipitur & pro [illegible] sive pulchro: unde & Venerem Almam appellat [illegible] Epigr. de Venere & vino: proli Venus alma creandę [illegible] vitae Alma fides. Cic. 3. Offic. ex Ennio ❡ Item pro trāquillo, sive sereno. Virg. 5. Aeneid. Præterea si nona diem mortalibus almum Aurora extulerit.

Almyrodes, Martialis, Inter Spondophorum Telesphorūmque Siden stare putabis Almyroden: Quum tu simplicidē senem sinteris. Quod carmen Aleiat. libro 12. Parergōn, ita exponit: Ridet, *inquit*, poëta calvum quendam, cujus tempora erant cincinata, adeo ut tria capita viderentur, duo similia Spondophori & Telesphori, puerorum comas nitidas alētium: medium calvitie deforme simillimū Sidæ almyrodi: id est, pomo seu meloni salis. Est autem Almyrodes Græcis ἁλμυρώδης, quod salsum significat.

Alnŭs,

Alnus, f. f. Arbor est aquosis locis gaudens, ex qua primùm factæ fuot lyntres: ita dicta, quòd amne alatur. [κλήθρα. Germ. Ein Erlenbaum. Belg. Een Elsboom. Polon. Olsza, Ruthenis kolcha. Vngar. Hiraztfa. Ang. An alder tree.] Nascitur enim juxta flu-vios, aquisq; obruta (ut inquit Vitruvius) non facilè corrumpitur: Unde & lignum ejus ad navalem materiam in primis commodatur. Lucan. & fluctibus aptior alnus. Hinc fit ut & pro navi quandoq; poni soleat. Virgil. 1. Georg. Tunc alnos primùm fluvii sensêre cavatas. Claudian. Qui dubiis ausus committere fluctibus alnum. Scribit Aristoteles Alnos in sola Creta steriles non esse. In alnos sorores Phaëthontis mutatas ait Virgilius. Non est infrugifera, sed floret, ac fructū fert. Flos parvulus rubescit. Semen exiguum in compactili calo, qui mori magnitudine, nec forma dissimilis.

Alo, alis, alui, alitum vel altum, act. t. Significat nutrio, alimentis sustento, educo. [אמן amán פוס cliejah גדל gidd el. τρέφω. Gall. Nourrir. Ital. Nutrire. German. Ernehren/ erhalten. Belg. Je geuers voede op. Hispan. Criar, mantener. Polon. Zywic, chowam. Vngar. Taplalom, ételtém. Angl To nurishe, to feed.] Cicer. de Natur. deor. lib. 1: Omnia quæ aluntur, & crescunt, continent in se vim caloris. Idem pro Sexto Roscio: Anseribus cibaria publicè locantur, & canes aluntur in Capitolio. ¶ Transfertur & ad res incorporeas. Cicer. in Catil. Qui spem Catilinæ mollibus sententiis aluerunt. Quint. Sed alere facundias, vires augere eloquentiæ. Virg. Hos successus alit: id est, auget e facit. Sic etiam dicimus, Honos alit artes: hoc est Auget artes, & ad eas capessendas nos incitat. Spectem proverbii habet, quo admonemur, honorem esse premium virtutis. ¶ Duo sunt hujus verbi participia præteriti temporis, Alitus & Altus, quemadmodum & duo supina Alitum & Altum. Diomedes tamen Alitum rectiùs dici putavit, quàm Altum, idq; ambiguitatis vitandæ gratia. Apud Ciceronem tamen contra, Altum sæpiùs legimus quàm Alitum: ut in Bruto: Videsne igitur ut ea ipsa urbe, in qua & nata, & alta sit eloquentia, quàm ea serò prodierit in lucem.

Altor, oris, Verbale. m. t. Qui alit, sive educat. [אמן homen. τροφεύς, θρεπτήρ. Gall. Nourrisier. Ital. Balio. German. Ein ernehrer. Hispan. Criador ò mantenedor. Polon. Obzywiacz. Vngar. Tapiaio, ételtö. Angl. He which nurisheth, or feedeth.] Cicer. lib. 2. de Nat. deor. Omnium autem rerum, quæ natura administrantur, seminator & sator & parens, ut ita dicam, atque educator & altor est mundus.

Altrix, tris, f. t. Quæ alit. [אמנת oméneth τροφός, ὁ τροφός. Gall. Nourrisse. Ital. Balia, nutrice. German. Ein ernehrerin/ aufferziehe-rin/ Seugam. Hispan. Criadora ò mantenedora. Polon. Odchowujaca, mamka. Vng. Dayka, táplálo. Angl. She that nurisheth.] Plin. lib. 19 cap. 64: A tricemq; habere per se vitam illam, quæ satis, arboribusq; contingat.

Alibilis, le, Quod facultatem habet alendi. [אמן omén. θρεπτικός. Gall. Nourrissant. Ital. cosa da nutrire. German. Das wol nehret. Hisp. Cosa que cria. Polon. Dobrzy pozywiacy. Vng. Azmi taplalbato. Ang. Which nurisheth, nurishing.] Varro de Re rust. lib. 2. ca. 11. Est enim lac omnium rerum, quas cibi causa capimus liquentium maximè alibile.

Altura, pro nutricatione. [מחיה michjáh. θρέψις, ἀνατροφή. Gal. Nourriture. Ital. Nutritura. Germ. Ernehrung. Hisp. Crianca. Polon. Zywanie. Vngar. Tap áles éltetés. Angl Nurishment.] Gell. li. 12. cap. 1: Alituram feram, & sævam criminatur est.

Alimentarius, a, um, Quod ad alimentum pertinet: [... Gall. Appartenant à la nourriture. Ital. Pertinente al nutrimento. Ger. Das zu der ernehrung/ oder erziehung gehört. Hisp. Cosa pertenesciente à mantenemiento. Pol. Przynalezaca rzecz k ... Vng. Az mi tarto zik az táplálásra, avagy táplálásra, való. Angl. Which pertaineth to nurishment.] ut, Lex alimentaria, qua filii parentes alere tenebantur. ¶ Alimentarius, cui alimenta legata sunt: sæpè legitur in jure civili, & præcipuè in l. Quum ii. de transact. lib. 2 Pandect.

Alimentum, n. f. Quod datur ad vitæ sustentationem. [מזון mazon מחיה michjáh. τροφή. Gall. Nourriture aliment. Ital. Nutrimento. Germ. Nahrung. Belg. Voetsel/spyse. Hisp. El mantenimiento. Pol Zywnosc, jesc nasz ... Vng Eledel, avagy az mi eledelünkre, és taplalasunkra való. Ang. Meate, nurishment.] Scribunt Iurisconsulti. Alimentis legatis, cibaria, & vestitum, & habitationem deberi: quia sine his ali corpus non potest. Plin. lib. 11. cap. 13. Hoc quidam attingi vetant, ut largo alimento valida exeat soboles. Cic. de Vniver. Nec verò desiderabat mundus alimenta corporis. Inter alimenta igitur & cibaria hoc interest apud Iurisconsultos, quòd illorum nomine ea omnia continentur, sine quibus ali corpus non potest. Horum verò tantùm quæ ad cibum pertinent.

Alimonia, pen. corr. Idem quod Alimentum, nutrimentum. Macrob Et Gell. lib. 17. c. 15: Amissoq; omni naturalis alimoniæ fundamento, homo exhaustus interéat.

Alimonium, nii, idem. Varr. lib. 3. cap. 16: Hæc omnia vocant à mellis alimonio, alvos.

Altilis, & in plurali Altilia. [מבואים bábús, σιτευτά. Gall. Qu'on engraisse, nourri pour engraisser. Ital. Tutte le cose che s'ingrassa. Germ. Gemestet thier/was man mestet. Belg. Dat ghemest werd. Hispan. Cosa por engordar. Polon. Tuczona rzecz badz zwierz, ptak albo ryba. Vngar. Hizlalt marha. Angl. Which is made fatt by nurishing.] penult. corr. quicquid domi, vel in villis, vel in vivariis saginatur, sive sit avis, sive quadrupes, sive piscis ab alendo. quasi Aliti is: ut, Altilis gallina quæ alita est Apuleius, Apologia: Nō magis arbitror quam si quærerem porros vel aviculas, vel altilia. Macrobius Altilem sanguinem dixit, non qui alitur sed qui alit, τρόφιμον, quasi alentem. Plaut. in Cist. Dotem altilem, opulentam dixit.

Altus, us, m. q. alendi actio. [θρέψις. Pol. Zywienie. Vng Tartás, neveles, hizlalas.] Macrob. Sat. l. 1. c. 20: Vel terræ, vel rerum naturæ altu nutritur universitas.

Alumnari, Alere & enutrire. [אמן amán גדל ghiddél. τρέφειν Gall. Nourrir. Ital. Nutrire. Germ. Ernehren. Hisp. Criar. Pol Wychowac. Vngar. Taplálni. Ang. To nurishe, to feed. [Apul. l. 8. de Asin. Quos ad tutelæ præsidia curiosè fuerant alumnati. Vox non satis recepta Latinis.

Alumnus, m. f. Dicitur filius vel discipulus qui ab aliquo, velut à patre alitur sive victu, sive moribus, sive doctrina. [אמון amón. τρόφιμος. Gall. Nourrissant, celui qu'on nourrit. Ital. Allievo, che è nutrito. Germ. Ein erzogner / ein jüngling. Belg. Die van iemen op gebott is oft en opvoet. Hisp. Criado Pol Wychowaniec. Vng. Az ki másnak taplalása, és gondviselése alat vagyon, avagy az ki másit táplál. Ang An fôster, he which is nurished, or brought vp in the meate, maners or learning.] Cic. Dolabellæ: Mihi verò gloriosum, te juvenem Consulem florere laudibus, quum alumnum disciplinæ meæ. Curt. lib. 7: Oro quæsoque, ne humanarum rerum terminos adeuntem alumnum commilitonem vestrum ne dicam regem, deseratis. Virg. 6. Aeneid. Nec non & Tityon, terræ omnipotentis alumnum Cernere erat. Nonnus putavit tàm activè, quàm passivè accipi posse: hoc est, tam pro eo qui alit, quàm qui alitur, quo nomine reprehenditur immeritò à Valla. Nam & Cicer. & Plin. & Curt. Tacit. in hac significatione posuerunt. Plin. lib. 3. c. 5. Terra omnium terrarum alumna eadem & parens numine Deûm electa. De Italia dictum. Sic Coro. Tacit. in dialog. de Clar Orat. Est, inquit, magna ista & notabilis eloquentia, alumna licentiæ, quam stulti libertatem vocant.

Aloë, [אהלות ahalóth. ἀλόη. Gall. Herbe tresamere de laquelle on appelle aloë. Ital. Herba di aloe Germ. Aloe/ ein kraut so bitter saffs hat. Belg. Aloe. Hispan Hierua babosa. Angl. An very bitter hearbe the iuice whereof is called Aloe.] Herba amarissimi succi, quæ à quibusdam Sempervivum marinum appellatur. Resistit vermibus & putredini, ac visui utilis est. Gignitur in India & in Arabia, herba odoris gravissimi foliis pinguibus, & crassis & in modicam latitudinem se fundentibus, utrinq; striatis, & in spinulas retusas desinentibus. ¶ Plus aloës quàm mellis habere, proverbialis metaphora, perinde declarans ac si dicas, plus molestiæ quàm voluptatis Apud Plautū alicubi legitur, viam hominis plus aloës quàm mellis habere. Et Iuvenal. de uxore: Plus aloës quàm mellis habet.

Alogia, [ἀλογία. Pol. Głupstwo. Vng. Oktal nelkül ... Angl. Lacke of reasone.] Latinè irrationalitas (ut ita dicam, interpretari potest, quum scilicet quavis in re à rectæ rationis dictamine recedimus. August. ad Casulanum, pro immodico conviviorum luxu accepit: Attendite, inquit) quemadmodum Dominicæ dies non parvo prandio reficiatur, sed alogia delectetur. Sicut enim animalia ratione carentia ἄλογα dicuntur, quibus similes sunt ventri dediti: ita immoderatum convivium, quo mens, (in qua ratio dominatur) ingurgitatione vescendi ac bibēdi quodammodo obruitur. Alogia nuncupatur. ¶ Dicitur etiam Alogia, quum principis liberalitate, gratiaq; necessitas reddendarum rationum cuipiam remittitur.

Alce, juxta Plinium dicitur esse animal molæ, propemodum carens flexura poplitum in anterioribus cruribus. Ideò inter dormiendum non cubat, sed innititur arbori. Tu vide locum.

Alrune, es. [דודאים dudhaim. ἀλραύνη. Gall. Mandragore. Ital. Mandragora. German. Alraun. Belg. Mandragora. Hispan Mandragola. Polon. Pokrzyk. Vngar. Natragulya. Ang. A mandragor.] Herba est vim habens soporificam, quæ alio nomine Mandragora dicitur.

Alopecia, [ἀλωπεκία. Ger. Aussfallung des Hars. Belg. Uitvallinge des Hayrs. Pol. Parch albo strup na glowie. Vng. Hay tzakál el hullas vagy, allotjag] Morbus in capite humano & barba, ex vitio humorum, qui fit cum profluvio capillorum. Dicta à vulpe, quam Græci vocant ἀλώπηκα: quòd ea crebrò id genus morbi patiatur. Plinius: Lingua herba est quæ circa fontes nascitur, cujus radix combusta & trita, alopecias emendat.

Alopecus, qui Alopecia laborat.

Alopecias, Piscis marini genus, apud Plin. lib. 31 c. 11

Alopecides, ἀλωπεκίδες, Canum genus, ex cane & vulpe progna-tum. Pollux.

Alopecurus, penult. prod. & fœm. gen. ἀλωπέκουρος. Theophrasto Histor. lib. 7. cap. 10, gramen tomentosum Herbatiorum. Herba est quæ spicam habet mollem, & languinem densam, albam, ac splendentem, non dissimilem vulpium caudis unde & nomen habet. Plin. lib. 21. c. 17. inter spicatum genera recensuit. Aliud rursus spicatum genus ex quo est cynops, alopecuros, stelephuros, &c. Rursus: Ex iis Alopecuros spicam habet mollem, & lanuginem densam, non dissimilem vulpium caudis, unde ei nomen.

Alōsa, θρίσσα, Pisces sunt, sic dicti à Gallis & Campanis: quos Hispani Savalos, [Gal. Alloses. Ital. Chieppe. Germ. Alosen/ein fisch den man in dem Meer fangt.] Hetrusci autē & Veneti, vetere servato nomine Clupeas appellant. Apud Aristotelem verò, Strabonem, Aelianum, Oppianum, & Athenæum Triffas legere est quā vocem Alosam interpretatur Gaza. Ausonius in Mosella: Stridentesq; focis opsonia plebis alosas.

Alphā, ἄλφα, Nomen primæ Græcorum literæ. Unde pro principe, rapite, & ante signano accipitur Mart. lib. 2 Non ipse Codrus alpha penulatorum. Et li. 5: Quòd alpha dixi Codre penulatorum. Ubi videtur proverbiali quadā figura significare, Codrum fuisse primum penulatorū hoc est, inter plebeios & pauperes primum tenuisse locum. Alpha enim pro principio, sicut ω mega pro fine sumitur, ut in Apocal. scripitū reperitur ἐγώ εἰμι Α & Ω. Ego sum rerum omnium summa.

Alphĭca, f. p. est primum granū maturum & altissimū in spica: dicitur etiam farina hordei, vel polenta.

Alphŏs ἀλφὸς, Species est vitiliginis, corporis superficiem maculis albis iisque subasperis, & nō continuis, quasi guttis quibusdam aspergens: differtque ab ea specie, quam μέλανα: hoc est nigram vitiliginem vocat Celsus, solo colore. A Leuce verò distinguitur, quòd plus habeat albedinis. altiùsque descendat, adeò ut & carnem contingat, ac pilos coloret. Alphi autem minus albescunt, solamque contingunt cutem. Vide Celsum ad finem lib. 5.

Alsīne, nes, ἀλσίνη, Herba est, quam Muris auriculam vocant Itali, Galli Mouron, quòd hortorum muris peculiariter delectetur. Vide Plin lib. 26. cap. 4.

Alsiōsus. Vide Algeo.

Altānus, pen. prod. Genus venti sive flatus, è terra consurgentis. [Gall. Vent qui souffle de la terre en la mer. Ital. Vento da terra. Germ. Ein Wind auß dem Erdtrich her. Hisp. Viento que corre de la tierra à la mar. Pol. Wiatr ziemny. Vng. Azmel szél az földről az tengerre fú. Ang. Wind r sing frome the earth which bl weth in the sea.] Plin. lib. 2. c. 43: Nanq; & è fluminibus, & è nivibus, & è mari etiam tranquillo videmus, & alios ventos, quos vocant Altanos, è terra consurgere: qui quidem quum è mari redeunt, Tropæi vocantur: si pergunt, Apogæi.

Altāre, n. t. Ab altitudine dictum est. Nam antiqui in ædificiis à terra elevatis sacra faciebant diis superis: in terra diis terrestribus: in effossa, diis infernalibus [מזבח mizbéach βωμός. Gal. Autel. Ital. Altare. Germ. Ein Altar. Belg. Een outaer. Hisp. Altar. Pol. Oltarz. Vng. Oltar. Angl. An altar.] Plin. lib. 15. cap. 30: Ut ng propitiandis quidem numinibus accendi ex his altaria æquè debeant. ¶ Altare superis tantùm consecratum erat: Ara tàm superis, quàm inferis.

Altē. Vide Altus.

Alter, altera, alterum, genitivus alterius, penult. corr. [אחר acher ἕτερος, ὁ ἄλλος. Gall. L'autre, le second. Ital. Altro, l'uno de due. Germanicè. Der ander/ auß zweyen einer. Hispan. Uno de dos, ò segundo en orden. Polon. Drugi, ieden sich dwu. Vngar. Másik. Ang. Another.] & de uno ex duobus dicitur: ut, Annibal in transitu Alpium amisit alterum oculum. Sive de una duarum partium. Cicer. Duplices similitudines esse debent, unæ rerum alteræ verborum. Virgil. 3 Eclog. Aurea mala decem misi, cras altera mittam. Alius verò, ἄλλος, de pluribus dicitur: ut alii virtutem præponunt, alii voluptatem alii indolentiam. ¶ Interdum tamen Alius de duobus dicitur, & tunc idem ferè significat quod diversus. Alia est facies mea, alia tua. ¶ Item Alter ponitur pro secundo è duobus pluribúsve: ut, altero mense repudiavi uxorem: &, Hic est alter annus belli Punici: id est, secundus à belli Punici origine. Cicer. de Senect. Nec nunc quidem adolescentis vires desidero. Is enim erat alter locus de vitiis senectutis. Plinius libro 35: Tabulas plureis pinxit, è quibus unam in foro, alteram in comitiis, duas in Pompeii porticibus videmus. ¶ Alter junctum numeralibus iis, quæ ordinalia dicuntur, pro Primus accipitur. Livius: Anno tricesimo altero quàm condita Roma erat. Id est, tricesimo-primo. ¶ Alter ab illo, Virgilius Ecloga 10: tu nunc eris alter ab illo. Id est, post illum primus. ¶ Aliquando pro adverso (autore Festo) & non bono, ut in Auguriis, Altera appellatur Avis, quæ utique prospera non est. ¶ Unus aut alter, Idem valet, quod unus aut duo. Cicero pro Cluent. Quum is unum jam & alterum diem desideraretur. Idem Attic. Ut factum Dolabellæ laudarem, adductus sum tuis unis & alteris literis. Terent. in Andr. Postquam amans accessit unus & item alter, pterium pollicens. Quem tamen in locum Donatus annotavit. Alterum de tribus dici, quòd totidem essent, Chrysidis amatores. ¶ Alter ego, elegans locutio, pro homine mihi charissimo arctissimaque necessitudine devincto. Cicer. Att. libro 1: Meipsum accuso, deinde te, quasi alterum me. Idem libro 2. Epist. Fam. Quam si reliquissem, dicerent iniqui, non me planè post annum ex provincia decessisse, quoniam alterum me reliquissem. ¶ Alterum tantum: id est, tantundem amplius. Iulianus de lib. & posthum. Ita enim secundùm voluntatem testantis filius altero tanto amplius habebit quàm uxor: item uxor altero tanto amplius quàm filia. Cic. in Orat. Pes qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, ut necesse sit partem pedis aut æqualem esse parti, aut altero tanto: aut sesqui majorem esse. Olim per primam & secundam nominum inflexionem declinabatur, sicut Niger, a, um. Unde in Terent. Heaut legitur dativus Alteræ: Hoc ipsum (inquit) alteræ du n narrat: fortè audivi.

Altēr, tēris, pen. prod. ἀλτήρ, & genere masculino. [Pol. Kulka olowiana. Vngar. Testgyakarlásért, kon ásra, ij ábotón darav.] Significat massam plumbeam, qua ad exercenda corporea in gymnasiis utebantur. Martial. 14: Quid pereunt stulto fortes altere lacerti? Exercet meliùs vinea fossa viros. Dictus alter est ab ἄλλεσθαι, quod est salio. Nam massulis hujusmodi plumbeis utraque manu se librabant, qui saltu se exercebant. Videtur plerisque aspirari oportere Halter. Vide Budæum.

Alterās Antiqui dicebant pro Aliàs. Festus.

Altercŏr caris, d. p. Concerto, contendo, jurgium cum aliquo habeo, & contra aliquem clamo [נפכח hiflîah רב rab. ἀμφισβητῶ, ἀντιλογέω, ἐρίζω. Gall. Debatre l'un contre l'autre, noiser, tanser l'un à l'autre. Ital. Contendere, contrastare. German. Haderen/ zancken/ balgen. Belg. Kijven. Hispan. contendar y porfiar con disputacion. Pol. Spieram, swarzisse. Vng. Vilongok, vizzalkodom. Angl. To chyd, to debate.] Cæsar Bell. civil. 3: Qua ex frequentia T. Labienus prodit, summissa oratione loqui de pace, atq; altercari cum Vatinio incipit. ¶ Dicitur & alterco. Terent. in Andr. Scio cum patre tuo altercasti dudum.

Altercātio, f. t. Concertatio, contentio, qualis erat inter actorem, & reum quando non perpetua oratione, sed intercisis jurgiis sese mutuò impetebant [ריב rib מצה massah ἀμφισβήτησις. Gall. Debat controverse criarie d'Avocats l'un contre l'autr. Ital. Altercatione, contesa di parole. Germ. Hader/ zanck. Hisp. Disputa contenciosa. Pol. Swar, spor. Vng. Vilongas, vezzálkodas. Angl. Chydyng, debate.] Cic. de Clar. Orat. Nulla est altercatio clamoribus unquam habita majoribus. Idē de Nat. deor. Oritur mihi magna de re altercatio cū Velleio. Liv. Altercatio inde, nō sermo fuit.

Altercātor, oris, m. t. Qui altercatur. [רב rab. ἐριστής, ἀμφισβητητής. Gall. Noisif debateur contre un autre. Ital. Chi contende parole. German Zancker/ haderer/ kempffer. Hispan Contendedor con porfia. Pol. Swarca, Zadyerca. Vngar. Vizzálkodo vilongo. Ang. Chider.] Quint. lib. 6. cap. 4. Bonus altercator vitio iracundiæ careat. Idem. Nec turbidus, & clamosus sit altercator.

Altercum, sive Altercangenum, Apud Arabes herba est, quæ à Græcis ὑοσκύαμος: id est, Faba porcina: à Latinis Apollinaris appellatur. Plin. lib. 25. c. 4.

Alternātim adverb. per vices. [חליפות chaliphóth. ἀμοιβαίως. Gall. L'un après l'autre, par fois. Ital. A vicenda, scambievolmente. Germ. Eins umbs ander/ abgewechsslet weiß nach. Belg. De een voor den ander. Hisp. Alas veces uno, alas vezes otro. Polon. Na odmiany. Vng. Kő ösleg. Angl. Course about.] Quadrig. Annal. lib. 3. Item gaudium, atq; ægritudinem alternarim sequi, Nonius.

Alternē, adverbium à nomine Alternus, Alternatim, alternis vicibus, ἐναλλάξ. Plin. lib. 11. c. 37: Supercilia homini & pariter, & alternè mobilia.

Alternūs, adiectivum, à nomine Alter: Quod fit alternatim, seu Alternis vicibus [חליפו chaliphó ἀμοιβαῖος, ἐναλλακτὸς. Gall. L'un apres l'autre. Ital. Uno doppo l'altro. Germ. Einer umb den anderen. Hisp. Alas vezes. Pol. Iedno prodru: im. Vng Eg; másit, vian valo. Ang Which is doneby course about.] Cicer. de Orat. Pedes aut Heroos, aut Choreos, aut alternos esse oportet. Virg. Ecl. 7: Alternis igitur contendere versibus ambo Cœpere. Alternis diebus, ἡμέραν παρ' ἡμέραν.

Alternīs, adverbium. Significat vicissim, Nunc unum, nunc aliud [חליפות chaliphóth. παραλλάξ, ἐν μέρει. Gall. L'un apres l'autre. Ital. Uno doppo l'altro. Germ. Jetz eins umb das ander/ abgewechsslet. Belg. Een bom bander. Hispan. Alas vezes un, y alas vezes otro. Vngar. Vizontag, Kőzőleg. Angl. Course a'out one after another.] Virg. Ecl. 3: Alternis dicetis amant alterna Camœnæ.

Alterno as, are, Vicissim alterum duorum ponere. [חלף hechelíph. ἀμείβω, ἐναλλάττω, παραλλάττω, ἐπαμφοτερίζω. Gall. Faire maintenant l'un maintenant l'autre, changer par fois. Ital. Alternare, scambiare. German. Ein umb das ander machen/ abwechsslen. Hisp. Dezir ò hazer à veces. Pol. Odmieniam, Ieden ratio tłu, j, ówo. Vngar. Vizontag szegrez kvol bmlbőzteiom. Angl. To change one after an other.] Col. lib. 5: Dabimus operam in ordinibus disponendis, ut pari ordine vernaculas & Aminias alternemus. Hinc Alternatio, per vicem successio.

Altero, as, pen. corr. Vario & quasi alterum facio. [חלף c'illiph. שנה ich an.. ἀλλοιῶ. Gall. Varier, faire autre. Ital. Alterare. Germ. Enderen/ anderst machen. Hisp. Mudar. Pol. Przemieniam. Vngar. Kvlöm osztelöm, valtoztatom. Ang. To alter to change.] Ovid. in Fast. Ille suam faciem transformat, & alterat alter.

Alterātio, ἀλλοίωσις, quam Philosophi definiunt esse progressionem ab una qualitate in alteram.

Alterplex, A veteribus pro duplici positum invenitur. Festus.

Altertam, pro Alterutra veteres posuerunt. Festus.

Alterŭtĕr, Alter ex duobus. [זה או זה zeh ò zeh. ἑκάτερος. Gall. L'un de vous qui qu'il soit. Ital. Ol' uno ò l' altro di due. German. Entweder er/ einer auß denen zweyen. Belg. Welcken ghy van tween. Hisp. El uno ò el otro de dos Polon. Ktorykolwiek z dwu. Vng. Kettő köz, valegy kvalamellik. Angl. The one of the two.] Cic. in Verr. Video necesse esse alterutrum Cæl. Cic. Pompeius dicitur valde pro Appio laborare, ut etiam putent alterutrum de filiis ad te missurum.

Alteru-

Alterutrinque, adverb. Videtur significare ab alterutra parte. [מפה ומפה mippoh ù mippóh ἑκατέρωθεν. Gall. *De deux costez.* Ital. *Da mendue le parti.* German. Von einem oder dem andern theil, oder jets ten. Hispan. *De una y otra parte.* Pol. *Zobu stron.* Vngar. *Akarmely felöl, mag, valamely felöl.* Angl. *From both the partes.*] Plin lib. 1. cap. 7: Eadem in causa alterutrinque modus est.

Althæa, [ἀλθαία, Suidæ. Gall. *Guimauve.* Ital. & Hispan. *Malvavisco.* Germ. Eibisch. Belg. Witten heemst. Pol. *Wielkoslaz.* Vng. *Fejér mályva.* Ang. *Awylde malowe.*] Alterutrum è malvarum generibus est sylvestre scilicet: cui grande folium, & radices candida. Virg. Hibiscum, vulgus autem Seplasiorum, *Bismalvam* vocat. ¶ Dicitur autem ἀλθαία ab ἀλθαίνειν: id est, mederi, quasi medicam dixeris.

Altimeter, à Geometris vocatur instrumentum quo metiuntur alta.

Altisonus, a, um. [גבוה שמע ghebarah ὑψηχής. Gall. *Qui sonne haut & clair ou d'enhaut.* Ital. *Chi fa gran suono.* Germ. Das da hoch / oder hell thönet. Hispan. *Que suenna alto.* Pol. *Glosny.* Vngar. *Hangos szavu.* Ang. *Which soundeth cleare or shrill.*] Quod ex alto sonat, poëticum est. Cic. 3. Tusc. Septum alt sono cardine templum. Idem 1. de Divin. Hic Iuvis altisono subitò pristina sarelles, &c.

Altitonans, pen. corr. [רועם ממרום rohem mimmarom ὑψιβρεμέτης. Gall. *Qui tonne d'en haut.* Ital. *altitonante.* German Der auß der höhe thönet oder donderet. Hispan *Lo que truena de alto.* Polon. *Z wysoka grzmiący.* Vngar. *Onnan felöl dörgö.* Angl *That thundereth frome above.*] Qui ex alto tonat. Cic. de Div. Nam pater altitonans stellanti nixus Olympo.

Altivolans penult. corr. Qui altum volat. [ὑψιπέτης. Gall. *Volant en haut.* Ital. *Altivolante.* Germ. Der hoch fleugt. Hisp. *Que vola che bolaa to.* Vngar. *Igön fel röpülö.* Ang. *Which fleeth high.*] Cic. de Div. at Romulus pulcher in alto Quærit Aventino, servat genus altivolantum.

Altivolus, a, um Idem. Plin lib. 10. cap 19: Sunt ferè omnes altivolæ, præter nocturnas.

Altor, oris. & Altrix Vide Alo.

Altrinsecus, [מפה ומפה mippoh ù mippoh ἑτέρωθεν. Gall. *De l'autre costé.* Ital. *Altronde.* Germ. Von der aussteren seiten. Belg. Van buiten. Hisp. *De la una à de la otra parte.* Pol. *Skiorey otwick strony.* Vng. *A' armely felöl, valamely felöl.* Angl. *Frome the other part.*] penult. corr. adverbium alter formatum, significat ab altera, vel ab utravis parte. Lactant lib. de Opificio: Aures duas, quarum duplicitas incredibile est quantum pulchritudinem præ se ferat, quòd cum pars utraq; similitudine ornata est tùm ut venientes altrinsecus voces faciliùs colligantur. ¶ Itē significat juxta alteram partem. Plaut. in Pseud. Assiste altrinsecus, atq; onera hunc maledictis. Idem in Rud. In ensiculo mei nomen patris, post altrinsecus est securicula, item aurea literata. ¶ Quandoq; in altiore parte Apul. l. 3: Tectum scandulare conscendit. quod altrinsecus ædium parte perflabili nudatum, ad omnes Orientales cæterosque aspectus pervium. Et lib. 5: Altrinsecus ædium nocte sublimi fabrica perfectè magis congesta gazis conspicit.

Altroversum, adverbium antiquum ex Alter, & Versus in. vel versus alteram partem. [ἑτέρωσε. Gall. *Vers l'autre part, vers l'autre costé.* Ital. *Verso altrove.* German. Gegen der andern seiten. Hisp. *De la otra parte.* Polon. *Przeciw o, z drugie strony.* Vng. *Más felé.* Angl. *Towardes the other part.*] Plaut. in Casin. Verùm autem altroversum quum eam meum rationem puto, eius esset maiorem postulatio.

Altus, ta, tum, quum est nomē significat idem quod sublimis, aut editus. [גבוה ghabóh רם ram עליון helion ὑψηλός. Gall. *Haut.* Ital. *Alto, profundo.* German Hoch oder tieff. Hisp. *Alto, à hondo, como el cielo ò el mar.* Polon. Wysoky, *Glēboky.* Vng. *Magas. (mély.* Ang. *Highe.*] Interdum etiam idem quod profundus, βαθύς: ut quum puteum altum aut mare altum dicimus. Quinetiam Altum ponitur pro ipso cœlo. Virgil 4. Aeneid Hæc ait. & Maia genitum demittit ab alto. ¶ Et pro ipso mari profundiore, & à terris remoto. Idem 1. Aeneid. Vix è conspectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti. Salust. Et piscatoria Scapha in altum navigat. ¶ Per translationem quoq; ponitur pro excellenti, glorioso. Virgil. 3. Aeneid. Te sine nil altum mens inchoat. ¶ Et pro magno Idem 12. Aeneid. Sic pater ille Deûm faciat, sic altus Apollo ¶ Transfertur & ad incorporea pro recondito seu profundo. Idem 9 Aeneid quid me alta silentia cogis Rumpere? Idem 1. Aeneid. manet alta mente repostum Iudicium Paridis

Altè, adverbium qualitatis, Excelsè, sublimè, profundè. [ὑψοῦ, βαθέως. Gall. *Hautement, en haut.* Ital. *Altamente, profundamente.* Germ. Höchlich / tieff. Hisp. *Alta o hondamente.* Pol. *Gl b cé, wysoce.* Vngar. *Magassan, fen, mélyen.* Angl *Highlie, deeplie.*] Virg. 6. Aeneid. Ergo altè vestiga oculis. Liv 1. ab Vrb. Ferrum haud altè in corpus descendit.

Altissimè, Superlativus. [Vngar *Igen magassan, méllyen.*] Suetonius in Aug. Cùm altissimè evolasset.

Altius, comparativum. Cic. 2. de Divin. Quum terra araretur, & sulcus altiùs esset impressus.

Altiusculus, paulò altior. [Vngar. *Magassotskáb.*] Suetonius in Augusto: Calceamentis altiusculis usus est, ut procerior quàm erat, videretur.

Altitudo, f. Excelsitas, profunditas [גובה *lobah* מרום marom. ὕψος, βάθος. Gall *Hautesse, hauteur.* Ital. *Altitudine, altezza, profondità.* German Höhe / tieffe. Hispan. *Altezza, dignidad, hondura.* Polon. *Wysokość, Głębokość, wzb.* Vng *Magasság. (Mélység.* Ang *Highnesse, deepnesse.*] Cic. de Offic. Demoliri ædes, quacum altitudo officeret auspiciis. Plin. l. 10. c. 33: Merops nidificat in specu, sex pedum defossa altitudine. Cicer. 7. Verr. Totum opus est ex saxo in mirandam altitudinem depresso. ¶ Altitudo animi, perè idem significat quod magnitudo animi. Cic 2. Offic. In liberis verò populis, & in iuris æquabilitate. exercēda est etiam facilitas & altitudo animi quæ dicitur. Idem in Partit. Altitudo animi in capiendis incommodis.

Alveus, penult. corr. [נחל nächal ושבלת ibbäleth. αὐλών. Gall. *Canal, auge.* Ital. *Canale ò letto del fiume.* German. Die furt einer wassers / der graben in dem das wasser herein fleust. Belg. Die Grote ven da er in die vlort loopt. Hispan. *La madre o valle por donde corre el rio.* Polon. *Przelop row ktorim wode mieda.* Vngar *Folyonizérka, partja.* Ang *The channel of a river.*] Propriè dicitur fossa, per quam fluvius defluit. Virgil. Assuetæ ripis volucres, & fluminis alveo. ¶ Ad ejus similitudinem etiam vas quoddam amplum in balneis hoc nomine appellatur. Cic. pro Cæl. Ex quibus requiram, quomodo latuerint, alveóne ille, an equus Trojanus fuerit ¶ Item tabula lusoria ad aleam & latrunculorum ludum accommodata, Alveus dicitur. [Græcè ἀβάξ. Gal. *Tablier à jouer aux dames, damier.* Ital *Il tavoliere da giuoc ve a scacchi, tavole.* Germ. Bretspyl / Tafel. Hisp. *Tablero pa jugar.* Polon *Warcaby.* Vng. *Koczka tabla, verbüe tábla.* Angl. *An table to playe at theedames.*] Plin. M. Messalla Consul, pridie calend. Octobr. diem natalis surregit: transtulit alveum cum tesseris lusorium, è gemmis duabus latum pedes tres ¶ Sed & receptaculum, in quo apes mellificāt, Alveus dicitur, à mellis alimonia, ut Varro existimat. [Polon. Vngar. *Méh kosár kapu.*] Plin. lib. 11: Alveos ex cocnu spectatos esse: id est, apum alvearia. ¶ Alveus item pro ipsis apibus. Plin. lib 11 cap. 16 Feruntque societate fraudata alveos mori ¶ In hac significatione etiam Alvus dicitur. Varro de Re rust. Si ex alvo minùs frequenter exeunt. ¶ Aliquando pro navi, sive pro ipsius navigii receptaculo, ut apud Propertium: Aut quidnam fracta gaudes Neptune carina? Portabat sanctos alveus ille viros Liv. lib 41: Alveos informes raptim faciebant: id est, naviculas ¶ Declinatur & hoc alveum. Festus: Naustibulum alveum est, ad navis similitudinem factum.

Alveolus, & Alveolum, diminutiva sunt tabulà lusoria, quæ alio nomine dicitur Latrunculoria & Aleatoria à latrunculis & aleis. [ἀβάκιον, πινάκιον, ἀβάκιον Vng. *Koczka tabla.*] Cic de Finib. Aut alveolum poscere, aut quærere quempiam ludum. ¶ Est etiam Alveolus, vas ligneum concavum. Liv. 8 Bell. Pun. Secures, falces, alveolos, molas. Col lib 8. cap. 5: Totum ovorum numerum in alveolum ligneum conferat.

Alvearium rii, n. f. quod & alveare, & per apocopē Alvear, locus vel copia ipsa alveorum. [σμῆνος, κυψέλη. Gall. *Le rüsche à mouschès à miel, ou le lieu où ils sont.* Ital. *Vaso ò cola doue le avi edificano, & molte simile a e.* Germ. Ein ymmentorb / Binstock Belg. Byecorf. Hisp. *El colmenar.* Pol. *Pszczelnik.* Vngar. *Kaptar, méh kosar.* Ang. *A place wherbees do make honie, an beehive.*] Varr. lib. 3. de Re rust. Quæ maceriæ ad villam venationis causa clauduntur, & propter alvearia. Col. lib 9. cap. 11: Quum vetus alveare numero apium destituitur. Idem lib. 9. cap. 8 Eatum frequentiā apertis alvearibus consideremus

Alveatus, a, um. adjectivum. In alvei modum factus, cavatus. [κοιλώδης, σωληνώδης. Gall. *Cavé en façon d'un canal ou auge.* Ital. *Incavato in modo di al'uno canale.* German Das außgeholet ist wie ein känl. Hispan. *Cavado en manera de una canal.* Polon. *Wydlubany, wydrążony.* Vngar. *Ki vaiaitatot, mely.* Angl *Made in fashion of an channell.*] Cato cap 43: Sulcos, si locus aquosus erit, alveatos esse oportet

Alveolatus, a, um. κοιλωτός. Vitr lib. 3: Si enim ad libellam dirigetur, alveolatus oculo videbitur.

Alvini, Vide Alvus.

Alum. Auctore Plinio libro 18 cap. 6 Herbæ species est σύμφυτον πετραῖον, quæ in petris præcipuè nascitur, similis cunilæ bubulæ foliis parvis, ramis tribus aut quatuor à radice cacuminibus thymi, surculosum, odoratū, gustu dulce, radice lōga & rutila. Ruel. *Buglum* vulgò credit vocari. Alum Dioscoridi ἐχῖου ἀγρίου alum anguinum, vel sylvestre. [Vngar. *Nagy bagyma.*]

Alumen, penult. prod. n. t. Salsugo terræ ad crystalli colorem accedens, quam Græci ἀπὸ τοῦ στύφειν: hoc est ab adstringendo στυπτηρίαν vocaverunt. [נתר něther. Gall. *Alun.* Ital *Alume.* German. Alaun / alat. Belg. Aluyn. Hispan. *Alumbre.* Polon *Hałun.* Vngar. *Timsó.* Angl. *Alme.*] Tria hujus enumerantur genera, liquidum, rotundū, & scissile. Liquidum natura primum est: nam ex eo duæ reliquæ species concrescunt. Verùm hoc rarissimum est, quemadmodum & scissile. ¶ Invenitur tamen in Aegypto: lacti persimile. ¶ Alumen rotundum & globosum est, non tamen absolutè sphæricum (habet enim plurimos angulos) sed ad rotundam figuram nonnihil accedens. Hujus hodie maxima ad nos advehitur copia. Tertium genus aluminis est, quod Græci σχιστόν: hoc est, scissile vocant, eò quòd molle sit, & friabile in minimas partes. Hoe

quoque [illegible] [illegible]rum est. Nam quod seplasiarii pro eo suppo[illegible] [illegible], hodie Galli sua lingua vocant *Alun de plume*, A[illegible] [illegible] sed. Vide Plin. l. 35 c. 15 & ea, quæ infra aonota[illegible] [illegible] dictione AMIANTUS Dictū putatur à Lumine quòd lumen coloribus tingendis præstet.

Aluminatus, ta tum: [στυπτηριώδης. Gall *Mixtionné d'alun* Ital. *Mescolato d'alume.* German Das von alaun ist/ oder mit alaun vermischt Hispan *Lo que tiene alumbre* Polon. *Halunowaty.* Vngar. *Timsos* Ang. *Mixed with alme.*] ut, Aqua aluminata, quæ traosit per venas aluminis, apud Plin. lib 31. c. 6. ¶ Aluminosus, idem Plin. lib. 31. cap 3.

Alumnus, Alumnari, Vide ALO.

Alus. symphytum petræum, Dioscorides.

Alusiæ, specus sacer in Thalamo Thuriæ monte, ab Allusio proximo amne cognominatus, ut scribit Lucius Ianus Parrhasius in Claudianum.

Aluta, pen. prod. Pellis mollior, & ad calceos, & ad cætera opera facienda concinnata. [[illegible]. Gall. *Peau delice & molle, dequoy on fait gans, bourses, esguillettes & telles choses.* Ital. *Pelle mollicina & delicata.* German. Linde vnnd weiche fäll / zart leder. Belg. [illegible] Hispan. *Piel ya ò cuero bien adobado, y curtido.* Polon. *Skora [illegible].* Vngar *Lagy bör, [illegible].* Angl. *Tawed leather.*] Cæsar Bell. Gall. 3: Pelles pro velis, alutæq; tenuiter confectæ. ¶ Sumitur etiam quandoque pro sacco, seu marsupio. Iuvenal. Appositam nigræ Lunam subtexit alutæ.

Alutamen, & Alutamentum, A veteribus dicebatur opus ex concinnatis pellibus factum.

Alutarius. Coriarius: hoc est, pellium & corrium cōcinnator. [βυρσοδέψης. Gall. *Megissier, qui accoustre & appareille telles peaux.* Ital. *Quelche acconcia tal pelli.* Germ. Ein Weißgärber/ ein Lederbereiter. Belg. [illegible] Hispan. *Capatero de obra prima y polida.* Pol. *Bialoskornik Garbarz.* Vng. *Szygyarto, Timár.* Ang. *A tawer of leather.*] Plaut. Hic alutarius credo. Propriè tamen Alutarii tenuiorum pellium dicuntur: Coriarii, crassiorum.

Alutatio, quid sit, docet his verbis Pli. l. 33. c. 4: Aurum qui quærunt, ante omnia segullum tollunt, Ita vocatur indicium. Alveus, ubi id est arenæq; lavantur: atque ex eo quod residit, cōjectura capitur, invenitur aliquando in summa tellure protinus summa fœlicitate. Alutationem vocant, si & auro ea tellus subest. Vide in hunc locum Hermolaum Barbarum.

Alvus [בטן κοιλία. Gall. *Le ventre.* Ital. *Ventre.* Hisp. Der Bauch. Belg. Buyck. Hisp. *Vientre.* Polon. *Żywoth, brzuc.* Vngar. *Has.* Ang. *The bellie.*] Ab eluendo propriè dicitur, qua sordes effluunt, sive eluuntur Plin lib. 20: Pepones qui vocantur, refrigerant maximè in cibo, & emolliunt alvum ¶ Quandoque ponitur pro ventre qui apparet. Colum lib. 8. Nisi obesam ingluvie, atq; distentam in pabulis alvum demerserit. ¶ Item pro excrementis alvi Cels. l. 2 c 6, de indiciis mortis: Alvus quoque varia, pestifera est. Plin. lib. 21. c. 18: Lilii radices è mulso potæ, inutilem sanguinem cum alvo trahunt. ¶ Item Alvus, ubi apes mellificant, qui & alveus. Varro: Si ex alvo minus frequentes exeunt. ¶ Interdum vas cavatum, ubi quid reponitur. Olim erat tàm masculinum quàm fœmininum, hodie tantùm fœminini generis. Virgil. In latus, inq; ferit curvam compagibus alvum. Accius in Annalibus teste Nonio, in masculino ponere potuit. Alvus quàm frigidissimus. Sic multi alii, teste Prisciano lib. 6. Sed nunc obsoletum est.

Alviuus, qui & lyentericus, κοιλιακός à Græcis dictus, quòd alvo languescat. [Gall. *Maladif de ventre, qui a le flux de sentre ou dissenterie.* Ital. *infermo di ventre.* German. Bauchsiech / oder der welchs vnnd kranckheit des bauchs hat. Hisp. *El que tiene camaras.* Polon. *Biegunke maiacy.* Vngar. *Has fáius, az kinek az hasa meg yön.* Angl. *Which is sicke of the flixe.*] Plin. lib. 21. c. 27: Viocapervinca, alvinis imposita, multùm prodesse dicitur.

Alypon, ἄλυπον Dioscoridi. Vulgò, *Turbit di Levante*: est herba subrubra, latis festucis, foliis minutis, flore nigro, radice betæ non absimili.

Alysson, ἄλυσσον Dioscoridi, Frutex ex caule tantùm & foliis minoribus à rubia distans: [Pol. *Konopka.* Vngar. *Vad kendö.*] ut tradit Plin lib. 24. c. 11. Nomen habet ab eo, quòd solo conspectu rabiem curare credatur. Quidam eandem putant esse cū ea quam hodie *Rubiam minorem* vocamus, alii eam esse malunt, quæ Cannabis agrestis dicitur.

A ante M

Am, Præpositio Græca quæ nisi apud vetustissimos extra compositionem non reperitur, significatq; circum. Cato separavit, quum dixit, Am terminum. Verùm quando componitur cum dictione incipiente ab a, e, i, u, interponitur b, euphoniæ causa: ut, Ambages, Ambio, Ambesus, Ambigo, Amburbium, Ambarvalis Ambustus. Si verò cū c, h, f, q, mutatur m in n: ut Ancisus, Anhelo, Anfractus, Anquiro. Cum p, remanet integra: ut Amputo. ¶ In notis antiquorum, AM. amicus. AM. N. amicus noster. AM P. amabilis persona. AMS. amicus. AVR. aurum vel Aurelius. AMN. amantissimus. AM NT. AMN. amicus noster amantissimus. AMPHTR amphitheatrum.

Ama. f. p. avis nocturna, quę & strix, eadē fortè quę vespertilio. ¶ Ama etiam dicitur vas, ad fundendum vinum accommodum.

Amabilis, Amabilitas, Amabiliter, Amabo, Vide AMO.

Amalthea, cornu, ἀμαλθείας κέρας, idem quod copiæ cornu. Vtimur quoties affatim omnia superesse significamus. Translatum à fabula quæ variè narratur apud Autores. Quidam ad hunc modum narrant: Rhea Iovem enixa metu Saturni patris liberos recens natos devorare soliti, infantem in Creta occuluit, nutriendum à duabus Nymphis, Adrastea & Ida Melissei filiabus. Hæ nutricaverunt illum lacte cujusdam capræ, cui nomen erat Amalthea, quam Iupiter jam adultus ob acceptū beneficium in sydera retulit. Hujus alterum cornu nymphis nutricibus dedit, videlicet officii præmium, hanc adjiciens facultatem, ut quicquid optassent, id illis ex eo cornu largiter suppullularetur. Ovid. lib. 5. Fast. paulò diversiùs fabulam narrat: Nais Amalthea Cretea nobilis Ida, &c. Aliter narrat Diod. Sicul. lib. 4 cap. 5. Rursum aliter lib 6 cap. 2. Vide Strab. lib. 10. Philostratus Dionem Sophistam appellat Amaltheæ cornu velut omni genere virtutum expolitum. Plutarchus irridens paradoxa Stoicorum, qui suo sapienti tribuunt universa, divitias, libertatem, sanitatem, & regnum Qui Stoicam, *inquit*, acceperit Amaltheam.

Amalthea & Amaltheum, Cicero vocat Attici Bibliothecam, propter variam & magnam bonorum librorum copiam, quasi dicas Copiæ cornu. Cic. ad Att. lib. 1. 8. & lib eodem epist. 1 [illegible] ad finem: Velim ad me scribas cujusmodi sit Ἀμαλθεῖον tuum, quo ornatu, qua τοποθεσίᾳ: & quæ poëmata, quasque historias de Ἀμαλθείᾳ habes, ad me mittas. & lib. 2. epist. 16

Amando cas, Aliò mando, ablego, aliquò mitto, removeo. [שלח *schillach.* ἀποπέμπω, ἀποστέλλω, [illegible]. Gall. *Envoyer hors de chez soy, envoyer quelque part.* Ital. *Mandare altrove.* German. Anderswohin senden / hinweg schicken. Hispan. *Embiar de si* Polon. *Odsyłam.* Vng. *Elkuldöm, [illegible].* Ang. *To send away.*] Cic. pro Rosc. Amandavit hunc sic ut esset in agro, ac tantummodo aleretur ad villam, utcommodis omnibus careret. Idem pro domo sua ad Pont. Me expulso, Catone amandato.

Amandatio, onis, f. relegatio, rejectio. [שלוח *schillūach.* ἀποπομπή, [illegible]. Gall *Envoyer hors de chez soy, esloignement de soy.* Ital. *Il mandare lontano.* German. Ein hinweg schickung. Hisp *Embiada de si.* Pol. *Odesłanie.* Vng. *Elkuldés kónetegre bocsátás.* Angl. *Sending away.*] Cicer. pro Ros. Tamenne hæc atteota vita & rusticana, relegatio atque amandatio appellabitur?

Amandatus, a, um Gell. l. 12. c 1 Neq; multò minor amandati ad nutricem aliam filii, quàm morte amissi oblivio est.

Amans, Amanter, Vide AMO.

Amanuenses, Dicti sunt servi, quorum opera & manu in scribendo perinde ac scribarum utimur. Hi & A manu dicuntur. [סופר *sopher.* ὑπογραφεύς. Gall *Clercs qui servent à escrire, Secretaires.* Ital. *Servi che s'adopravano à scrivere.* Germ Diener so man zum schreiben braucht/ Substituten Belg. Afscrijver/ Substituyt oft Notario. Hisp. *Lo que scriven lo que otro dize* Pol. *Pisarczyk, sługa od pisania, sekretarz.* Vngar *Vendég iró, iró deák.* Angl. *Clerkes which serveth in writting, secret[illegible].*] Sueton. in Ner. Ne dispensatoribus quidem aut amanuensibus exceptis. Vide in A. ¶ Alius est servus qui dicitur Ad manum.

Amaracinum, n. f. ἀμαράκινον, penult. corr. sive sampsuchinū. [σαμψύχινον. Polon. *Olejek majeranowy.* Vngar. *Majoránna olay.*] Oleum seu unguentum, quod fit ex amaraco ad excalefaciendos emolliendosque nervos, ut Plin. scribit lib. 21. Lucretius: . postesque superbos Vngit amaracino, & foribus miser oscula figit Et iterum. Sicut amaracini blandum stratæque liquorem. Hujus unguenti nobilissimus odor locum fecit proverbio: Nihil cum amaracino sui: quod Aulus Gellius: extremo lucubrationum suarum capite eleganter torquet in quosdam ingenio pinguiore homines, & à Musarum sacris alienos, qui elegantiores literas, quas non assequuntur, miro supercilio contemnunt.

Amaranthus, m. f. [ἀμάραντος. Ger. Sammetblum/ tausentschön] Herba est spicam veriùs habens, quàm florem, eamque purpuream, ab immortalitate nomen trahens: unde, Immortales amaranthi, nunquam enim marcessit. Fitque ab α privativa particula, & μαραίνομαι, siccor, tabesco. Plin. lib. 21. cap. 8: Amarantho non dubiè vincimur. ¶ Est autem non φλὸξ sive φλόγινος, Theophrasti (ut quidam censent) sed πορφύρεος potiùs, quam purpuream transtulit idem Plin. lib. 21. c. 11. cui φλὸξ flammea est. [Gall. *Passevelours* vocant. Vng. *Bár ony virag.*]

Amarus. a, um. [מר מרור *mar meriri.* πικρός. Gall. *Amer.* Ital. *Amaro.* Ger. & Belg. Bitter Hisp. *Amargo* Pol. *Gorzki.* Vngar. *Keserü.* Ang. *Bitter.*] Quod contrarium est dulci. Virg. 3 Eclog. . & falices carpetis amaras. Plin. Esse debet gustu amarum. ¶ Translatè pro aspero. Virgil. 11 Aeneid. Hostis amare quid increpitas? Cicer. Attic. Amariorem me fecit senectus. Plaut. in Pseud non sine proverbii specie ait dulce & amarum pro lætis & tristibus amans adolescens de epistola amicæ: Dulce amarumque unà nunc misces mihi. Idem in eadem fabula: Dulcia atq; amara apud te sum eloquutus omnia.

Amaresco, ere, Amarum fieri. [מרר *marar.* πικραίνεσθαι. Gal *Devenir amer.* Ital *Divenir amaro.* Germ. Bitter werden Hispan *Amargar.* Pol. *Gorzknać.* Vng. *Meg keserödöm.* Angl. *To waxe bitter.*] Palladius: Amygdalus si rodatur, amarescit.

Amarico, as, pen corr. Amarum: id est, asperum facio, & quasi exacerbo. [πικραίνω. Germ. Verbitteren.] Augustinus: Ipsi amaricaverunt Deū, qui peccando in eam ægritudinē devenerunt.

Ama-

Amarissimè. [Vngar. Igen keseruen, keseruessen.] Suet. in Tiberio: Accusavit per literas amarissimè congestis etiam probris.

Amaritudo, f. t. & Amaror pro eodem accipiuntur: nam significant insuavitatem & asperitatem illam, quam Græci [illegible] vocant. [illegible] Gall. *Amertume.* Ital. *Amaritudine.* Germ. Bitterkeit. Hispan. *Amargura* vocant. Polon. *Gorzkość.* Vngar. *Keserüség.* Ang. *Bitternesse.*] quum scilicet lingua adeò detergitur, ut etiam exasperetur. Hujusmodi enim sapores amaros vocari, docet Plato in Timæo, & post eum Gal. l. 1. de Fac. Sim. med. Virg. 2. Georg. At sapor indicium faciet manifestus, & ora Tristia tentantum sensu torquebit amaror. Plin. lib. 11. c. 37: Ideò tantam habent amaritudinem, ut à canibus non attingantur. ❡ De voce Amaror vide Gellium.

Amarities, ei, f. quidem quod amaror: & per translationem accipitur pro sollicitudine & dolore. Catul. Multa satis lusi: non est dea nescia nostri, Quæ dulcem curis miscet amaritiem.

Amarulentus, valde amarus: [[illegible] *meriri. πικρός.* Gall. *Fort amer, plein d'amertume.* Ital. *Pieno di amaritudine.* German. Heftig bitter. Belg. Bitterachtich. Hisp. *Amargo.* Pol. *Nagbitszy.* Vngar. *Igen keserü.* Angl. *Very bitter.*] ut succus amarulentus. Per metaphoram ponitur pro animi dolore in invidiam, aut malevolentiam exacerbato. Gellius: Amarulentus ubi in maledicentissimum conscriptis.

Amasius, ἐραστής, vel Amasia ἐρωμένη Qui vel quæ amat vel amatur [[illegible] *hogib.* Gall. *Amoureux.* Ital. *Innamorato.* German. Ein Buler oder die geliebt wirdt. Hispan. *Enamorado.* Pol. *Miłośnik.* Vngar. *Szeretö.* Ang. *A paramour, he or she that loveth or is loved.*] Gell. l. 19. c. 9: Audite ac discite, nostros quoque antiquiores poëtas amasios ac venerios fuisse.

Amasso, pro Amavero, scripsit Laberius & Plautus in Mil.

Amatio. Amator, Amatorius. V. de Amo.

Amaurosis. [ἀμαύρωσις. German. Dunckelheit der Augen.] Latinè dicitur oculorum obscuritas, quum sine ullo evidenti vitio & citra dolorem, visus obscuratur: quod solet contingere ex obstructione nervi visivi.

Ambactus ambactus apud Ennium, inquit Festus, lingua Gallica significat servum. Cæs. l. 6. Bell. Gal. Eorum ut quisque est genere copiisq; amplissimus, ita plurimos circum se ambactus, clientesq; habet.

Ambāges, pen. prod. Significat verborum circuitus. [[illegible] περιλογία. Gall. *Propos ambigus, ambageux.* Ital. *Giro di parole, ambage.* Germ. Umbschweiffende red. Belg. Ommeghenen ende opighreden. Hisp. *Los rodeos de palabras.* Polon. *Krażenie mowy, wokrętny, owalanie.* Vng. *Kerengö beszéd, se kerengö zés.* Ang. *A compasse of wordes, deceitfull speach.*] Virgil. lib. 2. Georg. non hic te carmine ficto Atq; per ambages & longa exorsa tenebo. Veteres quoque ambagio dixerunt, de quo nomine Varr. l. 6. de ling. Lat. Ambagio, inquit, dicta ab eo quod ambit orationem.

Ambagiosus, a, um, Quod abundat ambagibus. [[illegible] περίπλοκος. Gall. *Plein d' obscurité & ambiguité.* Ital. *Pieno di giri.* Germ. Das viel umbschweiffig ist. Hisp. *Lleno de rodeos.* Pol. *Wykrętny, nistaczny.* Vng. *Kerengös, Tekergözös.* Angl. *Full of conceits and wordes.*] Gel. l. Neq; præcepta dicunt, sed lubrica & ambagiosa conjectatione nitentes inter falsa & vera.

Ambarvalis hostia, ab ambiendis arvis dicta, victimæ genus erat quotannis pro frugibus sacrificari solitum. Solebāt enim hujusmodi hostiis, antequam cæderentur, arva lustrari. Virgil. Terque novas circum fœlix eat hostia fruges. Festus tamen ab ambo videtur compositionem deducere dicens: Ambarvales hostiæ appellabātur, quæ pro arvis à duobus fratribus sacrificabantur. Huic autem sacrificio præfecti erant sacerdotes numero XII à Romulo primùm instituti, quos Fratres arvales vocabant, de quibus latius suo loco.

Ambarum, Odoramenti genus est, quod ab Aetio, recentioribusq; Græcis ἄμβαρ appellatur, quod teste Ruell. lib. 1. cap. 27. vulgò *Ambragrisea* vocatur.

Ambedo, ambedis, ambedi, ambedere. ex Am & Edo: id est, circumedere. [[illegible] *achal.* περιτρώγω. Gall. *Manger & ronger tout autour.* Ital. *Roder o mangiar tutt' intorno.* Germ. Umbessen / zu ringe umb nagen. Hispan. *Comer en derredor.* Pol. *Ogladuię, ogryzuię.* Vng. *Körniül ragom, körö skörnyül eleszem.* Angl. *To eat about, to gnawe about.*] Plaut. in Merc. Suæ uxoris dotem ambedisse: oppido mihi illud videri mirum, ut una illæc capra Vxoris simiæ dotem ambederit.

Ambesus, a, um, Circumquaque esus. [[illegible] *nerchal.* περιβεβρωμένος. Gall. *Rongé tout à l' entour.* Ital. *Roduto tutt' intorno.* German. Umbgessen / umbnaget. Hisp. *Comido en derredor.* Pol. *Ogryzony ogledany.* Vngar. *Körös környül el rágattatott.* Ang. *Eaten on all partes.*] Virg. 3. Aeneid. Quàm vos dira fames, nostræq; injuria cædis Ambesas subigat malis absumere mensas. ❡ Legitur & Ambest, tertia persona ab Ambedo, quemadmodum Est ab edo. Reliqua tēpora & personæ regulariter per tertiam verborum declinationem inflectuntur.

Ambegni, à veteribus bos & vervex appellabantur, quum ad eorum utraq; latera agni in sacrificium ducebantur. Festus. Apud Varronem ambiegni est. Ambiegna bos, inquit, est circum quam aliæ hostiæ constituuntur.

Ambidentes, f. t. Oves dictæ à veteribus inveniuntur, quæ in utraq; mandibula habeant dentes. Hæ & bidentes dicuntur. Author Festus.

Ambidexter, m. f. qui ita læva manu utitur ut dextra. [[illegible] *isch itt'r jadh jemino.* ἀμφιδέξιος, ἢ ἀμφοτεροδέξιος. Gall. *Gaucher & dextrier.* Ital. *Dritto & mancino.* Germ. Der die lincke hand als die rechte braucht. Belg. Die de slincke hant gheliick die rechte can ghebruycken / Die slinck en rechts is. Hisp. *Diestro de entrambas las manos.* Pol. *Lewa prawa reky mający jednaką.* Vng. *Az ky mindkét kezével egyaránt.* Angl. *He which is alyke able of the left hand as of the right.*

Ambifariam, bifariam. [Polon. *Zobu stron.* Vng. *Két képpen.*] Apuleius in Apologia: Item Zenonem illum antiquum, Velia oriundum, qui primus omnium dictionem solertissimo artificio ambifariam dissolveret.

Ambigna, f. p. dicebatur ovis, quæ cùm geminos pareret, de ipsis sacrificabatur.

Ambigo, gis, pen. corr. ex am & ago, propriè significat circumago, circumdo. [[illegible] *sabib* περιάγω.] August. Quibus muris ambigere. Vnde & Ambactus, & Ambages. ❡ Item Ambigere est dubitare. [[illegible] *pun* [illegible] *meatah.* ἀμφισβητέω, διστάζω. Gall. *Estre en doute, estre en different.* Ital. *Dubitare, stare in dubio.* Germ. Zweiffelen / in einem zweiffel stehn. Belg. Twijfelen. Hisp. *Dudar.* Pol. *Wątpię, obracam.* Vngar. *Kételkedem.* Ang. *To bring about, to doubt.*] ❡ Interdum ponitur pro litigare, & controversiam movere, ἀμφισβητεῖν. Terent. in Heaut. Simo & Crito, vicini nostri Hic ambigunt de finibus me cepere arbitrum. ❡ Ambigendi naturam habere. Cic. 3. de Orat. Omnis igitur res eandem habet naturam ambigendi, de qua quæri, & disceptari potest. Hic Ambigendi videtur accipi passivè. Non enim res ambigit, sed ambigitur & controvertitur.

Ambigitur, impersonale, disceptatur. Cic. 3. Verr. Si de hæreditate ambigitur.

Ambiguus, a, um, Dubium, quod in ambas agi partes potest. [[illegible] *talui* [illegible] *mabhch.* ἀμφίβολος. Gall. *Ambigu, douteux.* Ital. *Ambiguo, dubio.* Germ. Zweiffelhafftig. Belg. Twijfelachtich. Hisp. *Cosa dudosa a dos partes.* Polon. *Wątpliwy.* Vng. *Kétséges.* Angl. *Ambiguouse, doubtsome.*] Lib. 1. ad Heren. Ex ambiguo controversia nascitur, quum scriptum duas sententias aut plureis significat hoc modo: Tullius meus hæres Terentiæ uxori XXV. pōdo vasorum argenteorum dato quæ volet. Post mortem ejus preciosa vasa, & cælata magnificè petit mulier. Filius se, quæ ipse vellet, in triginta pondo ei debere dicit. Constitutio est legitima ex ambiguo. ❡ Habet etiam ambiguus nonnunquam genitivum, quemadmodum & dubius. Corn. Tacit. l. 1: Tiberium anceps cura distrahere, vine militum servum sui coercere, an inanem crudelitatem tempore vanescere sineret, ambiguus pudoris, ac metus reputabat.

Ambiguitas, f. t. dubia, anceps & incerta verborum potestas. [[illegible] *mesuchah* [illegible] *machaloketh.* ἀμφιβολία. Gall. *Ambiguité, doute.* Ital. *Ambiguità, dubiosità.* Germ. Zweiffelung / oder zweiffelhafftigkeit. Hisp. *Aquella duda de ambas partes.* Pol. *Wątpliwość, rozność słowa.* Vngar. *Kétolköhés, kétségös beszéd.* Angl. *Ambiguitie, doubtfulnesse.*] Cic. de Invent. 1: Sed nobis ambiguitate nominis videntur errare. Ambiguitas nominis est, quod Aequivocationem vocamus.

Ambiguè adverbium. Dubiè. [ἀμφιβόλως. Gal. *Ambiguement, douteusement.* Ital. *Dubbiosamente.* Germ. Zweiffelhafftigklich. Belg. Twijfelachtelick. Hispan. *Dudosamente.* Pol. *Rozno, wątpliwie.* Vng. *Kétségösen.* Ang. *Di, obi somelie.*] Cic. 3. Academ. Siquid ambiguè dictum sit.

Ambio, bis, ambivi, vel ambii, ambitum, pen. prod. ex am, & Eo, is, permutatione e in t. & b interposita, Vndique ringo, circumeo, concludo. [[illegible] *sabab* [illegible] *hikkiph.* κυκλόω, περιβάλλω. Gall. *Environner.* Ital. *Girare.* German. Umbgehn / umbgeben. Belg. Rontom gaen / omvangen. Hisp. *Rodear y cercar.* Polon. *Okkrażam, obtaczam, obwodzam.* Vng. *Környül veröm, Item, Körösnöm szeretöm.* Ang. *To compasse, to go about, to envir one.*] Virgil. 6. Aeneid Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis. Iulius Firmicus: Pompeii post tot triumphos ad Nili fluminis ripam cervices invictas & regias, & quas toties purpura triumphalis ambierat. ❡ Per translationem verò ambire ponitur pro blandiri, interpellare, περισσαίνειν, μνηστεύειν. Virgil. l. 4. quo nunc reginam ambire furentem Audeat affatu. ❡ Quoniam verò Romani, dum honores & magistratus quærerent, circumire singulos solebant, prensare dextras, rogareq; ut se suffragiis adjuvarēt: factum est ut Ambire capiatur pro honores quærere, σπουδαρχεῖν, φιλοτιμεῖσθαι. Cicer. 11. Phil. Quòd si comitia placet in senatu habere, petamus, ambiamus, tabula modò nova detur nobis, sicut populo data est. ❡ Interdum etiam significat simpliciter desiderare. Hiero. ad Damasum: Nihil aliud ambiunt, quàm ut authoritate cōmunionis nostræ fulti, treis hypostaseis cum antiquo sensu prædicent. August. libro 8. Confes. Quæso te, omnibus istis laboribus nostris quò ambimus pervenire, quid quærimus?

Ambitio, f. t. Circuitio. [[illegible] *mesab* περίοδος. Gall. *Environnement, ambition, appetit d' honneur.* Ital. *Aggirata, ambitione.* Germ. Umbgang oder umbgebung: *Item:* Ehrgeitzigkeit. Hispan. *Rodeo, Codicia de honras.* Pol. *Chciwość sławy.* Vngar. *Környül vénés.* Ang. *Going about, desire of honour, ambitione.*] Ambros. Sinus in quo Christus requiescit, nō corporis gremio preparatur, nec vestimentorū ambitione cōponitur, sed virtutū operatione colligitur. ❡ Sumitur & pro rerum magnarū, honorum & imperiorū scil. immoderata cupiditate [[illegible] *gaavah* [illegible] Vng. *Kevélység, kenélykenanság.*] Cic. 2. Tusc. Quid de nostris

ſtris ambitionibus, quid de cupiditate honorum loquar? Idem 1. Offic. Miſerrima eſt omnino ambitio, honorumq; cõtentio, φιλοτιμίαν Græci appellant. Ambitio etiam ſtudium conciliandæ gratiæ ſignificat. Cic. Ver. 4: Si abs te pater tuus iſtam rem alicujus amici rogatu, benignitate aut ambitione inductus petiiſſet &c. Idem ad Quint. Frat. præſertim quum mores ad nimiam lenitatem atq; ambitionem incubuerint. Et hinc ambitioſa decreta dicuntur, quæ ſunt in alicujus gratiam conceſſa, ab Vlpiano, L. 3. D. de minoribus.

Ambitioſus, Qui immoderatè appetit honores. [גבה לב gebah leb. φιλότιμος. Gall. ambitieux, qui brigue ou pourchaſſe honneur. Ital. Ambitioſo. Germ. Ehrgeitig/der nach ehren ſtellt. Belg. Eergierich. Hiſpan. Codicioſo de honras. Pol. Slawy pozadliwy, Slawy ſzukajacy. Vng. Tiztesseg kiuano, k..ily. Angl. Whiche deſyreth honnores greatly, ambitious.] Cic. in Saluſt. Si fortè fui in honoribus petendis nimis ambitioſus. Idem pro Flacco: Qui ita ambitioſus eſt, ut nos omnes quotidie perſalutet. ¶ Dicitur etiam ambitioſus, qui habitu, ſermone, vultu, denique modis omnibus miſericordiam captat. Quintil. libro 1: Non ſum ambitioſus in malis, nec lacrymarum cauſas augere volo: utinam eſſet ratio minuendi. Ovid. lib. 3. de Ponto: Sed tamen hoc factis adjunge prioribus unum, Pro noſtris ut ſis ambitioſa malis. ¶ In propria ſua ſignificatione ſignificat quod magni ambitus eſt, ſive multa ambiens. Plin. lib. 5. c. 15: Amnis amœnus, & quantum locorum ſitus patitur, ambitioſus.

Ambitiosē, Cic. ad Att. Petivit à me ut ejus orationem ne ambitioſe corrigerem. ¶ Ambitioſius. Idem in epiſt. fam. Quum in iſto genere multò etiam ambitioſiùs facere ſoleam, quàm honos meus & dignitas poſtulat.

Ambitor, ŏris, m. t. [Polon. Poſeł... Vng. Kéuano.] Lampridius in Alex. Severo: Ita & patronis authoribus damnatus ambitor eſt. De quodam loquitur, qui per ambitionem ad militiam aſpiraſſet.

Ambitūdo, ambitus. [περίοδος. Vng. Kerulés, kerengö.] Apuleius in Hermetis Aſclepio: Tempus autem quod definitur poteſt vel numero, vel alternatione, vel par alterius ambitudinem rediens æternum eſſe.

Ambitus, ta, tum, pen. prod. partic. Circumdatus. [κυκλούμενος. Pol. Obtoczon.] Ovid. 1. Metam. Juſſit & ambitæ circumdare littora terræ.

Ambitus, hujus, pen. corr. nomen, m. q. Propriè circuitus [סבוב ... περίοδος. Gall. Vn cercle, circuit ou tour. Ital. Giro. German. Umbgang/umbkreiß. Belg. Een ommeganc. Hiſpan. Rodeo. Pol. ... o'krażenie. Vngar. Kerengö, kerület. Angl. Compaſſing.] Cicer. de Univ. Quum ſe octo ambitus, confectis ſuis curſibus, ad idem caput retulerint. ¶ Ambitus ædium dicebatur locus inter ædificia relictus, pedum duorum & dimidiati: ab ambiendo dictus, quòd domũ ambiret, vel quòd per eum domus poſſet circũquaq; ambiri. Cic. in Top. Q. Scævola id eſſe ſolùm ambitus ædium dixit, quantum communis parietis tegendi cauſa tectum projiceretur. ¶ Et quoniam qui honores petebant, ſi virtuti aut meritu diffiderent, tribus circumire ſolebant, eaſq; aut largitionibus, aut pollicitis corrumpere, factũ eſt aut Ambitus ponatur pro crimine honoris malis artibus affectati: quod ſeveriſſimis apud Romanos legibus coercebatur. Cicer. 2. de Orat. Raro illud datur, ut poſſis libertatem ac benignitatem ab ambitu atque largitione ſejungere. Idem ad Quint. Fratr. Senatusconſultum factum eſt de ambitu in Afranii ſententiam. ¶ Capitur interdum pro captatione miſericordiæ, quum habitu, vultu, geſtu, & oratione, præſentium commiſerationem aucupamur. Quint. Si juvenis innocentiſſimus, Iudices, uti vellet ambitu triſtiſſimæ calamitatis, poterat allegare vobis amiſſam in oculis omnium cogitationum temeritatem: id eſt, miſericordiam captare ex commemoratione malorum. ¶ Eſt item Ambitus prolixior verborum circuitus ex colis: hoc eſt membris & commatibus conſtans. Græci περίοδον vocant. Cic. de Clar. Orat. Comprehenſio, & ambitus ille verborum, ſi ſic Periodon appellari placet. Idem in Orat. Arguti certique & circumſcripti verborum ambitus.

Amboth-ridion, ἀμβλωθρίδιον, Pharmacum abortum faciens.

Ambo, m. & n. ſ. & Ambæ, arum. Ex Græco ἄμφω videtur deductum, & nõ dicitur niſi de duobus, quæ præceſſerint. [שניהם ſchenehem. Gall. Tous deux enſemble. Ital. Amendue, l'vno & l'altro. German. Beydſampt. Hiſp. Dos juntos am...en numero. Pol. Obaiwa. Vng. Ketten. Angl. Both the two.] Plato & Ariſtoteles ambo Philoſophi. Terent. prol. And. Qui utramvis rectè norit ambas noverit. ¶ Vel cum hac dictione Duo: ut Vidi duos homines ambos mihi amicos. ¶ Vel quum de his loquimur, quæ tantummodò ſunt duo: ut, Perdidi ambos oculos, & ambas manus. Cicero 1. de Divin. Quorum amborum generum una ratio eſt. Ambabus manibus haurire, αὐτὴν ἀμφοτέραις, ſubaudi, χερσί. De iis dici conſuevit, qui ſummo conatu quippiam agunt. Itidem Ariſtoph. in Equitib. ¶ Accuſativum facit communiter ambos, ſed tamen reperitur etiam ambo in accuſativo, imitatione Græcorum: illi enim ἄμφω dicunt. Afranius in Pantaleo: Revocas non ambo ad prælium. Terent. And. Hem Charine ambo opportunè, vos volo. Maro Georg. 4. Verùm ubi ductores acie revocaveris ambo. Idem in Bucol. nam ſæpe ſenex ſpe carminis ambo Luſerat, Soſipater lib. 1.

Ambōnes, ἄμβωνες, ſive ἄμβωνες, Calycis genus. [Pol. wſielaka lupina. Vng. Ezues jaró pohár.] Vlpianus D. lib. 33. Tit. 7. libr. 13 Ambones calyces, trullæ: ubi tamen mendosè legitur ancones.

Ambrĭcēs, pen. cor. Sunt regulæ, quę tranſverſæ aſſeribus & tegulis interponuntur, ut inquit Feſtus. Vbi per aſſeres, cantherios etiam intelligimus. Imbrices verò tegulæ, quibus incurvis domus tegitur.

Ambrŏsĭa, [ἀμβροσία. German. Baſſitbuge et Belg. ...] Latinè immortalitas dicitur, ab α privativa, & βροτός, mortalis: vel quia mortales eam non comedunt, vel quia qui comederent, efficerentur immortales: ſed μ interponitur ob euphoniam. Fabulæ ferunt eſſe deorum cibum, nectarque potionem. Ex quo illud Martialis: Iuppiter ambroſia ſatur eſt, & nectare vivit. Cic. lib. 1. Tuſc. quæſt. Non enim Ambroſia deus, aut nectare, aut Iuventute pocula miniſtrante, lætari arbitror. ¶ Dioſcurides Ambroſiam ſcribit Romanis vocari Caprum ſylvaticum, aliis Botryn, aliis Apium ruſticum. Plinius herbam eſſe ſcribit odore non injucundo, vagi nominis, & circa varias herbas fluctuantem. ¶ Ambroſia alendus, proverbiali figura dicitur, qui eſt egregius & velut diis æquandus, quem ambroſia deorum cibo mereatur ali. Vſus eſt Cic. lib. 2. de Orat.

Ambrŏsĭus, ſia, ſium, adject. Pro immortali, divino, odorifero, fragranti. Virg. 1. Aeneid. Ambroſiæq; comæ divinum vertice odorem Spiravere.

Ambūbājæ [Germ. ...] Sunt (Porphyrione autore) mulieres vagæ, ac viles, quibus nomen ab ebrietate balbutientium verborum videtur eſſe inditum. Nonnulli Ambubaias, tibicinas Syriaca lingua putant dici. Horat. Ambubajarum collegia, &c.

Ambubēja, Herba eſt quam alii Ambugiam, alii Intubum agreſtem, & notiori nomine Cichorium appellant, [κιχώριον. German. Wegwarten/ Sonnenwirbel.]

Ambulācrum, Vide Ambulo.

Ambŭlo las, act. p. Eo, incedo, iter facio, inambulo deambulo. [הלך hal ch. βαδίζω, περιπατεῶ. Gall. Aller, cheminer, ſe pourmener. Ital. Andar, caminare paſſeggiare. German. Wandern/gehn/ſpatzieren. Belg. Wandelen. Hiſpan. Andar paſſearſe. Polon. Chodze. Vngar. Iarok. Ang. To go walk.] Cic. Attic. Si enim rectè ambulavit is, qui hanc epiſtolam tulit, in ipſum tuum diem incidit. Plin. lib. 10. cap. 66: Mures Aegyptii bipedes ambulant, ceu Alpini. ¶ Aliquando ambulare, eſt animi cauſa ſe exercere, περιπατεῖν. Plautus Abiit ambulatum: id eſt, Abiit ut ſe exerceat animi cauſa. Idem in Menæch. Convivę ambulant ante oſtium. ¶ Transfertur etiam ad alia: ut quum dicimus, Ambulare maria. Cic. 2 de Finib. Ambulant naves, Cato de Re ruſtic. Ambulans aves, Plin. lib. 10. c. 18. Ambulat hoc caput per omnes leges, Plin. lib. 10 c. 50. Hoc primum antiquis cœnarũ interdictis exceptum invenio jam lege C. Fannii. Et paulò poſt: Quod deinde caput tranſlatum per omnes leges ambulavit. Quaſi dicat, pervagatum eſt, utpote in legibus paſſim repetitum. ¶ Ambulari, paſſivum in 3. perſonis. Plin. lib. 23. c. 14. Si ſtatim bina ſtadia ambulentur. ¶ Hujus compoſita ſunt, Anteambulo, ante alios ambulo: à quo Anteambulones, προπομποί, dicti ſunt ſtipatores & ſatellites, qui honoris gratia comitãdo principem, ſolent præcedere. Suet. in Veſpaſ. Dum eum itidem per contumeliam anteambulonem ſcarres appellant. Martial. libr. 3: Sum comes ipſe tuus, tumidique anteambulo regis. Deambulo, vide alibi. Inambulo, ſpatior. Et propriè inambulare eſt Peripateticorum qui deambulantes diſputare conſueverunt. Obambulo, adverſus alios ambulo, & quaſi ambulanti oppono, aſcendo. Perambulo, per aliquid, ſive ad finẽ uſq; ambulo.

Ambŭlātĭo, f. t. [הליכה halichah. βάδισις, περίπατος. Gall. Aller, pourmenement. Ital. Spaſſegiamento. Germ. Wanderung/ ſpatzierung. Hiſp. Aquella obra de andar paſſeandoſe. Pol. Przechadzka. Vngar. Iaras. Angl. Walking going, pourmening.] ipſe actus eſt ambulandi. Cic. 5 de Finib. Conſtituimus inter nos, ut ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia. ¶ Eſt & locus ad ambulandum, & idem quod ambulacrum. Vitruv. lib. 5. cap. 9: circa theatra ſunt porticus & ambulationes. Cic. ad Quintil. fratr. epiſt. 17: Sed tamen ei nihil reſtabat, præter balnearia, & deambulationem & aviarium.

Ambŭlātĭuncŭla diminutivum: [μικρὸς καὶ ὀλίγος περίπατος. Gall. Petit pourmenoir. Ital. Paſſeggiamento picciolo. German. Ein gängle. Hiſp. Pequenno lugar para ſe paſſear. Polon. Przechadzeczka. Vnger. Iar..ka panaſkalás. Angl. A litle walking, or pourmening place.] Cic. ad Cæl. Cum una mehercule ambulatiuncula, cumq; uno ſermone noſtro omneis fructus provinciæ non confero.

Ambŭlātŏr, m. t. Qui huc, & illuc ambulat. [הלך holech. περιπατητικός. Gall. Qui aime à ſe pourmener, vn courreur. Ital. Caminatore. Germ. Wandler/ſpatzierer. Hiſpan. El que anda como paſſeandoſe. Polon. Tułacz, wſzędybył. Vngar. Iáro, kurtolo. Ang. That walketh hither and thither, a runner.] Colum. l. 3. c. 8: Villicus (ut ait Cato) ambulator eſſe non debet.

Ambŭlātrix, ἡ περίδρομος, Cato c. 134: Ad cœnam ne quò eat, néve ambulatrix ſiet.

Ambŭlātōrĭus, a, um, quod ambulat, quodq; moveri poteſt. [περιπατητικός, μεταφορητός. Gall. Qui ou ſait marcher & aller çà & là. Ital. Paſſeggiante, che paſſeggia. German. Das geht/ſpatziert oder bewegt wirdt. Hiſp. Coſa para andar. Pol. Włoczący ... Vngar. Iárható. Angl. Which walketh, or is moved hither and thither.] Turris ambulatoria, quæ rotis & machinis admovebatur muris, ad urbes oppugnandas, ut ſcribit Vegetius. Hirt. de bel. Alex. Quæque partes urbis inferiores.

riores erāt, has altissimis turribus denorum tabulatorum munierant: præterea ambulatorias totidam tabulatorum confecerant: Plin. lib. 21. c. 14: Operculum à tergo esse ambulatoriū. ¶ Ambulatorius interdum ponitur pro Mutabilis apud Iurisconsultos: ut quum voluntatem testatoris dicunt esse ambulatoriam usque ad mortem. Vt Vlpianus D. l. 34. Tit. 4. l. 4. Ambulatoria enim est voluntas defuncti. usque ad vitę extremum exitum. ¶ Ambulatoria legis potestas. i. sub alternatione concepta. Paulus D. lib. 23. Tit 4. 10: Erit ergo potestas legis ambulatoria, quia dotalis fuit obligatio.

Ambŭlācrum, pen. prod. Est locus ad ambulandum, ubi cōmodè ambulari potest animi causa. [פרין rahib פתיח vkim פרוזדור aulk. περίπατος. Gall. Pourmenoir, galerie, lieu à se pourmener. Ital. Loggia, cortile. Ger. Ein ort da man spatziert, Spatzierplatz. Hisp. El lugar para se passea. Pol. Miesce do przechadzky. Vng. Sétáló hely. Angl. A walking place, a galerie.] Festus: Ambulacra, ambulationes. Plinius: Tam fora atq; gymnasia, & pro suis externa porticibus ambulacra miremur.

Ambŭlātĭlis, Adject. περιπατητικός. Hinc ambulatiles funduli, Vitruvio lib. 10. c. 13.

Ambūrbĭālĕ, vel Ambūrbĭum, Sacrificii genus erat, quo civitas lustrabatur: ita dictum, quòd victima, antequam immolaretur, urbem ambibat: vnde & ipsæ victimæ Amburbiales dictæ sunt, eadem forma, qua hostiæ ambarvales, quæ circum arva ducebantur, antequam cæderentur ut fruges fœliciùs provenirent.

Ambūro, pen. prod. act. t. Circumuro. [חרך charách. περιφλέγω. Gall. Brusler autour, demi brusler. Ital. Brusciar d' ogni parte. Ger. Rings umb anbrennen. Hisp. Quemar en derredor. Polon. Okolicznie opalam. Vng. Mindenfel öl el égetöm. Ang. To burne about.] Plaut. in Epid. Nam ille quidem Vulcani irati est filius: quaquà tangit, omne amburit.

Ambūstŭs, sta, stum, Circumustus, adustus, non planè combustus. [חרוך charúch. περικεκαυμένος. Gall. Bruslé autour, ou à demi. Ital. Abbrusciato d' intorno, scottato. Germ. Umgebrennt. Hisp. Quemado al derredor. Pol. Oppalony, nadpalony. Vnga. Mindenfelöl égött. Angl. Half burnt, burnt about.] Cic. pro Domo sua: Qui deniq; ambustas fortunarum mearum reliquias suas domos comportari juberent. Plin. lib. 10. c. 33: Hirundinum pulli ad cinerem ambusti multis morbis medentur.

Ambūstĭo, onis, verbale, f. t. [יקוד jekódh. περίκαυσις. Gall. Brusleure, eschaudure. Ital. Scottatura, arsura. Ger. Ein Brandt. Hispan. Quemadura al derredor. Polon. Opparzenie, oppalenie przypalenie. Vng. Elégés. Angl. Burning.] Plin. lib. 23. cap. 4: Myrteum oleum medetur eruptionibus, & ambustionibus.

Amĕcum, & Amecam, Pro amico & amica antiqui dicebant. Laberius: In lacu Averno mulierum fuisse amecabundam scripsit. hoc est, Amantem.

Amĕlēs angŭlŭs, ἀμελὴς γωνία: id est, neglectus angulus, de eo dicebatur, q supinis & oscitabundus desidêret, nihil bonarum rerum tentans. Ajunt in Libya locū esse, qui ἀμελὴς γωνία: hoc est, securus angulus vulgò dictus sit: ob id fortasse, quòd neglectus & incultus jaceret, scriptū reperitur & ἀμελοῦς γωνία: id est, negligētis angulus. Recensent Zenodotus & Hesychius.

Amellă, Herba quæ nascitur juxta Mellā Galliæ fluviū, à quo nomen accepit. Amellus flos ejus. Vide Serv. in illud Virgil. 4. Geor. Est etiā flos in pratis cui nomē Amello Fecēre agricolę.

Amen, [אמן. ἀμήν. Vngar. Amen, vgy légyen] Dictio Hebræa, verè aut veritas: particula ad confirmandum aliquid. Deuter. 27. 16: Respondebitq; vniversus populus אמן Amen: id est, verè vel veritas erit hoc. Aquila interpretatus est Fideliter. Septuaginta, Fiat, quòd ea quæ suprà dicta sunt, vera sint.

Amēns, tis, om. t. Qui à mente sua discessit, mente motus, de statu mentis dejectus. [משגע meschughghâh. ἄνους. Gall. Insensé, hors du sens, forcené. Ital. Furioso, pazzo. Germ. Unsinnig, taub. Hisp. Sin seso. Pol. Glupi, szalony, bezrozumny. Angl. Mad, wood.] Cicer. 1. de Fin. An me tam amentem putas, ut apud imperitos isto modo loquar? Quidam Dementem ab Amēte ita distinguūt, quòd Demens sit, qui non cogitat quid agat, aut loquatur: Amens, qui prorsus insanit.

Amēntātus, a, um, Vide AMENTUM.

Amēntĭă. [שגעון schigghghabón. ἄνοια. Gall. Forcenement. Ital. Pazzia. Germ. Unsinnigkeit. Hispan. La perdida del seso ò la locura. Polo. Glupstwo, szalenstwo. Vng. Esztelen, bolond. Ang. Madnesse, woodnesse.] Ter. in And. Cur meam senectutem solicito hujus amentia? Cic. 3. Tusc. Nec minùs illud acutè, quod animi affectionem lumine mentis carentem nominaverunt amentiam, eandemq; dementiam.

Amēntum, n. s. Omne ligamen, veluti lorum quo media hasta religatur, ur jaci longiùs possit [עבות habóth, מיתר methár. ἀγκύλη, ὄχανον ἅμμα. Gall. Lien, corroye, comme dequoy on lie vn fouet, ou vn dard pour le ietter plus roide. Ital. Ogni sorte di legame. Germ. Ein jedes Band, ein Riem. Hispan. Amiento para tirar. Pol. Rzemień, ujęcie, jwiczy albo jnicy. Vngar. Ideg. Angl. A loope, a thong.] Silius lib. 14: hasta juvatur amento. ¶ Hinc Amentaræ soleæ, & Amentata jacula dicuntur. Cicero de Orator. Amentatas hastas ab alio accipere, easq; Oratoris viribus lacertisq; torquere metaphoricè dixit pro argumentis aliūde petitis, quasi telis, quibus utatur orator. ¶ Et Amentare apud Lucanum pro jacere, aut circundare, aut amento munire: jaculum amentavit habena. Videtur autem Amentum propriè ea ligamina significare, quæ infra mentem pertinent & pileū retinent, quæ dicuntur etiam offendires, quòd se mutuò offenderent, & convenirent: ita ut metaphora quadam, vel potiùs Synecdoche ad cætera ligaminum genera translatum sit. ¶ Amentum etiam cachryn roboris significat: Ruell. li. 1. c. 86. Hermol. in Plin. lib. 16. c. 8.

Amenia, Colum semen ulmi. Plin. Gamariam vocat.

Amĕrimnŏn. [ἀμέριμνον. Gal. Ioubarbe. Ital. Sempre viva. Germ. Hauswurtz. Hisp. Yerva puntera.] Herba est quæ alio nomine Aizoon majus appellatur. Author est Plin. l. 25. c. 23: Nomen habet ab eo quòd curam & solicitudinem levare putetur. ἀμέριμνος enim idem est quod solicitudinis expers.

Amĕrīnă, Species est salicis arboris, quę & Sabina appellatur. Plin. l. 24. c. 9: Amerinæ nigræ semen cum spuma argenti pari pondere psilothrum est.

Amĕs, amitis, m. t. [Germ. Stachel die man braucht den Garn damit auffzuspannen. Belg. Vogelers stock, oft garenstock. Pol. Tieszpiasznicza, lepem obwoczona. Vng. Madarász pózna. Ang. A perche for an halk.] Pertica aucupalis. Hor. in Epodo: Aut amite levi rara tendit retia. Pallad. l. 9. c. 12: Nunc in amitibus apparet aucupium noctuæ. Vide AMIS.

Amĕthystŭs. [אחלמה achlámah. ἀμέθυστος. German. Ein Amethyst: ist ein Edelgestein, bleich, hat vil farb. Belg. Amethist.] Gemma est diluto violæ colore, fulgore purpurę nō prorsus igneo, sed in vini colorem desinente: ita dicta ab α privativo, & verbo μεθύω, quod est inebrior: sive quòd ebrietati credatur resistere, ut Aristoteli cum Magis convenit: sive (ut Plinio placet) quòd usq; ad vini colorem accedens, prius quàm eum degustet, in violam desinat. Plin. lib. 37. cap. 9. quinque enumerat amethysti species, ex quibus palmam tribuit Indico. ¶ Amethystus quoque à nonnullis vocatur uvæ quædam species, virium tam infirmarum, ut nullo modo inebriet: unde Plin. l. 14. c. 2. eam sua ætate Inertitulam appellatam fuisse testatur. ¶ Ab Amethystus fit adjectivum Amethystinus, a, um, quod ex Amethysto constat, aut quod amethysti colorem refert. ¶ Item Amethystinatus, amethystino colore ornatus, sicut purpuratum dicimus veste purpurea exornatum. Marc. lib. 2. Hic quem videtis gregibus vagis lentum, Amethystinatus media qui secat septa.

Amĕthystĭzūntēs carbunculi, ἀμεθυστίζοντες ἄνθρακες, Optimum carbunculi genus, cujus extremus igniculus in Amethysti violam exit. Plin. l. 37. c. 7.

Amĭa, Piscis est Pelamidi similis, cujus incrementum singulis diebus intelligitur. Plin. l. 9. c. 15.

Amĭantŭs, ἀμίαντος, Lapis est friabilis in modum lanæ, alumini scissili adeò similis, ut pro eo à Seplasiariis supponatur. Vulgus Gallorum vocat Alumen plumeum, falsò existimans speciem esse aluminis. Ex hoc lapide tenuiores conficiunt ellychnia, propterea quòd ab igne non consumatur. Texitur quoque in vestes & mappas, quæ sordidatæ, igni purgantur. Differentur ab alumine scissili: quòd hoc aquæ innatet: amiantus autem mergatur. Gustu quoque dignoscitur: nam alumen scissile substātiæ tenuitate linguam mordicat, & tandem exulcerat; amiantus verò acrimoniæ omnis, mordacitatisque expers est. Ad hæc, Amiantus in ignem conjectus, perpetuò durat: alumen autem liquescit, bullasq; excitat.

Amĭcīnum, penul. prod. n. s. Vtris pediculus, ex quo vinum diffunditur. Festus.

Amĭcĭo, cis, pen. cor. Præteritum amicui & amixi, amictum, vestio, operio, &c. [עטה hatah. ἀμπίσχω. περιβάλλω. Gall. Vestir, affubler. Ital. Vestire. Germ. Bekleiden, anthun. Belg. Bekleeden. Hispan. Vestir. Pol. Okrywam, odziewam. Vng. Föl öltözöm, beöltözöm. Angl. To cloth.] Brutus in laudatione Appii Claudii: Quæ te tota prætexta amicuit. Varro aliter: Sceleris magister amixit. Vide Diomed. l. 1. Horatius: piper & quicquid chartis amicitur ineptis. Suet. in Vespas. Dum salutabatur, & calciabat ipse sese & amiciebat. Veteres amicibor dixerunt pro amiciar. Plautus: Subnixus alis me inserā, atq; amicibor gloriosè.

Amĭctōrĭum, n. s. Vestimentū puellare, cādidū, & subtilissimū, ex lino: [מעטפת mahatophâh כתנת בד chetóneth badh תעיף thahiph. ἀμπεχόνιον. Gall. Vn habit de fin lin seruant aux filles. Ital. Boccassino. Germ. Ein rein weiss vberkleid der Töchtern. Hispan. Vestidura de lino. Polon. Bialle odzenie panienskie, albo chustnocha. Vngar. Rokolia. Angl. A rayle for a woman.] de quo Martial. in distichis: Mammosas metuo, teneræ me trade puellæ, Vt possint niveo pectore lina frui.

Amĭctŭs, cta, ctum, particip. Idem quod vestitus. [עטוי hotih. ἀμφιεσμένος. Gall. Vestu, couvert. Ital. Vestito. Germ. Bekleidet, angethan. Hisp. Vestido. Pol. Odziany, przyobleczony. Vng. Felöltözteött. Ang. Cladde, clothed.] Cic. 2. Philip. Sedebat in rostris collega tuus amictus toga purpurea in sella aurea coronatus.

Amĭctŭs, us, m. q. [מעטה mahateh. ἐφεστρίς περιβολή, ἐπίβλημα, ἀμπεχόνη. Gall. Vestiment, habit. Ital. Sopravueste. Ger. Kleidung, vberkleid. Hisp. Vestidura. Pol. Odzienie, wierzchnia suknia. Vng. Ruha, öltözet. Angl. An clothing.] Vestis quæ supponitur aliis vestibus, quasi pallium. Cic. 1. Tusc. Mihi amictui est Scythicum tegmen. Tibullus: Frustra jam vestes, frustra mutantur amictus. ¶ Proverbiali figura dixit Catullus: Contra nos tela ista tua evitamus amictu: id est, facilè pepellimus, non secus quàm muscarum insultus.

Amĭcŭlum, n. s. Genus vestimenti, authore Festo: à circumiectu

dictum

...ctum. [... Gall. *Manteau.* Ital. *Manto.* Germ. Ein tuch das man vber andere anlegt. Hisp. *Cierta vestidura.* Pol. *Meták, plaszcz.* Vng. *Subicza, mente.* Angl. *A cloake.*] Cic. 2. de Divin. Visus est in somnis amicæ esse amictus amiculo. Valer. ... Detracto etiam Iovi Olympiaco magni ponderis aureo amiculo: iniectoque ei laneo pallio. ¶ Inde Amiculatus, amiculo indutus. Solinus cap. 65: Pars nudi, pars obscœna tantùm amiculati.

Amica, æ, f. p. Quã quis amat inhonestè. [... *rabiáh.* ἐρωμένη. Gall. *Amie, amoureuse.* Ital. *Amica, amorosa.* German. Ein Bul. Belg. Een boel/ een vrijster. Hisp. *Amiga.* Pol. *Gamratka.* Hispan. *Szerető.* Ang. *Alemmand.*] Horat. epist. 1: Vt nox longa quib. mentitur amica, diesq;. Terent. in Andr. Sive ista uxor, sive amica est, gravida è Pamphilo est.

Amicula, diminutivum ab amica. [τὸ ἑταιρίδιον. Gal. *Amiette petite amie.* Ital. *Amichetta.* Germ. Ein Bule. Hispan. *Pequenna amiga.* Polon. *Miłośnicka.* Vng. *Szeretőcske.* Ang. *A litle lemmande.*] Pli. Miseraceti à epistolas Romã, ad amiculã quãdã. Suet. in Calig. Quoties uxoris vel amiculæ collum exoscularetur.

Amicus, substantivum, Benevolus, necessarius, qui honesto amore aliquem complectitur, & indissolubili familiaritatis iure ei est conjunctus. Eius contrarium est Inimicus. [אוהב *ohéb.* ... *rehib.* φίλος. Gall. *Ami.* Ital. *Amico.* German. Ein Freund. Belg. Een Vriendt. Hisp. *Amigo.* Polon. *Przyiaciel.* Vng. *Barátom.* Ang. *A friend.*] Paul. Iurisc. Amicos appellare debemus, non levi notitia conjunctos, sed quibus fuerint iura cum patrefamilias, honestis familiaritatis quæsita rationibus. Interest autẽ inter amicum & amatorem: quòd amator venereè amat ad tempus: amicus verò honestè & in perpetuum. Deniq; ut Donatus tradit: Amicum, animi est: Amator corporis. Cic. 5. Verr. Poteristne Alba tuus antiquissimus non solùm amicus, verumetiam amator absolvere? ¶ Mores amici noveris, non oderis, φίλου τρόπους γίνωσκε, μισήσῃς δὲ μή. Porphyrion in Horat. hũc versum proverbialem fuisse ait: quo admonemur, in amicorum moribus quædam vitia dissimulanda sic, ut intelligantur quidem, sed tamen tolerentur, ne severior & oculatior in observandis amici malis subvertas amicitiam. ¶ Amicorum communia omnia, κοινὰ τὰ τῶν φίλων πάντα. Ex hoc proverbio Socrates colligebat, omnia bonorũ esse virorũ non secus quàm deorum. Deorum *inquit*, sunt omnia. Boni viri deorum sunt amici: & amicorum inter se communia sunt omnia. Bonorum igitur virorum sunt omnia. Refertur apud Euripid. in Oreste in Phœnic. & in Andromacha: Apud Terent. in Adelph. apud Cic. 1. Offic. & 1. de Leg. Citatur ab Aristot. lib. Moral. 8. & à Plat. de Leg. 5. ¶ Amicus certus in re incerta cernitur. M. Tull. in Lel. Senarium hunc ex Ennio citat proverbij specie. Quo significatum est amici fidem in rebus adversis explorari. ¶ Nihil homini amico opportuno amicius. Gratissimum officium quod præstatur in tempore: contrà intempestivum officium plerunque molestum esse solet. ¶ Viri infortunati procul amici, ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντος ἐκποδὼν φίλοι. Parœmia notat mores amicorum vulgarium, qui hirundinum ritu, pro ratione temporum advolant ac devolant. Advolant, ubi res secundæ: devolant, ingruente rerum tempestate. ¶ Felicitas multos habet amicos, εὐτυχία πολύφιλος. Notior est sententia, quàm ut requirat interpretem. ¶ Amicus magis necessarius quàm ignis & aqua, ἀναγκαιότερος πυρὸς καὶ ὕδατος ὁ φίλος. Hyperbole proverbialis, admonens neminem esse tàm divitem aut potentem, quin opus habeat amicorũ officiis. Ob idipsum Latini amicos necessarios vocant, ut amicitiam necessitudinem. Cic. hoc ad alludens ait in Lel. Hodieq; vulgus indoctum habet in ore quod est verissimum: Tolerabilius vivi sine pecunia quàm sine amicis. Novos parans amicos, ne obliviscere veterum, νέους φίλους ποιῶν, λήθου τῶν παλαιῶν μὴ ἐπιλανθάνου. Torqueri potest & ad mutua studia, ad quæ convenit nonnunquam respicere, etiam posteaquã diversæ te addixeris disciplinæ. Hermol. Barbar. in epist. quadam ad Picum Mirand. ¶ Mendico ne parentes quidem amici. Πτωχοῦ φίλοι οὐδ' οἱ γεννήτορες. Divitiæ conciliant amicos: paupertas nec illos habet amicos quos natura conjunxit. ¶ Vnus Deus, & plures amici, Εἷς θεός, καὶ πολλοὶ φίλοι. Hesiodo tamen non probatur πολυφιλία, neq; rursum ἀφιλία. ¶ Amicos tragœdos æmulatur, τοὺς ἑταίρους τραγῳδοὺς ἀγωνιᾷ, Suidas è Didymo citat, addẽs dici solitum de iis, qui sese accommodarent, & morum severitatem sumerent, ad æmulationem aliorum. Sumptum ab histrionibus. ¶ Amico amicus. Apollodorus in Phormione sic legit: φίλος ἐστὶ φίλων τοὺς φίλους. Sic Aristoph. apud Athenæum. Quadrabit in eos qui nullum officium refugiunt, modò gratum faciant amicis. ¶ Lingua amicus, ἀπὸ γλώττης φίλος, qui verbis ostendit, non re præstat beneficium. Aut qui non amat ex animo, sed benevolentiam oratione præ se fert. ¶ Cum amico non certandum æmulatione, Cum amico non certandum invidia, Cum amico & bene merito non est suscipiendum certamen, ne quid obscuretur amicitia propter æmulationem hujusmodi comitem contentionem. Id innuit Homer. in Odyss. θ: τίς ἂν φιλέοντι μάχοιτο: id est, - quis nanque benigno cum hospite pugnet? ¶ Pereant amici, dum unà inimici intereant. Versiculus refertur à Cic. in Orat. pro Deiotaro ut proverbio jactatus. Conveniet in illos, qui nec inimicis parcunt, nec amicis, modò quod impensè cupiunt, assequantur. Versus autem est immanis: cum humanitatis sit & inimicos multos sinere, ne lædat amicos. ¶ Neq; nullis sis amicus, neq; multis. Carmen illud Hesiodi, sicut & alia pleraq;, cessit in proverbium: Μηδὲ πολύξεινον, μηδ' ἄξεινον καλέεσθαι: id est, Nec multis, aut nec nulli dicaris amicus. Arist. lib. Moral. 9. tanquam proverbio jactatum citat, quòd prorsum citra ullius amici consuetudinem vivere, ferinum atq; injucundum esse videatur: rursum nec vehementer amare possumus simul multos, nec plucibus morem gerere. Diversa tamen sentit Cic. in Lelio, & Plutarch in Comment. περὶ πολυφιλίας. ¶ Vbi amici, ibi opes. Plaut. in Truculento: Verum est verbum, quod memoratur: Vbi amici, ibidẽ opes. Citatur & à Fabio proverbij vice, lib. Orator. Inst. 5. Sensus est, potiores esse amicos quàm pecuniam, & ad vitæ præsidium plus habere momenti amicos citra pecuniam, quàm absque amicis opes. Valeat amicus cum inimico, - ἐρρέτω φίλος σὺν ἐχθρῷ. Quadrat in eos qui toti ad se spectant, nec amici magis quàm inimici rationem habent, cujusmodi fertur Timon ille Misanthropos. ¶ Vsque ad ara amicus, μέχρι τοῦ βωμοῦ φίλος εἰμί. Hoc respondit Pericles amico cuipiam, qui eum rogaverat, ut in causa quadam falsam dejeraret. Admonet Adagium nonnunquam quo consulamus amicorum commodis, eorumq; voluntati morem geramus, fas videri paululùm à recto deflectere: verùm eatenus, ne propter hominem amicum numinis voluntatem violemus. Gell. Noct. Attic. libro 1. cap. 3. & Plut. in libello, περὶ δυσωπίας. ¶ Verbo tenus amicus, In eum qui simulat oratione benevolentiam, cæterùm longè diversa parans in animo, quadrabit illud ex Homer. Odyss. σ: θέλγε δ' ἔπεσσι μειλιχίοισι, νόος δέ οἱ ἄλλα μενοίνα: id est, - animum premollibus isti Lenibat dictis, at mens diversa parabat. ¶ Amicus, si cum re inanimata jungatur, significat utile, vel gratum. ut, Amicus pratis humor, Amica frugibus æstas. Virg. 2. Æneid. - tacitæ per amica silentia Lunæ. Vbi Servius: Sibi grata. Amica quies, hoc est, Grata, jucunda, placida. Ovidius. Amicior, comparat. Amicissimus, superlat.

Amicus, ca, cum, adiectivum, Benevolus, amicitia conjunctus. [אוהב *ohub* ידיד *jedidh* ... *réah.* φίλος. Gall. *Ami par amitié, agreable.* Ital. *Cosa ligata in amicitia.* Ger. lieb/ angenem/ mit freundschafft verbunden. Belg. Angenaem/ lief/ weert. Hisp. *Cosa amiga ò amigable.* Pol. *Stowarzyszony przez przyjazn.* Vng. *Ioakaróm, barátom.* Ang. *Freindfull.*] Cicero Attic. Mihi nemo est nec amicior, nec jucundior, nec charior Attica. Idem ad Quint. Fratr. Prætores habemus amicissimos. ¶ Iunctum cum re inanimata, significat utile, sive gratum: ut, Amicus patris humor, Amica frugibus æstas, Amicum plantis sydus. ¶ Si tibi amicum, nec mihi inimicum, Plato in Theeteto: ἀλλ' εἰ οὕτως Θεόδωρε σοὶ φίλον, οὐδ' ἐμοὶ ἐχθρόν, φασὶν παροιμιαζόμενοι: id est, si istud tibi amicũ, Theodote, nec mihi est inimicum. Vsus erit, quoties alienæ obsequimur voluntati.

Amiculus Diminutivũ ab Amicus. [Gal. *Petit ami.* Ital. *Amichetto.* Germ. Ein Freundlin. Hisp. *Pequenno amigo.* Pol. *Przyiaciełek.* Vnga. *Baratocskám.* Ang. *A litle le freind.*] Cic. 5. Verr. Decimus amiculus meus. Hor. in epist. Disce docendus adhuc quæ censet Amiculus, Amiculus dulcis, Catullus.

Amicè, adverbium, Benevolè, cum amore & benevolentia. [... *beahabah.* φιλικῶς, φιλοφρόνως. Gall. *En ami, amiable-ment.* Ital. *Amichevolmente.* Ger. Freundtlich. Belg. Vriendtelic. Hispan. *Amigablemente.* Vngar. *Barát szeretettel.* Ang. *Freindlie amiablie.*] Cic. in Lælio: Qui mihi tantum tribui dicis quantum ego nec agnosco, nec postulo, facis amicè. Idem de Finib. 1: Quos tu paulò antè, cùm memoriter, tùm etiam erga nos amicè, & benevolè collegisti. ¶ Amiciter adverb. pro Amicè. Plaut. Pers. Quia meo amico amiciter hanc commodicatis copiam Danunt, *&c.*

Amicabilis, le. [φίλιος. Gall. *D'ami, amiablement fait.* Ital. *Conveniente ad amico.* Germ. Das zur Freundschafft gehört. Hispan. *Cosa digna de amigo.* Polon. *Przyiaźni należący.* Vng. *Barátsághoz illendő.* Ang. *Pertening to a freind.*] Plaut. Mil. Vos modò porrò ut occepistis, operam date amicabilem: hoc est, quam dare debet amicus.

Amicarius, ab amica amicarius, amicosus, ut à charta, chartarius, chartosus, à lactuca, lactuarius, lactuosus, & culcitra, culcitrarius, culcitrosus. Diomedes Gramm. l. 1. [Vng. *Szerető.*]

Amico, as, are: Concilio, propitium reddo. [... *haihar.* φιλοποιέω, φιλόω. Gall. *Faire ami.* Ital. *Faire amico.* Ger. Freundt machen. Hisp. *Hazer amigo.* Pol. *Iednam, przyiaźn ci nie.* Vngar. *Meg barátkoztatom, bikelitöm.* Angl. *To make freind full or amiable.*] Stat. 3. Theb. At prior Aeclides solita prece numen amicat.

Amicitia, æ, f. p. Familiaris necessitudo, benevolentiæ conjunctio: [אהבה *ahabah* ידידות *jedhidhúth.* φιλία. Gall. *Amitié.* Angl. *Amicitia, amistà.* Ger. Freundtschafft. Belg. Vriendtschap. Hisp. *Amistad.* Polon. *Przyiaciełstwo miłość.* Vng. *Barátság.* Angl. *Freindshipe, amitie.*] ab Amicus, est studiorum omnium voluntatumq; cõsensus. Cic. in Lel. Est autem amicitia nihil aliud, nisi omnium divinarum, humanarumq; rerum cum benevolentia & charitate summa consensio. Eius contrarium est Inimicitia. Ennius: Amicitiam atque inimicitiam in fronte promptam gero. Sed in frequentiore usu inimicitiæ dicuntur plurali cantùm numero. ¶ Ollæ amicitia, χύτρας φιλία: & Fervet olla, vivit amicitia, ζῇ χύτρα, ζῇ φιλία, in amicos istos vulgares quadrabit, quos patina, non benevolentia conciliat. ¶ Amicitiæ personam detrahere, τὸ προσωπεῖον ἀφελεῖν τῆς φιλίας dicimur, quum aperte quæ sentimus animo, tùm facimus, tùm loquimur apud

pud amicos, & quicquid in pectore clausum est, id prae nobis ferimus. Vultus enim ab animo discrepans, persona verius est quàm vultus. ¶ Amicitia stabilium, felicitas temperantium, Aristot. Moral. Eadem. 7: Οἶδ' ὡς λέγει ἡ φιλία τῶν βεβαίων, ὥσπερ ἡ εὐδαιμονία τῶν αὐταρκῶν. Quo admonemur, Amicitiam quidem virtute (quae sola est stabilis, fortunaeq; ludibriis non obnoxia) conciliari oportere: felicitatem verò hominis non in facultatibus sitam esse (quae cupiditatem animi non explent, sed irritant) verùm in hoc ut suam quisque fortunam boni consulet. ¶ Amicitias immortales, inimicitias mortales esse oportet: T. Livius vice proverbii sumi refert lib. 10. de bell. Maced. & Asiatico. ¶ Multas amicitias silentium diremit: πολλὰς φιλίας ἀπροσηγορία διέλυσε. Admonet adagium assiduo convictu ac frequentibus alloquiis necessitudines ali, intermissione & absentia dissolvi. Meminit hujus adagii Arist. lib. Moral. 8.

Amila, flos apud Graecos authores, aliqui authumant esse Anthemidis: id est, chamemilae.

Amĭnaeum, Genus vitis: unde Aminaea uva, & Aminaeae vites. Virgil. Sunt & aminaeae vites firmissima vina. A' regione autem ita vocabantur: & Aminaei fuerunt, ubi nunc Falernum est, ut Macrobius testatur. Quod facit ut miser Servium tantú Grammaticum scripsisse Aminaeum dictum quasi sine minio: hoc est, sine rubore, quoniam natura album est. Alii Ammineum scribunt: geminato m, pen corr. Vnde & versum Virgilii suprà citatum sic restituerunt: Sunt etiam Ammineae vites, &c. Et ita est. Nam sine diphthongo esse scribendam penultimam etiam Beroaldus ex Ausonii versu in Columellam demonstrat: Solus qui Chium miscet & Ammineum.

Amistides lapis est, quē qui secū gestaverit, inebriari nō poterit.

Amis, itis, est lignum bifurcatum, per quod venatores expandunt retia, ad capiendas feras.

Ămĭtă, penult. corr. f. p. Theop. patris mei soror, quasi à me tertia sit, atque avia videri possit, vel quia à patre meo amata est. [πατράδελφη, ἡ πρὸς πατρὸς θεία. Gall. Tante du costé du pere. Ital. Zia. Germ. Des Vatters Schwister. Belg. Des Vaters suster. Hisp. La tia, hermana de mi padre. Pol. Ciotka. Vngar Atyám nenye. Angl. The fathers sister.] Nam plures sorores à fratribus, quàm fratres diligi solent, propter dissimilitudinem personarum, quae ideo minus dissentionis habent, quo minus aemulationis. Major amita dicebatur, avi & aviae amita, sicut & Major avunculus, avi & aviae avunculus. Livius: Adolescens inde se ad Ebutiam amitam contulit.

Ămĭcīnī. penult. prod. m. f. authore Nonio, dicuntur ii, quorū alter ex fratre, alter ex sorore est genitus [οἱ ἐκ τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ ἀδελφῆς ἀνεψιοί. Gall. Cousins germains, les fils du frere & de la sœur. Ital. Figliuoli di fratelli & sorelle, cugini germani. German. Geschwistrten kinder auff beyden seyten. Belg. Gesuster kinderen van eene Broeder ende suster. Hisp. Primos hijos de hermanos. Polon. Dzieci rodzonego brata y siostry. Vngar Két atyafiak, kinek egyik az bátyámtul mássik az néném tul születék. Ang. Brother and systers sonnes.] Duorum autem fratrum filii patrueles, sororum verò liberi Consobrini appellantur.

Ămitto, Dimitto, seu permitto. [ἀφίημι. Germ. Hinschicken/ gehen lassen.] Terent. Heaut. Nam si semel tuū animū intellexit, Priùs proditurū te tuā vitam & priùs pecuniam omnem, quàm abs te amitti filium, Hui &c. Sic Plaut. in Cap. ¶ Item amittere, significat perdere, & jacturam facere. [אבד ibbedh. ἀποβάλλω. Gall. Perdre. Ital. Perdere. Germ. Verlieren. Hisp. Perder. Pol. Tracę, gubię. Vng. Elvesztöm. Ang. To lese, to lose.] Salust. Iāpridem equidem nos vera rerum vocabula amisimus, quia bona aliena largiri liberalitas: malarum rerum audacia, fortitudo vocatur. ¶ Item ignoscere. Idem in Eunucho: Vnam hanc noxam amitte, si aliam admisero unquam, occidito. ¶ Itē adimere. Plautus in Asin. Cur ergo minitaris te tibi vitam esse amissurum.

Ămissĭo, Verbale, f. t. ἀποβολή, Rei alicujus privatio, & jactura. Cic. 3. de Finib. Amissio sensuū. Et in Pisonem: Amissio dignitatis. Ibidem: Oppidorum turpis amissio.

Ămmī, ioe, ἄμμι Dioscoridi. Herba est caule rotundo, fruticulis multis & exiguis, folio oblongo, angusto, per ambitum incisuris diviso, flore parvo & candido, umbella anethi, semine multo, exiliore quàm cuminum, gustu origanum prae se ferente, acri nimirum & subamaro, radice candida & capillosa, à nonnullis pipercula dicitur. Apud Plin. lib. 20. cap. ult. legitur genitivus Ammii, tāquā à nominativo Ammiū: Anethi, inquit, & foeniculi seminis, & anisi & ammii. Officinis vocatur Ameos.

Ammochrysus, Gemmae nomē, ἀμμόχρυσος. Plin. l. 37. c. 11: Arenarū similitudo est in ammochryso, velut auro arenis misto.

Ămmōdĭtēs, ἀμμοδύτης, Serpens est viperae similis arenosi coloris, unde nomen accepisse videtur. A' nonnullis Cenchrias dicitur, quòd caudam habeat duram instar milii. Aet. lib. 13. cap 25. ¶ Alii Ammoditem piscem esse volunt, fusi forma, ac longitudine, maxima parte album, suavem & elixū, & frixum. Arenis sese occultat, eruiturque à piscatoribus pala: aut in aestuariis calcando exertus excipitur sagenae, vel verticuli genere.

Ămmōnĭăcum, pen. corr. n. f. [ἀμμωνιακόν. Germ. Ein Baum/ darvon ein Gummi/ Ammoniacum genannt.] Est gutta sive lachryma ferulae in Libya nascentis, quae à Dioscoride Agasyllis, à Plinio Metopion appellatur. Nomen habet ab arenis, quas Graeci ἄμμους appellant, propterea quòd ab arbore sua destillans, in subjectas arenas decidat, atque in iis in grumos quosdam thuris more concrescat. aut certè ab Ammone Iove, qui in desertis Libyae in locis arenosis templū habebat, circa quod hoc ferulae genus praecipuè nascebatur. Plin. Ammoniaci lachrymam vocat. eo (opinor) consilio, nequis homonymia deceptus, Ammoniacum salem intelligeret, qui ab Ammoniaci gutta omnino est diversus. Vide Diosc. l. 3. Plin. l. 12. cap. 23.

Ămmōnĭăcūs sal, ἀμμωνιακὸν Dioscoridi. Terrae salsugo est in Libyae arenis crescente Luna effervescens, alumini scissili non dissimilis, glebis oblongis, venisque in longitudinem rectis. Invenitur potissimùm in tractu Cyrenaico, & juxta Iovis Ammonis templum, ubi ab accolis effoditur, terrae tumorem, veluti certissimum indicium, sequentibus. ¶ Ammoniaci igitur nomen sortitus est. aut ab arenis sub quibus invenitur, ab Ammonia regione Libyae, in qua Iupiter Ammon colebatur, circa quam praestantissimus erui perhibetur. Vide Plin. lib. 13. ca. 7. & Diosc. lib. 5. Hodie nativo, veroq; Ammoniaco sale caremus: nam qui à Seplasiariis nobis ostenditur, factitius est.

Ămmōnĭs cōrnū, ἄμμωνος κέρας, Gemma est aureo colore, arietini cornu effigiem repraesentans. quae somnia vera afferre perhibetur. Author Plin. lib. ult. cap. 10.

Ămmōnitrum, ἀμμόνιτρον, Massa est constans ex arena mollis trita, & tertia parte nitri: ex qua secocta fit nitrum purum & candidum. Plin lib. 36. cap. 26.

Ămmēnsēs. Amnium accolae. [παραποτάμιοι Gall. Ceux qui demeurent pres des rivieres. Ital. Quelli ch' habitano appresso i fiumi. Germ. Die bey den Bächen wohnen. Hisp. Moradores cerca del rio. Polon. Nad rzekamy mieszkaiący. Vngar. Folyé viz mellet lakók. Ang. which duelleth by rivers.]

Ămnēstĭă, f. p. [נשיה neschijiah. ἀμνηστία. Gall. Oubliance. Ital. Dimenticanza, oblio. Ger. Vergessung. Hisp. Olvidança. Pol. Zapomnienie krzywdy. Vngar. Az meg tes bosszúságrol el feledkezés. Angl. Forgetting, oblivion.] Cum accentu in penultima, Latinè praeteritorum in perpetuum oblivio dicitur, quasi lex oblivionis: ab ἀμνηστέω: id est, immemor fio, obliviscor. Cic 1. Phil. Ieci fundamenta pacis, Atheniensiumq; renovavi vetus exemplum, Graecum etiam verbum ἀμνηστίαν usurpavi, quod tum in sedādis discordiis usurpaverat civitas illa, atque omnem memoriam discordiarum perpetua oblivione delendam censui.

Ămnĭă, apud Euripidem interior pars vulvae.

Ămnis. [נהר nahar יאור jeór. ποταμός. Gall. Fleuve, riviere. Ital. Fiume. Germ. Ein fluss/ ein bach. Belg. Een vloet/ rivire. Hisp. El rio. Pol. Rzeka. Vng. Folyamat, folyo viz. Angl. A flude, a river.] Fluvius: ab Am, circum, & No, fluo. quoniam flexuosa meatu labitur: vel ab ambio. Omnia enim flumina circumeunt, ideoque cornuta pinguntur. Nec desunt, qui à Graeco ἀμνιὸς deduci malint, quod etiam Suidas fluvium interpretatur. Hinc etiam ἀμνισιάδας νύμφας à Callimacho dici putant, pro amnitis. Sic enim habet ille in Hymno Dianae: Δὸς δέ μοι ἀμφιπόλους ἀμνισίδας εἴκοσι νύμφας. Hoc est, Da mihi famulas Amnisidas viginti Nymphas. Verùm hoc potiùs deductum videtur ἀπὸ τοῦ ἀμνισοῦ, quod proprium nomē est fluvii in Creta. à Suide quoque commemoretum: quod etiam Callimachi interpres annotavit his verbis: ἀμνισὸς ποταμὸς Κρήτης, ἀφ' οὗ ἀμνισίδας, Κρητικάς: id est. Amnisus fluvius Cretae, à quo Amnisidas: hoc est, Creticas. Virgil. 1. Georg. Atque alius latum funda jam verberet amnem. Plin. lib. 20. cap. 32. Halcyones subeunt, & in amnes. ¶ Ponitur & pro torrente. Virg. 4. Aeneid. ruunt de montibus amnes.

Ămnĭcōlă, lae. [παραποτάμιος. Gall. Qui habite pres de riviere. Ital. Quello ch' habita appresso' i fiume. Germ. Der bey einem fluss wohnet. Hisp. El morador que mora cerca del rio. Pol. Nadrzeka mieszkaiący. Vng. Folyóviz mellet lako. Angl. Which dwelleth by a river.] Amnis accola. Ovid. 10. Metam. Amnicolaeq; simul salices. & aquatica lotos.

Ămnĭcūs, a, um, Significat fluviale: [ποτάμιος. Gall. De riviere. Ital. Di fiume. Germ. Das dro fluss oder bachs ist. Hisp. Cosa perteneciente al rio. Pol. Rzeczny y co należy do rzeki. Vng. Folyóvizi. Angl. Which belongeth to a river.] ut Stirps amnica, apud Apuleium. Plinius libro 3. capite 35: Insula in Sao Matubarrhis amicarum maxime.

Ămnĭgĕnūs, a, um, Auson. Amnigenos inter pisces dignandos.

Amnites, gemma est vitro similis, sed durior.

Ămo, amas, amare, Diligo, charum habeo, studio persequor, benevolentia complector, magno amore in aliquem sum. [אהב ahab חבב chabab φιλέω. Gall. Aimer. Ital. Amare. Germ. Liebhaben/ lieben. Hisp. Amar con affection. Pol. Miluwak. Vngar. Szeretem, szeretök. Angl. To love hartelie.] Cic Dolabellae: Quis erat, qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? tantum tamen accessit, ut mihi deniq; nunc amare videar, antè dilexisse. In eodem sensu idem Cicero ad filium: Sed tamen, ut scires eum non à me diligi solùm, verum etiam amari. Terentius tamen contrarium posuisse videtur, quum inquit: Non pol, quò plus quenquam amem, aut plus diligam, eò feci. Quòd si Amo absolutè ponatur, capitur pro Amore captus sum: hoc est, esse in amore. Plautus: Amat filius: certū est. ¶ Amat, itē pro Solet. Tacit. l. 4. Memoriae Drusi eadē quae in Germanicū decernuntur, plerisq; additis, ut fermè amat posterior adulatio. Tractū à Graecis, apud quos φιλεῖ, Solet interdū significat. ¶ Cōposita hujus verbi sunt Adamo, Deamo, Redamo, & Peramo.

A'mābŏ, [... Gall. *Pour Dieu mon amy, s'il vous plaist.* Ital. *Di gratia.* Germ. Ey lieber. Belg. *Lieve.* Hisp. *Por mi amor.* Pol. *Moy mwily prosze.* Vngar. *Kedvemert kerlek.* Angl. *I pray you, I beseik you.*] Interjectio blandientis, Comicis valde familiaris. Plaut. Noli, amabò, verberare lapidem, ne des manum. ¶ Quidam exponunt, Gratum erit. Gell. lib. 11: Amabo mi fili quiescas. ¶ Sæpe etiam habet adjunctum accusativum. Cic. ad Attic. Cura amabò te, Ciceronem nostrum.

A'māns, particip. Significat eum vel eam, qui vel quæ amat, pudicè vel impudicè [אוהב *ohéb* ... *chobeb.* ἐρῶν, ὁ ἐρῶν. Gall. *Amant, amoureux.* Ital. *Amante in amoreto.* Germ. Ein Liebhaber/ oder Liebhaberin/ Buler oder Bulerin. Hispan. *El que ame, amador.* Polon *Milosnik, albo milosnica.* Vng. *Szereto.* Vngar. *Loving, which loveth.*] Cicero: nihil difficile amanti puto. Amo autem, & semper amavi nimiùm studia & mores tuos. ¶ Cũ genitivo constructum, transit in nomen: ut, Amans quietis, φιλήσυχος. ¶ Interdum substantivè accipitur in eadem significatione, qua amator. ἐραστής. Ovid. 1. de Arte: Palleat omnis amans: color est hic aptus amanti.

A'māntĕr, adverbium. Significat benevolè, vel cum amore. [... *beahavah.* φιλικῶς. Gall. *Amoureusement, en amy.* Ital. *Amorevolmente.* Ger. Freundtlich/ mit liebe. Hisp. *Amorosa y amigablemente.* Polon. *Przyiacielskie.* Vnga. *Szerelmessen.* Angl. *Lovinglie.*] Cic. Attico: Valde hoc velim amanter diligenterque conficias. Plin. in Epist. Nos, ut amicos paternos, & amanter & modestè complectebatur.

A'măscо, veteres inchoativo modo dixerunt ab amo. [Vngar. *Szeretni kezdem.*] Diomed. Gram. li. 1. Itẽ ab amo veteres inchoativo dixerunt amasco, unde & amascos amatores dicebant.

A'măscŭs, id est, amator. [ἐραστής. Vnga. *Szereto.*] Diomed. Gram. lib. 4. & Plaut. in Truculento: Iucundulos amascos.

A'mătĭo, f. t. Amor Venereus. ἔρως. Plaut. in Pœnul. Acerba amatio est. Idem in Merc. Cum tua hac amica, cumq; amationibus.

A'mătŏr, m. t. [... *meahab.* ἐραστής. Gall. *Amoureux.* Ital. *Amatore.* Germ. Ein Liebhaber oder Buler. Hisp. *Amador.* Polo. *Miloscnik, milosnik.* Vng. *Szereto.* Angl. *A lover.*] & in bonam & in malam partem accipitur. In bonam. Cic. de Vniver. Qui sapientiæ amatorem se profitetur. Cicer. ad Attic. Bibliothecam tuam cave cuiquã despondeas, quanvis acrem amatorem inveneris. ¶ In malam: ut, Amator mulierum. Terent. in Evnuch. Amatores audieram esse mulierum eos maximos. Cic. 3. Tuscul. Aliud est esse amatorem, aliud amantem. ¶ Sunt qui ita distinguant inter Amatorem, & Amantem, ut Amator dicatur, qui multis se amoribus implicat, naturaque ad amandum est proclivis: Amans qui ex causa amat, etiamsi alioqui natura sua in amorem non admodum sit propensus. Amator item fingere potest: in amante nihil est simulati.

A'mătōrcŭlŭs, diminutivum, [ἐρωτύλος. Polon. *Milosniczek.* Vng. *Szeretocske.*] Nam quæ sedulò munditer nos habemus, vix ægrè amatorculos invenimus.

A'mătōrĭē, adverb. Quod est ad similitudinem amantis [ἐρωτικῶς. Gall. *Amoureusement, en amoureux.* Ital. *Amorosamente.* Ger. Liebhaberder weiß nach. Hisp. *Amorosa y amigablemente.* Polon. *Milosnie.* Vngar. *Szereto modgyara.* Angl. *Lovinglie, after the maner of lovers.*] Cic. 2. Phil. Erat enim amatoriè scripta epistola. ¶ Amatorien quoque nonnulli unam ex Musis esse voluerunt, quæ Græcis Erato dicitur, decepti nimirũ corrupto Ovidii versiculo ex Epist. Sapphus ad Phaonem, quem sic legunt: Vilis Amatorie, vilis mihi candida Clio. Quem Ovidii locum si quis propriùs expendat, facilè deprehendat, non de Erato & Clio esse intelligendum: sed de Amythone & Cydno Lesbiis mulierculis, quibus illa ad potentensam libidinem abutebatur. Subdit enim:-quas non fine crimine amavi. Quod, quàm rectè conveniat Musis virginibus, quivis facilè intelligat.

A'mătōrĭum, Quod ad amoris insaniam impellit, φίλτρον: ut amatorium poculum. Sic amatorium virus, apud Plin. l. 8. c. 22. & l. 13. c. 25. Quint. l. 7: An amatorium venenum sit nécne.

A'mătōrĭŭs, ria, rium, Quod ad amorem pertinet. ἐρωτικός. Cic. 3. Tusc. Anacreontis tota poësis est amatoria.

A'măbĭlĭs, le, Dignus amari, dulcis suavis [... *jedhidh.* ἐράσμιος. Gall. *Digne d'estre aimé, amiable.* Ital. *Amabile, degno d'esser amato.* Ger. Lieblich/ Das wirdig ist lieb zu haben. Belg. *Lieflick.* Hisp. *Digno de ser amado.* Pol. *Godni milosci, ...* Vngar. *Szerelemre melto.* Ang. *Worthie to be loued.*] Plaut. Compara labella labellis: bella es, atque amabilis. Cic. ad Attic. Filiolam tuam tibi jam Romæ jucundam esse gaudeo: eamque quam nunquam vidi, tamen & amo, & amabilem esse certò scio. Cujus contrarium est Inamabile. Mart. Inamabilis sciurus & frequens phoenix.

A'măbĭlĭtās, f. t. [... *jedhidhuth.* φιλότης, φιλοφροσύνη. Gall. *Amiablete.* Ital. *Amorevolezza.* Ger. Holdseligkeit. Hispan. *Amistad.* Polon. *Wdziecznosc, mie osc.* Vng. *Kedvesseg, szerelmeltosag.* Ang. *Amiablenesse, lovesomnesse.*] Morum comitas, formæve venustas, ad amorem alliciens. Plaut. in Stich. Si amabilitas tibi nostra placet, si tibi ambo accepti sumus. Idem in Pœn. Qui amabilitati animum addiceret.

A'măbĭlĭtĕr, adverb. [ἀγαπητικῶς. ἐρασμίως. Gall. *Amiablement.* Ital. *Amorevolmente.* Ger. Holdseligklich. Hisp. *Amigablamente.* Pol. *Przyiacielskie.* Vngar. *Szerelmessen.* Ang. *Amiablie.*] Ant. ad Cic. in Epist. ad Att. Sed mehercule si humaniter & sapienter, & amabiliter in me cogitare vis, facilem te profectò præbebis.

Amodo, cum accẽtu in antepen. significat posthac. [... Gall. *Doresnavant, cy apres.* Ital. *Da hora inanzi.* Ger. Von jetzan/ fürthin/ für auß. Belg. Van nu aan. Hispan. *Despues à adelante.*] Apul. Nemo me amodò tam manè egredientem solum videbit. ¶ Sive ab hoc tempore: ut in Evangelio: Si me cognovissetis & Patrem meum agnovissetis, & amodò cognoscetis eum.

A'mœbæŭs, m. f. ἀμοιβαῖος, in pen. cum æ, & in antepen. cum œ diphthongo, Genus carminis, in quo qui canunt, utuntur æquali numero versuum, & ita se habet ipsa responsio, ut aut majus, aut contrarium aliquid dicat, ut est apud Virg. in Buc. Ab Iove principium Musæ, Iovis omnia plena: ille colit terras, &c. Nomen deductum ἀπὸ τοῦ ἀμείβεσθαι, quod inter cætera significat alternis respondere.

A'mœno, nas, act. p. Delectatione afficio. [... *simmach* ... *heitib.* εὐφραίνω. Gal. *Delecter, recreer.* Ital. *Dilettare, aggradire.* Germ. Belustigen/ lustig machen anzusehen. Hispan. *Deleytar.* Pol. *Obweseliam.* Vngar. *Gyönyörködtetöm.* Ang. *To delyte, to recreate with pleasure.*] Cyprian. ad Don. Et dum in arbores & viteis, quas videmus delectante prospectu, oculos amœnamus, animam simul & auditui instruit, & pascitur obtutus.

A'mœnŭs, a, um, cum œ diphthongo, jucundus aspectu. [... *tob* ... *nahim.* ὡραῖος, ἀβρός. Gal. *Plaisant, recreatif.* Ital. *Ameno.* Germ. Lustig/ lieblich und hübsch anzusehen. Belg. *Lustig/ schoon/ lieflick.* Hispan. *Naturalemente delectabl.* Pol. *We soly d ... y do weirzenia.* Vngar. *Gyönyörüséges.* Ang. *Pleasant, delytesome.*] Componitur ab A: id est, sine, & munus, quòd sit res grata, vel sine fructu Vel (ut inquit Servius) à Mœnio, munio, vel fructũ capio. Vnde qui nihil præstant Immunes vocantur. Festus ab Amo derivat, quũ ait: Amœna loca dicuntur, quę ad se amanda alliciunt. Virg. 6 Aen. & amœna vireta Fortunatorum nemorum. Cic de Orat. Nec amœnũ nec salubrem locũ censeo. Idem Att. Prædiola nostra bellè ædificata & satis amœna.

A'mœnĭtās, f. t. jucunditas illa, quæ ex rebus amœnis percipitur. [... *nóhem.* τερπνότης, ψυχαγωγία. Gall. *Plaisance, recreation.* Ital. *Giocondità, piacevolezza.* Germ. Lustbarkeit. Hisp. *Deleyte.* Pol. *Wiesolosc.* Vng. *Gyönyörüseg.* Ang. *Plesantnesse, delytsomnesse.*] Cicer. 2. de Legib. Præsertim hoc tempore anni & amœnitatem & salubritatem hanc sequor. Plin. lib. 12. cap. 1: Gelidi fontis amœnitate.

A'mœnĭtĕr, adverb. pro Amœnè. ἀβρῶς, τερπνῶς. Gell. lib. 20. c. 7: Anianus Poëta in fundo suo, quẽ in agro Falisco possidebat, agitare erat solitus vindemiam hilarè atque amœniter.

A'mœnĭssĭmē. adverb. superl. [Vng. *Gyönyörüsegesben.*] Plin. Epist. lib. 4. Pomponin: habitare amœnissimè.

A'mōlĭŏr, liris, d. q. Ex A. & Molior. Amoveo, & propriè de iis dicitur, quæ cum magna difficultate submoventur. [... *hebhir* ... *hesir.* ἀποθέω, ἀπωθέω, ἀποστρέφομαι. Gall. *Chasser & oster de quelque lieu avec grande peine.* Ital. *Rimovere.* Ger. Dannen thun mit arbeit. Hisp. *Apartar, arredrar.* Polon. *Oddalam, odeycham.* Vng. *Elmozditom.* Ang. *To put or tak away with pane or difficultie.*] Plin. lib. 11. c. 10: Amoliuntur omnia è medio. ¶ Interdum ponitur pro Recedo. Terent. in Andr. Proinde hinc vos amolimini: nam mihi impedimento estis. ¶ Accipitur & pro refellere. Quint. lib. 3. cap. 13: Videndum etiam an simul nobis plura aggredienda, an amolienda singula.

A'mōlītĭo, nis, Verbale. Gell. lib. 12. cap. 1: Nam ubi infantis aliorsum dati facta ex oculis amolitio est, vigor ille maternæ flagrantiæ sensim ac paulatim restringuitur.

A'mōmĭs, pen. prod. ἀμωμίς. Herba est, teste Plinio, amomo similis, minus tamen venosa, & durior, minusque odorata.

A'mōmŭm, n. f. [ἄμωμον. Germ. Ein Baum wächst in Armenia/ den wilden Reben nicht ungleich/ hat ein guten geschmack/ und hat ein laub wie S. Johanns treubel.] penult. prod. Frutex est ligno se convolvens in racemi modum, flore ceu candidæ violæ, foliis vitis albæ similibus. ¶ Est autem triplex, Armeniacum, Medicum & Ponticum. Aetius scribit, amomum viribus esse acoro simile sed siccius (ξηρότερον) acorum, digestivum verò magis (πεπτικώτερον) amomum.

A'mŏr, m. t. [אהב *óheb.* ἔρως. Gall. *Amour.* Ital. *Amore.* Germ. Liebe. Hisp. *Amor.* Polon. *Milosc, ... milosna.* Vng. *Szerelem, szeretet.* Angl. *Loue.*] Plus est quàm benevolentia, licet plerunque pro eodem accipiantur. Ex amore enim nascitur benevolentia, sicut ostendit Cicer. Amor enim (ex quo amicitia nominata est) princeps est ad benevolentiam conjungendam. Differt autem Amor à Charitate: quòd Amor sit, Charitatis species. Ille ad omnes pertinet animantes, hæc ad homines tantùm. ¶ Est autem Amor (ut inquit August. lib. de Amicitia) animæ rationalis affectus, per quem ipsa aliquid cum desiderio quærit, & appetit ad fruendum, per quem & fruitur eo, & cum quadam suavitate interiori amplectitur. & conservat adeptum: ut, Amor quietis φιλησυχία. ¶ Amor singulari numero plerunq; honestus est: ut, Amor fraternus, Amor patris in filium. Cicero: Incensus summ amore incredibili virtutum tuarum. Potest tamen & in venereã partem accipi, & tunc (secundum Augustinum) cupiditas aut libido vocatur. Virg. Omne adeò genus in terris hominumq; ferarumq;, Et genus æquoreum, pecudes, pictæque volucres In furias ignemque ruunt: amor omnibus idem. ¶ Amor (*inquit Plautus*) melle & felle fœcundissimus est, gustu dulce dat, amarum ad satietatem usque aggerit. Amor formæ. (ait Seneca) rationis oblivio est, & insaniæ proximus, fœdum minimè cõveniens animæ sospiti vitiũ: turbat

turbat consilia, altos & generosos spiritus frangit, à magnis cogitationibus ad humillimas detrahit. ¶ Amores verò plerunque lascivi sunt. Cicero pro Cælio: Mulier amorum turpissimorum quotidie fœdera feriens. Idem 4. Tuscul. Atque horum omnium libidinosos amores esse videmus. ¶ Nonnunquam tamen etiam honestos amores dicimus. Idem libro primo Offic. Formam quidem ipsam, Marce fili, & tanquam faciem honesti vides, quæ si oculis cerneretur, admirabiles amores sui excitaret. ¶ Amor item pro cupidine (quem veteres Deum amoris esse putaverunt) accipi solet. Propert. Quicunque ille fuit puerum qui pinxit amorem.

Ămŏrābundus, Gell. lib. 11. cap. 9. Laberius mulierem amantem verbo inusitatius ficto amorabundam dixit.

Ămŏrgĭnē [ἀμοργίνη. Gall. *Pariatre* vocant. Ital. & Hisp. *Partetana, vetriola*. Pol. *Pomoy mely*. Vng. *Pőrisfű*.] Herba est quæ notiore nomine Helxine dicitur. Dioscor. lib. 4.

Ămŏvĕo, ves, pen. corr. act. s. Abigo, removeo. [סִפֵּר *hebr.* ἀπελαύνω. Gall. *Oster*. Ital. *Rimouere*. Germ. Hinweg thun / dannen treiben. Belg. Wech doin ofslagen. Hispan. *Quitar alguna cosa de otra*. Pol. *Oddalam, Odpedzam odpycham*. Vng. *El mozditom, el vitem*. Angl. *To put away, to rik away*.] Plaut. in Amph. per translationem dixit: Amovi è foribus maximam molestiam: id est, abegi, sive abire compuli: quia prius diverat. Abigam ego jam hunc venientem ab ædibus. Quo item modo Terent. in Adelph. usus est: Ego hunc amovebo. Cic. ad Attic. Et nebulonem illum, si quo pacto potes, ex istis locis amove. ¶ Amoveri in insulam: id est, Deportari vel relegari. Tacit. lib. 4. Annal. At P. Suillium amovendum in insulam censuit. ¶ Amovere, pro Auferre intervertere. Vlpian. in l. Rei pro Socio. lib. 17. Pandect. & alibi.

Ămōtĭo, ŏnis. Cic. lib. 2. de Finib. Augendæ voluptatis finis est doloris omnis amotio.

Ampeloprason, [ἀμπελόπρασον. Germ. Wildt lauch. Belg. Wild look. Pol. *Lug*. Vng. *Szőlőbeli mező pore*.] Herba est foliis porri, sed angustioribus, flore candido, radice bulbosa. Nascitur in vinetis, unde & nomen accepit. Vide Plin. lib. 24. c. 15. Vulgus *Porrum vinearum* vocat.

Ampelitis, dis, ἀμπελῖτις, Terra est bitumini similis, circa Seleuciam Syriæ nascens, qua rustici vites illinere solent, ad necandos vermiculos oculos illarum depascentes, quos Ipas, sive Scinipas vinitores appellant. ¶ Eadem & Pharmacitis, φαρμακῖτις dicitur quòd vitium morbo medeatur. De hac Dioscorid. lib. 5. & Gal. 9. Facult. Simpl. med.

Ampelodesmos, ἀμπελόδεσμος, Plin. lib. 37. cap. 23. Herba est, qua vites religari solent apud Siculos: qui quanvis salicibus abundent, quia tamen earum vincula duriuscula sunt, malunt eam ad rem ampelodesmo uti.

Ampelos melæna, ἄμπελος μέλαινα, Vitis nigra, herba est, foliis smilacis, sed maioribus claviculis quibusdam obvia quæque complectens. Semen habet racemosum, initio herbaceum, sed ubi maturuerit, nigrum. Radicem foris nigram, intus buxei coloris. Vitis nomen inde nacta videtur, quòd serpat in modum vitis, quodq; arbores, fruticesq; claviculis suis, velut pedamenta apprehendat. Nigræ autem cognomentum à radicis seminisq; nigredine videtur esse sortita.

Ămpĕlŏs, [ἄμπελος à Græcis dicitur quam nos *vitem* appellamus. German. Reben. Vng. *Szőlőtő*.

Ampelos leuce [ἄμπελος λευκή. Germ. Stickwurtz / Zaunrüben. Belg. Bryonie. Polon. *Przestęp*. Vng. *Földitök*.] Herba est, quæ aliis nominibus Bryonia, Psilothrum, & a Latinis Vitis alba dicitur. Vitis quidem, non quòd re vera sit vitis: sed quòd ad ejus similitudinem accedat: nam & sarmenta habet & folia, & capreolos, sativæ viti similia, omnia tamen hirsutiora. Alba verò, à radicis colore dicta putatur.

Ampelos agria. [ἄμπελος ἀγρία. German. Wilde Reben.] Labrusca: id est vitis agrestis. Plin. lib. 23. cap. 1.

Ămphēmĕrĭnŏs, ἀμφημερινὸς, Febris species est, quam quartanam exquisitam vocant medici. Fit ex pituita extra vasa putrescente.

Ămphĭbĭă. [ἀμφίβια. Germ. Ein thier das im Wasser und auff dem Land lebt. Pol. *Wodnoziemne zwierzęta*. Vng. *Oly állatok az kik mind vizben és szárazon egy aránt élnek*. Ang. *Beastis that liveth in two elements*.] Animalia tàm in terris quàm in aquis viventia. Amphibion Græci dicunt, quod est duplicis vitæ. Columel. lib. 9: Venio nunc ad aveis, quas Græci vocant ἀμφίβια, quia non tantùm terrestria, sed aquatilia quoque desiderant, ac ἀμφίβιοι, quod in ambobus elementis degant. Varr. 4. de ling. Lat. Græci ea quæ in aqua, & in terra possunt vivere, vocant *amphibia*. Hæc Cic. Ancipites bestias vocat lib. de Nat. Deor. 1: Bestiarum autem terrenæ sunt aliæ partim aquatiles, aliæ quasi ancipites, in vtraque sede viuentes.

Ămphĭbŏlĭă. ἀμφιβολία, Ambiguitas.

Ămphĭbŏlŏgĭă, ἀμφιβολογία, Dubium dictum, sermo dubiam sententiam indicans. Figura quæ fit vitio compositionis, quum in ambiguo posita est sententia. Et modò fit per duos accusativos à verbo infinito rectos: ut, Aio te Aeacida Romanos vincere posse. ¶ Modò per verbum commune: ut quum dicimus, Cato injustè criminatur: incertum est enim, an ipse ab alio criminetur, an ipse alium. ¶ Modò per participium: ut, Vide statuam auream hastam tenentem. Modò per homonyma: ut si quis dicat aciem, nec exprimat oculi, vel gladii, vel exercitus. Potest etiam fieri aliis modis.

Ămphĭbŏlŏn. ἀμφίβολον, Ambiguum dicitur, quasi utrinque percutiens, ἀπὸ τοῦ ἀμφὶ, καὶ βάλλειν.

Ămphĭbrăchŭs, ἀμφίβραχυς, penult. corr. Pes est ex prima & ultima brevibus, media producta: sic dictus, quòd in vtraque parte brevem habeat, ut Tĭmērĕ, Ab ἀμφὶ, utrinque, & βραχὺς, brevis. ¶ Huic opponitur Amphimacrus, qui brevem habet syllabam inter duas longas, ut Æquĭtās.

Ămphĭcaustĭs, ἀμφίκαυστις. Vng. *Hegyben termő árpa*.] Hordeum montanum, quod & ἀφὸν Græci vocant. Vide Ruell.

Ămphĭcyrtŏs. [ἀμφίκυρτος. Germ. Das zu beyden seiten bogechtig ist wie Hörner. Pol. *Kluka*. Vng. *Mind kétfelé meruabb, Homoru*.] à Græcis appellatur quod est utrinque declive & gibbosum. Hinc fit ut & Lunam ἀμφίκυρτον vocemus peculiari epitheto quum nondum semiplena est, circa decimum scilicet aut duodecimum à conjunctione diem: tunc enim cornua & convexitatem quandam oculis nostris exhibet. ¶ Est & Amphicyrton, lignum quoddam incurvum, quo onera gestari solent, non dissimile illi, quo mulieres quibusdam locis aquam gestant, æqualibus vtrinque situlis propendentibus.

Ămphĭmăcrŭs & Amphimacer, ἀμφίμακρος, pen. corr. pes ex tribus syllabis constans, prima & vltima longis, media correpta: Pāllĭdī. Sic dictus, quòd vtraque parte longam habeat syllabam. ἀμφὶ enim vtriusque sonat, & μακρὸς longum. Est autem contrarius Amphibracho.

Ămphĭmāllă. [אַדֶּרֶת שֵׂעָר *addéreth sehár*. ἀμφίμαλλα. Gall. *Habit velu de deux costez*. Ital. *Veste velosa da amendue le parti*. German Ein harechtig oder zottechtig Kleid zu beyden seyten. Hisp. *Vestidura vellosa de esto y fuera*. Pol. *Suknia czyniena futrem*. Vng. *Guba*. Ang. *A clothing rhough on both the sydes*.] Erant tunicæ gausapinæ, ex vtraq; parte pilos habentes, quæ & Gausaphia dicebantur. Plin. lib. 8. c. 48: Patris mei memoria cæpêre amphimalla nostra, sicut villosa etiam ventralia. Quæ verò ex altero tantùm latere villos habebant, Heteromalla dicebantur.

Ămphĭmaschălă. [ἀμφιμάσχαλον. Germ. Ein Rock so auff beyden seyten ermel hat.] Vestes erant liberorum, duas habentes manicas: Heteromaschala autem, quæ servorum vestes erant, unam tantùm habebant manicam. Vtraque nomen accepêrunt ab axillis, quæ à Græcis vocantur μασχάλαι.

Ămphĭppī. ἀμφιπποι, Milites qui duobus equis in bello utuntur, & ex fesso in recentem transiliunt. Liv. lib. 2. Bell. Pun. Desultores vocat: & equi ipsi Desultorii appellantur.

Ămphĭsbænă, sive (ut aliis placet) Amphisibæna, ἀμφίσβαινα, ἀμφισίβαινα, Serpens est in Lybiæ desertis, duo habens capita: unde & circulatis tractibus creditur incedere. Lucan. lib. 9: Et gravis in geminum surgens caput amphisibæna.

Amphitane ἀμφιτάνη, Gemma quæ alio nomine dicitur Chrysocolla. Invenitur in ea Indiæ parte, in qua formicæ eruunt aurum, colore auri, figura quadrata, traditurque natura ejus eadem, quæ magnetis, nisi quòd aurum quoq; trahere dicatur. Hæc Plin. lib. 37. cap. 10.

Ămphĭtāpă, [אַדֶּרֶת שֵׂעָר *addéreth sehár*. ἀμφίταπος. Gall. *Habillemens velu de deux costez*. Ital. *Veste pelosa di amendue le parti*. German. Ein zottechtig / lockechtig Kleid oder decke zu b oden seyten / das vnden vnd oben zotten hat. Hisp. *Vestidura vellosa dentro y fuera*. Polon. *Gunia z obu stron kosmata*. Vng. *Guba, pihes raha, mind kivül be öl*. Ang. *A clothing, or garment rough on both the sydes*.] Athenæo, vestis genus utrinque villus habens. Varro: Alterum bene acceptum dormire sub amphitapa bene molli. Lucilius: Pluma, atque amphitapæ, & si quid aliud deliciarum. ¶ Vtitur hoc vocabulo Vlpianus in l. vestis D. de auro & arg. leg. Pen eodem etiam legimus Amphimallon.

Ămphĭthălămŭs. Cubiculi genus est, quasi duplex thalamus. Vitruv. lib. 6. cap. 9. Dextra & sinistra cubicula sunt collocata, quorum unũ thalamus, alterũ Amphitalamus dicitur.

Ămphĭthĕātrum, [ἀμφιθέατρον. Gall. *Amphitheatre*. Ital. *Ampitheatro*. German. Ein rund hauß der Schawspielen / ein rund Schawhauß. Belg. Rüeplatse / tanne. Polon. *Okrągły dom wyzwań do gruntu*. Vngar. *Iaték nézésre való hely, kerek grádicsos alaonok*. Angl. *A sort of round building*.] pen. prod. Aedificium erat rotundum, veluti ex duobus theatris (quæ hemicycli figura erant) cõpositũ, circũquaq; spectandi usum præbẽs. Martial. lib. 1: omnis Cæsareo cedat labor amphitheatro. Vide Cassiod.

Ămphĭthĕātrālĭs, de, Adject. ad amphitheatrum pertinens: ut, Ludi amphitheatrales: Amphitheatrale spectaculum. Plin. lib. 11. cap. 24.

Ămphĭthĕātrĭcă, charta, ita dicta à loco confecturæ, cui quartus locus tribuitur à Plin. lib. 13. c. 12.

Amphithetum. [ἀμφίθετον. Germ. Ein Duplet / ein hoch Trinckgeschirr. Polon. *Kredenc*. Vng. *Kétfelé való pohár, kinek mind két fel öl lába vagyon*.] Poculi genus est, quod utravis ex parte stare potest. Erasm. in Proverbiis, ex Hesychii sententia, credit esse poculum, quod ob magnitudinem ambabus tollitur & reponitur, quod genus Hollandi *bu en* vocant. Neq; absurdũ fortassis fuerit dicere, esse poculi genus circa mediũ, quum clausum est, ventricosum, utrinque basin habens cui insistat: quod si aperias, dividitur in duo æqualia pocula: in sese, claudas, coëuntia. Qua etiam forma salina fieri consueuerunt, & hac tempestate etiam pocula ex auro & argento fiunt. Quicquid id est, constat certè magnum fuisse poculum, quo uti solebant, quum strenuè potare volebant: unde mansit proverbium: Ex

amphithero bibisse: quum aliquem ad ebrietatem usque bibisse volumus indicare.

Amphŏră, f.p. [כד *chádo* ἀμφορεύς. Gall. *Vaisseau à vin tenant la moitié d'une mine.* Ital. *Anfora.* Germ. Ein Krug/ od ein Kanten mit zweyen Oren/ ein Weingeschirr/ helt ohngefehr ein Straßburger Ohm. Hispan *Cantara o arroua.* Pol. *Zbanek...* Vng. *Korso...* Angl *...of nyne gallons.*] pen. corr. Vasis vinarii genus, duas habens ansas: unde & nomen accepit, quòd scilicet ansis utrinq; apprehensis ferretur: ab ἀμφί & φέρω. Horat. in Arte: amphora cœpit Institui, currente rota cur urceus exit? Erat autem hoc vasis genus vino asservando in primis accommodatũ. Idem 3 Carm. Nec Læstrygonia Bacchus in amphora Languescit mihi. ¶ Erat præterea Amphora mensuræ genus, capiens congios octo: hoc est quadraginta octo sextarios. Alio nomine Quadrantal dicebatur, à mensuræ eius figura, quæ omni ex parte pedem habebat quadratum. Cic. pro Fonteio: Itaq; Titurium Tolosæ quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exegisse. Idem in Verrem: Iam non quæro, unde quadringentas amphoras mellis habueris.

Amphŏrālis, le. Quod est unius amphoræ capax. ἀμφορεύς. Plin. lib. 37. Idem Xenocrates author est, vas amphorale visum, & aliquiex India crystallinum sextariorum quatuor.

Amphorarius, [ἀμφορεαφόρος Vng. *Korso...*] Qui mercedis gratia amphoram portat. Et amphorarium vinum dicitur à Proculo l. ult. §. 1. D. de tritic. vin. & oleo, quòd è dolio in amphoras est diffusum.

Amphorteroplon, foenus nauticum est, quum fœnerator & commeatus & remeatus periculum suscepit, Heteroplon, quũ commeatus tantùm, nota: Budæus in l. nihil interest. de nauc. fœn. Vide Pollucem, ad Cujacium tit. de verb. oblig.

Ampĭrŭārĕ, Dicebatur præsul Saliorum, cùm in saltatione motus edebat, gyrumque aut saltum dederat, cui mox alii, qui in choro erant eodem gestu motus reddebant, quod redantruare dicebant. Hæc versus ille: Præsul ut ampiruat, sic vulgus redantruat ipsum.

Amplant, pro Amplificant, ex Nonio.

Amplectō, pro Amplector, vetustè dictum. Plaut. Extemplò amplectitote crura fustibus.

Amplector, cteris, Amplexus, d.c. Amplexu circumplico, complector. [חבק *habák* περιλαμβάνω, ἀσπάζομαι. Gall. *Embrasser.* Ital. *Abbracciare.* Germ. Umbfahen / umbfassen / umbgreiffen. Belg Omvangen/omgrypen. Hispan *Abraçar* Polon. *Obłapiam.* Vng. *Megölelöm, ...* Ang. *To embrace.*] Plaut in Cistellaria: Anus si amplexa est genua. ¶ Ponitur & pro diligere & amare. Eos enim amplecti solemus, quos vehementer amamus. Cic. epist. Fam. lib. 5. Libenter amplector talem animũ. ¶ Amplecti jus civile. Cic. 1. de Orat. Nec quod jus civile Crasse tam vehementer es amplexus. Hoc est, Quod tanto studio animum ad eam rem appulisti. ¶ Amplecti pro Complecti sive comprehendere. Virgil 2. Georg. Non ego cuncta meis amplecti versibus opto. Vbi Servius: Id est, Non sum universa dicturus. ¶ Amplecti aliquid pro Cognoscere & intelligere. Cic. 4. Verr. Verùm ut totum genus amplectamini judiciorum, priùs jura Siculorum, deinde istius instituta cognoscite.

Amplexŭs, us, ui, nomen, m.q. Ipse amplectendi actus. [חבוק *chibbúk*, περιπλοκή. Gall. *Embrassement.* Ital. *Abbracciamento.* Germ. Umbfahung Hisp. *Abraçamiento.* Pol. *Obłapienie.* Vng. *Megölelés.* Ang *Embracing.*] Cic. 1. de Divin. Puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu.

Amplexŏr, aris, d.p. περιπλέκομαι amplexari, Frequens amplector, vehementer diligo. [Vng. *Ölelgetöm.*] Cic. 2. Acad. Quas mirificè Plato amplexatus erat. Idem Epist. Inimicum meum sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fovebant, sic me præsente osculabantur: ut, *&c.* ¶ Amplexo vetustè pro Amplexor. Accius Alcmæone: Postremò amplexa: fructũ, quem dii dant, cape. Ex Nonio.

Amplŭs, a, um, Magnus, spatiosus, latè patens. [רחב *rahb* רב *ra chab.* Gall. πλατύς, εὐρύς. *Ample, spacieux.* Ital. *Ampio, spacioso.* Germ. Weit/ breit/ groß. Hisp *Ancho.* Pol. *Wielky, ...* Vngar *Bw.* Angl *Wyd, ample*] Ad Herennium: Loci præter modum amplivagas imagines reddunt. Virgil. 1. Aeneid. Voceemq; per ampla volutant Atria. ¶ Est item amplus, idẽ quod Græcis ἄξιος: hoc est, dignitate multa, & authoritate præditus. Cic. pro S. Roscio: Is mihi videtur amplissimus, qui sua virtute in altiorem locum pervenit. Idem de amicitia: Suosque omnes sese esse ampliores volebat.

Amplē adverbium, Copiosè, magnificè. [ברחב *berohb.* ἀξίως, πλατέως. Gall. *Amplement.* Ital. *Ampiamente* Germ. Herrlich/ gröblich. Hisp. *Anchamente.* Pol. *Szyro ...* Vng. *Bwuen.* Angl. *Amplie.*] Cic. 2. de Finib. Si ne hæc quidem satis amplè, satis ne stè dici putas. Idem 6. in Verrem: Exornat amplè, magnificeq; triclinium. ¶ Amplius, vide infrà. ¶ Amplissimè: ut, Amplissimè genere honores: hoc est, cum summa amplitudine & dignitate. Cic. 4. in Verr.

Ampliter Adverbium, pro amplè: Ampliter acceptus: hoc est, cum magno apparatu, & copia. Ampliter sumptum facere.

Ampliŭs, adverbium, significat Plus. [יותר *iothér* עוד *hodh.* πλεῖον, Gall. *Plus largement, d'avantage* Ital. *Piu.* Germ. Mehr/ witter. Belg. Verder/ oft meer. Hisp. *Mas.* Polon *Wiecey, dáley.* Vng. *Tób.* Angl *Moreouer.*] Et in hac significatione, nominativo, accusativo, & ablativo, conjungitur. Cicero in Verrem: Cùm eum Syracusis amplius centum cives Romani cognoscerent. Cæsar comment. lib. 5: Amplius octingentæ quæ uno erant tempore, à littore discesserant. Accusativo. Cicero in Verr. Qui cum amplius centum cives Rom. haberet ex conventu Syracusarum. Virg. 1. Aeneid. noctem non amplius unam. Ablativo. Cicero pro Roscio Comœd. Hoc nomen triennio amplius in adversariis relinquas. Cæsar: Milibus amplius quingentis in latitudinem patet. Genitivo conjunxit Hirtius 10 Comm. Amplius duorum milium terga vertebant. ¶ Ponitur etiam pro Præterea, sine Casu. Cicero de Aruspic. Responsis. Quid enim si illi inimicissimus esset, amplius ad eius laudem minuendam facere potuisset? ¶ Item aliquando pro deinceps, aut posthac, ut annotavit Sosipater. Lucilius Satyr. 1: Quo pacto populum atque urbem servare potis sit Amplius Romanam. Atq; inde verbum est Ampliare, in sequentes dies differre: de quo paulò post.

Ampliuscŭlŭs, paulò amplior. [Vng. *...*] Apuleius in Apologia: Quid enim faciat homo miser, ampliuscula fortuna devolutus.

Amplitūdo, f.t. ut Cic. lib. 2. de Invent. scribit. est potentiæ aut majestatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia. [רחב *rob.* ἀξίωμα, ἀξιοπρέπεια. Gall. *Longeur & largeur, majesté & dignité.* Ital. *Amplitudine, ampiezza* Ger. Größe/ herrligkeit/ groß mechtigkeit. Belg Grootmachtigheit/ groot herlichheit Hisp *Anchura larga.* Pol. *Zacznosc, wielkosc, moznosc.* Angl. *Dro kezdégség, nagyböség.* Angl. *Wydnesse, dignitie, largnesse.*] Idem ad Lentulum: Tuæ sapientiæ magnitudinisq; animi est, omnem amplitudinem, & dignitatẽ tuam in virtute, atq; in rebus gestis tuis, atque in tua gravitate positam existimare. ¶ Amplitudo corporis. Plin. in Epist. Nam meatus animæ qui illi propter amplitudinem corporis gravior & sonantior erat.

Amplivăgŭs, ga, gum, penultima correp πολύπλανος, πολύχυ-τος, Quod in amplum vagatur. Author ad Heren. lib. 4. Amplivagas imagines reddunt.

Amplio, plias, act. p. Augeo, protraho, dilato. [הרחיב *hirchib* הרבה *herbah.* πλατύνω, μεγύνω. Gall. *Amplier, accroistre, augmenter.* Ital *Ampliare, amplificare.* Germ. Weitern/ Großmachen. Belg. Wyt/ breet/ oft groot maken. Hisp. *Ensanchar ò estender.* Pol. *Mnoze, przyczyniam.* Vng. *Meg öregbitöm, el kelleitöm.* Angl. *To amplifie to augment, to mak wyde.*] Vt ampliare ætatis spatium Martial. lib. 10. Ampliare vires. Plinius lib. 23 cap. 2. Ampliare plagã. Celsus lib. 7. c. 5. ¶ Pertinet etiam hæc vox ad judicia, ut cùm reus ampliari dicitur: quod tum fiebat, quum judicibus causa non satis erat probata. Ad Heren. lib. 4: Nam quid fuit judices, quare in sententiis ferendis dubitaveris? aut justum hominem nefariam ampliaveris? Livius libro. 4. ab Vrbe cond. scribit: Posthumiam virginem Vestalem ampliatam, deinde absolutam pro collegii pontificum suisse sententia: hoc est, per ampliationem in secundam actionem interposita dilatione protractam, ut scilicet bis causam dicere posset. Romani enim judicia hoc modo peragebant. Nam ut statim sententia ferebatur à judicibus, si absolvendus esset reus: aut ampliùs pronuntiabatur, si causa obscurior esset: & tunc duabus hisce literis N. L. judices significabant sibi non liquere quid esset statuendum, causamq; denuò esse dicendam. ¶ Hinc ampliatio nascebatur, ἀναβολή, ὑπέρθεσις, quæ appellata videbatur, quasi ampliùs dicendi pronuntiatio. Quia qui ampliabatur, interposita dilatione, rursus ad agendam causam redibat. De hac ampliatione intelligit Cic. tertia in Verrem actione, quum ait: Etsi lex ampliandi faciat potestatẽ, tamen isti sibi turpe existiment non primò judicare. Differt autem ampliatio à Comperendinatione, quòd Ampliatio certum numerum actionum non habebat: Comperendinatio, iteratam actionem in tertium diem. Cicero in Verr. 2. Glaucia primus tulit, ut cõperendinaretur reus: antea vel judicari primò poterat, vel ampliùs pronuntiari. Deinde quod comperẽdinatio in diem perendinum duntaxat alteram actionem differebat. Ampliatio verò in tempus quod judicibus placebat. Tertiò, quòd comperendinatio necessaria fuit & lege constituta: Ampliatio verò in judicum potestate posita.

Ampliātio, vide in proximè præcedenti voce AMPLIO.

Amplĭfĭco, as, act. p. Augeo, amplum facio, dilato, multiplico. [הרבה *herbáh* הרחיב *hirchib.* αὔξω. Gall. *Amplifier, agrandir.* Ital. *Amplificare.* Germ. Groß machen/ Erweitteren. Hisp. *Mucho con varo ensanchar.* Pol *Rozmnazam, ...* Vng. *Megöregbitöm elzé bésitöm.* Angl. *To dilate, to mak wyd.*] Cic. 2. de Nat. deorum: Eamque facultatem amplificavit Academia. Idem 3. Tuscul. Nam attrectatu sævum amplificatis dolorem. Idem pro Domo sua. A populo semper sum defensus, amplificatus atque ornatus.

Amplĭfĭcātŏr, verbale, m. t. [מרבה *márbéh* מרחיב *marchib.* αὐξητής. Gall *Eslargisseur, agrandisseur* Ital. *Che aumenta.* Germann. Ein mehrer/ hinzuthüer/ der ein ding groß macht. Hisp. *Ensanchador.* Polon. *Krzyiaciel, przymnoziciel.* Vng. *Megöregbitő, ...* Ang. *An enlarger.*] Qui rem aliquam aut personam majorem aut ampliorem reddit. Idem 3. Tuscul. Pythagoras non solùm nominis inventor, sed etiam rerum ipsarum amplificator fuit.

Amplĭfĭ-

Amplificatio, onis, f. t. augmentatio. [מרבית marbith. αὔξησις. Gall. *Accroissement, amplification.* Ital. *Aumento, accrescimento.* Germ. Mehrung/ Grossmachung. Hispan. *Ensanchamiento.* Pol. *Rozmnożenie.* Vng. *Meg öregbités, meg bövités.* Ang. *Amplifying, enlarging.*] Cicero 1. Offic. Nec verò amplificatio rei familiaris, memini nocens, vituperanda est. ¶ Apud Rhetores autem Amplificatio (definiente Cicerone in Partitione) est gravior quædam affirmatio, quæ motu animorum conciliet in dicendo fidem.

Ampliatio, & comperendinatio, differunt omnino inter se: nec tamen, in quo planè differant, satis constat: qua de re recitabimus primùm Pædiani verba: deindè, quid sentiamus ipsi exponemus. Pædianus igitur sic: Ante Legem Glauciæ de comperendinatione, aut statim sententia dicebatur, si absolvendus esset reus: aut amplius pronunciabatur, si videretur esse damnandus, cùm dixissent judices: Non liquet: hoc est, obscura causa est: itaq; ea pars, interposita dilatione, dicebat, in cujus peroratione videbatur obscuritas: comperendinatio verò utriusq; partis recitatio est: & infrà subjungit hæc. Alii sic: Inter comperendinationem & ampliationem hoc interest quòd comperendinatio ex una tantùm re dabatur, cùm causam judex non intelligeret: & omnino, si videbatur, judicibus bona causa, absolvebant reum: si mala, non statim condemnabant, sed hac excusatione parcebant: nam cùm condemnandi nota esset C. litera, absolvendi A: ampliandi signum N. L dabant: quo significabant non liquere: unde ampliatio nascebatur: quibus ex verbis primum illud intelligitur, in ampliatione aut accusatorem solùm aut defensorem iterum causam egisse: deinde, etiam hoc constat, esse Ampliùs pronuntiatum, non cùm ambigeretur, absolvendus, aut condemnandus esset reus, sed cùm ita dilucidè pateret culpa, ut condemnandus omnino videretur: in quo tamen ut, quasi ad excusandam dilationem speciem aliquam dubitationis præ se ferrent, ampliandi in tabellis dabant N. L. tumque iterum dicebatis, vel pro reo, vel contra reum, qui, quod proposuerat, argumentis non satis probasse videretur. Quod ad primum attinet: etsi Pædiano, sicut debeo, tribuo plurimum: quæro tamen, verène senserit an secus: venit enim in mentem suspicari, ne quemadmodum in comperendinatione, sic in ampliatione ab utraque parte iterum acta causa sit, Livius enim lib. XLIII. causam de repetundis ex ampliatione utrinq; ait esse actam: idem ex iis verbis possum conjicere, quæ sunt apud Ciceronem lib. 1 in Verr. Quid ego nunc in altera actione Cn. Dolabellæ spiritus, quid hujus lachrymas, & concursationes proferam? vocat alteram actionem post ampliationem quod verbum spectare potiùs utramque partem, quàm alterutram, videtur: & Asconius ipse, non dubito quin idem senserit: subjungit enim hæc in suo commentario: Hic apparet, etiam in ampliatione sic altera dici, quemadmodum in comperendinatione. De illo altero cùm dixit, ampliationem fuisse non in causa dubia, sed in manifesta rei culpa, non ad causam meliùs cognoscendam, sed ad damnationem differendam: planè non assentior: nec tamen audeo dissentire: libenter enim existimaverim, Amplius esse pronuntiatum, cùm obscura causa esset, nec de absolutione, aut condemnatione satis liqueret: propterea que ampliùs requiri ad causam demonstrandam videretur: nam si ampliatio futuræ damnationis esset signum: quorsum, cùm de Philodamo esset, Amplius, pronuntiatum, tantopere Dolabella & Verres contendissent ut condemnaretur? num opera supervacanea fuisset? contenderunt autem, quia videbant posse fieri, ut absolveretur: quid? Pædianus ipse nonne contra suam sententiam loquitur? quasi enim oblitus ea quæ antè de ampliatione dixerat, hoc in loco ait: Mos veterum hic fuerat, ut, si absolvendus quis esset, statim absolveretur: si damnandus, statim damnaretur: si causa non esset idonea ad damnationem, absolvi tamen non posset, Amplius pronuntiaretur. Sed fortasse Pedianus excusari poterit, si tempora distinguantur hoc modo: ut ante Legem Glauciæ, ampliatio fuerit dilatæ condemnationis judicium, post Legem verò Glauciæ, obscuritatis, nec satis exploratæ sententiæ: utrunq; sanè duo Ciceronis loca, si quis attenderit, videntur ostendere. primùm, in judicio Philodami, de quo proximè dictum est ibi enim, dubium fuisse post damnationé eventum judicii, planè constat: deinde, cùm ea dixit in eodem libro: verùm ut opinor, Glaucia, primus tulit, ut comperendinaretur reus: antea vel judicari primò poterat, vel Amplius pronuntiari: utram igitur putas Legé molliorem? opinor illam veterem: qua vel citò absolvi, vel tardè condemnari licebat, nam hoc, Tardè condemnari, ad illud, quod proximè dixerat, refertur, Amplius pronuntiari: ut ampliatio nihil aliud, quàm tardam condemnationem significare videatur. Differt etiam in hoc à cõperendinatione ampliatio, quòd ampliatio tantùm à judicum arbitrio ac voluntate pendet: comperendinatio verò est illa quidem in judicibus posita, sed petente vel accusatore, vel defensore: nam nisi alteruter, aut uterque petiisset, nihil judices de comperendinãdo reo cogitassent: non potuisse autem comperendinationem in vitiis judicibus omitti, Pædianus docet, cum ait: Ideo testib. usum esse Ciceronem, ut, si posset, comperendinationem tolleret: sperabat enim Cicero, causa per testes patefacta, judicibusq; probata, futurum ut de tollenda comperẽdinatione à judicibus impetraret: ergo, tùm in judicib. tùm in accusatore ac defensore situm fuisse comperendinandi jus, verè dixi. Differebant etiam origine ampliatio, & comperendinatio: nam, vetustiorem fuisse ampliationem verba Ciceronis de Lege Glauciæ demonstrant: &, P. Licinio, C. Cassio coss. hoc est, multis ante primam de repetundis Legem annis, quàm à L. Pisone latam diximus, ampliatos esse reos in judicio repetundarum, apud Livium lib. XLIII, animadvertimus. Ex libro nostro de Legib. Romanis.

Amplustre, Vide APLVSTRE.

Ampron, onis, m. t. ἄμπρον, Latinè funiculus, qui per juga jumentorum tenditur: aut quo trahi ferrive solent à jumentis onera. Verbum autem ἀμπρεύειν propriè significat iter curru facere. Per abusionem verò translatum est ad veterina jumentaq;.

Ampulla, gemino l, Vasis genus ex vitro, aut alia materia, ad servandum oleum in balneis, item in mensa ad aquam, vel potionem, aliosque usus accommodatum. [פכים ... λήκυθος. Gall. *Fiole, bouteille.* Ital. *Ampolla.* Germ. Ein Oelgutterlen von glaß/ ein Krug/ ein geschirr das ein weiten bauch hat. Hisp. *Ampolla ò redomade vidro.* Pol. *Ampułka Banka* Vng *Ampolna.* Angl. *A litle bottle or viole.*] Apul in Floridis: Hippias prædicavit ampullam quoque oleariam, quam gestabat semet sibi fabricatam. Cicer, libro quarto de Finib. Si ad illam vitam quæ cum virtute degatur, ampula aut strigilis accedat, sumpturum sapientem eam vitam potiùs cui hæc adjecta. Erat autem hoc vasis genus turgidum, veluti ventre inflato: unde per translationem dixit Horatius: Projicit ampullas & sesquipedalia verba: pro eo quod est, verba turgentia & sufflata abjicit. Vtebantur etiam Romani ampulla ad hauriendas potiones, Sueton. in Domit. Prandebatque ad satietatem, ut non temerè super cœnam præter Martianum malum & modicam in ampulla potiunculam daret. ¶ Est etiam Ampulla tumor inflatus, quem & Bullam vocamus, Græci modò πομφόλυγα, modò φλύκταιναν appellant.

Ampullarius, rii, m. f. substantivum, Artifex ampullarum. [ληκυθοποιός. Gall. *Faiseur de bouteilles.* Ital. *Artefice de ampolle.* German. Der die gläser macht mit weiten bäuchen/ Oelkrämer. Hisp. *El que haze ampollas.* Pol. *Szklannikarz, Hutnik.* Vng. *Ampolna csináló.* Angl. *A bottlemaker.*] Plaut. Rud. Ni erit tam syncerum, ut quivis dicat ampullarius, Optimum esse opere faciundo corium & syncerissimum.

Ampullarius, a, um, adjectivum: ληκύθιος: ut, Ampullariæ unctiones. Plautus Stich. Vel unctiones Græcas sudatorias, Vel alias malis malacas ampullarias.

Ampullaceus, a, um, Quod ex ampulla est. [... ληκυθώδης. Gall. *Enflé comme une bouteille.* Ital. *A fogia di ampolla.* Germ. Das auffgeblasen ist wie ein Butter. Hispan. *Cosa inchada como ampolla.* Pol. *Bańczy.* Vng. *Ampolnához való.* Ang. *Made lyke a bottle.*] Vt, Frustũ ampullaceũ, Col. l. 8. c. 2. Palur in Menæch. videtur vocare mulierem magnificè cultã, ampullaceam.

Ampullacea pyra, Quæ ab ampullæ forma nomen habent, Plin. lib. 15 cap. 15.

Ampullor, laris, d. p. ab Ampulla, pro superbio, turgeo. [... ghaah. Gall. *Deuenir glorieux & enflé, enorgueillir.* Ital. *Insuperbire, gonfiare.* Germ. Auffblasen/ oder stoltz seyn. Hisp. *Ampollarse ò hincharse.* Pol. *Nadymam się. Pysznię się.* Vng. *Kevélykedem.* Ang. *To waxe proude.*] Quo verbo usus est Suet. in Domitiano, & Horat. 1. Epist. An tragica desævit & ampullatur in arte.

Amputo, as, penult. correp. act. p. Circuncido, reseco. [זמר zamar. ἀποκόπτω, περικόπτω, ἀπαμφιάζω. Gall. *Rongner, couper à l'entour.* Ital. *Potare, mozzar via.* Germ. Abhauwen/ beschneiden. Belg. Afsnyden/ oft afhouwen. Hispan. *Cortar en derredor.* Pol. *Obcinam, Odrzynam.* Vng. *El metszem, El vágom.* Angl. *To cutt of, to gnaw away.*] Cicero 3. de Finib. Quæ sit scientia atque ars agricolarum quæ circuncidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur. Idem 8. Philipp. In Reip. corpore ut totum salvum sit, quicquid est pestiferum amputetur.

Amputatio, Verbale, f. e. Ipse amputandi actus. Cicer de Senect. Propagatio vitium sarmentorumque, ea quam dixi, aliorum amputatio & aliorum immissio.

Amrotamentum, ti, Gell. lib. 17. cap. 2. Ludis aut culpæ amrotamentis digna.

Amsanctus, Vide in Propriis.

Amsegetes, dicuntur quorum ager viam tangit. Festus.

Amula, penult. correpta, Genus vasculi ad aquam gestandam, quod religionis & expiandorũ malorum gratia gestabatur, ... dictum, quasi amola, ab amoliendis periculis. Hujus diminutivum Amulula.

Amuletum, penult prod. [Germ. Ein Artzney wider gifft/ oder ander ding so man böser zufäll oder kranckheiten halb an Hals henckt. Belg. Datmen aen den hals hangt oft draecht voor eenig tevel. Pol. *Przy... w ... przeciwko ...* Vngar. *Etetés ellen való orvosság.*] Omne genus remedii adversus cuncta mala medicamenta, & præsertim contra veneficia. ἀλεξιφάρμακον, περίαπτον. Plin. Infantibus alligatur succinum amuleti ratione formam vasculi habens. Græci etiam ἀποτρόπαια hæc vocant, ἀπὸ τοῦ ἀποτρέπειν, quod est amoliri, summovere, depellere. Dictio hæc frequens est apud Plin.

Amurca, f. p. [... ἀμόργη. Gall. *La lie d'huile.* Ital. *Feccia d'oglio.* Germ. Oelltrusen/ oder hefen. Belg. Die droesen oft hefen von die olie. Hisp. *Alpechin de azeite.* Pol. *Prasa na oleiu, albo brud.* Vng. *Olaj seprelék.* Ang. *The dregges, of oyle, or lies.*]

Sordes olei, quæ præcedunt. Nam quæ sequuntur, fæces vocantur. Virgil. Georg. 1: & nigra perfundere amurca. Hoc nomen per c scribitur, sed profertur per g: ut fit in Cajus, & Cucus. Amurca contra culices & limaces vim habent maximam. Hinc Examurcatus, sordibus purgatus.

Amurcāriă dolia, in quæ amurca infunditur. Cato de re Rustic. cap. 10 Dolia queis vinacia constat, decem, amurcaria decem, *πίθοι ἀμοργηροί*.

Amussium, n. s. Ventis discernendis excogitatum organum, ut ait Cælius. Vitruvius lib. 1. cap. 6: Collocetur ad libellam marmoream amussium mediis mœnibus: aut locus ita expolietur ad regulam & libellam, ut amussium non desideretur.

Amussis, hujus amussis, f. t. [פלס *anech* פלס *peles* *στάθμη*. Gall. *Le cord, ou on la ligne des charpentiers, esquierre*. Ital. *Archipendolo, squadra*. Germ. Ein richtscheit/ ein senckelschnur/ ein richtschnur/ welche die Zimmerleut brauchen. Belg. Een ritschnoer/ Coorde/ oft tootwage. Hispan. *Hilo del al magre que vsan los carpinteros*. Polon. *Ciesielsky sznur*. Vng. *Tsápó tzérna*. Ang. *A carpenter rule or line*. Filum est, quod fabri materiarii rubrica oblinunt, aut alio colore. Sic Budæus. Festus autem regulam vocat, ad quam aliquid adæquatur. Ex quo videtur innuere & Amussim & Normam idem esse. Latè tamen pro omni ordine ponitur.

Amussim, adverbium, & ab eo compositum, Adamussim. [במשפט *bemischpát* *ἐπὶ στάθμῃ*. Gall. *Auec toute diligence, à plomb, à esquierre*. Ital. *A punto*. Germ. Gar eben/ fleissig. Hisp. *Derecho ò ygualmente*. Pol. *Doskonale*. Vng. *Igyenössen*. Angl. *With diligence, made after rule or line*] Ut, Iudicium ad amussim factum apud Gellium. ¶ Legitur & Examussim, adverbium, pro rectè & examinatè. Plautus in Amphitruone: Si vera hæc loquitur examussim est optima. ubi Sisenna & Sosipater pro examinatè interpretantur. Amussis enim est regula rubricata, quæ dimittitur, examinandi operis causa.

Amussĭ albā. *λευκῇ στάθμῃ*: hoc est, nullo delectu ac citra discrimen. Gell. in Noct. Attic. Namque illi omnes & eorum maximè Græci, multa & varia lectitantes in qua res cunque inciderant, alba ut dicitur, linea sine cura discriminis solam copiam sectari converrebant. Plutarch in Commentario *περὶ τῆς πολυλεξίας*. Nonnulli sic efferunt in adagium: In albo lapide amussis alba. Vtitur Plato in Charmide, ubi Socrates ait se erga formosos adolescentes perinde esse, ut albam amussim in albo lapide, propterea quòd neque discerneret satis inter formas, & omnes ex æquo amaret. Diciturq; vel in eos, qui nullo sunt judicio, vel in stupidos, vel in eos, qui in certis probant vel significant incerta.

Adămussim. [Ger. Fleissiglich. Belg. Wottomelick oft werclick.] Examussim, & Amussatim, frequens est apud autores, pro eo quod est exquisita diligentia atque exactissima cura. Gellius lib. 1. cap. 9.

Amussitātă opera dicuntur, quæ ad amussim facta sunt. *στάθμῃ ἔργα*. Plautus in Mil. In hoc amussitata sua sibi ingenua indoles. Nonius.

Amūsus, penult. prod. [בער *bá-har*. *ἄμουσος*. Gall. *Qui est sans lettres, ignorant*. Ital. *Indotto*. German. Vngelehrt/ vngeschickt. Hisp. *No esfinnado no elegante*. Pol. *Nieumiietny Grobian*. Vng. *Tudatlan, parázs*. Ang. *Vnlearned, vnskilfull*.] Inelegans, & indoctus: hoc est, à Musis alienus. Antiquitus enim nihil eruditum habebatur sine musica: unde apud Comicos, qui literas se didicisse negant, ajunt se non didicisse musicam. Vitruv. lib. 1. c. 1: Nec musicus, ut Aristoxenus: sed non amusus.

Amygdălă, f. p. [שקד *schakéd* *ἀμυγδαλῆ*. Gall. *Amandier*. Ital. *Mandorlo*. Germ. Ein Mandelbaum. Belg. Amandelboom. Hispan. *Almendro*. Pol. *Migdal we drzewo*. Vngar. *Mondola fa*. Angl. *An almond tree*] Arbor, amygdala: hoc est, nuces Græcas proferens. Colum. lib. 6. cap. 14: Amygdala, si parum ferax erit, forata arbore lapidem adjicito. ¶ Hinc Amygdalinus, na, num, penult. correpta, Serenus: Fertur amygdalinę succus nucis esse bibendus. Amygdalinum oleum, Plinius lib. 23. capite 4.

Amygdălĭceum folium, Plin. lib. 26. c. 11.

Amygdălă, læ. [שקדים *schekedhim* *ἀμυγδάλη*. Gall. *Amende*. Ital. *Mandorla*. Germ. Mandelnuß/ mandelkern. Belg. Een Amandel. Hisp. *Almendra*. Polon. *Migdał*. Vng. *Mondola*. Angl. *An almond*. Penult. corr. Nux Græca, quę & Thasia dicitur. Plin. Intus nucleus amygdalæ. ¶ Amygdalum, *ἀμύγδαλον*, etiam neutro genere dicitur pro fructu. Palladius: Græci asserunt nasci amygdala scripta, si aperta testa nucleum sanum tollas, & in eo quodlibet scribas, & iterum luto, & porcino stercore involutum reponas.

Amygdălītēs, *ἀμυγδαλοειδής*. Germ. Ein gattung eines purgierenden Milchkrauts/ mit bletern wie ein Mandelbaum oder Springwurtz] Dioscoridi. Herba est ex genere tithymali, à similitudine foliorum amygdali, quæ & Corymbites dicitur, & Platyphyllos, à latitudine foliorum. Plin. l. 26. cap. 8.

Amygdălīnus. Adject. *ἀμυγδάλινος*, Id quod est vel fit ex amygdalis: ut Amygdalinum oleum. Plin. lib. 23. c. 24.

Amylŏn, [*ἄμυλον*. Gall. *Amidon*. Ital. *Amido*. Germ. Ametmel. Belg. Ameldonck. Hispan. *Amidon*. Pol. *Krochmal, maczka*. Vng. *Fodros gallér keményítő*. Ang. *A kinde of wafer made of fine wheat*.] Placentæ genus, quod ex tritico fiebat, aut siligine sæpiùs elota: ita dictum quòd *ἄνευ τῆς μύλης*: hoc est, sine mola fieret. Macerabatur enim sæpiùs quotidie triticum aut siligo, donec ità mollesceret, ut cremor exprimi posset, qui deinde in Sole siccabatur. A' vulgo Seplasiorum unica litera immutata *Amydon* vocatur. Rationem conficiendi amyli, vide apud Plin. lib. 18. cap. 7, & apud Catonem de Re rust. capite 87.

Amyris. genus arboris est, ut inquit Hieronymus, quod Latini putantes myrrham dictum, unguenta interpretati sunt. De cujus arboris notitia hoc solum ad nos pervenire potuit, quòd odorem suum habeat suavē, nullū tamen adferat fructū.

Amorum, attractilis Dioscoridi.

Amystĭs, *ἄμυστις*, f. t. Strenuæ potationis genus erat apud Thracas, quum potus ingurgitabantur ut vinum in dolium infunditur, neque spiritu reciprocato, neque ore contracto. Vnde *ἀμυστίζειν* Græci dicunt, pro ingurgitare, & sine respiratione affatim bibere. Horatius libro primo Carm. Bassum Threicia vincat amystide. ¶ Alii Amistidem poculi speciem interpretantur, quo Thraces utebantur, quoties *ἄμυστι*, *ἢ ἀπνευστί*: hoc est, citra labrorum contractionem, & spiritus reciprocationem potare volebant. Ut Germani potatores ajunt: Ohn schnauffen vnd bart wischen.

A Ante N.

An, adverbium interrogandi & pro Nunquid ponitur, *ἢ μή*. Cicero: An verò Romulus ille, aut pastores aut convenas congregasse videtur? ¶ Sed aliquando transit in vim conjunctionis si, *εἰ*, quum sermo dubitativus est, tunc ferè subjunctivo jungitur: ut, nescio an pater vivat. ¶ An diversis in locis collocatur Primo loco. Cicero secundo Philipp. An tu, Narbonæ in mensas hospitum cum vomeres, Dolabella pro te in Hispania dimicaret? Secundo loco. Cicero quinto Verr. Erravit, an potiùs insanavit Apronius? Et hic in similibus subaudis An vel utrùm. ¶ An, ter repetitum. Cicero in Orat. In quo quæsitum est, in totó ne circuitu illo orationis, an in principiis solùm, an in extremis, an in utraque parte numerus tenendus sit. ¶ An, quater repetitum. Cicero de Orat. Refert etiam qui audiant: Senatus an populus, an judices, frequentes, an pauci, an singuli. ¶ An & Ne conjungi solent pro An. Terentius Andr. An'ne est intus Pamphilus? Cicero in Pisonem: An'ne gesto! An & Ne interpositis aliquot dictionibus. Cicero libro 1. de Finibus: An partus ancillæ sitne in fructu habendus. ¶ An si conjunguntur. Ovidius in Epist. An si quis rapiat stabulis armenta reclusis, Arma feras, rapta conjuge lentus eris! ¶ In notis antiquorum AN. Annius. AN. N. ante noctem. AN. M. actionem mandat. ANN. vel AN. vel A. annis. ANT. antè vel antea. ANT. T. C. ante terminum constitutum. ANG. P. angelus percussit, ANM. anima. ANN SEN. Anneus Seneca.

Ana, est vox barbara, qua medici nostri temporis utuntur in suorum medicamentorum compositionibus pro Latinis vocibus, singulorum partem seu partes, vel (quod idem) uniuscujusque speciei.

Anăbăsĭs, f. t. *ἀνάβασις* Dioscoridi. Herba quæ Equisetū Latinè dicitur, à Græcis *Hippuris*. [זנב הסוס *zennáb hassus*. Gall. *Queue de cheual, apresle ou presle*. Ital. *Coda di cauallo, asprella*. Germ. Katzenschwantz oder Schaffthew. Hisp. *Cola de mula, rabo de mula*. Pol. *Koszyogon*. Vng. *Lo fark*. Angl. *An heerbe called the horse tayl*. Plin. lib. 26. cap. 13. Recentiores Caudam equinam vocant.

Anăbăsĭus. [*ἀναβάτης*. Pol. *Ośmiesza acy czesl slego albo dobrego*. Vng. *Hir hordozo*.] Qui emittitur in exteras regiones, rumorem aliquem disseminaturus, qualem Triptolemū fuisse in fabulis legimus, quem semina per orbem sparsurum, Cererisq; beneficia annunciaturum, à dea rapidissimo curru emissum fabulantur. Nomen deductum est *ἀπὸ τοῦ ἀναβαίνειν*: hoc est, ab ascensu, curruū scilicet, vel equorum. Hieron. contra Ruff. Idcircóne cercales, & anabasii tui per diversas provincias cucurrerunt, ut laudes meas legerent?

Anăbăthră, n. f. [*ἀνάβαθρα*. Pol. *Schodek* vel *podnożek*. Vngar. *Gradus lépcsö*.] Scalæ, pulpita, gradus superiores scansiles, aut instrumenta scabellorum, aut subsellia: ab *ἀναβαίνω*: id est, Sursum ascendo. Iuvenal. Satyra 7. Et quæ conducto pendent anabathra tigillo.

Anăbŏlăgĭum, *ἀναβολάγιον*: vel Anaboladium, *ἀναβολάδιον*, Sinodis genus est, quo humeri operiuntur: dictum *ἀπὸ τοῦ ἀναβάλλεσθαι*, quod interdum Induo significat, interdum Rejicio. Solebant enim mulieres in negligentiori cultu hoc ornamento pectus & humeros protegere, & quum visum esset, rejicere.

Anabula, f. p. ut scribit Plinius, animal Aethiopicum, capite cameli, collo equi, cruribus bovis prætendens similitudinem, per totum corpus nitentem habens rubedinem, albis maculis immistam. Est & miri decoris, longo collo, & aliis anterioribus & posterioribus cruribus.

Anacacabea.] *ἀνακακάβεα*, *λωτός*. Pol. *Bob Grecki, kāzā*. Vng. *Török bab*.] A' vulgo Græcorum arbuscula quædam appellatur, teste Aetio, quæ Hom. Lotos dicitur, Galli *Alysam* & *Alysarum* nominant. Fructus quoque eodem Aetio teste, à recentioribus Græcis *Anacacabon* appellatur: Latini vocant *Fabam Græcam*. Vide Ruell. lib. 1. cap. 95.

Anăcampsĕrŏs, otis, *ἀνακαμψέρως*, Herba est, cui à Magis revocandi amoris vis tribuitur, ita dicta ab *ἀνακάμπτω*, reflecto, & *ἔρως* amor. Plin. lib. 24. cap. 17: Anacampserotem celeber a-

berarte Grámatica pauló antè, cujus omnino tactu redirent amores vel cum odio depositi.

Anăcārdĭum, ἀνακάρδιον, Arbor indis familiaris, fructu aviculæ corculo non dissimili: unde nomen putant inditum rubente intus cruore, quo veluti sanguine scatet. Ruell lib. 3. c. 37.

Anăcĕphălæōsĭs, pen. prod. [ἀνακεφαλαίωσις, German. Ein kurtz widerholung der Hauptpuncten/ recapitulierung. Belg. Een coort verhael/ oft begrypinge van al dat vor seit is. Polon. *Krotkie powtorzenie*. Vngar. *Summába szedés*. Angl. *A short repetition of things said*.] Brevis recàpitulatio, in qua repetitio rerum summatim fit. Quintilianus lib. 6. cap. 1. Rerum repetitio, & congregatio, quæ Græce dicitur ἀνακεφαλαίωσις, à quibusdam Latinorum enumeratio, & memoriam judicis reficit, & totam simul causam ponit ante oculos judicis. Græcè κεφάλαιον, caput dicitur in ea significatione, qua nonnulli capituli appellatione utuntur.

Anachites,] ἀναχίτης German. Ein Demant/ ist ein köstlich Edelgestein. Pol. *Dyament*. Vng. *Gyémant*.] Gemma est omnium pretiosissima, quam notiore nomine *Adamantem* vocamus: ita dicta, quòd vanos motus animique lymphationes credatur abigere, & adversus venena habere vim antidoti. Vide Plin. lib. ult. capite 4.

Anăchōrēsĭs. ἀναχώρησις. German. Ein einöd ort/ absünderung von ander leuten. Pol. *Pustinia*. Vng. *Rembic lako helye, puszta*.] Eremus, secessus: unde monachi eremum incolentes & quicunque procul ab hominibus secesserunt. ἀναχωρηταί. vocantur. Cassianus in Col. Cujus sectatores anachuretæ: id est, secessores meritò nuncupantur, eò quòd nequaquam contenti hac victoria, qua inter homines occultas insidias diaboli calcaverunt, aperto certamine ac manifesto conflictu dæmonibus congredi cupientes, vastos eremi recessus penetrasse non timeant.

Anăclīntērĭum. [משכב mischcab. ἀνακλιντήριον. Gall. *Lict de maslas pour se reposer au iour*. Ital. *Letticciuolo, materazzo*. Germ. Ein gutschen/ ein ruhbettlin/ lotterbett Belg Een lodderbedde oft matrasche. Hispan. *Lugar para dormir*. Polon. *Lozko do przespania poludniowego*. Vng. *Nappali ágy*. Angl. *A flockbedde, or matres*.] Lectulus, super quo quiescimus interdiu, qualia celebrantur Florentiæ Tuscanica: & apud Lampridium in Heliogabalo, Accubita: à quibusdam quoque Stibadia dicuntur. Spart. in Ceionio Commodo: Nam lectum eminentibus quatuor anaclinteriis fecerat, minuto reticulo undique inclusum. ¶ Vocatur hujusmodi lecti etiam grabati & Græce χαμεῦναι.

Anăcōlĭă, vocantur quorum lacryma incommodantes pilos corrigit Aëtius.

Anăcŏlūthŏs, [ἀνακόλουθος. Pol. *Niewinny*. Vng. *Tuuel kegyel vala ózue állás*.] Latinè in consequens: unde Anacoluthon figura est, quum non redditur quod superioribus respondeat, ut si in oratione ponatur μέν, & non sequatur δέ. Aut è contrario, quum particula, quæ non nisi posteriori loco poni consuevit, sola ponitur sine ea quæ solet præcedere: ut si, verbi gratia, relativum ponatur sine antecedente. Virgil. 1. Aeneid Millia quot magis nunquam venère Mycenis: Vbi Servius, Anacoluthon est: nam dicit Quot, quum non præmiserit Tot.

Anacrisis. [בחן bochan. ἀνάκρισις Gall. *Examen, information, question*. Ital. *Esamina*. German. Befragung eines Vbelthäters/ es sey mit marter oder ohn matter. Hispan. *Examen, ò question, ò informacion*. Pol. *Wybadowanie a wypytanie, przesmeka albo bez meki*. Vngar. *Tudakozás, kerdezés*. Angl. *Examination, question of the giltie*.] Quæstio de reo habita, sive ea per tormenta fieret, sive sine tormentis ¶ Interdum interrogatio testium, quam vulgus *informationem* vocat. Vide Bud. in Comment.

Anăctŏrĭŏn, ἀνακτόριον, Herba est, quæ notioribus nominib. ξιφίον Græcis, & Latinis Gladiolus appellatur. Dioscor. lib 4.

Anădēmă, ἀνάδημα, pen. prod. Corona sertum, aut simile capitis ornamentum. A' verbo ἀναδέω, corono, vel circumligo. Lucr. lib. 4: Et bene parta patrum fiunt anademata, mitræ. Paulus inter ornamenta capitis muliebria censet in libro 26. D. de auro & argent. leg. Item & Hesychius, qui scribit esse εἶδος κόσμου ἐπὶ κεφαλῆς. Itaque à Polluce libro 5. in mundo muliebri ἀναδήματα numerantur.

Anădēndrădēs. pen. corr. ἀναδενδράδες, vocantur à Græcis vites arbustivæ, quæ scilicet arboribus fulciuntur.

Anădēndrŏmălăchē. ἀναδενδρομαλάχη. Malva arborescens, quam Galenus 4. Therapeuticæ facit eum Althæa.

Anădĭplōsĭs, [pen. prod. ἀναδίπλωσις, Germ. Ein zweyfaltigung Belg Een dobbelinghe.] Dici potest reduplicatio. Est enim dictionis in ultima parte præcedentis versus sitæ, in prima sequentis repetitio. Virg. Eclog. 8, Certent & cygnis ululæ, sit Tityrus Orpheus, Orpheus in sylvis, inter Delphinas Arion.

Anadyomene. penult. corr. ἀναδυομένη, Participium est fœmininum verbi ἀναδύομαι, Latinè reddi potest Emergens. Hoc nomine Appellis opus dictum est, quòd Venerem habebat è mari emergentem. Vide Plin. lib 35. c. 10.

Anagallis [ἀναγαλλίς. Gall *Mouron ou morgeline*. Ital. *Anagallo*. Germ. Gauchheil Belg. Guychelheyl. Hispan. *Morruges*. Polon. *Mysiec*. Item, *Wronie proso*.] Herba est quam Morgelinam, vel Gallinæ morsum vulgò vocant. si Ruellio credimus. Duæ ejus à Plinio traduntur species floris colore distinctæ Mas enim florem habet Phœniceum, fœmina cæruleum.

Anāglyphă. penult. corr [פתוחים pittuach. ἀνάγλυφα Gal. *choses taillees en bosse ou relevees*. Ital, *vasi di rilievo*. German. Ein außgetriben werck/ was getriben/ getruckt/ oder außgestochen ist/ das es bilder hat. Hisp. *Vasos labrados de buril ò sinzel*. Pol. *Vtwierzenie brag, albo iake sztuka wyszniowana*. Vng. *Czifraz rmiv*. Ang *A sort of carued work*.] Dicuntur vasa, aliave opera, sculpturis aspera, quæ scilicet ita exculpta sunt, ut in eis imagines emineant: ita dicta ab ἀνά, quod sursum significat, vel suprà, & γλύφω sculpo: eò quòd sculpturæ in superiori parte emineant, Vnde & à Gallis *Revelata* dicuntur. Eadem & Anaglypta invenimus appellata. Plin. libro 33. cap. 11: Nunc anaglypta in asperitatemque incisa circa linearum picturas quærimus. Martial. lib. 1: Nec desunt tibi vera Glaniana, Nec mensis anaglypta de paternis.

Anāglȳptēs, [מפתח mephatteach. ἀναγλύπτης. Gall. *Tailleur, insculpteur*. Ital. *Scultore*. Germ. Ein Meister der getribne arbeit mit bildwerck machet/ Bildhawer. Belg. Een Beeldsnyder. Hisp. *Platero que labra por sinzel*. Polon. *Snicerz* Vng. *Metczö kep faragó*. Ang. *A carver, a graver*.] Sculptor, qui ita quippiam exculpit, ut in eo imagines promineant.

Anāglyptĭcē, sive Anaglyphice, [ἀναγλυφική, ἢ ἀναγλυπτική, Gall. *L'art de tailler*. Ital. *L'arte da sculpir di rilievo*. Germ. Die kunst des Bildwercks / durchtribene oder getruckte arbeit. Hisp. *La arte de labrar de buril ò sinzel*. Pol. *Nauka sztuczna rzezbowana, wytoczona, a bowaiazana*. Vng. *Kep metszés, kép faragás mestersége*. Angl. *The art of caruing or grauing*.] Ars & ratio ita sculpendi, ut in opere imagines emineant. Huic opponitur Diaglyplice, διαγλυφική, quum imagines superficie operis sunt depressiores, & ita excavatæ, ut eminentes imagines ceræ alterive corpori molli possint imprimere: cujusmodi sunt annuli & sigilla tàm publica, quàm privata, quibus literæ, & diplomata obsignantur.

Anāgnōstēs, m. p. [ἀναγνώστης. Pol *Czytelnik, poprawca*. Vng. *Olvasó*. Angl. *A reader*.] Latinè lector dicitur. Nam ἀναγινώσκω, lego, ἀνάγνωσις, recognitio, lectio Cic. Att. Nam puer festivus anagnostes noster Sositheus decesserat.

Anagoge, es, ἀναγωγή, Latinè recessus dicitur: subtilis sive excelsa aut superior intelligentia, ab ἀνά & ἄγω, unde ἀναγωγή, reductio.

Anagryphe, descriptio. ut Cic. vel ut vulgus, *Inventarium*.

Anagyris, ἀνάγυρις. Herba est gravissimi odoris, quæ ob id à rusticis *lignum putidum* vocatur. Hujus folia virgasque siquis decerpserit, fœdissimo odore manus imbuit quo non nisi frequenti lotione potest liberari. Hinc factus est locus proverbio, ut qui sibi offutura commoveat, ἀνάγυριν κινεῖν: hoc est, Anagyrin movere dicatur. ¶ Anagyrus, ἀναγυρεύς, populus Atheniensis, ex tribus Erechtheidis Vide Stephanum

Anālēctă. n. f. [שיריים שלחן scheiraiim schulchan פת path, ἀνάλεκτα. Gall. *Ce qui tombe de la table, miettes*. Ital. *Immunditia della tavola*. Germ Zusammenwüschung / was van dem Tisch fellet so man zusammen liset vnd außkehret Hisp. *Lo que cae de la mesa, manjar que sobra*. Pol. *Okruszyny ze stolu, a bo odrobiny*. Vngar. *Etöz söpredék, esdlék*. Ang *Crommes, that falleth from the table*.] Purgamenta cœnarum, & quisquiliæ ciborum sub mensam cadentes, quæ manu colligi solent, & extra triclinium efferri. Martial libro 7: Colligere longa nec turpe putat dextra Analecta, quicquid & canes reliquerunt. Dicta Analecta ἀπὸ τοῦ ἀναλέγεσθαι: hoc est, à colligendo propterea quòd manu colligerentur, non scopis everrerentur. Inventis enim lithostrotis, cæterisque id genus pretiosioribus pavimentis, cessavit usus scoparum. Illa enim, quòd ex minoribus testulis constabant, scopas non admittebant: unde etiam Asarota dicebantur, quòd non verrerentur: sed quòd manu purgamenta colligi soleant, & pavimenta ipsa spongiis lavari Martial. libro 14: In pretio scopas testatur palma fuisse, Otia sed scopis nunc analecta dabunt.

Anālēctēs, æ, [ἀναλέκτης. Gall. *Qui recueille les miettes & autres reliquats*. Ital. *Chi raccoglie le minuzzie della tavola*. German. Ein zusammenleser der Tischbrösamen. Hisp. *El que barre los relieves*. Pol. *Podstoly stolowy, okruszyn*. Item, *Pamietliwy albo*. Vngar. *Etöz söpredék szedö*. Angl. *A gatherer of the crommes of the table*.] Qui colligit aut verrit analecta. ¶ Dicitur etiam per translationem, teste Cælio Rhod. libro 31. cap. 31, qui multa lectione exercitatus, memoria est firmissima, ita ut quicquid unquam legerit, vel audierit, habeat ad manum. Nomen deductum est à verbo ἀναλέγεσθαι, quod inter cætera significat ἀναμιμνήσκεσθαι, καὶ οἷον συνάγειν: hoc est, memoria concipere & firmiter tenere. Seneca Suasio III Satellius Quadratus, ut Grammaticos haberet analectas.

Analectides, ἀναλεκτίδες, dicuntur, quibus è xylino lino, vel quavis materia, puellæ tanquam pulvillis constipant scapulas prominentes, ut videri habitiores possint Ovid. 3. de arte aman Conveniunt tenues scapulis analectides altis, Angustum circa fascia pectus eat Cælius lib. 13. c. 31

Anālēmmă, ἀνάλημμα, est ratio conquisita Solis cursus & umbræ crescentes à brumæ observatione inventa, è qua per rationes architectonicas circinique descriptiones est inventus effectus in mundo. Vitruv. lib. 9 c. 4

Analesia f p dicta est eò quòd sanas partes capitis sensu privet. Fit, vel nascitur ex negligentia, aut ex nimio cibo, aut ex luxuria, aut potu frigido bibendo, vel nimium cogitando, vel ex indigestione ciborum.

Anălŏgĭă, Proportio, proprietas, convenientia, similitudo,

[Spanish ... Gall. *Analogie, proportion, convenance*. Ital. *Proportione, convenienza* Germ. Gleichförmigkeit/ ähnligkeit. Belg. ... gelijckförmigheyt. Hispan. *Propriedad conveniente*. Pol. *Podobienstwo, przystojnosc*. Vng. Egyezés, hasonlóság. Angl. *Proportionable likenesse*.] Cicero: Quòd analogiam Stoici, nos appellemus convenientiam, si placet. Quint. libro 1: Analogia praecipuè, quam proximè ex Graeco transferentes in Latinum, Proportionem vocaverunt. Haec est ejus vis, ut id quod dubium est, ad aliquid simile, de quo non quaeritur, referat, ut incerta certis probet. ut si quaeratur, funis masculini, an foeminini generis sit, ex ejus diminutivo cognoscitur, quia funiculus generis masculini est. ¶ Analogia apud Mathematicos, est quum numeri duo aut plures, quum item magnitudines inter se comparantur, ad similitudinem secundae comparationis, juxta aequalitatem vel inaequalitatem, ut si dicas, Ve se habent quatuor ad duo, sic octo ad quatuor: & quantò est longior pes Herculaneus alterius alicujus pede, tantò item stadium Herculano pede sexcentis commensum, longius est eo stadio quod alterius pede toties transmissum est.

Ănălŏgismus, ἀναλογισμός. A dialecticis vocatur firmissimum illud argumenti genus, quod à causa propinqua ducitur. Cui opponitur Epilogismus, qui fulcitur ab effectu, aut certè à causa remota. Dicitur autem Analogismus à verbo Graeco ἀναλογίζομαι, quod inter caetera significat ratiocinari, & firmissimis argumentis aliquid colligere.

Ănălŏgitae, tutores qui nō tenentur rationem reddere tutelae.

Ănălŏgos, ἀνάλογος, Proportione respondens.

Ănălytica, orum, ἀναλυτικά, Nomen est duorum librorum Aristotelis, quibus ille judicādi, sive (aut alii loquuntur) argumenta resolvendi partem exequitur. Nomen deductum est à verbo ἀναλύειν, quod resolvere significat, nonnunquam etiam dijudicare Budaeus in Comment. linguae Graecae.

Ănalphăbēti, ἀναλφάβητοι, A Graecis dicuntur, qui ne elementarias quidem literas noverunt, quos Fulgentius Abecedarios appellat in 3. Mithologicōn. Bud. in Pandect.

Ănămnēsis ἀνάμνησις, Latinè commemoratio dicitur.

Ănancaeon, ἀναγκαῖον, Necessarium Latinè dicitur: Figura quum volumus ostendere necessitudinem, aut naturae, aut temporis aut alicujus personae: quale est illud Demochares: Nihil valebat assidua pro fratre ac misericors deprecatio, quum judicaret tyrannus, cujus crudelitas omnem naturae necessitudinem extinguebat. Rutilius Lupus lib. 1.

Ananchitis anachitidis, ἀναγχῖτις, Gemma, de qua sic Plin. l. 3 cap. 11: Ananchitide in hydromantia dicunt evocari imagines deorum. Vide suprà Anachytes.

Anantapodoton, ἀνανταπόδοτον, Schema est, quo Graeci frequentius utuntur quàm Latini, quum scilicet oratio aliquo membro destituitur.

Ănăpaestus ἀνάπαιστος, m. f. Pes ex duabus syllabis brevibus, & ex tertia lōga. Componitur ex ἀνὰ, re & παίω, ferio: eò quòd repercutiat dactylum suno reciproco. A Graecis ἀντίδακτυλος dicitur, quasi dactylo contrarius Cic. lib 3. Tuscul. Non adhibe tur ulla sine anapaestis exhortatio.

Anaphalis [ἀναφαλίς. Polon. Koc...] Herba est quae notiore nomine Gnaphalium & à quibusdam Centunculus appellatur.

Ănăphŏră ἀναφορά seu Epanaphora, ἐπαναφορά, pen. corr. Figura quam nos relationem seu repetitionem dicere possumus, quae fit quoties, in principio singulorum membrorum, aut versuum eadem pars orationis repetitur hoc modo, Verres calumniatores apponebat, Verres de causa cognoscebat, Verres pronunciabat. Virg. 1. Aeneid. Nate meae vires, mea magna potentia, solus Nate patris summi. ¶ Anaphorae etiam scansiones seu ascensiones signorum vocabantur, ab Oriente circumactu mundi quotidiano factae, ex inclinatione coeli varia, nunc majores, nunc minores. Firmicus: Sed istis tandiu vitiis laborabit, quoad signi ejus fuerit anaphora completa.

Ănăpŏlŏgētos ἀναπολόγητος, Latinè inexcusabilis.

Ănarchus [ἄναρχος. Germ. Ohn ein Obern/ oder ohn ein Regenten. Belg. Sonder overste/ oft hooftman.] Sine principe, vel principio. Ambr. libro Hexam. Dedit ergo principium mundo, dedit etiam creaturae infirmitatem, ne anarchon: id est, principio carentem crederemus.

Anarrinon, ἀνάῤῥινον, Quod & Antirrhinum, herba est Anagallidi similis, radice nulla aut perexigua, semine vitulinas nares imitante: unde & nomen habet. Galenus Bucranion appellat. Galli *Ocimum* ... Vide Plin. lib. 25. cap. 10. & Ruel. lib. 3. cap. 31.

Ănās aris, pen. genitivi correp. Avis notissima ex genere amphibiorum, ita dicta ab assiduitate natandi. [... Gall. *Cane ou canart*. Ital. *Anitra*. Germ. Ein Ent. Belg. Ende. Hisp. *Anade*. Pol. *Kaczka*. Vng. *Kacsa*. Ang. *A ducke, a drake*.] Martial. lib. 13: Tota tibi ponatur anas, sed pectore tantùm, Et cervice sapit, caetera redde coquo. ¶ Anatem morbum anuum dicebāt: id est, vetularum: sicut senium, morbum senum. Festus.

Ănăcula. diminutivum est. [νηττάριον. Gall. *Petite cane ou petit canart*. Ital. *Picciola anitra*. German. Ein Entle/ Entvögelin. Hisp. *El anadino ò anadica*. Polon. *Kaczeczka*. Vng. *Kacsacska*. Angl. *A litle ducke or drake*.] Cic. 5 de Finib. Serpere anguiculos, evolare merulas, natare anaticulas, cornibus uti videmus boves,

Anătīnus, na, num. pen. prod. [νηττικός. Gall. *De cane ou canard*. Ital. *Che fa di anitra*. Germ. Das zu der Enten gehört. Hisp. *Cosa perteneciente al anad*. Pol. *Kaczy*. Vng. *Kacsához való, kacsai*. Angl. *Which perteineth to a ducke or drake*.] Plaut. in Rud. Vtinam fortuna anatina nunc uterer: ut quum exiissem ex aqua, arerem tamen.

Anatarius, Quia anates custodit, pascitve. [νηττοφύλαξ. Germ. Entenhüt.] Anataria Aquila, quae anates circa lacus venatur. Ex Sipontino. De anataria aquila. Plin. lib. 10 cap. 3.

Anătārius, a, um, Quod ex anate est: ut Anatariae plumae: sive quod ad anates pertinet: ut, Anataria aquila, νηττοφόνος ἀετός, quae anates venatur. Plin. lib. 10. c. 3.

Anasphoros. ἀνάσφορος, A quibusdam vocatur herba, quam Graeci λινόζωστιν, Latini Linum appellant. Legitur hoc nomen in quibusdam Dioscoridis exemplaribus. Quidam verò hoc ut pleraque alias herbarum nomenclaturas apud eundem inter notha referre malunt.

Anastomosis, ἀναστόμωσις, A medicis appellatur apertio venarum, quando scilicet venarum orificia amplius aequo aperiuntur: quod fit aut propter vasorum imbecillitatem, aut propter sanguinis ad orificia affluentis copiam. Gal. lib. 4. & 5. Methodi. Est autem nomen hoc deductum à verbo Graeco ἀναστομόω, quod Latinè sonat Aperio.

Ănastrŏphē, ἀναστροφή, Inversio, vel perversio dicitur: est enim (ut docet Diomedes) duorum verborum ordo praeposterus: ut, Italiam contra pro contra Italiam.

Ănăthēma, n. t. Detestatio, execratio. [חרם cherem. ἀνάθεμα, Gall. *Excommunication, execration*. Ital. *Scommunica*. Germ. Ein fluch/ ein verbannter. Hisp. *Descomunion*. Pol. *Przeklestwo, wyrzgowanie*. Vng. *Átok*. Ang. *Excommunication, execration*.] ¶ Ponitur interdū pro donario, quod diis suspenditur in columna, vel pariete templi, ἀπὸ τοῦ ἀνατιθέναι: hoc est, reponendo, vel suspendendo: aut certè ab eo, quòd nefas esset ea loco movere. ¶ Homines quoq; sacri, quorū capita deorū alicui dicata sunt, Anathemata appellantur. Vide Budaeū in Cōmen. ling. Graecae.

Ănăthĕmătizo is, Devoveo, detestor, ἀναθεματίζω.

Ănătŏcismos. m. f. [ἀνατοκισμός. Gal. *Renouvellement d'usure, quand les arrerages et baillent encore a usure, & produisent nouveau de sort & principal*. Ital. *Rinouamento d'usura, quando l'usura ac quistata entra nel principale & fa usura*. German. Der Wucher da man zins anlegt/ das dieselbigen wider zins tragen/ zins von zinsen. Hisp. *Renovacion de usura, usura sobre usura*. Pol. *Lichwa z lichwy*. Vng. ... Ang. *Yearlie usurie, and usurie of usurie*.] Est usurae anniversaria revolutio. & quas usuras usurarum vocant. Cic. ad Att. interim quum in edicto translatio centesimas me observaturum haberem cum anatocismo anniversario. Latinè autem Cicero ipse hoc verbū interpretatur in Epist. Centesimis sexennii ductis cum renovatione singulorum annorum.

Ănătŏmē, mes, [ἀνατομή. German. Zerschneidung.] Dissectio, vel consectio, quū scilicet humanū corpus dissecatur, ut venae, nervi, & caetera à medicis conspici possint. ¶ Inde Anatomice, ἀνατομική sc. τέχνη, ars dissecandi & aperiendi corpora.

Antomicus, pen. corr. Anatomiae peritus, Macrob. [German. Ein Anatomist.

Anaxetum, ἀνάξετον, apud Dioscor. dem lib. 3 legitur inter nomenclaturas Gnaphalii herbae, Quanquam non desunt, qui & hoc malint inter notha referre.

Anaxyris. [ἀναξυρίς. Pol. ...] Herba est notissima, quam & Oxalidem Graeci & Latini Rumicem appellant. Ita dicta, quòd folia eius calceorum solas imitentur, quae & anaxyrides quandoq; à Graecis appellantur.

Ăncăsa, n. f. [Pol. *Co feterowane naczynie*. Vngar. *Cz...*] Dicta sunt ab antiquis vasa, quae caelata vocamus, quòd circumcidendo talia fiant. Ipsum quoque Caelare verbū ab eadem causa dictum est, d. cum l permutata. Festus.

Ănceps, ancipitis, Quod utrinque acutum est. פיפיות piphijoth. ἀμφίτομος.] Anceps (inquit Festus) significare videtur, quod ex utraque parte caput habet, ut securis, bipennis. Sed magis à capiendo, quòd ex utraque parte aequè capiatur, appellatum est. Lucil. Vecte, atque ancipiti ferro effringam cardines. ¶ Accipitur pro dubio, sive ambiguo. [... ἀμφίβολος, ἀμφίδοξος, Gal. *Douteux, incertain*. Ital. *Dubio*. Ger. Zweiffelhafftig. Hispan. *Dudoso*. Polon. *Watpliwy, niepewny*. Vngar. *Kétséges*. Angl. *Double or two edged, doubtsome*.] Cic. pro Marcell. Incertus est exitus, & anceps fortunae. Idem 1. de Natur. deor. Bestiae quasi ancipites, in utraque sede viventes. ¶ Veteres ancipites in nominativo dixerunt non sine ratione, ne in genitivo ancipitis duabus syllabis videretur crescere. Sosipater lib. 1. Plaut. in Rud. Post altrinsecus est securicula anceps. Vide Priscianum lib. 6. Vocabula ancipitia, quae & in bonam & in malam partem accipi possunt. ut, tempestas, valetudo, facinus, &c. Vide Gell. lib. 12. c. 9.

Anceum, sylvestris cucumer, apud Dioscorid.

Anchites, lege ANACHITES.

Ănchŏra penult. corr. Ferreum instrumentum, quo naves retinentur, quod & à Graecis ἄγκυρα vocantur: unde & Latini vocem hanc procul dubio mutuarunt, & tenue in suam aspiratam & υ in o commutantes. [Gall. *Ancre, ou crs de fer dequoy on retient les navires*. Ital. *Anchora*. Germ. Ein Ancker/ der groß eisen das

Haft wol man in dem Meer die Schiff behaltet. Hisp. *Ancla ò ancora de la naue.* Pol. *Kotew.* Vng. *Vas matska.* Ang. *An anker.*] Cic. 7. Verr. Vela fieri, præcidi anchoras imperavit. ¶ Et quia nautæ tempestate jactati, quando feliciter navigandi nulla spes superest, ad anchoram confugiunt, qua ejecta navim eodem in loco retinent, donec faciliùs navigandi se offerat occasio: factum est ut Sacram anchorã proverbialiter dicamus pro extremo perfugio. Vnde etiam proverbiali figura apud Euripidem Hecuba Polydorum familiæ gentisq; suę anchoram nominat, Ὃς μόνος οἴκων ἄγκυρά τ' ἐμῶν. Qui jam solus generis superest anchora nostri. Dicemus itaq; Anchorã domus pro refugio & columna domus. ¶ Prævertit anchoræ jactum Deus, Ἀλλ' αὐτόματον τὴν ἐπ' ἄγκυραν Θεός, dicimus, quũ res præter spem evenit. Traductum à nautis, quibus accidit sæpenumerò, ut quum nituntur anchoram jacere, in portum appulsuri, repellantur à ventis, & in mediam tempestatem revocentur. ¶ Duabus anchoris fultus, ἐπὶ δυοῖν ὁρμεῖ, Duabus nixus in portu, subaud. anchoris. De firmis & immotis, & qui rem suam probè constabilierunt. Meminit Aristot. in Panath. Huic simile est, Bonum est duabus niti anchoris. ¶ His contrariũ est, Rupta anchora, de his qui repentè tanquam magnum quiddam facturi prodiissent: deinde in falsa omnium expectatione turpiter & indecorè se gessissent in negotio. ¶ Sacram anchoram solvere, ἱερὰν ἄγκυραν χαλᾶν, proverbialiter dicitur, quoties ad extrema refugia confugitur. Translatũ à nautis qui maximam ac validissimam anchoram sacram vocant: eamq; tũ demum mittunt, quum extremo laborant discrimine. Vide Lucian. in Iove, & in Drapetis, & Euripidem in Hecuba. ¶ Anchoras tollere dicitur à Varrone non sine proverbiali specie pro moliri discessum.

Anchŏrārĭŭs, m. f. [ἀγκυράρχης. Germ. Der Ancker meister.] Qui curam anchoræ habet, ut eam vel demittat vel elevet.

Anchŏrārĭŭs, a, um. Quod ad anchoram pertinet. ἀγκυραῖος. ut Funes anchorarii. Hirtius: Storias autem ex funibus anchorariis tres fecerunt.

Anchŏrālĭs, le, adjectivum. ἀγκυρωτικός. Plin. lib. 16. cap. 8. Vsus ejus anchoralibus maximè navium piscantiumq; tragulis. Anchoralis tractus, Liv. 7. belli Maced.

Anchŏrāgo, Piscis est. qui & Salmo à rostri aduncitate (ut in Anchora) Anchorago vocatus. Cassiodorus Variarũ lib. 12. cap. 4: Destinet carpam Danubius, à Rheno veniat Anchorago. Vide Tonsicula.

Anchusă, f. p. [ἄγχουσα. Pol. *Czerwony korzen:* malè quibusdã *wolowy yęzyk.*] Herba est lactucæ foliis, radicem habens digitali crassitudine, colore sanguineo, æstate manus inficiens, qua mulieres colorem purpureum malis inducunt. Galli vocant *Orchanettam.*

Ancīlĕ, per i simplex, penul. prod. n. t. [מגן ישונאה *magen.* ἀγκύλιον. Gall. *Vn escusson court, ou bouclier.* Ital. *Scudetto, brochiero.* German. Ein ronder Schilt den man im Krieg braucht/ein Rondellen. Hisp. *Escudo redondo.* Pol. *Rodella tarcza.* Vng. *Kerekpaix.*] Scutũ breve erat, authore Festo, ita ex vtroq; latere recisum, ut nullus angulus videri posset, & summum infimumq; ejus latus medio pateret. Dictum ab Am & Cæsum, quasi Ancisum: vel ab ἀγκῶν, quod est cubitus, vel ab ἄκος remedium, quoniam pestilentiæ remedium fuit. Fertur Numæ Pompilii tempestate de cœlo decidisse, unaq; editam vocem omnium potentissimam fore civitatem, quandiu in ea mansisset. Itaq; facta sunt ejusdem generis plura, quib. id misceretur, ne internosci cœleste posset. De hoc Ovid. lib. 3. Fastorum: Ecce levi scutũ versatum leniter aura Decidit: à populo clamor ad astra venit. Et paulò pòst. Idq; ancile vocat, quod ab omni parte recisum est. Quemq; notes oculis, angulus omnis abest. Livius lib. 1: Salios itẽ duodecim Marti gradivo legit, tunicæ pictæ insigne dedit, & super tunicam, æneũ pectori tegmen: cœlestiaq; arma, quæ ancilia appellantur ferre, ac per urbem ire canentes carmina cum tripudiis, solennique saltatu jussit. Hor. lib. 3. Carm. hoc Ancilium declinavit, quum ait: Anciliorum nominis, & togæ. Iuvenalis verò adjectivum posuit, quum dixit: Clypeis ancilibus.

Ancile, incisio est tendinum circa collum vel articulos, propter quam impeditur functio. Gal. de Defin.

Ancillă, f. p. [שפחה *schiphchah* אמה *amáh* δούλη. Gall. *Chambriere, servante.* Ital. *Fante, serua.* Germ. Ein Dienstmagt/Dienstjungfraw. Belg. Jonckwif. Hisp. *Sierua esclaua, ò moca de seruicio.* Pol. *Sluzebna dziewka.* Vng. *Szolgáló leány.* Ang. *A maidseruand.*] Mulier serva. Nomen deductũ putavit Festus ab Anco Martio, quòd is in bello magnum fœminarum numerum cœperit. Sive quòd Antiqui Anculare dicebant ministrare. Ex quo dii quoq; ac deæ ferũtur coli, quibus nomina sunt Anculi, & Anculæ. Plin. lib. 2. cap. 63: Terra mortalium semper ancilla. ¶ Quæ semel ancilla, nunquam hera. Vt vulgò jactatum refertur in Græcis Epigramm. Μήποτε δοῦλ' ἄνασσα γυνή, [illegible] E'i [illegible]: id est, Siqua ancilla semel fuit, haud unquam dominetur, ut proverbiũ habet. Videtur ideo dictum, quòd qui ex humili fortuna subvehũtur ad res amplas, solent esse in cæteris insolentiores, minusq; tolerabiles quàm qui fœlices nascuntur.

Ancillŭlă. [θεραπαινίδιον. Germ. Ein Dienstmägtlein. Pol. *Dziewczinka.* Vng. *Szolgáló tska.* Ang. *A litle maidseruand.*] Diminutivum ab ancilla. Terent. in Eunuch. Nonne ubi mihi dixti cupere te ex Aethiopia ancillulã, &c. Cic. 1. de Orat. Iuris sciẽtiã eloquentiæ, tanquã ancillulam pedissequamq; adjũxisti.

Ancillāris, adject. vum, quod ad ancillam pertinet. [δούλειος, δουλικός. Vng. *Szolgáló, leányhoz való.*] Salust. in Ciceronem: Cui insidias in civitate fecisti ancillares. Cicero in Tusculan. quæst. Ancillari sordidoq; artificio regiæ virgines ut tonstriculæ tondebant barbam.

Ancillārĭŏlŭs, Ancillæ addictus, qui ancillã amat. [δουλαγέρωχος. Vng. *Szolgáló leány szerető.*] Mart. lib. 12: Ancillariolũ tua te vocat uxor, & ipsa Lecticariola est: estis Alauda pares. Seneca libro 1. de Benef. Siquis nulla se amica fecit insignem, nec alienæ uxori annulum præstat: hunc matronæ humilem, & sordidæ libidinis, & ancillariolum appellant.

Ancillŏr, latir, d. p. [עבד *habádh.* δουλεύω. Gall. *Seruir, s'assuiettir à quelqu'vn comme son seruãt.* Ital. *Ministrare, seruire.* Germ. Ein Dienstmagt seyn/Dienen. Hisp. *Seruir como esclauo ò moca.* Pol. *Sluze za dziewke.* Vng. *Szolgálok, rabostálok.* Ang. *To serue to subiect him selfe as a seruand.*] Ministro, vel dedico me administrãdũ, ac serviendũ, more ancillarum, quæ suis ministrãt ac serviũt heris. Cic. in Salust. Nõ enim uni privatim ancillatus sũ.

Anclābră, Vasa sunt quibus sacerdotes utebãtur. Anclabris (inquit Festus) est mensa ministeriis apta divinis. Vasa quoque in ea, quibus Sacerdotes utuntur, anclabra appellantur. Sũt qui legant Antlabra, ἀπὸ τοῦ ἀντλεῖν: hoc est ab hauriendo.

Anclārĕ, Vide ANTLARE. ¶ Turnebus putat esse anculare: id est, haurire & ministrare. Vnde & ancillularum nomen Livius florem anculabant liberi ex carchesiis, quod si ab ἀντλεῖν deducitur, ut Festo videtur, certè litera mutatur.

Ancones, Vide ANCON in Onomastico.

Anconiscī, ἀγκωνίσκοι. Instrumenta tortoria. [Vng *Kénzo szerszám.*] ¶ Itẽ ferramenta oneribus sustinendis idonea, quę à Gallis corruptè *Angones* vocãtur [Pol. *Klamra.* Vng. *Aszok salp.*] cujusmodi in cellarum vinariarum colũnis videmus quibus incumbũt ligna, quæ dolia ferunt. Dicta à similitudine cubiti, quem ἀγκῶνα Græci appellant. Nam ut pleriq; dormientium cubitis, ita hisce ferramentis onera innituntur.

Anctēres, ἀγκτῆρες. Vincula sunt, quibus vulnerũ labra constringuntur, ne latior fiat cicatrix. [Pol. *Hafty.* Vng. *Seb szorito, seb varro fonal.*] Gal. 3. Terapeut. Item pars colli, suffocationi maximè obnoxia, ἀπὸ τοῦ ἄγχειν. Vide Cælium Rhodig. libro 4. capite 2.

Ancyloglossum, [ἀγκυλόγλωσσον. Vngar. *Nyelvgyekér.*] Vinculum nervosum sub lingua, in pueris præsertim quod filum vulgò appellatur. Eximitur autem instrumento, quod ἀγκυλότομον appellant. Vide Paulum Aeginetam l. 6. c. 29.

Anculī, & Anculæ dii, deæq; ancillarũ putabantur. Festus.

Ancyromachus, pen corr. [ἀγκυρομάχος. Pol. *Dubas.* Vng. *Terhes hajo.*] Genus navigii est, ita dictum, quòd anchoris, & reliquis navigii instrumentis vehendis sit aptum.

Andabatæ, [ἀνδαβάται. Ital. *Combatenti à la cieca.* Germ. Fechter mit beschlossnen oder verdeckten Augen. Pol. *Szlepo szermierze.* Vng. *Az kik szemök bé hunyva vivnak, kordéra vivok.*] Gladiatores erant, qui oculis clausis digladiabantur. Cic. Trebatio: Quem antea ne Andabatã quidem defraudare poteramus. De Andabatis sic scribit Erasmus, Andabatæ fuerintne populi clausis oculis soliti pugnare, an gladiatorũ genus, qui clausis oculis tenderent in adversarium, an potius lusus genus, ut propemodum ex Seneca licet conjicere, nondum (ut ingenuè fatear) satis compertum habeo. ¶ Quidam legunt *Antibadiastæ.* Vide Leunclaium in Eclogam Bas.

Andrāchnē, ἀνδράχνη, Herba est, quæ à Latinis Portulaca dicitur.

Andrāchnē agrĭă, [ἀνδράχνη ἀγρία. Pol. *Kurza noga, Tluste ziele.* Vng. *Mezei portsfu.*] Herba est majori semper vivo similis, sed foliis minoribus, quæ à Latinis Illecebra appellatur, & Portulaca sylvestris. Vide Ruell. lib. 2. c. 140.

Andrāgo, penult. prod. f. t. [ἀνδρεία. Germ. Ein Männisch vnd vnverzagt Weib. Pol. *Niewiasta mezskiego serca.* Vng. *Fërfiszivü asszony.*] Mulier animum virilem habẽs, ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς καὶ ἀγεῖν Latini viraginem vocant.

Andrŏdămās, ἀνδροδάμας, Lapis est ex genere hæmatitarũ, colore nigricante, põdere ac duritia insignis, qui attritus coti succum reddit sanguineum. Vide Plinium lib. 36. cap. 20. ¶ Est prætereà Androdamas, gemmæ nomen, quæ argenteũ nitorem habet: ut adamas, quadrata, & semper tessellis similis: cui Magi putant nomen impositum ab eo, quòd impetus hominum & iracũdias domet, ἀπὸ τοῦ δαμάζειν τοὺς ἄνδρας: hoc est, à domandis viris. De hac Plin. lib. 37. c. 10.

Andrŏgynŏs, penult. corr. m. f. [ἀνδρόγυνος. Germ. Der ein Mann vnd Weib ist/ein Zwickdorn. Belg. Die een Manen de Wyf beide is. Pol. *Meskie ymiewiescie rzecimasaci.* Vngar. *Azkinek az természet minde két féle fayt adot, (azaz Azzonférfi.*] Qui utrũque habet sexũ, & maris & fœminæ: cujusmodi Hermaphroditum fuisse Poëtæ fabulantur, & Mercurii & Veneris filium, ἀνὴρ & γυνή. Cicero de Divinat. Quid ortus Androgyni? nónne fatale quoddam monstrum fuit?

Andrōn, m. t [ἀνδρών. German. Das Höfle im Hauß zwischen zweyen Mawren: Item, Mannengemach oder Kammer. Pol. *Scziankȳ beznakrecia.* Vng *Vállás nékül való ház.*] A' quibusdam putatur esse locus in ædibus, parietibus undique septus, sed ferè sine tecto. Plin. libr. Epist. Tam alii abditiq; secreti illa ratio est.

tio est, quòd interjacens andron parietem cubiculi hortique distinguit, atq; ita omnem sonum medii inanitate distinguit. Festus locum esse in ędibus longitudine angustiorem, in quo viri plurimùm versantur, ut γυναικῶν, in quo mulieres. Solebant enim viri publico sito in conviviis maximè à mulieribus sejungi, ne illorum moribus accumberent. Suidas quoq; Andronem interpretatur locum in ædibus, in quem viri solent convenire. Dicebatur hujusmodi locus etiam Andronitis quòd in eo viri sine interpellationibus mulierum versarẽtur, ut scribit Vitruv lib 6.

Andronium, Medicamentum est, uvæ quæ in fine faucium nasci solet, curandæ utile. Ejus confectionem vide apud Celsum lib.6.cap.14.

Andrŏsæmōn ἀνδρόσαιμον, Herba est similis Hyperico, cauliculis tamen majoribus, ac magis rubentibus. Florem habet lutei coloris, qui digitis attritus, succum emittit sanguini similem: unde & nomen habet. Αἷμα enim apud nos sanguinẽ significat. De hac herba vide Plin. lib. 26. c. 5.

Androsaces, ἀνδρόσακες, Herba est in maritimis Syriæ locis copiosissime proveniens, alba, carens foliis, folliculos in cirris habens, & in folliculis semen. Vide Plin. lib. 27. c. 4.

Anecloglstus. [ἀνεκλόγιστος. Pol. *Regestr widatku wy przyecia.* Vng. *Szám adásától Szabados.*] rationibus reddendis liber & solutus. Vlpian. de admin. tut. Quidam decedens filiis suis dederat tutores, adjecerat: Eosque anecologistos esse volo. Et ait Iulianus, tutores nisi bonã fidem in administratione præstiterint, damnari debere: quanvis testamento comprehensum sit, ut aneclogisti essent. Idem est anexetastus, ἀνεξέταστος. Hotomannus in Lexico.

Ānēllŭs, Vide infrà ANVLVS.

Ānĕmōnē, pen. prod. [ἀνεμώνη. Gall. *Coquelourdes ou passefleur.* Ital. *Anemone.* Germ. *Klein oder groß Klappertosen.* Hisp. *Ama pollas de flor chiquita.* Pol *Roza polna.* Vng. *Papius, vad mák, (nagy) papitok.*] Herba est florem habens ejusdem nominis, caduca levitate statim evanescentem, quem poëtæ fabulantur ortum esse ex sanguine Adonidis ab apro interẽpti. Galli vocant Herbam venti, quòd flante vento floribus suis spolietur, quos illi *Coquelourdes* appellant. Meminit hujus herbę Nicander in Theriacis, & Theocritus in Bucol. Flos est purpureus, aspectu satis amœnus, sed nulla odoris gratia commendatus. Vnde ortum est proverbium: ῥόδον ἀνεμώνῃ συγκρίνεις: hoc est, Rosam cum Anemone confers. Convenit in eum, qui vehementer imparia inter se componit. Dicta putatur Anemone, quòd nisi vento flante (quem ἄνεμον vocant Græci) non aperiatur.

Anemosphoros ἀνεμώφορος, Herba est ex naporum generibus, quæ receptiore nomine *Bunion* appellatur.

Ānēthum, n. s. [ἄνηθον. Gall. *Anet.* Ital. *Anetho.* Germ. *Dill / Hochkraut.* Belg. *Dille.* Hisp. *Eneldo.* Pol. *Swoski kopr.* Vng. *Kapor.* Ang. *Dill, anet.*] Genus herbæ boni odoris, etiam hodie in officinis nomen retinens, ructus movens, tormina sedans, & singultus cohibens. Plin. lib. 20. c. 18.

Ānfractŭs, dicuntur obliqui viarum flexus, in sese recurrentes, ab Am & frango, quòd tecta via crebris mæandris vndequaque sit interrupta. [עקלקלות *hakalkallôth.* ἑλιγμός. Gall. *Vn destour en rond, vn destour de rue.* Ital. *Rottura & rouina de via.* Germ. *Krüme vnd vmbgang der Wägen / vmbwendung oder ränck wie in den schnecken sind.* Hisp. *Rodeo de camino aspero* Pol. *Droga krzywa, Pasieka.* Vng *Kerengözés, körösz mi kóul valohi.* Ang *Overthwart winding or turning streates.*] Cæsar: Oppidi murus ab planitie, atque initio ascensus, recta regione, si nullus anfractus intercederet, MDC. passuum aberat ¶ Trãsfertur & ad alia, accipiturq; simpliciter pro quovis circuitu. Cic. de Partit. Orat. Oratio circumscripta longo anfractu. Idem de Divinat. Iam verò quid opus circuitu & anfractu? ¶ Legitur & Anfractum neutro genere apud vetustissimos. Accius Eurysace, citante Nonio: Super Oceani stagna alta patris terrarum anfracta revisam.

Angari, ἄγγαροι, teste Suida. Nũtii erant regii apud Persas, qui & ἀστάνδαι vocabantur. Quod tamen nomen posteà latiùs usurpari cœpit, pro quibusvis qui servorum aut jumentorum onera bajularent. Horum diversoria, in quæ peracto diei pẽso diverrebant, Angara, ἄγγαρα vocabantur. Quod etiam annotauit Cælius Rhodig. lib. 18. cap. 8.

Āngarĭă. [עבודת *habdath* לחץ *láchats* ἀγγαρεία. Gall. *Charge, contrainctè.* Ital. *Angaria, grauezza.* Germ. *Ein genötigter Dienst / zwang* Hisp. *Duana ò seruidumbre.* Pol. *Slużba przymuszona. Przymus do każdey rzeczy.* Vngar. *Kényszerítésből való szolgálat.* Ang. *Compelled seruice, the charges of postes.*] Pen. prod. Munus angari. In jure autem Romano, angaria sæpe legitur, & signif. Munus præstandi equos ad cursuram publicam. ¶ Differunt autem, angaria & parangaria, ut docent Iurisconsulti ad titul. Cod. de cursu publico, angariis & parãg. ¶ Angariari verbũ, quo utitur Vlpian. lege pen. D. de veter. ubi naves dicuntur angariari quæ onerum vehendorum necessitate astringũtur. Sic ferè apud Matthæum cap. 27. ἀγγαρεύειν usurpatur. ¶ Budęus sic habet: Apud Persas erat ἀγγαρήϊον δρόμημα, cursus pernicissimus equitum, ut scribit Herodotus in 8. unde nomen Angariæ, & Parangariæ in libris juris lectitatum manavit: est enim nomẽ Persicũ. Nostrates *Postas*, quasi positos collocatosq; in certis locis, & sæpe in procinctu excubãtes, appellãt.

Āngĕlŭs, [ἄγγελος. Germ. *Ein Bott / ein Engel.* Belg. *Engele.* Pol. *Possel wdzięczny, Anioł.* Vng. *Angyal, Követ.* Belg. *An angel.*] Latinè nuntius: nam officii nomen est, non naturæ. Semper enim spiritus sunt, sed quum mittuntur, vocantur Angeli. ¶ Angelicum metrum Diomedi, celeritate nuntiis aptum. ¶ Angelica, radix vulgò herbariis nota, Laserpitium est Gallicum. Ruell. lib. 3. c. 52.

Anger genus serpentis, qui cruciator & expatharius dicitur. Est & nomen fluvii in Illyrico.

Āngīnă, Vide ANGO.

Āngĭpōrtŭs, quarti ordinis: & angiportum, n. s. Via est exitum non habens: vel vicus angustus & flexuosus in modũ anguis: quasi angustus ad portam aditus: ab augẽdo, & portu. [עקלקלות *hakalkallôth.* στενωπός. Gall. *Vne ruelle, ou qui est sans issue.* Ital. *Via senza capo, angiporto.* Germ. *Ein eng Gäßlein das nit durchgeng ist.* Belg. *Een enge Strate / oft Ganck.* Hisp. *Calle angosta ò sin salida.* Pol. *Ciasna Vlica niemaiaca wyscia.* Vngar. *Szoroskőz.* Ang. *A narrow streate with many windinges.*] Vlpian. Angiportum a portu dictum est. Portus verò, conclusus & munitus locus est, quemadmodum & statio: ab importandis, expectandisq; mercibus nomen habens. Terent. in Adelph. Id quidem angiportũ non est pervium. Cicero quarta in Verrem: Vt omnibus in angiportis prædonis improbissimi statuæ ponantur. Idem 1. de Divin. Ex horreis direptum effusumq; frumentum vias omnes angiportusq; constraverat. ¶ Alii a Græco ἀγχί, quod significat propè, deductũ volunt, quia non longiùs extenditur.

Āngō, angis, anxi, sine supino usitato, act. t. Constringo, premo, crucio. [הדריך *hidhrich* סגר *hesgir.* ἄγχω. Gall. *Estrangler, tourmenter, angoisser.* Ital. *Affannare, ansiare, ansare.* Germ. *Tringen / trucken / engstigen.* Belg. *Benauwen / worgen / becommeren / bedrucken.* Hisp. *Angustiar ò congoxar.* Pol. *Drecze, Dusze, Sciskã, Trapie.* Vng *Kesergők, szorongatom, sonnyadok.* Ang. *To vexe to anguish, to torment.*] Et modò ad animum, modò ad corpus, modò ad utrumque promiscuè pertinet. ¶ Ad animum. Cicer. Epistol. famil. libro 16: Audio te animo angi. Gellius: Chilo præstabilis homo, sapientiæ, quoniam usque debuerit contra legẽ contraque ius pro amico progredi, dubitavit: eaque res in fine quoque vitæ ipsum animum anxit. ¶ Ad corpus Colum. lib. 9: Cavendum est ut tenerior separetur à validioribus, quia robustus angit imbecillum. ¶ Ad utrunque promiscuè. Gell. Dum Pyrrhus rex intra Italiam esset, & unam atque alteram pugnam prosperè pugnavisset, satisque angerentur Romani, & pleraq; Italia ad regem descivisset. ¶ Plaut pro absumo posuit in Aulular. Tum anxisse aquam, siquis peteret. Deducitur ἀπὸ τοῦ ἄγχω, quod est suffoco, strangulo: à quo Synanche morbus faucium acutus, ut dictum est in dictione Angina. Dicimus autem, Angor animi, vel animo, ἀθυμῶ, ἀθυμίαν ἔχω.

Ānxŭs, particip. ab angor, teste Diomede Grammat. libro 1. [Vng *Törődött, sonnyadot*]

Āngŏr, oris, m. t. Corporis vel animi cruciatus. [דאבה *deabah.* ἀδημονία. Gall. *Angoisse.* Ital. *Affanno, doglia.* Germ. *Angst / bekümmernuß.* Belg *Angst / becommernisse / pyne.* Hisp. *Angustia, ansia, ò congoxa.* Pol. *Trapienie, smętek.* Vng. *Keserges sonnyadás, tördés.* Ang. *Greiffe, anguishe.*] Cic. 4. Tuscul. Angor, est ægritudo premens. Item 1. de Finib. Sic robustus animus & excelsus, omni est liber cura & angore, quum & mortem contemnit.

Āngīnă, pen. prod. f. p. [συνάγχη, κυνάγχη. Gal. *Squinãcie.* Ital. *La schinantia.* Ger. *Geschwulst im Halß oder der kelen / so die lufftrör verhindert / zäpffinweh* Belg. *Squinancie.* Hisp. *Esquinancia.* Pol. *Czopka vpadnienie, garla bolenie.* Vng. *Torokgyík.* Ang. *The quinsey, a kind of disease.*] Genus morbi acutissimi, quo fauces anguntur ac strangulantur. Imperitũ vulgus medicorum *Squinantiam* vocat. Dicta angina, quòd angat guttur, viamq; spiritui præcludat. Plautus. Vellem me in anginam verti, & huic aniculæ faucis præoccuparem. ¶ Festus Pompeius indicat joco jactatum in eos, qui vino præfocantur, laborare vinaria angina quam οἰνάγχην possis dicere.

Ānguīllæ, f. p. Piscium solæ exanimes non fluitant: quas non ovo, non coitu procreari scribit Aristoteles. [ἐγχέλεις. Gall. *Anguilles.* Ital. *Anguille* Germ. *Ael.* Belg *Palinck* Hisp. *Anguillas.* Pol. *Węgorz.* Vng *Angola, anguilla.* Ang. *Eles.*] Dictæ anguillæ quòd specie anguem repræsentent. Plin. lib. 9. cap. 51: Anguillæ atterunt se scopulis, ea strigmenta vivescunt, nec alia est earum procreatio. Plaut. in Pseud. Anguilla est, elabitur. ¶ Cauda tenes anguillam, ἀπ᾽ οὐρᾶς τὴν ἔγχελυν ἔχεις. Proverbium est, in eos aptè dici solitum, quibus res est cum hominibus lubrica fide perfidisq; Aut qui rem incertam aliquã habent, quam tueri diu non possint. ¶ Ejus contrarium τῷ θρίῳ τὴν ἔγχελυν. Folio ficulno anguillam subaudiendum, tenes. Vbi quis alioqui fugax & lubricus, arctiore nodo tenetur, quàm ut possit elabi. ¶ Anguillas captare, ἐγχέλεις θηρᾶσθαι. Quadrabit in eos, quibus tranquillo Reip. statu nihil est emolumenti: Proinde seditiones gaudent exoriri, quo civitatis publicum malum in suum privatum vertant commodũ. Inde ducta similitudine, quòd quum aqua stat immota, nihil capiunt qui captant anguillas: quum verò sursum ac deorsum miscent ac perturbant aquam, ita demum capiunt. Proverbium extat apud Aristoph. in Equitibus.

Anguis, Tam fœminini quàm masculini generis, serpentis genus est satis notum, & propriè illud (si Servio credimus) quod in aquis degit. [נחש nachas, תנין tannin. ὄφις. Gal. *Serpent, couleuure.* Ital. *Serpente.* German. Ein Schlang/ein wasser Natter oder Schlang. Belg. Een Waterslange. Hisp. *Culebra ò serpiente.* Pol. Wąż wodni. Vng. *Vizi kigyó.* Ang. *A serpent, an edder.*] Frequentissimè tamen etiã de terrestribus dictum invenitur. Virg. 3. Eclog. Frigidus, ô pueri, fugite hinc, latet anguis in herba. Valer. lib. 1: Sylla Consul, sociali bello, quum in agro Nolano ante prætorium immolaret, subitò ab una parte aræ prolapsam anguẽ prospexit. Corn. Tacit. Vnam omninò anguem in cubiculo visam narrare solitus est. Frequentiùs tamen masculino genere profertur.

Anguĭcŭlus, diminutivum ab anguis. [ὀφίδιον. Gall. *Serpenteau, petite couleuure.* Ital. *Serpentello.* Germ. Ein Schlängle/ein kleine Schlang. Hisp. *Pequeño serpiente.* Polon. Wężik. Vng. *Vizi kigyócska.* Ang. *A litle snake or edder.*] Cicer. 5. de Finibus: Serpere anguiculos, nare anaticulas.

Angŭĭfer, penult. corr. Signũ cœleste, quod à Græcis dicitur ὀφιοῦχος. Columel. Anguifer quum mane occidit, tempestatem significat.

Anguĭnĕus, a, um, adjectivum, Quod anguium est, aut quod ex anguibus constat: [ὀφιώδης. Gal. *De serpent.* Ital. *Cosa de serpente.* Germ. Das von der Schlangen ist/ oder zu der Schlangen gehört. Hisp. *Cosa de serpiente.* Polon. Wężowy. Vngar. *Vizi kigyóbol valo.* Ang. *Of a serpent.*] ut, anguineæ comæ Medusæ, apud Ovid 4. Tristiũ, & Anguineus capillus Eumenidum, apud Catullum. ¶ Item quod anguis similitudinem accidit: ut, Anguineus cucumer. Columel. lib. 2. cap. 9: Hoc est, oblongus, ad anguis similitudinem contortus. Plin. dicitur Erraticus, lib. 20. cap. 2.

Anguīnus, a, um, Idem: Vng. *Vizi kigyóbol valo.*] ut, Anguina vernatio. γῆρας ὄφεως, pro pelle quam verno tempore angues exuunt. [Vng. *Kigyo ing.*] Plin. lib. 30. c. 3: Anguinũ ovum. Plin. lib. 29. c. 3: Præterea est ovorum genus in magna Galliarum fama omissum Græcis. Angues innumeri æstate convoluti, salivis faucium corporumq; spumis artifici cõplexu glomerantur: anguinum appellatur.

Anguimănus, ni, Elephantorũ epitheton est, propterea quòd proboscis eorum, quæ manus vocatur, in omnem partẽ anguium more, facilè flectitur, & vertitur. Lucret. lib. 5: Anguimanos belli docuerunt vulnera Pœni Sufferre, & magnas Martis turbare catervas.

Anguĭpĕdes, A poëtis dicti sunt Gigantes, quasi loripedes, quod pedes tortuosos habuisse finguntur, sicut angues se tortuosos faciunt, ὀφιόποδες. Ovid. 1. Metam. qua centũ quisque parabat Injicere anguipedum captivo brachia cœlo.

Anguĭtĕnens, tis. ὀφιοῦχος, Sydus cœleste, quod & Anguifer dicitur. Cic. 2. de Nat. deor. Atq; hæc quidẽ à tergo, propter caput autẽ anguitenẽs: Quem claro prohibent ὀφιοῦχον nomine Graii: Hic pressu duplici palmarum continet anguem.

Angŭlus, pen. corr. m. f. A geometris dicitur id, quod cõstat ex duabus lineis in idem punctum desinentibus. [פאה peáh מקצוע miktsóah. γωνία. Gall. *Angle, coing.* Ital. *Angolo, ò cantone, canto.* German. Ein eck/ winckel. Belg. Een hoeck. Hispan. *Rincon.* Polon. *Kąt, rog domu wy albo iniszy rzecz.* Vngar. *Szuglet, szegelet.* Ang. *A corner.*] ¶ In ædificiis item anguli dicuntur, ubi duo parietes coeunt. ¶ Item in agris & regionibus, ubi duo latera conveniunt, atque in acutum desinunt, angulus appellatur. Cæsar 5. Belli. Gall. Hujus lateris alter angulus, qui est ad Cantiũ, *&c.* ¶ Et quoniam anguli in ædificiis, reliquis partibus ferè sunt obscuriores, & secretiores, factũ est, ut angulus accipiatur pro loco quovis secreto & abdito. Terent. in Adelph. Interea in angulum aliquo abeã. Cic. in Catil. Nemo non modò Romæ, sed ne ullo quidem in angulo totius Italiæ fuit, *&c.*

Angellus, li. [γωνίδιον. Vng. *Szugelyotska szegeletetske.*] Parvus angulus. Lucr. lib. 2: Sed magis angellis paulũ prostãtibus.

Angŭlātus, a, um, ad modũ & formam anguli factus. [מקצוע mechuktsah. γωνιωμένος. Gall. *Fait à angles.* Ital. *Fatto à cantoni.* Germ. Geeckt/eckechtig. Hisp. *Hecho à rincones.* Pol. *Narożnisty.* Vng. *Szeges, szurdékos, szegeletes.* Ang. *Made after the fashion of a corner.*] Cic. de Nat. deor. Esse corpuscula quædam lævia, alia aspera, rotunda alia, partim autem angulata.

Angŭlōsus, Habens plures angulos. [מקצוע מקצעות miktsóah miktsóah, γωνιώδης. Gal. *Qui a plusieurs coins.* Ital. *Di piu cantoni.* German. Das viel eck hat/ eckechtig. Hispan. *Lleno de rincones.* Vngar. *Szurdékos, szeges, szegeletes.* Angl. *Full of corners.*] Plin. libro. 37. cap. 12: Figura oblonga maximè probatur, deinde quæ vocatur lenticula, postea clypeodes & rotunda: angulosis minima gratia.

Angŭlāris, & hoc lare, Quod habet angulos. [γωνιαῖος. Pol. *Kamieny albo narożnicze quadratowi.* Vng. *Szeges szegeletes.* Ang. *Which hath many corners.*] Cato de Re rust. cap. 15: Pilas ex lapide angulari.

Angŭlārĭus, idem quod angularis sive quadratus. [Vng. *Szeges szegeletes.*] Procul. in L. 69. D. de contrah. emp. Rutilia Polla emit lacum Sabbatenem angularium, & circa cum lacum pedes decem. Ex Hotomano.

Angŭlātim, κατὰ γωνίας. Vng. *Szegeletenkint.*] Adverbium significans per Angulos: Diomedes Gramm. lib. 1. Grãmatices.

Angustus, a, um, ab angulus. [צר tsar, דחוק dachuk. στενός. Gal. *Estroit, serré.* Ital. *Stretto.* Ger. Eng. Hisp. *Angosto, y estrecho, ò apretado.* Pol. *Ciasny.* Vng. *Szoross.* Angl. *Narrow, streict.*] Arctus, eò quòd anguli semper coarctẽtur: ut, Angusta domus, Cic. 1. de Finib. Angustissimæ fauces, Cæsar 1. Bell. Civil. Angustioribus foliis. Plin. lib. 13. cap. 21.

Angusto, as: id est stringo, coarcto, contraho. [צר hetsár, דחק hedhik. στενόω. Gall. *Estrecir.* Ital. *Stringere.* Ger. Eng machẽ. Hisp. *Angostar, estrechar.* Pol. *Sciskam ściągam, ścieśniam.* Vng. *Megh szorongatom, bẽue szoritom.* Ang. *To make narrow, or streict.*] Lucr. lib. 5: Quà matis angustat fauces saxosa Carystos.

Angustans, Angustatus, Angustandus, participia. Catul. Cujus iter cæsis angustans corporum acervis. Cic. Somn. Scip. Omnis enim terra quæ colitur à vobis, angustata verticibus, lateribus latior. Senec. de Tranq. vitæ: Angustanda certè patrimonia sunt, ut minùs ad injurias fortunæ simus expositi.

Angustè, adverbium, arctè, strictè, exiguè, exiliter, tenuiter, pressè. [στενῶς. Gall. *Estroitement, serrement.* Ital. *Strettamente.* German. Eng. Hispan. *Estrecha y apretadamente.* Polon. *Ścisle, ciasno.* Vngar. *Szorossan.* Ang. *Narrowle, streictlie.*] Cæsar 3. Belli Civ. Ad rem frumentariam expediendã, qua angustè utebatur.

Angustĭa, æ, f. p. Locus arctus, & minimè amplus, cujusmodi sunt montium fauces. [צרה tsaráh, מצוק maltsók, στενοχωρία. Gall. *Destroit, destresse.* Ital. *Angustia, strettezza.* Germ. Enge eines orts. Belg. Engicheit/ becommernus. Hisp. *Ang. Hura estrechura.* Pol. *Ciasność, ścisk.* Vng. *Szorossag, szukseg, szoros.* Ang. *Narrownesse, distresse.*] Cæsar 5. Bell. Gall. Tamẽ angustiis viarum quàm maxime poteft, contrà ii Idem: Qui prior has angustias occupaverit, ab hoc hostem prohiberi nihil esse negotii. ¶ Transfertur & ad alias res: ut, Angustia orationis, Angustia etiã corporis & animi. [Vng. *Nyomorúság keserűség.*] Cæsar: Neminem, qui ei in tot rerũ angustiis subveniret habebat. ¶ Angustiæ temporum, Vbi difficilia & quasi maligna sunt tempora aut propter bella, aut famem & rerum penuriã, aliudve incommodorum genus. Cic. 1. de Orat. Sed tamẽ in his vel asperitatibus rerum, vel angustiis temporis, obsequar studiis nostris. ¶ Angustiæ etiam dicuntur, quum quis tantis difficultatibus premitur ut nesciat quò se vertere debeat. Cic. de Fato: Angustiis urgeri.

Angustĭtas, atis, vetus nomen, pro Angustia. Actius: Sed angustitatem inclusam, ac saxis squalidam. Nonius.

Angusticlavium, vii, n. f. Eadem forma dicitur, ut Laticlaviũ: quòd esset tunica angusticlavii, ut Latini volũt. Sueton. Dũ patrem suum Angusticlavium fuisse narrat, cum nondum adeptum fuisse latum clavum significat. Quod & Paterculus confirmat de Mecœnate, qui in Equestri ordine semper mansit, sic scribens. Quippe vix angusto clavo penè contentus, nec majora consequi non potuit, sed nõ tam exoptavit. Vide Turneb. lib. 1. Adversar. cap. 2.

Anhēlo, as, pen prod. ex am, & Halo, m, in n, mutata, significat ægrè halo: quũ videlicet ex cursu, aut alio quovis labore vehementi, crebris quasi singultibus spiratur, ac respiratur. [נפח napbách נשף נשם רוח ravách נשף sibaáph rkach, ἀσθμαίνω. Gal. *Haleter, halener, souffler.* Ital. *Spirare, fiatare, ansare.* Ger. Reichen/ mit arbeit athmen. Belg. Hyghen. Hisp. *Acezar ò sospirar desleado.* Pol. *Tchne, ledwo oddicham.* Vng. *Zuggok, pihhök, lehök.* Ang. *To breath and blowe.*] Colum. lib. 1. cap. 3: Sed antè ad præsepia boves religari non expedit, quàm sudare atq; anhelare desierint. ¶ Translatè posuit Cicero in Cat. Tandem aliquando, Quirites, Catilinam furentem audacia, scelus anhelantem, pestem patriæ nefariè molientem, *&c.*

Anhēlātor, m. t. Qui est suspiriosus & pnevmaticus, quod vitiũ consistit in spirandi difficultate. [נפח nophéach. ἀσθματικός. Gal. *Qui a son vent & haleine à grand peine.* Ital. *Chi ansa & spande grosso fiato.* Germ. Reichiger/der mit arbeit auß engbrüstigkeit oder sunst athmet. Belg. Hyger. Hisp. *El que mucho spira ò aceza.* Polon. *Ledwo tchnacy.* Vngar. *Zuggo. pihhö azky nehezen veszön lélegzetet.* Ang. *Which breatheth with difficultie, or pursey.*] Plin. 22: Anhelatoribus, & in tussi vetusta cum porro ex aceto datur.

Anhēlātus, participium. [ἀσθμαίνων. Vngar. *Zuggatatot.*] Ovid. in Epist. Medeæ ad Iasonem: Isset anhelatos non præmeditatus ad ignes.

Anhēlātĭo, onis, f. et spirãdi difficultas. [מפח mappáh, δύσπνοια. Gal. *Difficulté d'auoir son haleine.* Ital. *Asmo, difficulta di respirare.* Ger. Das Reichen/das schwer athmen. Hisp. *Acezo ò, ò. spiro.* Pol. *Tchnienie, oddech ciesny.* Vng. *Zuggás lélés, pihés.* Ang. *Difficultie or peine of breathing.*] Plin. lib. 11. cap. 21: Prodest & orthopnoicis, & anhelationi.

Anhēlĭtus, penult. corr. Spiritus, respiratio. [רוח revacháh מפח mappách. ἆσθμα. Gal. *Haleine, ou difficulté d'aleiner, comme quand quelqu'vn a couru.* Ital. *Fiato.* Germ. Der Athem. Hisp. *Acezo ò sospiro.* Polon. *Oddechnienie.* Vngar. *Lihelles.* Ang. *The breath.*] Plaut. in Epid. Animo malè est, accipiam anhelitum.

Anhēlus, a, um, Anhelans, spiritũ ægrè ducẽs. [נפח nophéach. ἀσθμαίνων, πνευστιῶν. Gal. *Qui à peine peut auoir son haleine.* Ital. *Che spira con difficultà.* German. Der schwerlich athmet reichet. Hispan. *El que mucho sospira ò aceza.* Pol. *Dychawiczny.* Vngar. *Nehezentlélö, zuggo.* Ang. *Which breatheth painefullie.*]

Virg 1. Geor. Nosq; ubi primus equis Oriẽs afflavit anhelis. Idem 2. Georg. -senibus medicãtur anhelis: id est, suspiriosis.

Anicetum, [ἀνίσσον. Gall. *Anis*. Ital. *Aniso*. Ger. Enis Belg. Anijs. Hisp. *Anis*. Pol. *Hannisz*. Vng. *Kapor, kömény*. Ang *Aniso*.] A' quibusdam appellari semen, quod notiore nomine Anisum vocamus, author est Plin. lib. 20. cap. 17. propterea q appetentiam excitet. A' Græcis quæcunq; orexim adjuvant, ἀνίκητα dicuntur, quasi invicta. Non aliam etiam ob causam Dioscorides, eandem appellationem anetho tribuit, lib. 3. c. 60. Vide ea quæ ibi annotavit Marcellus Virgilius.

Aniciana, Inter pyrorum genera reponuntur. [Vng. *Sudtiny Skörtsfíly*.] Vide Col. lib. 5. cap. 10. & Catonem. cap. 7.

Anicularis, Vide A N U S.

A'nĭlĭs, Anilitas, Aniliter, Vide A N U S.

A'nĭmă, f. p. [נשמה *neschamáh* נפש *néphes*. h. ψυχή. Gal. *L'ame, la vie, l'air que nous respirons*. Ital. *Aima, anima, fiato, ario*. Ger. Die Seel. Belg De Siele. Hisp. *Anima, ayre*. Pol. *Dusza*. Vng. *Lélek*. Ang *The saull, the lyfe*.] Corporum viventium, hoc est, stirpium, & animalium iam rationalium, quàm ratione carẽtium, pars nobilior, qua unumquodq; illorum vivit, alitur, sentit. Ea in stirpibus simplex est, quã Altricem appellãt, qua scilicet illæ alimentum attrahunt, retinent, & in universas sui partes distribuunt, illisq; assimilẽt, & quod in alimonia verti nõ potest, excernunt. Brutis verò animantibus anima duplex est, quę à nobiliori sua actione Sẽtiens appellatur, sub se cõprehendẽs Altricẽ, non secus atq; in tetragono trigonus cõprehenditur. Lõgè autem nobilissima homini est anima, quę à ratione, qua solus homo utitur, Rationalis appellatur. Hęc ne quidẽ una est, ex triplici autẽ actione tria sortitur nomina, modò Altrix sive Vegetatrix: modò Sentiens, modò Ratiocinatrix appellata. ¶ Accipitur itẽ Anima pro animo, pro vita, pro spiritu: de quib. vide testimonia in dictione Animus. ¶Item accipitur pro iracũdia. Plaut. in Amph. Animã compr me. ¶Item pro vento Virg. lib. 8: Quantum ignis animæq; valent. Lucret. Aurarumq; leves animæ calidiq; vapores. ¶ Anima & vita, ζωὴ καὶ ψυχή, de re supra modũ suavi. Proverbium natum in cubilibus, atq; inde deductũ in cõmunẽ sermonem: quo utuntur Iuvenalis & Martialis. ¶ Animã debet, τὴν ψυχὴν ὀφείλει: Donatus in eo loco Phormionis Terẽt. Quid si animã debet? admonet proverbium esse de eo, qui immodico ære alieno teneatur, ut plus quàm omneis facultates debeat, ac deniq; seipsum debeat. ¶Simili figura, Omnia pręter animã tradita, dicuntur, de illis qui nihil nõ dederunt aut debẽt præter animãm, quo usus est Cic. pro Rosc. Amer. ¶ Inter animam & spiritum hoc interest: quia Animæ sunt ea, quæ ad naturam pertinẽt: Spiritus verò ea quæ supra naturam. ¶ Anima putei pro aqua. Plaut. Amph. Ni ego illi putro, si occepso, animam omnem intertraxero. Fortasse pro Halitu & vapore prodeũte ex puteo. Nam si pro aqua, Plautinum certè & nimis durè figuratum est.

A'nĭmŭlă f p. Parva anima, diminutivum ab Anima. [ψυχίδιον Gall. *Petite ame, vient tendrette*. Ital. *Animetta* German. Ein kleine Seel. Hisp. *Pequenna anima*. Pol. *Duszyczka*. Vng. *Lelkeske*. Angl. *A poore saull*.] Servius Sulpit. ad Ciceronem lib. 4: In unius mulierculæ animula si jactura facta, tantopere commoveris?

A'nĭmăl, ab anima, n. t. Est substantia animata sentiens. [חיה *chayyáh*. ζῶον, ἔμψυχον. Gall. *Vn animant, ce qui a vie avec sens, cõme les hommes & les bestes*. Ital. *Animale*. Germ. Ein Thier/was das leben hat und empfindt Belg. Een Dier. Hisp. *Animal que tiene anima*. Pol. *Zwierze*. Vng. *Elö állat*. Ang. *A liuing creature*.] Plin. lib. 10. cap. 63: Bipedum solus homo animal gignit. Cic. 1. de Legib. Animal providum & sagax homo.

A'nĭmālĭs, & hoc animale, Quod est ex animali, sive quod habet in se animã. [ἔμψυχος. Gal. *Vivant & sentant, ayant ame*. Ital. *Vitale*. Ger. lebisch/Seelenhafft. Belg. Dat een siel heeft/levendich. Hisp. *Cosa de vida*. Pol. *Ducha, rusżeniey w sobie maiacy*. Vngar. *Elö állatbol valo, sött természet szerent valo eleteo*. Ang. *That which hath lyfe*.] Vnde veteres Animales deos dixerũt, qui de animis essent facti, ut Penates. ¶ Animalis aliquando ponitur pro spirabilis & aërius. Cic. libr. 3. Tusculan. Sive illi animi sunt animales: Cõtrarium ejus est exanimalis, qui nõ est animal, vel qui sine anima est. Plaut. in Bacch. Nam neq; Bellona mihi unquam, neque Mars creduat, Ni illum exanimalem faxo, si convenero. Nive exhæredem fecero vitæ suæ. ¶ Animalis spiritus. Plin. lib. 8. cap. 42: Equas Favonio flante obversas, animalem concipere spiritum: idque partum fieri. Id est, vivificum.

A'nĭmālĭs hostĭă dicebatur quæ ob eam solùm causam mactabatur, ut ejus anima Deo alicui offerretur. θυσία ψυχική. Duo enim (ut inquit Macrobius) erant hostiarum genera: Vnum, in quo voluntas Dei per exta disquiritur: Alterum, in quo sola anima Deo sacratur: quas Aruspices Animales hostias ideirco appellant.

A'nĭmābĭlĭs, le, adjectivum, Quod animam & spiritũ habet, spirabilis. [πνευστικός, πνευματικός. Polon. *Zywiaci*. Vng. *Lelkös állat*] Cic. 2. de Nat. deor. Principio enim terra sita in media parte mũdi, circunfusa undique est hac animabili spirabiliqne natura, cui nomen est aër.

A'nĭmālĭtās, f. t. Pro ipsa animali essentia. [τὸ ψυχικόν. Vng. *Elö állatság*.]

A'nĭmādvertō, a. t. Animũ aliquò verto, sẽsus in illud quod fit intendo, cogito, intueor, cõsidero, deprehendo, sentio, intelligo. [פקד *paqád* השכיל *hiskchil* הבין *hebin*. διανοέομαι, ἐπιστρέφω τὸν νοῦν, ἐπιβάλλω τὸν νοῦν, αἰσθάνομαι. Gal. *Adviser, prẽdre garde, appercevoir*. Ital. *Cõsiderare*. Ger. Warnemen/fleissig mercken. Belg. Iet hooren merkelick toe/ost neme waer. Hisp. *Mirar y estar atento hazia alguno*. Pol. *Spilnośćia obaczam*. Vng. *Eszömben veszöm meg saldisom*. Ang. *To consider to, to perceave, to ty apply the mynd to any thing*.] Plaut. Animadvertere hominẽ subalbidum. Cic. 1. de Divin. Experrecta nutrix animadvertit dormientẽ circũplicatum serpentis amplexu. ¶ Interdum ponitur pro punio & castigo, junctũ accusativo mediante prępositione. [פקד *pakádh*. κολάζειν. Gall. *Punir, chastier* Ital. *Punire*. Ger. Straffen. Hisp. *Punir y castigar alguno*. Pol. *Karze*. Vng *Meg büntetöm*. Ang *To punishe, to chastice*.] Cic. in Verr. Act. 3: Tu qui statueras animadvertere in eos, qui perperam judicassẽt. ¶ Interdũ sine prępositione. Idem in Verr. act. 2: Atque ea sunt graviter animadvertenda peccata, quæ difficilime præcaventur. ¶Invenitur etiam ablativo jũctum, in eadem significatione mediãte præpositione A, vel Ab. Terent. in Andr. Ea primùm ab illo est animadvertenda injuria: id est, castiganda & vindicãda. ¶ Animadvertere & punire differunt. Nam punire est quoruncunque, sive jure, sive injuria: animadvertere est ejus qui in alterum habet potestatem ordine ac ritè: id est, cum animadversione puniendi.

A'nĭmădvērsĭo, f. t. observatio, notatio. [בינה *bináh*, ἐπίσκεψις, ἐπιλογισμός. Gal. *Consideration*. Ital. *Consideratione*. German. Warnemmung / Auffmerckung. Hisp. *Aquella obra de mirar hazia alguno*. Pol. *Bacżenie, doglądanie*. Vng. *Eszében vivés meg saldítás*. Ang. *Perceauing or marking of a thing consideration*.] Cicero 1. de Finib. Interesse enim inter argumentum, cõclusionemq; rationis, & inter mediorum animadversionẽ. ¶ Sæpè enim pœnam & castigationem significat, quam κόλασιν Græci vocant. [מוסר *musár*. Gal. *Chastiment, punition*. Ital. *Punitione*. Germ. Straff. Hisp *Punition, castigo*. Polon. *Karność*. Vngar. *Büntetés*. Angl. *Chastisement, punishement*.] Idem 1. Offic. Omnis autem animadversio, & castigatio contumelia vacare debet.

A'nĭmādvērsŏr, m. t. Punitor. [פקד *pokidh*. κολαστής. Gall. *Qui punit, chastieur*. Ital. *Chi punisse*. German. Ein einseher/straffer. Hisp. *Castigador*. Pol *Tenktori karze*. Vng. *Büntetö*. Angl. *A punisher, which chastiseth*.] Cic. 1. Offic. Si acres ac diligẽtes esse volumus animadversores vitiorum, magna sæpe intelligimus ex parvis. Apuleius: Exponam breviter, quid animadversor meus fecit.

A'nĭmădvērsŭs, perspectus, cognitus. [מובן *mubán*. ἐγνωσθείς. Gal. *Cogneu*. Ital. *Conosciuto*. Ger. Verstanden/gemerckt. Hisp. *Conoscido*. Pol. *Wibaczony*. Vng. *Meg tudatot*. Angl. *Knowin perceaued*.] Cæsar: Hac re animadversa Cæsar jubet signa cõvertit. ¶Item Animadversus, qui supplicio affectus est. [פקוד *pakúdh* מוסר *meiussár*. κολασθείς. Gal. *Chastié*. Ital. *Punito*. Ger. Gestrafft. Hisp. *Castigado*. Pol. *Skarany*. Vng *Meg büntetetöt*. Ang. *Castised, punished*.] Paulus Iureconsul. Corpora animadversorum, quibuslibet petentibus, ad sepulturam danda.

A'nĭmæquĭŏr, com. t. qui est animo æquiore & tranquilliore. εὐγνωμονέστερος.

A'nĭmæquŭs, a, um, moderatus, tolerans, minimè querulus in adversis. Denique omnia æquo animo ferens. εὐγνώμων.

A'nĭmŭs, & Anima, in hoc differunt, quòd anima sit vitæ, animus consilii. Nã anima, in homine est, qua vivimus, & sentimus, & movemur: ita ut contineat vim vegetandi, movẽdi, & sentiendi: quæ omnia communia sunt nobis cum cæteris animantibus. Nam ipsa aluntur, crescunt & gignũt, movẽtur præterea, & sentiũt. ¶ Animus verò est, quo homines sumus, quo sapimus & intelligimus. [רוח *rúach* לב *leb* דעת *dáhath*. θυμός, νοῦς. Gall. *Ame, esprit, courage*. Ital. *Lo spirito humano*. Ger. Das gemüt. Belg. Den moet/ dat verstandt. Hispan. *Animal racional con que entendemos*. Polon. *Vmisl*. Vngar. *Okosság, ész, lélek*. Ang. *The mynde, courage or esprit in doing any thing*.] Quę vis non est educta de potentia materiæ, sed à Deo immortalis de nihilo creatur eodẽ tempore, quo & infũditur in corpus nostrum. Cicer. lib. 1. Tuscul. sic disserit: Animum autem alii, animam etiam ferè nostri declarant nominari. Nam & agere animam, & Efflare animam dicimus, & Animosos, & Bene animatos, & Ex animi sententia. Ipse autem animus ab anima est dictus. Sciendum tamen est, animum pro anima plerunque sumi, ut apud eundem in Catone: Qui si in hoc erro, quòd animos immortales credam, libenter erro. Et iterum: Sic mihi persuasi, sic sentio, quum tãta celeritate animarũ, &c. ¶ Plautus in Mostel. proverbialiter dixit: Nihil est miserius, quàm animus conscius. Conscientia enim mille testes. ¶ Aliquando accipitur pro voluntate sive affectu & delectatione, ψυχαγωγία. Plautus in Epid. Captivã adulescentulam de præda mercatus est. Quid ergo ex te audio? r. Hoc quod fabulor. s. Cur eam emit? r. Animi causa. s. Quod ille animos habet? Hinc fit Vnanimis, ὁμόψυχος, qui unius est animi: id est, voluntatis. ¶ Animi pro cogitationibus. Plautus Epid. Quod illic homo animos habet. ¶ Munerum animus optimus: ἀλλ' ἐν δὲ τῷ θυμὸς μέγας: Græcis hemistichium Heroicum proverbiale, quo significatur, in amicorũ muneribus non esse spectandum rei missæ pretiũ, sed mittentis

tentis potiùs animum. ¶Volens nolente animo: ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ. Hemistichium Homeri Iliad. libro δ. dicendum ubi quis fingit se nolle quod cupit: vel contrà. Nonnunquam de ambigente, animique incerto dicitur. ut apud Eurip. in Hecuba. ¶Animus habitat in auribus, ἐν ὠσὶν ὁ νοῦς τῶν ἀνθρώπων οἰκεῖ ἴσως. Herod. in Polym. Cujus Adagii is est sensus, quòd ex iis, quæ audivimus, maximè placatur aut irritatur animus. ¶Quandoque pro spiritu, sive flatu, ac vento: unde anima vel animus nomen accepit. ¶Nam ἄνεμον Græci dicunt, quem nos ventum. Cicer. 1. Tusculan. Si anima animus est, fortasse dissipabitur. Terentius in Adelph. Animum recipe: id est, respira. Pro eodem etiam legitur Anima: & (ut opinor) frequentiùs quàm animus. Cic. de Vniversit. Inter ignem & terram aquam Deus animamque posuit. Virgil. 8. Aeneid. Quantum ignes animæque valent. ¶Ponitur etiam Animus pro animositate, sive fortitudine, & animi alacritate. Cicero Attic. lib. 2: Nostris animus accessit: timor hostibus injectus est. Idem libro 3: Labienus adventu noster Cneus multò animi plus habet. ¶Quandoque etiam pro memoria. Cicer. Illa quæ sæpè auditis & tenetis animis prætermitto. Idem in Catil. Percipite quæso ea quæ dicam, & ea penitùs animis vestris mandare. Virgil. 9. Eclog. Omnia fert ætas, animum quoque, &c. ubi Servius animum pro memoria dici annotavit. ¶Animus heptaboeus, θυμὸς ἑπταβόειος, de forti dictum, Epithetum sumptum à clypeo Ajacis, quem Homerus ἑπταβόειον appellat, quòd septem boum tergoribus esset obductus, atque ob id impenetrabilis. Ovid. dominus clypei septemplicis Ajax. Sumptum est Adagium ex Ranis Aristoph. ¶Aut minus animi, aut plus potentiæ, ἢ φρονεῖν ἧσσον, ἢ δύνασθαι μεῖζον. Convenit in feroces, quorum arrogantiæ non suppetant vires: Aut, qui non timent irritare, quem vincere non possint. Vtitur Plutarch. in Laton. ¶Mulierum animus, γυναικὸς φρένες. Diogenianus ostendit dici solitum in stultos. Videtur autem magis quadrare in imbelles & inconstantes. ¶Non abjicit animum. De eo qui ne afflictissimis quidem rebus, spem aut consilium abjicit. ¶Recipere animum. Convenief, quum quis re subitaria consternatus, postea recipit sese. ¶Animos quoque plurali numero, eleganter dicimus, pro temeritate, quæ scilicet habeat arrogantiæ nonnihil conjunctum. Cic. pro Flacco: Remittant spiritus, comprimant animos, sedent arrogantiam. Idem pro Cluentio: Notatis animos ejus & spiritus Tribunitios. ¶Frequenter etiam Anima pro vita accipitur. Salust. At nobis est domi inopia, foris æs alienum, mala res, spes multò asperior: denique quid reliqui habemus præter miseram animam? Iuvenalis: I nunc, & ventis animam committere, dolato Confisus ligno, digitis à morte remotus Quatuor aut septé, si sit latissima teda. ¶Animá quoq; pro animo positá legimus: hoc est pro mente. Macrobius: Tunc enim anima libera est, & nulla corporis cogitatione impedita. ¶Item pro vento, ut suprà ostendimus. ¶Sæpè etiam pro halitu oris, sive spiritu. Plaut. in Asin. Dic, amabo, an fœtet anima uxoris tuæ? Virg 3. Georg. animas & olentia Medi ora fovent illo. Terent. Hoc ubi audivi, ad fores suspenso gradu, placidè ire perreci, accessi, astiti, animam compressi, aurê admovi. Plaut. Ne quid emittat animæ dormiens. ¶Pro eodem etiam Græci ψυχὴν dicunt, à verbo ψύχω quod est refrigero: Nã quæ plus æquo calent, anima: hoc est spiritu refrigerantur. ¶Animam accipitur pro ira. Idem animam comprime. ¶Hinc Animosus, & Animatus, pro iracundo: de quibus infrà. ¶Varro posuit animam pro sono. Et Phrygias audire animas. Virg. pro ipso homine: Ite, ait, egregias animas quæ sanguine nobis Hanc patriam peperêre suo, &c. In homine autem quatuor animas esse constat: Vitalem scilicet, ut quæ in vermibus est, qui tantum moventur: Sensualem, ut in brutis animalibus, in quibus est sensus & timoris & gaudii: Intellectualem quæ est in hominibus tantùm, qui & cogitare & judicare possunt: &, quæ infrà omnes est, Physicam: hoc est, naturalem, ut ea quæ est in arboribus & herbis, quæ etsi non moventur, vitam tamen habent, quum nascantur, crescant & pareant.

Animŭlus, dimin. [ψυχίδιον. Vng. Eszetske, okosságotska, lelketske.] Plaut. in Cas. Mi animule mi Olympio, mea vita.

Animo, ar, act. p. Animum do, incito, incendo. [piel chizzek hechezik, ... ἐμψυχῶ, θαρσύνω, ἐμβάλλω. Gall. Donner courage enhardir. Ital. Incorare, inanimare. German. Muttig und geherzt machen. Belg. Eenen moet oft hert geven. Hispan. Esforçar, dar coraçon. Polon. Sercá dodáć. Vngar. Bátoritom. Angl. To encourege, to stirre vp.] Claudian. libro 3: Qualis pestiferas animare ad prælia taxus Torva Megæra ruit. Macrobius: Animati sunt ergo veteres ad faciendam discretionem. ¶Aliquando animare est animam inducere, animam inspirare, vivificare. [piel chijjah. hiphil hechejah. ψυχόω. Gall. Bailler vie ou ame vivante souuant. Ital. Mettere l'anima. Germ. Das Leben geben/lebendig machen/herhafftig machen. Hispan. Dar anima y vida. Polon. Zywot wracam, ozywiam. Angl. to giue life or soull.] Colum. lib. 9: Diebus quibus animantur ova, & in speciē volucrum conformantur. Cicer. de Divin. Quicquid est hoc omnia animat, format, alit, auget.

Anĭmans, substantivum, fœmi. vel neutr. generis, ferè pro animali accipitur. [chajjah, quod Græci ζῷον vocant. Gal. Vn animant, qui a vie & sens. Ital. Animale, animante. Germ. Ein Thier/ oder was ein Leben hat. Hispan. Animal. Polon. Zwierze albo rzecz ... majaca. Vngar. Eleö állat. Angl. A liuing creature.] Cicer. de Nat. deor. Animantium aliæ coriis tectæ, aliæ villis vestitæ. Idem 1. de Legibus: Nam quum cæteras animantes abjecisset ad pastum, solum hominem erexit. Invehitur & genere masculino. Horat. 2. Sermon. sed hic stylus haud petet ultrò Quenquam animantem. Cicero de Vniversi. A quo enim animante omnes reliquos contineri vellet animantes, hunc ea forma figuravit, qua omnes reliquæ formæ concluduntur. ¶Nonnunquam latiùs extenditur Animantis appellatio, præsertim in neutro genere, ad omnia scilicet, quæ habent animam: ut sunt arbores, frutices, & herbæ, quibus animam alentem inesse constat, quam philosophi recentiores Vegetativam appellabant. Itaque vivere & mori illa dicimus: nec animalia tamen, sed animantia nũcupantur, ut docet Senec. lib. 8. Epistol. moral. ¶Animans verò adject. ἔμψυχος, idem est quod animam habens. Autor ad Heren. lib. 4: Sed invenio similium facilis erit, siquis sibi res omnes animantes, & inanimantes frequenter ob oculos poterit ponere.

Anĭmātus, ab animo fit, sicut à tunica, Tunicatus, à galea, Galeatus: & significat idem quod Animo aut voluntate aliquâ affectus. [... mechuzzak ... διακείμενος. Gall. Qui a cœur, ou courage. Ital. Disposto nell' animo ad vna impresa. Germanicè. Gemut ... gesinnet. Hispa. De animo y voluntad. Pol. Smiały ... Vng. Esses, okos, lelkes. Ang. That hath courage or life.] Cic. D. Bruto: Ita paratus, seu animatus esse debet, ut nihil facias nisi jussus: id est, cum voluntatem habere debes.

Anĭmātus, part. cipium, Qui habet animam. [ἔμψυχος. Vngar. Lelkes.] Cic. Tusc. 1: Animatum quod est, id motu cietur interiore & suo. Huic opponuntur Inanimis. Exanimis sive exanimus. ¶Interdum ponitur pro affectus. Cic. in Verr. Civitatem ut abs te affecta sit, ita in te animatam videmus. ¶Interdũ pro fortis & magnanimus & animosus. Cic. in Epist. Pompeius animatus meliùs quàm paratus.

Anĭmātio, f. i. verbale ab animando. [... ἐμψύχωσις. Gall. Don d'ame ou de vie. Ital. Rinforzamento ... vita. German. Lebendmachung. Hisp. El dar de animo ... Pol. Dawanie ... Vngar. Lelkezes meg eleventtés. Ang. The gift of the life or of the soull.] Cic. de Vniversit. Erant autem animantium genera quatuor, quorum unum divinum, atq; cœleste: alterũ pennigerum, & aërium: tertium terrestre: quartum divinæ animationis.

Anĭmātus, us. verbale nomen idem quod animatio. [ἐμψύχωσις. Vng. Lelkezes, megeleveníttés.] Plin. lib. 11 cap. 3: Volare quidē aliqua, & animatu carere in suo spiritu viventia docuimus.

Anĭmōsus, Habens in se vehementiam animi, sive qui est hilari spiritu, quique ad iracundiam est proclivior. [... θυμώδης, θυμοειδής. Gall. Courageux, hardi, de grand cœur. Ital. Animoso, coraggioso. Germ. Manlich/mutig/unerschrocken/ herzhafft. Belgic. Stoutmoedich/mannelijk. Hisp. Animoso, de grande animo y esfuerço. Polon. Smiały, ... Vngar. Bátor. Angl. Couragious, of great spirite and hart manlie.] Ovid. Pyrrhus Achillides animosus imagine patris. Cic. in Cat. Ex quo fit ut animosior etiam senectus sit, quàm adolescentia. Virg. Quos animosi Euri assiduè frangunt, feriuntque. Ea quoq; anima potentia, qua ad iram incitamur, Animosa, θυμικὴ appellatur. ¶Invenitur etiam Animosus pro nodoso, per translationē positum. Virg. 3. Georg. Luxuriatque toris animosum pectus. Vbi Servius. Animosum interpretatur nodosum, non malè tamen Animosum pectus intelligere possumus in hoc loco Virg. de homine forti & magnanimo.

Anĭmōsē, adverb. fortiter strenuè. [θυμωδῶς, ἀνδρείως. Gal. Courageusement, de grand cœur. Ital. Animosamente, con gran cuore. German. Manlich/dapfferlich. Hispa. De animo y de coraçon. Pol. Smiele. Vngar. Bátran, ba... Angl. Couragiouslie, manfullie.] Cic. 4. Phil. Nec solùm id animosè & fortiter, sed considerate etiam, sapienterque fecerunt.

Anĭmōsĭtas, f. t. Est vehementia & impetus animi, sedem habens in corde, quē Speusippus definit esse motū violentum ... animæ irrationalis, absq; ratione & ordine mentis. [... θυμός. Gall. Courage, grand cœur. Ital. Animosità ... Germ. Herzhafftigkeit, Mannhaftigkeit, dapfferkeit. Belg. Stoutmoedicheit, manhachticheit. Hisp. Grandeza de animo y esfuerço. Polon. Smiałość. Vng. Batorság. Ang. Courage, manlinesse.] Iulius Firmicus Math. secus lib. 2: Secura mentis animositate perdisce. Macrob. Comment. lib. 1. cap 6: Animositas quam θυμόν.

Anisocycla, apud Vitruvium organa sunt multos orbes habentia, quosdam majores quosdam minores in rationem majorum impulsione, reliqui orbes moverentur, & maliter ... alicujus fieret, aut expulsio: quò enim major est absis & rotunditas circuli, eò minore conatu & opera movetur. Ita interpretatur Turnebus. Budæus vero dicit esse organa inæqualium circulorum quæ maximi sunt momenti.

Anisum [ἄνισον. Gall. Anis. Ital. Aniso. Germanic. Enis. Belg. Anijs. Hisp. Matalahuga. Pol. Hanyż. Vnga. Ánizs. Angl. Anise.] Herba est, caulē, folia, & flores habens foeniculo similia: unde etiā à quibusdā fœniculum Romanũ appellatur. Se ... fert in umbilicis, cibis condiendis in primis utile herbæ sive nomē tā Græcis, Latinis, Germanis, & Gallis cognitū. Plin. lib. 20. c. ... Anisum à Pythagora inter pauca laudatur, sive crudum sive decoctum. Item: Viride aridūmve omnibus quæ condiuntur quæq; intinguntur, desideratū: tetrorem tollit manducatū, mox vino collutū vultum juniorem præstat: appetentiam ciborum facit.

Annāles, Annalis, Annarius, vide ANNVS.

Annālĭcōr;

Annāscor, iuxta nascor, d. t. [ἐπιφύομαι. Germ. Auffwachsen. Hisp. Pegirasfam. Vng Kôzel, mellette születni, mellette termök. Angl. To be borne nigh another.] Gellius: Denteis quoque in septem primis mensibus, & septenos ex utraque parte gigni, & cadere annis septenis, & genuinos annasci annis ferè bis septenis. Hinc Agnatus, Agnatio, in quibus subtrahitur n, quæ pro poneretur, & mutatur in g.

Annāvĭgo, as, pen. corr. Ad locum aliquem navigo. [προσπλέω. Gall. Naviger iusques à quelque lieu. Ital. Navigare fino à qualche luoco. German. Hinzu schiffen/anlenden. Hispan. Navegar hazia algo. Pol. P... pływam. Vnga. Evezni, haton valahova menni. Angl. To sayle to any place.] Plin. lib. 36. cap. 12: Sanè conspicuè undique annavigantibus sitæ sunt in parte Africæ.

Annĕcto is, annexi, annexum, Agglutino, alligo, ad aliquid necto. [חבר הדביק hidbibk, προσάπτω. Gall. Attacher ou lier à quelque chose. Ital. Attaccare ò legare à qualche cosa. Germa. Anbinden/anknüpffen. Hispan. Travar vna cosa à otra. Polon. Przywiązuję, spajam. Vngar. Hozzá kötöm, foglalom. Angl. To knit to, or bind to any thing.] Plin. lib. 10. c. 37: Epistolas annexas eorum pedibus. Cels. l. 4 c. 3: Morbus qui modò caput scapulis, modò mentum pectori annectit. Cic. 2. de Nat. deor. Paulò suprà, quàm ad linguam stomachus annectitur. Plin. lib. 28. c. 8. Cor annexum in lana ovis nigræ.

Annexus, ûs hujus annexus. [ἐπιπλοκή. Vng. Hozzá foglalás, ragaszás.] Igitur numero colonorum, opportunitate fluminum, uber agri annexu connubiisque gentium adolevit floruitque.

Annītor, eris, penult prod. Ad aliquid applico sive applicor, innitor. Cic. de amic. Sic natura solitarium nihil amat, semperque ad aliud tanquam adminiculum annititur, quod in amicissimo quoque dulcissimum est. ¶ Ponitur etiam aliquando pro valde Conor, & incumbo ad aliquid agendum. [השתדל hamaʾ ... φιλοτιμέομαι. Gal. S'efforcer à faire quelque chose. Ital. Sforzarsi forzevolmente. Germanic. Dapffer etwas zuthun understehen. Belg. ... Hispan. Estribar. Polo. Usiłuję, usiłuję. Vng. Igyekezöm reá, erekszik. Ang. To do any thing with the force and strength by all meanes.] Salust. Postea Piso in citeriorem Hispaniam, Quæstor pro Prætore missus est annitente Crasso, qui eum infestum inimicum Cn. Pompeio noverat.

Annīsus, ûs, & Annixus, ἐπιχείρησις, συναγωνισμός. Liv. 5. ab Vrbe: Et Patres interficere intercessores legis annisi sunt. Idem lib. 4: Patres summa ope annisi sunt.

Annīsūrus, & Annixurus. Liv. 2. ab Vrb. Annisurum, ut appareat exilio illis iratos, non fractos animos esse. Idem lib. 1: Quod annixurus pro se quisque sit.

Annōmĭnātio. Est (ut ait author ad Heren. lib. 4.) quum ad idem verbum & nomen acceditur commutatione vocum, vel additione unius literæ, aut literarum: aut syllabæ, aut syllabarum, aut quum ad res dissimiles similia verba accommodantur. A Græcis vocatur παρονομασία.

Annōna, V. de ANNVS.

Annŏto, as, pen. corr. act. p. Iuxta sive aliquid noto: & significat aliquando inscribo [כתב chathàm רשם rasihàm ספר samà ... ὑποσημειόω, ἐπισημαίνω. Gall. Noter, marquer. Ital. Annotare. Germanic. Darzu zeichnen/auffzeichnen/auffschreiben. Hisp. Notar ò sennalar vna cosa. Polon. Znaczam, napisuję. Vngar. Feliegyzem. Angl. To note, to marke.] Lactant. lib. 6: Et ausus est libros suos nefarios, ac Dei hosteis annotare. ¶ Interdum annotare significat, memoriæ causa in commentarium referre. Columel. lib. 12 cap. 3: Sciret unde daret, & meminisset, atq; annotaret, quid, & quando & cui dedisset. ¶ Annotare etiam pro decernere Sueton. in Caligul. c. 27: Quum ad saginam ferarum muneri præparatum carius pedes compararentur, ex noxiis laniandos annotavit. Budæus. ¶ Annotari etiam dicitur, qui absens in reos refertur. Nam in gravioribus criminibus Magistratibus qui absentem in reos recipiebat, edicta proponebat, quibus illi denuntiabat fore, ut nisi intra annum adesset, ejus bona confiscarentur, uti Marcianus & Mater docent de requirendis reis. Hinc annotatio apud Macrum ibidem, illa in reos relatio. Ex Hotomanno.

Annŏtāmentă plur. Annotationes. [Pol. Przypiś. Vng. Iegyzés. ὑπομνήματα.] Gell lib. 1. cap. 7: Apud veteres scriptores, locutionum talium copiam offendimus, atque his vulgò annotamentis inspersimus.

Annŏtātor, oris, m. t. [σημειωτής. Germ. Ein auffzeichner. Vng. Iélentö.] Qui aliquid annotat. Plin. in Paneg. Num enim ante medium diem distentus solitaria cœna spectator, annotatorq; convivis tuis immines? Hoc est, observator, ut videlicet notes, & observes quantum quisque aut edat aut bibat.

Annuātim, Quotannis seu singulis annis. [בכל שנה ושנה schanàh ... Gall Par chacun an. Ital. Ogn' anno. German. Jährlich. Hispan. Cada vn anno. Polon. Co rok, nakażdy rok. Vng. Esztendö szént esztendöről ríz esztendre. Ang Yearlie.] Qua voce usus est Hieronymus referens Plinium prodidisse, singula millia talentum thuris annuatim pensitasse Arabas regibus Persarum. Locus Plinii, quem citat Hieronymus, est lib. 12 cap. 17. ubi tamen Annua legitur non Annuatim.

Annŭlus li, Vide ANVLVS.

Annŭmĕro, as, pen. corr. In aliquot numero pono, in eundem numerum refero. [ספר saphar מנה manâh. προσαριθμέω. Gall. Annombrer, adiouster au nombre, conter & payer. Ital. Aggiongere ad vn numero, annumerare. Germanicè. Darzu zehlen/zu der zahl thun. Hispa. Contar vna cosa sobre otra. Polon Przyliczam, nadliczam. Vngar. Hozzá számlálom. Angl. To counte, and cast to others.] Cic. 2. de Divin. Atque his libris annumerandi sunt, sex de Republ. Interdum idem est quod simplex numero. Cic. 1. de Nat. deor. Ut eorum molestum sit annumerare senteotias. Idem de Optim. gen. Orat. Annumerare verba lectori.

Annūntio, as, are, nuntio, denuntio. [בשר bischschar הגיד highghidh. προσαγγέλλω. Gall. Annoncer porter nouvelle. Ital. Annontiare. Germa. Verkünden. Hisp. Denunciar ò traer nuevas. Pol. Oznaimuię. Vngar. Meg hirdetöm hirt teszöm. Ang. To bring newes to tell tydinges.] Plin. lib. 7. cap. 52: Animam relicto corpore errare solitam, vagamque è longinquo multa annuntiare. Cic. Attic. Eique interea, ut scribis, salutem annuntiabis.

Annŭo, is, ere, n. t. Proprè est nutu: id est, capitis signo assentior. [קרץ karàts הניע ראש ... ἐπινεύω. Gal. Faire signe de la teste qu'on est content, s'accorder & consentir à quelque chose. Ital. Assentire, accenar de sì col capo. German. Mit dem haupt winken oder zeichen geben/Bewilligen. Hispa. Otorgar inclinado la cabeça. Polon. Skinąm przyzwalam Skinieniem. Vng. Fö hajtással reá hagyom. Angl. To nod with the head in signe of aggreing, to consent or graunt.] Cicer. 1. Verr. Id mihi significasse & annuisse visus est. Idem de Orat. Id quoque toto capite annuit. Virgil. 9 Aeneid. Annuit & totum nutu tremefecit Olympum. ¶ Annuere pro affirmare. Plaut. Bacchid. Ego autem venturum annuo. ¶ Annuere, item pro nutu sciscitari. Tacit lib. 15: Idem Subrio Flavio assistenti annuentique an inter ipsam cognitionem distringeret gladium, cædemq; patraret, retinuit fregitq; impetum. ¶ Item pro favere. Plin. epist. 22: Superest ut promissis Deus annuat. ¶ Et pro Concedere: cujus contrarium. Virg. lib. 12. Aeneid. Annuere nutu. Liv. 7. ab Vrb. Annuite Patres Conscripti, nutum numenq; vestrum invictum Campanis & jubere sperare incolumem Capuam futuram. Hoc eadem figura dictum est, quâ Vivere vitam, & Servire servitutem.

Annŭs Tempus est 365. dierum, & horarum circiter sex, quo Sol cursum suum conficit. [שנה schanàh, ἐνιαυτός, ἔτος. Gall. An, annee. Ital. Anno. German. Ein Jar. Belg. Een iaer. Hispa. Ano. Polon. Rok. Vngar. Esztendö. Ang. A yeare.] Nominis ratio varia traditur. Quidam enim dictum existimant ab Am, circum, & No, nuo. Servius ab anulo deducit, quòd in se redeat quasi annulus. Ad quam originem etiam Virgilius alludere videtur, quum ait: atque in sua per vestigia labitur annus. Nam mensibus in se currentibus volvitur. Sol enim per duodecim Zodiaci signa excurrens, annum conficit. Vnde apud Aegyptios, ante inventas literas dracone picto suam mordente caudam indicabatur. Alii à verbo Græco ἀνανεόω derivant, quod significat renovo, quia semper renovatur. Alii à Græco ἔνος, unde & τρίενος dicunt quod nos Trimum. Triplex autem olim fuit annus. Lunaris triginta dies habens: Solaris, qui duodecim continet menseis, qui dicitur Solis anfractus, quum peractis trecentis sexaginta quinque diebus & quadrante ad eadem syderum loca redit: qui etiam Annus vertens dicitur. Item, Magnus annus, quem esse voluerunt omnibus planetis in eundem locum recurrentibus. Et hoc fit secundum Ciceronis Hortensium, post annos duodecies mille, noningentos, quinquaginta quatuor solares. Anni verò quatuor sunt tempora, divisa in ternos menseis Ipsorum quoque temporum faciunt talem discretionem ut primo mense, Ver novum dicatur, secundo Adultum, tertio Præceps vel extremum, unde est, Extremæ sub casum hyemis. Idem quoq; de æstate, autumno, & hyeme dicendum est. Annum primò Eudoxus, pòst Hipparchus, deinde Ptolemæus, adultimum Cæsar deprehendit. ¶ Annus Saturni (κρόνου ἐνιαυτός) à quibusdam dicitur, qui est quadraginta annorum. ¶ Annus mundanus, sive vertens, est magnus annus Platoni, qui conversione Mundi: id est, cœli: nempe octavæ sphæræ, quod ἀπλανής & plenæ universitatis efficitur, nempe post quindecim millia annorum peracta, quo temporis spatio octava sphæra proprio motu circumvolvitur. Macrob. Comment. lib. 2. cap. 11. ¶ Annus Arcadum trimestris fuit. Aegyptii Lunæ senio annum terminabant, apud quos etiam singula millia annorum quidam vixisse produntur. ¶ Proverbiali schemate dictum à Iuvenale in vetulam jam ἄωρον quidem, & ad Veneris lusus prorsum intempestivam, sed quæ verborum nequitiis puellam etiam dum ageret: facies tua computat annos. Hoc est, frontis rugæ numerum annorũ tuorum præferunt: quanquam libido nondum in te consenuit. ¶ Magnum os anni, μέγα στόμα τοῦ ἐνιαυτοῦ, Dicebatur quoties uberior rerũ proventus aut vilior annona animos & loquendi libertatem adderet, alioqui timidioribus. Solent enim rustici magnificentiùs loqui, largiusque polliceri spe proventus uberioris. ¶ Anno senior fio, Quoties aliquid nobis magnopere molestum significamus, senescere nos etiam vulgò dicimus. Aristoph in Ranis. ¶ Semper superior anni proventus melior, Ἀεὶ τὰ πέρυσι βελτίω, Quum præsentia displicent, & antefeeruntur acta. Diogenianus. Sumpta metaphora ab agricolis, qui semper de præsentis anni fructibus queruntur apud dominos. ¶ Annum gerere pro agere annum apud Sueton. in Vespasiano: Extinctus est annum gerens ætatis sexagesimum. ¶ Annos exuere. ponere exuvias, de serpentibus, cùm leberide, annuámq; vernationem deponunt. Tibul. lib. 1 Ecl. 4. serpens novus exuit annos.

Annāl. 8.

Annales, m. t. Dicuntur res gestæ, quæ de anno in annū in historias rediguntur, memoria publica. [דברי הימים *dibre hajamim*, ὑπομνήματα, χρονικά. Gall. *Annales, Chroniques*. Ital. *Annali*. Germanic. Jarbücher / Chronicken in welche man verloffene ding vonjar zu jar verzeichnet. Hispan. *Cronica de tiempos*. Pol. *Ksiegi, albo kronika w ktora sprawy ro- znie vodzieme*. Vng. *Kronica*. Angl. *Cronicles of thinges done frome yeare to yeare*.] Vnde Virg. 1. Aeneid. Et vacet annales nostrorum audire laborum. Historia res gestas narrat, & ab ætatis nostræ memoria remoneat. Cic. lib. 2. de Orat. Erat enim historia nil aliud nisi annalium confectio. Gellius sic habet: rectè annalais historias appellavaris, sed non continuò quicquid historia fuerit, annales appellare possis: sunt enim utraque rerum gestarum narratio. Earum propriè rerum sit historia, quibus gerendis interfuit is qui narrat: Annales verò, quum res gestæ, plurimum annorum servato cujusque anni ordine, memoriæ traduntur. Quum autem non per annos, sed per dies singulos res gestæ scribuntur, Diarium, ἐφημερὶς vocatur. Præterea historia non solùm res gestas lōgo ordine explicat, sed & consilia quibus gestæ sunt exponit, & conciones facit, & acies instruit & situs locorum describit, Annales singulorum annorum gesta brevissimè notant. Vnde Annales Pisonis, & Salustii historias dicimus.

Annālis, & hoc Annale, Quod ad annos pertinet. [ἐτήσιος. Gall. *Annuel*. Ital. *Annale, annuale*. Germanic. Das zu dem Jar gehört. Hispan. *Annal*. Polon. *Kiroku przinależacy*. Vnga. *Esztendőre valo* Ang. *Which perteineth to the yeare, yearlie*.] Vnde Legem annalem dixerunt, quæ præscribebat legitimam ad petendum magistratum ætatem Cic. de Legibus: Civitatem annali lege servanto. ¶ Dicitur & tempus aunale, quod est unius anni. Varro: Et quoniam tempora duorum generum sunt: unum annale, quod sol circuitu suo finit: alterum menstruum, quod luna circumiens comprehendit. ¶ Annalis, in singulari pro Annalibus. Cicer. Attic. lib. 12: Et ut scias me ita dolere, ut non taceam quibus Coss. Carneades sic & ea legatio venerit Romam scriptum est in tuo Annali. Pro, in tuis Annalibus. Sic Plin. lib 7. cap. 28.

Annārĭus, a, um. Idem quod annalis. [Polon. *Rocyni*. Vng. *Esztendőre valo*.] Vt, Lex annaria ab antiquis dicebatur qua præscribuntur anuui magistratus capiendi, ut inquit Festus.

Annāre, [Polon. *Na kaz i rok odnawiam*. Vngar. *Esztendőt éltet* [illegible]] Macrob. Satur. lib. 1. cap. 12: Eodem quoque mense & publicè & privatim ad Annam perennam sacrificatum itur, ut annare perennareque commodè liceat.

Annellus, Cicer. 5. de Finib. Epicuri imaginem non modò in tabulis nostri familiares, sed etiam in poculis & in annellis habent.

Anniceri. Cic. 3. Offic. Anniceris philosophi ab Aristippo.

Annĭcŭlus, Quod est unius anni, ut, Anniculus puer, Annicula puella, Anniculum jumentum [בן שנה *ben schanáh*. ἐνιαύσιος, ἐτήσιος. Gall *D'vn an*. Italic. *D'vn anno*. Germanic. Järig / das eins Jars alt ist. Hispan. *Cosa pequenna de vn anno*. Polon. *Rocyny*. Vng *Egyesztendős*. An. *Of one yeare*.] Nec de animalibus tantùm, sed etiam de inanimatis: ut: Anniculæ vites. Plin lib. 13 Ergo plantaria instituunt, anniculasque transferunt, & iterum bimas. De pueris tamen magis dicitur per diminutionem, & iis omnibus quæ adhuc incrementum accipere possunt. Vide Vallam Eleg. lib 1 cap. 5.

Annĭfer, adjectivum, ἐπετησιοφόρος Plin. lib. 11. cap. 7. Quædam & radice & semine, ut cæpa allium: bulbi, & siquorum radicem anniferorum relinquunt.

Annīlis, hoc annile, penultim. prod. om. t. dicitur quasi senilis & ætate grandi. [πολυετής. Polon. *Stary*. Vngar. *Ag, vén, widős*.] Columella lib. 2: Parentem omnium terram sicut muliebrem sexum ætate annili confectam progenerandis esse fœtibus inhabilem. Quanquam in castigatoribus exemplaribus non annili legitur, sed anili: quod etiam comparationi illi, quàm ibi Columella ab ætate mulieris senio effœtæ, ad terræ sterilitatem transfert, multò est accommodatius. Satius itaque erit, nisi aliud testimonium afferatur, ab hac voce abstinere. Nam apud Columellam proculdubiò anilis legendum est unico n. Est autem anilis, denominativum ab anus, idem significans quod ad anum pertinet, ut anilis fabula: anilis ætas, γεραιός.

Annĭversārĭus, a. um, Quod singulis annis statuto tempore revertitur. [שנה שנה *schanáh schanáh*. ἐτήσιος. Gall. *Qui se faict tous les ans, d'an en an*. Ital. *Quelche si fa vna volta à l'anno*. Germ. Das auff bestimpte zeit Järlich wider kompt / Jarzeit. Belg. Jaerlycksche. Hisp. *Cosa de cada vn anno*. Polon. *Przy roczny, Doroczny*. Vn. *Minden esztendőnkent elő forgo*. Angl. *That cometh euerie yeare, or [illegible]*] Cicero in Verrem 6: Mercurius sacris anniversariis colebatur. Scribit Valerius maximus, quòd Antipater Sidonius poëta, omnibus annis, uno die natali tantùm corripiebatur febre, quæ idcirco anniversaria dici poterant. Suetonius de August. Quasdam & anniuersarias, ac certo tempore recurrentes experiebatur.

Annōna, æ, penult. product. Res frumentarias, res omnes quæ ad annuum victum reponuntur. [שבר *schéber*. βίος. Gall. *Provision de vivres pour vn an, vivres ou autres choses de provision pour vn an*. Italic. *La vivanda ò vittuaglia di vno anno di ogni cosa*. German. Järliche frücht. Belg. Jaerlycksche vruchte. Hispan. *Pan, trigo cevada y cada cosa para vivir, vituallas*. Polon. *Do roczne wichowanie Doroczna* [illegible]. Vngar. *Egész esztendőre valo gabona eledel*. Angl. *The provision of victailles for a yeare*.] Hoc enim nomine non solùm fruges comprehenduntur, verùm etiam omnia quæ annus suppeditat ad alimoniam nostram. Columella libro 9: Vel lactis annona permittit. Cicero libro secundo de Divinat. Putarem annonam in macello cariorem fore. Iuven. His opibus nunquam cara est annona veneni. ¶ Annona etiam pro certa dafinitaque annuorum cibariorum ratione usurpatur à Lampridio. Alexander, *inquit*, medicus annonas binas & ternas dedit. Vnda etiam in Iurisconsultorum libris annonæ civiles appellatæ sunt, quæ & panes civiles alibi nominantur, Ex Lexico Hotomanni. ¶ Abusivè pro ipso victu capitur. ¶ Annonam atiam veteres mensuram, vel annuam mercedem ac stipendium nominaverunt. Veget. de re milit. Torques aureus solidæ virtutis præmium fuit, quem qui meruisset, præter laudem duplas consequebatur annonas ¶ Annona etiam pro pana capitur, sicut panis quoque pro annona: præsertim apud Iustinianum in Authent. de non alienand. §. hæc ergo. Idem Leg. ultim. C. de iur. dot. L. hac edictali §. his illud. C. de secund. nupt. ibi fit mantio de annona civili, & de pane civili. Hinc

Annōtĭnus, a, um, adjectivum ab, annona, Quod ad annonam pertinet: ut, Naves annotinæ, quibus annona comportatur. [σιταγωγοὶ ἢ σιτηγοὶ νῆες. Polon. *Do wchowania rocznego przinależaci*. Vngar. *Egész esztendei eledelhöz valo*.] Cæsar 5. Bell. Gall. Multitudine navium perterritæ, quæ cum annotinis privatisq; quas suis quisque commodi causa fecerat amplius octingentæ uno erant visæ tempore. Quidam legunt *Annonarias*, sed mendosé.

Annōnārĭus, a, um, Quod ad annonum pertinet. [σιτηρέσιος. Gall. *De vivres* Ital. *Cosa pertinente al vivere di vno anno*. German. Das zu järlicher Nahrung gehört. Hispan *Cosa pertinecinete à vitualla*. Pol. *Kużywnosci należacy*. Vngar. *Egy esztendei eledelre valo*. Angl. *Pertening to victailles*.] Vt lex annonaria, σιτηρικὸς νόμος, quam Clodius tulit, & summè popularis fuit. Vegetius Annonarias expensas vocat, eas frugum pabulique species, quas provinciales militibus expendunt.

Annōsus, a, um, Quod est vetustum, quasi multorum annorum, [ישן *joschan*. πολυετής. Gall. *Vieil, fort vieil*. Ital. *Annoso, carico d'anno*. Germanic. Alt / wolbetagt. Belg. Out. Hispan *Vejo de muchos annos*. Pol. *Stari, Letny*. Vng. *Ag, widős*. Angl. *Olde, of many yeares*.] Vt annosa mater, Colum. lib 6. cap. 28. Annosum Falernum, Mart. lib 6. Annosa ornus. Virgil lib. 2. Aeneid. Annoso degit ævo, Plin. lib. 4. cap. 12.

Annōtĭnus, [בן שנה *ben schanáh*. ἐνιαύσιος, χρόνιος. Gall. *D'vn an*. Ital. *D'vn anno*. Germanic. Järig. Hisp. *Cosa de vno anno*. Polon. *Roczni*. Vnga. *Egy esztendős*. Angl. *Of one yeare*.] Quod sit unius anni. Colum lib. 4 cap. 24: Vngues custodum annotinos resecato.

Annŭus, a, um, Quod unius anni spatio continetur [ἐνιαύσιος, ἐπέτειος. Gall. *Qui dure vn an, annuel* Ita. *Cosa d'vn' anno*. Germanic Das ein Jarlang wäret. Belg. Jaerlyck / een jaer lang / [illegible]. Hispa. *Cosa de vn anno*. Polon. *Doroczny. Do Roku trwajacy*. Vngar. *Esztendő belli*. Anglic. *That dureth one yeare*.] Sicut Diurnū quod diei. Cicero Cathio. lib 5: Ad hāc provinciam, quem & senatus, & populus annuam esse volunt. ¶ Annum quoque dicimus quod fit singulis annis. Virg. 1. Georg. atque annua magnæ Sacra refert Cereri. ¶ Annua absolutè, dicuntur alimenta in singulos annos. Iuven. sunt quæ tortoribus annua præstent, Sueton. de Tiber. Peculio concesso à patre, præbitisq; annuis fraudavit per speciem publici iuris. ¶ Annua, bima, trima die, vetus est locutio Iurisconsultis usitata, pro anno, biennio, triennio. Vide Hotom. Lexicon.

Anno, as, n. p. annum ago, à quo fit perenno, quod significat annum perficio.

Anōdīna. [ἀνώδυνα. German. Artzneien welche zwar den gebresten nicht hinnemmen / aber den schmertzen etwas leichtern vnnd mitteren. Polo. *Lekarstwa chorobe vśmierzace*. Vnga. *Fájdalom enyhitő orvosság*.] A medicis appellantur Pharmaca dolorem sedantia, quæ cruciatus quidem minuunt, partem autem effectam non sanant, sed sensum ejus obstupefaciunt. Ab α privativo, & ὀδύνη, doleo: ν litera euphoniæ gratia interiecta.

Anōmălĭa, f. p. [שלא שמשפט *schelló schemischphat*. ἀνωμαλία. Gall. *Inesgalité*. Ital. *Disugualità*. Germa. Vngleichheit. Hispan. *Irregularidad, desigualdad*. Polon. *Nierownosć, Niezgoda*. Vngar. *Szokás rend, és mód nélkül valo lészt*. Angl. *Inequalitie, irregularitie*.] Inæqualitas, cui opponitur analogia. Gell. lib. 2. cap. 15: In Latino sermone, sicut in Græco, alii Analogiam sequendam putaverunt, alii Anomaliam. ¶ Ἀναλογία, est similium similis declinatio, quam quidam Latinè proportionem vocant ἀνωμαλία, est inæqualitas declinationum consuetudinem non sequens.

Antiquus, Vetus, priscus: ab Ante & Aevum, ut Varroni placet. [קדמון kadmón ישן jaschan ... ἀρχαῖος, παλαιός Gal. *Ancien, antique, vieux ou viel.* Ital. *Antico.* German. Alt. Belg. Out. Hisp. *Antiguo ò viejo.* Polon. *Stary, dawny* Vng. *Régi.* Angl. *Ancient, olde.*] Virgil. 2. Georg -antiquasque domos avium. ¶ Quoniam verò quæ antiquiora sunt, ferè meliora esse consueverunt, ut mores, vinum & similia: factum est, ut antiquum pro probo, bono, & simplici dicamus. Terent. in Andr. Pol Crito hospes antiquum obtines. Cicer. pro Sext. Roscio: In qua muliere vestigia antiqui officii remanent. Sic & antiquius dicimus pro meliore, chariore, potiore, προτιμότερον, προυργιαίτερον. Cicer. ad Attic. lib. 1: Nihil mihi antiquius nostra amicitia est. Idem 1. de Invent. Qui pauperes sunt, iis antiquior officio pecunia est. ¶ Antiqui homines, pro optimis & probatissimis. Cicer. pro Rosc. Amerino: Vsque adeò autem ille pertimuerat, ut mori mallet quàm de his rebus Syllam doceri. Homines antiqui, qui ex sua natura cæteros fingerent. ¶ Antiquus etiam dicitur, qui nobis ex longo & diuturno tempore conjunctus est, ut Antiquus amicus, antiquus hospes Plaut. Bacchid. ¶ Antiquum pro Pristino. Terent. Adelph. Eandem illam rationem antiquam obtine. ¶ Proverbialiter dicimus, per antiquum diem. Διὰ παλαιᾶς ἡμέρας: de re admodum obsoleta, priscaque. Refertur à Diogeniano. Finitimum illi, quod hodie non infìcitè jactatur in scholis philosophorum, Magno Platonis anno. ¶ Antiquus tamen & Vetus ita à Corn. Frontone distinguuntur in differen. vocab. ut Antiquum dicatur id, quod memoriā etiam Patrum excessit: Vetus verò id, quod multorum annorum est, aut mensium.

Antiquarius, a, um, Qui verba ab usu remota, & commentarios pontificum, & vetustissima fœdera, & exoletos scrutatur autores, ut ex his contrahat, quæ non intelligantur, utque quædam solus scire videatur. [φιλάρχαιος. Gall. *Curieux de l'antiquité.* Ital. *Amator de l'antiquità.* German. Der mit fleiß alte Wort braucht/dieniemands versteht. Hispan. *Amator de las antiguedades.* Pol. *Starich slowa niezwycz anie, pozywaiaci* Vng. *Ki ot regi dolgoknak szereto* Ang. *A lover of antiquitie.*] Iuvenal. Ignotosque mihi tenet antiquaria versus. Sueton. in August. Cacozelos & antiquarios pari studio sprevit.

Antiquitas, f. t. Vetustas. [קדמות kédhem. ἀρχαιότης. Gallic. *Antiquité, ancienneté.* Ital. *Antiquità, vecchiezza.* Germ. Dieelte Hisp. *Antiguedad è vejeza.* Polo. *Starosc, dawnosc.* Vng. *Régiség.* Angl. *Antiquitie, ancietie*] Cicero 1. de Finib. Quod quàm magnum sit, fictæ veterum fabulæ declarant, in quibus tam fabulis multisque variis ab ultima antiquitate repetitis, tria vix amicorum paria reperiuntur. ¶ Antiquitas, pro ipsis antiquis. Plin. lib. 12. cap. 19: Cinnamomum & casias fabulosa narravit antiquitas. ¶ Item in alio significatu accipitur apud Salustium, Servio teste: Tantum antiquitatis, curæque majoribus pro Italica gente fuit. Id est, antiqui & præcipui amoris sive charitatis, ab eo quod est antiquum pro charo.

Antiquitus, [מקדם mikkédhem ἀρχαίως, πάλαι. Gall. *Anciennement, d'ancienneté.* Ital. *Per il passato & antichamente.* Germanic. Von alter her/von alten zeiten her. Hisp. *Antigua y viejamente.* Pol. *Zdawna.* Vng. *Régen.* Ang. *In olde tymes.*] Idem quod olim, vel tempore antiquorum. Cæs. lib 6. bell. Gall. Quòd summa autoritas antiquitus erat in Heduis.

Antiquo, as, act. p, Aboleo, abrogo, irritum facio. [בטל billéh סכיר

פסך *besle* ... *ber*. ἀναγκάζειν, καταργεῖν. Gal. *Abolir, mettre hors d'vsage, deser er.* Italicè, *Vetare, cancellare, in ebilire, far vano.* Ger. Abthun, hinweg thun, vnkräfftig machen. Belg. Af maecke te niet ... Hispan. *Quitar de v, o lo anti guo.* Pol. *Odda lam obracjam wniwec, niemiewierdjam.* Vng. *El töröm, el vesztöm.* Ang. *To abolishe, to put out of vse.*] Vnde legem antiquatam dicimus, quam populus suffragiis suis improbavit, nec perferri passus est. Abrogatam autem dicimus legem, quæ quum accepta fuerit, & perlata, postea contraria lege fuerit sublata. Livius: Omnium rerum causa vobis antiquandas censeo istas rogationes. Cic. 3. de Leg. Vos item, ut video, legem antiquastis sine tabella.

Antiquatio, onis, verbale, f. r. Abolitio, abrogatio. [בטול *betti.* ἀντικάθισις, κατάργησις. Gall. *Desfaiement, abolition.* Ital. *S ancellamento.* German. Abstellung, cassierung. Hisp. *Quitamiento del antiguo.* Polon. Wniwecz, brocenie. Vngaric. *Eltörlés.* Ang. *Abolishing putting out of vse.*] Gellius: Facta mox est antiquatio legis.

Antiquè. adverb. Hoc est, ad morem antiquorum: ut Antiquè dictum. [כקדם *chekédhem.* παλαιῶς. Gal. *Antiquement, à la maniere antique.* Ital. *Antichemente.* Germa. Auff eitte gattung, Altfrendsch. Hispan. *Antigua y viejamente.* Pol. *Po starema.* Vnga. *Régi módon, régiesen mégyjá a.* Ang. *Ancientlie, after the maner of the anc ennes.*] Horat. 2. epist. Si quædam minus antiquè, si pleraque durè Dicere credat eos.

Antirrhinum, [ἀντίῤῥινον. Gal. *Mufle de veau l'ail du gat.* Germ. Orant, Sterckrant. Belg. Calfs muyle, calfs auese, orant.] Herba est eadem cum illa, quam suprà Anarrhinon appellavimus, de qua vide Plin. li. 25. cap. 10. & ea quæ suprà annotavimus in dictione ANARRHINON.

Antiscorodon. [ἀντισκόροδον. Pol. Zaiecy ...] Herba est ex generibus allii, quæ & Vlpicum, & Allium Cyprium appellatur. Vide Plin. lib. 19. cap. 6.

Antisophistes, æ, ἀντισοφιστής. Quint. Vrbaneq; Virginius interrogavit de quondam suo antisophiste, quot millia passuum declamasset.

Antispasis, Secundum Hippocr. est avectio materiæ morbi in contrarium.

Antispoda sive Antispodia. ἀντίσποδα Dioscoridi, ἀντίσποδα Galeno, Vocantur à medicis omnia ea, quæ eandem cum spodio habent facultatem, quæque in spodii inopia pro eo possunt supponi. Quid autem sit Spodos, sive Spodium, vide suo loco.

Antismos, quod hic corruptè legebatur. Vide ASTEISMOS.

Antistes, itis ex Ante & sto, tàm fœminini quàm masculini generis: à verbo antiquo Antisto, pro antesto, quòd cæteris antestet: id est, excellat, Primarius unius templi sacerdos. [כהן הראש *chohén haròsch* פקיד *pakid*, נגיד *nagidh.* προστάτης, προεστώς. Gall. *Premier entre les autres, prelat, president.* Italic. *Antiste, presidente.* Ger. Ein Vorstender, ein Prelet. Belg. Prelaet, Prioor. Hispa. *Prelado presidente.* Polon. *Przełożony, prelat.* Vng. *Elöljáró gá ...* Ang. *A bishop or prelat, a president.*] Ovid. 4. de Pont. Non finiciliæ sui vatus antistitis unquam Esse preces. Livius 1. ab Vrbe: Potitii ab Evandro edocti, antistites sacri ejus per multas ætates fuerunt. Valer. lib. 1: Ne deæ vetustis ritibus perita deesset antistes. ¶ Per translationem verò Antistes dicitur, qui in re ali qua excellit, atque principatum tenet.

Vude Servius Sulpitius. Quint. teste lib. 11. cap. 1. Iuris antistes appellatus est. Item Plato sapientiæ antistes.

Antistita, æ, f. p. [προστάτις. Gall. *Celle qui à charge des choses sainctes.* Ital. *Abadessa, ò priore ssa.* German. Ein Vorstenderin, ale ein Priorin oder Aeptissin. Belg. Abtisse, Priorinne. Hisp. *Muger prelada.* Pol. *Ksieni, przełożona, opatka.* Vngar. *Apácza.* Ang. *An abesse.*] Gellius libro 31. capite 19: Sacerdotes quoque fœminas M. Cicer. Antistitas dicit: Sacerdotes, inquit, Cereris atque illius fani antistitæ. Sic enim locus in Verrem, quem hic citat Gell. legendus est, præter Gellium etiam Prisciano authore.

Antistitium, n. f. Excellentia, antistitis dignitas. [פקודה *pekuddàh.* προστασία. Gal. *Eminence, excell nce.* Ital. *Eccellenza.* German. Fürtrefflicheit. Hisp. *Prelacia.* Polon *Przełożeństwo, godność.* Vng. *Cziránság, elöljárás.* Angl. *The prelats dignitie.*] Martianus Capella: Antistitio præminabat Athanasius.

Antistitor, pen. corr. Præses, præfectus, quasi antestator. [שר *schoter* נשיא *nasi.* ἐπιστάτης. Gall. *Le maistre de l'œuvre.* Ital. *Presidente, prefetto.* Ger. ein Fürgesetzter, Vorstender. Hispan. *Prelado, presidente.* Polon. *Przełożony, przełożony.* Vng. *Fö ember.* Angl. *A president, the maister o any worke.*] Columell. lib. 4: Neque enim singulis totidem antistitores possit dare, qui observent, quique præcipiat ut ne acerbæ uvæ demetantur. Nonnulli tamen hic legunt *antistites.*

Antisto, as, are. n. p. antiquum verbum pro antesto: id est, antecello. [יתר *iathár* ... ὑπερέχειν. Gall. *Presider.* Ital. *Esser presidente.* Germ. ein Fürgesetzter oder Vorstender sein. Hisp. *Ser presidente en alguna dignidad.* Pol. *Przedniejszym być.* Vng. *Elöl járok, föllyebvalo vagyok.* Ang. *To haue preheminence.*] Cato cap. 156: Brassica est, quæ omnibus olerib. antistat. Lucret. libro 5: Herculis antistare autem si facta putabis, Longiùs à vera multò ratione ferere.

Antistœchon, ἀντίστοιχον, Literarum permutatio, quum scilicet litera pro litera collocatur, ab ἀντὶ, pro, & στοιχεῖον, elementum: ut Sella pro sedda, & Magalia pro magaria, l. pro r. nam Magal pro Magar dicitur, quod Pœnorum lingua villam designat.

Antistrophe ἀντιστροφή, Dicitur quum inter conjuncta duo, quæ à sese mutuò pendeant, fit alterna conversio: ut, Servus domini & Dominus servi. ¶ Lyricis autem pœtis Antistrophe est saltationis genus, quo modò in dextram, modò in sinistram choros agerent, ac revocarent.

Antithesis, pen. corr. [ἀντίθεσις. Vng. *Ellembe, szembe valo vetés.*] Color rhetoricus quum contraria contrariis opponuntur. Quintil. Contentionem vocat.

Antitheton, pen. corr. [ἀντίθετον. Vng. *Ellembe szembe valo vetés.*] Figura est, quum contrariis opponuntur contraria, ut apud Ovid. 1. Metam. Frigida pugnabant calidis, humentia siccis, Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus. Persius: -crimina rasis Librat in antithetis, doctas posuisse figuras Laudatur. Cicer. ad Brutum: Semper hæc quæ Græci antitheta nominant, quum contrariis opponuntur contraria numerum oratorum necessitate efficiunt.

Antitypum, pen. cor. n. f. [ἀντίτυπον. Polon. Wyobrażenie. Vng. *Példa.*] Latinè exemplar, similis formæ, vel contrarium.

Antlare, ἀντλεῖν, Vetustissimi dicebant pro haurire, verbo à Græcis mutuato, Livius Andronicus: Florem antlabant uberi ex carchesiis. Hinc Exantlare, exhaurire, de quo infrà.

Antlia, æ, f. p. machina ad hauriendam aquam. [משאבה *mascheab.* ἀντλία. Gal. *Vn engin à tirer de l'eau.* Ital. *Instromento con che si caua l'aqua.* German. Ein Instrument damit man wasser schöpffet oder ausshübet. Hisp. *Anoria para sacar agua.* Pol. *Klumba, instrument k orimu ... wyciągania ... kolow ...* Vngar. *... ede, meri ő vizén.* Ang. *An ingyne to draw water.*] Nam ἀντλεῖν, Latinis haurire est. Martial. lib. 9: Curva laboratas antlia tollit aquas. Et Fest. Antlare, haurire: à Græco ἀντλεῖν: id est, haurire. Liv. Florem antlabant liberi ex carchesiis.

Antonomasia, æ, f. p. ἀντονομασία. Dici potest, pro nomine: id est, vice nominis positio. Diomed. Antonomasia est vocabulum quod sine nomine positum, loco ejus fungitur: ut est, Arma, virumque cano: ibi intelligitur Aeneas. Fit autem trib. modis: Ab animo: ut, Magnanimus Anchisiades: id est, Aeneas. A corpore: ut, Ipse arduus: id est, Polyphemus. Extrinsecus: ut, Infœlix puer, atque impar congressus Achilli: hoc est, Troilus. ¶ Inde Antonomasticôs: hoc est per Autonomasiam.

Antræ, orum, authore Festo, Dicuntur convalles, vel arborum intervalla. [Polon. *Rozmiarmi... przestępami.* Vngaric. Woldok ...]

Antrum, n. f. Specus, caverna. [מערה *mehàràh.* ἄντρον, σπήλαιον. Gal. *Fosse sousterre, caverne, creux.* Ital. *Antro, spelonca.* German. ein Höle, Klufft. Belg. een spelonck, een hol, een cuyl. Hispa. *Caverna.* Polo. *Jaskinia, padoł, loch.* Vngar. *Barlang.* Ang. *A caue or denne.*] Virg. 6. Aeneid. Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum. Martial. lib. 13: Gaudet in effossis habitare cuniculus antris. ¶ Item pro cavo. Virg. 4. Georg. Pumicibúsque cavis, exesæque arboris antro.

Anubias, adis, ἀνουβίας, A quibusdam dicitur herba, quæ notiore nomine *Conyza* appellatur, & vulgò *Cimicaria*, seu *Pulicaria*. Legitur hæc vox in quibusdam Dioscoridis exemplaribus: quam tamen à peritioribus inter nomenclaturas nothas, falsoque Dioscoridi attributas video numerari.

Anubis, Vide in Propriis.

Anulus, m. f. Pro digitorum ornamento à circuitu vocatus est sive à rotunditate, quasi annus. Græci à digitis δακτύλιον appellaverunt. [טבעת *tabahath.* Gal. *Anneau, vne verge à mettre au doigt.* Ital. *Anello.* Germ. ein fingerring. Belg. een rinck. Hispa. *Anillo.* Polonic. *Pierścień.* Vng. *Gyűrű.* Ang. *A ring.*] Cicer. 5. Ver. Sæpe enim nostri imperatores superatis hostibus, optimè Republica gesta scribas suos anulis aureis in concione donarunt. ¶ Fuerunt homines tam inepti, qui anulos etiam digitos à Latinis vocari crederent, adducti autoritate Plauti in Pœnulo: Atque, ut opinor, digitos in manib. non habent. AN. Quid jam? MIL. quia incedunt anulatis aurib. Sed hi profectò nimis pueriliter delirant neque Poëtæ jocum assequuntur. Irridet enim ibi poëta Pœnorum morem, qui ac si digitos in manibus non haberent, anulos à manibus ad aures transferebant. Apud nos prisci Vngulum & Vnguinum vocabant: postea & nostri & Græci, Symbolon dixêre. Nam Symbolum, nota est & signum. Anuli autem equestris ordinis notæ erant. ¶ Condulum quoque & Condalium veteres anulum nuncupavêre, teste Festo. Plaut. in Trin. In thermodolio condalium es oblitus. ¶ Mos fuit veterum gerere anulum in digito sinistræ manus, qui est minimo proximus. Ejus rei duplex redditur ratio à Macrobio. Prior, quia in eo digito gemmæ anuli ab omni læsione essent tutissimæ: altera, quia dissectis humanis corporibus repertum est, nervum quendam tenuissimò (ut credi vult) ab eo digito ad cor hominis pervenire. Et ideò visum est veteribus, ut ille digitus anulo tanquam corona, circundaretur. Primus Promotheus fertur circulum ferreum, incluso lapide, digito circundedisse, quâ consuetudine homines usi anulos habere cœperunt. Anuli autem per diminutionem dicti à circulis & anis, qui sunt circa brachia & circum crura. Apud Romanos anuli de publico dabantur, & non sine discrimine: nam dignitate præcipuis viris gemmati dabantur, cæteris inliti. Anulum aureum neque servus, neque libertinus gestabat in publico: sed anulo aureo liberi utebantur, libertini argenteo, servi

ferreo. Apud veteres ultra unum anulum uti infame habitum viro. Gracchus in Mævium: Consideratate Quirites sinistram ejus: en, cujus authoritatem sequimini, qui propter mulierum cupiditatem, ut mulier est ornatus. Crassus, qui apud Parthos periit, in senectute duos habuit anulos, causam præferens: quòd pecunia ei immensa crevisset. Fœminæ non usæ sunt anulis, nisi quos virgini sponsus miserat, neque ampliùs quàm binos anulos aureos in digitis habere solebant. Inter genera anulorum sunt Vngulus, Samothracius, Tynius. Vngulus est gemmatus, vocatusque hoc nomine: quia sicut ungula carni, ita gemma anuli auro accingitur. Samothracius, aureus est quidem sed capitulo ferreo à loco ita vocatus. Tynius putus est, primùm in bithynia fabricatus, quam olim Tynam vocabant Flaccus: Lugente mea vita nec smaragdus berillusque mihi Flacce nec nitentes per candidam margaritam quæro, nec quos Tynica lima polivit anellos nec jaspios lapillos. Isidorus de Etymologiis. ¶ Anuli cura, Cancellarii (ut loquimur) dignitas. Iustin. Histor. lib. Trogus dicit patrem suum sub Caio Cæsare militasse, epistolarumque, & legationum simul & anuli curam habuisse. ¶ Arctum anulum ne gestato μὴ φορεῖν στενὸν δακτύλιον. Hoc est, interprete D. Hieronymo: Ne vixeris anxiè: & ne temet in servitutem conjicias, aut in ejusmodi vitæ institutum, unde te non queas extricare. Siquidem quisquis anulum angustum gestat, is sibi quodammodo vincula injicit. ¶ In anulo Dei figuram ne gestato, ἐν δακτυλίῳ θεοῦ εἰκόνα μὴ περιφέρειν. Fortassis admonet non passim admiscendam, Dei mentionem. ¶ Per medium anulum traharis oportet. διὰ δακτυλίου δεῖ σε ἑλκυσθῆναι. In eum quadrabit, qui sit vehementer extenuato gracilique corpore, seu morbo, seu cura, seu studio, seu qua alia re. Aristot. in Pluto: Διὰ δακτυλίου μὲν οὖν ἐμέ γ' ἂν διελκύσειας: id est, Itaque profectò per anulum me traxeris. Verba sunt anus volentis se videri usque adeò maceratam atque exhaustam dolore, ut per anulum trahi posset. Equidem opinor adagium esse sumtum à lusu, quo ovum aceto maceratum per anulum trahitur. Cujus rei meminit Plin lib. 10. c. 16

Ănellŭs, idem quod anulus. [Polon. Pierścionecżek. Vngar. Gyurücskéc.] Cic de Finib. bonor. & mal. lib. 5. Nec tamen Epicurum licet oblivisci si cupiam, cujus imaginem non solùm in tabulis nostri familiares, sed etiam in poculis & anellis habebant. Ex Nonio. Horat. in Serm. sæpe notatus Cum tribus anellis modò læva priscus inani.

Ănŭlārĭŭs, Artifex qui anulos facit. [Hebr. ... Gal Orfeure qui faict anneaux. Ital. Orefice, che fa anella. German. Der die Ring macht. Hispan. Platero que haze los anillos. Polon. Ten ktory robi pierścienie. Vngar. Gyürü csinálo. Ang. A goldsmyth, that maketh ringes.] Cicer. 4. Acad. An tibi erit quærendus anularius aliquis, quoniam gallinarium invenisti, Delicatum illum, qui ova cognosceret?

Ănŭlārĭs, re, Quod anuli est [Pol. Pierścieniowy. Vng. Gyürüs.] ut Digitus anularis dicitur, qui proximus est auriculari. δακτυλικός. Quare autem veteres in hoc potissimum digito anulos gestaverint vide Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 13.

Ănŭlātŭs, [δακτυλιωτός. Vng. Gyürüvel, gyürükkel ékesitetet.] Anulis ornatus. Plaut in Pœnulo: Quid jam? quia incedunt cum anulatis auribus.

Ănŭs us, prima correpta, f. q. Vetula dicitur, ab annorum multitudine ita vocata, quam antiqui consonantem non geminarent. [Hebr. ... zekenáh γραῦς. Gal Vieille Ital. Vecchia. Germanicè, Ein alt Weib / ein Vettel Belg. Een out Wijf. Hispan. Vieja. Polon. Baba Vng. Bába, vén kofa, agdada. Ang An olde wyfe.] Vel ab a, & nous sensus, intellectus: quòd jam deliret, & quodammodo mente careat. Cic 1. Tusc. Quæ est anus tam delira, quæ timeat ista quæ vos videlicet si physica non didicissetis, timeretis? ¶ Anus bacchatur, γραῦς βακχεύει, in eos dici solitum, qui præter ætatem indecorè lasciviunt. ¶ Anus hircissans, γραῦς κακορχοῦσα, de anu adhuc intempestiva libidine prurienti: &, ut ait Plautus, catullienti. Aristophanes in Pluto. ¶ Anus cothonissat, γραῦς κωθωνίζεται. De vetulis indecorè lascivientibus. κώθων enim temulentum significat: inde fictum verbum κωθωνίζειν. ¶ Anus hircum olet γραῦς ... , De vetula libidinante: propterea quòd alarum ac reliquarum partium odor excitatur ad libidinem incensis. ¶ Anus saltat, γραῦς χορεύει. In eum convenit, qui indecorè quippiam facit: velut si senex ludat nucibus: aut si theologus rhetoricis flosculis lasciviat: aut princeps exemplo Neronis musicetur. ¶ Expecta anus meum filium te suaviaturum, μένε γραῦ ἐμόν σε παῖδα φιλήσοντα. ¶ Nam priusquam adolescat puer, illa decesserit. Vtimur, quum fera spes ostenditur. ¶ Anus velus equus profundam habebis fossam, γραῦς, ὥς τις ἵππος, τὸν χαράδραιον τάφον ἔχει. De iis qui penitùs abjiciuntur, tanquam prorsus inutiles. Præstat canem irritare quàm anum, κρεῖττόν ἐστι κύνα ἐρεθίζειν ἢ γραῦν. Refertur ex Menandro. ¶ Anus ficus. Plin libro 15. capite 19: Senescunt in arbore, anusque distillant gummi modo lachrymam, siccanturque.

Ănĭcŭlă, f. p diminut. Vetula [γραΐδιον. Gallic. Vieillotte, vieille radotee. Ital. Vecchiarella. German. Ein altes Weiblein / ein alts Mütterlin Hisp. Viejezuella, ò pequenna vieja. Pol. Bobiska. Vng. Babáczka vén kofátska, ag dadátska. Ang. An litle old wyfe.] Cicer. pro Flac. Aniculæ minimè suspiciosæ purgat se. ¶ Aniculum deliramenta, γραώδης ὕθλος. De nugis inanibus, cujusmodi solent effutire vetulæ, quum jam sexus vitio vitium ætatis accedens nugacitatis morbum conduplicat. Extat proverbium apud Platonem in Theæteto.

Ănīlis, & hoc anile, Quod est anus, vel quod ad anum pertinet. [γραϊκός. Vng. Vén babához, kofához valo.] Virgil. 4. Aen. illa gradum dum studio properabat anili.

Ănĭcŭlāris, & hoc aniculare, idem est quod anilis. [γραώδης. Vng. Vén babához, kofához valo.] Aug. Delirare tibi videor, avare, quum hæc loquor: anicularia tibi videntur hæc verba.

Ănīlĭtās, atis, f. t. Senectus. [Hebr. ... zikenáh, τὸ γραῶν γῆρας. Gal. Vieillesse des femmes. Ital. Vecchiezza di vecchia. German. Das graw oder weiß alter der Weibern Hispa. Vejez de la vieja. Polon. Starość niewieścia. Vng. Vénség. Ang. Oldeage of women.] Catul. Vsque dum tremulum movens Cana tempus anilitas, Omnia omnibus annuit.

Ănīlĭtĕr, adverbium [γραϊκῶς. Vng Vén kofa moggyára.] Cic. 3. de Nat. deor. Neque id dicitis superstitiosè atque aniliter, sed physica constantique ratione.

Ānŭs, ani, prima producta, m. f. pars posterior, podex. [Hebr. ... ὁ ὀρρός, πρωκτός. Gal Le trou par où se purge le ventre. Ital. El buco, donde e ce el purgamento del ventre. Germ. Der arß. Belg. Den ærs. Hisp. El culo. Polon. Zadek, dupa. Vngaric Segglyuk. Anglic The arse, the hole wherby the bellie is purged.] Cicer. Pæto: Anum appellas alieno nomine, cur non suo potiùs? si turpe est, ne alieno quidem, si non est, suo potiùs.

Ānxĭŭs, a, um, Solicitus, mœstus, ab ἄγχω. [Hebr. ... dóegh ... charéd. ἀγωνιῶν. Gal. Chagrin, Qui est en grand soucy, fascheux & soucieux. Ital. Pieno d'affanno, anxio, sollecito. Germ. Angsthafftig / sorgfeltig. Belg. Beangt, bekreet / bekommert / sorchfuldech. Hispa. congoxoso, ò diligente. Polon. Frasowliwy, smutny. Vngar. Szorgalmatos. Ang. Carefull, pensife.] Cicer. 5. Tuscul. Itaque dicimus gravedinosos quosdam, quosdam torminosos, non quia semper sint, sed quia sæpe sint: alii ad metum, alii ad aliam perturbationem proclives. Ex quo in aliis anxietas, vnde anxii: in aliis iracundia dicitur, quæ ab ira differt: Estque aliud iracundum esse, aliud iratum: ut differt anxietas ab angore. Neque enim omnes anxii, qui anguntur aliquando, neque anxii semper anguntur.

Ānxĭē, adverbium, Solicitè, curiosè. [Hebr. ... bebaharadháh ... φροντιστικῶς. Gal Avec soing, fascherie & chagrin. Ital. Ansiamente con affanno di cuore. Ger. Angsthafftiglich / sorgfältiglich. Hisp. Congoxosamente. Polo Frasowliwie. Vng. Szorgalmatossan. Anglicè, Carefullie, curiouslie.] Salust. in Iugurth. Nobis satis compertum est, illum magis honore Marii quàm injuria sua excruciatum: neque tam anxiè laturum fuisse, si adepta provincia alii, quàm Mario tradretur. Plin. lib. 11. cap 52: Ne in se quisque & auguria anxiè quærat.

Ānxĭĕtās, & Anxietudo, f. t. Proclivitas ad angorem. [Hebr. ... chaaváh ... daabáh. ἀγωνία. Gal Chagrin & soucy. Ital Anxietà, affanno di cuore. German Angsthafftigkeit / sorgfeltigkeit. Hisp. Congoxa. Pol. Frasunek Smutek. Ang. Pensifenesse, or sulnesse.] Cicer. de Repub. ut citat Nonius: Quarta que anxietudo prona ad luctum, & mœrens semper. Plin. lib. 7. cap. 53: Quem eventi anxietate diximus mortuum Iuvenalis Satyra 13: Perpetua anxietas, nec mensæ tempore cessat.

Ānxĭfĕr, pen. corr. Quasi angorem, anxietatemq; ferens. [ἀλγεινός. Pol. Smutek zadawacz. Vngar. Szorgalmatoskodo.] Cic. libro 2. Tusc. Nunc nunc lorum anxiferi torquent vertices. Ibid. 1. de Divin. Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas.

A ante O.

A. O. In notis antiquorum, alii omnes. A O. P. auro puro, vel auro posito.

Āortă, ἀορτή, Arteria est omnium maxima, ex sinistro cordis ventriculo exoriens, spiritum vitalem in totum animantis corpus deferens, nativumque calorem per diastolem & systolen temperans. Hæc ubi primùm à corde emersit, imparibus sectionibus bifariam dividitur: quarum altera, quæ minor est, sursum fertur, omnibus quæ sunt supra cor partibus, vasorum propagines præbitura. Altera, quæ major est, fertur deorsum, partibus omnibus inferioribus arterias immittens. Ex Galeno de dissectione arteriarum, & lib. 16. de Vsu partium.

A ante P.

A. P. In notis antiquorum, apud. AP. IVD. apud iudicem. APP. Appius. APP. appellas. A. P. Q. Aulus, vel Auli Publii Quint. A. P. R. C. anno post Romam conditam. AP. N apud nos. APPN. appellantur. APPS. CLV. Appius Claudius. A. P. CLN. ad pedes columnæ.

Ăpăgĕ, & apagete, Abigentis vox & fastidientis aliquid [Hebr. lech ... ἄπαγε. Gal Ostez, ostez, arriere de là, retire toy. Itali. Leva via, levate via. German. Hinweg mit / dannen mit / heb dich Belgic. Wech met. Hispa. Quita de ay. Polon. Pószli, mi kiej. Vng. Tar adolgod, kotory. Ang Hence away, away out of this.] Comicis præcipuè poëtis usitata dictio, à verbo Græco ἀπάγω, quod significat abduco, abigo, removeo. Plaut. in Curcul. Apage hanc caniculam. Apuleius: Apage factorem extremæ latrinæ. Vatin. ad Cicer. Apagete cum nostro Sext. Servilio, nam mehercule ego illum quoque amo.

Ăpăgĕsīs, pen. cor. (quod & ipsum frequens est apud comicos) Familiariter corripientis est, & significat Aufer, vel remove si vis [ἄπαγε δή. Pol. Precz. Vng. Kotory, many dolgodra.] Apul. Apagesis jam cruentos deos. Vel etiam absolutè, pro Abi si vis. Plaut. in Pœn. Apagesis, negotii in muliere quantum una est.

A'pălæstrī, ἀπάλαιστροι, Græci vocant ignaros palæstræ: hoc est, qui sese in lucta non exercuerunt. [Polo. *Niecwiczeni zapaśnik*. Vng. *Bay ok vivásra tud.tlan*.

Apalon vinum, id est, tenerum.

A'parctias [ἀπαρκτίας. Pol. *Wiatr połnocny*. Vngar. *Eszaki szél*.] Ventus ab arcto flans: hoc est, à Septentrione.

A'parinē, [ἀπαρίνη. Gall. *Grateron, rieble*. Italic. *Sperovilla*. Germ. *Klebkraut* Belg. *Longe cruyt/cleef cruyt* Hisp. *Presera*.] Lappæ genus, quod alio nomine Philantropos appellatur, quòd vestibus hominum adhærens, eos amare videatur.

A'pătē, ἀπάτη, Genus intybi, apud Theoph. quam Theodorus fraudem convertit, eò quòd gustantes amaritudine decipiat.

A'păthēs [ἀπαθής. Gal. *Sans passion* Ital. *Senza passione, & perturbatione*. Ger. *Ohn anfechtung und betrübnuß/unbewegtlich am Gemüt* *Sossegado sin turbacion*. Polon. *Nyp. a.owiwi eji kiorich ..* *gmuly*. Vng. *Szenuedetlen len*. Angl. *Without passion*] Latinè dici tur sine ulla animi perturbatione, quasi impassibilis, qualem Stoici volebant esse sapientem. Negabant enim sapientis esse aut dolore, aut voluptate, aut metu aut odio, aut misericordia commoveri. Plin. lib. 7. cap. 20, scribit quosdam sapientiæ sectatores torvitate quadam naturæ dura & inflexibili præditos, humanis affectibus caruisse, qui & ipsi Apathes nominantur. ¶ Vnde Apathia, ἀπάθεια, Animi tranquillitas, nullis affectuum motibus obnoxia.

Apeliotes, tæ, penult. product. [ἀπηλιώτης. Germa *Der Ostwind*. Polon. *Wiatr od wschodu słonc*. Vng. *Napkeleti szél*.] Ventus est ab Oriente æquinoctiali flans, quem Latini Subsolanum vocant.

A'pellă æ, p. Dici potest sine pelle. [ערל mul. ἀπερίτμητος. Gall. *Circoncis* Italice, *Circonciso* Germa *Beschnitten* *ein Jud*. Belg. *Besneden als een Jode* Hisp. *Circuncidado*. Polon *Obrzezany* e Vng. *Körülmetélt, zsidó*. Ang. *Circumcised*.] Quo nomine vocati sunt Iudæi circuncisi. Horat. libro 1. Serm. Satyr. 5: credat Iudæus apella, Non ego. Masculini generis, aut potiùs com. generis. Nomen fictum ab A privativa particula, & nomine Pellis.

A'pello, lis, apuli, apulsum, ex à, & pello, significat Amoveo: [ἀπωθεῖν. Ger *Von dannen treiben*.] ut, Apulsus ab Vrbe. id est, amotus. unt tamen qui putant Aspello, non Apello scribi debere, & compuni ex abs, seu ab. b. in s. mutata, nec ex AD compositum videatur. Nam ita in Captiv. Plauti legitur: Hic est ille dies, quum nulla vitæ salus sperabilis est mecum, Neque exilium exitio est, neque adeò spes, quæ mihi hunc aspellat. Cicer. Tusc. 2. Sed longe à læto numine aspellor Iovis.

Apepsia [ἀπεψία. German *Unverdäwligkeit*. Polon. *Ser .. ffiech* *niestrawność*. Vngar. *Nem emésztés valo emésztes*.] Ventriculi vitium est, quod Latini Cruditatem appellant: quum scilicet cibi in ventriculo non immutantur, sed tales ferè egeruntur, quales sunt ingesti. Quo modo autem differat à dyspepsia, & à tertia specie, quam Græci βραδυπεψίαν vocant, vide in dictione DYSPEPSIA.

A'per m. f. Porcus sylvester, à Græco κάπρος, remota prima litera. [חזיר chazir. Gal. *Sanglier, porc sanglier*. Ital. *Porco selvatico cinghiale*. German. *Ein Eber/ein Wildschwein*. Belg. *Wild verken*. Hisp. *El javali, puerco monte*. Pol. *Dzik, wieprz*. Vng. *Vad .. an*. Ang. *A wylde bore*.] Iuvenalis: quanta est gula, quæ sibi totos Ponit apros animal propter convivia natum Varro de ling. lib. 4: Apri ab eo, quod in locis asperis versantur: nisi à Græcis deductum malis qui hos κάπρους vocant.

Aprārĭus, adiectivum ab Aper: [Pol. *Dzikowieprzow*. Vngaric. *Vaddisznó valo*.] ut retia apraria. Paul. D. lib. 23. Tit. 7. l. 22: Fundo legato, ut omnis maximusque est, retia apraria, & cætera venationis instrumenta continebuntur.

Aprinus [κάπρειος. Gal *De porc sanglier*. Ital. *Cinghiarino, cosa di cinghiale sana*. German. *Das zu dem Wildschwein gehört oder darvon kompt*. Hisp. *Cosa de puerco javali*. Polon *Dzikowy* .. *przirodzcici*. Vng *Vaddisznó ..* *kanbol valo*. Angl. *Of an wyldbore*.] ab Apro deductum, ut, Aprina caro. Sic scribi quidem debet secundum analogiam Antiqui tamen scribebant Aprugnus, Plin. lib. 8 cap. 51: Catonis censoris orationes aprugnum exprobrat callum. In tres tamen partes diviso apro, media ponebatur, lumbus aprugnus appellata.

A'pĕrĭo, act. quæ ex Ad & Pario (ut inquit Priscianus) abiecta d. (quia d, sequente p, nonnunquam abiicitur) Patefacio, palàm facio, illustro, expono, nudo detego. [פתח patach. ἀνοίγω. Gall. *Ouvrir*. Ital. *Aprire*. German. *Auffthun/öffnen*. Belg. *Opdoen*. Hispan. *Abrir o ferrado*. Polon. *Otwieram*. Vngaric. *Meg nyitom*. Ang. *to open*.] Cicero de Divinat. In templo Herculis valvæ clausæ repagulis subitò se ipsæ aperuerunt. Idem pro Cluent. Quæ in diuturna obscuritate latuerunt, sic aperiam, ut ea cernere oculis videamini. Idem de Finib. Aperiendum est quid sit voluptas. Idem in Anton. Quum multo uberius fleret, caput aperuit, & in eius collum invasit ¶ Interdum ponitur pro communicare: ut, Aperire rem familiarem: id est, de ea impartire & communicare aliis: ejus contrarium est claudere. Cicer. in Offic. ¶ Interdum pro instituere. Cic in Epist. Dionysius Corinthi ludum aperuit. ¶ Interdum ponitur pro, se ad solutionem esse paratum ostendere Cicer. ad Attic. De Oppio factum est ut volui, & maximè quòd DCCC. aperuisti. Id quod alio loco ad eundem: De Oppio, ὅπερ, bene curasti, quòd ei DCCC exposuisti. ¶ Aperire fenestram, januam, proverbialiter dicuntur, pro occasionem & velut ansam præbere. ¶ Hujus verbi composita sunt Adaperio, & Exaperio. ¶ Aperiri cœlum dicitur à poëtis matutino tempore quum fit dies: claudi verò noctu. quum finitur. Ex Servio in illud Aeneid. 10: Panditur interea domus omnipotentis olympi. Aperuit diem dispulsa nebula. Liv. 2. belli Punici: Quum calescente Sole dispulsa nebula aperuisset diem. Sic ibidem lib. 6.

A'pertē, adverbium, Clarè manifestè. [בגלוי begbalui. φανερῶς. Gall. *Apertement, clairement*. Ital. *Apertamente*. Germa *Offentlich/heiter*. Hispan. *Claramente*. Pol *Iawnie, oświecznie*. Vng. *Nyilván nyilva*. Angl. *Plainlie, openlie*.] Cic. Attic: Quæ verba apertè indicant, posse rationem haberi etiam absentis. ¶ Hinc Apertiùs, & apertissimè. Idem pro Q. Roscio: Planiùs, & apertiùs dicam Idem Attico: Lætitiam apertissimè tulimus omnes.

A'pertio onis, verbale f. t. [פתיחה pithchon. ἄνοιξις Gall. *Ouverture*. Ital. *Apertura* German *Oeffnung/auffthuung* Hisp *Obra de abrir*. Pol. *Otwar . ie*. Vng *Meg nyitas, nyitakozas*. Angl *Openyng*] Varr. 1. de Re rust. cap 36 Sub terra, qui habent frumentum in iis, quos vocant syros, quò cum periculo introitur recenti apertione, ita ut quibusdam interclusa sit anima.

A'pertum Ius, clarum & indubium. Autor Cicer. & Quint. Sicut varium, quod vagatur in opinionibus Iureconsf. controversum autem id est, contrarietate opinionum.

A'pertus, a, um, Patens, manifestus, planus, ante oculos positus. ¶ Hinc per translationem Apertum pectus dicimus: id est, liberum, simplex, & non simulatum, ut in amicitia pectus apertum esse debet, quod Cicer. & Plin. Epist. lib. Fab. Epistolarum quas mihi (ut ait) aperto pectore scripsisti, oblivisci me iubes. ¶ Apertum cœlum: id est, purum & serenum, inquit Servius. Virgil. 1. Aen. cœloque invectus aperto. ¶ Apertus campus, planissimus & latissimè patens. Virg. 2. Georg. Liv. 0. belli Maced. Sic apertum mare, apud eundem 5. belli Pun. ¶ Apertum, item quod fraude vel insidiis caret. Virg. 11. Aen. saltus ingressus apertos. Id est, vacantes insidiis, ait Servius Aperti & simplices homines. Qui nihil habent simulatum, qui sunt minimè fraudulenti. Cic. 1. Offic. ¶ Apertum, absolutè. Liv. 1. ab Vrb. Et castris in apertis positis: id est, in loco undique patenti. Cic. in Paradoxis Hoc tamen opus in apertum ut proferas nihil postulo.

A'pertūră, ræ, Idem [ἄνοιξις. Vngar. *Meg nyitakozás, Nyitás*.] Vitruv. lib 5. cap. 5. Contraque eas cellas relinquentur aperturæ inferiorum graduum cubilibus, &c. Idem lib. 10 cap. 9: Circa frontem ejus figuntur tabulæ, relictis semipedalibus aperturis ad aquam intrò concipiendam ¶ Apertura tabularum apud Iurisconsultos, Vlpianus D. lib. 28. Tit. 5. l 3: Apertura tabularum dilatio necessarii hæredis ius non mutat.

A'pes, vel Apis, in nominativo singulari. [דבורה deboráh, μέλισσα. Gal *Mousche à miel* Ital. *Ape*. German. *Ein Imb/oder Bin*. Belg. *Een bye*. Hispan. *Abeja*. Pol *Pszczoła*. Vngaricè, *Méh*. Angl. *A bee*.] Columel. libr. 10: Nam quantò grandior apis atque rotundior, tantò pejor. Ovid. libr. 12. Metamorph. Non apis inde tulit collectos sedula flores. ¶ Hoc nomen compositum existimant plerique ab a fine, & pes, quòd sine pedibus nasci videantur, dicente Virgilio: Trunca pedum primo. Sed quum non servet analogiam, sicut cætera composita, Bipes, edis, Tripes, edis, Compes, edis, magis simplex iudicandum est Creantur apes ex boum fimo, sicut crabrones ex equorum. fuci ex mulorum. vespæ ex asinorum excrementis. ¶ Neque mel, neque apes, μήτε μέλι, μήτε μελίσσας In eos dici solitum, qui recusant commodum ferre, quod sit cum incommodo quopiam coniunctum. Veluti, si quis apes, quòd sint aculeatæ, nolit perpeti, is nec melle quidem, quod optat, fruetur. Tryphon ex Sappho poëtria Lesbia. ¶ In apes irruisti, ἐς μελίττας ἐνώρμησας. Vbi quis præter opinionem in ingens agmen, velut examen malorum immergitur: quemadmodum evenire solet iis, qui imprudentes in apum nidos incidunt. ¶ Apium & Apum, in genitivo plurali. Iuvenalis: Examenque apium longa consederit uva. Sic bis aut sæpius Columella modò uno, modò altero utitur genitivo: sed Apum frequentiùs usurpat, sine i.

A'pĕcŭlă, sive Apicula, diminutivum, Parva apes. [μελίσσιον. Ger. *Ein Bynlein*. Polon *Pszczołka* Vngar. *Méhecske*. Ang. *A litle bee*.] Plin. lib. 7: Quadrigam ex eadem materia, quam musca integeret alis, fabricatam, & navem quam apicula pennis abscondenet.

Apianus, vide infrà.

A'piarium n. f. Locus ubi apes considunt: hoc est, ubi alvei apium tenentur. quod Mellarium, sive alvearium nominatur. [μελισσῶν. Gal. *La ruche, ou est le lieu où se nourissent les mousches à miel*. Ital. *Luogo dove si nutrono l'api*. Germ. *Ein Imbenbeutel / ein Imbenbanck*. Hisp. *El colmenar* Polonice, *Pszczelnik*. Vng *Méhes, méhes kertbely*. Ang. *A place wher bees maketh honie*.] Col libr 10 Non est dubitandum, quin ædificio iunctum apiarium maceria circundemus, sed ea parte, quæ teris latrinæ sterquilinumque, & balnei odoribus libera est, Idem lib 8. cap. 14.

A'piarius, m. f. Qui curat sive qui possidet apes. [μελιττουργός. Gal *Celuy qui a la charge & gouvernement des mousches à miel*. Ital. *Governator o possessore dell' api*. German *Der Imben hat/mit den Imben umbgeht/in den Imben sorg tregt* Belg *Een biemeester*. Hisp. *Colmenero* Pol. *Pszczelnik*. Vng *Méh pásztor, méh tartó* Ang *That hath the charge of bees*.] Plin. lib. 31: Proventum enim sperant apiarii largè florescente thymo.

Apiastrum, [μελισσόφυλλον. Polo. Pszczelnik, roiownik.] Herba est, qua apes mirum in modum delectantur: unde & Melissophyllon, & per syncopen Meliphyllon appellatur. Vulgò *Melissa*. Vide latiùs in dictione MELISSOPHYLLON.

Apiastra, æ, aliàs Merops. μέροψ, Arist. Hist. lib. 9. in Creta à comedendis apibus [μελισσοφάγος. Gal. *Guespier*. Ital. *Gaulo*. Vng. *Feske*] Serv. in 4. Georg. Virg. Meropes aves vocantur apiastræ, quia apes comedunt. Vide MEROPS.

Apiatus, a, um, ab apibus: sicut à vermibus Vermiculatus. Dicitur quod apium impressam habet similitudinem: ut, Apiata mensa, apud Plin. lib. 13. cap. 15: ubi de mensis cedrinis loquitur.

Apex, icis, m. t. [Pol. *Wierzcholek*. Vng. *Tetö csucsos süveg*.] Fastigium in summo Flaminis pileo, in cujus extremo modica lana est, quòd primùm constat ad Albam Ascanium instituisse. Ponitur tamē pro ipso pileo Flaminis acuminato. κορυφὴ ἀκροτήριον. Hodie pontificum infula hoc nomine appellari potest. Valer. lib. 1: At Sulpitio inter sacrificandum à capite apex prolapsus, eidem sacerdotium abstulit. ¶ Sumitur aliquando pro summa verticis parte, quòd longè sit à pedibus, & pro cujuscunque rei summitate accuminata. [שׂיא rosch גב gab. Gal. *La pointe ou sommet de quelque chose*. Ital. *La sommità de qualche cosa*. Germ. *Ein Spitz / das aüsserst oder oberst theil eines jeden dings*. Hisp. *El altura o cumbre de qualquier cosa*. Polon. *Wierzcholek, Szpica*. Vngar. *Tetö*. Anglic. *The point or toppe of any thing*.] Colum. lib. 5. Ejusque velut apex pronus imminens vocatur. Cicero tralatulit ad summam rei alicujus dignitatem: Apex, κολοφὼν inquit, senectutis est authoritas, quanta fuit in M. Cælio Metello. ¶ Apices juris etiam dicuntur in libris Iurisconsultorum, pro jure summo & subtili, spinosaque disputatione. Vlpianus L. 29 D. mandat. De bona enim fide agitur, cui non congruit de apicibus juris disputare. ¶ Apices literarum dicuntur accentuum notæ. Gell. lib. 13. cap. 29: Vix ipsos literarum apices potui comprehendere. ¶ Apex avium crista, ut in pavone, galerita, upupa, & gallinaceo genere. Plin. lib. 11. cap. 27: In capite paucis animalium, nec nisi volucribus, apices diversi quidem generis.

Apiculus, Diminutivum, Parvus apex, κορυφίον, quod & apiculum dicitur. [Vng. *Tetöcske, patyolat tetezésre fejkötö*.] Festus: Apiculum, filum est quo Flamines velatum apicem gerunt.

Apexabo, onis. Intestinum sanguine plenum, admisto pingui: sic dictum quòd in summitate quiddam, quasi in capite apicem habet. [Ger. *Ein blutwurst*. Polon. *Kaßnica, albo kiszka napełniona*. Vng. *Veres hurka*.] Varr. lib. 4. de lingua Latina.

Aphaca, æ, sive Aphace, ces, ἀφάκη, Herba est in arvis nascens, paulò altior lente, foliis admodum tenuibus, terna antiquaterna semina nigra in siliquis ferens. Hæc Plin. lib. 27. cap. 5. Ruellius eandem esse putat cum ea, quam vulgus *Vitiam agrestem* appellat.

Aphæresis, pen. corr. ἀφαίρεσις, Dici potest abscissio. Figura quæ à principio dictionis literam vel syllabam aufert; ut, Pone metum, pro Depone. Ex ἀπὸ τῆς αἱρέσεως.

Apheteria, [ἀφετηρία. Gal. *La barriere ou le lieu du quel partoyent les chevaux pour courir*. Italicè, *Mosse*. Germanicè *Schrancken in welcher man die Rossz lest / sich mit lauffen zu üben*. Hispanicè, *La cuerda que empareja los cavallos*. Polonicè, *Szranki ... wyjazd po ... szranki do ćwiczenia koni*. Vngaricè *Pallya czel*. Anglicè, *An place out of the which one beginneth to runne*.] Latini dicunt carceres, unde equi emittuntur ad cursum. ¶ Sunt & Apheteria, ut inquit Suidas, organa ad expugnandas urbes accommodata.

Aphracta [ἄφρακτα. German. *Unbedeckte Schiff*. Polonic. *Lodz*. Vng. *Ladik*.] Sunt aperta, intectaque navigia. Cicero ad Attic. Nos Rhodiorum aphractis tranquillitates aucupaturi eramus. Idem ad Tironem: Nostri aphracta Rhodiorum, nihil est quod minus fluctum ferre possit. ¶ Legitur & Aphractus masculin. gen. Cicero ad Attic. libro 6: Nos Etesiæ vehementissimè tardarunt: detraxit viginti ipsos dies etiam aphractus Rhodiorum.

Aphrodisia, ἀφροδίσια, Dicuntur Veneris festa, vel venereæ voluptates.

Aphronitrum, n. s. [ἀφρόνιτρον. Gal. *Escume d'une sorte de Salpetre*. Ital. *Schiuma di salnitro*. Germ. *Schaum des Salpeters*. Hispa. *Alamon*. Pol. *Saletra*. Vng. *Salétrom tajték*. Ang. *Salpeter*.] Spuma nitri: de qua Plin. lib. 31. cap. 10 & Mart. lib. 14: Rusticus es? nescis quid Græco nomine dicar? Spuma vocor nitri, Græcus es? Aphronitrum.

Aphron, Plinio herba est ex generibus papaveris, foliis, (si propiùs intuearis) passerum speciem repræsentantibus, radicem habens in summa terræ cute, semine spumeo. A Dioscoride μήκων ἀφρώδης: hoc est, spumeum papaver appellatur. De hoc Plin. lib. 20. cap. 19.

Aphroscorodon, ἀφροσκόροδον, Genus est allii majoris incrementi, quod à Plinio Vlpicum vocatur. Nominis ratio diversa traditur. Nam Columell. ab Aphris nomen sumpsisse existimat. Vlpicum (inquit) quod quidam allium Punicum vocant, Græci *Aphroscorodon*. Plin. à spuma dictum existimat, quam gignit in pulmentariis, quibus adhibetur: ita enim habet l. 19. ca. 6. Vlpicum quoq; in genere Græci appellaverunt allium Cypriū, præcipuè Aphricæ celebratū inter pulmentaria ruris, grandius allio. Tritum in oleo & aceto mirum quantum increscat spumā.

Aphroselenus, ἀφροσέληνος, Lapis alio nomine Selenites dictus, διὰ τὸ φέγγειν αὐτὸν νυκτὸς μετὰ τῆς σελήνης αὐξανομένης. Nascitur in Arabia, colore candido, pellucidus & minimè ponderosus. A Latinis etiam Lunaris lapis appellatur. Vide Dioscor. lib. 5.

Aphthæ, [ἄφθαι. Germa. *Ausbrechung des Munds*. Pol. *Pechers na wargach*. Vngar. *Száj ... pellés, ajak dagadás*.] Exulcerationes sunt in summo ore, infantibus peculiares, provenientes vitio lactis quo nutriuntur, calido humore corrupti. Oriuntur & in ætate provectioribus, quum ora illis intumescunt, rubescuntque calidis humoribus, eò commeantibus. Vide plura apud Cæl. Rhodig. lib. 9. cap. 20.

Aphya, ἀφύη, Piscis genus, candidum, molle, ac tenerum, quod admotum igni protinus decoquitur. Vnde Proverbium, Aphya ad ignem: in ea quæ celeriter intereunt, aut consumuntur. Piscis hujus meminit Aristot. lib. 6. Animal. Theodorus Apuam vertit. Athenienses πτωχῶν ὄψον: hoc est mendicorum opsonium vocare solent, ob nimiam rei utilitatem. Cic. Attic. lib. 4: Aphyam populi vocat sentinam, & sordes populi. Quare (inquit) ut homini curioso, ita perscribere ad me quid primus diet, quid serundus, quid Censores, quid Appius, quid illa populi aphya, denique etiam quid de re fiat, ad me velim scribas. Vide Cæl. lib. 5. cap. 19.

Aphythagoras, Ctesias (referente Plinio) arbores quasdam esse voluit juxta Hypobarum Indiæ fluvium, electrum fitentes: voceque hac prædulcem suavitatem significari tradidit, Vide Plin. lib. 37. cap. 2.

Apianus, na, num, Quod apes avidæ sumunt, μελισσοτρόφος. Vnde Apianæ uvæ dictæ sunt, quas muscæ infectantur: nunc vulgò à muscis *Muscatelle* dicuntur. [German. *Muscatel trauben*. Belgic. *Muscatellen druyven*. Vng. *Muskataly, szölö, malosa szölö*.] Plin. libr. 13. capit. 2: Apianæ apes dedere cognomen, præcipuè earum avidæ. Colum. lib. 12. cap. 34: Passum si ex uva apiana facere volueris, uvam apianam integram legito. Idem lib. 3. cap. 2: Magnis etiam dotibus tres apianæ commendantur, omnes feraces, jugoque & arboribus satis idoneæ: generosior tamen uva, quæ nudis foliis est. Nam duæ lanatæ quamvis frondibus, & palmitum pari facie fluxuræ, qualitate sunt dispariles, quum tardiùs altera recipiat cariem vetustatis. Pingui solo feracissimæ mediocri quoque fœcundæ, prætcoqui fructus. Ideoque frigidis locis aptissimæ, vini dulcis, sed capiti, nervis, venisque non aptæ, nisi maturè lectæ. Pluviis, ventisque, & apibus afferunt prædam, quarum vocabulo propter hanc expopulationem cognominantur.

Apia, ἄπιον, A Græcis arbor dicitur, quā Latini Pyrum vocant.

Apicæ oves, dictæ sunt, quæ nō amplo corpore sunt, nec multam lanam habent circa corpus totum [πρόβατα ψιλὰ. Gal. *Brebis pelees sous le ventre*. Ital. *Pecore che non hanno molta lana*. German. *Schaaf die nicht wol bey leib sind / unnd wenig Wollen haben / dürre und blutt Schaaf*. Hispan. *Las ovejas que tienen el vientre lampino*. Pol. *Obl...* Vng. *...* Ang. *A kind of sheip with an litle boute, an litle woll*.] Plin. lib. 8. cap. 48: Ipsa ove latus generositatis ostenditur brevitate crurum, ventris vestitu: quibus nudus esset, Apicas vocabant, damnabantque. Idem scribit Varr. lib. 2. cap. 2.

Apicula, Vide APES.

Apiculus, Vide APEX.

Apilascus, udis, pen. prod. Plin. lib. 33. cap. 4: Nam aurum quod ad pilas cudunt, Apilascudem vocant.

Apinæ, penult. corr. f. p. Nuces vocantur (inquit Perottus) quæ cutem veriùs, quàm putamen, adeò mollem habent, ut simul mandatur. Apud Plin. tamen lib. 15. cap. 10, unde Perottus hæc ad verbum descripsit, Sapinem hoc nucis genus, non Apinam nominatum invenimus.

Apiria, ἀπειρία, Inexperientia. [Vngar. *Kétség ... próbálatlanság*.] Cic. de Finib. vertit Infinitionem. Quare, inquit, incursionem non solùm videamus, sed etiam cogitemus infinitionem ipsam, quam Apiriam vocant.

Apiscor, aris, d. e. cujus præteritum volunt esse Aptus sum. Acquiro. [קנה kanah τυγχάνω. Gall. *Recouvrer, avoir*. Ital. *Acquistare*. German. *Überkommen, erlangen*. Hisp. *Alcançar lo dessado*. Pol. *Dostawam*. Vngaric. *Megnyerem*. Ang. *To get, to obteine, to recover*.] Verbum est penè obsoletum, quod non nisi apud antiquissimos legitur. Lucr. lib. 1: Nec ratione animi quam quivis possit apisci. Idem libr. 6: Quippe etenim nullo cessabant tempore apisci, Ex aliis alios avidi contagia morbi. In Iurisconsultorum libris adhuc frequenter legitur Apisci possessionem, pro adipisci. ¶ Hujus composita sunt Adipiscor & Indipiscor: de quibus suis locis.

Apistos, (Quod hactenus hîc perperam pro gemmæ nomine lectum est) lege apsyctos, ἄψυκτος.

Apium, n. s. Herba est hortensis. [σέλινον. Gal. *Persil*. Itali. *Petrosemolo*. German. *Eppich*. Belg. *Eppe*. Hispan. *...* Polon. *Pietruszka*. Vngar. *Apium, méz fü*. Ang. *Persley*.] Ex hac fiebant apud antiquos coronæ victoribus in Nemeorum sacris certaminibus. Iuvenalis: Gaudentes fœdo peregrina ad pulpita saltu Prostitui, Graiæque apium meruisse coronæ. Quidam hoc nomen ab apice deducunt: quia antiqui apicem capitis apio coronabant: unde est illud dictum: quòd apex hoc ferre solebat Victoris, veterum fieret dum more triumphus. Ipse sibi talem prior imposuisse coronam Dicitur Alcides. Alii hoc nomen ab apibus deductum putant, quæ illo præcipuè delectari

delectati putantur. ¶ Ne inter Apia quidem sunt: Οὐδ' ἐν σελίνοις εἰσίν: pro eo quod est, ne ingressum quidem, aut initium rei attigerunt. Sumpta metaphora ab iis qui hortus ingrediuntur. Nam antiquitus extremus ille hortorum ambitus apio cōserebatur, quem qui nondum præteriissent, velut in horti liminead huc esse videbantur. Aristoph. in Vespis. ¶ Apio eget, τοῦ σελίνου δεῖται. Ita loquebantur quoties morbum capitalem innuebant, & vitæ periculum imminere. Nam olim monumenta defunctorum apio coronabantur. Plutarch. in Symposiacis.

Apium montanum, Herba est cicutæ foliis, quæ apium agreste vocatur, in montibus ferè, locisque petrosis nascens: unde & nomen habet. [ὀρεοσέλινον. Gal. Persil de montagne. Ital. Petrosemolo agreste. German. Wilder eppich. Hispanicè, Perexil montesino. Pol. Lecina piotrusz[illegible].]

Apium palustre, Herba est apio sativo major: sic dicta quòd in paludibus, & aquosis locis proveniat. [ἑλεοσέλινον. Gal. Persil de marets. Italicè, Petrosemolo della acqua. Germ. Pfützeneppich. Belg. Jouffrou merck / eppe. Hisp. Perexil del agua. Polonicè, Opich [illegible]. Ang. A kind per sley that groweth in marases.]

Apium saxatile, Herba est semen proferens ammeos semini non dissimile sed odoratius: quæ quoniam in Macedonia optima nascitur, vulgò Petroselinum Macedonicum vocari cœpit. πετροσέλινον. Nascitur in petris: unde & nomen accepit. Pro hoc officinæ hipposelinum perperam substituunt, quæ est herba à petroselino omnino diversa, quam Latini Olusatrum appellant. Vide suo loco.

Aplanes. pen. prod. Inerrans, minimè vagus. [ἀπλανής. Vngar. Al[illegible], nem bú[illegible].] Macrob. lib. 1. de Som. Prima illa stellifera sphæra, quæ proprio nomine dicitur cœlum, Aplanes apud Græcos vocatur continens & arcens cæteras.

Apludæ, arum, antiquorum rusticorum vocabulum [Vngaric. [illegible].] de quo ita Nonius: Apludas, inquit, frumenti furfures dicunt rustici veteres. Hoc in antiquis inventum quorum in dubio est autoritas, itaque exemplis supersedebimus: quanquam & Plautus in Astraba usus sit. Hæc Nonius.

Aplustre, n. s. & in numero plurali Aplustra, vel Aplustria. [German. Ein Schiffzeichen zu oberst am Segelbaum / das Fehnlin. Belg. Scheepsbanier ghap / Het vaentken. Vng. Ha[illegible].] Navis est ornamentum in summitate mali, & omnino scribendum est absque m, quia apud Poëtas invenitur prima correpta: quæ si cum m scriberetur, ratione positionis necessario produceretur. Cic. in Arato: Navibus absumptis fluitantia quærere aplustra. Festus utroque modo scribi posse existimavit. Aplustra, inquit, navium ornamenta: quæ quia erant amplius, quàm essent necessaria usui, etiam amplustra dicebantur. Hæc ille. Nos cum Græcis putamus, non ab adverbio Amplius, hoc nomen deduci sed ab α privativa, & verbo πλέω, quòd ad navigationem non sit necessarium.

Aplysiæ, ἀπλυσίαι, Illotas vertit Theodorus, Spongiarum genus vilissimum, maximam habens fistulas, & reliquam partem admodum spissam, ita dictum, quòd elui non possit. Vide Plin. lib. 9. cap. 45.

Apocalypsis, is, f. t. Latinè dicitur revelatio.

Apocha, æ. pen. corr. f. p. Schedula est, qua fatemur nobis de pecunia esse satisfactum [ἀποχή. Gal. Quitance. Ital. Quitanza. German. Ein Quittierung / ein Quittung. Belg. Een Quitantie. Hisp. Alvala de paga y fin y quito. Polonic. Kwitancia. Vngar. Quittanczia meneveklevel. Anglicè, An acquittance, or discharge.] Vulgò Quitantiam vocant. ¶ Antapocha verò est, quam debitor dat creditori. ¶ Acceptilationis autem nomen generalius est, quam Apochæ. Illa enim quanvis liberationem continet, etiamsi nulla præcesserit numeratio. Apocha autem solùm dicitur, cum pecunia soluta est. Vlpian. de Acceptil. l. Si acceptolatum.

Apocope ἀποκοπή Amputatio, ex ἀπὸ, quæ Re vel ab significat, & κόπτω, scindo, amputo. Figura, quando ultima litera, vel syllaba tollitur, ut neci [illegible].

Apocopi. m. f. [ἀπόκοποι. Gal. Chastrez. Ital. Castrati. Germ. Bets [illegible]. Hisp. Castrados hombres. Polon. Wurzezany. Vng. Heréltek. Angl. Gelded.] Dicti sunt à Julio Materno castrati, quasi excisi & spoliati.

mente, approbare. German. Hefftig loben / für gut geben / bewären. Hisp. *Apro var alguna cosa por buena.* Polon. *Pochwalem, pozwalam.* Ang. *To approve, to alowe, to commend.*] Cicer 4. Acad. Nec tamen ego is sum, qui nihil unquam falsi approbem. Idem App. Quicquid feceris, approbabo. ¶ Approbare, itē efficere ut quid probum rectumque judicetur. Cicer. in Verr. Non vereor ne hoc meum officium P. Servilio judici non approbem. ¶ Approbare opus, sive probare, est (ut vulgus loquitur) rectè & probè consummatum præbere. Id autem redemptoris est, non locatoris. Vitruvius: Redemptor ad tempus opus manu factum subtiliter regi approbavit. ¶ Approbare, est etiam dicta nostra rationibus, aut alio modo confirmare: ut fieri solet in argumentatione, quod & Probare dicitur. Cicero primo de Invent. Hoc quia perspicuè verum est, nihil attinet approbari.

Ăpprŏbātĭo, verbale, f.t. [ἀποδοχή. Polon. *Pochwalenie.* Ang. *A prooving, alowing.*] Cic. 2. Tuscul. Effectus eloquentiæ, est audientium approbatio. ¶ Approbatio apud oratores, Est pars argumentationis, qua aut propositio confirmatur, aut assumptio, aut utraq; si opus videtur. Cicer 1. de Invent. ¶ Approbatio, aliter item acceptum. Cicer 4. Acad. Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt qua sobrii. Dubitant, hæsitant, revocant se interdum. Id est, non tali mentis firmitate certitudine, constantia.

Ăpprŏbātŏr, oris, verbale, m.t. Autor, comprobator. [ἀποδεκτής. Ang. *One that aloweth or approveth.*] Cic. Attic. Quanvis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ: approbator certè fuisti.

Ăpprōmittō, is, act. Pro altero promitto, quod alter promisit, idem promitto. [ערב haráb ἐγγυᾶσθαι. Gall. *S'obliger pour un autre, promettre pour lui.* Ital. *Promettere per un altro.* German. Für ein anderen sich versprechen / umb das so er verheissen hat. Hispan. *Prometter por otro.* Pol. *Recze, ſię ubvie zaiſſego, albo przi mſym.* Vng. *Azonit igirém.* Ang. *To promise for another, to oblish him selfe for another man, to come suertie.*] Cicero Attic. De Oppio factum est, ut volui: & maximè quod DCCC appromisisti: quæ quidem ego utique vel versura facta solvi volo.

Ăpprōmīssŏr, oris, verbale, m.t. [ἐγγυητής. Germ. Ein Bürg / der für ein andern verspricht. Vngar. *Igirö.* Ang. *A Suertie, that confirmeth another mannes promise.*] Vlpianus: Appromissorem vocat fidejussorem, leg. in omnibus. ff. de solutionibus.

Ăppronāre, in genua se prosternere: [ברך baréch. γονυπετεῖν. Gall. *S'agenouiller.* Ital. *Ingenocchiarsi.* Germ. Sich neigen / bucken / niderknien. Hispan. *Arrodillar, hincar las rodillas.* Pol. *Klaniam ſię, nakolana padam, bis czolem.* Vng. *Terdre esni.* Angl. *To kneele, to fall on the knees.*] Apul. lib. 1. Planiore in ripæ margine implicitus, in genua appronat se, avidiùs affectans purtionem. Videtur esse compositum ex Ad præpositione & nomine Pronus: unde gemino p scribendum est.

Ăpprŏpĕro, as, are, Propero, accelero. [מהר mihér. ἐπισπεύδω. Gall. *Se haster, s'avancer.* Ital. *Affrettare.* German. Hertzu eilen. Hispan. *Appresurarse en venir.* Polon. *Pospiecham, przikwapiam.* Vngar. *El sietök.* Ang. *To haist, to speed.*] Terentius in Andr. postquam ante ostium Me audivit stare, approperat Cicero Attic. Quare appropera, & vale. ¶ Approperatum opus: id est, acceleratum. Livius 4. ab Vrb. Cœptumque opus adeò approperatum est, ut Sole orto, *&c.*

Ăpprŏpĭnquo, as, are, act. p. Propiùs accedo, advento, propè sum: & simul de loco & tempore dicitur. [קרב karáb. ἐγγίζω. Gall. *Approcher, venir pres.* Ital. *Accostarsi.* German. Sich näheren. Hispan. *Acercarse ò allegarse.* Polon. *Przibliżam ſię.* Vng. *El közeliték.* Ang. *To come nigh, to approche.*] Cæsar 1. Bell. Gall. Heduos finibus Bellovacorum appropinquare cognoverant. Cicero ad Quint. frat. Sed ejus rei maturitas neque dum venit, & tamen jam appropinquat.

Ăpprŏpĭnquātĭo, verbale, f.t. Cicero de Senect. [קרבה kerabáh. ἐγγισμός. Gall. *Approchement.* Ital. *Avicinamento.* German. Die näbung. Hispan. *Acercamiento, allegamiento.* Pol. *Przibliżanie.* Vng. *Közelités.* Ang. *Comming nighe, approching.*] Quarta restat causa, quæ maximè angere, atq; solicitam habere nostram ætatem videtur, appropinquatio mortis.

Apraginosis, coronarium quoddam sativum, apud Aristoph. portam, ut Grammaticus Aristoph. interpretatur, Athenis in Academia nasci solitum.

Aprarius; Vide Aper.

Ăprīcŭs, a, um, penultima prod. Soli expositus, Soli apertus. [εὐήλιος, ἀλεινός, εὐείλιος. Gall. *Tourné vers le Soleil, où le Soleil bat, abri.* Ital. *Esposto al Sole, aprico.* Germ. Ein Sonnechtig ort / ein ort das viel Sonnen hat. Belg. Sonachtich / een plaetse die seer aen de Sonne ligget / oft dat gerne die Sonne heeft. Hispan. *Cosa abrigada, que esta al abrigo.* Pol. *Miesce kiorgo słonce obeyrze nay zrawa.* Vngar. *Verbfenyes.* Angl. *Which lieth to the Sunne, seated with the Sunne.*] Dicitur autem quasi ἀπὸ Φρίκης: hoc est, sine frigore, Φ, aspirata in π, suam tenuem conversa. Virgil Georgic. Mitis in apricis coquitur vindemia saxis. ¶ Apricus homo, vel Aprica avis, quæ Sole gaudet. Idem 5. Aeneid. apricis statio gratissima mergis.

Apricior. apricissimus. Columella lib. 11. cap. 3. Nonnulli hanc eandem locis apricioribus à Calendis Martiis deponunt. Idem libr 9. ca. 14. Dum adhuc autumni reliquiæ sunt, apricissimo die purgatis domiciliis.

Apricāri, d.p. Est in aprico loco esse: hoc est, in loco Soli exposito versari. [ἡλιοῦσθαι, εἱλεῖσθαι. Gall. *Estre en l'abri, se tenir au Soleil.* Ital. *Essere in luogo aprico, stare al Sole.* German. An der Sonnen seyn / sich an einen Sonnechtigen ort halten. Belg. Ick werme my aen de Sonne. Hispan. *Abrigarse en lugar abrigado.* Pol. *Na słoncu ſię grzacz.* Vng. *Verbfenyen lenni.* Ang. *To use a sunnie place.*] Varro in ministeriis: Licet videre multos quotidie in hyeme in Sole apricari. Plin. lib. 36. de columbis: Apricantur aliæ scalpentes sese. Cic. in Catone: Vbi enim potest illa ætas aut calescere, vel apricatione melius, vel igni, aut vicissim umbris aquisve refrigerari salubribus?

Ăprīcātĭo, onis, f.t. [εἵλησις. Gall. *Abri.* Ital. *Aprico.* Germ. Wohnung oder haltung in der Sonnen. Hispan. *Abri.* Pol. *Mieszkanie na słoncu.* Vng. *Terdfenyen valo iarás.* Ang. *A sitting in a sunnie place.*] Verbale. Cic. Attic. Sibi habeat suam fortunam, unam mehercule tecum apricationem in illo Lucretino tuo Sole malim, quàm omnia istiusmodi regna.

Ăprīcĭtās, atis, f.t. Est hybernus ille tepor in locis apricis. [εἰλησία. Angl. *Warmnesse of the Sunne.*] Colum. lib 8. cap. 15. Cum apricitate diei gestiunt aves. Idem lib. 7. cap. 7. Si dici permittit apricitas. Plinius lib. 6. cap. 26. Apricitatis inclyta regio.

Ăprīcŭlŭs, Piscis est qui κάπρισκος dicitur, cujus dentes acutissimi ac validissimi, teste Oppiano, diversusque ab eo qui Aper dicitur; Græcè κάπρος. Apuleius in Apologia: Tàm ridiculum argumentum, quàm si dicas venandis apiis piscem apriculum. Ennius: Apriculum piscem scito primùm esse Tarenti.

Ăprīlĭs, m.t. Mensis dictus est, quasi aperilis, quòd terram aperiat. [אייר ijár. ἀπρίλλιος, ἀπρίλις, ξανθικός. Gall. *Le mois d'Avril.* Ital. *Aprile.* German. Der Monat Aprill. Belg. Den April. Hispan. *El mes de Abril.* Polon. *Kwiecien.* Vng. *Szent Görg hava.* Ang. *The moneth called Aprile.*] Nam verna temperie plantarum germina aperiuntur. Vel dicitur Aprilis, quasi Aphrilis ab ἀφρός, spuma, quòd Venus, cui hic mensis sacer est, ex spuma maris fingitur nata. Horatius 4. Carm. Idus tibi sunt agendæ, Qui dies mensem Veneris marinæ Findit Aprilem. ¶ Accipitur præterea adjectivè: ut Nonis Aprilibus. Cicer. ad Len. Quinctiam Marcellino, & Philippo Consulibus, Nonis Aprilibus mihi est senatus assensus.

Apronia, Herba est, quam alii Vitem nigram alii Bryoniam alii Chironiam, alii Gynecan[illegible] vocant. [ἄμπελος μέλαινα. German. Schmerwurtz.] Plin. lib. 23. cap. 1. ¶ Apronia mala, majora apiis, aliter Melappia, dicta à figura orbis in rotunditatem circumacti.

Ăpsis, idis, Vide Absis.

Ăpsȳchŏn, [ἄψυχον. Polon. *Nieżywi.* Vngar. *Oktalan állat.*] Inanimatum, quod est sine anima, & spirare non potest.

Ăpsȳctŏs, ἄψυκτος, Gemma est nigra & ponderosa, rubentibus venis distincta: ita dicta quasi irrefrigerabilis. Nam semel igni excalfacta, septem dieb. calorem servat. Autor Plin. li. 36 c. 10.

Ăptōtum, aptoti, penult. prod. Interpretatur, sine casu. Sunt enim aptota nomina, quæ neque per casus, neque per numeros declinantur: ut Frugi, Nihil, Nequam, Fas, Nefas. Autor Donatus in 2. Editione. Hæc alio nomine dicuntur *Indeclinabilia.*

Ăptŭs, a, um, Accommodatus, appositus, conveniens, congruens. [נכון nachón יתרון ithravi, ἐπιτήδειος, ἁρμόδιος, εὐάρμοστος, ἁρμόδιος, κατάλληλος. Gall. *Bien sortable, convenable, propre.* Ital. *Atto, accommodato, acconcio.* German. Geschickt / bequem / tommlich. Belg. Bequaem. Hispan. *Cosa idonea y a mano.* Polon. *Sposobny.* Vngar. *Illendö.* Ang. *Apte, proper au. meete, fitt.*] Pers. Satyr. 1. Si fortè quid aptius exit. ¶ Interdum elegans, ut apud Cic. lib. 2. de Orat. Ita porrò verbis est aptus & pressus, ut nescias utrum sententiæ oratione, an verba sententiis illustrentur. Idem 1. Offic. Vt enim pulchritudo corporis apta compositione membrorum movet oculos. ¶ Interdum connexus. Virgil. lib. 2. Georg. ipsos è torquibus apros, Iunge pares. Cicer. 2. de Nat. Deor. Balbus multa dixit, etiamsi minus vera, tamen apta inter se & cohærentia. ¶ Interdum ponitur pro compositus, creatus sive factus. Idem lib. 3. de Finib. Itaque natura sumus apti ad totius consilia civitatis. ¶ Est etiam Aptus participium ab Apiscor, idem significans quod Adeptus. Varro: Ea omnibus ostendat, quæ bello est aptus.

Ăptē, [ἁρμοδίως, ἐπιτηδείως. Gal. *Convenablement, proprement.* Ital. *Propriamente, acconciamente.* German. Geschicklich / bequemlich / füglich. Hispan. *Convenientemente.* Polon. *Właſnie, ſpoſobnie.* Vng. *Illendö kép en, helyesén.* Angl. *Aptelie, properlie.*] Adverbium qualitatis, aptiùs, aptissime, convenienter & accommodatè. Cicer. 1. de Finibus: Quum inciderit: ut id aptè fieri possit. Plin. lib. 16. cap. 15. Ratio aptiùs reddetur ab hoc tertio volumine. Idem lib. 19. c. 5. Parilibus tamen aptissimè. ¶ Aptè dicere. Cic. 1 Offic. Quod est Oratoris proprium, aptè, distinctè, ornatè dicere. Idem 1. de Orat.

Ăpto, as, act. p. Convenienter aliquid rei alicui jungo, seu accommodo. [הכין hechin תקן thicchén. ἁρμόζω. Gall. *Appr prier, accommoder, agencer.* Ital. *Adattare accommodare.* Germ. Zusammen fügen / oder ordnen. Belg. Ick voege / schicke t' samen. Hispan. *Ataviar ò ayuntar uno con otro.* Polon. *Przikladam.* Vngar. *Hozzá illeszem.* Angl. *To make apte and proper, or meete with any thing.*] Construitur cum dativo vel accusativo mediante Ad. Cicer. in Philipp. Cujus denique fortunæ studia tantæ laudi & gratulatione tuæ se non aptarint? Idem 3. de Orat. Hoc verbum est ad id aptatum, quòd antè dixerat. ¶ Hujus composita sunt Adapto & Coapto.

Ăpŭă,

Apŭă, æ, Pisciculus est minimus & vilissimus, quem Græci, quòd ex pluvia nascatur, ἀφύην vocant. Vide Plin. lib. 31. c. 8. & ea quæ suprà annotavimus in dictione Aphya. ¶ Est etiam ex Apuarum genere quæ vulgo *Anchoie*, Aristoteli ἐγκρασίχολος, Aeliano λυκόστομος. Ex qua liquamentum atq; elæogarum optimum ad excitandum appetentiam conficitur. Addito oleo, vino & aceto, totus piscis subjectis prunis liquatur: nec spinæ vestigium remanet. ¶ Est & alia Apua quæ Aristoteli ἀφύη κωβίτις (vel ut alii κωβίτης) vulgò *loche*. Fœtus est gobii. ¶ Est & Apua phalerica ἀφύη φαληρική, vulgò *Nadelle*, vel *Melette*, Rhotomagi *Cando*. Piscis mollissimus atq; pinguis, sardinis similis, nisi quòd minor & latior. ¶ Deniq; est in censu apuarum pisciculus, qui Aristoteli ἐψητὸς dicitur, Narico Plauto apud Festum. Et Apua membras, μεμβράς, vulgo *Celerin*.

Apŭd, Præpositio est, quæ nunquam composita reperitur: apposita verò casibus, quandoq; locum denotat: [אצל *etsel*. παρὰ, πρὸς. Gall. *Auprès, chez, devant*. Ital. *Appo, appresso, presso*. Germ. *Bey*. Belg. *By*. Hispan. *Cerca*. Pol. *V*. Vng. *Nalla, na*. Ang. *By or nigh*.] ut, Apud Mantuam hæc scripsi. ¶ Quandoq; personam: ut, Apud Regem. Quandoq; loci & personæ conjunctionem: ut, Cœnavi apud Pompeium. Sed quum ad personam refertur, plerunque familiaritatem significat, non dominium, ut, Fuit apud te: id est, tecum, vel domi tuæ. Penes verò & potestatem, & personam, & dominium (sed cum dativo) Ovid. lib. 1. Fast. Me penes est unum vasti custodia mundi. Quanquam etiam sine dominii significatione aliquando inveniatur: ut latius docebimus suo loco. ¶ Apud aliquando accipitur pro In: ut apud Terent. in Andria: De Davo modò apud forum audivi. ¶ Apud se dicitur esse qui omissis negotiis se in recessum recipit. Cic. l. 1. de Orat. Marcus verò Scaurus, quem non longè ruri apud se esse audio. Magis tamen videtur Apud se, in hoc Ciceronis loco accipi pro, Domi suæ: quemadmodum frequenter, apud Terentium, Apud nos, pro Domi nostræ. ¶ Apud etiam juxta significat. Cic. de Offic. Cujus focum mirari solitus Cato, apud quem ille sedens, Samnitum quondam hostium jam clientium suorum munera repudiabat. Idem de Orat. 2. Quum etiam tum in lecto Sulpitius esset, & apud eum Crassus sederet. ¶ Apud aliquem obligari, pro alicui. Iulianus de fidejussoribus: Fidejussor obligari non potest ei, apud quem reus promittendi obligatus non est. ¶ Apud exponitur etiam pro Inter. Cic. pro Fonteio: Studiis militaribus apud juventutem obsoletis. Hoc est, inter juvenes. Tale est quum dicimus, Mos fuit apud Romanos pro eo quod est inter Romanos. ¶ Apud maiores vel patres nostros, pro temporibus majorum vel patrum nostrorum. Apud Platonem: id est, in Platonis libris. Cic. 1. de Divinat. ¶ Apud Aliquando postponitur suo casui. Tacit. lib. 5 Ripam apud Euphratis: Et lib. 4. Misenum apud & Ravennam.

Ăpūs, vel cypsellus, ἄπους κύψελος. Arist. [Pol. *Geysik*. Vngar. *Labatlan fecske*. Ang. *A martinet birde*.] Avis est de genere hirundinum, cujus pedes curti, & mutili, quasiq; inutiles. Plin. lib. 10. cap. 39. Plurimum volant quæ Apodes, quia carent usu pedum, ab aliis Cypselli appellantur, hirundinum specie. ¶ Est & aquilæ species apud Avicennam Arlachine. ¶ Apud Pausaniam verò aquilæ cygneæ fit mentio in Arcad. Et quæ variis pedibus ὀνομάζεται recentium.

Ăpȳrīnŏn, ἀπύρηνον. Genus est mali Punici dulcissimi, ita dictum, quasi ἄνευ πυρῆνος: hoc est, sine nucleo: non quòd prorsus nucleis careat, sed quòd eos habeat minus lignosos. Quò fit, ut & acinos habeat blandiores & minus amaros. Plin. lib. 13. cap. 19. Martial. lib. 13. Lecta suburbanus mittuntur apyrina ramis, Et vernæ tuberes, quid tibi cum Lybicis? ¶ Legitur & adjectivum Apyrinus, a, um, ut Apyrinus fructus: hoc est, dulcis, nucleisq; minus lignosis, quales habent apyrina. Columell. lib. de Arboribus, cap. 23. Ea res & fertilem arborem reddet, & primitivis annis fructum vinosum: postea verò etiam dulcem & apyrinum faciet.

Apyrum sulphur, ἄπυρον θεῖον, Plin. lib. 33. cap. 15. vocat sulphur vivum, quodq; ignem non est expertum: ἄπυρον enim Græci vocant incoctum, & quod igni non est admotum. Vnde & Apyri tripodes, ἄπυροι τρίποδες dicebantur, qui ignibus intacti erant, ut qui non culinario usui, sed domorum templorumque ornatui dicati erant.

Ăpȳrōtus, f. f. ἀπύρωτος, Gemma igniti carbonis similitudinem referens, quam Ovid. 2 Metamorph. Pyropum vocat, Latini Carbunculum: inde Apyrotus dicta, quòd ignem non sentiat. Plin. lib. 37. cap. 7. Principatum habent Carbunculi, à similitudine ignium appellati, quum ipsi non sentiant ignes: ob id à quibusdam Apyroti vocati.

A ante Q.

Ăquă, f. p. componi videtur ex à & qua, quasi à qua vivamus. [מים *majim*. ὕδωρ. Gall. *Eau*. Ital. *Acqua*. Germ. *Wasser*. Belg. *Water*. Hispan. *Agua*. Polon. *Woda*. Vngar. *Viz*. Ang. *Water*.] Vnde aqua & igni interdici solebat damnatis. Aquam & ignē sumebant nuptæ, & qui funus persecuti fuerant, redeuntes ignem supergrediebantur aqua aspersi, quod purgationis genus vocabant Suffitionem. Hoc elementum cæteris omnibus videtur imperare. Terras enim devorant aquæ, flammas necant, scandunt in sublime, & ipsum quoq; sibi vendicant cœlum. Quid esse mirabilius potest, quàm stare in cœlo aquas? At illæ non modò in tantam altitudinem, sed secum quoque piscium examina, & lapides rapiunt. Eædem cadentes omnium in terra nascentium causa fiunt: fruges, arbores, frutices juvant: migrant in cœlum, ut vitalem animam deferant herbis. Prætereà alibi calidæ sunt, alibi frigidæ; alibi tepidæ, & penè omnibus morborum generibus auxiliantur. Aliæ sulphuris, aliæ ferri, aliæ aluminis, aliæ salis, aliæ nitri, aliæ bituminis, aliæ æris. Aliæ acidæ sunt, aliæ salsæ, & cunctæ hominum tantùm causa videntur erupisse. Generatim nervis prosunt omnes: aliæ pedibus, aliæ coxendicibus, aliæ luxatis, aliæ fractis: aliæ exinaniunt alvos, aliæ sanant vulnera, aliæ capiti auribusq; & oculis privatim medentur: aliæ sterilitatem mulierū, & virorum infamiam abolere produntur, nonnullæ juvant calculosos, aliquæ prohibent abortum. Sunt quæ tollunt vitiligenes, aliæ podagris prosunt, aliæ tertianas febres discutiunt, aliæ dentes sistunt, aliæ ungulas etiam jumentorum indurunt, aliæ subtiliores faciunt sensus, aliæ memoriam auferunt, aliæ oblivionem inducunt, aliæ canoras vocis faciunt. Hæc Perottus ex Plinio, quibus illud prætereà addit, se deduxisse aquas in agro Viterbiensi, quæ lethargicos, & hydropicos & colicos curant, luxatos statim sanant, dentes ea colluros sistunt, scabiem, lichenas, vitiligines mira celeritate tollunt, famem omnino sublato fastidio inducunt, fœcunditatem mulieribus afferunt, venerem debilitatam excitant, calculorum vitia discutiunt. *Hæc ille*. Alii aquam, quasi æquam: hoc est, æqualem dictam volunt, ablato e, quòd aqua, nisi ventis agitetur, nihil sit æqualius. ¶ Aspersisse aquam proverbialiter quis dicitur, qui dicto quopiam reddiderit animum, ac metum ademerit. Plaut. in Bacch. Evax aspersisti aquam. Idem Trucul. Aspersisti aquam, jam redit animus, translatum ab iis qui in deliquio, quem Græci λιποθυμίαν appellant, aspersa in faciem aqua ad sui sensum revocantur. ¶ Aquam bibens nihil boni parias. ὕδωρ δὲ πίνων, χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκοις: Cujus proverbii sensus est, à poëtis nihil præclarum aut venustum proficisci, si biberint aquam: hoc est, si pauperes fuerint, & tenui victu. Demetrius Halicarnasseus. ¶ Inaniter aquam consumis, ἄλλως ἀναλίσκεις ὕδωρ. In eos quadrabit qui frustra suadent. A prisco more judiciorum sumptum, in quibus ad clepsydræ modum dicebatur. ¶ In aqua hæret. In eos competit, qui sic implicantur negotio quopiam, ut se nequeant extricare. Cic. 3. Offic. de Epicuro: Dicit ille quidem multa multis locis, sed aqua hæret, ut ajunt. Translatum apparet vel à fluitantibus: vel certè ab Oratorum clepsidra. ¶ Aquam cribro haurit, κοσκίνῳ ὕδωρ ἀντλεῖς: In aqua scribis, εἰς ὕδωρ γράφεις: In aqua sementem jacis, εἰς ὕδωρ σπείρεις: Aquam in mortario tundere, ὕδωρ ἐν ὅλμῳ κόπτειν, & similes parœmiæ in eos quadrant, qui laborant inaniter. ¶ Ad aquam malus, Ἐφ' ὕδωρ πονηρός, In infimæ sortis homines olim dicebatur, ac sordidissimis quæstibus addictos: propterea quòd antiquitus infames habebantur, multoq; omnium contemptissimi qui litigantibus aquam subministrare consueverunt. ¶ Aquam igni miscere, πῦρ ὕδατι μιγνύναι: inter proverbia, quibus ἀδύνατα significamus, referendum est. Pugnat enim aqua cum igne. Plutarch. in lib. περὶ πρώτου ψυχροῦ. ¶ Mitte in aquam, βάλλ' εἰς ὕδωρ: hoc est, aufer è medio. Dicitur vel in hominem vel in rem exitio dignam. Tractum à supplicio quorundam, qui in profluentem aut mare mittebantur. ¶ Aquam è pumice postulas, pro eo quod est, frustra ab alio petere: cujus ipse à quo petas, maximè sit indigus. ¶ Cœno puram aquam turbans, nunquam invenies potum, βορβόρῳ ὕδωρ λαμπρὸν μιαίνων, οὔποθ' εὑρήσεις ποτόν. Dici solitum, ubi quis ea quæ sunt per se pulcherrima, contaminet, admistis iis quæ sunt turpissima.

Ăquŭlă, diminutivum ab aqua, f. p. [ὑδάτιον. Pol. *Wodeczka, woczka*. Vngar. *Vizetske*. Ang. *A litle brooke*.] Cic. lib. de Orat. Quæ mihi videtur non tàm ipsa aquula, quæ describitur, quàm Platonis oratione crevisse. Et lib. 2. Vbi non seclusa aquula teneatur, sed unde universum flumen erumpat.

Ăquædūctŭs, us. ui. m. q. ab aqua ducenda. [תעלה *tehalah*. ὑδραγωγία. Gall. *Conduite d'eau*. Ital. *Acquedotto*. Germ. *Wasserleitung / Wassergräben / wasserfurt*. Belg. *Wanterleyngen / watterloopen / oft goten*. Hispan. *Aguaducs para traer agua*. Polon. *Wodi przywod, wodne przekopi, rowno przwiedzenie wody*. Vng. *Vizbé vitel*. Angl. *A conveyance or cundite of water*.] Est enim aquarum deductio: hoc est, quum alicunde aqua derivatur, ut per cuniculos impositis canalibus aliò inducatur, sive ad bibendum sive ad irrigandum, ut est videre apud Iulium Frontinum, in lib. de Aquæ ductibus Romanorum. Erat autem apud veteres duplex ratio ducendæ aquæ. Nam aut per subterraneos cuniculos ducebatur, aut opere arcuato. Vtriusq; generis etiam hodie Romæ non pauca extant vestigia. Vlpian. de Servit. rust. præd. Servitutes rusticorum prædiorum sunt hæ, Iter, actus, via, aquæductus.

Ăquælĭcĭum, n. s. Dicitur quum aqua pluvialis remediis quibusdam elicitur: quod in magnis siccitatibus aliquando factum creditur.

Ăquænīvālēs, mensæ adhibebantur antiquitus, quæ decoquebantur, ut essent salubriores, ὑδρόλυτα ὕδατα. Postea colonī vario & sacco attenuabantur, deinde refrigerabantur.

Ăquăgĭum, quasi aquæ agium, inquit Festus. Idem quod aquæductus, [ὑδραγωγία, ὀχετός, ἀγωγός. Ang. *A conveyance or cundite of water*.] Pomp. l. hoc jure. de aqu. quotid. Dum ne fundum domino, aut aquagium rivalibus deterius faciat.

Aquă intercus, Morbus est, quem Græci *Hydropen* appellant: [Germ. Die Wassersucht/ Wasser zwischen Haut und Fleisch. Belg. Dat gheladen Water. Pol. *Puchlina*. Vngar. *Vix korsag* Ang. *the dropsie.*] quum inter cutem aqua colligitur, qua corpus turgescit. ὕδερον, ὕδερος. Nonius: Aqua intercus, hydrops morbus, quasi aqua inter cutem. Cic. 3. Offic. Siquis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. A' Celso Aqua inter cutem appellatur: Ita enim habet ille lib. 3. c. 21. Longus verò fieri potest morbus eorum, quos aqua inter cutem malè habet. Plinius vocat aquam subter cutem fusam.

Aqualĭcūs, pen. corr. Alvus, quò sordes defluunt. Item genus quoddam lati intestini, ex quo farcimina fieri solent. Apicius: Reple aqualicum, sic ut lavamentum habeat, ne dissiliat in coctura.

Aqualĭcŭlūs, diminutivum est ab aqualicus, Vas est in quo porci sorbent. [γάστρα. Gall. *Auge où mangent les pourceaux*. Ital. *Albio, Albuole da porci*. Germ. Ein Sewtrog Belg. Eenen verkens bact. Hisp. *Baxe ò barriga, Dornajo dende comen los puercos*. Polon. *Swinie koryto*. Vngar. *Vallu*. Angl. *A troughe for swyne*.] ¶ Per translationem pro ventre sive alvo sumitur, tàm occulta quàm apparente, in quam sordes fluunt. Persius Satyr. 1. ougatis, quum tibi calve Pinguis aqualiculus propenso sesquipede extet, in quod Cornutus scribit aqualiculum propriè ventrem esse porci, & per translationem de humano ventre dici.

Aqualĭs, m. t. Genus vasis ad aquam tenendam, quo aqua manibus datur, quod & Matellio dicitur, teste Varrone. [כוס ספל *sephel* גביע *ghebiâh* כד *cha* ... ὑδρία. Gall. *Eguiere, pot à eau*. Ital. *Vrna*. German. Ein Wassergeschirr / ein Giessfass. Belg. Een Handvat / fonteyne. Hisp. *Iarro de agua para bever*. Polon. *Nalewka*. Vng. *Veder*. Angl. *A lauer, or ewer to wash the handes*.] Plaut. in Curc. Date isti sellam aut sedeat, & aqualim cum aqua.

Aquāriŏlă, [Ang. *Places where water is voyded*.] Dicuntur lotrinæ, in quas lotura projicitur: nec in culina tantùm, sed & in tricliniis, & cubiculis, & cœnationibus cum dignitate & elegantia fiunt.

Aquāriŏlī, Dicuntur mulierum impudicarum sordidissimi assectæ. Festus. [πορνοβοσκοί, μαστροποί. Gall. *Maquereaux*. Ital. *Rufianelli*. Germ. Hüring/Hurenführer. Hispan. *Alchauetes*. Pol. *Kurewnik*. Vngar. *Kurvás* Ang. *Bawdes, merchauntes of hoores*.

Aquāriŏlum, sive aquarium, [ὑδροδοχεῖον. Germ. Ein Dolen/ darein das Wasser laufft/ oder anderer vnrhat.] Locus in quem sordida aqua demittitur, qui & Lavatrina dicitur à lavando, & per syncopen, Latrina.

Aquārium, ii, n. s. Locus in flumine, aut alia quavis aqua, ad quem animalia potum aguntur. [שקת *schóketh*. ὑδρεῖον, ὑδρεῖον. Gall. *Euier, abreuoir*. Ital. *Luoco da abeuerare*. Germ. Ein ort da sich das Wasser versammlet / vnd das Vieh darob trenckt/ Brunntrog. Belg. Watersteen. Hispan. *Abreuadero dende beven bestias*. Polon. *Kenio do napawania bydla*. Vngar. *Itato hely*. Ang. *A place where beastes may drink as in rivers or any waters*.] Cato cap. 1. Si poteris, sub radice montis fiet, in meridiem spectet, loco salubri, operariorum copia fiet, boumq; ibi aquarium. ¶ In Glossario sic legitur, Aquarium ὑδραγωγεῖον.

Aquārĭus, a, um, Quod ad aquam pertinet, ὑδραυλικός. ut, Cos aquaria. [Ang. *A grindstone going in troughes of water*.] Gell. Re aquaria defectos. Plin. lib. 34. Quippe quum in exacuendo oleares cotes, & aquariæ differant, oleo delicatior ei fiat acies. Aquarii, servi dicuntur aquarum custodes & hydrophylaces.

Aquārĭus, rii, m. s. Vndecimum signum Zodiaci. est proximum Capricorno, quod oritur XV. Kalend. Febr. [ὑδροχόος. Gall. *Vn des douze signes du ciel*. Ital. *Acquario*. German. Wassermann. Hispan. *Aguador*. Pol. Wodnik. Vng. *Viz öntö*. Angl. *One of the twelue signes of heauen*.] Fabulantur Poëtæ hunc fuisse Ganymedem, quum Iupiter ejus pulchritudine captus, ab aquila in cœlum raptum, ministrum suum fecisse existimatur.

Aquārĭus sŭlcus, Qui aquam educit. [αὖλαξ ὑδραυλικός. German. Ein Wasserfurchen / wassergraben. Belg. Een Watersort.] Colum. lib. 2. Crebrosque sulcos aquarios, quos & nonnulli Elices vocant.

Aquātĭcus, ca, cum, Qui in aqua degit. [ἔνυδρος. Polon. Wodni. Vng. *Vizi*. Angl. *That liues in the water*.] sicut Terrestria qui in terra vivit. Plin. Terrestres & aquatici pisces. ¶ Aquaticum dicitur etiam quod in aquis aut prope aquas nascitur. Plin. lib. 16. cap. 36. Inter ea quæ frigidis gaudent, & aquaticos fruticis dixisse conveniat. ¶ Aquaticus etiam dicitur Auster, quòd pluviam inducat. Ovid. 2. Metamorphos.

Aquātĭlĭs, pen. cor. aquaticus. [ὑδραυλικός. Ang. *Whatsoeuer liueth in the water*.] Plin. lib. 9. c. 12. Aquatilium tegmenta plura sunt. Cic. 1. de Nat. Deor. Bestiarum autem terrenæ sunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quasi ancipites, in utraq; sede viventes.

Aquĭlex, pen. corr. Qui aquam illicit & ducit. [ὑδρολόγος. Gall. *Meistre fontenier*. Ital. *Colui qui raccoglie l'acqua*. German. Der die Brunnen erfindt/ Brunnmeister. Belg. Fonteynmeester. Hisp. *El que coje de rastada, ò el que conoce donde ay agua*. Pol. *Mistrz studnie buduiacy*, vel, *mistrz wode przywodzacy*. Vngar. *Viz vénö*. Angl. *A welmaister that gathered waters together*.] Varro in Quinquatrib. An hoc præstat Herofilus Diogeoi (ut legit Scaliger) quod ille è ventre aquam mittit? an hoc te jactas? at hoc pacto utilior te Tuscus aquilex. Ex Nonio.

Aquĭmĭnālĕ, vas Aquarium dicitur à Paulo in l. 3. de supel. leg. Nam & pelves argenteas, & aquiminalia argentea.

Aquĭmĭnārĭum, Vas quoddam escarium fuit. Pompon. in l. 21. §. 2. D. de aur. & arg. leg. Sed de aquiminario Cassius ait, quum alteri argentum potorium, alteri escarium legatum esset, escario cedere. Item Vlpian. Si cui escarium legatum sit, argentum aquiminarium continetur. Nam & hoc propter escam paratum est.

Aquŏr, aris, d. p. verbum castrense est, Aquam haurio, sive aquam fero, ad usum exercitus vel alterius rei. [שאב *schaab*. ὑδρεύειν, ὑδροφορεῖν. Gall. *Prendre eau, se fournir d'eau*. Ital. *Cavar aqua, andar per acqua*. German. Wasser schöpffen/ sich mit Wasser versehen. Hispan. *Ir por agua para el real*. Pol. *Wwode sye opatruie*. Vng. *Itatok*. Ang. *To furnish water, to drawe and beare water to an hoste*.] Curtius: Quum miles aquatum profectus esset. Virgil. Sub mœnibus urbis aquantur. Vide in dictione ADAQUO.

Aquātĭo, onis, verbale, f. t. Actus aquandi: hoc est, aquam ad castra afferendi. [ὑδρεία. Gall. *Puisement d'eau ou aeport, abreuement*. Ital. *L'anacquare, l'andare à pigliar aqua*. German. Wasserschöpffung / ein Wasserholung. Hisp. *El traer del agua para el real*. Polon. *Wody przyczyniamie, albo wnaganie*. Vngar. *Itatás*. Ang. *Drawing or bearing of water to an armie*.] Cæs. 4. Bell. Gal. Tamen sese non longiùs millibus passuum quatuor aquationis causa processurum eo die dixit. ¶ Aquatio, item aquarum pluvialium abundantia. Plin. lib. 32. cap. 7. Et hoc utebatur in multis variisq; per aquationem Autumni nascentibus.

Aquātŏr, oris, m. t. Qui aquandi ministerium, præsertim in exercitu facit. [שאב מים *schoëb máyim*. ὑδροφόρος. Gall. *Porteur d'eau, celui qui fournit d'eau au camp*. Ital. *Chi va per acqua per fornire uno exercito*. German. Der ein Läger mit Wasser versihet/ Wasserschöpffer. Hisp. *Aguador del real*. Pol. *Ten ktori oboz opatruie wodam*. Vng. *Itato*. Angl. *Which draweth or furnisheth water, a bearer of water to an armie*.] Cæs. 1. bell. Civ. Hæc consultantibus eis nuntiatur aquatores ab equitatu premi nostro.

Aquātŭs, ta, tum, Aqua mixtus, aqua dilutus: [מזוג *mazúgh*. ὑδρόμικτος. Gall. *Mistionné d'eau, où on a misle l'eau*. Ital. *Adacquate, acquoso*. Germ. Wässerechtig / mit Wasser vermischet. Hisp. *Aguado*. Pol. *Wodnisty*, vel *zwoda zmieszany*. Vngar. *Vizzel elegyet*. Ang. *Mingled or mixed with water*.] ut, Aquatum vinum. ¶ Interdum idem quod aquosus, ut Lac aquatum. Plin. lib. 28. c. 9. Omne autem vernum aquatius æstivo.

Aquĕŭs, a, um, Quod ex aqua est. ὑδατώδης ut Color aqueus.

Aquōsŭs, sa, sum, Quod copiam aquæ habet: [ὑδατώδης. Gall. *Plein d'eau, aqueux, fort humide*. Ital. *Acquoso, abondante d'acqua*. Germ. Gewässeret/ das viel Wasser hat Belg. Waterachtich. Hisp. *Lleno de agua* Pol. *Wodnisty woda oblany*. Vngar. *Vizes*. Angl. *Full of water, waterish, very wett*.] ut, Hyems aquosa. Colum. lib. 4. de ficis. Locis, inquit, frigidis, & autumni temporibus aquosis præcoces serito. ¶ Hujus compositum, & contrarium est Inaquosus, ἄνυδρος.

Aquōsissĭmŭs, Superlativus. [Vngar. *Igön vizes*.] Seneca Quæst. natur. 3. c. 11. Quia ferè aquosissima sunt, quæcunque umbrosissima. ¶ Piscis aquosus, Virgil. 4 Georg. Id est, Australis piscis; qui Aquarii undam suscipit: nam oritur quo tempore pleiades occidunt.

Aquĭfŏlĭă, Species est ilicis, mespilum foliis referens, κραταιγών, ἢ κραταίγονος Theophrasto: unde & Mespilus sylvestris, μεσπιλώδης ἀγρία à nonnullis appellatur. Vide Plin. lib. 24. capite 13. & lib. 27. cap. 8. ¶ Aquifolia etiam diversa arbor est, semper viridis, cujus folia per ambitum aculeata, ac spinosa, fructus rotundus ac rubeus. Ex cujus corticibus in fimo putrefactis fit viscum capiendis avibus. Olim vocata est aquus pro acus. Theophrasto ἀγρία, non verò ut putavit Plin. κραταίγονος.

Aquĭlă, f. p. [נשר *nésche*. ἀετός. Gall. *Aigle*. Ital. *Aquila*. Germ. Ein Adler. Belg. Een Arent. Hisp. *Aguila*. Polon. *Orzel*. Vng. *Sasske elyö*. Ang *An egle*.] Regina avium quam poëtæ Iovis alitem, ejusdemq; armigeram appellant & fulmina ei subministrare fabulantur. Cui fabulæ occasionem dedit aquilæ natura, quia sola avium & fulminis ictu non læditur, & Solis fulgorem oculis inconniventibus potest aspicere. ¶ Sex autem Aquilarum genera enumerantur à Plinio libro 10. capite 3. Primum est Valeria μελανάετος, apud Eustathium, minima magnitudine, viribus præcipua colore nigricans: sola aquilarum fœtus suos alit, sola sine clangore, sine murmuratione conversantur in montib. Secundi generis est Pygargus, πύγαργος, eò quòd πυγὴν ἀργὴν: id est, caudam albam habeat, & albicante sit cauda, cognomine νεβροφόνος: id est, hinnularia. In oppidis & campis mansitat. Tertii generis est Anataria dicta νηττοφόνος, μόρφνος, κλάγγος, meliùs quàm πλάγγος apud Aristot. Hanc Homerus περκνὸν percnum, & Latinè plancum vocant, secunda magnitudine & vi: huicq; vita circa lacus, ut plurimum. ¶ Sex autem aquilarum genera enumerantur à Plinio, Melanaëtos, quæ & valeria: Pygargus: Morphnos, quam & Percnon Homerus, Latini Plancum, & Anatariam vocant Percnopterus: Onesioi, & Halyæetus. ¶ Aquila non captat muscas. ἀετὸς οὐ θηρεύει τὰς μυίας. quo significatur, summos viros negligere minutula quæpiam. Animus enim excelsus res humiles despicit. Aut egregiè docti nonnunquam in minimis quibusdam labuntur. Et maximis occupari negotiis ad pusilla quædam connivent. Effertur & citra negationem adagium, ἀετὸς μυίας θηρεύει, Aquila venatur muscas, quoties magnis minima sunt curæ. ¶ Aquila nubibus, ἀετὸς ἐν νεφέλαις: plerique interpretantur de re magna quidem illa, sed quam non facilè es-

cilè assequaris: alii de iis qui longè reliquis præcellunt. Aristoph. in Equit. ¶ Iupiter aquilam delagit, ζεὺς αἰετὸν ἐκ... ubi quis asciscit sibi præclarum, suisque rebus accommodos. ¶ Aquilam cornix provocat, αἰετὸν κορώνη ἐρεσχελεῖ. Lucus fuerit adagio si quando leviusculus quispiam homuncio, qui neque prodesse queat, neque lædere, maximis viris allatrat. ¶ Aquilæ senecta. αἰετοῦ γῆρας. In senes dicebatur bibaces magis quam edaces. ¶ Aquila thripas aspiciens. αἰετὸς θρῖπας ἐρᾷ. De magnis qui pusilla negligunt. Est enim θρὶψ avicula minutissima, aut vermiculi genus. ¶ Aquilam testudo vincit, accipi potest per ironiam: aut simpliciter, ubi quis potentiorem arte vincit: & quod viribus non potest, assiduitate conficit. ¶ Aquilam volare doces, αἰετὸν ἵπτασθαι διδάσκεις. In eos competit qui monere quempiam conantur in ea re, in qua quum sit ipse exercitatissimus, nihil eget doctore. ¶ Aquila præterea, sydus cœleste est, cujus ala dextera circulum æquinoctialem attingit, sinistra autem non longè à capite Ophiuchi videtur figurata. Rostrum ejus à reliquo corpore dividit circulus à Cancro ad Capricornum perveniens. Exoriente Leone occidit: exoritur autem cum Capricorno, Habet in capite stellam unum, in utraque ala unam, & unam in cauda. ¶ Est etiam aquila, piscis nomen ex genere planorum, quem & Græci ἀετὸν appellant: teste Plin. lib. 9. cap. 24.

Aquilinus, a, um, Quod est aquilæ, vel quod ad aquilam pertinet: [ἀετιος. Gall. D'aigle. Ital. Aquilino. Germ. Das zu dem Adler gehört. Hispan. Aquilino, cosa de aguila. Pol. Orli. Vngar. Sasi. Angl. Of an egge, belonging to an eggle.] ut Aquilinæ ungulæ. Plaut. in Pseud. An tu invenire postulas quenquam coquum, Nisi milvinis, & aquilinis ungulis? Vbi Aquilinas ungulas dixit, pro manibus rapacibus, quales sunt ungues aquilarum.

Aquiliferi, m. f. Dicti sunt signiferi in Romana militia: [ἀετοφόροι. Germ. Panerherren / so bey den Römern das Feldzeichen trugen mit dem Adler / (...) Zinnerich. Pol. Chorazi] ab aquila, quam Romanis legionibus Marius in secundo Consulatu suo propriè dicavit: fuitque tanquam princeps totius legionis signum. Cæs. 3. bel. Civ. In eo prælio quum gravi vulnere esset affectus aquilifer. Habuerunt & Romani alia quatuor signa, videlicet lupos, minotauros, equos, apros, quæ singulos ordines anteibant. Item & dracones: unde Draconarii. Postea tamen repulsi cæteris, unam servaverunt aquilam.

Aquilegium, n. s. Aquæ collectio & aquæductus. [ὑδραγωγία. Angl. A conduite or conueyance of water.] Plaut. Si pluet, aquilegio invabo.

Aquilex, Vide AQVA.

Aquilo, Aquilonaris, Aquilonius, Vide in Propriis.

Aquilus color, fuscus & subniger, ab Aqua. [שחור schachór, ὑδατώδης χροιά. Gall. Brun, tirant sur le blanc & sur le noir. Ital. Fosco, alquanto negro. Germ. Braun / dunckelfarb. Belg. Bruyn. Hispan. Vn poco negro. Polon. (...), blawatny. Vngar. Feszeresz(...). Angl. Dunne colour, the colour of water, half white half blacke.] Nam quum antiqui duos omnino naturales colores noscerent, album scilicet & nigrum: intervenit is quoque, qui ita neutri similis est, ut tamen ab utroque proprietatem trahat: quem potissimùm ab aqua nominaverunt, cujus incertus est color. Plaut. in Pœn. Statura haud magna, colore aquilo. Sueton. in August. Nasum à summo eminentiorem, & ab imo deductiorem, colorem inter aquilum candidumque.

Aquiminarium, Vide AQVA.

Aquinarii, Dicuntur omnia vasa deferendis aquis deputata. apud Florentinus Iurisconsf. lib 34 ff. Nam & pelves argenteas, & aquinarios argenteos in supellectili non esse dubitatur.

A ante R.

ARM. P. in notis antiquorum, arma publica. ARM. E. arma ejus. ARC. arca ARG. argentum.

Ara, f. p. Quasi ansa, ut Varroni placet, dicta est à tripodibus, quod sacrificantes ansas tenebant: vel potiùs, quia precantes manibus aras apprehenderent. [מזבח mizbeach. βωμός. Gall. Autel. Ital. Altare. Germ. Ein Altar. Belg. Een Outaer. Hispan. Ara ò altar. Pol. Oltarz. Vngar. Oltar. Ang. An altar.] Hinc Virgil. lib. 4. Aeneid. Talibus orantem dictis, arasque tenentem. Primò argo ansæ dictæ, deinde commutatione literarum, aræ. Sunt qui aras ab ardendo derivent, quòd in his victimæ adolerentur. Alii ab ἀρῶμαι, quod est oro (unde & ἀρὰ oratio dicitur) quòd in sacrificando oretur. Iurantes etiam olim aras tangebant. Vnde celebratur nobilis illa Periclis sententia: Ad aras usque me amicum esse oportet: quia significatur, neminem amici causa aut pejerare, aut quidpiam inhonestum facere oportere. ¶ Quibus nec ara neque fides. Aristoph. ἐν Ἀχαρνεῦσιν, οἷσιν οὔτε βωμὸς οὔτε πίστις, οὐθ' ὅρκος μένει: id est, Queis nec ara fides nec ulla durant fœdera. De vehementer perfidis. Dictum est in Spartanos, quorum perfidiam taxavit Euripides. ¶ Tanquam ad aram confugere, proverbiali figura dicimus quum extremum refugium intelligi volumus. Inde sumptum, quòd olim qui extrema necessitate urgebantur, ad aras deorum solerent confugere, unde nefas erat quenquam extrahere. Cicer usus est hoc proverbio, in Orat. pro Rosc. lib. 3. de Nat. deor. & 4. act. in Verr. & Plautus Mostellaria. ¶ Pro aris focisque dimicare dicimur, quum nobis de re chara seriaque certamen est ineundum, fortique animo pugnandum. Habet autem hoc nomen primam syllabam productam. Hara autem cum h, eandem corripit, & significat porcorum seu avium stabulum, συφεός, συφεός. Ovid. in Epist. Penelopes ad Vlyssem: Tertius immundæ cura fidelis haræ. De hoc plura suo loco. ¶ Ara, sydus cœleste. Cicer. de Nat. Deinde Nepæ cernes propter fulgentis acumen Aram, quam flatu permulcet spiritus Austri. ¶ Aræ dicuntur etiam saxa quæ inter Africam & Sardiniam medio mari eminent. Aræ dictæ propterea quòd ibi Afri & Romani fœdus inierunt, & fines imperii sui illic esse voluerunt. Hæc ferè Servius in illud Virg. 1. Aeneid. Tres notus abreptas in saxa latentia torquet, Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus, aras.

Arabarches, ἀραβάρχης (ut pulchrè ostendit Alciatus li. 1. Prætermissorum) Dicebatur publicanus, qui præerat exigendo vectigali de pecoribus, quæ ex Arabia in Aegyptum adducebantur. Horum autem officium Arabarchia ἀραβαρχία vocatur. Super hac re extat Constitutio Val. Græc. Theod. Imp. in hæc verba: Vsurpationem totius licentiæ submovemus circa vectigal arabarchiæ, per Aegyptum atque Augustaneam constitutum, nihilq; super transductione animalium vendicari permittimus. Hinc facilè intelligi potest sententia horum versuum apud Iuvenalem: Atque triumphales inter, quos ausus habere Nescio quis titulos Aegyptius, aut Arabarches. ¶ Invenitur apud Iosephum T. Alexandrum natione Aegyptium, quem Arabarchem vocat, hoc est, Aegyptium publicanum.

Arabilis, Vide ARO.

Arachnides, tunica tenuissima in oculo: ea media subsidet, eoque cavo continetur quiddam; quod similitudine hyaloides appellatur à Græcis, idque neque liquidum, neque aridum est, sed quasi concretus humor, ex cujus colore pupillæ color vel niger est, vel cæsius, cum summa tunica tota alba sit: id autem supervenientes, ab interiore parte membranulæ includit. Sub his gutta humoris est ovi albi similis, à quo videndi facultas proficiscitur, κρυσταλλοειδής Græcis nominatur.

Arachnium, Olearum morbus est apud Theophrastum lib. 4. cap. 17.

Arangæ, spondylion apud Dioscor. lib. 3. c. 36.

Araciæ ficus, Dicuntur albæ, pediculo minimo, latissimæ, de quibus Plin. lib. 15. cap. 18.

Aracus, ἄρακος, sive ἄρακις, Theophrasto: (sylvestris verò Arachus ἄραχος Galeno. Vide Clymenum) leguminis genus: Gallis l'Aracq n. Italis Mocho.

Aranea, æ, f. p. idem quod araneus. [ἀράχνη. Gall. Araigne. Ital. Ragno, aragna. Germ. Ein Spinnwupp / Spinnweb. Belg. Een Spinnecoppe / spinneweve. Hispan. Arana. Polon. Pajeczyna. Vngar. Pók. Ang. A spider.] Ovid. 4. Metamorph. non illud opus tenuissima vincant Stamina, nec summo quæ pendet aranea tigno. Virgil. 4. Georg. Laxos in foribus suspendit aranea casses. Ovid. 6. Metamorphos. Stamen & antiquas exercet aranea telas. Salicis fructus antè maturitatem in araneam abit. Plin. libro 24. capite 9. Id est, in lanuginem araneæ similem.

Araneus, nei, Animalculum ex genere insectorum, quod Græci [ἀράχνην appellant. עכביש hachchabisch. (...) Gall. Araigne. Ital. Ragno, aragno. German. Ein Spinn. Belg. Een Spinne. Hispan. Arana. Polon. Pajak. Vngar. Pók. Angl. A spider, or cobwebbe.] Hujus multa sunt genera. unum tamen præcipuum, nulliq; incognitum, quod miro quodam artificio telas orditur, quibus muscæ irretiuntur. Plaut. in Asin. Iussin' columnis dejici opera araneorum? Idem in Sticho: Vt Operam omnem araneorum tergam, & texturam improbem, dejiciamque eorum omnes telas. ¶ Sunt & ex araneorum genere Phalangia, Italiæ ignota (ut scribit Plinius libro 29. capite 4.) quorum nosti morsus, corpus exiguum, varium & acuminatum. Hæc rursus in multas secantur species, quas vide apud eundem loco jam citato. Sunt & alia araneorum genera, quæ latiùs explicat idem Plin. lib. 11. cap. 24. ¶ Araneorum telas texere, τὰ ἀράχνια ὑφαίνειν, est in re frivola, nulliusq. frugis infinitum atque anxium capere laborem. Refertur à D. Basilio initio enarrat. Hexamer. ¶ Est præterea Araneus vitium peculiare vitibus & olivis, quum veluti telæ involvunt fructum & absumunt. De hoc Plin. lib. 17. cap. 24. ¶ Est etiam piscis quidam hoc nomine, mari peculiaris, noxiam in dorso spinam ferens: de quo Plin. lib. 9. cap. 48. & lib. 32. cap. 11. ¶ Araneus mus, Animal est ex genere mustellarū, morsu venenato, quod si orbitam transierit, statim emoritur. μυγαλῆ. De hoc Plin. lib. 8. cap. 58. & Aelianus lib. 8. cap. 39.

Araneolus, ἀραχνίδιον, parvus araneus. Virgil. in Cul. Atque ut araneoli tenuem formavimus orsum.

Araneola, æ, idem quod araneolus. [Angl. Pókocska. Ang. A little spider or cobwebbe.] Cicer. de Natur. deor. Vt in araneolis aliæ quasi retexunt, aliæ ex improviso observant.

Araneosus, a, um, Aranearum faciem habens: [ἀραχνώδης. Gall. Araigneux, plein d'araignes, semblables aux toiles d'araignes. Ital. Pieno di ragni, simile à tele di ragno. Germ. Das den Spinnwuppen gleich ist / oder von Spinnwuppen ist. Hisp. Lleno de aranas ò telaranas. Pol. Pajeczysty, vel Pajeczynie podobny. Vng. Pók hálós, pók hálo szabású. Angl. Full of spiders webbes.] ut, Araneosus caulis. Plin. lib. 21. c. 15. Huic similis est spina illa quam Græci Acanthion vocant, minoribus multò foliis aculeatis per extremitates, & araneosa lanugine obductis. lib. 24. c. 12. Araneum est quod textū est ab araneis, tela sive rete araneorum. Neq; in

hac si-

hac significatione Aranea dicendum est, quòd usque adhuc falsò hic notatum fuit. Repudiat enim hoc primùm Latinè loquentium usus: deinde etiam autoritas Corn. Front. qui apertè scribit, Araneam esse quæ texit: Araneum quod textum est. ¶ Araneosus vomitus. Plin. l. 29. c. 4. Pejor utroq; est cæruleus, lanugine nigra caliginē concitans, & vomitus araneosos. Hoc est, in quibus telæ araneæ conspiciuntur, ut ait Sipontinus.

Ărātio, Aratiuncula, Arator, Aratro, Aratrum, Vide Aro.

Ărbĭllă ārvīnă: id est, pinguedo corporis. Festus.

Ărbĭtĕr, tri, pen. corr. Iudex honorarius non à lege datus, sed ab iis qui litigant, lectus, qui totius rei habet potestatem: dictus ab arbitrando: id est, existimando. [פלילים pelilim, διαιτητής. Gall. *Arbitre.* Ital. *Giudice, arbitro.* German. Ein Scheidmann. Belg. Middelaer / scheydman. Hispan. *El juez arbitro, ò arbitrario.* Polon. *Iednacz, rozjemkana ktorego, z'e strony spuszczaca.* Vngar. *Fogos, biro.* Ang. *An arbyter an vmpyre.*] Ejus enim officium est judicare, non ex lege & stricto jure, sed prout ipse æquum esse existimet. Iudex verò ex officio dictus est. Terent. in Heautont. Simo & Crito vicini hic ambigunt de finibus, Me cepêre arbitrum. Cæsar 3. bell. Civil. De his rebus quum ageretur apud Cæsarem, isque maxime vellet pro communi amico atque arbitro controversias regum componere. ¶ Arbitrorum duo ponit genera Proclus, D. lib. 17. Tit. pro socio lib 76. Arbitrorum, *inquit*, duo sunt genera, unum ejusmodi, ut sive æquum sit sive iniquum, parêre debeamus, quod observatur, cum ex compromisso ad arbitrum itum est. Alterum ejusmodi ut ad viri boni arbitratum redigi debeat: Etsi nominatim persona sit comprehensa, cujus arbitratu fiat. ¶ Legitur & fœmininum Arbitra. Ambros. lib. 1. Offic. Conscientia vera atque incorrupta pœnarum præmiorumque arbitra. ¶ Sine arbitris aliquid facere: Id est, nemine vel vidente vel audiente. Plaut. Cistell. -in latebras abscondas pectore penitissimo Tuam stultitiam: sola facito ut scias, sine arbitris. Livius lib. 1. Lucus erat: quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua: quò quia se persæpe Numa sine arbitris, velut ad congressum Deæ inferebat, camœnis eum lucum sacravit: Id est, clàm solus, nemine comitante. Sic Cicer. 3. Offic. Et 7. in Verr. Amœno sanè & ab arbitris remoto loco: Id est, Interpellatoribus crebris carente.

Ărbĭtrāmĕntum, ti, n. s. Idem quod arbitrium: hoc est, arbitri sententia. *[illegible]*

Ărbĭtrārĭum, n. s. Dicitur quod alicujus arbitrio est relictum: ita dictum ab arbitrorum more, quia totius controversiæ suo arbitrio finiendæ potestatem habent. [פלילי peli[illegible], τὸ ἐφ' ἡμῖν. Gall. *Arbitraire.* Ital. & Hisp. *Arbitrario.* German. Willkührlich / das eines guten willen heimgestellt ist. Pol. *Rozsadek dobrowolny, ktora przymnie mam.* Vngar. *Kinalikeppen valo itilettre hagyatot.* Ang. *That is commited to any mannes arbitrie or opinion.*] Illi enim non ad summum juris rigorem, sed quod ipsis æquissimū videtur, solent decidere. Vnde arbitraria pœna dicitur, quæ non lege statuta est, sed judicis arbitrio relicta. Martianus: Quam celebrem cuperent, fictor arbitrarius variabat. Plaut. in Amph. Hoc quidem profectò certum est, non arbitrarium.

Ărbĭtrārĭus pro voluntarius, qui est nostri arbitrii. [Vng. *Szabad akaratu.*] Gell. lib. 18. c. 10. Σφυγμὸς autem est intentio, motus, & remissio in corde, & in arteria naturalis non arbitrarii.

Ărbĭtrātus, us m. q. Arbitrium, voluntas, opinio. [כפץ chephets, γνώμη. Gall. *Arbitrage.* Ital. *Parere, volunta.* Germ. Ein will / gutduncken. Hispan. *Parescer, voluntad.* Polon. *Zdanie dobrawola, mniemanie moie.* Vngar. *Kenany g szerént valo.* Angl. *Whil, opinion, arbitrement.*] Plaut. in Amph. Mane arbitratu tuo jusjurandum dabo. Cic. in Læl. Cujus disputationis sententias memoriæ mandavi, quas in hoc libro exposui meo arbitratu.

Ărbĭtrārĭo, sive Arbitrariò, adverb. κατὰ γνώμην, idem quod pro arbitrio; hoc est, pro voluntate. Plaut. Pœn. Nunc pol ego perii certò haud arbitrariò.

Ărbĭtrĭum, trii, n. s. Sententia quæ ab arbitrio statuitur. [פליליה pelilijah, δίαιτα. Gall. *Sentence d'arbitre, arbitrage.* Ital. *Sentenza arbitraria.* German. Willkührlicher vnd gütiger entscheid / ein Will. Belg. Eenen Will / oft Meyninge. Hisp. *Sententia del juez arbitrario.* Pol. *Zdanie a bo ac zet rozsadek.* Vngar. *Kinalsko pen val. itilet.* Angl. *The sentence that the vmpyre or arbiter giveth, the vmpyres decree.*] ¶ Interdum dicitur potestas arbitro data. Vnde Arbitrarium suscepisse dicitur, qui partes judicis suscepit. Cic. in Procœmio Offic. Iudicio, arbitrioque nostro, quantum quoque modo videbitur, hauriemus. ¶ Interdum idem est quod opinio, sive voluntas. γνώμη τὸ αὐτεξούσιον: ut, Omnia pro meo arbitrio facio: id est, ut mihi videtur, & ut opinor faciendum. Cic. 1. de Finib. Ad arbitrium suum scribere. ¶ Arbitrium, item Potestas. Liv. 4. bell. Maced. Scilicet si legem Oppiam abrogaveritis, non vestri arbitrii erit, si quid ejus vetare volueritis, quod nunc lex vetat. Horat. Quem penes arbitrium est, & vis & norma loquendi. ¶ Item Arbitrium pro præmio. Cic. in Pisonem: Eodem in templo, eodem & loci vestigio & temporis, arbitria non mei solùm, sed patriæ funeris abstulisti.

Ărbĭtrŏr, traris, pen. corr. Existimo, censeo. [חשב chaschab פלל pillel ἡγοῦμαι. Gall. *Arbitrer, donner sentence par arbitrage, peser, cuider, estimer.* Ital. *Giudicare, pensare, existimare.* Germ. Entscheiden / achten / schetzen / meynen. Belg. Meynen / schatten / ordeelen. Hisp. *Iuzgar como arbitro, pensar.* Pol. *Mniemam, rozumiem.* Vngar. *Velem, itilem.* Angl. *To think, to suppose, to iudge to give a decree as vmpyre.*] Cic. 6. Verr. Si hoc, quod abs te postulo, minus ad officium tuum pertinere arbitrabere, succedam ego vicarius tuo muneri, suscipiam partes, quas alienas esse arbitrabar. Terent. Hecyr. Neque enim quenquam esse arbitror. ¶ Interdum accipitur pro speculari, κατασκοπεῖν, & inquirere, seu auscultare. Plaut. in Aulul. Hinc ego huc & illuc potero, quid agant arbitrarier. ¶ Apud Iurisconsult. Arbitrari, pro judicare ponitur, & litem arbitrio finire: quod & διαιτᾶν à Græcis dicitur. Vlpian. de recept. arbitr. Si quis litigatorum defuerit, quia per eum factum est, quò minùs arbitretur, pœna committetur. ¶ Arbitrari in patiendi significatione Vlpian. posuit in dicto loco, & in l. 12. de religiosis. Sumptus funeris, *inquit*, arbitrantur pro facultatibus vel dignitate defuncti.

Ărbŏr, Piscis est in Oceano Gaditano, tàm vastis dispansus ramis, ut fretum nunquam ingressus credatur. Autor Plin. lib. 9. cap. 4.

A˘pplĭcātĭo, verbale. f. t. Adjunctio animi. [פדבק débek, ἰφαρμογή, προσκόλλησις. Gall. *Applocation.* Ital. *Applicatione.* Ger. Zufügung. Hispan. *Arrimamiento de una cosa.* Polon. *Przyp. dowanie sie przyczynie, i.e.* Vng. *Mellé adat egyezalem.* Ang. *Application, making any thing to ene with another.*] Cicer. 1. de Orat. Cui Romæ exultare jus esset si se ad aliquem quasi patronum applicuisset, intestatoque esset mortuus, nónne in ea causa jus applicationis obscurum sanè & ignotum, patefactum in judicio, atque illustratum est patrono? Idem in Lælio: Quapropter à natura videtur mihi potiùs, quàm ab indigentia orta amicitia: applicatione magis animi cum quodam sensu amandi, quàm cogitatione, quantum illa res utilitatis esset habitura.

A˘pplĭcātŭs, & Applicitus Participium. προσκολληθείς, ἐφηρμοσμένος. Cæsar 3. Bell. civ. Applicatisque nostris ad terram navibus. Plin. in Epistol. Applicitum est in cubiculo hypocaustum perexiguum.

A˘pplōdo, is, penult. prod. Applaudo. ἐπικροτέω. Veteres enim Plodo dicebant, quod nos Plaudo. ¶ Applodere fulgetris, apud Plin. est favere testarique honorem illo motu.

A˘pplōro, as, are, n. p. Apud aliquem ploro, vel unà cum aliquo ploro [προσκλαίω. Gall. *Plorer aupres.* Ital. *Piangere appresso al cuno.* Germ. Bey einem weynen. Hisp. [illegible] *llorar cerca.* Pol. *Pomagam placze.* Vng. [illegible] *sirok.* Ang *To* [illegible] *nigh another.*] Horat. lib. 3. Carm. Contraque lucrum nil valere candidum pauperis ingenium querebar applorans tibi.

A˘pplŭda, penult. prod. f. p. [Angl. *Branne*] Antiquis idem significabat quod furfur, ut docet Gell. lib. 11. ca 7 ἀχυρώδης. Plin. libr. 18 cap. 10 docet appludam vorari purgementa milii, & panici, & zizaniæ, quum in frumento palea dicatur. Dicta Apluda ab applodendo, quòd propter levitatem, quia minutissima est, spiritu dejiciatur. Nævius: Ne hercle appluda est hodie, quàm tu levior.

A˘pplŭĕrĕ, [προσβρέχειν. Gall. *Plouvoir aupres.* Ital. *Piovere vicino.* Germ. Nah bey einem ding regnen / zu ihm regnen. Hisp. *Llover cerca.* Pol. *Przy popruwam.* Vngar. *Mellé (vagy) eső esny.* Ang. *To raine nigh*] Ex ad & pluere: idem quod pluere vel juxta pluere. Plin. lib 9 c. 16. Quippe & arundines quamvis palude prognatæ non tamen sine imbre adolescunt, & aliàs ubicunque pisces in eadem aqua assidua, nisi appluat exanimantur.

A˘pplŭmbo, as, n. p. Plumbo, metallo quæ disjuncta erant conjungo [פבדיל hibhbil. προσμολυβδόω. Gall. *Plomber.* Ital. *Impiombare.* Germ. Verbleyen/mit bley verlöten. Hispan. *Soldar con plombo.* Polon. *Olowem spaiam, zalewam, oczpiagam olowem.* Vngar. *Onnal össze fog alom.* Angl. *To conioyne or soulde with lead.*] Vlpian. in l 2 de sepulcr. violat: Idem quærit, si statua neque applumbata fuerit, neque affixa, an pars monumenti affixa sit, &c.

A˘pplŭmbātūrā, idem quod plumbatura. [μολυβδοῦν. Angl. *Conioyning an solding with leade.*] Conglutinatio quæ fit plumbo. Paul. de rei vindicat. Inter applumbaturam & ferruminationem distinguit ita, quòd hæc per randem materiam facit confusionem, illa non idem efficit, sed conjungit & connectit tantùm.

A˘ppōno, apponis penulti. prod. apposui, appositum, penulti. correpta, Appingo, ad aliquod pono, admoveo. [פקריב hikrib פקריב hikrib פנתן nithchen. παρατίθημι, προστίθημι, ἐπιτίθημι, προσκεῖσθαι. Gall. *Mettre auprès, apposer.* Ital. *Mettere appresso.* German. Hinzu thun / hinzu setzen. Hisp. *Annadir una cosa à otra.* Pol. *Przykladam, przysadzam.* Vng. *Mellé teszem* Ang. *To put or laye any thing nigh another.*] Cicer. 1 Phil. Aristarchus qui notam apponebat ad malum versum. Idem 1. Verr. Reticulumq; ad nares sibi apponebat plenum rosæ. Ovid. 1. Amor. Eleg. 5. Apposui medio membra levanda toro. ¶ Apponere accusatorem alicui: Id est, ex composito adhibere. [Gall. *Attirer.*] Cic 7. Verr.

A˘ppŏsĭtŭs, a, um. Quod est juxta vel ad aliquid positum. [מוסף musáp פנתן menuchchán, παρακείμενος. Gall. *Mis aupres, apposé, adjoint.* Ital. *Posto appresso, atto, accommodato.* German. Hetzugethan / hinzugesetzt. Hispan *Anadido à otra cosa idoneo y atavisado.* Polon. *Przysozy.* Vngar. *Mellé teretet.* Ang. *Which is layed or put nigh another, apte, meete.*] Cicer. de Invent. Gladium propè appositum è vagina eduxit, & illum alterum occidit. ¶ Aliquando sumitur pro conveniens, aptus, accommodatus, ἐπιτήδειος. Idem ibidem: Eam ipsam scripturam, in qua interit illud ambiguum, de quo quæritur, totam omnibus partibus pertentare, si quid ad id appositum sit, quod nos interpretemur: aut si quod adversarius intelligat, adversetur. Hinc comparativus Appositior. Cicer. in Verr. Operarius eppositior ad deferenda quàm ad auferenda signa. ¶ Appositum absolutè pro reposito. Seneca de Benefic. 4. Si quis intelligit eadem per hoc nihil se consecuturum, ut multa etiam ex apposito & acquisito perdenda sint, non libens in detrimenta descendent. ¶ At Appositus, us, nomen est verbale. Plin. lib. 24. cap. 5. Abortus non exeuntes trahit appositu, vel suffitu. Id est, si apponatur, admoveatur, adhibeatur. Quod alibi dicit, admotu.

A˘ppŏsĭtē, Convenienter, aptè, accommodatè. [ἐπιτηδείως. Gall. *Bien & proprement, convenablement.* Ital. *Acconciamente, propiamente.* Germ. Kommlich / füglich / fein und wol. Hisp. *Convenientemente.* Polon *Sposobnie sadnie, zgodnie.* Vng. *Illendo keppen.* Angl. *Properlie, aptlie, comelie.*] Cicero Attic. lib. 8. Cætera apponsè tibi mendabo. Idem de Invent. Officium ejus facultatis videtur dicere eppositè ad persuasionem.

A˘ppŏsĭtĭo, onis, fœ. t. Figura constructionis apud recentiores Gramm. quam veteres epexegesin (id est, expositionem sive interpretationem) vocabant: ut, Vrbs Roma: quasi dicas, Vrbs quæ est Roma.

A˘pporrĭgo, apporrigis, penulti. corrept. exi, apporrectum. Iuxtà porrigo. [פושיט hoschitt פנטה natáh παρατείνω. Gall. *Estendre aupres.* Ital. *Porgere appresso.* Germ. Hinzu strecken / hinzu bieten Hisp. *Estender cerca.* Pol. *Przyciagam.* Vng. *Mellé nyujtom.* Angl. *To reach one nigh another.*] Ovid. 2. Metamorph. Infantemq; vident apporrectumque draconem.

A˘pporto, affero: cui contrarium asporto. [פביא ... פושיע hobil, προσφέρω. Gall. *Apporter amener.* Ital. *Portare, condurre.* German. Hertzu tragen / hertzu bringen. Hispan. *Traer algo.* Polon. *Przynaszam.* Vngar. *El hozom.* Angl. *To bring or beare to another.*] Sæpiùs tamen proadvehere accipitur. Plaut. Stich. Magnasque apportavisse divitias domum. Cicer. 3. Verr. Lapis aliquis cædendus & apportandus fuit mechina sua. ¶ Apportare, Nuntiare. Terent. And. Quidnam apportas? hoc est, quidnam nuntias? quid affers novi?

A˘ppōsco, is, eppoposci, ex ad & posco, Insuper posco. [ἐπαιτέω. Gall. *Demander d'avantage, ou par dessus.* Ital *Dimandare oltre quello che ci viene.* Germ. Dartzu fordern / noch mehr dartzu begern. Hisp. *Demandar sobre lo demandado.* Polon. *Przytem zadam;* Vng. *Mellé ké vánom.* Angl. *To require or aske moreover.*] Terent. Heaut. Porrò hæc talenta dotis apposcent duo.

A˘ppōtŭs, valde potus, qui multùm potavit. [שכור schachúl. οἰνωμένος. Gall. *Qui a bien beu, yvre.* Ital *Che ha ben beuuto.* Ger. Der wol truncken ist / wol besoffen / voll genug. Hispan. *El que a beuido demasiadamente.* Polon. *Opity, podchmielony.* Vngar. *Az ki tol itt.* Angl. *Which hath dronken much, dronken.*] Plaut. in Curc. Postquam cœnati, erq; appoti, talos poscit in manu. Idem in Amph. Credo equidem dormire Solem atque appotum probè.

A˘pprĕhĕndo, act. t. & in carmine Apprendo: Attrecto, repio, vel ad me traho, arripio. [פחזיק hechezik אחז achaz, λαμβάνω. Gall. *Prendre avec le main, empoigner.* Ital. *Apprendere.* German. Ergreiff n / erwütschen. Hispan. *Tomar ò prendere.* Polon. *Porwam.* Vngar. *Meg kapom, ragadom.* Angl. *To attache and plucke to me, to seaze.*] Cicer. 2. de Nat. Deor. Vites claviculis adminicula, quasi manibus apprehendunt. Virgil. 2. Aeneid. Quo res summa loco Panthu? quam prendimus arcem? ¶ Interdum ponitur pro discere & percipere. Cic. de Orat. Ex Socratis disputationibus variis, alius eliud apprehendit. Idem ed Attic. Necesse est illum apprehendere historias. ¶ Interdum pro comprehendere. Callistratus D. libro 23. Tit. 2. leg. 64. puro hæredem quoque tutoris extraneum sententia apprehendi: id est, comprehendi sententia.

A˘pprĕhēnsĭo. [Vng. *Meg fogás.* Ang. *Seizing of a thing.*] Assimulatur traditio. l. pœnale de usuc.

A˘pprīmē, penult prod. adverb. In primis, egregiè, velde. [מאד מאד meódh meódh עד מאד ád meódh, ἐς ἄκρον. Gall. *Grandement, excellentement.* Ital. *Sopra tutto, in prima, grandemente, molto.* German. Heftig / uberaus / fürnemlich. Hispan. *Primera y principalmente ò senaladamente.* Polon. *Nad wszystko zwlaszcza osobliwie.* Vngar. *Igen iol.* Ang. *Very much, very weell.*] Terent. in Andr. Nam id arbitror apprimè in vita esse utile. ¶ Fit ab antiquo nomine Apprimus, quo veteres usi sunt pro longè primo, ut docet Gell. lib. 7. c. 7. citans illud ex Livii Odyss. Ibi denique vir summus apprimus, Patroclus.

A˘pprīmo, is, ere, ex Ad, & Premo: Ad aliquid premo, premendo adigo. [פכבש beuár פכבש hibik, προσπιέζω, προσθλίβω. Gall. *Presser ou serrer.* Ital. *Premere* German. Antrucken / hinzu trucken. Hispan. *Apretar.* Pol. *Przyciskam.* Vngar. *Meg szoritom.* Ang. *To presse or thrust any thing to another.*] Plin. lib 24. cap. 9. Sedare ventris dolores efferavit impositam, ita ut tunica rinctaque corpori apprimeretur.

A˘pprŏbŭs, penult correp. Valde probus. [טוב tob חסיד chasidh. ἀγαθός. Gall. *Bon & honeste.* Ital. *Molto buono.* German. Gar fromm. Hispan. *Mucho bueno.* Polon. *Bardzo cnotliwy.* Vngar. *Igen iambor.* Ang. *Very good and honeste.*] Gellius: Et in versu est Cæcilii poetæ comici, Hierocles hospes est mihi adolescens approbus.

A˘pprŏbo, as, are, act. p. Probo, comprobo, laudo, auctoritatem & fidem alicui retribuo. [פשבח schibbách פלל hillél קיים kijjam, δοκιμάζω. Gall. *Approuver, trouver bon.* Ital. *Laudar grandamente,*

mente, approbare. German. Hefftig loben / für gut geben / bewären. Hisp. Apro var alguna cosa por buena. Polon. Pochwalam, pozwalam. Ang. To approve, to alowe, to commend] Cicer 4. Acad. Nec tamen ego is sum, qui nihil unquam falsi approbem. Idem App. Quicquid feceris, approbabo. ¶ Approbare, itē efficere ut quid probum rectumque judicetur. Cicer. in Verr. Non vereor ne hoc meum officium P. Servilio judici non approbem. ¶ Approbare opus, sive probare, est (ut vulgus loquitur) rectè & probè consummatum præbere. Id autem redemptoris est, non locatoris. Vitruvius: Redemptor ad tempus opus manu factum subtiliter regi approbavit. ¶ Approbare, est etiam dicta nostra rationibus, aut alio modo confirmare: ut fieri solet in argumentatione, quod & Probare dicitur. Cicero primo de Invent. Hoc quia perspicuè verum est, nihil attinet approbari.

Āpprŏbātĭo, verbale, f.t. [δοκιμασία. Polon. Pochwalenie. Ang. A prooving, alowing.] Cic. 2. Tuscul. Effectus eloquentiæ, est audientium approbatio. ¶ Approbatio apud oratores, Est pars argumentationis, qua aut propositio confirmatur, aut assumptio, aut utraq; si opus videtur. Cicer 1. de Invent. ¶ Approbatio, aliter item acceptum. Cicer 4. Acad. Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt qua sobrii. Dubitant, hæsitant, revocant se interdum. Id est, non tali mentis firmitate, certitudine, constantia.

Āpprŏbātŏr, oris, verbale, m.t. Autor, comprobator. [δοκιμαστής. Ang. One that aloweth or approveth.] Cic. Attic. Quanvis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ: approbator certè fuisti.

Āpprŏmĭtto. is, act. Pro altero promitto, quod alter promisit, idem promitto. [ערב harab ἐγγυάομαι. Gall. S'obliger pour un autre, prometre pour lui Ital. Prometter per un altro. German. Für ein anderen sich versprechen / umb das so er verheissen hat. Hispan. Prometter por otro. Pol. Recze, sie ubrie zainsszego, albo przi insszym. Vng. Azons igirom. Ang. To promise for another, to oblish him selfe for another man, to come suertie.] Cicero Attic. De Oppio factum est, ut voluis & maximè quod DCCC appromisisti: quæ quidem ego utique vel versura facta solvi volo.

Āpprŏmĭssŏr, oris, verbale, m.t. [ἐγγυητής. Germ. Ein Bürg / der für ein andern verspricht. Vngar. Igirö. Ang. A Suertie, that confirmeth another mannes promise.] Vlpianus: Appromissorem vocat fidejussorem, leg. in omnibus. ff. de solutionibus.

Āpprōnārĕ, in genua se prosternere: [ברך barách. ὀκλάζω. Gall. S'agenouiller Ital. Ingenocchiarsi. Germ. Sich neigen / bucken / niderknien. Hispan. Arrodillar, hincar las rodillas. Pol. Klaniam sie, nakolana padam, bii czolem. Vng. Terdre esni. Angl. To kneele, to fall on the knees.] Apul. lib. 1. Plantore in ripæ margine implicitus, in genua appronat se, avidiùs affectans portionem. Videtur esse compositum ex Ad præpositione & nomine Pronus: unde gemino p scribendum est.

Āpprŏpĕro, as, are. Propero, accelero. [מהר mihér. σπεύδω. Gall. Se haster, s'avancer. Ital. Affrettare German. Hertzu eylen. Hispan. Appresurarse en venir. Polon. Pospicham, przikwapiam. Vngar. El sietök. Ang To haist, to speed.] Terentius in Andr. postquam ante ostium Me audivit stare, approperat Cicero Attic. Quare appropera, & vale. ¶ Approperatum opus: id est, acceleratum. Livius 4. ab Vrb. Cœptumque opus adeò approperatum est, ut Sole orto, &c.

Āpprŏpīnquo, as, are, act. p. Propiùs accedo, advento, propè sum: & simul de loco & tempore dicitur. [קרב karáb. ἐγγίζω. Gall. Approcher, venir pres. Ital. Accostarsi. German. Sich näheren. Hispan. Acercarse ò allegarsi. Polon Przibliżam sie. Vng. El közeliedök. Ang. To come nigh, to approche.] Cæsar 1. Bell. Gall. Heduos finibus Bellovacorum appropinquare cognoverant. Cicero ad Quint. frat. Sed ejus rei maturitas neque dum venit, & tamen jam appropinquat.

Āpprŏpīnquātĭo, verbale, f.t. Cicero de Senect. [קרבה kerabáh. προσπέλασις. Gall. Approchement. Ital. Avicinamento. German. Die nahung. Hispan. Acercamiento, allegamiento. Pol. Przibliżanie. Vng. Közelités. Ang. Comming night, approching.] Quarta restat causa, quæ maximè angere, atq; solicitam habere nostram ætatem videtur, appropinquatio mortis.

Apragmosis, coronarium quoddam sativum, apud Aristoph. portàm, ut Grammaticus Aristoph. interpretatur, Athenis in Academia nasci solitum.

Aprarius; Vide APER.

Aprīcŭs, a, um, penultima prod. Soli expositus, Soli apertus: [προσήλιος, εὐήλιος, προσηλίαιος. Gall. Tourné vers le Soleil où le Soleil bat, abri Ital. Esposto al Sole, aprico. Germ. Ein Sonnechtig ort / ein ort das viel Sonnen hat. Belg. Sonachtich / een plaetse die zeer aen de Sonne ligget / ofte dat gerne die Sonne heeft Hispan. Cosa abrigada, que esta al abrigo. Pol. Miescze ktor go slonce ogrzewa nag grzewa. Vngar. Verösényes. Angl. Which lieth to the Sunne, heated with the Sunne.] Dicitur autem quasi ἄνευ φρίκης: hoc est, sine frigore, φ, aspirata in π, suam tenuem conversa. Virgil Georgic. Mitis in apricis coquitur vindemia saxis. ¶ Apricus homo, vel Aprica avis, quæ Sole gaudet. Idem 5. Aeneid. ..apricis statio gratissima mergis.

Aprīcĭŏr apricissimus. Columella lib. 11. cap. 3. Nonnulli hanc eandem locis apricioribus à Calendis Martiis deponunt. Idem libr 9. ca. 14. Dum adhuc autumni reliquiæ sunt, apricissimo die purgatis domiciliis.

Aprīcāri, d.p. Est in aprico loco esse: hoc est, in loco Soli exposito versari. [ἡλιοῦσθαι, εἰλεάζω. Gall. Estre en l'abri, se tenir au Soleil. Ital. Essere in luogo aprico, stare al Sole. German. An der Sonnen seyn / sich an einen Sonnechtigen ort halten. Belg. Ick werme my aen de Sonne Hispan. Abrigarse en lugar abrigado. Pol. Na sloncu sie grzeię. Vng. Verösényen lenni. Ang. To use a sunnie place.] Varro in ministeriis: Licet videre multos quotidie in hyeme in Sole apricari. Plin. lib 36. de columbis: Apricantur aliæ scalpentes sese. Cic. in Catone: Vbi enim potest illa ætas aut calescere, vel apricatione melius, vel igni, aut vicissim umbris aquisve refrigerari salubribus?

Aprīcātĭo, onis, f.t. [εἵλησις Gall. Abri. Ital. Aprico. Germ. Wohnung oder haltung in der Sonnen Hispan. Abri. Pol. Mieszkanie na sloncu. Vng. Terösényen vale iarás. Ang. A sitting in a sunnie place.] Verbale. Cic. Attic. Sibi habeat suam fortunam, unam mehercule tecum apricationem in illo Lucretino tuo Sole malim, quàm omnia istiusmodi regna.

Aprīcĭtās, atis, f.t. Est hybernus ille tepor in locis apricis. [εἵλησις. Angl. Warmnesse of the Sunne.] Colum. lib 8. cap. 15. Cum apricitate diei gestiunt aves. Idem lib. 7. cap. 7. Si dici permittit apricitas. Plinius lib. 6. cap. 26. Apricitatis inclyta regio.

Aprīcŭlŭs, Piscis est qui κάπρισκος dicitur, cujus dentes acutissimi ac validissimi, teste Oppiano, diversusque ab eo qui Aper dicitur; Græcè κάπρος. Apuleius in Apologia: Tàm ridiculum argumentum, quàm si dicas venandis apris piscem apriculum. Ennius: Apriculum piscem scito primùm esse Tarenti.

Aprīlĭs, m.t. Mensis dictus est, quasi aperilis, quòd terram aperiat. [אייר ijár. ἀπρίλλιος ἀπρίλιος, Ξανθικός. Gall. Le mois d'Auril. Ital. Aprile. German. Der Monat April. Belg. Den April. Hispan. El mes de Abril. Polon. Kwiecień. Vng. Szent Görg hava. Ang. The moneth called Aprile.] Nam verna temperie plantarum germina aperiuntur. Vel dicitur Aprilis, quasi Aphrilis ab ἀφρὸς, spuma, quòd Venus, cui hic mensis sacer est, ex spuma maris fingitur nata. Horatius 4. Carm. Idus tibi sunt agendæ, Qui dies mensem Veneris marinæ Findit Aprilem. ¶ Accipitur præterea adjectivè: ut Nonis Aprilibus. Cicer. ad Len. Quinetiam Marcellino, & Philippo Consulibus, Nonis Aprilibus mihi est senatus assensus.

Apronia, Herba est, quam alii Vitem nigram alii Bryoniam alii Chironiam, alii Gyneca[illegible]n vocant. [ἄμπελος μέλαινα. German. Schmerwurtz.] Plin. lib. 23. cap. 1. ¶ Apronia mala, majora apiis, aliter Melappia, dicta à figura orbis in rotunditatem circumacti.

Āpsĭs, idis, Vide ABSIS.

Āpsȳchŏn, [ἄψυχον. Polon. Nieżywy. Vngar. Oktalan állat.] Inanimatum, quod est sine anima, & spirare non potest.

Āpsȳctŏs, ἄψυκτος, Gemma est nigra & ponderosa, rubentibus venis distincta: ita dicta quasi irrefrigerabilis. Nam semel igni excalfacta, septem dieb. calorem servat. Autor Plin. li. 36 c. 10.

Āptōtum, aptoti, penult. prod. Interpretatur, sine casu. Sunt enim aptota nomina, quæ neque per casus, neque per numeros declinantur: ut Frugi, Nihil, Nequam, Fas, Nefas. Autor Donatus in 2. Editione. Hæc alio nomine dicuntur Indeclinabilia.

Āptŭs, a, um, Accommodatus, appositus, conveniens, congruens. [נכון nachón יתכרוי[illegible] ravi. ἐπιτήδειος, ἁρμόδιος, προσφορος, ἐοικώς. Gall. Bien sortable, convenable, propre. Ital. Atto, accommodato, acconcio. German. Geschickt / bequem / kommlich. Belg. Bequaem. Hispan. Cosa idonea y aptual. Polon. Sposobny. Vngar. Illénö. Ang. Apte, proper an.. meete, fitt.] Pers. Satyr. 1. Si fortè quid aptius exit. ¶ Interdum elegans, ut apud Cic. lib 2. de Orat. Ita porrò verbis est aptus & pressus, ut nescias utrum sententiæ oratione, an verba sententiis illustrentur. Idem 1. Offic. Vt enim pulchritudo corporis apta compositione membrorum movet oculos. ¶ Interdum connexus. Virgil. lib. 2. Georg. ipsos è torquibus aptos, Iunge pares. Cicer. 2. de Nat. Deor. Balbus multa dixit, etiamsi minus vera, tamen apta inter se & cohærentia. ¶ Interdum ponitur pro compositus, creatus sive factus. Idem lib. 3. de Finib. Itaque natura sumus apti ad totius consilia civitatis. ¶ Est etiam Aptus participium ab Apiscor, idem significans quod Adeptus. Varro: Ea omnibus ostendat, quæ bello est aptus.

Āptē, [ἁρμοδίως, ἐπιτηδείως. Gal. Convenablement proprement. Ita. Propiamente, acconciamente. German. Geschicklich / bequemlich / füglich Hispan. Convenientemente. Polon Własnie [illegible]. Vng. Illénö kép en, helyesön. Angl. Aptelie, properlie.] Adverbium qualitatis, aptiùs, aptissime, convenienter & accommodatè. Cicer. 1. de Finibus: Quum inciderit: ut id aptè fieri possit. Plin. lib. 16. cap. 15. Ratio aptiùs reddetur ab hoc tertio volumine. Idem lib. 19. c. 5. Parilibus tamen aptissimè. ¶ Aptè dicere. Cic. 1 Offic. Quod est Oratoris proprium, aptè, distinctè, ornatè dicere. Idem 1. de Orat.

Āpto, as, act. p. Convenienter aliquid rei alicui jungo, seu accommodo. [הכין hechín תקן ticchén. συναρμόζω. Gall. Approprier, accommoder, agencer. Ital. Adattare accommodare. Germ. Zusammen fügen / oder ordnen. Belg Ick voege / schicke t'samen Hispan. Aparejar ò ayuntar uno con otro. Polon. Przikladam. Vngar. Hozzá illesztem. Angl. To make apte and proper, or meete with any thing.] Construitur cum dativo vel accusativo mediante Ad. Cicer. in Philipp. Cujus denique fortunæ studia tantæ laudi & gratulatione tuæ se non aptarint? Idem 3. de Orat. Hoc verbum est ad id aptatum, quòd antè dixerat. ¶ Hujus composita sunt Adapto, & Coapto.

Apŭă, æ, Pisciculus est minimus & vilissimus, quem Græci, quòd ex pluvia nascatur, ἀφύην vocant. Vide Plin. lib. 31. c. 8. & ea quæ suprà annotavimus in dictione Aphya. ¶ Est etiam ex Apuarum genere quæ vulgo *Anchoie*, Aristoteli ἐγγραυλίς, Aeliano λυκόστομος. Ex qua liquamentum atq; elæogarum optimum ad excitandum appetentiam conficitur. Addito oleo, vino & aceto, totus piscis subjectis prunis liquatur: nec spinæ vestigium remanet. ¶ Est & alia Apua quæ Aristoteli ἀφύη κωβίτις (vel ut alii κωβίτης) vulgò *lo be* Foetus est gobii. ¶ Est & Apua phalerica ἀφύα φαληρική, vulgò *Nadelle*, vel *Melete*, Rhotomagi *Cado*. Piscis mollissimus atq; pinguis, sardinis similis, nisi quòd minor & latior. ¶ Deniq; est in censu apuarum pisciculus, qui Aristoteli ἐψητός dicitur, Narico Plauto apud Festum. Et Apua membras, μεμβράς, vulgo *Celerin*.

Apŭd, Præpositio est, quæ nunquam composita reperitur: apposita verò casibus, quandoq; locum denotat: [אצל *ê.tsel*. παρά, πρός. Gall. *Aupres, chez, ueuant*. Ital. *Appo, appresso, presso*. Germ. Bey. Belg. By. Hispan. *Cerca*. Pol. *V*. Vng. *Nalla, ná*. Ang. *By or nigh*.] ut, Apud Mantuam hæc scripsi. ¶ Quandoq; personam: ut, Apud Regem. Quandoq; loci & personæ conjunctionem: ut, Cœnavi apud Pompeium. Sed quum ad personam refertur, plerunque familiaritatem significat, non dominium, ut, Fuit apud te: id est, tecum, vel domi tuæ. Penes verò & potestatem, & personam, & dominium (ἐπί cum dativo) Ovid. lib. 1. Fast. Me penes est unum vasti custodia mundi. Quanquam etiam sine dominii significatione aliquando invenitur: ut latius docebimus suo loco. ¶ Apud, aliquando accipitur pro In: ut apud Terent. in Andria: De Davo modò apud forum audivi. ¶ Apud se dicitur esse qui omissis negotiis se in recessum recipit. Cic. l. 1. de Orat. Marcus verò Scaurus, quem non longè ruri apud se esse audio. Magis tamen videtur Apud se, in hoc Ciceronis loco accipi pro, Domi suæ: quemadmodum frequenter, apud Terentium, Apud nos, pro Domi nostræ. ¶ Apud, etiam juxta significat. Cic. de Offic. Cujus focum mirari solitus Cato, apud quem ille sedens, Samnitum quondam hostium jam clientium suorum munera repudiabat. Idem de Orat. 2. Quum etiam tum in lecto Sulpitius esset, & apud eum Crassus sederet. ¶ Apud aliquem obligari, pro alicui. Iulianus de fidejussoribus: Fidejussor obligari non potest ei, apud quem reus promittendi obligatus non est. ¶ Apud exponitur etiam pro Inter. Cic. pro Fonteio: Studiis militaribus apud juventutem obsoletis. Hoc est, inter juvenes. Tale est quum dicimus, Mos fuit apud Romanos, pro eo quod est inter Romanos. ¶ Apud maiores vel patres nostros, pro temporibus majorum vel patrum nostrorum. Apud Platonem: id est, in Platonis libris. Cic. 1. de Divinat. ¶ Apud Aliquando postponitur suo casui. Tacit. lib. 5 Ripam apud Euphratis: Et lib. 4. Misenum apud & Ravennam.

Apŭs, vel cypsellus, ἄπους κυψέλλος. Arist. [Pol. *Gersik* Vngar. *Lebatlan fecske*. Ang. *A martinet bird*.] Avis est de genere hirundinum, cujus pedes curti, & mutili, quasiq; inutiles. Plin. lib. 10. cap. 39. Plurimum volant quæ Apodes, quia carent usu pedum, ab aliis Cypselli appellantur, hirundinum specie. ¶ Est & aquilæ species apud Avicennam Arlachine. ¶ Apud Pausaniam verò aquilæ cygneæ fit mentio in Arcad. Et quæ variis pedibus ἄπεζοι recentium.

Ăpȳrīnŏn, ἀπύρηνον, Genus est mali Punici dulcissimi, ita dictum, quasi ἄνευ πυρῆνος; hoc est, sine nucleo: non quòd prorsus nucleis careat, sed quòd eos habeat minus lignosos. Quò fit, ut & acinos habeat blandiores & minus amaros. Plin. lib. 13. cap. 19. Martial. lib. 13. Lecta suburbanus mittuntur apyrina ramis, Et vernæ tuberes, quid tibi cum Lybicis? ¶ Legitur & adjectivum Apyrinus, a, um, ut Apyrinus fructus: hoc est, dulcis, nucleisq; minus lignosis, quales habent apyrina. Columell. lib. de Arboribus, cap. 23. Ea res & fertilem arborem reddet, & primitivis annis fructum vinosum: postea verò etiam dulcem & apyrinum faciet.

Apyrum sulphur, ἄπυρον θεῖον, Plin. lib. 33. cap. 15. vocat sulphur vivum, quodq; ignem non est expertum: ἄπυρον enim Græci vocant incoctum, & quod igni non est admotum. Vnde & Apyri tripodes, ἄπυροι τρίποδες dicebantur, qui ignibus intacti erant, ut qui non culinario usui, sed domorum templorumque ornatui dicati erant.

Ăpȳrōtus, f. s. ἀπύρωτος, Gemma igniti carbonis similitudinem referens, quam Ovid. 2 Metamorph. Pyropum vocat, Latini Carbunculum: inde Apyrotus dicta, quòd ignem non sentiat. Plin. lib. 37. cap. 7. Principatum habent Carbunculi, à similitudine ignium appellati, quum ipsi non sentiant ignea: ob id à quibusdam Apyroti vocati.

A ante Q.

Ăquă, f. p. componi videtur ex à & qua, quasi à qua vivamus. [מים *máiim*. ὕδωρ. Gall. *Eau*. Ital. *Aqua*. Germ. Wasser Belg. Water. Hispan. *Agua*. Polon. W da. Vngar. *Viz*. Ang. Water.] Vnde aqua & igni interdici solebat damnatis. Aquam & igné sumebant nuptæ, & qui funus persecuti fuerant, redeuntes ignem supergrediebantur aqua aspersi, quod purgationis genus vocabant Suffitionem. Hoc elementum cæteria omnibus videtur imperare. Terras enim devorant aquæ, flammas necant, scandunt in sublime, & ipsum quoq; sibi vendicant cœlum. Quid esse mirabilius potest, quàm stare in cœlo aquas? At illæ non modò in tantam altitudinem, sed secum quoque piscium examina, & lapides rapiunt. Eædem cadentes omnium in terra nascentium causa fiunt: fruges, arbores, frutices juvant: migrant in cœlum, ut viralem animam deferant herbis. Præterea alibi calidæ sunt, alibi frigidæ; alibi tepidæ, & penè omnibus morborum generibus auxiliantur. Aliæ sulphuris, aliæ ferri, aliæ aluminis, aliæ salis, aliæ nitri, aliæ bituminis, aliæ æris. Aliæ acidæ sunt, aliæ salsæ, & cunctæ hominum tantùm causa videntur erupisse. Generatim nervis prosunt omnes: aliæ pedibus, aliæ coxendicibus, aliæ luxatis, aliæ fractis: aliæ exinaniunt alvos, aliæ sanant vulnera, aliæ capiti auribusq; & oculis privatim medentur: aliæ sterilitatem mulierū, & virorum infamiam abolere produntur, nonnullæ juvant calculosos, aliquæ prohibent abortum. Sunt quæ tollunt vitiligenes, aliæ podagris prosunt, aliæ tertianas febres discutiunt, aliæ dentes sistunt, aliæ ungulas etiam jumentorum indurunt, aliæ subtiliores faciunt sensus, aliæ memoriam auferunt, aliæ oblivionem inducunt, aliæ canoras vocis faciunt. Hæc Perottus ex Plinio, quibus illud præterea addit, se deduxisse aquas in agro Viterbicensi, quæ lethergicos, & hydropicos & colicos curant, luxatos statim sanant, dentes ea collutos sistunt scabiem, lichenas, vitiligines mira celeritate tollunt, famem omnino sublato fastidio inducunt, fœcunditatem mulieribus afferunt venerem debilitatam excitant, calculorum vitia discutiunt. *Hæc ille*. Alia aquam, quasi æquam: hoc est, æqualem dictam volunt, ablato e, quòd aqua, nisi ventis agitetur, nihil sit æqualius. ¶ Aspersisse aquam proverbialiter quis dicitur, qui dicto quopiam reddiderit animum, ac metum ademerit. Plaut. in Bacch. Evax aspersisti aquam. Idem Trucul. Aspersisti aquam, jam redit animus, translatum ab iis qui in deliquio, quem Græci λειποθυμίαν appellant, aspersa in faciem aqua ad sui sensum revocantur. ¶ Aquam bibens nihil boni parias. ὕδωρ δὲ πίνων, χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκοις: Cujus proverbii sensus est, à poëtis nihil præclarum aut venustum proficisci, si biberint aquam: hoc est, si pauperes fuerint, & tenui victu. Demetrius Halicarnasseus. ¶ Inaniter aquam consumis, ἄλλως ἀναλίσκεις ὕδωρ. In eos quadrabit qui frustra suadent. À prisco more judiciorum sumptum, in quibus ad clepsydræ modum dicebatur. ¶ In aqua hæret. In eos competit, qui sic implicantur negotio quopiam, ut se nequeant extricare. Cic. 3. Offic. de Epicuro: Dicit ille quidem multa multis locis, sed aqua hæret, ut ajunt. Translatum apparet vel à fluitantibus: vel certè ab Oratorum clepsidra. ¶ Aquam cribro haurit, κοσκίνῳ ὕδωρ ἀντλεῖ. εἰς πίθον: In aqua scribis, εἰς ὕδωρ γράφεις: In aqua sementem facis, εἰς ὕδωρ σπείρεις: Aquam in mortario tundere, ὕδωρ ἐν ὅλμῳ κόπτειν, & similes parœmiæ in eos quadrant, qui laborant inaniter. ¶ Ad aquam malus, Ἐφ' ὕδωρ κακός, In infimæ sortis homines olim dicebatur, ac sordidissimis quæstibus addictos: propterea quòd antiquitus infames habebantur, multoq; omnium contemptissimi, qui litigantibus aquam subministrare consueverunt. ¶ Aquam igni miscere, πῦρ ὕδατι μιγνύειν: inter proverbia, quibus ἀδύνατον significamus, referendum est. Pugnat enim aqua cum igne. Plutarch. in lib. περὶ πρώτου ψυχροῦ. ¶ Mitte in aquam, βάλλ' εἰς ὕδωρ: hoc est, aufer è medio. Dicitur vel in hominem vel in rem exitio dignam. Tractum à supplicio quorundam, qui in profluentem aut mare mittebantur. ¶ Aquam è pumice postulas, pro eo quod est, frustra ab alio petere: cujus ipse à quo petas, maximè sit indigus. ¶ Cœno puram aquam turbans, nunquam invenies potum, βορβόρῳ ὕδωρ λαμπρὸν μιαίνων, οὔποθ' εὑρήσεις ποτόν. Dici solitum, ubi quis ea quæ sunt per se pulcherrima, contaminat, admistis iis quæ sunt turpissima.

Ăquŭlă, diminutivum ab aqua, f. p. [ὑδάτιον. Pol. Wodeczka, wodka. Vngar. *Vizetske*. Ang. *A litle brooke*.] Cic. lib. de Orat. Quæ mihi videtur non tàm ipsa aquula, quæ describitur, quàm Platonis oratione crevisse. Et lib. 2. Vbi non seclusa aquula trncatur, sed unde universum flumen erumpat.

Ăquæductus, us, ui, m. q. ab aqua ducenda. [תעלה *tehalah*. ὑδραγωγία. Gall. *Conduite d'eau*. Ital. *Acquedotto*. Germ. Wasserleitung / Wassergräben / wasserfurt. Belg. Waterleyingen / waterloopen / eyt goten. Hispan. *Aguaduco para traer agua*. Polon. *Wodi przewod, wodne przekopi, rowno prz wiedzn a wo i*. Vng. *Vizbé vetel*. Angl. *A conveyance or cundite of water*.] Est enim aquarum deductio: hoc est, quum alicunde aqua derivatur, ut per cuniculos impositis canalibus aliò inducatur, sive ad bibendum sive ad irrigandum, ut est videre apud Iulium Frontinum, in lib. de Aquæ ductibus Romanorum. Erat autem apud veteres duplex ratio ducendæ aquæ. Nam aut per subterraneos cuniculos ducebatur, aut opere arcuato. Vtriusq; generis etiam hodie Romæ non pauca extant vestigia. Vlpian. de Servit. rust. præd. Servitutes rusticorum prædiorum sunt hæ, Iter, actus, via, aquæductus.

Ăquælĭcĭum, n. s. Dicitur quum aqua pluvialis remediis quibusdam elicitur: quod in magnis siccitatibus aliquando factum creditur.

Ăquænīvālēs, mensæ adhibebantur antiquitus, quæ decoquebantur, ut essent salubriores, ὑδροχόαι. Postea colonisvario & sacco attenuabantur, deinde refrigerabantur.

Ăquăgĭum, quasi aquæ agium, inquit Festus. Idem quod aquæductus, [ὑδραγωγία, ὀχετός, ἀγωγός. Ang. *A conveyance or cundite of water*.] Pomp. l. hoc jure. de aqu. quotid. Dum ne fundum domino, aut aquagium rivalibus deterius faciat.

Ăquă

Aquă intĕrcŭs, Morbus est, quem Græci *Hydropem* appellant: [Germ. Die Wassersucht/ Wasser zwischen Haut und Fleisch. Belg. Dat gheladen Water. Pol. *Puchlina.* Vngar. *Viz korsag* Ang. *the dropsie.*] quum inter cutem aqua colligitur, qua corpus turgescit. ὕδερον, ὕδερος. Nonius: Aqua intercus, hydrops morbus. quasi aqua inter cutem. Cic. 3. Offic. Siquis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. A' Celso Aqua inter cutem appellatur: Ita enim habet ille lib. 3. c. 21. Longus verò fieri potest morbus eorum, quos aqua inter cutem malè habet. Plinius vocat aquam subter cutem fusam.

Aquālĭcŭs, pen. corr. Alvus, quò sordes defluunt. Item genus quoddam lati intestini, ex quo farcimina fieri solent. Apicius: Reple aqualicum, sic ut lavamentum habeat, ne dissiliat in coctura.

Aquālĭcŭlŭs, diminutivum est ab aqualicus, Vas est in quo porci sorbent. [γάστρα Gall. *Auge où mangent les pourceaux.* Ital. *Albio, Albuolo da porci.* Germ. Ein Sewtrog Belg. Eenen verkens back. Hisp. *Baxo ò barriga, Dornajo dende comen los puercos.* Polon. *Swinie koryto.* Vngar. *Vállu.* Angl. *A troughe for swyne.*] ¶ Per translationem pro ventre sive alvo sumitur, tàm occulta quàm apparente, in quam sordes fluunt. Persius Satyr. 1. nugatis, quum tibi calve Pinguis aqualiculus propenso sesquipede extet, in quod Cornutus scribit aqualiculum propriè ventrem esse porci, & per translationem de humano ventre dici.

Aquālĭs, m. t. Genus vasis ad aquam tenendam, quo aqua manibus datur, quod & Marellio dicitur, teste Varrone. [כוס ספל *sephel* גביע *ghebiáh* כד *chá th.* ὑδρία. Gall. *Eguiere, pot à eau.* Ital. *Vrna.* German. Ein Wassergeschirr / ein Giessfaß. Belg. Een Handvat/ fonteyne. Hisp. *Jarro de agua para bever.* Polon. *Naliewka.* Vng. *Veder.* Angl. *A lauer, or ewer to wash the handes.*] Plaut. in Curc. Date isti sellam aut sedeat, & aqualim cum aqua.

Aquārĭŏlă, [Ang. *Places where water is voyded.*] Dicuntur lotrinæ, in quas lotura projicitur: nec in culina tantùm, sed & in tricliniis, & cubiculis, & cœnationibus cum dignitate & elegantia fiunt.

Aquārĭŏlī, Dicuntur mulierum impudicarum sordidissimi assectæ. Festus. [πορνοβοσκοί, μαστροποί. Gall. *Maquereaux.* Ital. *Ruffianelli.* Germ. Hüring/ Hurenfüchter. Hispan. *Alcahuetes.* Pol. *Kurewnik.* Vngar. *Kurvás* Ang. *Bawdes, merchauntes of hoores.*

Aquārĭŏlum, sive aquarium, [ὑδροδοχεῖον. Germ. Ein Daten/ darein das Wasser leufft/oder anderer vnrhat.] Locus in quem sordida aqua demittitur, qui & Lavatrina dicitur à lavando, & per syncopen, Latrina.

Aquārĭum, ii, n. s. Locus in flumine, aut alia quavis aqua, ad quem animalia potum aguntur. [שקת *schóketh.* ὑδροθήκη, ὑδρεῖον. Gall. *Euier, abreuoir.* Ital. *Luoco da abeuerare.* Germ. Ein ort da sich das Wasser versammlet / vnd das Vieh darob trenckt/ Brunntrog. Belg. Watersteen. Hispan. *Abreuadero dende beuen bestias.* Polon. *Koryto do napawania bydła.* Vngar. *Itato hely.* Ang. *A place where beastes may drink at in riuers or any waters.*] Cato cap. 1. Si poteris, sub radice montis fiet, in meridiem spectet, loco salubri, operariorum copia fiet, boumq; ibi aquarium. ¶ In Glossario sic legitur, Aquarium ὑδραγωγεῖον.

Aquārĭŭs, a, um, Quod ad aquam pertinet, ὑδατικός. ut, Cos aquaria. [Ang. *A grindstone going in troughes of water.*] Gell. Re aquaria defectos. Plin. lib. 34. Quippe quum in exacuendo oleares cotes, & aquariæ differant, oleo delicatior ei fiat acies. Aquarii, servi dicuntur aquarum custodes & hydrophylaces.

Aquārĭŭs, rii, m. s. Vndecimum signum Zodiaci, est proximum Capricorno, quod oritur XV. Kalend. Febr. [ὑδροχόος. Gall. *Vn des douze signes du ciel.* Ital. *Acquario.* German. Wassermann. Hispan. *Aguador.* Pol. *Wodnik.* Vng. *Viz öntö.* Angl *One of the twelue signes of heauen.*] Fabulantur Poëtæ hunc fuisse Ganymedem, quum Iupiter ejus pulchritudine captus, ab aquila in cœlum raptum, ministrum suum fecisse existimatur.

Aquārĭus sŭlcŭs, Qui aquam educit. [αὖλαξ ὑδατικός. German. Ein Wasserfurchen / wassergraben. Belg. Een Watersort] Colum. lib. 2. Crebrosque sulcos aquarios, quos & nonnulli Elices vocant.

Aquātĭcŭs, ca, cum, Qui in aqua degit [ἔνυδρος. Polon. *Wodni.* Vng. *Vizi.* Angl. *That liues in the water*] sicut Terrestris qui in terra vivit. Plin. Terrestres & aquatici pisces. ¶ Aquaticum dicitur etiam quod in aquis aut prope aquas nascitur. Plin, lib. 16. cap. 36. Inter ea quæ frigidis gaudent, & aquaticos fruticis dixisse conveniat. ¶ Aquaticus etiam dicitur Auster, quòd pluviam indutat. Ovid. 2. Metamorphos.

Aquātĭlĭs, pen. cor. aquaticus. [ὑδατικός. Ang *Whatsoeuer liueth in the water.*] Plin. lib. 9. c. 12. Aquatilium tegmenta plura sunt. Cic. 1. de Nat. Deor. Bestiarum autem terrenæ sunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quasi ancipites, in utraq; sede viventes.

Aquĭlēx, pen. corr. Qui aquam illicit & ducit. [ὑδρολόγος. Gall. *Maistre fontenier.* Ital. *Colui qui raccoglie l'acqua.* German. Der die Brunnen erfindt/ Brunnmeister. Belg. Fonteynmeester. Hisp. *El que coje de rastada, ò el que conoce donde ay agua.* Pol. *Mistrzowie budniacy*, vel, *mistrzwode przywodzacy.* Vngar. *Viz vénö.* Angl. *A welmaister that gathered waters together.*] Varro in Quinquatrib. An hoc præstat Herofilus Diogeni (ut legit Scaliger) quod ille è ventre aquam mittit? an hoc te jactas? at hoc pacto utilior te Tuscus aquilex. Ex Nonio.

Aquĭmĭnālĕ, vas Aquarium dicitur à Paulo in l. 3. de supel. leg. Nam & pelves argenteas, & aquiminalia argentea.

Aquĭmĭnārĭum, Vas quoddam escarium fuit. Pompon. in l. 21. §. 2. D. de aur. & arg. leg. Sed de aquiminario Cassius ait, quum alteri argentum potorium, alteri escarium legatum esset, escario cedere. Item Vlpian. Si cui escarium legatum sit, argentum aquiminarium continetur. Nam & hoc propter escam paratum est.

Aquŏr, aris, d. p. verbum castrense est, Aquam haurio, sive aquam fero, ad usum exercitus vel alterius rei. [שאב *schaab.* ὑδρεύειν, ὑδροφορεῖν. Gall. *Prendre eau, se fournir d'eau.* Ital. *Cauar aqua, andar per acqua.* German. Wasser schöpffen/ sich mit Wasser versehen. Hispan. *Ir por agua para el real.* Pol. *Wwode sye opatrnie.* Vng. *Itatok.* Ang. *To furnish water, to drawe and beare water to an hoste.*] Curtius: Quum miles aquatum profectus esset. Virgil. -sub mœnibus urbis aquantur. Vide in dictione Adaquo.

Aquātĭo, onis, verbale, f. t. Actus aquandi: hoc est, aquam ad castra afferendi. [ὑδρεία. Gall. *Puisement d'eau ou apport, abreuement.* Ital. *L'annacquare, l'andare à pigliar aqua.* German. Wasserschöpffung / ein Wasserholung. Hisp. *El traer del agua para el real.* Polon. *Wodi przieginianie, albo wniagenie.* Vngar. *Itatás.* Ang. *Drawing or bearing of water to an armie.*] Cæs. 4. Bell. Gal. Tamen sese non longiùs millibus passuum quatuor aquationis causa processurum eo die dixit. ¶ Aquatio, item aquarum pluvialium abundantia. Plin. lib 31. cap. 7. Et hoc urebatur in multis variisq; per aquationem Autumni nascentibus.

Aquātŏr, oris, m. t. Qui aquandi ministerium, præsertim in exercitu facit. [שאב מים *scheeb máiim.* ὑδροφόρος. Gall. *Porteur d'eau, celui qui fournit d'eau au camp.* Ital. *Chi va per acqua per fornire vno exercito.* German. Der ein Läger mit Wasser versihet/ Wasserschöpffer. Hisp. *Aguador del real.* Pol. *Ten ktori oboz opatruie wodam.* Vng. *Itato.* Angl. *Which draweth or furnisheth water, a bearer of water to an armie*] Cæs. 1. bell. Civ. Hæc consultantibus eis nuntiatur aquatores ab equitatu premi nostro.

Aquātŭs, ta, tum, Aqua mixtus, aqua dilutus: [מזוג *mazúgh.* ὑδαρής. Gall. *Mixtionné d'eau, où on a mis de l'eau.* Ital. *Adacquato, acquoso.* Germ. Wasserechtig / mit Wasser vermischet Hisp. *Aguado.* Pol. *Wodnisty*, vel *zwoda zmieszany.* Vngar. *Vizzel elegyes.* Ang. *Mingled or mixed with water.*] ut, Aquatum vinum. ¶ Interdum idem quod aquosus, ut Lac aquatum. Plin. lib. 28. c. 9. Omne autem vernum aquatius æstivo.

Aquĕŭs, a, um, Quod ex aqua est. ὑδατώδης ut Color aqueus.

Aquōsŭs, sa, sum, Quod copiam aquæ habet: [ὑδατώδης. Gall. *Plein d'eau, aqueux, fort humide.* Ital. *Acquoso, abondante d'acqua.* Germ. Gewässeret/ das viel Wasser hat Belg. Waterachtich. Hisp. *Lleno de agua* Pol. *Wodnisty woda oblany.* Vngar. *Vizes.* Angl. *Full of water, waterish, very wett.*] ut, Hyems aquosa. Colum. lib 4. de ficis. Locis, *inquit*, frigidis, & autumni temporibus aquosis præcoces serito. ¶ Hujus compositum, & contrarium est Inaquosus, ἄνυδρος.

Aquōsissĭmŭs, Superlativus. [Vngar. *Igön vizes.*] Seneca Quæst. natur. 3. c. 11. Quia ferè aquosissima sunt, quæcunque umbrosissima. ¶ Piscis aquosus, Virgil. 4 Georg. Id est, Australis piscis, qui Aquarii undam suscipit: nam oritur quo tempore plejades occidunt.

Aquĭfŏlĭă, Species est ilicis, mespilum foliis referens, κραταιγών, ἢ κραταίγονος Theophrasto: unde & Mespilus sylvestris, μεσπιλὸς ἀγρία à nonnullis appellatur. Vide Plin. lib. 24. capite 13. & lib. 27. cap. 8. ¶ Aquifolia etiam diversa arbor est, semper viridis, cujus folia per ambitum aculeata, ac spinosa, fructus rotundus ac rubeus. Ex cujus corticibus in fimo putrefactis fit viscum capiendis avibus. Olim vocata est aquus pro acus. Theophrasto ἀγρία, non verò ut putavit Plin. κραταίγονος.

Aquĭlă, f. o. [נשר *nésicher.* ἀετός. Gall. *Aigle.* Ital. *Aquila.* Germ. Ein Adler. Belg. Een Arent. Hisp. *Aguila.* Polon. *Orzel.* Vng. *Saskeselyö.* Ang *An egle.*] Regina avium quam poëtæ Iovis alitem, ejusdemq; armigeram appellant & fulmina ei subministrare fabulantur. Cui fabulæ occasionem dedit aquilæ natura, quia sola avium & fulminis ictu non læditur, & Solis fulgorem oculis inconniventibus potest aspicere. ¶ Sex autem Aquilarum genera enumerantur à Plinio libro 10. capite 3. Primum est Valeria μελαναετὸς, apud Eustathium, minima magnitudine, viribus præcipua colore nigricans: sola aquilarum fœtus suos alit, sola sine clangore, sine murmuratione conversantur in montib. Secundi generis est Pygargus, πύγαργος, eò quòd πυγὴν ἀργὴν: id est, caudam albam habeat, & albicante sit cauda, cognomine νεβροφόνος: id est, hinnularia. In oppidis & campis mansitat. Tertii generis est Anataria dicta περκνόπτερος, μόρφνος, πλάγγος, meliùs quàm πλάγγος apud Aristot. Hanc Homerus περκνὸν percnum, & Latinè plancum vocant, secunda magnitudine & vi: huicq; vita circa lacus, ut plurimum. ¶ Sex autem aquilarum genera enumerantur à Plinio, Melanaetos, quæ & valeria: Pygargus: Morphnos, quam & Percnon Homerus, Latini Plancum, & Anatariam vocant Percnopterus: Onesioi, & Halyæetus. ¶ Aquila non capiat muscas. ἀετὸς οὐ θηρεύει τὰς μυίας. quo significatur, summos viros negligere minutula quæpiam. Animus enim excelsus res humiles despicit. Aut egregiè docti nonnunquam in minimis quibusdam labuntur. Et maximis occupati negotiis ad pusilla quædam connivent. Effertur & citra negationem adagium, ἀετὸς μυίας θηρεύει, Aquila venatur muscas, quoties magnis minima sunt curæ. ¶ Aquila nubibus, ἀετὸς ἐν νεφέλαις: plerique interpretantur de re magna quidem illa, sed quam non facilè est.

cilè assequaris: alii de iis qui longè reliquis præcellunt. Aristoph. in Equit. ¶ Iupiter aquilam delegit, ζεὺς αἰετὸν εἵλετο. ubi quis ascriscit sibi præclaros, suisque rebus accommodos. ¶ Aquilam cornix provocat, αἰετὸν κορώνη ἐρεχθίει. Locus fuerit adagio si quando levlusculus quispiam homunrio, qui neque prodesse queat, neque lædere, maximis viris allatrat. ¶ Aquilæ senecta. αἰετοῦ γῆρας. In senes dicebatur bibaces magis quam edaces. ¶ Aquila thripas aspiriens. αἰετὸς θρῖπας ἐρεῶν. De magnis qui pusilla negligunt. Est enim θρὶψ avicula minutissima, aut vermiculi genus. ¶ Aquilam testudo vincit, arripi potest per ironiam: aut simpliciter, ubi quis potentiorem arte vincit: & quod viribus non potest, assiduitate conficit. ¶ Aquilam volare doces, αἰετὸν ἵπτασθαι διδάσκεις. In eos competit qui monere quempiam conantur in ea re, in qua quum sit ipse exercitatissimus, nihil eget doctore. ¶ Aquila præterea, sydus cœleste ast, cujus ala dextera circulum æquinoctialem attingit, sinistra autem non longè à capite Ophiuchi videtur figurata. Rostrum ejus à reliquo corpore dividit circulus à Cancro ad Capricornum perveniens. Exoriente Leone occidit: exoritur autem cum Capricorno. Habet in capite stellam unam, in utraque ala unam, & unam in cauda. ¶ Est etiam aquila, piscis nomen ex genere planorum, quem & Græci αἰετὸν appellant: teste Plin. lib. 9. cap. 24.

Aquilinus, a, um, Quod est aquilæ, vel quod ad aquilam pertinet: [ἀετιαῖος. Gall. D'aigle. Ital. Aquilino. Germ. Das zu dem Adler gehört. Hispan. Aquileno, cosa de aguila. Pol. Orli. Vngar. Sasé. Angl. Of an egle, belonging to an egle.] ut Aquilinæ ungulæ. Plaut. in Pseud. An tu invenire postulas quenquam coquū, Nisi milvinis, & aquilinis ungulis? Ubi Aquilinas ungulas dicit, pro manibus rapacibus, quales sunt ungues aquilarum.

Aquiliferi, m. f. Dicti sunt signiferi in Romana militia: [ἀετοφόροι. Germ. Panerherren / so bey den Römern das Feldzeichen trugen mit dem Adler / d. i. dem Zeichen. Pol. Chorazy] ab aquila, quam Romanis legionibus Marius in secundo Consulatu suo propriè dicavit: fuitque tanquam princeps totius legionis signum. Cæs. 3. bel. Civ. In eo prælio quum gravi vulnere esset affectus aquilifer. Habuerunt & Romani alia quatuor signa, videlicet lupos, minotauros, equos, apros, quæ singulos ordines antcibant. Item & dracones: unde Draconarii. Postea tamen repulsis cæteris, unam servaverunt aquilam.

Aquilegium, n. f. Aquæ collectio & aquæductus. [ὑδραγωγεῖον. Angl. A conduite or conveyance of water.] Plaut. Si pluet, aquilegium vinvabo.

Aquilex, Vide AQVA.

Aquilo. Aquilonaris, Aquilonius, Vide in Propriis.

Aquilus color, Fuscus & subniger, ab Aqua. [שחור schachór, ὑπόμελας, ξανθός. Gall. Brun, moïen entre le blanc & le noir. Ital. Fosco, alquanto negro. German. Braun / dunckelfarb. Belg. Bruyn. Hispan. Un poco negro. Polon. Czarnawy, blawatny. Vngar. Feketeskés. Angl. Dunne colour, the colour of water, half white half blake.] Nam quum antiqui duos omnino naturales colores noscerent, album scilicet & nigrum: intervenit is quoque, qui ita neutri similis est, ut tamen ab utroque proprietatem trahat: quem potissimum ab aqua nominaverunt, cujus incertus est color. Plaut. in Pœn. Statura haud magna, colore aquilo. Suetonius in August. Nasum à summo eminentiorem, & ab imo deductiorem, colorem inter aquilum candidumque.

Aquiminarium, Vide AQVA.

Aquinarii, Dicuntur omnia vasa deferendis aquis deputata. Ulpia. Florentinus Iurisconsul. lib. 34 ff. Nam & pelves argenteas, & aquinarios argenteos in supellectili non esse dubitatur.

A ante R.

A R M. P. in notis antiquorum, arma publica. A R M. E. arma ejus. A R C. arca. A R G. argentum.

Ara, f. p. Quasi ansa, ut Varroni placet, dicta est à tripodibus, quod sacrificantes ansas tenebant: vel potius, quia precantes manibus aras apprehenderent. [מזבח mizbeach. Βωμός. Gall. Autel. Ital. Altare. Germ. Ein Altar. Belg. Een Outaer. Hispan. Ara o altar. Pol. Ołtarz. Vngar. Oltár. Ang. An altar.] Hinc Virgil. lib. 4. Aeneid. Talibus orantem dictis, arasque tenentem. Primò ergo ansæ dictæ, deinde commutatione literarum, aræ. Sunt qui aras ab ardendo derivent, quòd in his victimæ adolerentur. Alii ab ἀρᾶσθαι, quod est oro (unde & ἀρὰ oratio dicitur) quòd in sacrificando oretur. Iurantes etiam olim aras tangebant. Unde celebratur nobilis illa Periclis sententia: Ad aras usque me amicum esse oportet: quia significatur, hominem amici causa aut pejerare, aut quidpiam inhonestum facere non oportere. ¶ Quibus nec ara neque fides. Aristoph. in Acharnensibus, οἷσιν οὔτε βωμὸς οὔτε πίστις, οὔθ' ὅρκος μένει: id est, Queis nec ara fides nec ulla durant fœdera. De vehementer perfidis. Dictum est in Spartanos, quorum perfidiam taxavit Euripides. ¶ Tanquam ad aram confugere, proverbiali figura dicimus quum extremum refugium intelligi volumus. Inde sumptum, quòd olim qui extrema necessitate urgebantur, ad aras deorum solerent confugere, unde nefas erat quenquam extrahere. Cicer usus est hoc proverbio, in Orat. pro Rosc. lib. 3. de Nat. deor. & 4. act. in Verr. & Plautus Mostellaria. ¶ Pro aris focisque dimicare dicimur, quum nobis de re chara seriaque certamen est ineundum, fortique animo propugnandum. Habet autem hoc nomen priorem syllabam productam. Hara autem cum h, eandem corripit, & significat porcorum seu avium stabulum, συφεῶνες, συφεός. Ovid. in Epist. Penelopes ad Ulyssem. Tertius immundæ cura fidelis haræ. De hoc plura suo loco. ¶ Ara, sydus cœleste. Cicer. de Nat. Deinde Nepæ cernes propter fulgentis acumen Aram, quam flatu permulcet spiritus Austri. ¶ Aræ dicuntur etiam saxa quæ inter Africam & Sardiniam medio mari eminent. Aræ dictæ propterea quòd ibi Afri & Romani fœdus inierunt, & fines imperii sui illic esse voluerunt. Hæc ferè Servius in illud Virg. 1. Aeneid. Tres notus abreptas in saxa latentia torquet, Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus, aras.

Arabarches, ἀραβάρχης (ut pulchrè ostendit Alciatus li. 1. Prætermissorum) Dicebatur publicanus, qui præerat exigendo vectigali de pecoribus, quæ ex Arabia in Aegyptum adducebantur. Horum autem officium Arabarchia ἀραβαρχία vocatur. Super hac re extat Constitutio Val. Græc. Theod. Imp. in hæc verba: Usurpationem totius licentiæ submovemus circa vectigal arabarchiæ, per Aegyptum atque Augustaneam constitutum, nihilq; super transductione animalium vendicari permittimus. Hinc facilè intelligi potest sententia horum versuum apud Iuvenalem: Atque triumphales inter quos ausus habere Nescio quis titulos Aegyptius, aut Arabarches. ¶ Invenitur etiam in T. Alexandrum natione Aegyptium, quem Arabarchem vocat, hoc est, Aegyptium publicanum.

Arabilis, Vide ARO.

Arachnides, tunica tenuissima in oculo: ea media subsidet, eoque cavo continetur quiddam, quod similitudine hyaloides appellatur à Græcis, idque neque liquidum, neque aridum est, sed quasi concretus humor, ex cujus colore pupillæ color vel niger est, vel cæsius, cum summa tunica tota alba sit: id autem supervenientes, ab interiore parte membranulæ includit. Sub his gutta humoris est ovi albi similis, à quo videndi facultas proficiscitur, κρυσταλλοειδὴς Græcis nominatur.

Arachnium, Olearum morbus est apud Theophrastum lib. 4. cap. 17.

Arangæ, Spondylion apud Dioscor. lib. 3. c. 36.

Araciæ ficus, Dicuntur albæ, pediculo minimo, latissimæ, de quibus Plin. lib. 15. cap. 18.

Aracus, ἄρακος, sive ἄρακις, Theophrasto: (sylvestris verò Arachnus ἄραχος Galeno. Vide Clymenum) legumini genus: Gallis Pisum, Italis Mocho.

Aranea, æ, f. p. idem quod araneus. [ἀράχνη. Gal. Araignée. Ital. Ragno, aragna. Germ. Ein Spinnwüpp / Spinnweb. Belg. Een Spinnecoppe / spinnewebbe. Hispan. Arana. Polon. Pajęczyna. Vngar. Pók. Ang. A spider.] Ovid. 4. Metamorph. non illud opus tenuissima vincant Stamina, nec summo quæ pendet aranea tigno. Virgil. 4. Georg. Laxos in foribus suspendit aranea casses. Ovid. 6. Metamorphos. Stamen & antiquas exercet aranea telas. Salicis fructus antè maturitatem in araneam abit. Plin. libro 24. capite 9. Id est, in lanuginem araneæ similem.

Araneus, nei, Animalculum ex genere insectorum. quod Græci [ἀράχνην appellant. שׂממית semamith. Gall. Araigne. Ital. Ragno, aragno. German. Ein Spinn. Belg. Een Spinne. Hispan. Arana. Polon. Pająk. Vngar. Pók. Angl. A spider, or cobwebbe.] Hujus multa sunt genera: unum tamen præcipuum, nulliq; incognitum, quod miro quodam artificio telas orditur, quibus muscæ irretiuntur. Plaut. in Asin. Iussin' columnis dejici opera araneorum? Idem in Sticho: Ut operam omnem araneorum tergam, & texturam improbem, dejiciámque eorum omnes telas. ¶ Sunt & ex araneorum genera Phalangia, Italiæ ignota (ut scribit Plinius libro 29. capite 4.) quorum noxii morsus, corpus exiguum, varium & acuminatum. Hæc rursus in multas secantur species, quas vide apud eundem loco jam citato. Sunt & alia araneorum genera, quæ latius explicat idem Plin. lib. 11. cap. 24. ¶ Araneorum telas texere, τὰ ἀραχνίων ὑφαίνειν, est in re frivola, nulliusq; frugis infinitum atque anxium capere laborem. Refertur à D. Basilio initio enarrat. Hexamer. ¶ Est præterea Araneus vitium peculiare vitibus & olivis, quum veluti telæ involvunt fructum & absumunt. De hoc Plin. lib. 17. cap. 24. ¶ Est etiam piscis quidam hoc nomine, mari peculiaris, noxiam in dorso spinam ferens: de quo Plin. lib. 9. cap. 48. & lib. 32. cap. 11. ¶ Araneus mus, Animal est ex genere mustellarū, morsu venenato. quod si orbitam transierit, statim emoritur. μυγαλῆ. De hoc Plin. lib. 8. cap. 58. & Aelianus lib. 8. cap. 39.

Araneolus, ἀραχνίδιον, parvus araneus. Virgil. in Cul. Atque ut araneoli tenuem formavimus orsum.

Araneola, æ, idem quod araneolus. [Angl. Pókocska. Ang. A little spider or cobwebbe.] Cicer. de Natur. deor. Ut in araneolis aliæ quasi retexunt, aliæ ex improviso observant.

Araneosus, a, um, Aranearum faciem habens: [ἀραχνώδης. Gall. Araigneux, plein d'araignes, semblables aux toiles d'araignes. Ital. Pieno di ragni, simile à tele di ragno. Germ. Das den Spinnwüppen gleich ist / oder von Spinnwüppen ist. Hisp. Lleno de aranas à telaranas. Pol. Pajęczysty, vel Pajęczynie podobny. Vng. Pók hálós, pók háló szabású. Angl. Full of spiders webbes.] ut, Araneosus caulis. Plin. lib. 21. c. 15. Huic similis est spina illa quam Græci Acanthion vocant, minoribus multò foliis aculeatis per extremitates, & araneosa lanugine obductis. lib. 24. c. 12. Araneum est quod textū est ab araneis, tela sive rete araneorum. Neq; in hac si-

hac significatione Aranea dicendum est, quòd usque adhuc falsò hic notatum fuit. Repudiat enim hoc primùm Latinè loquentium usus: deinde etiam autoritas Corn. Front. qui apertè scribit, Araneam esse quæ texit: Araneum quod textum est. ¶ Araneosus vomitus. Plin. l.29. c.4. Pejor utroq; est cæruleus, lanugine nigra caliginé concitans, & vomitus araneosos. Hoc est, in quibus telæ araneæ conspiciuntur, ut ait Sipontinus.

Arātio, Aratiuncula, Arator, Aratro, Aratrum, Vide ARO.

Arbilla arvina: id est, pinguedo corporis. Festus.

Arbiter, tri, pen. corr. Iudex honorarius non à lege datus, sed ab iis qui litigant, lectus, qui totius rei habet potestatem: dictus ab arbitrando: id est, existimando. [פלילי *pelil*, *diaitetes*. Gall. *Arbitre*. Ital. *Giudice, arbitro*. German. Ein Schidmann. Belg. Middelaer / scheidman. Hispan. *El juez arbitro, ò arbitrario*. Polon. *Iednacz, rozjemkana ktorego sie strony spuszczaca*. Vngar. *Fogot, biro*. Ang. *An arbyter an vmpyre*.] Ejus enim officium est judicare, non ex lege & stricto jure, sed prout ipse æquum esse existimet. Iudex verò ex officio dictus est. Terent. in Heautont. Simo & Crito vicini hic ambigunt de finibus, Me cepêre arbitrum. Cæsar 3. bell. Civil. De his rebus quum ageretur apud Cæsarem, isque maximè vellet pro communi amico atque arbitro controversias regum componere. ¶ Arbitrorum duo ponit genera Proculus, D. lib. 17. Tit. pro socio lib. 76. Arbitrorum, *inquit*, duo sunt genera, unum ejusmodi, ut sive æquum sit sive iniquum, parêre debeamus, quod observatur, cum ex compromisso ad arbitrum itum est; Alterum ejusmodi ut ad viri boni arbitratum redigi debeat: Etsi nominatim persona sit comprehensa, cujus arbitratu fiat. ¶ Legitur & fœmininum Arbitra. Ambros. lib. 1. Offic. Conscientia vera atque incorrupta pœnarum præmiorumque arbitra. ¶ Sine arbitris aliquid facere: Id est, nemine vel vidente vel audiente. Plaut. Cistell. -in latebras abscondas pectore penitissimo Tuam stultitiam: sola facito ut scias, sine arbitris. Livius lib. 1. Lucus erat, quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua: quò quia se persæpe Numa sine arbitris, velut ad congressum Deæ inferebat, camœnis eum lucum sacravit: Id est, clàm solus, nemine comitante. Sic Cicer. 3. Offic. Et 7. in Verr. Amœno sanè & ab arbitris remoto loco: Id est, Interpellatoribus crebris carente.

Arbitramentum, ti, n.s. Idem quod arbitrium: hoc est, arbitri sententia *diaitema*.

Arbitrarium, n.s. Dicitur quod alicujus arbitrio est relictum: ita dictum ab arbitrorum more, quia totius controversiæ suo arbitrio finiendæ potestatem habent. [פלילי *pelili*. *to ep' emoi*. Gall. *Arbitraire*. Ital. & Hisp. *Arbitrario*. German. Willkürlich / das eines guten willen heimgestellt ist. Pol. *Rozsadek dobrowolny, ktora przymnie stoi*. Vngar. *Kinalikeppen valo isilewe hagyatot*. Ang. *That is commited to any mannes arbitrie or opinion*.] Illi enim non ad summum juris rigorem, sed quod ipsis æquissimū videtur, solent decidere. Vnde arbitraria pœna dicitur, quæ non lege statuta est, sed judicis arbitrio relicta. Martianus: Quam celebrem cuperent, fictor arbitrarius variabat. Plaut. in Amph. Hoc quidem profectò certum est, non arbitrarium.

Arbitrarius pro voluntarius, qui est nostri arbitrii. [Vng. *Szabad akaratu*.] Gell. lib. 18. c. 10. Σφυγμὸς autem est incentio, motus, & remissio in corde, & in arteria naturalis non arbitrarii.

Arbitratus, us, m.q. Arbitrium, voluntas, opinio. [רצון *ratson*, חפץ *chephets*. *Gnome*. Gall. *Arbitrage*. Ital. *Parere, volunta*. Germ. Ein will / gutduncken. Hispan. *Parescer, voluntad*. Polon. *Zdanie dobrowolne, mniemanie moie*. Vngar. *Kenant szerént valo*. Angl. *Wil, opinion, arbitrement*.] Plaut. in Amph. Mane, arbitratu tuo jusjurandum dabo. Cic. in Læl. Cujus disputationis sententias memoriæ mandavi, quas in hoc libro exposui meo arbitratu.

Arbitrario, sive Arbitrariè, adverb. *kata dokesin*, idem quod pro arbitrio: hoc est, pro voluntate. Plaut. Pœn. Nunc pol ego perii certò haud arbitrariò.

Arbitrium, trii, n.s. Sententia quæ ab arbitrio statuitur. [פלילים *pelilim*, *diaitema*. Gall. *Sentence d'arbitre, arbitrage*. Ital. *Sentenza arbitraria*. German. Willkürlicher und gütiger entscheid / ein Will. Belg. Eenen Wil / oft Meyninge. Hisp. *Sentencia del juez arbitrario*. Pol. *Zdanie a bo dekret rozsadek*. Vngar. *Kinalikeppen valo itilet*. Angl. *The sentence that the vmpyre or arbiter giueth, the vmpyres decree*.] ¶ Interdum dicitur potestas arbitro data. Vnde Arbitrarium suscepisse dicitur, qui partes judicis suscepit. Cic. in Procœmio Offic. Iudicio, arbitrioque nostro, quantum quoque modo videbitur, hauriemus. ¶ Interdum idem est quod opinio, sive voluntas. *gnome*, *to autexousion*: ut, Omnia pro meo arbitrio facio: id est, ut mihi videtur, & ut opinor faciendum. Cic. 1. de Finib. Ad arbitrium suum scribere. ¶ Arbitrium, item Potestas. Liv. 4. bell. Maced. Scilicet si legem Oppiam abrogaveritis, non vestri arbitrii erit, si quid ejus vetare volueritis, quod nunc lex vetat. Horat. Quem penes arbitrium est, & vis & norma loquendi. ¶ Item Arbitrium pro præmio. Cic. in Pisonem: Eodem in templo, eodem & loci vestigio & temporis, arbitria non mei solum, sed patriæ funeris abstulisti.

Arbitror, traris, pen. corr. Existimo, censeo. [חשב *chaschab*, פלל *pillel*. *egnoka*. Gall. *Arbitrer, donner sentence par arbitrage, penser, cuider, estimer*. Ital. *Giudicare, pensare, existimare*. Germ. Entscheiden / achten / schetzen / meynen. Belg. Meynen / schatten / ordeelen. Hisp. *Iuzgar como arbitro, pensar*. Pol. *Mniemam, rozumiem*. Vngar. *Vélem, itilem*. Angl. *To think, to suppose, to iudge to giue a decree as vmpyre*.] Cic. 6. Verr. Si hoc, quod abs te postulo, minus ad officium tuum pertinere arbitrabere, succedam ego vicarius tuo muneri, suscipiam partes, quas alienas esse arbitrabar. Terent. Hecyr. Neque enim quenquam esse arbitror. ¶ Interdum accipitur pro speculari, *kataskopein*, & inquirere, seu auscultare. Plaut. in Aulul. Hinc ego huc & illuc potero, quid agant arbitrarier. ¶ Apud Iurisconsult. Arbitrari, pro judicare ponitur, & litem arbitrio finire: quod & *diaitan* à Græcis dicitur. Vlpian. de recept. arbitr. Si quis litigatorum defuerit, quia per eum factum est, quò minùs arbitretur, pœna committetur. ¶ Arbitrari in patiendi significatione Vlpian. posuit in dicto loco, & in l. 12. de religiosis. Sumptus funeris, *inquit*, arbitrantur pro facultatibus vel dignitate defuncti.

Arbor, Piscis est in Oceano Gaditano, tàm vastis dispansus ramis, ut fretum nunquam ingressus credatur. Autor Plin. lib. 9. cap. 4.

Arbor, oris, f.t. notæ significationis nomen: cujus appellatione continentur plantæ majores, & dissolutu contumaces, quæ simplici caudice, ramisque brachiorum more porrectis assurgunt: cujusmodi sunt olea, vitis, quercus & similes. [עץ *hets*. *dendron*, *kai dendros to*. Gall. *Arbre*. Ital. *Albero, arbore*. Germ. Ein Baum. Belg. Eenen boom. Hisp. *Arbol*. Polon. *Drzewo*. Vng. *Elö fa*. Angl. *A tree*.] Plin. in Procem. lib. 12. Summumque munus homini datum, arbores, sylvæque intelligebantur. ¶ Dicitur & arbos in nominativo. Virgil. 4. Georg. Obviaque hospitiis tensat frondentibus arbos. Hinc Festus. Arbosem pro arbore antiqui dicebant, & Robosem pro robore. ¶ Arborem fici, sicut arborem ficum dici posse, ostendit Colum. lib. 6, quum ait: In scrobem fici arbusculam deponito. Ibidem; Tum arborem fici detrunca: Cicer. pro Flacco: Homini enim Phrygi, qui arborem fici nunquam vidisset, fiscinam ficorum objecisti. Quod est contra Laurentium Vallam. ¶ Annosam arborem transplantare, *geronta phyton metaphyteuein*. In eos dicitur qui sero atque exacta jam ætate conantur dediscere, quibus diu juvenes assueverint. Aut simpliciter de iis quæ frustra molimur. ¶ Post folia cadent in te arbores. Quoties admonebimus, leviores injurias si quis ferat, sequi atrociores: Velutì arborum decidua folia negliguntur: verùm aliquando fit ut ipsæ arbores putres in caput subjecti decidant. Plaut. Menæch. ¶ Arbore dejecta quivis ligna colligit. *Dryos pesouses pas anēr xyleuetai*. Si quem fortuna præcipitem dederit, in hunc passim omnes incurrunt, quisque quod potest diripit: jam enim sibi putant impunè fore. ¶ Generosioris arboris statim planta cum fructu: Quo id innui videtur, egregia beneque nata ingenia, statim maturescere & ad frugem pervenire. ¶ Arbor, item pro malo navis ponitur. Iuvenal. Satyr. 12. Pro remo posuit. Virgil. lib. 10. Aeneid. ¶ Arbores resinam sudantes sunt sex: pinus, pinaster, picea, abies, larix, teda: quibus addi potest & septima, pinaster in Hispania. Quarum singularem descriptionem lege suis in locis.

Arborideus ramus dicitur, qui alitur ut arborescat: hoc est, ut arbor fiat, & arborea magnitudine adolescat. Columell. lib. 5. cap. 4.

Arborarius, a, um, adjectivum: [*dendrikos*. Ang. *Which breedeth in trees*.] ut, Arborarius picus, *dryokolaptes*, qui in arboribus nidificat. Plin. lib. 30. c. 16. Eò usque qui arborarii pici rostrum habeant. Arboraria falx, apud Catonem cap. 11.

Arborator, m.t. Nomen verbale, ab Arboro, ras, quod significat eum qui arbores putat: qui & frondator dicitur. [*dendrokopos*. Gall. *Celui qui plante, esmonde & cultiue les arbres, jardinier*. Ital. *Potatore d'alberi*. German. Ein Baumsäuberer / der die Bäum erbawet. Belg. Boomsnoeyer. Hispan. *El que corta los arboles*. Polon. *Okrzesaßowacz drzew*. Vng. *Erdöoló*. Ang. *A woodman, he that loppeth trees*.] Plin. lib. 18. Frondem medio die arborator ne cædito. Colum. lib. 11. cap. 1. Nam & arator reperitur aliquis bonus, & optimus fossor, aut fœnisector, nec minus arborator & vinitor.

Arborescere, Arborem fieri, vel in arborē crescere. [*Dendrousthai*. Gall. *Deuenir arbre, croistre en arbre*. Ital. *Farsi albero*. German. Zu einem Baum werden. Hispan. *Hazerse poco à poco arbol, arbolecer*. Polon. *Wdrzewo rosse*. Vng. *Fává leszök*. Ang. *To growe a tree, to waxe and become a tree*.] Plin. lib. 9. Tradunt autores, in Arabia malvas septimo mense arborescere.

Arboretum, n.s. *dendron*. Vide paulò post in dictione ARBUSTA.

Arboreus, rea, reum. Quod est arboris. [*Dendreos*. Gall. *D'arbre*. Ital. *D'arbore*. Germ. Das des Baums ist. Hisp. *Cosa de materia de arbol*. Pol. *Drzewiany*. Vng. *Fái*. Angl. *Of a tree*.] Virg. lib. 1. Georg. Arborei fœtus alibi.

Arbuscula, f.p. diminutivum ab Arbor. [שיח *siach*. *Dendrion*. Gall. *Arbrisseau, petit arbre*. Ital. *Arboscello*. Germ. Ein Bäumle. Hispan. *Pequenno arbol*. Pol. *Drzewko*. Vngar. *Tsemete faitska*. Angl. *A litle tree, a shrubbe*.] Varr. lib. 3. de Re rust. In eo arbusculas esse oportet, quæ ferant glandem. ¶ Significat etiam machinulam, quæ Græcè *amaxopous* dicitur, in qua versantur rotarum axes conclusi laminis ferreis: de qua Vitruv. lib. 10. cap. 17.

Arbusta, n.s. Loca consita arboribus. [אשל *eschel* חרש *chòresch* סיכים *fichim* יער *jàhar*. *Drymoi, dendrōnes*. Gall. *Boscage, ou bosc, lieu planté d'arbres*. Ital. *Luoghi doue sono molti alberi, arborate, bruoli*. Germ. Ein ort da Bäum stehn / ein ort mit Bäumen / an welchen die

chen die

den die Räben auffgezogen seind. Belg. Een tey / oft plaetse daer boom staen. Hispan. Arboledas de arboles. Pol. Liassek albo miesse drzewem nassadzone. Vng. Erdős hely az hol sokfa vagyon. Ang. A groues, a places planted with trees.] Colum. lib. 5. c. 5. Qui vineam vel arbustum constituere volet, seminaria priùs facere debebit. Docet etiam Plin. quomodo arbustum sit faciendum. Cicer. in Arat. Arbusta ornata tegmine foliorum. ¶ Hor & Arboreum aliqui vocant. Gell. li. 17. r. 2. Convalles, inquit, & arborete magna erant.

A˘rbustīvus, a, um, adjectivum: ut, Arbustivæ vites, quæ in arbustis plantetæ suot, & arboribus applicatæ, ἀναδενδράδες, δενδρίτιδες. Pallad. Locum, quem arbustivis vitibus destinabis implere. Colum: de arboribus, c. 16. Arbustivam vitem, quàm putare, tàm alligare diligenter oportet.

A˘rbusto, stas, agrum arboribus consero ad maritandas vites. [...] natáh éschel [...] natáh héts. δενδροφυτεῖν. Gall. Complanter d' arbres, garnir d' arbres pour soustenir la vigne. Italice, Piantar alberi per sostegno delle viti. German. Bäum zweigen / pflantzen / die Räben daran auffziehen. Hispanice, Plantar arboles para vinas. Pol. Zadze, vel sczepie drzewo. Vng Fákat ülteték, plántálok. Angl. To plante trees for the holding vp of wine shrites.] Plin. lib. 17. cap. 23. Transpadana Italia præter supra dicta, corno, populo, tilia, acere orno, carpino, arbustat agros.

A˘rbūtus, pen. corr. f. f. Arbor folio citro similis, sed raris frondibus, cujus fructus Arbutum, seu unedo vocatur. [κόμαρος. Gall. Arbousier. Ital. Corbezzolo, albatro. Ger. Ein Baum der frucht bringt wie roth Kirsen / Hagapffelbaum. Belg. Haegappelboom. Hisp. Madronno, arbol conocido. Polon. Drzewo ma iace owoc podob nim .... Vngar. Vad alma fa. Ang. A crabbe tree.] Hæc arbor in Arabia excrescit io altitudinem 50. cubitorum. Virg. Eclog 7. Et quæ vos rara viridis tegit arbutus umbra.

A˘rbūtum, o. f. Pomum rubrum sylvarum, quod Plinius unedonem vorat, quod asperitate sua plura edi non possint. [κόμαρον. Gall. Arbouse, fruit d' arbosier. Ital. Corbezzolo. German. Die frucht von diesem Baum / ein Hagapffel. Hispan. Madronno. Polon. Owoc z sla kiego drzewa. Vngar. Vad alma. Ang. The fruit of a crabbe tree.] Virg. lib. 2. Georg.. dant arbuta sylvæ. Duo ejus traduntur esse genera, Comaron, & Memecyloo. De quo vide plura apud Plin. lib. 4. cap. 15.

A˘rbŭtĕus, a, um, Ex arbuto factum: [κομάρινος. Gall. Qui est d' arbosier. Ital. Cosa fatta di corbezzolo. Ger. Das auß solchem Baum / ist gemacht / gemacht wirdt. Hisp. Cosa de madronno. Vng. Vad almafabol valo. Ang. Made of a crabbe tree.] ut Arbuteæ crates, & Arbuteæ virgæ. Virg. 1. Georg. Arbuteæ crates & mystira vanaus Iacchi. Idem 1. Aeneid.. & molle pheretrum Arbuteis texunt virgis.

A˘rcă, cæ, f. p. Scrinium, capsa. [ארון arón. κιβωτός. Gal. Coffe, huche, arche. Ital. Arca, cassa. Germ. Ein Kist / ein trog / tast / ein fach. Belg. Een kiste / oft schryne. Hisp. Arca ò caxa de guarda. Pol. Skrzynia. Vng. Láda. Ang. An cheste, a choffer.] ab arcendo dicta (ut inquit Var. lib. 4. de lingua Latine) quòd ab ea clausa arceantur fures. Cic. in Parad. Animus hominis dives, non arca, appellari solet. ¶ Arca pro monumento vel loculo in quo mortui conduntur in terra. Plin. lib. 13. cap. 13. ¶ Arcas appellat Vitruvius tabulationes intra aquam circundatas, ab arcendis equis ab onere. Alii aquaria septa vocent.

Arca camerata: id est, arcuata & cameracata. Vlp. in l. si inquilinus. Locati. Vide in hunc locum Bud.

Arcalia, pro fisci quodam jure particulari. Reliqua (inquit Theodosius) tàm arcaliam, quàm utriusque ærarii, usque ad incipientem primem indictionem jubemus ad indulgentiam pertinere: id est, remitti.

A˘rcŭlă, diminutivum, Parva arca. [κιβώτιον. Gall. Cassetin, petit coffre ou bahu. Ital. Cassette. Germ. Ein kistlin / tröglin / tästlin. Hisp. Arquilla, pequenna caxa. Pol. Skrzynka. Vng Ládácska. Ang. A litle coffer or chestle.] Cic. 2. Offic. Præmittebatque de stipatoribus suis, qui perscrutarentur arculas muliebres, & ne quod in vestimentis telum occulteretur, exquirerent. ¶ In auspiciis quoque, Arcula dicebatur, teste Festo, avis quæ aliquid fieri vetabat: ab arcendo nomen habens, quod consulentem à re aliqua aggrediunda arceret: hoc est, prohiberet.

A˘rcārius, quod ad arcam pertinet. [Pol. Podskarbi. Ang A treasurer, chamberlaine.] Hinc arcarius Servius, cui ercæ in qua domini pecunia condita est, procuratio commissa est. Idem qui actor aut dispensator. Scævol. de fidei comm. libertat. Stichus arcarius probante domino nomina facit, &c. Hotom.

A˘rcānum, n. f. Secretum, & absconsum, occultū: ab arca, in qua quæ causa suns, secreta manent. [סוד sodh. ἀπόρρητον. Gal. Vn secret, chose secrete. Ital. Secreto. Germ. Ein heimlich und verborgen / ein verborgen ding. Belg. Heymelyck / Secret. Hisp. Secreto y guardado. Polon. Skrite, rzecz taiemna. Vng. Titok. Angl. A secret, any secret thing or hidde frome many.] Potest & ab arce dici, quæ tutissima pars urbis est. Virg. 1. Aen. Longius & volvens, fatorum arcana movebo. ¶ Qui continet arcanum. Convenit in eum, qui celat arcanum sibi commissum, neque cuiquam effutit. Sumptum est ex Homeri versu. Odyss. φ: τῇ δ' ἄπτερος ἔπλετο μῦθος: id est, huic pennis dicta carebant. ¶ Arcanè, & Arcanò, adverbia, ἀπορρήτως, κρυφαίως. Colum lib. 5. c. 2. Sed de hac sententia qua quem & ipse paulò antè id censuerim, quid tamen arcaniùs judicem, suo loco mox dicam. Cæsar 1. Bell. Civil. Ipse arcano cum paucis familiaribus suis colloquitur.

A˘rcānus, a, um, adjectivum, Occultus, tectus, minimè loquax: [...] machariseh. ἀπόρρητος, κρυφαῖος. Gall. Secret, caché. Ital. Secreto. Germ. Heimlich / verborgen / secret. Hisp. Bosa secreta y guardada. Pol. Skryty, taiemny. Vngar. Titkos. Ang. Priuie, secret, hidde.] ut, Arcanus homo, qui quæ audit, tacet, & continet optimé. Plaut. Cave sic dixeris me dixisse hoc P. Dixisti arcanò satis. Arcanus sensus. Virg. 4. Aen.. solem nam perfidus ille Te colere, arcanos etiam tibi credere sensus.

A˘rcārius, est qui pecuniā publicā adservat. Scævola de Fideic. lib. 11. Thais Stichum (inquit) rationibus redditis, manumissa volo Stichus arcarius, probante domino, nomina fecit. Et in C. Iustin. est, Susreptoribus, & præpositis, & arcariis.

A˘rcārii, & Atriarii à Iureconsultis inter servorum species numerantur. Ea refert Alex. Neapolit. c. 15. tertii Gen. dier. & Pyrrhus lib 2. Quæst. magist.

A˘rcātus, Vide ARQVATVS.

A˘rcellă, f. p. Videri potest diminutivum, eb Arcere, de que infrà. Vnde Arcella vitis quæ in formem arceræ disposita est. Colum. lib. 3. cap. 22. de districtis generibus vitium loquens: Hinc partes his heluolæ respondent, illinc arcellæ, rursus illinc spioniæ basiliræve conveniunt. Fortassis arcellatæ legendum, ut c. 2. Vnam etiam præterea vitem, nobis ante hoc tempus incognitam, Græca consuetudine Dracontium vocari comperimus, quæ fœcunditate jucunditateve arcellatæ, basiliræque & Bituricæ comperari possit, generositate vini, Amineæ. Et paulò antè omnium quas cognovimus, copiosissima arcellata.

A˘rcellŭla, cellulæ. [Pol. Ladka. Vng. Ládaska.] diminutivum ab arcella: Id est, arcula ab arca. Diomedes Grammat. lib. 2.

A˘rcĕo, es, rui, n. f. Sine supino usitato. (Nam arcitum non dicimus: licet in compositis Exercitum diramus, & Coercitum) Propulso, abigo, prohibeo, pello. [מנע manáh כלא chalá. ἀμύνειν, ἀπείργειν, εἴργειν. Gall. Garder d' approcher, chasser, empescher. Ital. Scacciare, rimuovere, impedire. Germ. Hinweg treiben / wehren / hinderhalten. Belg. Wechiagen. Hisp. Constrennir, arredrar, apartar de lugar. Pol. Odpedzam, zamczagam. Vng. Meg tiltom. Angl. To stopps frome comming to, to hinder, to butake.] Cic. in Cat. Tum tu Iupiter hunc à mœnibus urbis arcebis. Idem 4. Philipp. Brutus illum non ut consulem recepit, sed ut hostem arcuit. ¶ Aliquando legitur pro stringo, sive coërceo. Virg. 2. Aen.. teneras arcebant vincula palmas. ¶ Interdum ponitur pro continere. Cic. de Nat. Alvus arcet & continet illud quod recepit. Idem in Somn. Scip. Orbis extimus arcens & continens cæteros. ¶ Arcere vim hostium, est vim vi propulsare & operam dare ne noceant. Liv. 1. ab Vrbe: Ad arcendam vim advenarum, armari ex urbe atq; agris concurrunt. ¶ Arcere aquam pluviam, Idem pro Muræna: Ille sit ut hostium copiæ, tu ut aquæ pluviæ arceantur. ¶ Ab arceo fiunt Arx arcis, Arctus, a, um, & Artus pro membris: de quibus infrà suo loco.

A˘rcesso, sis act. t. ab Arceo deritur, Accuso, postulo. [הרגיל hirghil. κατηγορεῖν, ἐγκαλεῖν. Gal. Accuser. Ital. Accusare. Ger. Einē verklagen. Belg. Betichten oft beclagen. Hisp. Accusar. Pol. Obskarzam. Vngar. Bevádolom. Ang. To accuse.] Lib 1. ad Herenn. Arcessitur Cæpio majestatis. Cic. lib. 2. Offic. Atque etiam hoc præceptum officii diligenter retinendum est, ne quem unquam innocentem judicio rapitis arcessas. ¶ Est & Arcesso, advoco: [μεταπέμπω. Gall. Hucher, appeller. Ital. Chiamare. Ger. Berüffen / einen holen oder reichen. Hisp. Llamar. Pol. Przywołwam, przyzywiam. Vng. Hiuom. Angl. To call for, to cme on.] eb Adcio, d. in r, mutera. Antiqui enim (teste Prisciano) d literam mutabant in r, nos in e. Plaut. in Amphit. Blepharonem arcessat, qui nobiscum prandeat. Cicer. pro Rosc. Amer. Quum ab aratro arcessebantur, qui consules fierent. ¶ Arcessere à capite. Cic. in Top. Quum autem à genere ducitur argumentum, non est necesse id usque à capite arcessere. A capite arcessere argumentum, est à capite & origine rei argumentum eruere. Budæus. ¶ Arcessitus, particip. Cic. 2. de Orat. Cavendum est, ne arcessitum malum putetur.

A˘rcto, ctas act. p. frequentativum est, formatū ab Arctum inusitato supino verbi arceo, Constringo, vehementer arcto. [ב... bessár ... behik ... ... Gall. Serrer pres, estreindre, estrecir. Ital. Stringere. Ger. Eng machen / zusammen zwingen. Belg. Te baue samen. Hispan. Estrechar, estrennir ò apretar. Pol. Scisnam, sczesniam. Vngar. Meg szoritom. Angl. To mak narrow or strict.] Colum. lib 12 cap. 43. Nonnulli adjecto defruto, contenti sunt transversas pertiras arctare. Plin lib. 17 cap. 23. Quando contineri debet vimine, non arctari. Est item arctare, Angustius facere Plin lib. 3. ca 6. Etiamnum angustias eas arctentibus insulis parvis, quæ Cuniculariæ appellatur. Mart. Atriaque immodicis arctat imaginibus.

A˘rctus, cta, ctum. Angustus, strictus, ab arcendo: id est, constringendo. [צר tsár ... ... στενός. Gall. Serré, estroit. Ital. Stretto. Germ. Eng zusammen gezogen. Hispan. Estrenido, estrecho. Polon. Ciasny. Vng. Szoros. Ang. Narrow. strict.] Cic. 3. Verr. Mihi credere arctioribus apud populum Romanum laqueis tenebitur. ¶ Arctè, adverbium, στενῶς. Columella lib. 3. In tributum fictile vel cornu arctè inserito.

A˘rcĕra, ab Arca deducitur, & significat plaustrum tectum undique ex tabulis, quasi arca quædem magna, vestimentis instrata, ut inquit Afronius, quo vehiculi genere senes & ægroti cubantes vectabantur. [צב tsab. φορεῖον. Gallice, Charriot couuert de tous costez, comme vne littiere ou chariot branslant. Italice, Lettiga. German. Ein hangender Wagen / ein Senffte / ein Roßbaar. Hispan. Andas. Polon. Lektyka, kolebka caretta. Vngar. Kolya.

Angl.

Ang. *A litter, à charios covered on all partes.*] Gell. lib. 20. cap. 1.

Archaismus, m.f. ἀρχαϊσμός. Latinè Antiquitas dicitur. Figura est, vetustè aliquid dictum significans. Terent. Andr. Quod plerique omnes faciunt adolescentuli. Vbi Donatus: Plerique omnes pro una parte orationis dixere veteres. Ibidem: ille instat factum. Vbi Donatus: Instat factum ἀρχαϊσμός, vetustè: id est, instat dicere factum esse.

Archarius, m.f. Præfectus & moderator dicitur. [שליש schalis. ἀρχιοῖκος. Gall. *Recteur, gouverneur*. Ital. *Soprastante*. Germ. Ein Oberster / ein Regent. Hisp. *Regidor, antecesso*. Polon. *starosta, urzednik przełożony na jakim urzędzie*. Vngar. *Igazgato, gubernator*. Angl. *A gouvernour, a ruler or ouerseer, he which hath charge of any thing.*] Paulus ad Romanos: Salutat vos Erastus archarius civitatis. ἀρχή, à nostris principium, à quo ἄρχω impero, præsum.

Archetypus, pen. corr. m.f. adjectivum, ἀρχέτυπος. Est quodcunq; ita primum fabricatum est, ut exemplar reliquis sit. Martial. lib 8. Archetypum Myos argentum se dicit habere. Idem lib. 3. Sic tanquam tabulas, scyphosque Paule, Omnes archetypos habet amicos. ¶ Est & Archetypum substantivum, quo significatur primum exemplar, quod quis sibi imitandum proponit. [תבנית tabnith. Gal. *Le patron, l'exemplaire premier*. Ital. *Modello*. Ger. Ein Vorbild / ein exempler / das ein r für sich nimpt und nach dem ein anders macht. Hispan. *El original de donde se saca el exemplo*. Pol. *Vzerunk*. Vng *Elsö pelda* Ang. *The first example, or patrone.*] Plin. Iunior ad Antonium: Vt pictores pulchram absolutamq; faciem, raro nisi in pejus effingunt: ita ego ab hoc archetypo labor & decido. ¶ Dicuntur etiam Archetypa signa, statuæ, vasa, & tabulæ, non ad aliorum similitudinem efficta, sed à nobili quodam artifice primum confecta. Martial. lib. 8. Archetypis veluti nihil est odiosius Aucti.

Archezostis, [ἀρχέζωστις. Vng *Földtök*.] Dioscoridi, Herba quam Latini vitem albam vocant. Græci etiam ἄμπελον λευκὴν sativæ viti foliis, sarmentis, & pampinis simillima. Vide Plin. lib. 31. c. 1. & Ruel lib. 5. cap 151.

Archiater, & Archiatrus, tri, [ἀρχίατρος. Ger. Der fürnemest Arzt. Pol. *Przedniejszy doktor*. Vng. *Fö orvos*. Angl. *Chieffe maister of medicine.*] Medicorum princeps, ἰατρὸς enim medicus, ἀρχὸς princeps dicitur. Hic vulgo *Protomedicus* appellatur. Archiater dictus est Aesculapius, tanquam præses deusq; medicorum. ¶ In codice Imperatorio legimus, Privilegiis imperatoris archiatros decorari.

Archibelion, anchusa apud Diosc. lib 4. cap. 26.

Archieunuchus. Cubiculariorum regis princeps.

Archigerontes, ἀρχιγέροντες. Latinè Principes seniorum, seu summi senes. Alciatus de eccl. & cler. C.

Archigrammathei, Scribarum principes. [ראש הספרים rosch hassophe im ἀρχιγραμματεῖς. Gall. *Chancelier*. Ital. *Gran cancelliere*. German. Die obersten und fürnemsten Schreiber / die Cantzler / die Stattschreiber. Belg. Carcellier. Hispan *Chanciller*. Pol *Pisarze przedniejszy, Canclerz*. Vng *Fö kancellarius*. Angl. *Chancelers.*] Plaut. Eumenem Cardianum fuisse archigrammatea Alexandri Magni.

Archigubernus, ex ἀρχὸς & κυβερνήτης juncto nomine, Princeps gubernator, omnium gubernatorum primus, sive classis præfectus. [Pol. *Wielky sterman*. Angl. *Chieffe gouarnour*.] Iavolenus ad S. C. Trebell. Seius Saturninus archigubernus testamento, reliquit hæredem Valerium Maximum.

Archimagirus, pen. prod. Princeps & magister coquorum, summus coquus. [רב הטבחים rab hattabbachim. ἀρχιμάγειρος. Gall. *Maistre cuisinier, maistre queux*. Ital *Maestro de cuochi*. Ger. Kuchenmeister. Belg Ceuckenmeester / Oppercock Hispan. *Maestro cozinero*. Pol. *Kuchmistrz* Vngar. *Fö szakacs*. Angl. *Chieffe cooke, or maister cooke.*] μάγειρος enim Latinè coquus. Iuven. Finxerunt pariter librarius archimagiri.

Archimandritæ, pen. prod. [ἀρχιμανδρῖται. Gall. *Abbez, Prieurs, Prelats*. Ital. *Abbati, priori, guardiani, generali*. Ger. Ein Abt / ein Prelat. Belg. Een Abt Hisp. *Prelados de monges y semejante dignidad* Pol. *Oppat garai, pan, Prior*. Vng. *Gargian*. Ang. *Abbotes, priors, prelates.*] Dicuntur præpositi cœtectaneæ turbæ haud longè dissimiles ab episcopali dignitate: ita dicti quod principes mandræ & agminis sint. Mandræ quoq; significant speluncas, in quibus greges solent stabulari. Hinc episcopi archimandritæ à Græcis dicti possunt videri, non dissimili ratione, ab ea qua à nobis dicuntur pastores. Alciatus scribit archimandritam id significare, quod dicimus Abbatem. Prisci enim monachi eremos colentes ἐν ταῖς μάνδραις: id est, in speluncis & cavis montium habitabant.

Archimimus, mi, m.f. Princeps mimorum, & summus. [ἀρχίμιμος. Gall. *Le maistre des ioueurs de farces*. Ital. *Principe de buffoni*. Ger. Der oberste Possentreiber Hisp. *Maestro de momos* Pol. *Kuglarskij mistrz*. Vng. *Fö jaczkos*. Ang. *Chieffe among the players of enterludes, maister scoffer.*] Sunt autem Mimi, qui in scena gestus eorum quos volunt irridere, exprimunt & imitantur, ἀπὸ τοῦ μιμεῖσθαι, quod est imitari. Tranquillus in Vespasiano: Favo archimimus personam eius ferens, sustinensq; (ut est mos) facta & dicta viri &c. Vtitur etiam hac voce Iulianus de operis liberorum, l. patronus: Nam siquis (*inquit*) archimimum, vel pantomimum, &c.

Archime, mandragora apud Diosc. lib 4 c. 79.

Archiotæ, Vide ARCHIVUM.

Archipirata, tæ, Prædonum dux. [ἀρχιπειρατής. Gall. *Le capitaine des coursaires & escumeurs de mer*. Ital. *Capitano de Corsali*. Germ. Ein oberster der Meerräuberen. Belg. Een zeerover. Hisp. *Principe de Cossarios*. Polon. *Wodz morskich zbojcow*. Vng. *Fö sului*. Angl. *Maister pyrat.*] Cic. 7. in Verrem: Archipiratam ipsum vidit nemo, de quo supplicium sumi oportuit. Idem 2. Offic. Ille qui archipirata dicitur, nisi æquabiliter prædam dispertiat, aut occiditur à sociis, aut relinquitur.

Archippocomos, pen. corr. ἀρχιπποκόμος, dicitur hippocomorum præfectus. Polon. *Koniuszij*. Angl. *Maister of the horses.*] Hippocomi autem dicuntur equorum curatores, ab ἱπποκομεῖν, verbo neutro, quod significat equos curo. Est itaq; Archippocomus, quem Galli *Magnum scutarium* vocant.

Architectus, m.f. [רב הבונים rab habbonim חרש chara'ch. ἀρχιτέκτων. Gall. *Maistre ouvrier, maistre charpentier ou masson*. Ital. *Architetto, Soprastante alle fabriche*. Germ. Bau oder Werckmeister. Belg. Werckmeester. Hisp. *El maestro de obra para edificar*. Pol. *Cyesla, vel mistrz nad budowaniem*. Vngar. *Fö mi*. Ang. *Maister of work.*] Nomen compositum ex ἀρχὸς princeps, & τέκτων, faber: Principalis faber, fabricandi artem habens, vel qui structuris ædificiorum præest, & qui fabricanda præscribit. Architectus (ut inquit Plato libro de Regno) magno ministerio non utitur, sed utentibus præsidet. Fabri autem, qui aliquid manu faciunt in ædificiis, alii funguntur ingenio, alii opera valent. Cic. Varr. Si quis adhibere volet non modò ut architectos, verumetiam ut fabros ad ædificandam Rempublicam, poterimus & nos libenter accurrere. Mart. lib. 5. Si duri puer ingenii videtur, Præconem facias, vel architectum. ¶ Architectus, item pro autore & principe inventore. Cic. de Finib. Eaque ipsa quæ ab ipso inventore veritatis, & quasi architecto beatæ vitæ dicta sunt explicabo.

Architecton, onis m.t. idem quod Architectus. [Ang. *A deuiser of building.*] Plaut. Pœn. Me dolis jam superat architectonem. Idem Mostel. Nam sibi laudasse ædeis ait architectonem Nescio quem, esse ædificatas sanè bene.

Architectonicus, a, um, adject. ἀρχιτεκτονικός. Ad architectonem pertinens. Vitru. lib. 9 c. 4. Et qua perscriptiones architectonicarum circinique descriptiones est inventus in mundo.

Architector, ctaris d.p. Construo, fabricor [בנה banah, ἀρχιτεκτονέω. Gall. *Deviser & bailler l'ordonnance de quelque bastiment, bastir, edifier*. Ital *Fabricare*. Ger. Bawen / ein werck machen. Hisp. *Obrar por artificio*. Pol. *Budowac*. Vng. *Tsinalok, epitek*. Ang *To deuise sundrie sortes of building to prescribe rules in building.*] Vitr. l. 9. c. 4. Neque in his locis naturalis potestas ita architectata est, collocavitq; cardines, tanquam centra. ¶ Translatè ponitur à Cic. 2. de Finib. Cur tandem sapientia tantoperè laudatur? an quod ita callida est, ut optime possit architectari voluptates? id est, formam & rationem fruendarum voluptatum comminisci & præscribere: quemadmodum architecti opera majoris sumptus & magnifica ingenti ratiocinatione architectari solent. Bud.

Architectonice, ces, fœm. gen. [ἀρχιτεκτονική. Gall. *Architecture*. Ital. *Architettura*. German. Die kunst des bawens / Bawmeisterei. Hispan. *Arte de edificar*. Pol. *Kunszt albo sztuka budowania*. Vngar. *Ars mesterseg* Ang. *An arte in deuising buildinges, skille of building.*] Ars ipsa architectandi. Quint. lib. 2. Aliæ quoq; artes minores habent in simplicem materiam, velut architectonice: namq; in omnibus quæ sunt in ædificio utilia versatur.

Architectura, æ, f.p. Aedificandi scientia, Græcè ἀρχιτεκτονική, Architectonice dicitur. Pol. *Vmiejetnosc budowania*.] Hoc nomine Vitruvius opus suum inscripsit, quod de ædificandi ratione conscripsit. Cic. lib. 1. Offic. Quibus autem artibus aut prudentia major inest, aut non mediocris utilitas, quæritur, ut medicina, ut architectura, ut doctrina rerum honestarum.

Architectio, onis, f.t. Plin. lib. 10. cap. 71. In quo vel præcipua naturæ architectio.

Architriclinus, pen. prod. Qui præest triclinio. [מלצר meltsar. ἀρχιτρίκλινος. Gal. *Sommelier*. Ital. *Scalco*. Germ. Ein Truchses / ein Hoffmeister. Hisp. *Repostero*. Ital. *Marsalek nad stołami pańskimi, Truchsas*. Vng *Fö asztalnagy*. Ang. *A marshall of the hall.*] Erat autem Triclinium, cœnaculum, tribus ad accumbendum lectis stratum. Iuvenalis: Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto. Architriclini erat curare, ut eduliorum variorum fercula seriatim & in tempore convivis exhiberentur, utque rectè omnia disposita essent.

Archivum, n.f. [בית ספרים beth sepharim, ἀρχεῖον. Gall. *Le lieu où sont serrez les vieux registres, papiers ou chartres*. Ital. *Cancelaria*. Germ. Ein Cantzley / ein ort da ein Statt ihre Brieff / Bücher behaltet / &c. Belg. De Stadtcamer oft kiste daer die privilegien en ander Originalen inne ligghen Hisp. *Libreria de los originales*. Polon. *Cral, cancellaria gdzie sie gp lozenie iest*. Vng. *Kapcalam*. Angl. *A place wher chartres or euidenses or such writings concerning the commone welth are kept, &c.*] Armarium librorum, seu locus publicus, in quo acta urbis & civium recondi consueverunt. Romani *Tabularium* dicunt: Græci *chartophylacium*. Bud.

Archiotæ, pen. prod. ἀρχειῶται, Dicebantur qui publico archio præerant. [Pol *Sprawcy nad rodem*. Vng. *Kapta lanok*.] In scholiis Græcis traditum est, aulam locum esse, in quem fontes ducerentur, eumque à junioribus ἀρχεῖον appellari. Alciat.

Archoinochus, pincernarum, sive (ut D. Hieronym. sub finem Quæst. in Genes. interpretatur) vinariorum princeps.

Archon, ontis, Vide in propriis.

Archontici, ἀρχοντικοί, Hæretici quidam à principe appellati, qui

qui universitatem quam Deus condidit, opera esse principum dicebant & negabant, resurrectionem carnis.

Archōs, m.f. ἀρχὸς, Latinè princeps dicitur. A quo multa fiunt composita: ut Monarcha, Patriarcha, patrum princeps.

Arcifinius ager, [Pol. *Rolia niezgraniczona.*] dictus est, qui certis linearum mensuris non continetur, sed arcentur fines ejus objectu fluminum, montium, arborum: unde & in his agris nihil subsecivorum intervenit. Sic in libro variorum autorum de limitibus. Siculus autem Flaccus: Occupatorii, *inquit*, agri, quos quidam arcifinales vocant: ii autem arcifinales dici debent, quibus agris victor populus occupando nomen dedit. bellis enim gestis victores populi terras omnes ex quibus victos ejecerunt, publicè atque universaliter territorium dixerunt, intra quos fines jus ducendi esset: deinde ut quisque virtute colendi occupavit, arcendo vicinum, arcifinalem dixit. Hæc apud Frontinum leguntur. Ager arcifinius, sicut ait Varro, ab arcendis hostibus est appellatus: qui postea, interventu litium, per ea loca, quibus finit, terminos accipere cœpit. in his agris nullum jus subsecivorum intervenit. Arcifinales agri, & Arcifinii dicuntur, quorum fines deprehendi non possunt.

Arcima, Genus modi plaustri, quo homo gestari solet. Festus ἅμαξιν.

Arcio, arcis, arcivi, arcitum, pro Indere. & adigere accepisse videtur Cato de Re rust. c. 40. Antiquum est verbum.

Arcitenens, adjectivum, Apollinis epitheton, ab arcu tenendo, quòd semper cum arcu & pharetra pingeretur Apollo. [τοξοφόρος. Pol. *Lukonos.* Ang. *Which beare h or shooteth with a bowe.*] Virg. 3. Aen. Quam pius arcitenens oras & littora circũ Errantem Mycone celsa, Gyaroque revinxit. Ovid. 1 Metam. Hic Deus, arcitenens, & nunquam talibus armis Antè, nisi in damis, capreisque fugacibus usus Perdidit, &c.

Arcophthalmon, ἀρκόφθαλμον, A quibusdam appellatur herba, quæ Chrysogonon Diosc. dicitur. Est autem hæc nomenclatura ex iis, quæ inter notha Dioscoridis à doctoribus numerantur.

Arcophyton, ἀρκόφυτον. Ex iis nomenclaturis, quæ Bechio, seu Tussilagini herbæ in quibusdam Dioscord. exemplaribus tribuuntur.

Arctatio, [στενοχωρία, σίνωσις. Pol. *Zcisnienie.* Vng. *Szorongatas.*] Diomedes Gramm. l. 2. Cum quadam arctatione sermonis, quæ συναλοιφὴ à poetis congeruntur.

Arctomys, ἀρκτόμυς, Animal habẽs similitudinẽ muris & ursi.

Arctophylax, pen. corr. [ἀρκτοφύλαξ. Ger. *Das Gestirn so man nennt den Wagenmann.*] Sydus juxta majorem Vrsam, alio nomine Bootes. Cic. in Phænom. Arati: Arctophylax vulgò qui dicitur esse Bootes. Latinè Vrsæ custodem interpretari possumus: nam veluti custos quidam Vrsæ adnibitus, à tergo eam subsequitur. simili etiam ratione Bootes appellatur, quòd in modum bubulci plaustrum sequatur: rustici enim Septentriones Plaustra vocant. Fabulantur autem poetæ, hunc esse Calistus ex Iove filium, cui nomen Arcadi fuit.

Arctos [ἄρκτος. Ger. *Das Gestirn der Bär / also werden genannt die zwey Mitnächtischen siben Gestirn / sonst der Herrwagen groß und klein.*] Apud Græcos ursum, vel ursam significat. Quo fit, ut pro duobus signis Septentrionalibus accipiatur, quæ & à Latinis Vrsæ appellantur. [Pol. *Wozna niebie.* Vng. *Göncziöl szekere.*] ¶ Sunt autem Arcti duæ Septentrionali polo, velut axe quodam, nixæ Arctico circulo clausæ, & ita collocatæ, ut utraque resupinata, alterius contegat caput: sed caput ejus quæ superior est, ad caudam inferioris contendat. Alteram majorem Vrsam sive Elicen: alteram minorem Vrsam, sive Græcorum lingua, *Cynosuram*: id est, Canis caudam nominant. Illam Græcię populi notare soliti, hanc Sidonii observant inter navigandum. Ovid esse duas Arctos, quarum Cynosura vocatur Sidoniis, Elicen Graia carina notat. Elicen scribit Hesiodus Calisto Lycaonis Arcadiæ regis filiam fuisse. Hanc studio venationis inductam, relicto patre, sese in sylvas contulisse, factamq; unà ex comitibus Dianæ, à qua quum mirificè amaretur, quodam die solam in sylvis inventam, à Iove compressam fuisse. Quod facinus quum aliquandiu celasset, tandem jussam tum cæteris virginibus lavari, timore, uteri crimen detexisse. Quamobrem indignatam deam, in Vrsæ effigiem eam commutasse, quę Græcis ἄρκτος appellatur: in ea specie non multò pòst filium peperisse, quem Arcada nominavit: à quo postea dicta est Arcadia Peloponnesi regio. ¶ Arctos, item Claudianus dixit pro illis qui Septentrionalem regionem inhabitant sub Arctis positam 4. Paneg. Atq; indignantes in jura redegerit Arctos. ¶ Ab Arcto oritur Arctous, Arcticus, & Antarcticus.

Arcticus, a, um, adject. [ἀρκτικός. Ger. *Der Nortspitz.* Ang. *Northward or northen.*] ut, Polus arcticus: hoc est, Septentrionalis, cui oppositus est Antarcticus polus: hoc est, Meridionalis.

Arctous, [ἀρκτῷος. Ang. *Northward or northen.*] pen. prod. adject. ab Arcto. Idem quod Septentrionalis. Mart. lib. 10. Fœlices quibus urna dedit spectare coruscum Solibus arctois, syderibusque ducem. ¶ Arctous orbis Lucan. li. 1. Arctoa sedes, & arctous polus, Seneca in Hercule Oetæo.

Arcturus, [ἀρκτοῦρος. Ger. *Der hell Stern des Wagenmanns.*] Stella in signo Bootæ post caudã majoris Vrsæ, cujus ortus & occasus tẽpestates facit: dictus Arcturus παρὰ τὴν τοῦ ἄρκτου οὐρὰν: hoc est, ab Vrsinæ caudę similitudine. Vir. 1. Geor. Atsi nõ fuerit tellus fœcũda sub ipsum Arcturũ, tenui sat erit suspẽdere sulco.

Arcula, Vide ARCA.

Arculata, Circuli qui è farina in sacrificiis fiebant. Festus.

Arcus, hujus arcus, quartæ tantùm declinationis, Instrumentũ est notum, è quo sagittæ emittuntur [קשת *kescheth.* τόξον. Gal. *Arc.* Ital. & Hisp. *Arco.* Ger. *Ein Bogen.* Belg. *Boghe.* Pol. *Luk.* Vng. *Iy.* Ang. *A bowe.*] Ovid. 1. Metam. Figat tuus omnia, Phœbe, Te meus arcus, ait. Cic. de Senect. Appius animũ intentum, tanquam arcũ habebat. Dictus est autẽ arcus ab arcendo, quòd eminùs arceat hostem, non comminùs propulset, quemadmodum ensis aut hasta. ¶ Est præterea Arcus, curvatura in ędificiis, quæ alio nomine Fornix appellatur. Ita dictus ab arcendo: hoc est, continendo, vel constringendo ædificio. [ψαλίς, κύρτωμα. Germ. *Ein Schwybogen oder Gewelb.* Belg. *Een Schwebboge / welfboge.* Pol. *Zas klepiens wobłak.* Vng. *Boltozat, bolt haytás.* Ang. *A vaulte in a building.*] Cic. Iam enim atriolum, & arcus duos absolverat. atq; in hac significatione in secundo ordine usus est Varro de vita pop. Rom. Eoque, *inquit*, pecuniã magnam consumpsisset, quod arci, quos summopere fecerat, fessi pondere diu facti, celeriter corruissent. Ex Nonio. ¶ Arcus item, sive (ut Nonio placet) Arquus, [ἶρις. Pol. *Tecza, dega.* Vng. *Szivarvany.* Ang. *The raynbowe.*] accipitur pro arcu cœlesti, quẽ pluvio tempore variis coloribus expressum in nubib. conspicimus. Hor. in Arte: Quũ flumen Rhenũ, aut pluvius describitur arcus. In hac autem significatione, etiam per secundam declinationem inflexum legitur. Cic. de Nat. Deor. Cur autem arci species in deorum numerum non reponitur? Ennius gen. fœminino protulit. Formatur autem arcus cœlestis hoc modo: Dum enim Sol in nubibus rarescentibus ex adverso refulserit, radiosque suos directa linea humori nubilo transfundens impresserit, fit repercussio splendoris ejus in nubibus, ex quibus fulgor emicans, arcus speciem format. Sicut enim impressa cera anuli imaginem exprimit, sic nubes ex adverso eo rotunditate Solis figuram sumentes, orbem efficiunt, & arcus effigiem fingunt. Apparet autem hoc non semper, sed quum rarescunt nubila cœli. Nam rursus quum coeunt in se nubes atq; densantur, confestim arcus forma resolvitur. In nubium enim densitate, arcus imperfecto gyro complectitur. Demq; sine Sole & nubibus nunquam apparet arcus. Quadricolor autem est, quia ex omnibus elementis in se rapit species. De cœlo enim trahit igneum colorem, de aquis purpureum, de aëre album, de terris colligit nigrum. Nonius hoc discrimen statuit inter Arcum, & Arquum, ut Arcus dicatur fornix suspensus: Arquus autem nonnisi qui in cœlo apparet, quem Irim poëtæ dixerunt. Vnde etiam Arquatos dictos vult, quibus color & oculi virent, quasi in arqui similitudinem. Verùm eam differentiam non usquequaq; observari, abundè magno illud est argumento quòd & arquatum dicimus pro camerato, & Arquites pro sagittariis.

Arculus, Diminutivum ab arcus, [τοξάριον. Germ. *Ein Bögtin.* Ang. *A litle bowe.*] à quo aliud diminutivum Arcellus. ¶ Arculus præterea teste Festo, dictus est Deus, qui tutelam gereret arcarum. Item Arculus, ut idem Festus testatur, dicebatur circulus, qui capiti imponebatur ad sustinenda commodiùs vasa, quæ ad sacra publica capite portabantur. Erat enim ritus apud Athenienses, postea ad alias quoq; nationes translatus, ut virgines nubiles Dianæ sacra capite gererent in canistris (unde Canephoræ, κανηφόροι, dictæ sunt) circulis quibusdam suppositis, ut firmiùs inhærerent: hoc ipso Dianæ fidem facientes, se virginitatis pertæsas cupere exautorari.

Arcuo, as, are, act. p. In modum arcus curvare. [כפף *chaphaph* קשף *achaph.* κυρτόω, καμπυλιάζειν, κυρτῶ. Gall. *Faire en voute, courber en forme d'arc.* Ital. *Piegar in modo d'arco, inarcare.* Germ. *Biegen / als ein Bogen krümmen.* Hisp. *Encorvar.* Pol. *Sklepie wobkak nakrywam.* Vng. *Meg hayltom.* Angl. *To bowe or crooke like a bowe, to mak lik a vaulte.*] Plin. li. 29 c. 6. Illam autem, quæ non arcuatur, Sepa Græci vocant, alii *Scolopendram.*

Arcuatus, a, um, partic. Curvatus in modum arcus. [כפוף *chaphuph.* κεκυρτωμένος. Gall. *Vouté, courbé en forme d'arc.* Ital. *Inarcato.* Ger. *Gebogen / gewelbt.* Belg. *Ghewelft / ghecrompt.* Hisp. *Encorvado.* Pol. *Sklepiony.* Vngar. *Bolt haytásos.* Angl. *Crooked lyke a bowe, vaulted.*] Liv. 1. ab Vrbe: Ad id sacrarium Flamines bigis curru arcuato vehi jussit. Plin. in Epist. Sicut initio tentatum erat arcuato opere. ¶ Dicitur etiam arcuatus, correptus ictero: hoc est, morbo regio: de quo vide infrà ARQVATVS.

Arcatus pro Arcuatus, apud Ovid. legitur 11. Metamorph. Iris & arcato cœlum curvamine signans.

Arcuatim, adverb. in modum arcus. [ἀγκυλοειδῶς, κυρτοειδῶς. Gall. *En façon d'arc.* Ital. *A foggia di arco.* Ger. *Bogechtig / wie ein Bogen.* Hisp. *A guisa de arco.* Pol. *Woblak sklepisto.* Vngar. *Iy moggyára.* Ang. *Efter the maner of a bowe, or vaulte.*] Plin. lib. 29. c. 6. Millepeda, ab aliis centipeda, aut multipeda dicta, animal est è vermib. terræ, pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tractuque contrahens sese.

Ardalides, vel Ardabotides, Musæ coluntur in Trœzene ab Ardalo quodam conditore aut à loco dictæ, Stephanus.

Ardea, æ, f. p. Avis quædã, quasi ardua, quoniã volãdo alta petit. [שלך *schalach.* ἐρωδιός. Gall. *Heron.* Ital. *Hierone.* Ger. *Ein Reiger.* Hisp. *Garca.* Pol. *Czapla.* Vng. *Gém.* Ang. *An heron.*] Virg. 1. Georg. atque altam supra volat ardea nubem. ¶ Hujus diminutivum est Ardeola. Ardearum tria genera ponuntur ab Aristotele, Leucon ab albedine dictum: Arestias à fulgore astrorum;

rum: & Pelos ab adverb. πέλας, quod propè significat, quoniam hoc tertium non ita altè volat.

Ardĕlio, Homo inquietus & huc atq; illuc semper volitās, saliens, & omnib. negotiis sese immiscens. [פזז σελκ. πολυπράγμων. Gall. *Qui de tout se mesle.* Ital. *Inquieto, che vorrebbe far ogni cosa.* Germ. Ein unrühiger Mensch/ der sich aller sachen underzeucht/ Hanß in allen Gassen. Hispan. *Hombre ligero, sin golgança, ò perdido por gestionar.* Pol. *Niecnoth, wszedibel.* Vngar. *Tsel-sapo.* Angl. *A man ter with meny thinges, a samaterer.*] Mart. ad Atta. Vis dicam quid sis, magnus es ardelio.

Ardĕo, ardes. n. f. arsi in præterito: arsum in supino, ardere Flagro, deflagro, cōflagro. [בער bahár פזז dalak. καίομαι, πυρέομαι. Gall. *Ardre, bruler.* Ital. *Ardere.* Ger. Brennen. Belg. Ic brand. Hisp. *Arder.* Pol. *Goram.* Vng. *Egek.* Angl. *To burne.*] Virg. 5. Aen. Namq; volans liquidis in nubib. arsit arūdo. ¶ Per translationē Ardere, ponitur pro ardēter seu impatienter amare, sive alicuius cupiditate, vel studio teneri: & sic modò cū accusativo modò cū ablativo cōstruitur. Vir. 2. Ecl. Corydō ardebat Alexin. Hor. in Epod. Non aliter Samio dicūt arsisse Batillo Anacreonta Teium. Cic. Quoniā nimio videndi te desiderio ardebā. Et cū infinitivo, Virg. patriæq; mori pro mœnib. ardent. Plin. Ardeo te videre. ¶ Interdū pro festinare, σπεύδειν: unde ardens pro festinante, ingenioso, acutoq; ponitur, q instar ignis omnia penetret: sicut è contrario Segnis dicitur tardus, quasi fine igne. Virg. 1. Aen. Instant ardentes Tyrii. ¶ Interdum pro fulgorem emitto, αἴθω. Idem 4. Aen. Tyrioq; ardebat murice læna. unde & ardens. αἴθων, pro fulgido, seu flammeo. ¶ Interdū furere vel irasci, ut apud eundem lib. 10. Proxima quæq; metit gladio, latumq; per agmen Ardens limitē agit ferro, te Turne superbū Cæde nova quærens. Huc pertinent illa, ardere bello, avaritia, cupiditate, cura dolore flagitio, iracūdia, invidia, &c. ¶ Ardere, activa significatione pro adurere. Vir. 4. Aen. ardebat Sirius Indos. ¶ Hujus composita sunt Exardeo, ἐκφλέγομαι Inardeo, & Perardeo, in quibus præpos. auget vim significationis.

Ardēsco, scis, ardens fio, iterum ardeo, ardorē concipio. [יקד jakádh בער bahár. φλέγομαι, ἀνάπτομαι. Gall. *S'allumer, s'embraser.* Ital. *Venenire ardente.* Ger. Brennend werden/ entbrünstig werden. Hisp. *Hazerse ardiente.* Pol. *Zapalam sie.* Vngar. *Hol gyulladok, egek.* Ang. *To be or waxe very hoat, or fierie.*] Virg. 1. Aeneid. Expleri mentem nequit, ardescitque tuendo. Inde Exardesco & Redardesco.

Ardens, nomen ex participio [בוער boher. φλογερός. Gall. *Ardent.* Ital. & Hisp. *Ardiente.* Germ. Brennend. Pol. *Goracy.* Vng. *Ego.* Ang. *Burning, very hoate.*] ut, ardentissimæ diei horæ, Plin. lib. 31. c. 3. Ardentissimus color, Plin. li. 21. c. 4. Addidére alii Melesiam, cujus sit ardentissimus color, i. fulgentissimus.

Ardenter, adverbium. [σφοδρῶς. Ang. *Earnestlie, fervently.*] Plin. lib. 32. cap. 19. Austros ibi tam ardenter flare, ut æstatibus sylvas accendant.

Arsūrus, participium futurum: Ovid. 14. Metam. Luridaque arsuro portabat membra pheretro.

Ardor, oris. m. t. Vehemens calor & incendium. [דלקת dalleketh. καῦσις. Gall. *Ardeur, vehemence, chaleur.* Ital. *Ardore.* German. Brunst/ grosse Hitz. Hisp. *Ardor, calor estraño.* Polon. *Zapalenie, goraczosc.* Vng. *Heu eg éges.* Ang. *Great heat.*] Cicer. 4. Academ. Fore tamen aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret. Plin. lib. 14. cap. 16. Singulare remedium habent ad refrigerandum in morbis corporum ardores.

Ardum veteres pro Aridum dicebant, inquit Nonius citans illud Lucilii ex lib. 27. Ardum miserrimum atque infelix lignum sambuchum vocat.

Ardŭus, a, um, Ascensu difficilis. [קשה kaschéh נשגב nisgbab. ὄρθιος, ἀνάντης. Gall. *Haut & mal aisé à atteindre.* Ital. *Arduo, alto, difficile, malagevole.* Germ. Hoch/ steinig/ schwer. Belg. Hooch/ swaer/ lastich. Hispan. *Alto y enriscado.* Pol. *Przykry do wstapienia.* Vng. *Nehez, gonos.* Ang. *High, which may not be easilie clammend or passed up.*] Ovid. 2. Metam. Ardua prima via est. ¶ Per metaphoram accipitur pro difficili, laborioso & molesto. Salust. in Catil. At mihi quidem tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem & autorem rerum, tamen in primis arduum videtur res gestas scribere. Quod verbum exponens Gell. lib. 4. cap. 15, inquit: Sed arduum Salust. non pro difficili tantùm, sed pro eo quoque ponit, quod Græci δυσχερὲς aut χαλεπὸν appellant, quod est, cum difficile, tum molestum quoq; & incommodum & intractabile. Plin. li. 2. cap. 46. Tam ardua inventu perquirere, inter bella præsertim & infida hospitia. ¶ Hinc nascitur proverbium: In arduis constanter agendum: quo admonemur, in arduis ac periculosis negotiis non esse præcipitandum consilium.

Ardŭĭtas, tis, f. t. Altitudo: [משגב misgbáb קשי keschi. ὑψηλότης. Gall. *Hauteur difficile à monter.* Ital. *Altezza.* Germ. Höhe. Hisp. *Altura arriscada.* Pol. Wyssokość. Vng. *Magasság meredek seg.* Ang. *Highnesse vneasinesse in climming.*] ut montium arduitas atque asperitas. Varro 1. de Re rust. c. 10.

Ārĕa, f. p. Propriè locus est ubi frumenta secta teruntur & arescunt, indeq; area dicta est. Ad hujus similitudinē locus in urbe purus sine ædificio area dicitur. Varro li. 4. de Lingua Lat. quē Græci ἅλωνα dicunt [גרן horen. ἅλως καὶ ἅλων. Gall. *Aire, place sans bastiment.* Ital. *Aia, piazza.* Ger. Ein ort/ oder platz ohn ein gebew/ dein hoffstatt. Bel. Een pleyn/ oft plaetse/ oft doe schuioer. Hisp. *Era.* Pol. *Gumno, powierzch placz albo miesce gole,* Vngar. *Szerw.* Ang. *The floore of an house, a plane or even place.*] Valla: Cāpus, est planities ampla & grandis, ideoq; spatiosæ platea areæve cāpi nomen accipiunt. Vnde Romæ campus Martius: Nam locus hujusmodi vocatur area. Cic. in Parad. Etenim si calidi isti rerum æstimatores, prata & areas quasdā magni æstimant, quòd ei generi quasi nocere nihil potest. Suetonius tamē in Cæsare, posuit Aream pro loco puro, accommodato foro extruendo, quum inquit: Forum de manubiis inchoavit, cuius area super sestertium millies cōstitit. Virg. li. 1. Georg. Area tum primū ingenti est æquanda cylindro. Colum. li. 3. Area quoq; si terrena erit, ut sit ad trituram satis habilis, primùm radatur. ¶ Proverbiali figura dicimus, In area latitas. ἐν ἅλῳ ὀρχοῦμαι. De eo qui in eo versatur negotio, ut nō possit nō esse conspicuus: aut qui sic latitat, ut à nemine tamē non conspiciatur: nam in area nullæ latebræ. ¶ Item Area, & per diminutionē Areola, est terra probè subacta, atque sata, seu serenda: quales sunt in hortis quadrata quædam & bene subacta, & coæquata spatia, in quæ mox semina jaciantur. Colum. Areæ sic informādæ sunt, ut facilè runcantium manus ad dimidiam partē latitudinis perveniant. ¶ Apud Geometras area sumitur pro spatio vacuo in aliqua figura, ut in triangulo, vel quadrāgulo. ¶ Item area morbus est capitis cum profluvio capillorum, ita dictus quòd areas quasdam: hoc est, loca capillis nuda in capite efficiat. Celsus lib. 6. c. 4. Areatū genera duo: commune utriq;, quod emortua summa pellicula, pili primùm extenuantur, deinde decidunt. Ea quæ ἀλωπεκία appellatur, sub qualibet figura dilatatur: sic & in capillo & in barba. Id verò quod à serpentis similitudine ὀφίασις appellatur, incipit ab occipitio, & duorum digitorū latitudinem non excedit. *Hac ille.* ¶ Area præterea à quibusdam nominatur species vel imago syderea claritatis, illustrata undiq;, quæ & ἅλως à Græcis dicitur: differens ab iride, quòd hæc adverso Sole appareat: area verò totum sydus ambitu suo cingat. Vide commentarium de Mundo, qui Arist. adscribitur.

Ārĕator, m. t. Qui aream purgat, & in ea frumentum triturat. [ἀλωεύς. Ger. Ein Trescher. Belg. Een Dorscher. Pol. *Mlocek.* Ang. *That wy eth the floore.*] Colum. lib. 2. c. 21. Atque hoc supremum aratoris emolumentum percipiendorum seminum, quæ terræ crediderat. Hæc Calepinus. Mea tamen sententia *Arators*, non *Areatoris* legendum est.

Ārĕŏla, diminutivum ab area. [ἀλώνιον. Pol. *Gumienko.* Angl. *A litle floore.*] Colum. lib. 6. Quum terram bene suberis, areolas facito. ¶ Aliter accipitur à Geometris, pro spatio scilicet in figuris vacuo inter lineas.

Ārēna, f. p. Tenuissimus pulvis & aridus, ideoq; ab ariditate deductum nomen quidam existimant. [חול chol. ἄμμος. Gall. *Sable, arene, sablon, graue.* Ital. *Arena.* Ger. Sand. Belg. Sant/ gruys. Hisp. *Arena.* Pol. *Piassek.* Vng. *Föveny.* Ang. *Sand, gravel.*] Caret enim omni humore, & succo, unde & plurimum aquæ ebibit: & ita sine aspiratione scribi debet. Nec quenquam movere debet, quòd Arena habeat primam brevē, Area verò productam, quum derivativa nō semper primitivorum naturā servent. Alii per aspirationem scribunt, voluntq; dici ab hærendo, quòd sibi invicem propter tenuitatem cohæreat: vel quòd cum calce partibus inhæreat, sicut in fabricis videmus. Ejus verò tres sunt species scilicet Fossilis, fluviatilis, & marina inter quas crassior, sabulum, ψάμμος nuncupatur. ¶ Litoris arenas furari proverbialiter dicitur, qui rem ab omnibus neglectam & incustodiam tollit. Ovid. de Arte amandi: Ille potest vacuo furari littore arenas, Vxorem stulti quisquis amare potest. ¶ Ex arena funiculum nectis, Ἐξ ἄμμου σχοινίον πλέκεις. In stultè frustraque conantem dicebatur: aut ubi quis ea connectere laboret quæ nequaquam cohæreant. In summa quadrabit in quidvis ἀδυνάτων καὶ ἀπόρων. ¶ Arena interdum terrā aridam significat, quæ est sicut arena Authore Servio. Virg. 1. Georg. Exiguus sterilem ne deserat humor arenam. ¶ Quandoq; Arena ponitur pro loco, in quo pugnabant gladiatores, quod locus ille arena & pulvere solet esse conspersus. Sueton. in Aug. Quodam autem muneris die Parthorum obsides tunc primùm missos, per arenam mediam ad spectaculum induxit. ¶ Hinc arenarii dicti sunt gladiatores, qui in arena depugnabant. ¶ Per translationem arenam dicimus, pro foro, quia illic sic depugnant actores causarum, ut in arena gladiatores digladiabantur. Seneca: Hoc ita habitum est, scholam quasi ludū esse, forum arenam. Hic Plin. Arenam suam appellat Centumviros: quoniam in judicio centumvirali certabat frequenter telis oratoriis. Hoc nomen licet rarò pluralem numerū habeat. Virg. tamen dixit: -quàm multæ Zephyro turbantur arenæ. ¶ Ab hac significatione oritur adagium: In sua ipsius arena: hoc est, in sua arte: neq; enim parum gladiatorum referebat nota an ignota dimicarent arena.

Ārēnācĕus, a, um, Quod ex arena est. [ἀμμώδης. Gal. *De sablon.* Ital. *Di arena.* Ger. Das von Sand ist/ sandechtig. Hisp. *Cosa de la materia de arena.* Pol. *Piaszczysty.* Ang. *Of sand.*] Plin. l. 17. c. 7. Est enim alba rufa, colūbina, argillacea, tophacea, arenacea. Idē l. 13. c. 15. Inveniuntur in corniculis cochlearū arenaceæ duritię.

Ārēnārĭus, a, um, Quod ad arenā pertinet: [ἀμμώνιος. Gal. *Appartenant à sablon.* Ital. *Pertinente à l'arena.* Germ. Das zu dem sand gehört. Hisp. *Cosa perteneciente à la arena.* Pol. *Piaszczysty.* Vng. *Fövenyes.* Ang. *That belongeth to sand.*] ut Iupiter arenarius, quem Græci Ammonem dicunt.

Ārēnārĭus, substantivū: [θηριομάχος. Pol. *Mecszuiaci sie zbestyami, mocarz.* Vngar. *Vadakkal vivo:*] bestiarius qui in arena

atque

atque amphitheatro cum bestiis depugnat: qui infamis Iurisconsultis ac satyris: Iulius Capitol. in Antonino: Tum sancti principis filius his moribus fuit, quibus nullus lanista, nullus scenicus, nullus arenarius, &c.

Arenariæ, arum, Arenæ fodinæ. [ψαμμωρυχεῖα. Gal. *Sablonnieres.* Ital. *Donde si cava l'arena.* Ger. Sandgrub. Hisp. *El lugar de donde se saca la arena.* Polon. Piasczyste dol. Vng. Föveny banya. Angl. *Sand pittes.*] Cicer. pro Cluentio: In arenariis quasdam extra portam Esquilinam productus occiditur. Varro: Neq; lapidicinæ, neq; arenariæ ad agriculturam pertinent.

Arenatus, ta, tum, Quod arena mixtum est: [ψαμμώδης. Ang. *Mingled with sand.*] ut Calx arenatus. Cato de Re rust. cap. 10. Postea cæmentis minutis & calce arenato, semipedem unumquodq; corium struito.

Arenatum, n. s. substantivè, pro eo quod ex arena factum est: sicut armoratum, quod ex marmore. [ἀμμοκονία, ψαμμωτὸν. Ang. *Morter made of lyme & sand.*] Vitru. Quæ autem tectorio fundata arenati & marmorati soliditate sunt. Varro de Re rustica: Vbi libraveris da glarea & calce, arenatum primo corio facito. Plinius: In Græcia tectoriis etiam arenatū quod ducturi sunt, priùs in mortario ligneis vectibus subigunt. Arenatum alio nomine *Intritum* vocamus: Barbari etiam *Mortarium*: nonnulli & cæmentum, sed perperam. Nam cæmenti appellatione lapides significantur impoliti, vel potiùs lapidum frusta, quæ arenato conjunguntur: ut latiùs docebimus suo loco.

Arenosus, sa, sum, Quòd arena abūdat. [ψαμμώδης, ψαμμώδης. Gal. *Sablonneux, plein de sable.* Ital. *Arenoso, pieno d'arena.* Germ. Voll Sand / sandechtig. Hisp. *Cosa llena de arena.* Polon. Piasczysti. Vngar. Fövenyes. Angl. *Full of sand or gravell.*] Plinius: Litus non arenosum, sed alga & fluviorum sordibus plenum. Virg. 4. Aen. Litus arenosum Libyæ.

Arenula, diminutivū ab arena. [ψαμμίδιον. Gall. *Menu sablon.* Ital. *Minuta sabbia.* Ger. Klein Sand. Hisp. *Arena delgada.* Pol. Piasseczek. Vng. Fövenyetske. Ang. *Small sand.*] Arena tenuissima. Plin. lib. 30. cap. 3. Arenulæ quæ inveniuntur in cornibus cochlearum, cavis dentium inditæ, statim liberant dolore.

Arenidum: id est, Furfurosum.

Areo, es, rui, n. s. Aridus sum. [יבש *jabesch* חרב *charab.* αὐαίνω. Gall *Se secher.* Ital *Essere secco.* Germ. Dürr seyn. Belg. Dor ben / oft droogh. Hisp. *Secarse.* Pol. Suchi iestem. Vng. Aszu vagyok. Ang. *To be drie.*] Plaut. in Rud. Vtinam fortuna nunc anatina uterer, ut cùm exissem ex aqua, arerem tamen Plin. lib. 13. cap. 4. In totum arentes Thebaides. Quidam hoc verbum ab ara deducunt, in qua, quæ Diis immolabantur, torreri solebant. Alii verò per contrarium sensum ἀπὸ τοῦ ἄρδειν, quod significat Irrigare, q aridum minimè fit irrigatū. ¶ Arere pro Sitire dixisse videtur Ovid. l. 2. de Remedio amoris: Tantalus in media garrulus aret aqua. ¶ Hujus composita sunt, Adareo, Exareo, Inareo, Obareo, Perareo, & Subareo: de quibus suis locis.

Arefacio, Aridū facio. [יבש *hochrib.* ξηραίνω, αὐαίνω, αὐαλέον ποιῶ. Gall. *Secher ou desecher quelque chose.* Ital *Seccare.* German. Dürr machen / dörren. Belg. Dorre maken / droogen. Hisp. *Secar otra cosa.* Pol. Susze. Vngar. *Meg aszalom.* Angl. *To make drie.*] Cato de Re rust. cap. 69. Postea amurcam eximito, & arefacito. Plin. lib. 13. cap 22. Quidam caulem incidunt per messes, & in ipsa excavant radice, quo succus confluat, arefactumque tollunt. ¶ Hujus passivum est Arefio, ξηραίνομαι, pro exiccor.

Aresco, scis, n. t. Aridus fio, viriditatem amitto. [יבש *jabesch* חרב *charab.* ξηραίνομαι, μαραίνομαι, αὐαίνομαι, ἰσχναίνομαι, ψύχομαι, αὐαλέος γίνομαι. Gall. *Devenir sec, se secher.* Ital. *Seccarsi.* Germ. Dürr und trocken werden. Hispan. *Hazerse seco.* Pol. Schne. Vng. *Meg aszok.* Angl. *To wax drie.*] Author ad Heren. lib. 2. Nihil lachryma citiùs arescit. Idem in part. Citò arescit lachryma, præsertim in alienis malis. ¶ Arescit in gemmas: Id est concrescit. Plin. lib. 8. cap. 38. Lyncum humor ita redditus glaciatur, arescitve in gemmas carbunculis similes. ¶ Hujus composita sunt Adaresco, Inaresco, Obaresco, Peraresco, Exaresco, sive Exareo, quorum significata vide suis locis.

Aridus, da, dum, pen. corr. Siccus, exiccatus, tenuis. [יבש *jabesch.* αὖος, ξηρὸς, σκελετὸς, ἀπεσκληκώς. Gall. *Sec, aride.* Ital. *Secco.* Germ. Das dürr ist / verdorret / ausgetruckt. Belg. Dorr / droogh. Hisp. *Seco, enxuto de toda humidad* Polon. *Suchy.* Vngar. *Aszu.* Angl. *Drie.*] ut, Fons aridus. Catull. Atqui corpora ficciora cornu, Aut si quid magis aridum est. ¶ Interdum ponitur pro puro & lucido. Plaut. in Rudent. Argento arido. ¶ Interdum pro horrifico, acuto, quum de sono loquimur: quia ea quæ arida sunt, quum frangi cœperint, nimium atq; horrificum sonum edunt. Virg. lib. 1. Georg. -& aridus altis Montibus audiri fragor. ¶ Plin. lib. 2. cap. 12. distinguit inter aridum & siccum, quum ait: Arida fint potiùs quàm ficca folia. Catullus non distinguit: nam ad Furium 20. Atqui (*inquit*) corpora ficciora cornu, Aut siquid magis aridum est habetis.

Ariditas, quæ & aritudo, f. t. Siccitas. [יבשה *jabschah.* αὐαρότης, ξηρασία, ξηρότης. Gall. *Secheresse.* Ital. *Aridità, siccità.* German. Dürre / Trückne. Belg. Dorheyt / drooghte. Hispan. *Secura.* Pol. Suchość. Vng. *Aszuság.* Angl. *Drynesse.*] Plin. lib. 11. cap. 35. Sitit enim araneus, & omnem humorem absorbens, ariditatem ampliat. Varro de Re rust. lib. 1. c. 12. Quòd & bestiolæ siquæ propè nascuntur, & inferuntur aut afflantur, aut aritudine citò pereunt.

Aritudo, pro parsimonia apud Plaut. in Rud. Qui semper servas gloriam aritudinis.

Arepennis, apud Gallos mansura est dimidij jugeri, qua illi agros suos metiuntur. Col. lib. 5. c. 1. Galli *Candetum* appellant in areis urbanis spatium centum pedum: in agrestibus autem pedum CL. quod aratores *Candetum* nominant, semijugerum quoque Arepennam vocant.

Arestum, [ἀρεστὸν. Pol. Zawczignienie, postanowienie. Angl. *An ordinance or law agreed vpon.*] Vnico r, Latinè sonat placitum, à verbo ἀρέσκω, placeo. Hinc factum est, ut sententiæ Præfecti prætorio, quæ appellatione rescindi non possunt, Aresta dicantur Budæus.

Aretalogus, pen. corr. [בדאי *badh.* ἀρεταλόγος. Gall. *Inventeur de moralitez, fat conteur, plaisanteur.* Ital. *Garrulo, loquace, ciarlatore, ciancia tore, avantatore.* Germ. Ein schwetzman / der sich seiner Tugent viel berümpt. Hispan. *Componedor de novelas fingidas, el que parla vanamente.* Pol. Chlubca, sam sobie wyssawiacacy. Vngar. *Kerkedékeny.* Angl. *He which speakeths many vaine wordes, vanteth much.*] Porphyrione teste, garrulus & loquax dicitur in ostentationem virtutis: unde nomen deducitur: ἀρετὴ enim virtus est, & λόγος sermo. Suet. in Aug. Frequentiùs aretalogos & festos, & solenneis, nonnunquam tantùm jocularitatem celebrabat. Iuv. Sat 15. risum fortasse quibusdam Moverat, ut mendax Aretalogus. ¶ Aretalogus etiā dicitur, qui in fingendis mendaciis auditores movet arte verborum. Sed nunc contra Porphyrionem ab ἀρέσκω placeo, fieret, ut sit Aretalogus, facetus, urbanus, qui; sermonis lepore oblectat auditores.

Arferia, æ, f. p. Aqua quæ inferis libabatur, seu vas vini, quod adhibebatur sacris, & à Fero deducitur. Festus.

Arganon, medicamentum, quo utebantur olim adversus elephantiasin. Autor Cels. Aurel. lib. 4. cap. 1.

Argema, atis, pen. brevi, n. t. [ἄργεμα. Pol. Bielmo na oczach.] Morbus est oculorum, quum scilicet elbidum quoddam ulcus oculi infestat circulum, quem *Iris* Græci dicunt, quod mali genus affine est illi, quod Latinis Albugo vocatur: Græcis etiam λεύκωμα. Plin. lib. 29. cap. 6. Eadem vis est in Gallinacei felle alligato ad argema & albugines. Apud eundem (nisi fortè vitiata sit lectio) legitur & Argema, æ, per primam nominū declinationem: ut lib. 20. cap. 5. Succo & cicatrices oculorum, & albugines, & argemas inunxére. Item cap. 9. lib. ejusdem: Folia trita cum oleo argema jumentorum sanant. Quibus tamen in locis nonnulli legunt *Argemos.* A Græcis certè ἄργεμα, ατος, & ἄργεμος, ου, indifferenter effertur.

Argemon, Herba est apud Plin. lib. 24. cap. 19. quæ Iuppa canaria dicitur.

Argemone, es, pen. prod. ἀργεμώνη, Herba est sylvestri papaveri omninò similis: ita dicta ab effectu, quòd oculorum albugines, quæ argemata appellantur, sanet. Vide Diosc. lib. 2. cap. 169. Plin. Argemoniam appellat. lib. 25. cap. 9.

Argentum, ti, n. s. Metallum est post eurum preciosissimum, quod gignitur (si chymistis credimus) ex argento vivo, & sulphure albo. [כסף *ceseph.* ἀργύριον, ὁ ἄργυρος. Gall. *Argent.* Ital. *Argento.* Germ. Silber. Belg. Silver. Hisp. *La plata.* Pol. Srzebro. Vng. *Ezüst.* Ang. *Sylver.*] Ejus spuma vulnera sanat, neq; sinit superfluas carneis excrescere, & sordes cordis mundificat. Argentum factum dicitur, quod elaboratum est, & in vasa, eliamve supellectilem fabricatum: Græci ἀργυρώματα appellant, Pomp. ff. de auro & argen. legato. Argento facto Q. Mutius ait, vasa argentea contineri, veluti trullas, parospides, pelves, & his similia. Huic contrerium est Argentum infectum: hoc est, rude & nondum laboratum. ¶ Argentum signatum: [Pol. Lieniadze.] ab eo dicitur pecunia argentea, quod signū principis, vel magistratus habeat impressum, ἀργύριον. Seneca 1. de Benefic. Libentiùs do, nabo argentū factum, quàm signatū. ¶ Interdum etiam Argentū absolutè positum lagimus pro argento facto, sive supellectili argentea. Plaut. Tu esto lectisterniator, tu argentum eluito. Cic. Quum essent triclinia strata, argentumq; expositum in ædibus. ¶ Item pro argento signato: hoc est, pecunia argentea. Terent. in Phorm. Emunxi argento senes. Idem in Heaut. Argentum cudo. ¶ Argentū primò signatum est anno Vrbis 585. Quinto Fabio consule, quinq; annis ante bellū Punicum primum. Notæ argenti bigæ & quadrigæ fuerunt, inde Bigati, & Quadrigati nūmi appellati sunt. Aureus verò nummus 60. anno post argenteum percussus est, in quo primò Cōsulum, deinde Imperatorū capita imprimi cœperunt, & ab iis sæpe nomina accepêre. Argenti venæ, ἀργυρίτιδες φλέβες. ¶ Argentum pustulatum, vide infra statim post dictionem Pustula. ¶ Argentum accepi, imperium vendidi. Plaut. proverbii quadam specie, in Asinaria dixit: Nihil hac sententia decantatius: Qui accipit beneficium, perdit libertatem. ¶ Argenti fontes loquuntur, ἀργύρου κρῆναι λαλοῦσι. Hoc adagio notabantur ii, qui stolidè quidē atq; indoctè, sed erroganter tamen & cōfidenter loquerentur, opibus videlicet suis freti. ¶ Argentum sublimatum nusquam apud antiquos reperiri traditum est: planè venenum est, quod semihora & minori spatio exedendo interficit. Nam omnia intrinseca, & præsertim præcordia valut ignis urit. ¶ Argentum rasile. Vellejus Paterculus Hist. 2. de Cæsare: Quinq; egit triumphos. Gallici apparatus ex Citro, Pontici ex Acantho, Alexandrini testudine, Africi ebore: Hispaniensis argento rasili constitit. Argentum viatorium, & argentum balneare: de quibus D. lib. 34. Tit. 2. l. 39. & 40.

Argentarium, Argētææ supellectilis instrumentū. [ἀργυροθήκη. Pol. Forma do mincy. Vngar. *Ezüst ijesztám tarto.*] Vlp. D. lib. 34. Tit.

24. Tit. 2. lib. 19. Vt in junctura argentea scio me dixisse, quod non in argentario paterfamilias reponebat.

Argentārĭŭs, rii, m. f. substantivè, Qui argenti exercet: hoc est, apud quem pecuniam deponimus, quam tempore locóve alio nobis reddat. [τραπεζίτης, ἀργυραμοιβός. Gall. *Banquier, changeur.* Ital. *Cassiere, banchiere.* Ger. Ein Wechßler. Belg. Een wisseler. Hispan. *Cambiado ò banquero publico.* Pol. Wechslarz, *zamieniacz pienniezy.* Vng. *Pénz váltó.* Angl. *A banker or a lender of money.*] Plaut. in Curcul. Habent hunc moram pleriq; argentarii, ut alius alium poscant, reddant memini. Eundem etiam Trapezitam & Mensarium appellamus. Idem ibidem: Ibi me interrogat, Ecquem in Epidauro trapezitam Lyconem noverim. Cic. pro Flacco: Civitas, in qua nummus nullus moveri potest, sina quinque Prætoribus, tribus Quæstoribus, quatuor Mensariis. ¶ Propriè autem Argentarii dicuntur (ut docet Iureconsf. ff. de eden.) majores mansarii, qui multorum pacunias acceptas custodiunt, quum opus fuerit, reddituri, & quorum officium atque ministerium publicam habet causam: hiq; rationes conficiunt Author ast Senaca, argantarios præesse publicis actionibus. Vide Budæi annotationes in Pandectas.

Argentārĭŭs, ria, rium, adjectivū, Quod est argenti, quod ad argentum pertinet. [ἀργύρεος, ἀργυρικός. Gall *D'argent, appartenant à argent.* Ital. *cosa d'argento, ouero ch' appartiene all' argento.* Germ. Das zum Sylber gehöre Hisp. *Cosa pertenesciente à la plata.* Pol. *Kstrzeprupzynalezacy.* Vngar. *Ezüsthöz tartozo.* Angl *Belonging to sylver, of sylver.*] Plin. lib. 33. c. 5. Laudationem eandem in ærariis matallis & proximam in argantariis fieri compertum est. Ratio argentaria: id est, pecuniaria. Cato de Re rust. cap. 2. Rationem putare argentariam, & frumentariam. ¶ Auxilium argantarium. Plaut. in Pseud. Spero alicunde hodie me bona opera, aut mala, tibi inventurū esse auxiliū argātariū.

Argentārĭă, riæ, f. p. Mensa, tabernáve argentarii, vel etiam officina, in qua argentum cuditur, aut præparatur. [ἀργυρεῖον ἀργυροκοπεῖον. Gall. *Boutique ou forge, ou on bat of forge l'argent.* Ital. *Banco, zecca, ò bottega doue se batte l'argento.* Germ. Wechselbanck/ oder ein Sylberschmitten. Hisp. *Plateria, ò la casa de la moneda.* Pol. *Hutawktorei strzebro odgenicia albo kuta, miencie.* Vngar. *Pénz veró hely.* Angl. *A bankers table or shoppe.*] Plaut. in Epid. Per myropolia & lanienas, circunque argentarias. ¶ Significat & Argentaria officium sau functionem argentarii. Vlpian. tit. da eden. Sed & quod solvi constituit argentarius, edere debet: nam & hoc ex argentaria venit. ¶ Argentariam facere val exercere, ἀργυροπρατικὴν ἐργάζεσθαι. Idem eodem titulo: Is etiam qui desiit argentariam facere, ad editionem compellitur, ubi argantariam exercuit.

Argentātŭs, ata, atum, Argento tectus. ἀργυρωτός. Gall. *Argenté, couuert ou vestu d'argent.* Ital *Coperto d'argento.* Germ. Vbersylbert. Hisp. *Cosa plateada por de fuera.* Pol. *Postrzebrzony* Vng. *Eszüstös.* Angl. *Couered with sylver, ouerlayde with sylver.*] Liv. 9. ab Vrb. Tunicæ auratis militibus versicolores, argentatis linteæ candidæ.

Argentĕŭs, a, um, Quod est ex argento: [ἀργύρεος. Gall. *D'argent* Ital. *Fatto d'argento.* Ger. Sylberin Belg. Silveren. Hispan. *Cosa hecha de materia de plata* Polon. *Strzebrny.* Vng. *Ezüstböl való.* Angl. *Made of sylver.*] ut Argenteus danarius, & argenteæ sphæræ, apud Plin. Argenteum solium, argenti splendorem referens, apud eundem lib. 16 cap. 18. Argentea amica, quæ argento vendita est. Plaut. in Pseud. Quid ego ex te audio? amicam tuam essa factam argenteam. ¶ Argenteis hastis pugnara, Ἀργυρέαις λόγχαις μάχεσθαι, dicuntur, qui quum negotiū alio pacto confici nequit, muneribus & largitione perficiunt. Nihil autem tam arduum, quod pecunia non explicetur. Ortam ajunt parœmiam ab oraculo quodam Apollinis qui Philippo regi consulenti, quo pacto posset victoria potiri, respondit ad hunc modum: Ἀργυρέαις λόγχαις μάχου, καὶ πάντα νικήσεις: id est, Argentais pugna telis, atq; omnia vinceas. ¶ Bos in quadra argentea. Βοῦς ἐπὶ πίνακος ἀργυροῦ. In eos qui personam sustinent, officium aliquod egregium pollicentem, nec ulli tamen sunt usui, nisi ad voluptatem aut fastum.

Argentōsŭs, Cui immistum ast argentum: [ἀργυρομιγής. Gall. *Plein d'argent, argenteux.* Ital. *Che tien d'argento.* German. Das mit Sylber vermischet ist. Hispan. *Cosa que esta mezclada con plata.* Pol *Miesjany z strzebrem, napeli z strz brem.* Vng. *Ezüsttel elegyest.* Ang. *Full of sylver, wherwith sylver is mingled.*] ut Aurum argentosum. Plin. lib 33. cap. 5. Ita ferruminatur aurum quod argentosum vocant.

Argentĭfŏdīnă, næ, Vbi foditur argentum, quam Argenti minam vocamus. [ἀργυρεῖον, ἀργυρωρυχεῖα. Gal. *Mine d'argent.* Ital. *Minera d'argento* Germ. Ein Sylbergrub. Hisp. *Minero de donde sacan plata.* Pol. *Gora gdzie strzebro biora.* Vng *Ezüst bánya.* Ang. *A sylver mine.*] Plin. lib. 33. cap. 6. Odor ex argentifodinis inimicus est omnibus animalibus, sad maximè canibus.

Argentŭm vīvum, n. f. Genus ast metalli liquidi, argentum colore, fluida verò consistentia aquam referens: unde & nomen accepit. ὑδράργυρος. Aristoteles ἄργυρος χυτὸς: hoc est, fusile, seu liquidum argentum vocat. [Gall *Vif argent.* Ital. *Argento vivo.* Ger Quecksylber Belg. Quicksilver. Hisp. *Azogue.* Pol. *Z.we strzebro.* Vng. *Kéneső* Ang. *Quicke sylver.*] Hujus duæ sunt species Nativum, seu Fossitium, & factitium, quod ex minio excoquitur. Vtrunq; Hydrargyros Dioscoridi dicitur. Plinius Hydrargyron ab argento vivo distinguit, quod fossile est & nativum Argentum vivum, quod ex minio purgatur, Hydrargyron appellans. Sic enim habet lib. 3. cap. 3. Aes inaurari argento vivo, aut certè hydrargyro legitimum erat, Vtraq; species pestilantem exhalat odorem, auramque planè exitialem.

Argentāngĭnă, Vocabulum est Latinum ex Græco ἀργυράγχη effictum: [Pol. *Nakazenie przez podarki.*] quo significatur angina ex argenti, hoc est, pecuniæ cupiditate proficiscens. Vnde Argentangina laborare dicuntur, qui pecunia corrupti reticent aa, quæ ad Reipublicæ commoda judicant pertinere. Vide infrà in dictiona ARGYRANCHE.

Argestēs, [ἀργέστης. Ital. *Vento di maestro.* Ger. Westwind von des Sommers niedergang her. Belg. Noortwessen / west Ang. *The North westwind.*] Ventus flans ab occasu æstivo, qui à Latinis Corus & Caurus dicitur. Plin. lib. 2. c. 47. Ab occasu æquinoctiali Favonius, ab occasu solstitiali Corus: Zephyrū & Agersten vocāt.

Argillă, f. p. Terra tanax, qua figuli utuntur ad facienda vasa. [חמר chomér. ἄργιλος. Gall. *Argille*, Ital. *Creta, terra.* Germ. Weich Erdreich/ weicher Leim oder Lett. Belg. Potarde. Hisp. *Barro ò argilla.* Pol. *Glina.* Vng. *Agyag.* Ang. *Potters claye.*] Cic. in Pisonam: Quid cessat hic homulus ex argilla & luto factus Epicureus? Horat. 2. Epist. - idoneus arti Cuilibet, & argilla quidvis imitabitur usu. Sunt qui unico l, scribant, quod etiam convenira videtur cum Græca origine: contrà tamen usus obtinuit.

Argillācĕŭs, a, um, Quod ex argilla ast, aut quod tenax est in modū argillæ. [ἀργιλλώδης. Gal. *Chose d'argille, ou gluant & prenant comme argille.* Ital. *Cosa fatta di creta.* Germ. Das auß Leim ist/ lettechtig/ Schlipfferechtig. Hisp. *Cosa de materia de barro.* Pol. *Glinasti sliuky.* Vng. *Agyagbol valo.* Ang. *Of potters claye.*] Plin. lib. 17. c. 7. Est enim alba terra, rufa, columbina, argillacea.

Argillōsŭs, a, um, Abundans argilla. [ἀργιλλώδης. Gall. *Argilleux, plein d'argille.* Ital. *Abundante di creta.* Germ Das lettechtig oder leimechtig ist. Hisp. *Pleno de barro.* Pol. *Glinpelny.* Vng. *Agyagos.* Angl. *Full of potters claye.*] Plin. lib. 22. c. 4. Sari nec pinguibus vult nec argillosis locis. Colles argillosi, Columella: Olea maximè collibus siccis, & argillosis gaudet.

Argion, Capillus Veneris, apud Diosc. lib. 4. cap. 157.

Argiros, Lincostis vel Mercurialis apud Diosc lib. 4. cap. 101.

Argis, is ἄργι, adverbialiter in loco. Plin. lib. 26. Argis etiam olea durate dicitur.

Argo, gener. fœmin. ἀργώ. Prima navis fuissa creditur, qua Iason, unà cum flore juventutis Græciæ, Colchida navigavit, vellusque aureum, à Medaa adjutus, in Græciam reportavit. Volunt autem hanc navem Argo appellatam ab Argo architecto, de quo Flaccus: - ad charum Tritonia devolat Argum, Moliri hunc puppim jubet, & demittere ferro Robora. Diodorus à velocitata dictam putat: nam ἀργὸς intar cætera significat velocem. Alii ab Argivis, qui in aa vecti fuerunt, malunt appellatam. Quod sentire videtur Cic lib. 1. Tuscul. quæst. quum ait: Et eas angustias, per quas penetravit ea, quæ est nominata Argo, quia Argivi in ea delecti viri vecti, petebant pallem inauratam arietis. ¶ Est & Argo signum cœleste, quod & Navis appellatur. Oritur pridia Idus Martii.

Argŏnaūtæ, ἀργοναῦται, Dicti sunt heroës illi, qui cum Iasone in Colchos profecti sunt, numero amplius quinquaginta: ex quibus præcipui fuère Castor & Pollux, Talamon, Orphaus, Herculas, & Hylas puer. Sic cognominati à navi qua navigaverunt. De his Orpheus lib. 1. & Apollonius in Catal. heroum, & Flacc. in Argon.

Argŭo, arguis, argui, argutum, n. t. Accuso, reprehendo. [מוכיח hochiach נתוכח hithvach. hach. ἐλέγχω. Gall. *Reprendre, conuaincre.* Ital. *Imputare, reprender, accusare.* Germ. Schelten/ straffen/ anklagen. Belg. Schelten oft straffen. Hisp. *Redarguir y reprender.* Pol. *Karze strofuie, popramuie.* Vng. *Meg feddöm* Angl. *To accuse, to rebuke.*] Et genitivo sæpiùs, quàm ablativo jungitur. Curtius: Orsinem modò avaritiæ, interdum & defectionis arguebat. Plaut. in Amphit. Et eccum video, qui ma miseram arguit stupri dedecoris. Si verò id quo quis arguitur non exprimitur, accusativum tantùm habet. Lact. lib. 3. Tui ergo te liberi arguunt. ¶ Interdum idem significat quod ostendere. Virgil. 4. Aeneid. Degeneres animos timor arguit. ¶ Arguere reum, est Demonstrare & argumentis probare ab eo commissum crimen. Vlpian. de Verb. signif. Indicasse reum est detulisse: Arguisse, accusasse & convicisse. ¶ Argui de crimine. Cicer. 2. de Inven. Negare oportebit de vita ejus & moribus quæri, sed de eo crimine quo de arguatur. ¶ Arguere pro vetare & prohibera dictum videtur ab Ovidio lib. 1. de Ponto, aleg. 7. Me quoque conantem gladio finire dolorem Arguit, injecta continuitq; manu. ¶ Aliquando in discrimen vocare, Festus: Argutum iri: id est, in discrimen vocari. ¶ Hujus composita sunt, Coarguo, & Redarguo. ¶ Sciendum est, quòd licet Arguo, Argutum supinum faciat, ex quo Argutus, participium tamen futuri temporis est Arguiturus. Salust. li 2. histor. Quos adversum multi ex Bithynia volentes occurrere, falsum filium arguituri. Nam, ut docet Priscianus, quædem sunt verba in utum supinum formantia, quorum participia futuri terminant in iturus, & verbalia in itio, ut argutum, arguiturus: Tutum, tuiturus: Sputum, spuiturus: Plutum, pluiturus, pluitio.

Argūtŭs, ta, tum, particip. passivum ab Arguo, Accusatus, reprahensus, ἐλεγχθείς. Plaut. in Pseud. Argutus malorum facinorum. ¶ Quandoque est nomen, idem significans quod subtilis & acutus. [חכם hacám, ὀξύς, ἀγχίνους. Gall. *Subtil, ingenieux.*

Ital.

Ital. *Arguto, sottile.* German Beschēiden/Spitzfündig/oder listig. Belg. Listich/Subtijl/Schalk Hispan. *Agudo, o ingenioso.* Polon. *Dowcipny, wikrętny.* Vngar. *Meg fedditis.* Ang. *Subtill, witie, ingenious.*] Plin. in Epist. Vitassem jamdudum, ne viderer argutior nisi proposuissem omnes angulos tecum epistola circuire ¶ Interdum significat canorus, resonans, λιγυρός: ut, Arguta hirundo, & arguti homines, qui multum & celeriter loquuntur. Virg. Eclog. 9: argutos interstrepere anser olores. ¶ Interdum exilis, brevis acutus. Idem lib 3 Georg. Argutumq; caput brevis alvus, obesaq; terga. Arguta exta, Quæ maxime declarant & ostendunt quid futurum sit. Cic. 2 de Divinat.

Argūtē, adverbiū, Subtiliter, acutè. Cic. pro Cecin. Si mihi acutè argutéq, responderis, Idem de Orat. De rebus difficillimis argutissimè disputare.

Argūtissimè, [Pol. *Subtilniusienko.* Vngar. *Igen fzöllen agrasfan.*] Gell lib. 11. cap. 5: Super qua re Phavorinus subtilissimè, argutissimeq; decem libros composuit.

Argūtŭlŭs, a, [μικρὸς, λογικώτερος. Ang. *Some what subtill, shrill.*] Diminutivum ad cōtemptum, & non blandiendi causa, ut Homunculus & Homulus.

Argūtĭæ, tiarum. f. p. Dicuntur acutè & malitiosè dicta vel facta. [חכמה *kesem.* σοφίσματα Gall. *Subtilitez & finesses, Sophisteries.* Ital. *Argutie, sottigliezze.* Germ. Klugr/beschēidene/spitzfündige wort oder werck. Belg. Doschheyt/spitsvinnicheyt/scherpsinnicheyt. Hispan. *Gracias sotilezas ò malicias.* Polon. *Dowcipki, wikretny.* Vngar. *Okorranfág.* Ang. *Subtill and sweete sayings or doings, pratie chatting.*] Plaut. in Mostel. Exi à culina, sis foris mastigia. Qui mihi inter patinas exhibes argutias. Cic. Sed nihil est quod illi non assequantur suis argutiis.

Argūtĭŏla, læ, diminutivum. Gell lib. 2. cap. 7: Argutiola quippe hæc frivola atque inanis est. λογιδάρια, σοφισμάτια.

Argūtŏr, taris, pen. prod. depon. p. ab Argutus fit, & significat procaciter loquor, teste Nonio. [פטפט *hochiach* פטפט *hithvachchah.* σοφίζομαι, λογίζομαι. Gall. *Iaser trop subtilement arguer.* Ital. *Parlare argutamente.* Germ. List und Spitzfündigkeit zu der red brauchen/schwetzen. Belg. Scherpsinnichlijck/subtijlijc. Hisp. *Parlar argutamente.* Polon. *Mowie wikretnie, subtelnie, wiegoce.* Vngar. *Okosan vanaszkodom.* Ang. *To chat pirtlie.*] Nævius: Quādoq; ad ludos venit, alii quum tacerent, totum diem argutatur, quasi cicada. ¶ Est & arguari, subsilire. Titinnius in Fullonia, ut citat idē Nonius: Terra hæc est nova, quasi ubi tu solitus argutari, pedibus cretam dum compescis, vestimentaq; lavas.

Argūto, as, λαλέω. Propertius: Illa mihi totis argutat noctibus ignes: id est, argutè objicit, aut (ut ait Budæus) imputat.

Argūtātĭo, f. t. Strepitus. [קול *kol* המולה *hamullah.* ψόφησις, λαλιά. Gall *Iaserie, caquet.* Ital. *Parlamento importuno.* German. Geschwetz. Hisp. *Hablar.* Polon. *Bergotanie.* Vng. *Tfokorgas.* Ang. *A quarelling, or chatting.*] Catul. Pulvinusque peræquè, & hic & ille Attritus, tremulique quassa lecti Argutatio, inambulatioq;. ¶ Cùm verò dicit Catullus: Tremulique quassa lecti argutatio, intelligitur crepitantis lecti quasi garrulitas, de qua Ovid. in 3. Amor. Spondaque lasciva mobilitate premat.

Argūtātŏr, oris, m. t. verbale. [מוכיח *mochiach.* σοφιστής, σοφιστής. Gall. *Iaseur, sophiste.* Ital. *Sophista.* Germ. Ein geschwetziger Gesell. Hispan. *El que mucho ò demasiado menos parla.* Pol. *Medrek, wegtsophista.* Vngar. *Okosrauász.* Angl. *A quereller, a chatter, that chattesh pearlie.*] Gell lib. 17. cap. 5: Processisset autem argutatori isti fortasse reprehensio. Argutatorem pro sophista argutulo, vel argumentatore accipit.

Argūmentum, n. f. [תוכחת *tochachath* השמה *hassumah.* ὑπόθεσις, πίστις. Gall. *Argument.* Ital. *Argumento.* Germ. Ein anzeigung/ein bewärung eines zweiffelhaffigen dings. Belg. Een Bewerijnghe/bewijsinghe. Hisp. *Argumento.* Pol. *Dowod, jecziprwaszliwy.* Vng. *Erosség, mama.* Ang. *An argument.*] Quint. Est ratio probationem præstans, qua colligitur aliud per aliud, & quæ quod est dubium, per id quod dubium non est, confirmat. ¶ Sumitur interdum etiam pro materia, quæ aliquo in opere tractatur: quā Græci ὑπόθεσιν vocant. Cic. Quoniam nullum scribendi argumentum mihi relictum. Sic dicimus Argumentum Comœdiæ, quod Græci *Periocham* vocant: id est, summā totius Comœdiæ, paucis versib. expressam. ¶ Interdū pro conjectura. Idē in Bat. Certissima argumēta atq; indicia sceleris. Idem a. Verrina: Quæ res pertenui nobis argumento indicioq; patefacta est ¶ Item pro sententia ab Arguo, pro demonstro. Cic. lib 3 Offic. Tabulæ verò novæ quid habent argumenti, nisi ut emas mea pecunia fundum? ¶ Argumentum præterea pro ingenioso artificio ponitur. Idem 6. Verr. Ex ebore diligentissimè perfecta erant ædificia in valvis. Sic alibi legimus Argumenta rotarum, & Argumentosa opera, pro ingeniosis. ¶ Argumentum, est ficta res, quæ tamen fieri potuit. Cic. de Invent. 1. Argumentum est probabile inventum ad faciendum fidem. Idem de Part. ¶ Argumentum est ratio, quæ rei dubiæ facit fidem. [Pol. *Dowod.* Vng. *Erősség.*] Cic. in Top. Ad probandum duplex est subjecta Oratori materies: una rerum earum quas non excogitat Orator, sed in re proposita ratione tractantur: ut tabulæ, testimonia, pacta, conventa quæstiones, leges, senatusconsulta, res judicatæ, decreta, responsa, & reliquæ si quæ sunt, quæ non ab Oratore præteruntur, sed ad Oratorē à causa atq; à reis deferuntur. Altera est quæ tota in disputatione & argumentatione Oratoris collocata est. Cic. in Orat. 1. Propriæ notæ argumentum quod nunquam aliter fit, certumque declarat, ut fumus ignē. Cic. in Part. ¶ Argumentum esse erroris alicuis id est, causam seu occasionem. Ovid 4. de Ponto, eleg. 15: Erroris nam tu vix est discernere nostri. Sic argumentum majus, an auxilium. Numerorū argumenta. Cic. pro Rab. Posth. Alexandriam nunc cognoscimus: illinc omnes præstigiæ, illinc omnes falaciæ, omnia denique ab his numerorum argumenta nata sunt.

Argūmentālis, Adjectivum, [ὑποθετικός, λογικώτερος Polon. *Dowodny.* Vngar. *Erősségből valo*] Ascon. Pædian. in Divinat Narrationem in Exordio multi admirantur hac reprehensione, sed non rectè: Est enim argumentalis narratio ad priorem divisionem.

Argūmentŏr, aris, d. p. argumentis ostendo vel probo, argumētis persequor. [הוכיח *hochiach* ויכוח *hith vachchah* ἐπιχειρέω, συλλογίζομαι. Gall *Argumenter, amener raisons pour prouver quelque chose.* Ital. *Argumentare.* German. Etwas mit guten anzeigungen und gründen bewären oder beweisen. Hispan. *Argumentar.* Pol *Dowodzę gruntownie że zwątpliwam, albo przewiadomam.* Vng *Okoskodom.* Ang. *To prove be argument, to prooue any thing by reasons.*] Cic. a. Verr. Nonne argumentamur quò ista pecunia pervenerit? Idē de Finib. 1: Sed & argumentandum, & acutatè disserendū, & rationib. cōquisitis de voluptate & dolore disputandū putant.

Argumentandi duo sunt genera: quorum alterum ad fidem directè spectat, alterum se inflectit ad motum Dirigitur, quum proposuit aliquid quod probaret, sumpsitque ea, quibus monstretur: atque his confirmatis, ad propositum sese retulit, atque conclusit. Illa autem altera argumentatio, quasi retrò & contrà prius sumit quæ vult, eaque confirmat. Deinde id quod proponendum fuit permotis animis jacet ad extremum.

Argūmentātĭo f. t. Est rei propositæ per argumenta probatio. [תוכחת *tochachath* השמה *hassumah* ἐπιχείρημα. Gall *Probation ou preuue par raison ou e mesure.* Ital. *Argumentatione* German. Bewärung/beweisung Hisp. *Argumento luengo.* Polon *Prowadzanie, dowodzenie.* Vngar *Okoskodás.* Ang. *Prooving be argument or reason.*] Autor ad Herenn. l. 1: Argumentationes, quas Græci ἐπιχειρήματα appellant. Cicer. 2. de Orat. Altera est, quæ tota in disputatione & argumentatione oratoris collocata est. Idem lib. 1. de Invent. definit hoc modo: Argumentatio, est inventum ex aliquo genere, rem aliquam, aut probabiliter ostendens, aut necessariò demonstrans. Vide plura in eodem lib.

Argumentationis vitia. Ipsum autem genus argumentationis vitiosum his de causis ostendetur. Si autem in ipso vitium erit, aut si non ad id quod instituitur, accommodabitur. Atque in ipso vitium erit, si omnino totū falsum erit, si commune, si vulgare, si leve, si remotum, si mala definitio, si controversum, si perspicuum, si non concessum, si turpe, si offensum, si contrarium, si inconstans, si adversum. Adversum est quod ipsi causæ aliqua ex parte officit, ut si quis hostium vim & copias, & felicitatem auget, quū ad pugnā milites hortetur. Commune est, quod nihilo magis ab adversariis quàm à nobis facit. Contrarium est, quod contra ea dicitur, quæ ii, qui audiunt fecerunt: ut si quis apud Alexandrum Macedonem, contra aliquem urbis expugnatorem diceret, nihil esse crudelius, quàm urbes diruere, quum ipse Alexander Thebas diruisset. Controversum est in quo ad dubium demonstrandum dubia causa adfertur. Definitionem malam vide in litera D suo ordine Falsum est, in quo perspicuum mendacium est. Inconstans, quod ab eodem de eadem re diversè dicitur: ut si quis dixerit qui virtutem habeat, eum nullius rei ad benè vivendum indigere: neget postea sine bona valetudine posse bene vivere: aut se amico adesse propter benevolentiam, sperare tamen aliquid commodi ad se perventurum. Leve est, quod aut post tempus dicitur: aut perspicuè rem turpem levi tegere vult defensione. Non concessum est, quum id quod agitur in controversia est: ut si quis quum Vlyssem accuset, in hoc maximè commoretur, indignum esse ab homine ignavissimo virum fortissimum, Ajacem necatum. Offensum est quod eorum qui audiunt, voluntatem lædit: ut si quis apud equites Romanos cupidos judicandi Cæpionis legem judiciariam laudet. Perspicuum est, de quo non est controversia, ut si quis quum Orestem accuset, planum faciat ab eo matrem esse occisam. Remotum est, quòd ultra quàm satis est petitur. Turpe, quod aut eo loco in quo dicitur, aut eo homine qui dicit, aut eo tempore quo dicitur, aut iis qui audiunt, aut ea de re qua agitur indignum propter inhonestam rem videtur. Vulgare est quod in aliam quoque rem non probabilem, si nunc concessum sit, transferri possit. Cic. 1. de Invent.

Argūmentōsus, sa, sum, Quod est factum magno argumento: hoc est, artificio. [ὑποθετικός. Gall. *Artificiel, ing n eu ement fait.* Ital. *Argomentoso, ingegnioso.* Germ. Das vil bewärung hat/Kunstreich. Hisp. *Lleno de argumentos, sutil.* Polon. *Naukipelny, dowodny.* Vngar. *Okosan efindiltatot.* Ang. *That is made craftelie, with ingine and skill.*] Quint. lib. 5. cap. 20: Vulgoque paulò numerosius opus dicitur argumentosum: id est, nimia argumentorum mole refertum. In picturis quoque argumentosa opera vocamus: id est, ingeniosa.

Argyranche, es, f. p. [ἀργυράγχη. German Die Mietsuchung/wann einem durch Mietgut Gaaben das Maul und Ohren gestopffet/ daß er vor demselbigen weder reden noch mehr hören kan. Polon. *Namajętne gardło, grosem*] A Græcis dicitur quam Latinorum quidā verbum ex verbo exprimentes, Argentanginam appellavēre, cujus vocabuli hæc traditur fuisse origo. Milesiorum legati Athenas

missi, quum Demostheoem postulatis suis magnopere adversari viderent: pecunia eum corrumpunt, ne quid in posterum commodis ipsorũ obsisteret. Postridie itaque, quum res denuò apud populum ageretur, Demosthenes collum fasciis obvolvit, anginaq; sese laborare simulavit. Qua re audita, quidam ex populo, cui fucus subolebat, nõ synanchen illam, sed argyranchen esse exclamavit. ¶ Hinc proverbio locus factus est, ut argyranche laborare dicantur, qui pecunia muti redditi sunt, eáque supprimunt, quæ ex reipublicæ usu esse noverunt.

Ărgўrăspĭdes, ἀργυράσπιδες, dicuntur qui argentea scuta ferunt. Sic Chrysaspides, ab aureis clypeis nominati. Lampr.

Argyritæ, arum, pen. prod. ἀργυρῖται, Agones quidam dicebantur ab argento, pecuniarióve præmio. Budæus.

Argyritis, spuma argenti. [קיפס sigh. ἀργυρῖτις. Gall. *Escume d'argent.* Ital. *Schiuma d'argento.* Ger. Sylberschaum. Belg. Lytharg yrum. Hisp. *Eschiuma de plata.* Pol. *Szyebrna piana.* Vngar. *Ezwst sayték.* Ang. *the drosse of sylner.*] Plin. l. 33. c. 6. Fit in iisdem metallis & quæ vocatur spuma argenti. Genera ejus tria: optima, quã chrysitin vocãt: secunda, quã argyritin: tertia, quã molybditin.

Argyrocopus, m. f. ἀργυροκόπος. Gall. *Changeur, ou qui cauure en argent.* Ital. *Banchiere, ò colui che intaglia l'argento.* Germ. Ein Wechßler/oder der das Sylber außsticht oder stempfft. Hisp. *Cambiador ò escultor y entallador de plata.* Polon. *Rzemiesnik, fstzeb emrobiacy.* Vngar. *Pénz válto.* Ang. *That worketh in sylner, a sylnersmyth.*] à Græcis appellatur numularius, campsor, vel ipse etiam argenti sculptor. παρὰ τὸ κόπτειν τὸν ἄργυρον: hoc est, ab incidendo argento.

Ărgўrŏlŏgŭs, m. f. [גזבר ghizbár. ἀργυρολόγος. Gall. *Thresorier.* Ital. *Camerlengo, Tesoriere.* Germ. Ein Seckelmeister / dem der Gemein Seckel befohlen ist. Hispan. *Contador mayor.* Pol. *Poborca al Skarbny ktori pospolit m grosziem skarbnie.* Vngar. *Kéntstarto.* Angl. *Threasurer, in sylner maister.*] à Græcis vocatur, quem Latini Quæstorem appellant, cujus officium est, ut argentum: hoc est, pecuniam colligat. & in ærarium, sive fiscum redigat.

Argyrodamas, m. t. ἀργυροδάμας, Lapillus argenti nitorem habens, ut adamas, de quo Plin. lib. 37. cap. 10. addubitat: sitne idem cum eo, quem Adenmaota vocant, quoniam impetus hominum & iracundias domat.

Argyrognomones, [ἀργυρογνώμονες. Gall. *Banquiers.* Ital. *Banchieri.* Germ. Wächßler. Hispan. *Los cambiadores.* Pol. *Pieniedzy przemieniacze.* Vng. *Pénz valto.* Ang. *Banqueurs, changer of money.*] Vocantur à Græcis pecuniæ permutatores, quos *Campsores* vulgò vocamus, quasi pecuniæ spectatores dicas. Budæus.

Aria, ἀρία, Arbor est apud Theophrastum, hyemis initio fructificans, materie tam dura, ut necesse sit, priùs quàm terebretur, aqua eam macerari.

Arianis, ἀριανίς, Herba ignei coloris, cuius tactu Magi tradunt ligna oleo peruncta accendi. Nascitur apud Arianos: quæ est Scythica gens, Gedrosis finitima, à quibus & nomen accepit. De hac Plin. lib. 24. cap. 18.

Arida, [ἔχιον. Gall. *Buglosse sauuage ou herbe à bone.* Ital. *Buglossa salvatica.* Germ. Wild Ochsenzung. Hispan. *Hierua de la biuora.* Pol. Wolowi iezik.] Herba est, quæ & Echium, & Alcibiadion dicitur, de qua Diosc. lib 4.

Ărĭēs, tis, pen. corr. m. t. Mas ovium, & dux gregis qui integer est: & tenetur ad generandam sobolem. [איל ail. κριός. Gall. *Mouton, Belier, belin.* Ital. *Montone.* Germ. Ein Wider. Belg. Een Hamel. Hispan. *Carnero.* Pol. *Baran.* Vng. *Kos.* Angl. *A ramme.*] Vervex vero, cui inversi vel adempti sunt testiculi. Ab ara dictus est aries, quòd aris imponi ad sacrificia soleret. Virg. 3. Eclog. Ipse aries etiã nunc vellera siccat. ¶ Arietem emittit, Ἄρνα ἀφίησι. In rixæ pugnæq; cupidũ dicebatur. Antiquitus enim bellum suscepturi, fæcialem mittebant, qui arietem adductum, in hostium fines immitteret: hoc significans pacto civitatem & agros illorum hostibus compascuos fore. Autor Diogenianus ¶ Aries cornibus lasciviens, κριὸς ἀσελγόκερως. Diogenianus ostendit convenire in magnos ac lascivos. Pruriunt cornua arietibus benè pastis. ¶ Arietis ministerium, κριοῦ διακονία. Suidas & Zenodotus sic referunt, quasi dici solitum de officio in ingratos collocato. Siquidem aries cornibus ferit pascentem Hesychius ita refert, quasi congruat in eos qui spe cujusvis præmioli inserviunt indignis. Quum pueros invitamus ad ministerium, pollicemur aliquid, puta talos aut nuces. ¶ A cujus similitudine bellica machina Aries appellatur. Veget. lib. 4. c. 14. Materia ac tabularis testudo contexitur, quæ ne flammis exuri possit, corio sive cicilio vestitur. Intrinsecus recipit trabẽ quæ si adunco præfigitur ferro, falx vocatur: ab eo quòd incurvata est, ut ex muris lapides extrahat. Si verò caput ipsius ferro tegitur, aries appellatur, quòd instar arietini capitis fieri soleret: vel quòd habet durissimã frontem, qua subruat muros: vel quòd more arietum retrocedit, ut vehementiùs feriat. Cæsar lib. 7. bell. Gall. Quod ab incendio lapis, & ab ariete materia defendit. Cic. 1. Offic. Quãvis murũ aries percusserit. Liv. 1. ab Vrb. Quũ effractis portis, stratisve ariete muris. Plin 7. c. 56. Et quũ qui nũc Aries appellatur, in muralib. machinis, Epeum ad Trojã ferunt invenisse. Eadem & Testudo dicitur, à similitudine naturæ testudinis: quia sicut illa modò reducit caput, modò profert, ita ejusmodi machina interdũ reducit caput, interdum effert ut vehementiùs feriat ¶ Est & Aries cœleste signũ primũ in Zodiaco. ¶ Aries etiam marinus piscis, sive marina bellua est: candore tantùm cornibus assimilatis. De hoc Plin. lib. 9. c. 44. Grassatur (inquit) aries, ut latro: & nunc grandium navium in salo stantium occultatus umbra, si quem nandi voluptas invitet, expectat: nunc elato extra aquam capite, piscantium cymbas speculatur, occultusq; adnatans emergit.

Ărĭĕtārĭŭs, ria, rium, Quod ad arietem pertinet, seu quod arietis habet similitudinem. κριώδης. Vitr. Constituebatur autem in ea arietaria machina.

Ărĭĕtīnŭs, na, num, pen. prod. Quod est ex ariete. [ὁ τοῦ κριοῦ. Gall. *De belier.* Ital. *Di montone.* German. Das von dem Wider ist. Belg. Hamelen. Hispan. *De carnero.* Pol. *Barany.* Vngar. *Az mi kosból valo.* Angl. *Of or like a ramme.*] Plin. Arietinum jecur ad id utile est.

Ărĭĕto, as, pen. corr. Percutio, dejicio. [נגח naghách נכה machà הפיל hippil. κυρίττω. Gall. *Heurter des cornes, cotir, ietter pas terre.* Ital. *Percuotere, cozzare.* Ger. Zu boden stossen wie ein Wider mit den hörneren. Belg. Ick stoote oft werpe daer neder. Hisp. *Dar en vayuen, ò topetar.* Pol. *Trikstam iako baran witoracam.* Vng. *Lőf öm.* Ang. *To jacke and cast to the ground, to strike with the ho nes.*] Tractum ab arietum similitudine, cujus firmissimũ caput & solidissima cornua faciunt, ut magno impetu quicquid objeceris, percutiant & dejiciant. Plaut. in Truc. Quis protervè nostras ædeis arietat? Id est, vehementer pulsat, quasi in modũ arietis bellici, locus Plautinus. Curtius: Macedo gladium cœperat stringere, quem occupatum cõplexu, pedibus repentè subductus Dioxippus arietavit in terrã. Id est, præcipitavit. Arietat in portã. Id est, ruit more arietis, bellici machinamenti. Servius apud Virg. lib. 12. Aen. ¶ Arietare, neutrũ, pro labascere. Senec. de Provid. Quę casus iocitat, sæpè turbari & citò arietare. Idem de Vita beata: Nihil pravi, nihil subiti superest, nihil in quo arietet aut labet.

Ărĭncă, Gallicum est vocabulum, quo, teste Plinio, significatur frumenti genus, quod Græci *Olyram*, Latini *Siliginem* vocant. [ὄλυρα. Ger. Welsch weitzen. Belg. Roomsche tarwe. Polon. *Zyto Rez.* Vng. *Rés.*] Vide Ruellium lib. 2. cap. 21.

Ariolus, & Ariolor, Vide Hariolus.

Ariolatio, [Pol. *Wieszcba.* Vng. *Iöven' ölés.*] Pro divinatione, ac vaticinio. Gell. lib. 12. cap. 18. At Cornelii Sacerdotis ariolatio levis tum quidem visa est, & vecors, sed magnæ mox admirationi fuit.

Arisaron, ἀρίσαρον, Herba est exigua, radicem habens olivæ magnitudine, majore acrimonia, quàm Aron. A Plinio Aris appellatur.

Ărĭstă, f. p. Extremæ spicæ partes, quæ ut acus tenues è grani gluma eminent, & frumentum ab avium minorum morsu tuentur. [שבלת sc abboleth. ἄθηρ, ἀθέριν, ἀθερίξ. Gall. *La barbe des espis de blè, ou l'espi.* Ital. *Spiga.* Germ. Das spitzlin an den ähern. Belg. Die Angel. Hisp. *Raspa.* Pol. *Osc zita.* Vngar. *Kalász.* Ang. *The beard of corne the eare of corne.*] Dicitur autem Arista ab ariditate, quod sit omnino arida. Cic. in Catone: Fundit frugem spicæ ordine structam, & contra avium minorum morsus munitur vallo aristarum. ¶ Apud Poëtas quandoq; accipitur pro ipso frumento. Virg. 1. Georg. Chaoniam pingui glandem mutavit arista. ¶ Nonnunquam etiam pro ipsa æstate. Idem 1. Eclog. Post aliquot mea regna videns, mirabor aristas: hoc est, post aliquot æstates, sive aliquot annos. ¶ Persius pro pilis posuit Satyr. 3. Alges quum excussit membris timor albus aristas. ¶ Aristas, odoratas, nardi spicas intelligit Stat. 3 Sylv. odoratas nec Arabs decerpsit aristas. Nam (ut inquit Plin. lib. 12. c. 11.) nardi cacumina in Aristas se spargunt.

Ărĭstŏcrătĭă, ἀριστοκρατία, Optimatum principatus, ubi optimates Remp. tractant: quasi τῶν ἀρίστων κράτησις, qualis etiam hodie est apud Venetos.

Ărĭstŏlŏchĭă, [ἀριστολοχία. Gall. *Aristologie, ou terre fine.* Ital. & Hisp. *Aristologia.* German. Runde Osterlucey/oder Holtzwurtz. Belg. Ronde ostruyte. Polon. *Kokornak*: aliis *Rast*: quibusdam *Smolnik.*] Plinio alterum fumariæ genus. [Vng. *Farkas alma.*] Herba est etiam hodie nomen servans: cujus duæ sunt species, alia longa, alia rotunda. Aurium sordes emundat, & cum melle mista, si in aures instillata fuerit, auditum juvat. ¶ Aristolochia Cretica, tertium ejus genus, radice longissima, flore purpureo, colore buxeo, baculas ferens ut capparis.

Aristophontes, ontis, ἀριστοφόντης, Quasi optimarum occisor.

Aristophorum, penult. corr. ἀριστοφόρον, Vas quo prandium defertur: Latinè discus. ἄριστον enim prandium dicitur, φορῶ, porto.

Ărĭthmētĭcă, f. p. ἀριθμητική. Numerorum scientia, quæ tractat de numeris & supputandi ratione. Hæc inter disciplinas Mathematicas prima esse dicitur, quoniam ipsa nulla alia indiget disciplina: Musica autem, & Geometria, & Astronomia istius auxilio egent. Plin. lib. 35. cap. 10. Sed primus in pictura omnibus literis eruditus, præcipuè Arithmeticè & Geometricé. Dicta Arithmetica, ἀπὸ τοῦ ἀριθμεῖν hoc est, à numerando.

Arithmus, ἀριθμός, Latinè numerus: inde Arithmetica.

Aritudo, Vide Areo.

Ārmă, n. f. ab armis dicuntur: id est humeris, à quibus dependent, ut inquit Festus: ut scutum, gladius, tela, & ea quibus præliamur. [כלים kelim. ὅπλα. Gall. *Armes armures, harnois.* Ital. *Armi, e arme.* Germ. Waffen / Gewehr und Harnisch. Belg. Wapen. Hisp. *Las armas para armar.* Pol. *Bron zbroia.* Vng. *Fegyver.* Ang. *Armour, harnes, weapons, all maner of instrumentes and tooles.*] Servius docet Arma esse, quę armos tegũnt. Varro ab arcẽdo Arma dicta existimat, quòd his arceamus hosteis: ut fustes, lapides, & hujus

& hujusmodi. Quidam à verbo Græco derivant, ἁρμόζειν: id est, convenire. Inutilia enim sunt arma, nisi ita quadrent corpori, ut neque ampliora sint, neque angustiora: ut neque corpus lædatur angustia, neque amplitudine impediatur. Sed revera non solùm hoc nomine bellica, sed etiam omnium ferè artium instrumenta intelliguntur. Vnde rusticorum arma vocamus, rastra, & ligones, & hujusmodi. Virgil. 1. Georg. Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma. ¶ Arma coquinaria, sunt, lebes, patella tripos, olla. Plautus: Quàm eleganter instructũ coquinatiis armis. ¶ Arma scholastica, stylus, pupillares libri, Plinius: Cujus arma erant, non venabulum, & lancea, sed stylus & pugillares. ¶ Nautarum quoque & pistorum instrumenta arma dicuntur. Virgil. lib. 5. Aeneid. Colligere arma jubet, validisque incumbere remis. Et lib. 1: cerealiaque arma Expediunt. ¶ Quandoque arma capiuntur pro bello, sicut toga pro pace: ut, Cedant arma togæ. ¶ Fraudes quoque & consilia, Arma dicuntur. Virg. 2. Aeneid. & quærere conscius arma. ¶ Omnibus armis præsidiisq; destitutus, proverbialiter dicitur qui prorsus omni caret auxilio, quod & indicabimus hoc versu, qui est Iliad. φ: Γυμνὸν ἄτερ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος, οὐδ' ἔχεν ἔγχος: id est, Et clypeo simul & galea nudatus & hasta. ¶ Bis interimitur qui suis armis perit. Mimus est proverbialis, incertũ cujus, Senecæ titulo celebratur, sed falsò hoc est, magis dolent incommoda quibus ipsi dedimus occasionem.

Armātūrā, f. p. Armandi genus & forma. [נשק nésche k ὁπλισμὸς, ὅπλα, πανοπλία σκεῦη. Gall. *Armure*. Ital. *Armatura*. German. Rüstung/waffen. Belg. Wapeninge. Hispan. *Armadura*. Polo. *Rynsztunek*. Vngar. *Fôl fegyuerkõdés*. Ang. *Armour, or arming, weaponing*.] Cic. Attic. li. 6. Haber autem cohortes, quadragenarias, nostra armatura xxx. id est, similibus, quibus nos armati, armis. Veget. l. 3. c. 14. Tertius ordo disponitur de armaturis velocissimis, de sagittariis juuenibus. Levis armatura, Cic. γυμνῆτες Thuc.

Armĭfĕr, a, um, Adjectivum, Arma ferens. ὁπλοφόρος. Silius lib. 6. Queis cedat toga, & armiferi gens sacra Quirini. ¶ Armifera dea, periphrasis Minervæ. Ovid. ad Liviam. ¶ Armiferum aurum Senec. in Medea.

Armĭgĕr, armigeri pen. cor. m. f. Substantivum, Qui lanceam, scutum, galeamque ferens, armatum equitem in prælio sequitur. [נושא כלים nosé chelim. ὁπλοφόρος, ὑπασπιστής. Gal. *Celui qui porte les armes apres un maistre*. Ital. *Scudiere di lancia, scudiero*. Germa. Ein Waffenträger/ein Trosbub. Belg. Wapendrager. Hisp. *Servidor que trae a mano el escudo*. Polo. *Giermek*. Vngar. *Fegyver hordozó*. Ang. *That beare h armour, or weapons, an esquier for the bodie of his master*.] Et planè apud antiquos Armigeri fuerunt summi viri, ut Patroclus fuit armiger Achillis, & Achates Aeneæ. Plin. libro 35. Pinxit Apelles Clytum equo ad bellum festinantem, & et galeam poscenti armigerum, porrigentem. ¶ Item Armiger, Adjectivum pro armifero, ut Armigera cohors, quæ fert arma. Silius lib. 10. Armiger Deus: id est Mars, apud eundem libro 7. Armiger equus: id est, indutus armis, Propert. lib. 3. eleg. 4. Iras armigeras dixit Statius, quòd facilè nobis arma suppeditent: nam (ut inquit Virg. li. 1. Aeneid.) furor arma ministrat.

Armĭgĕrā, æ, quæ arma gerit dominæ. Ovid. 3. Metam.

Armĭpŏtēns, om. t. Armis valens. [κρατερὸς, αἰχμητής. Gall. *Puissant en armes*. Ital. *Potente nell' armi*. German. Mächtig mit waffen. Hispan. *Poderoso en armas*. Polon. *Mocznу w rynsztunku, Oręzu mogący zdolacz*. Vngar. *Azkv fegyuerrel hatalmas*. Ang. *Valiant or mightie in armour, or weapons*.] Vnde Pallas sive Bellona, armipotens dicitur. Cicero, Antequam iret in exilium: Nam ego te Iupiter optime maxime, cujus nutu ac ditione sola terrarum gubernantur, teque particeps connubii, socia regni, regia Iuno, teque Tritonia armipotens, Gorgonia Pallas, Minerva. Virg. 2. Aen. Penelei dextra divæ armipotentis ad aram procumbit.

Armĭsŏnŭs, notæ significationis, ut Pallas armisona. Virgilius 3. Aeneid. tum numina sancta precamur Palladis armisonæ.

Armo, mas, act. p. Armis induo, seu munio. [נשק naschák. ὁπλίζω, Gal. *Armer, equiper*. Ital. *Armare*. German. Bewaffnen/wapnen/mit waffen anthun. Belg. Wapenen. Hispan. *Armar*. Polon. *Wybroie vbieram, Rysztunek tase*. Vngar. *Fôl fegyuerkõztetõm*. Ang. *To harnesse, to put on armour*.] Virg. l. 8. Aeneid. Tunc quoque fas nobis Teucros armare fuisset. Plancus ad Cic. Qui quidem quum in fraudem se deductũ videret, manus quas iustius in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est. Liv. lib. 2. de bello Pun. Itaque & muri reficiebantur, & propugnaculis armabantur. ¶ Armare ferrum veneno, pro eo quod est veneno ferrum tingere, ut præsentiùs vulneret. Virg. 9. Aen. ¶ Composita sunt, Dearmo, Exarmo, Obarmo, Perarmo; quorum significata vide suis locis.

Armātī, m. f. Dicuntur non solùm qui scutis telisq; parati sunt, sed etiam qui glebis aut saxis aut fustibus instructi. [נשק noschék. ὁπλῖται. Gall. *Armez*. Ital. *Armati*. German. Gewaffnete/die waffen antragen. Hispan. *Armados*. Pol. *Zbrojni, do potrzeby na gotowany*. Vngar. *Fegyuerbek*. Angl. *Furnished with armour or weapons, weapened, armed*.] Cic. pro Cecin. Armatos; si Latinè loqui volumus, quos appellare verè possumus? opinor eos qui scutis telisque parati ornatique sunt. Idem pro Domo sua: Incredibili armatus audacia. Idem 1. Philip. Quid legati egerint nondum scimus: at verò erecti, citati, armati animis esse debemus. ¶ Armatos Virgilius substantivè dixisse videtur pro Militibus: Arduus armatos mediis in mœnibus adstans Fundit equus.

Armātissĭmus, Superlativus. [Vng. *Igen fôl fegyuerkõzöt*.] Sen. l. 6. de Beneficentia c. 4. Tamen tàm par tibi sum, quàm multis armatissimis nudi aut leviter armati.

Armātŏr, m. t. ὁπλιστής, & Armatrix, verbalia sunt ab Armo, as.

Armātūs, hujus armatus, m. q. Idem quod armatura. [ὁπλισμός. Angl. *Armour, harnesse*.] Liv. 7. bell. Maced. Inde Neocretes ille & eodem armatu Cates & Cilices mille & quingenti: hoc est, paribus & similibus armis induti.

Armāmentā, n. s. omnis generis instrumenta, ut navis, planstri, belli. [כלים זיין kelé zajin, ὅπλα, ἐργαλεῖα, σκεύη. Gall. *Vtensiles & instrumens servans à quelque chose que ce soit*. Ital. *Munitione d'armi & cose simili*. German. Allerley Rüstung oder Werckzeug. Belg. Rüstinghe. Hispan. *Ayuntamiento de armas*. Polo. *Wszelakiey narzędzie do potrzeby*. Vngar. *Minden féle szerszam, fegyueri hadi szerszám*. Ang. *All kind of instrumentes*.] Colum. lib. 4. Nonnulli strenuè fabricant navigia, nec consummata perinde instruunt armamentis ministrisque. Dicuntur tamen etiam de aliis rebus. Nam Plinius etiam Vinitorum instrumenta armamenta vocat.

Armāmentārĭă, n. s. Navalia, loci, ubi armamenta, armaque servantur. [ὁπλοθήκη, σκευοθῆκαι. Gall. *Lieux où on serre toutes sortes d'utensiles*. Ital. *Luogo da riporre l'armi, luogo da munitione, arsenale*. Germa. Ein Zeughauß/ein ort da man allerley Rüstung zu dem Krieg behaltet/Harnischkamer. Belg. Tuychuyse/d wopenhuyse/daer bussen en ander geweeren inne staen. Hispan. *Almazen para guardar armas*. Polon. *Zbrojnica. Dom albo komora do chowania strzelby, albo zbroie*. Vngar. *Fegyuer tartó kely*. Ang. *Armouries or storehouses for ordinance, or shipes*.] Armamentum insigne Athenis Philon fabricavit, mille (teste Plinio) capax navium. Livius de bell. Maced. Conflagrarunt & horrea regia, armamentarium cũ ingenti apparatu machinarum, & tormentorum. Cic. pro Rab. Ex ædificiis armamentariisque publicis arma populo Rom. distributa sunt. Visitur etiam hodie amplissimum armamentarium Venetiis, quod illa sua lingua *Arsanale* vocant.

Armārĭum, rii, n. s. ab armis. Locus ubi cibaria, libri, vestes & similia reconduntur. [ארון arón ἀβάκιον. Gal. *Armoire*. Ital. *Armario*. Germ. Ein ort da man allerley ding hin behaltet/ein kensterlin/almergen. Belg. Schapprae/eenen amatie. Hispan. *Armario para guardar cosas*. Polonic. *Szafa; Almaria*. Vngaric. *Almáriom*. Ang. *A store house, or wher any thing is layed vp to be kepte*.] Plaut. in Capt. Cellas refregit omneis intus, reclusitque armarium. ¶ Armarium item machina ferro munita. Gel. li. 6. c. 4. Id, ubi Romæ cognitum est, nobilissimos Pœnorum captivos liberis Reguli à Senatu deditos, & ab iis in armario muricibus præfixo destitutos, eademque insomnia cruciatos interiisse. ¶ Hujus diminutivum est Armatiolum. ἀβάκιον, parvum armarium, Plautus in Truculent. Aut lectus dapsilis, aut armariola Græca.

Armĕntum, n. s. inquit Festus, id genus pecoris dicitur, quod est idoneum ad opus armorum: ut sunt, equi & boves. [בקר bekár. ἀγέλη. Gall. *Haras, troupeau de gros bestail*. Ital. *Armento*. German. Ein herd groß Vieh/als Ochsen und Roß. Belg. Dreft oft hoop groote Beesten. Hispan. *Ganado mayor, como buey ò cavallo*. Polon. *Trzoda. Stado bidla wielkiego iako wolow, kon, mulow, Oslow*. Vngar. *Tsorda*. Ang. *A heard of bigge cattel, as of horses, oxen, &c*.] Nam equis in bellum curritur, clypei verò boum coriis armantur. Varro autem boves, Armenta vocari voluit, quasi Aramenta, tertia litera sublata, quòd eorum præcipuè opera in arando agris utamur. Vnde Columell. libro 7: Iumenta & armenta nomen à re traxêre, quòd nostrum laborem vel onera subvectando vel arando juvarent. Propriè itaque Armenta boves dicuntur & equi: quamvis etiam alia majora animalia eo nomine dici possint: quanvis sint ad arãdum, aut ad gestanda arma inutilia. Nam cervi, qui ad hoc non sunt idonei, inter armenta computantur à Virgil. lib. 1. quum ait: hos tota armenta sequuntur. De hoc vide plura in dictione GREX. ¶ Dixerunt etiam antiqui, armenta, æ; in fœminino, ut annotavit Nonius ex Ennio, & Pacuvius. Ennius: ad armentas ipsius easdem. Pacuvius: Tu cutvifrõtes pascere armentas soles, ita enim scitè correxit hunc Nonii locum Scaliger.

Armĕntālĭs, le, Quòd ex armento, ἀγελαῖος, Virgil. 11. Aeneid. Hic natam in dumis interque horrentia lustra, Armẽtalis equæ mammis, & lacte ferino Nutribat teneris immulgens ubera labris.

Armĕntārĭŭs, tii m. l. Armẽti custos. [בוקר bokér. ἀγελάρχης. Gal. *Gardien de gros bestail, comme vacher, bouvier*. Ital. *Custode del armento*. Germ. Ein Viehirt/als Ochsenhirt/Kühirt. Roßhirt. Belg. Ossenwyer/Koewachter. Hispan. *Gardadero de ganado mayor*. Polo. *Skotarz, krowiarz, pastucha w zelakiego bydla wielkiego*. Vngar. *Tsordás*. Ang. *A heardman*.] Virg. l. 3. Georg. omnia se cum Armentarius Apher agit, tectumq; laremque. Lucret. l. 6. Præterea jam pastor, & armentarius omnis.

Armĕntōsŭs, Armentis abundans. [בוקד nokédh. ἀγελάδης. Gall. *Plein ou abondant en gros bestail*. Ital. *Ricco ò abondante di bestiami*. Germ. Viehreich. Hispan. *Lleno di ganado mayor*. Pol. *Obfity wbidlo*. Vng. *Barmos*. Ang. *Riche or abunding of bigge cattel*.] Gel. l. 11. c. 1: Quòd Italia tunc esset armentosissima.

Armentinus,na,num, Quod est ex armento. [ἀγελαῖος. Gall. Du troupeau de gros bestial. Ital. Cosa di armento. Germ. Das von dem grossen Vieh ist. Hispan. Cosa de aquel ganado. Pol. Stadny. Vng. Tehenes állat. Ang. Of a heard of bigge cattel. Plin. l. 28. cap 17: Fimi cervini, maxime subulonis, sed & bubuli: de armentinis loquar &c.

Armentitius,a,um, Armentinus Varr. lib. 2. de Re rust. cap. 10: In alimon. is armentitium pecus sic continendum.

Armillæ, arum, f.p. [צמידים tsamidim [illegible] Gall. Brasselets. Ital. Abbigliamentu militari, come braccialetti d'oro & simili. German. Armgold / Armbänder. Hispan. Manillas ò manyas del esfuerdo ò braço. Polon. Zausznice [illegible]. Vngar. Arany perecz. Ang. Braceletts.] Sunt ornamenta in circulorum modum, quæ viri militares ab Imperatoribus donata, in sinistris brachiis gerere consueverunt. Hæc Priscianus brachialia vocat: quemamodum Græci βραχιονιστῆρας. Dicuntur autem Armillæ ab armis, quod antiqui humeros cum brachiis armos vocabant: unde arma ab his dependentia armillæ sunt vocata. Liv. lib. 1: Additur fabulæ, quòd Sabini aureas armillas magni ponderis brachio lævo gemmatosq; magna specie annulos habuerunt. Quod Galli vulgò Blason, Budæus Armillam vocat. unde Armillati cursores, quos postas dicimus, videlicet quia id insigne gerunt, quod potest armilla aut sp[le]nter dici.

Armillatus, Dicitur qui armillas habet. [ψελλιοφόρος. Ang. Which weareth bracelettes.] Propert. Atque armillatos colla Molossa canes. ¶ Fuit & Armillatus nomen viri, qui sub Nerone & Domitiano vixit.

Armille, neutr. generis, Instrumentum, & apparatus versutiarum ab armis, pro dolis & fraudibus. Apuleius lib. 6: Ad armille redit.

Armillum, Vas vinarium in sacris ita dictum, quod ab armo: id est, humero deportaretur. Varro de vita pop. Rom. lib. 1: Etiam nunc pocula, quæ vocant Capulas, & Capides, quod est poculi genus: item armilium, quod est urceoli genus vinarii.

Armomantia, divinatio quæ fit in armis: hoc est, scapulis bestiarum.

Armon, Plin. lib. 19. c. 5: Raphani sylvestris genus Pontica lingua dici ostendit, quod Latini Armoracion, officinæ rapistrum vocant.

Armoracea ceæ, ἀρμορακία, teste Pallad. Agrestis Raphanus est. [Polon. Podgrzon. Vng. Repcze. Ang. A wil[d] radish.] Plin. Armoraciam vocat, sic scribens l. 19. cap. 5: Etiamnum unum sylvestre: Græci ἄγριον vocant, Pontici Armon, alii Leucen, nostri Armoracion, frondè copiosius, quàm corpore. ¶ Est & hoc nomine fluvius, qui de montibus Arabiæ descendens in stagnum Alphaltitem erumpit, dividens Moabitidem & Ammonitidem. Ioseph. l. 4.

Armus, mi, Humerus. [שכם schekem, ὦμος. Gall. L'espaule ou l'extremité d'icelle. Ital. Homero, spalla. German. Ein Schulteren/ein Spalm. Belg. Een schouder. Hispan. Espalda. Pol. Lopatka, plecz. Vngar. Czimer váll. Ang. The soulder of a beaste the pinnion of a bird, the soulder of a man.] Virg. l. 3. Georg. Densa juba & dextro jactata recumbit in armo. Differt tamen Armus ab humero. Nam humeri propriè eorum sunt, qui recti in cœlum spectant: unde homini soli humeros esse dicimus, Virgil. 1. Aen. O. humerosq; deo similis. Armi verò sunt brutorum (quamvis & de hominibus quandoq; dicantur) Horat. Satyr. 4: Fœcundi leporis sapiens sectabitur armos.

Arnabo, Vnguenti species apud Paulum & Aëtium, sed exoletum planè.

Arnoglossum, [ἀρνόγλωσσον. Gall. Plantain. Ital. Plantagine. Germ. Schafzung/wegerich. Hispan. Llanten. Pol. Psyjez[illegible]. Vngar. Vtifu. Ang. A plantayne, or waybred.] Latinè Lingua agni, vulgò Plantago dicitur: ἀρνὸς enim Græci agnum dicunt, γλῶσσαν linguam. Hæc alio nomine dicitur. Heptapleuron: id est, habens septem costas, nam in folio ejus sunt septem costæ. Sunt enim septem nervi instar costarum animalium. Vide Ruell. l. 1. c. 20. & l. 2. c. 58.

Aro, aras, n.p. Aratro proscindo. [חרש charásch, ἀρόω. Gall. Arer, labourer la terre. Ital. Arare. Germ. Ackern das Feld/zu acker gehen. Belg. Aerren/ackeren. Hisp. Arar y labrar la tierra. Polon. Orze. Vngar. Szántok. Ang. To tille, to plough, to husband the ground.] Plinius: In arando magnopere servandum est Catonis oraculum, Quid est primum? Agrum bene colere. Quid secundum? Bene arare. Quid tertium? Stercorare. Alienum arare fundum. ἀλλοτρίαν ἄρουραν ἀροῦν, proverbiali metaphora dictum est pro Alienum agere negotium, ac etiam alienis uxoribus habere rem. Plaut. Fundum alienum arat incultum, familiarem deserit: id est, alienas mulieres subagitat, uxorem suam deserit. ¶ Arare æquor, Navigare significat apud poëtas. Virg. 3. Aen. ¶ Arare littora, pro inanem operam sumere. Ovid. 5. epist. 23: Non profecturis littora bobus aras. ¶ Composita hujus verbi sunt, Dearo, Exaro, Peraro, Inaro, & Subaro.

Aratio, onis, f.t. Ipse arandi actus. [חרישה chérisch, ἄροσις. Gall. Labourage, labour. Ital. Aratione. German. Das ackern/die zu acker fahrung. Belg. Beldtering/die tiling/ploeginge. Hisp. Aquella obra de labrar la tierra. Polon. Oranie. Vngar. Szántás. Ang. Tilling, ploughing.] Plin. lib. 18. c. 10: Aratione per transversum iterata, occatio sequatur. ¶ Citra arationem citraque sementem quæ citra operam nostram casu nobis eveniunt, ἀνήροτα καὶ ἄσπαρτα contingere dicunt Græci. ¶ Nonnunquam sumitur pro ipso arvo seu agro culto. Nam (ut rectè inquit Val.) nomina quæ positionem habent in io, latiùs significare solent: nec actionem modò, sed rem etiam & corpus significant. Cicer. 5. Verr. Quum dederint Apronio quod poposcerit, relinquent arationes, relinquent larem familiarem suum? Plin. l. 27. c. 8. Nascitur in arationibus.

Aratiuncula, læ, f.p. diminutivum. [ἀρούριον. Gall. Petite terre labourable. petit labourage. Ital. Picciola terra da arare. German. Ein ackerbewle. Hispan. Pequenna tierra de arar. Pol. Oraninka. Vng. Szántócska. Ang. A small labouring or tilling.] Plautus in Trucul. Malè vortit res pecuaria mihi apud vos nunc vicissim volo habere aratiunculam pro copia apud vos. A. Non arvus hic, qui arari solea[t], sed pascuus est ager.

Arator, m.t. Qui arat. [חורש chorésch, ἀροτήρ. Gall. Laboureur de terre. Ital. Aratore. Germ. Ein Ackermann/einer der die acker eeret. Belg. Ploeger. Hisp. Gannan que ara la tierra. Polon. Oracz, ratay [illegible]. Vngar. Szántó. Ang. A tiller, or plougher.] Et sumitur tam pro bove, quàm pro homine bovem ducente. Plin. l. 18. c. 19: Arator nisi incurvus prævaricatur. Quod proverbii speciem habet: præcipit enim Plinius, ut arator arvum primùm rectis sulcis proscindat, mox & obliquis subigat. Id fieri vix potest, nisi toto corpore incumbat labori, unde & Virgilio dictus est curvus arator. Cæterùm prævaricari est à recto sulco divertere. Conveniet igitur in negotium, quod absque magnis sudoribus peragi non potest.

Arabilis, le, verbale, Quod arari potest. ἀρόσιμος. Plin. l. 17. c. 5. Cõtrà in Cyrenaico Africæ illum centena & quinquagesima fruge fertilem campum, nullis quum siccus est, arabilem tauris.

Aratro, as, pen. prod. sive Artro litera una per syncopen ablata, quasi arando itero. [ἀναπολεῖν. Gall. Labourer la terre pour la seconde fois. Ital. Sarchiare. Germ. Widerumb eeren. Hisp. Arroyar ò tornar à arar lo sembrado. Polon. Po[illegible]. Vng. Keverés, gezéles. Ang. To tille or plough over the second tyme.] Significat autem segetes jam natas rursus arando proscindere, quod impinguandi causa fit. Plin. lib. 18. c. 20: At illæ messes duplicatæ docuerunt, quod nunc vocant artrare: id est, aratrare, ut credo tunc dictum. Hoc fit vel incipiente calamo, quum jam bis bina vel terna emiserit folia.

Aratrum, tri, penult. prod. n.s. Instrumentum quo aratur: [כלי בקר cheliabbakar, ἄροτρον. Gall. Vne charrue, une araire. Ital. Aratro. Germ. Ein Pflug. Belg. Een Ploeg. Hisp. Arada para arar. Polon. Plug. Vng. Eke. Ang. A plough.] dictum ab Aro verbo, sicut à Lavo Lavacrum, & à Simulo Simulacrum. Virg. 7. Aen. Et terram centum vertebat aratris. ¶ Aratrum inducere, moris fuit Romanis quum urbem aliquam evertissent, ut eam funditùs delerent. Hinc Horat. lib. 1: Iræ altis urbibus ultimæ stetêre causæ Cur perirent funditùs, imprimeretque muris Hostile aratrum. Modest. lib. 21. quib. mod. ususfruct. amitt. Si ususfructus civitati legetur & aratrum in eam inducatur, civitas esse desinit. Ex Lexico Hotomani.

Aromata, n.t. [ἀρώματα. German. Specerey. Belg. Speceryen. Ang. Spices, as ginger, pepper, nutmeggs.] Sunt quæ vulgò speciæ dicuntur, vel alia etiam odoramenta. Colum. lib. 12. c. 20: Deinde quum videbitur mediocriter calere defrutum, reliqua aromata contusa, & cribrata paulatim inspergens.

Aromaticus, a, um, adject. ἀρωματικός. German. Das von wolgeschmackten Gewürz gemacht ist/oder ein guts geschmack darvon hat. Ang. Which smelleth or hath the smell of spices.] Odorem habens aromatum.

Aromatopola, [ἀρωματοπώλης. Gall. Espicier, vendeur de drogues. Ital. Aromatario. German. Ein Würtzkrämer / der Gewürtz von Specereyen verkaufft/ein Putenkrämer. Hisp. Especiero. Pol. Korzenny kramarz. Vngar. Paukás, [illegible] árúsó. Ang. A seller of spices, a grocer, a spicer.] Qui aromata vendit, quem nos Aromatarium dicimus.

Aromatites, ἀρωματίτης, Gemma, quæ in Arabia gignitur: ita dicta, quòd myrrhæ odorem habeat. Plin. l. 37. c. 10: Aromatites & ipsa in Arabia traditur gigni: sed & in Aegypto circa Pisas, ubique lapidosa, & myrrhæ coloris & odoris, ob hoc reginis frequentata. ¶ Est item Aromatites, vinum aromatibus conditum. [Ang. Hippocras wine.] Plin. lib. 4. cap. 13: Lautissima erant apud priscos vina myrrhæ odore condita. Ideo quidam aromatite delectatos maximè credunt. Hoc vini genus quo pacto confici soleat, docet Dioscor. l. 5.

Aron. [German. Schlangenkraut/ Aron/pfaffenpint. Belg. Papencullekens/calfsvoet.] Herba est è bulborum genere, teste Plin. lib. 19. cap. 5. scillæ proximum amplitudine, foliis lapathi, caule recto duorum cubitorum, baculi crassitudine, radice molliorìs naturæ, quæ & cruda editur. Folia quoq; ejus in aceto decocta manduntur. Officinæ corrupto, ut solent, nomine Iarum appellant. Quidam ex vulgo Pedem vituli, alii Serpentariam minorem vocant.

Aromen, sempervivum, apud Dioscorid. lib. 4. cap. 91.

Arquatus, a, um, sive Arcuatus, adjectivum ab Arcus. Dicitur quicquid arcus figuram ullo modo imitatur. [ἀγκυλωτός. Gall. Courbé en forme d'arc, voulté. Ital. Inarquato. Germ. Gebogen/gekrümmet. Hispan. Arcada, corvo arco. Pol. Sg[illegible], wobłak nachi lony. Vngar. Hogas [illegible]. Ang. Crooked or bowed, like a bowe, vaulted, made arched.] Ovid. 11. Metamorph. Dixit, & arquato cœlum curvamine signans. ¶ Vnde opera illa quibus aqua duci solet, Arquata dicuntur, quòd multis arcubus æqualiter distan-

distantibus fulciantur. ¶Arquatus morbus est, quem regium nominat, sic dictus à colore cœlestis arcus, quem poëtæ *Irim* vocant. Nam Antiqui per Q Arquus scribebant, quod nos per C, arcus. Celsus l.3.c.14: Aequè notus est morbus quem interdum arquatum, interdũ regium nominant Plin. li 2.c.24: Varro regium cognominatum morbum arquatum tradit, quoniam curetur mulso. Regius autem dicitur, ut ait Ovid. Molliter excelsa quoniam curetur in aula. ¶Dicuntur etiam Arquati, quos Græci ἰκτεριῶντας vocant, quòd vitentibus oculis arqui cœlestis colorem imitentur. Et dicimus Arquatum pecus, quod morbo icterico: id est, regio laborat. Colum. lib 7: Bilis æstivo tempore non minima pernicies, portione depellitur humanæ veteris urinæ, quæ ipsa remedio est etiam pecori.

Arquītēs, Dicebant antiqui ar[cu] præliantes, quos nunc sagittarios vocant. [קשׁשׁת *kaschschath*. τοξόται. Gall. *Archiers*. Ital. *Sagittari, arcieri*. Germ. Bogenschützen. Hispa *Archeros ò flecheros* Polon. *Kusacy*. Vngar. *Iyas, kezijyel vivo*. Angl. *Archers, shooters*.] Vide suprà in dictione Arcus.

Arrēptītĭūs, Qui à dæmone rapitur, qui etiam Abreptitius dicitur, μανιακός. Veteres Arreptitium dicebant larvatum, quasi à larvis arreptum. Petotus.

Arrēpto, as, are, Frequentativum ab arrepto, pro quo frequentiùs Adrepo usurparur. Plin. lib.35.c.10. Et item nobiles Bacchas arreptantibus Satyris.

Arrhă, rhæ. f p. & Arrhabo, onis, penult. corr. Id quod dari solet ad confirmationem contractus [ἀῤῥαβών. Gal. *Arres, denier à Dieu*. Ital. *Arra caparra* Germa Ein hafftgelt/ein Gotspfenning. Belg. Een gots penninck. Hispan. *Sennal de la compra*. Ital. *Swieto im kie, zadasek, dlapewnoscy*. Vngar. *Zálag, szent, miklós pénze*. Ang. *Earnest money at a bargayne making*] Plin. li. 33.cap. 1. Argumento est consuetudo vulgi, ad sponsiones etiamnum annulo exiliente, tracta ab eo tempore quo nondum erat arrha velocior. ¶Arrhabo, inquit Varro, Pecunia est sic data ut reliquum reddatur ¶Arrhabo pro Obsidibus. Gell. libro 17. cap 2. M. Cato in L. Veturium: Quum tantus (*inquit*) arrhabo penes Samnites Pop. Romani esset: Arrhabonem dixit, DC. obsides: & id maluit quàm pignus dicere: quoniam vis hujus vocabuli in ea sententia gravior, acriorque est. Sed nunc arrhabo in sordidis verbis haberi cœptus: ac multò rectiùs videtur arrha: quanquam arrham quoque sæpe veteres dixerint. *Hæc Gellius*. ¶Aliquando idem quod pignus. Terent. in Heaut. Reliquit filiam adolescentulam. Ea relicta huic arrhaboni est, pro illo argento. Hinc Arrho, rhas, à quo Subarrho, quod est arrhã facio. Ambrosius: Annulo suo subarrhavit me Dominus meus. ¶Est prætereà oppidum Arabiæ. Sunt & qui scribunt sine aspiratione.

Arrhă, id est, quod datur in emptione & venditione, in testimonium vel signum venditionis. Sunt & arrhæ sponsalitiæ, quas utrinq; sponsus & sponsa mutuò dant in signum contrahendi matrimonii.

Arrēstārē, [Germ. Verbieten/arrestieren] Vulgò est aliquẽ, vel sua bona per mandatũ iudicis impedire, ne moveatur à loco, donec conquirenti respõdeat. Arrestum prosequestio verbum quoque barbarum est.

Arrīdĕo, es, n.s. Ridendo applaudo, vel risu lætitiam ostendo. [שׂחק *achák* שׂחק *sachák*. προσγελάω. Gall *Rire à quelqu'vn, sousrire*. Ital. *Ridere verso alcuno*. German Anlachen/ frölichkeit mit dem lachen erzeigen Hispan. *Reir a la risa de otro que se rie*. Polon. *Vsjm echájsie*. Vngar. *Red mosolg, k, neu..ök*. Ang. *To laugh, ou myle v. ō.*] Cic. de Somn Scipio. Hic leniter arridens Scipio ¶Accipitur & pro placeo. Idem Attico: Inhibere illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementer displicet. ¶Arrideri & Derideri contraria. Cic de Opt. gen. Orat Quoniã nonnullorũ sermo jam increbuit, partim seipsos Atticè dicere, partim neminẽ nostrûm dicere: alteros negligamus. Satis enim his res ipsa respondet, quum aut non adhibeantur ad causas, aut adhibiti derideãtur. Nam si arrideantur, esset idipsum Atticorum.

Arrīsĭo, onis, f.t. Risus, applausus. Author. ad Heren.

Arrīsŏr, ris [Vng. *Tisofolo, neuető*.] Seneca Epist. 27. lib. 3: Suasit illi Satellitius Quadratus, stultorum divitum adrosor, & quod sequitur arrisor, & quod duobus his adjunctum est, derisor, ut Grammaticos haberet analectas.

Arrĭgo, is, penult. corr. arrexi, arrectum arrigere. Ex ad & rego compositum, Erigo [הקים *hekim* זקף *zakiph*. ἐγείρω, τείνομαι. Gal. *Dresser en haut*. Ital. *Arrizare, rizarsi*. German. Auffrichten/auffrecken. Hispan. *Enhestar lo caido*. Polon. *Podnoße, nadkladam*. Vng *Föl meresz töm, folbor szasztom*. Angl. *To lift vp, to applie the mynd to any thing*.] Virgil. 10. Aeneid. Comasque arrexit. ¶Arrigere aliquem, sive alicujus animum, per metaphoram. Salust. Eos non paulò Marius oratione sua arrexerat ¶Arrigere aures. Terent. in Andria: Arrige aures Pamphile. Virgil. Aeneid. 1. arrectisque auribus astant. Plautus Rud. Suo mihi hic sermone arrexit aures. Vnde proverbii loco à Diogeniano refertur: Auribus arrectis. Ὦτ' ἐν ὄρθῳ. Quadrat in illos, qui sitienter atque avidè auscultant quæ dicuntur, aut expectant, quid dicendum sit.

Arrēctŭs, Participium. Virgil 4. Aeneid. Arrectæq; horrore comæ [זקוף *zakúph*. ὀρθόρριχος, ὄρθιος. Gal. *Dressé, droit eslevé*. Ital. *[illegible]zato*. German. Auffgerichtet/ auffgereckt. Hispan. *Enhestado*. Polon *Wzniesiony*. Vngar. *Föl meresztetött*. Ang. *Lifted vp, which standeth euen lifted vp*.]

Arrēctārĭŭs adjectivum à participio Arrectus. [ὄρθιος. Angl. *Lifted vp, which standeth euen vp*.] Quod est arrectum. Vt aller arrectarius in cratitio pariete, qui arrectus est! sicut Transversarius, qui in transversum ponitur. Vitruv. lib. 2. c. 8: Etiam qui sunt in tectoriis operibus, rimas in iis faciunt arrectariorum & transversariorum dispositione.

Arrĭpĭo, is, act. t. Ad me repio, attraho, apprehendo, per vim adduco. [חטף *chataph* טרף *taraph*. ἁρπάζω, συναρπάζω. Gall *Empoigner rudement, ravir & prendre soudain*. Ital. *Tor per forza*. Germanic. Ergreiffen/erwüschen Hispa. *Arrebatar* Polo. *Por.wam*. Vngar. *El ragadom*. Ang. *To grippe and pluke or drawe to me through force*.] Cicero in Cato. Non cani, non rugæ repentè authoritatem arripere possunt, sed honestè acta superior ætas fructus capit authoritatis extremos. Idem pro Sext. Qui cognomen sibi ex aliorum imaginibus arripuit. Idem 2. de Natur. deor. Quærit apud Xenophontem Socrates, unde animam arripuerimus. Liv. lib. 1 Tum Tarquinius, necessitate jam cogente, ultima audere: ipse multò & ætate & viribus validior, medium arripit, elatumque è Curia in inferiorem partem per gradus dejicit. ¶Interdum ponitur pro subitò evado. Plautus in Curculione: Vix me foras arripui ¶Aliquando pro celeriter invado. Virg. 2. Aen. hanc arripe velis.

Arrōdŏ, dis, penult. prod. arrosi, Rodo, circumrodo. [כרסם *kirsem* אכל *achal* סביב *sabib*. κατατρώγω, περιτρώγω Gall *Ronger à l'entour*. Ital. *Rodere a canto* Germa Benagen/umbnagen. Hispan. *Mucho roer ò en derredor*. Polon. *Okessuie, ogladzam, ogrizam*. Vngar *El rágom*. Ang. *To gnawe on*.] Plin. lib. 11 cap 30: Semina arrosa condunt formicæ ne rursus in fruges exeant è terra. ¶Arrodere Rempublicam, per translationem. Cic. pro Sestio: Quoniam id etiã fatum civitatis fuit, ut illa ex vepreculis extracta nitedula Remp. niteretur arrodere.

Arrōgŏ, as, penult. corr act. p. Assumo, vendico, plus satis mihi tribuo. [לקח לנפשו *lachách lenafso*. ἀντιποιέομαι ἑαυτῷ, ἀλαζονεύομαι, αὐθαιρετίζω. Gall. *S'attribuer trop*. Ital. *Attribuirsi tropp*. Germa. Ihm selbs zumessen/ zu viel ihm selbs zuschreiben Belg Ich neme aen my/ick schrive my selve toe. Hispan *Attribuyr, e, ò attribuyr à si lo que no tiene*. Polon. *Przypuszßuie, przicz tanie sobie*. Vnga. *Magamnak tulay doniton*. Ang. *To attribute much, to him self, to clayme*.] Huic opponitur Derogo. Cic. pro Sextio Roscio: Non enim tantum mihi Derogo (tametsi nihil arrogo) ut te copiosiùs putem quã me, posse dicere Hieronymus in Prologo Esdræ: Interrogent Hebræos, & ipsis authoribus translationi meæ vel arrogent vel derogent fidem. Cic. 7. Philipp. Ego itaq; pacis (ut ita dicam) alumnus, qui quantuscunque sum (nihil enim mihi arrogo) sine pace civili certè non fuissem. ¶Ponitur aliquando pro adopto & filium facio. [לקח לבן *lakách liben* εἰς υἱοποιοῦμαι. Gall *Adopter & prendre à fils*. Ital. *Adottare uno per figliuolo* German. Einem zum kind oder haußgenossen auffnemmen. Hispan. *Adoptar el emancipado*. Polo. *Za dziecie przymuie*. Vngar *Fiammá fogadom hozzam vé xöm*. Ang *To adopte or tacke for his sone*.] Hinc fit arrogatio, quæ est quum quis voluntate & jussu populi asciscit sibi in locum filii eum, qui sui juris erat. Dicitur autem arrogatio, quòd & populus rogabatur vellétne eum qui arrogandus erat ita filium jure legeque esse adoptantis, atque si ex eo & ejus matrefam. natus esset. & præterea is qui arrogabatur, *&c* Vide Gell. l. 5. c. 19. ¶Arrogare Dictatorem consuli. Id est, præficere: Liv. 7. ab Vrbe: Inter cætera tristia ejus anni, cos. alter App. Claudius in ipso belli apparatu moritur, redierantq; res ad Camillum cui unico cos. vel ob aliam dignationem haud subjiciendam Dictaturæ, vel ob omen faustum ad Gallicum tumultum cognominis, Dictatorem arrogari haud satis decorum visum est Patribus.

Arrōgāns, Qui sibi temerè atque insolenter tribuit quæ in se nõ sunt, insolens. [גאה *gheéh*. ἀλαζών. Gall. *Arrogant, presomptueux, outrecuidé*. Ital *Arrogante, presumptuoso*. Germ. Vermessen/der viel auff ihm selbs haltet/stoltz Hispa. *Sobernio, El que se attribuye lo que nis ente ni merese*. Polo. *Harëy, nasbie sobie przypisuiacy*. Vngar. *Föl fualkodo, kevély* Ang. *Arrogant, presumptuous, p.ydefall*.] Cæsar 3. bell. Civ Statuerat enim hos priùs judicio populi debere restitui, quàm suo beneficio videri receptos: ne aut ingratus in ferenda gratia, aut arrogans in præripiendo populi beneficio videretur. Arist. in Ethicis: Arrogans præclara, & ea quæ non insunt, & majora quàm insint, sibi fingit. Dissimulator verò eut inesse sibi negat, aut imminuit. ¶Arrogãs minoribus: id est, erga inferiores. Tacit lib. 11: Adversus superiores tristi adulatione, arrogans minoribus inter partes difficilis.

Arrōgāntĭă, f. p. Vitium est, quum sibi aliquis in fortunæ aut animi bonis plus tribuit, quàm oportebat Superbia, insolentia. [גאוה *gheuáh*. ἀλαζονεία. Gall *Arrogance, presomption, outrecuidance* Ital. *Arrogantia, presumptione*. Germa Vermessenheit/ vbermütigkeit Hispan *Presumpcion y soberuia*. Polon. *Go nosi ß misßly wielkim o sobie ogromnimim, vpor na v misße*. Vngar. *Föl fualkodás, kevélység* Angl *Arrogancie, presumption, pride, clayming much to him self*.] Cæsar. 3. bell. Civil. Accidisse igitur his, quod plerunque hominibus nimia pertinacia atque arrogantia accidere solet, ut eò recurrant & id cupidissimè petant, quod paulò antè contempserant. Est autem arrogantia ferè idem quod superbia: hoc tamen interest, quòd superbia ex divitiis oritur, arrogantia autem in paupertate esse potest. Vide infrà vocem Superbia.

Arrōgāntĕr, Superbè. [ἀλαζονικῶς. [Gal. *Arrogamment, presomptueu-*

præsumptuosement. Ital. *Arrogantemente, presuntuosamente.* Germ. Ver-messentlich/ubermütiglich. Hispan. *Presumptuosa y sobervamente.* Polon. *Hardzie.* Vngar. *Kevélyen fel fualkodottol.* Ang. *Prydfullie, presumptuouslie.*] Adverbiū. Cic. 2. de Orat. Si asperè, si arroganter, si turpiter si sordidè, si quoquo animi vitio dictum esse aliquid videatur.

Arrhōstēmă, atis, n. t. vel Arrhostia, æ, f. p. [חלי choli. ἀῤῥωστία, ἀῤῥώστημα. Gal. *Maladie.* Ital. *Malatia.* Germa. Kranckheit. Hispa. *Enfermedad.* Polon. *Choroba, niemoc.* Vng. *Betegség.* Ang. *Sicknesse.*] Latinè ægrotatio, ab ἀῤῥωστία, ægroto. ¶ Arrhostos, ἄῤῥωστος, ægrotus. Cic. 4. Tusc. Deinde ægrotationes, quæ appellantur à Stoicis ἀῤῥωστήματα, hisque item oppositæ contrariæ offensiones.

Arrugia, æ, pen. corr. Cuniculus subterraneus, ex quo effoditur aurum. [χρυσωρυχεῖα. Gall. *Mine d'or, lieu sous terre d'où on tire l'or.* Ital. *Fossa donde si cava l'oro.* German. Goldgrub. Hispan. *Mina de donde se saca el oro.* Polon. *Gora zlota.* Vngar. *Bánya, arany banya.* Angl. *A goldmine.*] Vide Plin. li. 33. cap. 4.

Ars, f. t. [מלאכה molachah. דעת dahath. τέχνη. Gall. *Art, science, mestier, industrie.* Ital. & Hispa. *Arte.* Germ. Ein Kunst. Belg. Een conste. Polon. *Nauka, kunszt.* Vngar. *Mesterség.* Ang. *Craft, or art, occupation, a trade of liuing.*] Multipliciter dicitur. Nam quædam est ars, quæ in speculatione tantùm consistit, ut Astrologia: & hæc Theorice: id est, speculativa dicitur, nullum exigens actum, sed ipso rei, cujus studiū habet, intellectu contenta. Quędam in agendo, quæ actu perficitur: & Practice: id est, activa dicitur, ut saltatio. Quædam in effectu, quæ operis, quod oculis subjicitur, consummationem: id est finem accipit, qualis est pictura: & sic definitur: Ars est recta ratio rerum faciendarum. Dicta ars ἀπὸ τῆς ἀρετῆς: id est, à virtute, quam Græci uniuscujusq; scientiam vocant. ¶ Est etiam Ars, quæ constat ex præceptorum collectione, ab Arcto, ctas, quod arctis præceptis: id est, angustis & brevibus concludatur, ut est Ars Servii, Ars Donati, Ars Prisciani. ¶ Ars etiam astutia, sive fit in virtute, sive in vitio, dicitur, qua quis non facilè falli, sed magis alios fallere potest, quæ Græcè quoque dicitur τέχνη. Virgilius 2. Aeneid.-dolis instructus & arte Pelasga. ¶ Ab Ars fiunt composita, Iners, Solers, Artifex, & diminutivum Articula, τεχνύδριον. ¶ Caput artis est decere quid facias: quo utitur Quintil. lib. Institut. Orator. 11: Id usurpare licebit non solùm ubi quid fiet parum decorè, verùm etiam quum negabimus quibuslibet quidvis esse decorum. ¶ Duodecim artium, δωδεκαμήχανον, appellabant callidum, versutum, versipellem, vafrum ac variis instructum dolis. ¶ In dolio figularem artem discere, ἐν πίθῳ κεραμείαν μανθάνειν. De iis qui protinus maximis in rebus artificii sui capiunt experimentum, quum paulatim à minutis ad summa proficisci conveniat. Neq; enim figulus statim à dolio: id est, vase maximo artem auspicatur, sed à pusillis quibusdam vasculis, in quibus non fit grave dispendium, si quid secus accidat. ¶ Quam quisque norit artem, in hac se exerceat. Locus est Cicer. Tusc. Quæst. lib. 1. quo admonemur, ut quarum rerum sumus periti, in his duntaxat disputandis tractandisque versemur: quarū verò sumus rudes, eas doctioribus concedamus, neque professionem alienam nobis vindicemus, neque in messem alienam mittamus falcem, néve sutores ultra crepidam judicemus. ¶ Ars ipsa inopiæ portus est mortalibus, λιμὴν ἀτυχίας ἐστὶν ἀνθρώποις τέχνη: hoc est, unicum confugium in egestate est ars. ¶ Simile huic est, Artem quævis alit terra, τὴν τέχνην πᾶσα γαῖα τρέφει. Quo significatum est, certissimum viaticum esse eruditionem aut artificium aliquod.

Ars est similium comprehensionum congeries, quæ ad finem quendam vitę commodum referri possunt. Vel sic: Ars est comprehensionum similium adjectio, quæ ad finem unum referuntur. Galen de Definit.

Ars, earum rerum est, quæ sciuntur. Cic. 2. de Orat.

Ars medica, ab Hippocr. in lib. de Arte, sic definitur, medicinam hoc nomine appellante, ut si quæ à morbis & ægritudinibus liberat affectos, & laborantes graviter, & vehementiores morborum impetus sedat & ne malefactis admoliamur, monet sciences. hæc omnia medicinam præstare posse. Sunt & alii non pauci, qui sic definierunt: Medicina est ars non minus sanitati juvandæ, atque morbis sanandis accommoda. Galen. de Definit.

Artĭfēx, om. t. qui artem aliquā exercet, aut novit: dictus quòd arte quippiam faciat. [אומן omàn. δημιουργὸς, τεχνίτης Gal. *Ouvrier.* Ital. *Artefice.* Germ. Ein Künstler/ein Handtwercks man. Hispan. *Hazedor de alguna arte ò obra.* Polon. *Mistrz, rzemiesnik.* Vngar. *Mester ember.* Angl. *A craftisman, or workman.*] Cic. 4. Acad Q. m si subtraxeris, qui distingues artificem ab inscio? Quintil li. 2. c. 14. Artifex est, qui percipit artem. Festus: Artifex dicti, quod scientiam suam per artus exercent, sive quòd aptè opera inter se arctent, qua ex causa etiam artes appellatæ sunt. ¶ Dicendi artifices & doctores Græci. Cic. 1. de Orat. Artifex statuarum, Quintil. l. 5. c. 12.

Artĭfĭcium, n. s. Ars & scientia. [מלאכה melachah. דעת dahath. τέχνη. Gal. *Artifice, finesse, r. se* Ital. *Artificio.* Germa. Ein Kunst/ein Handtwerck. Belg. Handtwerckinge. Hispan. *Arte para hazer alguna cosa.* Polon. *Rzemiosło, nauka, kunszt, sztuka.* Vngar. *Mesterség.* Ang. *Trade or occupation, deceit, guile.*] Cæs. 7. bell. Gall Neque acie vicisse Romanos, sed artificio quodam, & scientia oppugnationis. Cic. pro Cluent. Nisi forte hæc causa est, quòd ne dici nihil præter artificium oratores etiam autoritatem præstare debent. ¶ Artificium pro fraude dolo. Cic. Art. Quorum artificiis effectum est, ut Respublica in hunc statum perveniret. Idem 4. Verr. Audit hæc etiam Verres, & primo illo suo leviore artificio Heraclitum aggredi conatur.

Artĭfĭciōsŭs, a, um, Plenus artificio. [ἔντεχνος. Gall. *Artificieux, ingenieux, fait de main de maistre.* Ital. *Artificioso.* Germ. Kunstreich. Hispan. *Cosa mucho hecha por arte.* Polon. *Pelni kunsztow, misterny.* Vngar. *Mesterséges.* Ang. *Ingenious, craftie, cuninglie made.*] Cicer. de Finib. Epicurus autem, ut opinor, nec non vult, si possit, planè & apertè loqui, nec de re obscura, ut Physici, aut artificiosa, ut Mathematici, &c. Sic artificiosa eloquentia, apud eundem de Inventione. ¶ Dicitur, & Artificiosus, qui aliquid arte facit. Cic. 2. de Nat. deor. Zeno igitur naturam ita definit, ut eam dicat esse ignem artificiosum ad gignendum.

Artĭfĭciōsē, adverbium. [τεχνικῶς. Gal. *Artificieusement, auec art.* Ital. *Artificiosamente, ingeniosamente.* German. Künstlich/mit kunst. Belg. Constelijck. Hispan. *Artificialmente.* Polon. *Mysternie, kunsztownie.* Vng. *Mesterségessen.* Ang. *Skilfullie, cuninglie, made ingeniouslie, workmanlie.*] Cic. de Orat. Nulli fuerunt, qui illa artificiosè digesta, generatim componerent.

Artĭfĭciālis, le. om. t. Quod arte factum est. [τεχνικός. Gal. *Fait d'art artificiel.* Ital. *Artificiale.* Germa. Künstlich/das mit Kunst gemachet ist. Belg. Constelijck/oft met conste gemaeckt. Hispan. *Cosa que se haze ò que se puede hazer por arte.* Pol *Ktory misternie y uczyniona.* Vng. *Mesterséggel tsinált.* Angl. *Artificiall, made by art and skill.*] Hujus compositum, & antitheton est Inartificialis, Qui arte caret, ἄτεχνος. Quint. lib. 5. c. 5. Aliis probationibus æque inartificialibus solvitur.

Artĭfĭciālĭtēr, adverbium, Artificiosè, τεχνικῶς, cui opponitur Inartificialiter, ἀτέχνως: hoc est, sine arte. Idem l. 2. c. 18: Sed nec illa omittenda sunt, qua in re alius se inartificialiter, alius artificialiter gerat.

Artītūs, pen. prod. Dicitur bonis artibus instructus, Fest.

Arsacus, ramus, cancri.

Arsela, Argemonis species secunda.

Arsemanthon, glichon vel pulegium apud Dioscorid. libro 3. cap. 34.

Arsĕnĭcum, ei, [ἀρσενικόν. Gal. *Orpin, arsenic.* Ital. *Arsenico, orpimento.* German. Arsenic/Reuschgelb/Operment. Belg. Rattecruyt/Operment. Hisp. *Oropimente.* Polo. *Auripigment.* Vng. *Aranyglét, arady szin.* Angl. *Arsenike, colour called orpin.*] Genus est coloris lutei, quòd à Plinio auripigmentum vocatur, eò quòd in picturis auri colorem referat. Duo ejus sunt genera, nativum, & factitium. Nativum rursus est duplex, alterum crustosum & in squamas scissile, aureo colore micans, nullique materię permistum. Hoc à nonnullis vocatur foliatum. Hujus generis magnam vim Cajus princeps auri avidissimus, excoqui jussit, & fecit planè aureum excellens, sed tam exiguum, ut detrimentum sentiret. Alterum genus glandis effigie, pallidius, & colore sandaracham referens. Hoc ignobilius est, nullumque ex eo excoquitur aurum. Sæpe in eadem invenitur gleba cum sandaracha: à qua solo colore differt & coctione, vim alioqui eandem habens. Ex hac specie fit Arsenicum factitium: quod quo pacto fiat, vide apud Diosc. l. 5.

Arsenocœtas, ἀρσενοκοίτας, Græci vocant pueros concubinos, catamitos.

Arsĕnŏgŏnŏn, ἀρσενόγονον, Herba ferens semen testibus simile: ita dicta quòd vino, in quo macerata est, epoto, mares generari credantur, quemadmodum Thelygono fœminæ. Autor Plin. li 26. c. ult.

Arsĭs, f. t. [ἄρσις, Latinè vocis elevatio: sicut & θέσις positio vocis: ut, Arma: ar, elevatio est: ma, positio. In his duobus per divisionem pedes legitimi colliguntur.

Arseverse, Averte ignem significat, Tuscorum enim lingua Arse, averte, Verse ignem constat appellari. Vnde Afranius ait: Inscribat aliquis in ostro arse. Festus.

Artaba, æ, sive Artabe, es, ἀρτάβη, Mensura est frumentaria apud Persas capiens Atticum medimnum, & chœnicas tres. Author Herodot. lib. 1.

Artemisia, f. p. herba insignis, absinthii modo fruticosa, majoribus foliis, pinguioribusque: cujus duo sunt genera, alterum latioribus foliis, alterum minoribus & tenerioribus, non nisi in locis maritimis nascens. [Gal. *Armoise* Ital. *Artemisia.* German. Beyfuss/Bücken/S. Johannes Gürtel Belg. Bijvoet/Sint Jans cruyt. Hispa. *Artemisa* Polon. *Bylica czarna y biala.*] Artemisiam autem vocatam existimant ab Artemisia Mausoli regis uxore, quæ eam adoptando sibi cognomen fecit. [Vng. *Fekete urôm.* Ang *Mugwort.*] Nomen accepisse putatur ab Artemisia regina, quum antea Parthenis diceretur. Alii ab Artemide cognominatā putant: hoc est, à Diana quæ ἄρτεμις dicitur, quòd ea hujus herbæ vires prima ostenderit: & quemadmodum Dea illa invocata, parturientibus adesse solebat, sic herba hæc Deæ hujus beneficio, malis mulierum medetur, menses secundos fœtusque trahendo, & matris conclusiones, & inflammationes sanando. Vide Plin. lib. 25 c 7.

Artĕmōn, monis, penult. corr. m. t. [ἀρτέμων. Gall. *Le plus grand voile.* Ital. & Hispan. *La vela grande.* German. Das gross Segel im Schiff. Belg. Het tarsel. Angl. *A truckle or pullie wherein ropes, doo runne, also an instrument which hath troucles as a crayne also the sayle of a shipe.*] Quid sit inter eruditos non satis convenit. Bay-

Sug

fius credit esse velum maximum in navi, eo argumento fretus, quod etiam hodie Veneti maximum navis velum hoc nomine vocant. Alciatus verò credit esse velum addititium, quod scilicet maiori velo additur, & affiatur dirigendæ navis causa. Nam Græci ἀρτᾶν dicunt affuere, vel appendere: ἄρτημα, appendicem. Alii verò volunt esse navis antennam, ex qua velum suspenditur. Vitruv. lib. 10. docet Artemonem esse, quam nostri *Tracleam*, Græci ἐπάγωγον vocant. Hac autem in navibus funes ductuarii trahuntur, & armamenta explicantur, ut meritò additamentum magis quàm pars navis esse videatur. Ait idem scriptor, machinas id genus tractatorias ad onerandas naves esse accommodatas, fierique his trochleis navium subductiones.

Artĕrĭă, f. p. Vena vitalis, seu semita in qua est vitalis spiritus. [גיד both beláh. ἀρτηρία. Gall. *Artere*. Ital. *Arteri, la canna de la gola, strozza*. German Ein pulsader. Belg. Ader des levens / den puls/ oft slachader. Hispan. *Don se passa el ayre*. Polon. *Puls*. Vng. *Eer gége*. Ang. *An arterie or vayne wherein vitale spiritt myxed with bloode doth runne in the bodie*.] Plin. lib. 11. cap. 37. Inter hos latent arteriæ: id est, spiritus semitæ. Gellius lib. 3. cap. 10. & lib. 17. cap. 11. & lib. 18. cap. 10: Arteria est, *inquit*, conceptaculum spiritus naturalis misti confusique cum sanguine, in quo plus spiritus est & minus sanguinis, quæ motu atque pulsu habitum & modum febrium demonstrat. Antiqui arterias vocant Pulsus. Super arterias locantur venæ, præterquam in dorso, in quo magna arteria est posita super venam. Læduntur arteriæ si, antequam vox bene permulsa est, acri clamore compleantur. Ergo intervallis longioribus uti convenit, recreatur enim spiritu vox, & arteriæ reticendo acquiescunt. ¶ Ponitur quandoque vena pro arteria. Persius. Tange miser venas, & pone in pectore dextram, Nil calet hic. Neque enim venas ægrotorum, sed arterias pertentamus. Celsus lib. 3. Si protinus venæ concidetint, & sæpius eodem die: si inter plures accessiones vis perinde corporis deest. Dicta est autem Arteria ab eo, quòd aër: hoc est, spiritus in ea servetur, quasi τὸν ἀέρα τηρεῖν. ¶ Aspera arteria, τραχεῖα ἀρτηρία, est fistula exterior colli ab ore protensa ad pulmonem, per quam spiritus attrahitur & emittitur. ¶ Genere neutro Lucret. lib. 4. usus est, ubi an vox corporea sit, latiùs perquirit: Corpoream quoque enim vocem constare fatendum est: Et sonitum, quoniam possint impellere sensus. Præterea radit vox fauces sæpe, facitq; Asperiora foràs gradiens arteria clamor. ¶ Arteriace, arteriaces, ἀρτηριακὴ, Medicamentum quod & Diacodion vocatur. Plin. lib. 20. cap. 19.

Artesis dicitur artium morbus. Prudent. Nodosa quos podagra distorquet, & artesis.

Artericus, Qui illo morbo laborat.

Arthritis, idis, [ἀρθρῖτις. Gall. *Goutte*. Ital. *Infermità ò dolor di giunture*. Ger. Die kranckheit und schmertzen in Gleichen / das Zipperle. Belg. Dat flerijn den geleden / t' flerecijn / Gichte. Hisp. *Enfermedad de los artejos ò articulos*. Polon. *Lamanie wkośćiach podagra*. Vngar. *Kószvény*. Angl. *The gouth*.] Morbus articularis, ita dictus, quòd τὰ ἄρθρα: hoc est, articulos & juncturas infestet.

Arthriticus, [ἀρθριτικός, ἀρθριτικός. Gal. *Goutteux*. Ital. *Gottoso*. Germa. Der das Zipperle / oder Podagram hat. Hisp. *Enfermo de los artejos*. Polo. *Podagrowaty*. Vng. *Kószvény es*. Ang. *Sicke of the gouth*.] Qui laborat arthiride: hoc est, morbo articulari. ἄρθρον enim apud Græcos articulum significat. Cic. ad Pætum: Non enim arbitror cocum etiam te arthriticum habere.

Arto, as, Vide suprà Arcto.

Artīrĕ, apud Catonem est dimittere, adigere, inserere, immittere: ut surculum aridum, quem artiveras eximito, eò artito surculum, quẽ inserere voles. Iterũ eò surculos præacutos artito.

Artŏcŏpŭs, pen. corr. Pistor. [אפה ophéh. ἀρτοκόπος. Gallic. *Boulenger, fournier*. Ital. *Pistore, panattiere, fornaio*. Germ. Ein Brotbeck. Belg. Een Broodbecker. Hispan. *Hornero que cueze en horno el pan*. Polon. *Piekarz*. Vngar. *Kenyérsütő, abrakoló*. Ang. *A baker of bread*.] ¶ Interdũ & pro dispensatore accipitur, cui panis distribuendi officium incumbit. Iuven. Satyr. 5: Salva sit artocopi reverentia.

Artŏcrĕas, atis, [ἀρτόκρεας. Gall. *Pasté de chair*. Ital. *Vivanda di pane & di carne*. Germa. Ein Pastet / ein speiß von Brot und Fleisch. Hisp. *El pastel de carne*. Polo. *Pasteta*. Vng. *Húsos étel*. Ang. *A pie or pastie of fleshe*.] neut. gen. sicut simplex κρέας, ατος. Cibi genus est ex pane & carne minutim concisa confectum. Quod quo pacto fieri consueverit, vide in eo libello qui Apicii nomine circumfertur. Sunt qui inflectant per primam inflexionem: an rectè, ipsi viderint: certè apud Apicium legitur nominativus Artocreas. Ita etiam videtur exigere ratio analogiæ, quam habet cum simplici. Neque obstat Persii autoritas Satyr. 6: -oleum artocreasque popello Largior: an prohibes? Nam doctorum omnium judicio Artocreas ibi est accusativus singularis neutri generis.

Artolaganus, ni, pen. corr. [ἀρτολάγανον. Germ. Brettstuck. Pol. *Krepel*. Vng. *Rétes*. Ang. *Fine cake breade, a flawne, custa de*.] Panis genus delicatissimi, quod cum pusillo vino, lacte, oleo, & pipere coquebatur, ut placet Ruell. lib. 2. c. 14. Plin. libr. 18. capit. 11. Panis ipsius varia genera persequi supervacuum videtur: aliàs ab obsoniis appellati, ut ostrearii: alias à deliciis, ut artolagani. Cic. Pæto, lib. 9. epist. Dedisceudæ sunt tibi sportellæ, & artolagani tui.

Artŏptă, f. p. [אפה ophâh. ἀρτόπτης. Gal. *Boulengere ou fourniere, qui cuit & rostit le pain*. Ital. *Femina que cuoce il pane, overo instrumento da cuocere lo*. German Ein brotbeckerin / ein pfisterin. Hispan. *Hornera que cueze en horno el pan*. Polonic. *Piekarka*. Vnga. *Kenyér sütő asszony (anagy) szakajtó tekenő*. Ang. *A kneding troug*.] A quibusdam dicitur mulier quæ coquit panem in clibano vel in furnos ab ὀπτάω, coquo. Erat enim id officium mulierum: neque ante bellum Persicum (teste Plin. l. 18. c. 11.) Romani, pistores suos habuerunt. Hunc morem hodie Pannonii observare dicuntur qui virilia & muliebria munia sedulò distinguunt. Plaut. in Aulul. Ego hinc artoptam ex proximo utendam peto. At Pollux dicit esse instrumentum artocopi, in quo panes torrebantur. [Ang. *A trundell or rolling pinne that they use to knead with all*.] Alii accipiunt pro vase in quo farina subigitur.

Artopticius panis, Qui ex fermento duriore conficitur torreturque in artopta. [Vng. *Pogácsás kenyér*.] Plin. lib. 18. cap. 9 Siligineæ farinæ modius Gallicæ, viginti duas libras panis reddit; Italicæ duabus tribusve amplius in artopticio pane. Nam furnaceis binas adjiciunt libras. Vide Ruell. lib. 2. c. 14.

Artredines, vocantur, quæ ab apibus sunt minores harum meminit Aristot. qui inter crabrones collocat, etiamsi in veteribus exemplaribus *tenthredon* corruptè legatur, pro *anthedon*. [Vnga. *Lyukásméh*.]

Artūs, artuum, artubus, pluralis tantùm numeri, m. q. [ἄρθρα, μέλη. Gall. *Membre*. Ital. *Nodi*. Germ. Glider. Bel. Geleedmaten. Hispan *ñudos, ò membros del cuerpo*. Pol. *Tzlonk*. Vng. *Tagok*. Ang. *Membre, of the bodie, or limmes*.] Propriè dicuntur nodi in corpore animalis, ex corpore duorum ossium coëuntibus extremitatibus resultantes: ita dicti ab arctandis: hoc est, continendis, & colligandis ossibus. Virgil. lib. 5: Et magni membrorum artus. Quidam sic distinguunt Artus à membris, quòd Artus ossa cum nervis & venis: Membra autem propriè vocamus carnem artus tegentem. Vnde membrana, superior membri pars: hoc est, pellis. Sed hæc sæpenumerò confunduntur. ¶ Apud Plautum in Menæch. Artua dicuntur, à nominativo Artu: Ita mihi imperas, ut ego hujus membra, atque ossa, atque artua Comminuam illo scipione, quem ipse habet.

Artŭo, tua, act. ab Artus fit [ἀρθρόω Vng. *Tagonként osztom*.] à quo Deartuo, quod est per artus divido. Maternus lib. 5: Vt sic artuatis viscerum partibus, membra omnia crudelis artificii præsidi proferantur.

Artĭcŭlārĕ, [ἀρθροῦν. Polo. *Składam*. Vngar. *Magyarázni*.] Apuleius Floridor lib. 2: Eò facilius verba hominis articulantur, patentiore plectro, & palato.

Artĭcŭlŭs, m. f diminutivum ab Artus, & ponitur pro junctura sive nodo vel parte membri. [ἄρθρον Gall. *Iointure, nœud*. Ital. *Nodo giuntura*. German. Gleich. Belg. Geleedmaten. Hisp. *ñudo, artejo, articulo*. Pol. *Członeczek*. Vng. *Iz*. Angl. *A ioynte, a knote*.] Articulis membra distinxit. ¶ Sed & in vite dicuntur articuli, nodi ex quibus gemma erumpit. Cicer. in Catone: Itaque ineunte vere, in iis quæ relicta sunt, existit tanquam ad articulos sarmentorum, ea quæ gemma dicitur. ¶ Articuli etiam in montibus dicuntur. Plin. in calce operis: Etenim contingit recurrentis Italiæ positio in partem utilissimam, & inter ortus occasusque mediam, aquarum copia, nemorum salubritate, montium articulis, ferorum animalium innocentia, soli fertilitate, pabuli ubertate. Vbi montium articulos videtur accepisse pro colliculis, & clivis molliter surgentibus, qui editioribus montibus velut corpori membra, sunt annexi. ¶ Sic articulos fidei, tanquam membra religionis nostræ dixerunt. ¶ Interdum ponitur pro digito, ut apud Ovid lib. 2. de Ponto: At reditus jam quisque suos amat, & sibi quid sit Vtile solicitis supputat articulis. ¶ Interdum pro momento, καιρὸς, & tempestiva rerum faciendarum hora, sive puncto, ἀκμὴ, seu alicujus rei aut temporis particula. Terent. in Adelph. Vide ut in ipso articulo (ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ) oppressit eam. ¶ Item Articulus membrorum est periodi, quod etiam à Græcis κῶλον appellatur: de quo Autor ad Heren. lib. 3. Articulus habetur quum singula verba intervallis distinguuntur cæsa oratione. ¶ Similiter Articulus, ἄρθρον, à Grammaticis dicitur particula, quæ in declinandis nominibus discernendi generis causa præponitur: cujusmodi sunt apud Latinos Hic, hæc, hoc: apud Græcos, ὁ, ἡ, τό. Quanquam est & aliud genus articulorum apud Græcos, quos illi subjunctivos vocant, eundem usum præstantes, quem relativa apud Latinos, ὅς, ἥ, ὅ.

Artĭcŭlārĭs, & hoc are, Quod ad articulos pertinet. [ἀρθριτικὸς Gal. *Appartenant aux iointures*. Ital. *Pertinente à giunture*. Germa. Das zu den Gleichen gehört. Hispa. *Perteneciente à artejos ò articulos*. Polo. *Sżu członkom przynależący*. Vngar. *Izekbéli*. Angl. *That belongeth to the ioyntes*.] Vt, Articularis morbus, ἀρθρῖτις, ita dictus, quòd per omnes artus vagetur. Hoc morbo Ennius laborasse fertur. Serenus: Si verò articulos tabes inimica per omnes Hæserit, ex ficuberas cum melle jugabis, Vel pelagi latices, simul & Baccheia dona Sumere curabis, nimio sed parcito vino. Ennius ipse pater dum pocula siccat iniqua, Hoc vitio tales fertur meruisse dolores.

Artĭcŭlārĭŭs, a, um, idem. [Vngar. *Izekbéli*.] Plin. lib. 21. cap. 20. Articularios morbos sedat canisque morsus. Idem lib. 20 c. 9: Podagræ autem, morbisque articulariis illini cum rutæ, coriandri, & salis mica, hordei farina.

Artĭcŭlārĭŭs, rii, substantivum, Qui articulari morbo laborat.

[ἀρθριτι-

[ἀρθριτικός. Gall. *Gouteux.* Ital. *Gottoso.* German Der ein Gleichen schmertzen hat/als lämi/Krampff/Podagran/ꝛc. Hispan. *Gotoso.* Pol *Podag e maiacy.* Vngar. *Kőszvenyes.* Angl *Sick of the goute.*] Plaut. Mercur. Nec podagricus, nec articularius est, quem rus ducunt pedes.

Ārtĭcŭlātim, Significat per articulos, separatim, seorsim. [ἀρθρώδως. Gall. *Par les ioinctures, de poinct en poinct, distinctement.* Ital. *Per le gionture, à pezzo à pezzo, di punto in punto, distintamente.* Ger. Von gleich zu Gleich/stucksweiß. Hisp. *De articulo en articulo, distincta y paradamente.* Polo. *Rodzaielnie poczlonku, posznie.* Vngar. *Izen kent.* Ang. *Frome ioynte to ioynte, distinctlie, frome poynte to poynte.*] Plaut. in Epid. Hem istic homo te articulatim occidit senex. Cicer. de legib. Quæ fusè olim disputabantur ac liberè, ea nunc articulatim distinctéque dicuntur.

Ārtĭcŭlātē, Distinctè. Inde dicimus Articulatè pronunciare: id est, distinctè & quibusdam veluti articulis. [Germ Heiter/clar/verstendtlich. Pol. *Porządnie.* Vng *Magyará, kalkal.*] ¶Interdum ponitur pro clarè, apertè. Cic. Att. Valebis igitur, & puellæ salutem articulatè dices.

Ārtĭcŭlātĭo, onis, f.t. [ἄρθρωσις. Polo *Rodzienie.*] Plin. lib. 16. cap. 25 Clareque & tunc cernitur excrescentium cacuminum articulatio. De Germinatione & partu arborum loquens. ¶Item morbus vitium apud eundem Plin. l. 17. c. 24: Viribus præter vermiculationem & syderationem morb. peculiaris articulatio, tribus de causis. Vna, vi tempestatum germinibus ablatis: Altera, ut notavit Theophrastus, in supinum excisis: Tertia, culturæ imperitia læsis. Omnes enim earum injuriæ in articulis sentiuntur.

Ārtĭcŭlōsŭs, a, um, Plenus articulis. [ἀρθρώδης. Gall *Plein de ioinctures & de neuds.* Ital. *Articuloso.* German. Voll Gleich/oder knöpff. Hispa. *Lleno de ñudos.* Polo Wielkowatri. Vng. *Iz s.* Ang. *Full of ioyntes, that ha h many knottes or ioyntes.*] Plin. lib. 24. cap. 16. Alii radice longa, veluti signata, articulosaque monstravêre, trib. omnino cauliculis. Quint. l. 4. c. 5. Evitanda utique maximè concisa nimium, & velut articulosa partitio.

Ārvĭcă, genus frumenti.

Ārvīnă, pen. product f.p. Durū pingue inter cutem, ut autor est Servius. [חלב cheleb. στέαρ. Gal. *Graisse, sang doux.* Ital. *Grasso, lardo.* German. Schmär/feißte zwischen haut vnnd fleisch. Belg. Smeer/vett/Smout. Hispan *Grassa que esta pushta sobre la carne.* Polo *Biel, sadlo, slofloszcz.* Vngar. Hay Angl. *Suet, or tallow.*] Virg. lib. 7. Aen. Pars læveis clypeos, & lucida spicula tergent Arvina pingui.

Ārūncŭs, m. f. Villus est à caprarum mento dependens. [ἠρύγγιον. Gal. *Barbe de chevre.* Ital. *Barbetta della capra.* German. Geiß oder Zigenbart. Hisp *La barua de las cabra ò cab ones* Pol. *Koziabroda.* Vng. *Ketske szakál.* Ang *A goates barde.*] Plin. lib. 8. c. 50. Dependet omnium mento villus, quem aruncum vocant.

Ārūndo, f.t. Aquaticus frutex. [קנה kaneh. κάλαμος. Gall. *Canne, roseau.* Ital. *Canna.* Germa. Ein Rhor. Belg. Een Rietpipe. Hispan *Canna.* Polo. *Trzcyna.* Vnga *Nád.* Angl. *A reede, or cane.*] Liv. 7. bel. Pun. Erat autem pleraque ex cratibus, aut tabulis facta, alia arundine texta, stramento intecta. ¶Et quoniam ex arundinibus fiebant sagittæ, quandoque Arundo ponitur pro sagitta. Virg. lib. 7. Aen. -acta que multo Perque uterum sonitu, perque illa venit arundo.

Ārūndĭnĕŭs, nea, neum. Quod est ex arundine. [καλάμινος. Gal. *De cane ou roseau.* Ital. *De canna.* Germ. Das von dem Rhor ist. Hisp. *Cosa tota de canna* Pol. *Ze trzciny.* Vngar. *Nádbeli, nádas.* Ang *Of a reede, made of a cane.*] Plin. lib. 10 ca. 29. Addita in transuersas labias, fronde arundinea. ¶Scipioni arundineo inniti, apud Hebræos in proverbio fuisse videtur 4. Reg. cap. 18. Isa. cap. 36 Ezechiel cap. 29. De eo qui spes suas figit in iis, qui non solùm non possunt esse præsidio, verùm etiam noceant destituto. Siquidem arundineus scipio non modò non sustinet innitentem, verùm etiam manum penetrat ac vulnerat.

Ārūndĭnācĕŭs a, um, Similis arundini. [καλαμοειδής. Gal. *Semblable à vne cane ou roseau.* Ital. *Cosa che ha forma di canna.* Germa. Einem Rhor gleich. Hisp. *Cosa semejante à la canna.* Polo. *Trzcinie podobny* Vngar. *Nád szabású.* Ang. *Lyke a reede, lyke a cane.*] ut Folium arundinaceum. Plin. libr. 18. capit. 7. Frumenti, folium arundinaceum, fabæ rotundum, & magnæ leguminum parti.

Ārūndĭnētum, pen. prod. n. f. Locus arundinibus abundans. [καλαμών. Gall. *Le lieu où croissent cannes ou roseaux.* Ital. *Luogo doue sono molte canne, canneto.* Germ. Ein ort da viel Rhor wachsen/Rhorbusch. Belg. Rietbosch Hispan. *El cañaveral, lugar donde nacen cannas.* Polon *Gdzie obsitoscz trczyny.* Vng. *Nádas.* Ang. *A place where reedes growe or canes.*] Sicut Salictum & Olivetum dicimus, pro locis in quibus magna est copia salicum, & olearum. Plin. libro 10. cap. 32: Minores halcyones in arundinetis canunt.

Ārūndĭnōsŭs, a, um. adject. Abundans arundinibus. [καλαμώδης. Gall. *Plein de roseaux ou de cannes.* Ital. *Pieno di canne.* Germa. Rhorecht/das viel Rhor hat. Hisp. *Lleno de cannas.* Polo. *Trzcinisty.* Vng. *Nadasos, hnadas.* Ang *Full of reedes or canes.*] Catul. Quæque Ancona, Cnidumque arundinosum Colis.

Ārūndĭfer, adiect. Ferens arundines. [καλαμοφόρος. German. Das viel Rhohr tregt. Vng. *Nád termö.* Ang. *That beareth or bringeth reedes or canes.*] Ovid. 5 Fast. Tibris arundiferum medio caput extulit alveo.

Ārūspex, [Vng. *Io vendölo.* Ang. *A diuinour, a coniectour of thinges to come.*] Vide infrà in dictione HARUSPEX, ἱεροσκόπος.

Ārvum, vi, n. f. ab Arando dictum, Ager aratus, nondum satus, qui tamen sementi datur. [שדה sadhé. ἄρουρα. Gall. *Champ labouré, terre labourée, semée ou à semer.* Ital. *Campo.* German. Ein Feld das schon zu dem säyen gerüstet ist. Belg. Een bouws oft ackerveldt / oft eerur/bouwlant Hispan. *Campo que se labra y siembra.* Polo *Rol a wigosowana.* Vngar. *Ugar.* Angl. *A tilled feild, fallowed feild, land eared to be sowen*] Varro 1. de Re rustic. capite 29: Arvum, quod aratum, nec satum est. Salust. Quia Numidæ pabulo pecoris magis, quàm arvo student. ¶Pro eodem etiam dicitur Ager arvus. Plaut. Truc. Nō arvus hic qui arari solear, Sed pascuus est ager. ¶Arvo aliquem pascere: Id est, frumento & iis quæ in arvo nascuntur. Horat. 1. Epist. 17: Ne percontaris fundus meus, optime Quinti Arvo pascat herum, an baccis opulentet olivæ.

Ārx, f.t. Ab arceo, quia arcet: id est, prohibet hostes accedere castellum. [מצודה missgháb. ἀκρόπολις, ἄκρα. Gallic. *Forteresse, chasteau de deffense, haute tour.* Ital. *Fortezza, castella, difeza.* German. Schloß/ein Veste/ein Burg Belg Een Slot oft Casteel Hisp. *Fortaleza, roqueta ò alcaçar de cuidad.* Polon *Zamek, twierdza.* Vngar. *Vár.* Ang. *A castell, a forteresse, a high tower.*] Est enim locus urbis in monte situs natura munitus. Inde etiam summitates montium & cujuscunque altitudinis, ex quibus facilè possunt depelli hostes, Arces dicuntur. Vel (ut Solinus inquit) ab Arcadibus dicta est Arx, qui munitissimos quosque colles sub Evandro tenuerunt. Virgil 2. Aeneid Quo res summa loco Pantheu? quam prendimus arcem? Cic. in Paradox. Hoc opus in apertum ut proferas nihil postulo: non enim est tale, ut in arce poni possit, quasi illa Minerva Phidiæ: sed tantùm ut ex eadem officina exisse appareat. ¶Translatè hac voce utimur quum tutissimum ac validissimum præsidium significamus. Cicer in Verr. act. 6: Idem ad vos privatim judices, confugit, utitur hac lege qua judicium est communi arce sociorum. Rursus in eadem: Hic locus est igitur unus quò perfugiant, hic portus, hæc arx, hæc ara sociorum. Idem pro Rosc. comœd. Idem pro Sylla. Idem in Epist. Fam. ad Lentul quod erat in causa præcipuū, arcem vocat. Non potuit, *inquit*, magis in arcem causæ illius invadere. ¶Arcem ex cloaca facere, proverbialiter dicuntur, qui rem humilem nive nihil laudibus magnificis attollunt. Cicero pro Cn. Plancio: Nunc venio ad illud extremum quod dixisti, dum Plancii in me meritum verbis extollerem, me arcem ex cloaca facere, lapidem è sepulchro venerari pro Deo, neque enim insidiarum periculum ullum neque mortis fuisse. In cujus verbis & illud proverbii figuram habet, lapidem è sepulchro venerari pro Deo, quod tum locum habet, quum aliquem laudamus & extollimus qui laude dignus non est.

A ante S.

AS. TT. In notis antiquorum, à suprà tecto. A. S. L. à sua lege fecit. A. S à suis.

Ās, assis, Libra. [מנה manéh. à Græcis μνᾶ, *Mna.* Ger. Ein pfund. Vngar. *Garas, pénz.* Ang. *A pound weight.*] Mina à nostris, interpositione i, literæ quæ ex nonaginta sex drachmis cōficitur, sive duodecim unciis. κοτύλαιον. Vncia verò ab uno dicitur οὐγγία. ¶Sextans, Vnciæ duæ, quasi sexta pars assis, ἑκτημόριον. ¶Quadrans, Vnciæ tres, quarta pars assis, qui & Triuncium dicitur. τριμοιρία. ¶Triens, Quatuor unciæ, tertia pars. τετρημόριον. ¶Quincunx, Vnciæ quinque. ¶Semis, Vnciæ sex, dimidium assis, sive selibra: id est, media pars libræ, quasi semias. ἡμιλίτριον. ¶Septunx, Vnciæ septem. ¶Bes, Vnciæ octo dempto triente ab asse, quasi Des διμοιρία. ¶Dodrans, Vnciæ novem, ab asse dempto quadrante, quem & Novuncium dicimus. τετραμοιρία. ¶Dextans, Vnciæ decem, dictus, quòd assi desit sextans: hoc est, unciæ duæ. ¶Deunx, Vnciæ undecim, quasi uncia dempta ex asse uncia. ¶Aeris autem minima pars Sextula dicitur quòd sit sexta pars unciæ. ¶Semuncia, Dimidia pars unciæ. ¶Sicilicū, Semunciæ dimidium, ita dictū quòd semunciam secet. Sicilire enim antiqui dicebant, quod nos Dividere unde etiam Siciliæ nomen mansit. Et sciendum quòd veteres volentes aliquid dividere in partes æquales, ut hæreditatem & quidvis simile, id assem appellaverunt, & partes uncias. Vnde illud Plinii de Luna lib. 2. c. 14 Haud dubium est lucere dodranteis semuncias horarum ab secunda adiicientem usque ad plenum orbem. ¶Vnde etiam habemus, Ex asse hæredem fecit, ἰζόλου κλῆρον. i. totius hæreditatis. Suet in Cæsare. Novissimo testamento tres instituit hæredes suorum nepotes, Octavium ex dodrante, Pinarium & Pedium ex quadrante ¶Interdum etiam As dicitur nummus æreus libera is, quòd esset unius libræ, ita dictus ab ære Horat. Quem si diminuas, vilem redigatur ad assem valebat aut eas (inquit Budæus) quaternos denariolos nostros paulo plurìs. Inde dupondius, ex duabus libris. Et Sestertius, duarum librarum & semissis. ¶Interdum Triens Quadrans, Quincunx, & similes partes assis apud poëtas accipiuntur, pro cyathis, aut mensura poculorum. Propertius: Quū fuerit multis exacta trientibus hora Martiat. Te conviva leget mixto quincunce. ¶Componitur autem as cum eo quod est Tres, & fit Tressis. Persius: hic Dama est, nō tressis Agaso. ¶Ex Octo & As, fit Octussis Horat. Quinti empta? Parvi. Quanti ergo? Octussibus. Et sic per omnes numeros usq; ad cētū ut Cētussis. Persius Et centū Græcos curto centusse licetur.

Āssărĭus, rii, n. f. ἀσσάριον, numus sive genus ponderis. Joseph. Quatuor drach. venderetur assarius.

Ăsă-

Asărōrum, penult. prod. n.s. [ἀσάρωτον. German. Ein Boden in einem Sahl oder sunst/von gevierten steinen besetzt / von allerley farben. Polon. Podlada malowani. Vngar. Cifrás pagyimentu m. Angl. Pauing tiles of diuers colours finelie set with figures of birdes or other thinges, or hauing like pictures carued vpon them.] Pavimentum picturæ arte elaboratum, à Græcis inventum: sic dictum, quòd verri non debeat. ¶ Nam deducitur ab α ptivativa particula, & σαίρω, verro, purgo scopis. Scopæ quoque à Græcis σάρος, dicuntur. Solebant quippe purgamenta cœnarum: quæ ἀσάρωτα vocantur, è pavimento everri, dum subtegulanea pavimenta in usu erant. Postea asarotis inventis, cessavit usus scoparum, manibusq; colligi purgaméta cœperunt, pavimente verò spōgiis mundari. Xenodorus primus claruit in faciendis asarotis, quæ miro artificio parvulis testulis in varios colores tinctis, & imagines pictis stravit. Nam Pergami in asaroto columbam effecit bibentem, quæ aquam capitis umbra offuscabat, aliæ sibi escam eripiente. Papinius lib. Sylvarum: -varias ubi picta per arteis Gaudet humus, superantq; novis asarota figuris. De hoc vide plura apud Plin. lib 36 cap.25

Asărum, penult. corr. n.s. [ἄσαρον. Gall Cabaret. Ital. Asaro. German. Haselwurtz Belg. Haselwortel/mansoren. Hisp. Asarabacara. Polo. Kopytnig.] Marer Asarum Latinè vulvaginem dici scribit. [Vngar. Kapotnyak.] teste Plin. lib. 12. c. 13. Herba est folia habens similia hederæ, rotundiora tamen & molliora, florem purpureum, radicē Gallici nardi, semen acinosum, saporis calidi, & vinosi. Hæc herba etiam hodie (ut Ruellio credimus) Gallorum lingua Asarum appellatur, Baccara & Cabara. Id certum est vel Dioscoridis testimonio eandem herbam esse cum ea, quæ alio nomine Baccar sive Baccaris sine aspiratione dicitur: at Baccharis aspiratè alia herba est, quam describit Diosco. l.3.c.51. quæ in coronis expetebatur.

Asbĕstinum, n.s. [ἀσβέστινον. Gall. Vne sorte de lin qui ne brusle point. Ital. Lino che non si abbruggia Germa Ein gettung des flachs/ der von dem Fewr nicht mag verzebret werden. Hispan. Cierto lino que non se quema. Pol. Rodzaj lnu ktory nie m że być spalony. Vng. Lenaz ky meg nem ég. Ang. A sort of line or flaxe that burneth not] Genus est lini, quod ignibus non absumitur. Vivum id vocant, ardentesq; in foris conviviorum ex eo vidimus mappas, sordibus exustis splendescentes igni magis, quàm possent aquis. Vocatur autem à Græcis Asbestinum ex argumento naturæ. Hæc Plin. lib. 19. cap. 1.

Asbestŭs. Inextinguibilis. [ἄσβεστος. Gall. Chose qu'on ne peut estaindre. Ital. Cosa che non se puo stegnere. Germanic. Vnleschlich. Hispan. Cosa que non se puede apagar. Polon. Rzecz ktorana, może zgaszą. Vngar El oltbata lan. Ang. That can not be quenched.] Nomē lapidis est, ferrei coloris, in montibus Arcadiæ nascentis, qui quum ignem non habeat proprium, tamen sic ardet, ut non possit extingui. de hoc Plin lib. 37 cap. 10.

Asbŏlŭs, numeratur ab Ovid 3. l Metam. inter canes Actæonis. Nomen est fictitium, dictum à colore pilorum fuliginem referente. ἄσβολος enim apud nos fuliginem sonat.

Ascalabotes, ἀσκαλαβώτης, Animal venenatum, ex genere stellionum, lentigine plenum, acerbi stridoris, diversum ab eo, quod Itali sua lingua Tarantulum vocant. Vide Plin. lib. 29. cap. 4. Dictus autem putatur Ascabotes, παρὰ τὸ ἀσκαλαβὸς, τὸ ἀσυχῶς, ἐπὶ βαλ καὶ πλιονασμῷ τοῦ σ.

Ascalonia, sive Ascalonium. [ἀσκαλώνιον, κρόμμυον. Gall Eschalottes, cibboulles vne sorte d'oignon petit. Ital. Scalogna. Germ. Ein gattung der zwybelen Hispan. La ascalonia, sebolla para semiente Polo. Cebula Ascalonska. Vngar Mogyoro hagyma. Ang. A sort of ony non called a scalion] Cepe genus, quod in Ascalone plurimùm nascitur. Plin. lib. 19. c 6.

Ascarides, ἀσκαρίδες Vermes sunt exigui ex genere lumbricorum de quibus Galenus lib. ult. Methodices.

Ascĕndo, dis Ex Ad & Scando, sed d abjicitur: Significat sursum, sive ad aliquid scaudo. [סלק shalak, ἀναβαίνω. Gall. Monter Ital. Ascendere, alzare, montare. Germ. Auffsteigen, hinauffgehen. Bel. Opclimmen Hispa. Subir ar iba. Polon. Wstepuie, w hore. Vng. Fölhagok, föl megyök. Ang To go vp, to ascende.] Terent. in Adelph. Navem ascendit. Ascendere in concionem: hoc est, in eum locum unde oratio solet haberi ad populum Cic. ad Attic. Tum subitò ille in concionem ascendit, quam Appius ei dedit. ¶ Ascēdere in rostra pro eodem apud Livium bel. Pun. Publius Aelius Prætor, senatu misso, & concione inde advocata cum L. Lælio in rostra ascendit. Ascendere equum, & in equum. Liv. Cicero. Ascendere gradum dignitatis. Cic. 2. Offi. Ascendere ad honores, & in honorem Cicero. Vox etiam ascendere dicitur, apud eundem 3. de Orat.

Ascēnsŭs, us. verbale. m. q. pro ascendendi actu. [ἀνάβασις. Vng. Fölhágás, föl menés. Ang Going or climing vp.] Cic. pro domo sua: Homines audaces ab ejus tēpli editu atque ascensu prohibuisti.

Ascētēriă, [ἀσκητήρια. Vngar. Kalastrum. Ang. Monasteries, minsters.] Vocantur monasteria in Codice Iustiniani, à verbo ἀσκῶ, quod est mentem exerceo in contemplatione rerum divinarum.

Ascĭă, f.p. Fabri lignarii instrumentum est, quo fabricæ materiæ dolantur. [כשיל kashil מעצד mahatsád. ἀξίνη Gall. Vne coignée ou hache de doloire Ital Ascia Germa Ein beihel/bobel/breitax. Belg. Een bijle/breedbijl/oft beelet. Hispan. El segurón ò acuela para dolar. Polon Hebel. Vngar. Gyalu szniöbárd. Angl. A chippe axe.] Plin. lib. 16. c. 40. Mollissima tilia, eadem videtur & calidissima: argumentum afferunt, quòd citissimè ascias retundat. ¶ Hujus diminutivum est Asciola.

Ascĭo, as p. Ascia cædo [πελεκίζω. Gall. Doler, hacher auec vne coignée. Ital. Asciare, polire Germa Behawen/ zimmeren. Hisp. Dolar. Pol. Ociosuie. Vngar. Bárdolom, meg szinlöm, gyalulom. Ang. To hew or chippe.] Vitru. lib. 7. ca. 2. Sumatur ascia, & quemadmodū materia dolatur, sic calx in lacu macerata ascietur. Sic Exascio, as: unde Exasciatum opus dicitur à Plauto pro polito, perfectoque λελειωμένος.

Ascisco, scis, ascivi, ascitum - vel etiam (ut quibusdam placet) Ascio is, Advoco, aliunde sumo, accerso, expeto, adscribo, adjungo. [לקח lakach הבדיל hivdil כבר chibbar. ἐπάγομαι, προσάγομαι, ποιοῦμαι, προσοικειοῦμαι. Gallic. Prendre ou appliquer à soy, s'attribuer, vsurper & prendre pour soy. Ital. Attribuire, chiamare ad se. German. Auffnemmen / an sich nemmen/zu sich berüffen. Belg. Tot hem voegt toe/nemt toe. Hispan. Attribuyr, llamar ò traher de lexos. Polo. Przypuszczam, przyimuie k sobie. Vngar. Mellém fogadom, mellém ves zöm. Ang To vsurpe, to take to him as his owne, to claym to him.] Accusativum post dativum semper fermè postulat. Quintil. lib. 8. Quo in genere idem præcipuè custodiendum, ne id quod similitudinis gratia ascivimus, aut obscurum sit, aut ignotum. Cicer. pro domo sua: Istam sapientiam mihi non ascisco. Lactant. lib. 4. Et illos qui temerè sapientum sibi nomen asciverunt, erroris, stultitiæq; damnarunt. Cic. pro Arch. Quod si mihi à vobis tribui, concediq; sentiam, perficiam profectò, ut Aulum Licinium non modo non segregandum (quum sit civis) à numero civium, verumetiam, si non esset, putetis asciscendum fuisse: id est, donandum civitate. ¶ Dicitur & Asciscí in civitatem, pro Donari civitate. Liv 6. ab Vrbe. ¶ Asciscere, pro appetere Cic. 3 de Finib. Eas ipsas cognitiones per se asciscendas arbitramur, quòd habeant quiddam complexum & continens veritatem. Budæus. ¶ Ascitus, Participium: ejus contrarium est Nativus Corn. Nepos in vita Attici: Atticus Græcè loquebatur, ut Athenis natus videretur. Tanta autem erat suavitas sermonis Latini, ut appareret in eo nativum quendam leporem esse non ascitum. Item pro longè accersito. Ovid 6. Fast. Prisca Dea est, aliturque cibis antè solebat, Nec petit ascitas luxuriosa dapes.

Ascites. [ἀσκίτης. German Die wassersucht/bey welcher mehr wasser dann blast ist. Belg De watersuchte.] Species est aquæ subter cutem fusæ, in qua plus sese humoris promit, spiritus autem minus. Polo Puchlina zatkonna Vnga. Viz korsag.] Cui opponitur Tympanites in quo plus spiritus est, quàm aquæ. Vide Cels. lib. 3. c 21.

Asclepias, adis, ἀσκληπιὰς, Herba est ramos oblongos, & hederæ folia habens, & radices numerosas: ita dicta ab Asclepio inventore De nar Diosc l. 3. & Plin. lib. 26. ca. 5.

Ascŏpēră. [כיס כלי kis cli צרור tsror. ἀσκοπήρα. Gall. Vne pochette ou poche de cuir Ital. Sacchetto borsa di cuoio. Germ. Ein läderfäckle/ ein läderner seckel. Belg. Een lederen sack. Hisp Saco pequenno, ò costal de cuero Polon. Taistra, torba. Vng Tarsoly tarsoly Angl. A bagge of leather, purse pouche.] Sacculus pelliceus, marsupium: dictum ab ἀσκὸς, & πήρα. Suet. in Ner. Alterius collo ascopera deligata. Ex quo datur intelligi, culleum symbolum fuisse deligatum Neronianæ statuæ: quoniam matricida fuit.

Ascrībo psi. ptum, ex Ad & Scribo, act. t. Subscribo: hoc est, ad scriptum aliquod nomen vel sententiā meā subjungo. [כתב על chathab hal. προσγράφω, προσνέμω. Gal. Adioster a ce qu'est escript, attribuer. Ital Sottoscrivere, attribuire. German. Hinzuschreiben/zumessen. Belg Toe oft aenschryven Hisp Escrevir mas a lo dicho, atribuyr ò cruzar persona para al una cosa. Polo Przypisuie, przyczytuie. Vng. Hòzzàirom, alá irok Ang To subscribe, to write to more to that which is written, to number and put to the ankes of others.] Cicer. de Leg. 1. 1: Ascribito me fratris sententiæ. & de Opt. genere Orat. Qui Thucydidem laudavit, ascribet suæ nostram sententiam. Idem Attico. Nam quòd me non esse ascriptum vides: id est, nomen meum Sic ad Q. Fratr. In qua primum erat, quòd antiquior in tuis fuisset ascripta literis, quàm in Cæsaris. Idem ad Attic. Igitur tu quoque salutem utrique ascribito. ¶ Significat quoque ascisco. Cic pro Archia: Venit Heracleam, quæ quum esset civitas antiquissimo iure ac fœdere, ascribi se in eam civitatem voluit: id est, civis fieri voluit, & aliis civibus adjungi. dicimus autem ascribere civitati, in civitatem, vel in civitate. ¶ Interdum Ascribere, est attribuere, adjungere, assignare, & vel dativo vel accusativo cum præpositione in vel ad, jungitur. Cicero: Quòd vulgò hominum opinio socium me ascribat tuis laudibus. Vbi cum dativo poni vides. ¶ Idem Offic. lib. 3: Admiratus eorum fidem tyrannus, petivit se in amicitiam tertium ascriberent. Et ad Q. Fr. Hunc ad tuum numerum libenter adscribito. ¶ Interdum Imputare, προστιθέναι, ἀνατιθέναι. Cic. Neque mihi negligentiam velim ascribas. ¶ Ab Abscribo Ascripti dicebantur, qui in colonias nomina dedissent, ut cæteris coloni adderentur. ¶ Item Adscripti milites, qui supplendis legionibus ascribebantur: quos etiam Accensos dicebant, quòd ad legionum censum essent ascripti. Et velatos, quia vestiti inermes sequebantur exercitum. Et Ferentarios, quia fundis præliaturi ea modo ferrent, quæ in hostes jacerent. Et Rorarios, quòd in hominum genus antequā acies coirent, in modum rorantis tempestatis dimicarent.

Ascriptitius m.s. Allectus, qui ad aliquam rem ascriptus est: [כתוב cathub. παρέγγραπτος, προσέγγραπτος. Gal. Enregistré, escrit,

ascrit, comme vn officier nouuellement creé, & adiousté au nombre anciens. Ital. *Colui che è ordinato à qualche cosa.* Germ. Eingeschriben/oder genommen. Hispan. *Persona escrita para alguna cosa.* Pol. Wpissany, prsiety. Vngar. *Beirattat.* Ang. *That is writ ten and chosen to any office amongst the rest, registred or enrolled.*] ut qui vulgò in collegiis magistratum Extraordinarii vocantur. ¶ Et Dii ascriptitii, qui diis majorum gentium opponuntur: de quib. Budæus in Pandectis. ¶ Item cives ascriptitii, quòd natis civibus adjuncti, se jam in alterius imperium dediderunt. ¶ Ascriptitii dicuntur illi, quos villanos vocamus, quòd villæ (vnde villici dicti) ascripti, & colonariæ conditioni addicti aut ipsi sunt, aut eorum majores fuerunt. Budæus. Idem alio loco: Ascriptitius nō multum à servo differebat, qui scilicet cum terra & possessionibus vendi puterat, ut servus cum peculio. L. Ne diutius. De agricolis & censitis. lib. 10. c.

Ascriptor, oris, m. t. Qui rei alicui nomē suum ascribit, alteriusve acta approbat. [σύγγραφος. Vngar. *Aláiro.* Ang. *Which subscribeth to any thing, a registrer or enroller.*] Cic. pro domo sua: Deniq; ille novitius Ligur venalis ascriptor, subscriptor tuus, quem M. Papirii sui fratris esse testamento & judicio improbatus, mortem ejus se velle persequi dici. Idem ad Quir. post red. Itaq; is fuit non modò salutis defensor, verumetiam ascriptor dignitatis meæ. Id est, fautor.

Ascriptīvus, idem est, quod Ascriptitius. [Vng. *Be irot, fel irattot* Ang. *Registred, enrolled whith others.*] apud Plautum in Menæch. Idem istuc aliis ascriptivis ad legionem solet. Dicebantur inermes adscripti, qui succederent armatis militibus: id est, si quis eorum deperisset. Var. lib. 6. de ling. Lat.

Ascyron, ἄσκυρον. [Ang. *Great S. Iohnes worth.*] Herba est hyperico similis, comas habens, quæ manibus tritæ, succo sanguineo manant: unde & Androsæmon appellatur. Fab. ἀνδρὸς αἷμα id est, hominis sanguinis. Vide Plin. lib. 27. cap. 4.

Asilus. pen. prod. m. f. [οἶστρος. Gall. *Taon, vne mousche fort piquante qui moleste fort les bœufs & les vaches.* Ital. *Tafano, ò tauano.* German. Ein bräm/ein roßmuck/grosse fliegen/hummel. Belg. Koe vlieghe/een peerden vlieghe. Hispan. *Moscarda que abuy enta las vacas ò reses.* Polon. *Bak, gzikkonie fuspipiaci.* Vngar. *Barom kergető fene bogar, varga legy.* Ang. *A great flie byting beastes, also a worme found in fisshes.*] Muscæ genus, gregibus maximè infestum unde etiam à Græcis *Oestros* appellatur. Hoc insecto Iuno pellicem Io mutatam in juvencam adegit ad insaniam. De hoc Virgil. 3. Geor:

> Est lucos Silari circa, ilicibusque virentem
> Pluribus Alburnum volitans: cui nomen Asilo
> Romanum est: œstron Graii vertēre vocantes,
> Asper acerba sonans, quo tota exterrita sylvis,
> Diffugiunt armenta.

Nascitur è latiusculis quibusdam bestiolis, quæ in fluviis supernatant. Vnde circa aquas magna asilorum copia, ubi id genus bestiolarum est. ¶ Asilus marinus, οἶστρος θαλάσσιος, animal ita vocatur ab Asili terrestris centùm natura, quod Thynnos gladiosque pisces, & interdum delphinos vigente canicula exagitet. De quo Arist. Hist. anim. lib. 5. c. 31. Plin. li. 9. cap. 15. Animal est parvō scorpionis effigie, aranei magnitudine. Hoc se & Thynno, & ei qui gladius vocatur crebro delphini magnitudinem excedenti, sub pinna affigit aculeo, tantoque infestat dolore, ut in naves sæpenumerò exiliant. Pro ore tubulum sive fistulam habet, utrinque quippiam manus vice, senisque pedibus nititur.

Asĭnă, Asella; Vide Asinus.

Asĭnŭs, penult corr. m. f. animal notum. [חמור *chamór.* ὄνος, ὁ, ἡ. Gall. *Asne.* Ital. *Asino.* Ger. & Belg. Ein Esel. Hisp. *Asino, animal domestico.* Pol. *Osiel.* Vng. *Szamar.* Ang. *An asse.*] M. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 8: Ex equa enim & asino fit, mulus: contrà ex equo & asina hinnus. Asini in Achaia optimi sunt Arcadici, in Italia Reatini: ut tradit Plin. li. 8. c. 43. ¶ Ab equis ad asinos, ἀφ᾽ ἵππων ἐπ᾽ ὄνους, proverbiali figura dicimus, ubi quis à studiis honestioribus ad parum honesta deflectit: Aut ubi quis à conditione lautiore ad abjectiora devenerit. Procopius Sophista in epistola quapiam: τὸ δὴ λεγόμενον ἀφ᾽ ἵππων ἐπ᾽ ὄνους μεταβεβήκαμεν. i. juxta proverbium: Ab equis ad asinos transivimus. ¶ Huic adversum est illud Plaut. in Aulular. Ab Asinis ad boves transcendere, pro eo quod est, ex humiliore conditione ad ditiorum partes transire. Ab asino delapsus, ἀπ᾽ ὄνου καταπεσών, in eos dicitur qui inconsultè quippiam agunt & imperitè: aut in eos qui à præsentibus commodis, quibus ob inscitiam uti nesciunt, excidunt. Vtuntur hoc adagio Plato lib. de leg. 3. Plut. in Gryllo & Aristoph. in Nub. ¶ Asinus ad lyram, ὄνος λύρας, subaudi ἀκροατής, auscultator. In eos, qui propter imperitiam nullo sunt judicio, crassisque auribus. Rectè etiam torquebitur in eos, qui indecorè tentant artificium cujus sunt imperiti, & à quo natura abhorrent. ¶ Germanum huic est, Asinus ad tibiam, ὄνος πρὸς αὐλόν. Dicendum ubi quis ea quæ scitè dicuntur, nec animadvertit, nec intelligit, nec laudat. Asinus asino, & sus sui pulcher, ὄνος ὄνῳ κάλλιστος, ὗς δὲ τῷ ὑΐ. Id est, simile simili placet. Cōvenit ubi inter honestus similitudo morum & instituti conciliat benevolentiam: velut quum miles placet militi, aleator aleatori, potator potatori, sophista sophistæ. ¶ Asinus balneatoris, ὁ ἀπ᾽ ὄνος βαλανέως. Dictum est in eos, qui ex suis laboribus ipsi nihil fructus caperent. Plut. in libel. περὶ τῆς φιλοπλουτίας: Οὐδὲν δὲ πάσχει, ὥσπερ ὄνος βαλανέως, ξύλα καὶ φρύγανα κομίζων, ἀεὶ καπνοῦ καὶ τέφρας ἀναπιμπλάμενος, λουτροῦ δὲ μὴ μετέχων, μηδὲ ἀλέας, μηδὲ καθαριότητος. i. Nihil inde capiens commodi, velut asinus balneatoris, qui ligna & sarmenta defert, semper fumo ac favillis oppletus, nunquam autem particeps balnei, neque teporis, neque munditiei. Loquitur de divite parco & sordido, qui quum sit onustus divitiis, non utitur tamen. ¶ Asini caput ne laves nitro. ὄνου κεφαλὴν μὴ πλύνειν νίτρῳ. Nec multum sumptus operæve impendas ioʀē vilem ac sordidam. ¶ Asini mandibula, ὄνου γνάθος. Convenit in edaces, aliqui stolidos & ignavos. Asini mortes, ὄνου θανάτους, subaudiendum narrat. Dicebatur in eos qui narrarent absurda, ridiculaque dictu. Suidas. ¶ Asinus compluitur, ὄνος ὕεται. Dicitur in eos qui maledictis nihil omnino commoverentur. Quemadmudum asinus ob cutis duritiem adeò pluvia nihil offenditur, ut vix etiam fustem sentiat. ¶ Asinus esuriens fustē negligit, ὄνος πεινῶν ῥοπάλου ἀμελεῖ. In eos convenit qui ventris compendiive gratia quamvis contumeliam perferunt. Refert Aristot. lib. 3. Moral. ¶ Asinus in paleas, ὄνος εἰς ἄχυρα, subaudiendum, incidit. Dici solitum ubi cuipiā fortune lautior præter spem obtigerit, aut nactus fortè fuerit aliquis quo vel præcipuè gaudeat. Conveniet & in hunc usum, ubi quis inscitia rem contaminat, veluti si barbarus & illiteratus bonum autorem malis commentariis inquinet. Adagium ab eventu natum nemo non videt. ¶ Asinus inter simias, ὄνος ἐν πιθήκοις. Vbi quis incidit in homines nasutos & cōtumeliosos, ipse stolidus, à quibus impunè rideatur. Gell. li. 1. c. 23. ¶ Consimilem habet cum proximo sensum, Asinus inter apes, ὄνος ἐν μελίτταις. Dici solitum ubi quis infeliciter incidit in homines improbos atque importunos. ¶ Asinus in unguento, ὄνος ἐν μύρῳ. Quum deliciæ adhibentur iis quos haudquaquem decent, neque qui velut norunt illis, vel delectantur. Asinus stramenta mavult, quàm aurum, Aristot. Moral. Nicomach. 10. disputans, nō eandem omnibus esse voluptatem, quum aliis rebus delectetur canis, aliis equus, aliis homo: citat Heraclitum qui dixerit, ὄνους σύρματ᾽ ἂν ἑλέσθαι μᾶλλον ἢ χρυσόν, ἥδιον γὰρ χρυσοῦ τροφὴ ὄνοις: id est, Asinos stramenta malle quàm aurum: quòd asinis pabulum auro sit jucundius. ¶ Asinus portans mysteria, ὄνος ἄγων μυστήρια. In eum dicebatur, qui præter dignitatem in munere quopiam versabatur. Aristophan. in Ranis. ¶ Rex aut asinus, βασιλεὺς ἢ ὄνος, hoc est, aut victor aut victus. Eustathius Odysseæ sextum enarrans librum, ostendit metaphoram ductum ab iis qui ludunt sphæra, quibus qui vicisset, rex appellabatur: qui victus fuisset, huic asino nomen erat. Vtitur Plato in Theæteto. ¶ Asinum sub frænum currere doces: hoc est, doces indocilem. Horat. Infelix operam perdas, ut si quis asellum. In campū doceat parentem currere fræno. ¶ E tardigradis asinis equus prodiit, ἐκ βραδυπόδων ὄνων ἵππος ἐγένετο. Qui clarus evadit quispiam obscuro genere natus: aut quoties ab indocto præceptore proficiscitur discipulus eruditus. ¶ Ab asino lanam, ὄνου πόκας ζητεῖς. De iis qui stultè quærunt ea quæ nusquam sunt. Aristoph. in Ranis. ¶ Eundem sensum habet, τὸν ὄνον κείρεις, Asinū tondes. De iis qui rem absurdam atque inutilem aggrediuntur, propterea quòd asinum neq; pectere possis propter villos: neque tondere, quum lanam non habet. Aristoph. in Ranis. ¶ De asini umbra, ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς: pro eo quod est, de te nihil. Sophocles, Aristophanes & Plutarch. in vita Demosth.

Asellus, m. f. diminutivum ab Asinus. [ὀνάριον. Gal. *Asnon, asnichon, petit asne.* Ital. *Asinello.* German. Ein eselin. Hispan. *Asnillo pequeno asno.* Pol. *Osielek.* Vngar. *Szamárocska.* Ang. *A litle asse, an asse colte.*] Mart. lib. 6. Hunc verò acuto capite, & aurib. lōgis. Quæ sic moventur, ut solent asellorum. ¶ Asellus etiam est nomen piscis sic dicti, quòd sit colore cineritio, sicut asinus, quem vulgò *Merlusium* vocamus. De quo vide Plin. lib. 9. c. 17. ¶ Est & nomen duarum stellarum in signo Cancri. Plin. lib. 8. cap. 35. Sunt in signo Cancri duæ stellæ parvæ Aselli appellatæ.

Asellă, diminutivum ab Asina: [אתון *athón.* ὀνίσκη. Gal. *Petite asnesse.* Ital. *Asinella.* German. Ein Eselin. Hisp. *Asnilla, pequenna asna.* Polon. *Osilica.* Vng. Nőst[illegible] szamárocska. Angl. *A litle she asse.*] sicut Asellus, ab Asinus. [illegible] vid. 3. de Arte: Vt rudit à scabra turpis asella mola.

Asĭnārĭŭs, adjectivum, quod ad asinos pertinet: [ὀνικός. Gall. *D'asne, appartenant à vn asne.* Ital. *Cosa pertenente ad asino.* Germa. Das zu dem esel gehört. Hispa. *Cosa que pertenesce à asino, de asnos.* Pol. *Osily.* Vngar. *Szamárhoz való, szamári.* Angl. *Of asses, belonging to an asse.*] ut, Mola asinaria quam circumagit asinus. Et Asinaria Plauti comœdia, ita dicta, quòd de Asinorum venditione tractat.

Asĭnārĭŭs, rii, m. f. Qui asinos pascit vel custodit. [ὀνηλάτης. Gal. *Asnier.* Ital. *Asinaio.* Germanic. Ein eselhirt/ein eseltreiber. Hisp. *Asnero.* Polon. *Osli pastucha.* Vngar. *Szamarőrző, szamár pásztor.* Angl. *The pastour of asses.*] Cato de Re rust. cap. 10. Operarios quinque, bubulcos tres, subulcum unum, asinarium unum. Sueton. In Aug. Apud Actium descendenti in aciem, asellus cum asinario occurrit.

Asĭnīnŭs, a, um, adject. Quod est asini [ὄνειος. Gall. *D'asne.* Ital. *Di asino.* German. Das des esels ist. Hispa. *Cosa de asino.* Polo. *Oslowy.* Vngar. *Szamáry.* Angl. *Of an asse.*] ut, Pullus Asininus, Varr. 2. de Re rust. c. 8. ¶ Lac asininum Plin. lib. 28. c. 10. Asinino lacte potu venena restinguuntur.

Asio, onis, [ἀσίων. Polon. *Kalus.* Vngar. *Fules bagoly.* Angl. *A bustarde, or bistarde, a bir de so called.*] Avis est ex genere noctuarum, minor bubone, plumas erectas habens aurium modo. Plin. lib. 10. cap. 23. Otis bubone minor est, noctua major, auribus

bus plumeis eminentibus: unde & nomen illi: quidam Latinè Asionem vocant.

A͞smătogrăphī, ἀσματογράφοι, Dicti sunt Poëtæ, qui ad barbiton, citharam, aliúdve musicum instrumentum cantica conscribebant: cujusmodi fuêre Automedes, Demodocus, & Lares Corcyrei, & Ithacensis Phemius: ut post Demetrium Phalereum refert Cæl. Rhod. lib. 7. c. 4.

A͞sōmătŏs, id est, sine corpore, & impalpabilis. [ἀσώματος. Gall. *Sans corps.* Ital. *Senza corpo.* German. Ohne ein leib. Hisp. *Lo que no tiene cuerpo.* Polon. *Cialaniemaiacy.* Vngar. *Testetlen, test-telen.* Angl. *Without a bodie bodielesse.*] Cicer. 1. de Nat. deor. Quòd verò sine corpore ullo deum vult esse, ut Græci dicunt, ἀσώματον, id quale esse possit, intelligi non potest. sic e converso Origines σωματικὸν appellat id, quod solidum, & palpabile est.

A͞sōtĭă, Luxus, luxuria. [ἀσωτία. Gall. *Intemperance, luxure.* Ital. *Incontinenza lussuria.* Germ. Unmessigkeit/mutwill/verschwendersey. Hisp. *Superfluidad.* Pol. *Niepowsciagliwosc, zarloczstwo.* Vngar. *Tobzódás.* Ang. *Riotousnesse, prodigalitie.*] Gellius: Cedere equidem vobis debui, ut in tali asotiâ: id est, luxu, prodigalitate, atque nequitiâ, artium nos vinceritis. ex α, & σώζω, servo.

A͞sōtus, Prodigus, luxuriosus, helluo. [פזרן *fazran* זולל *zolel.* ἄσωτος. Gall. *Lassif, prodigue.* Ital. *Lascivo, prodigo.* German. Ein unmessiger/vergeuder/verschwender. Hispan. *Prodigo, gastador.* Pol. *Zarlok, obzarca, rozrzutnik.* Vngar. *Tobzódó.* Ang. *An riotous and prodigall persone, a reueller, spendgood.*] Cicer. 2. de Natur. deor. Posse Asotos ex Aristippi, acerbos ex Zenonis scholâ exire. ¶ Inde adverbium Asótως, ἀσώτως, idem significans quod incontinenter & nequiter. Martialis: Vivis asótως: id est, lasciviè incontinenter.

Aspalathus, f. s. [ἀσπάλαθος. Gall. *Bois d'Aloë de Rhodes.* Ital. *Legno aloes da Rhodes.* German. Rhodiß holtz. Hispan. *Alarguez.* Polon. *Drzewo rhodiskie.*] Spina est candide, teste Plin. lib. 12. capite 24, magnitudine arboris modicæ, flore rosæ, cujus radix unguentis expeditur. Putatur idem esse cum eo, quod hodie officinæ *Lignum Rhodium* appellant. Vide Ruell. lib. 1. capite 38.

A͞sphălthĭōn, ἀσφάλτιον, Species est trifolii, apud Dioscorid. lib. 3.

A͞spărăgŭs, gi, [ἀσπάραγος. Gall. *Asperges.* Ital. *Sparagi.* German. Spargen. Belg. Spergel. Hispan. *Esparagos, ò esparraguera.* Polon. *Asparagi.* Vngar. *Maiorána.*] Herba est fœniculi folio, baccisque, quum maturuerint, rubris: tàm hodie in seplasiorum officinis, quàm usu vulgi, indubitata veteris nomenclaturæ vestigia retinens. Duo ejus sunt genera, alterum sativum, sive altile, quod propriam sibi asparagi appellationē vendicavit. Alterum sylvestre, quod peculiari vocabulo *Corrudam* vocaverunt. Plinius lib. 19. cap. 4: Sylvestres fecerat natura corrudas, ut quisque demeteret passim: ecce altiles spectantur asparagi. ¶ Dicitur autem asparagus, quòd qui sunt in his præcipui, non seruntur, ut Athenæus dixit. ¶ Hujus herbæ summa priusquam durescant, leviter coquuntur, tantùm ut cruditas absit. Hinc locus factus proverbio: Citiùs quàm asparagi coquuntur. De re vehementer properatâ. Sueton in Tranquillo. ¶ Asparagus etiam planta spinosa absque foliis est, de qua ex Theophrast. Histor. lib. cap. 6. Plin. lib. 21. cap. 15. in hunc modum scribit: in totum spina est Asparagus, Scorpio, nullum enim folium habet.

A͞spārgo, inis, Vitium ex pluviâ undáve cōtractum. Callistrat. l. 4. ff. ad leg. Rhodiam de jact. Si vicenum merces duorum fuerunt, & aspargine decem esse cœperunt. In aliis tamen *aspergine* ibi legitur.

A͞spello, is, act. t. Amoveo, abigo, arceo. [נדח *nadhách* נדח *nadhaph.* ἀπωθεῖν. Gall. *Repousser, chasser arriere de soy.* Ital. *Rimovere.* German. Dannen treiben/ hindersich stossen. Hispan. *Echar de algun lugar.* Polon. *Odpadzam.* Vngar. *Elűzöm.* Ang. *To driue or thrusse away.*] Plaut. Capt. Neque exilium exitio est: neque adeò spes, quæ mihi hunc aspellat. Cic. 3. Tusc. Sed longè à læto nomine aspellor Iovis: id est, expellor, arceor.

A͞spĕr, ra, rum, Quod visu vel gustu, vel tactu, alióve sensu insuave est, ut inquit Sipontinus, Scaber, durus: cui contraria sunt Lenis, levis. [קשה *kascheh* שעיר *schahir*, τραχύς. Gall. *Aspre & rude à voir, ouir, gouster & toucher, raboteux.* Ital. *Aspro, insoaue.* Germ. Rauch/herb/unliebiich. Belg. Sery/rou/onmilt. Hispan. *Aspero.* Pol. *Chropiasty, przikri, cierpki.* Vngar. *Darabos.* Ang. *Rough, rude vnpleasant aswell tho the sigth as the other senses.*] Videtur deductum à Græco ἄσπρος. Hinc asperam arteriam vocat Plinius, atque adeò medici omnes, quam Græci τραχεῖαν, propter multorum semicirculorum asperitatem. Cicer. 2. de Finib. Sensus judicat dulce amarum, lene asperum, propè longè, &c. Cic. in Part. orat. In locis autem & illa naturalia leves an asperi, salubres an pestilentes, &c. ¶ Aspera signis pocula. Virgilius 2. Aeneid. Cymbiaque argento perfecta, atque aspera signis Pocula. ἀνάγλυφα. ¶ Transfertur & ad alia, quæ dura sunt, σκληρός. Terent. Asperum, pater, hoc est, aliud fodes para. Vnde & pro nocente quãdoque capitur. Virgil. 3. Georgic. Asper, acerba sonans. ¶ Et pro iniquo. Idem 1. Aeneid.-quin aspera Iuno. Cicero pro Cn. Planc. Eodemque adjungas, quod naturâ putes asperos, atque omnibus iniquos. ¶ Pro fastidioso, & ingrato. Virgil. 8. Aeneid.-rebusque veni non asper egenis. ¶ Asperâ & horrida oratio. Cic. in Orat. Quod ipsum alii asperâ, tristi, horridâ oratione, neque perfectâ neq; conclusâ, &c. ¶ Aspri pro Asperi, synæresis usitata Poëtis. Virg. 2. Aeneid. Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem Pressit.

A͞spĕr nūmmūs dici putatur, qui recenter cusus signatusq; est, quòd plusculum habeat asperitatis, quàm ille, qui jam manibus tritus est. Pers.-quid asper Vtile nummus habet. Suet. in Neron. Exigitq; ingenti fastidio & acerbitate nummũ asperũ.

A͞spĕrĭtās, atis, f. t. cui opponitur Lenitas. [קשי *keschi.* τραχύτης. Gall. *Aspreté, rudesse, austerité.* Ital. *Asprezza.* Ger. Herbe/reuhe/unmiltigkeit. Hisp. *Asperza.* Polon. *Ostrosci, przikrosci.* Ang. *Roughnesse, vnpleasantnesse to the senses, rudenesse.*] Cic. 4. de Finib. Quam illorum tristitiam atq; asperitatem fugiens Panætius, nec acerbitatem sententiarum, nec disserendi spinas probavit. ¶ Asperitas animi, sive animæ, pro difficultate spirandi. Plin. lib. 22. c. 24: Ergo & hæc animi asperitas, seu potiùs animæ dulciore succo mitigatur.

A͞spĕrē, adverb. Durè, & insolenter. [τραχέως, χαλεπῶς. Gall. *Asprement.* Ital. *Aspramente.* German. Reuchlich/unliebiich. Hispan. *Asperamente.* Polon. *Ostrze.* Vngar. *Darabosan, keménnyen.* Ang. *Roughlie, rudelie, churlishlie.*] Cic. de Amic. Vt igitur & monere, & moneri proprium est veræ amicitiæ, & alterum liberè facere, non asperè: alterum patienter accipere, non repugnanter: ita, &c. Idem 1. de Orat. M. Cato Galbæ gravis atq; acer inimicus, asperè apud pop. Rom. & vehementer est loquutus.

A͞spĕrĭtĕr. [Angl. *Rudelie, churlishlie.*] pro eodem apud Nævium in Pullis: Vbi tu nequaquam cubares asperiter. Nonius.

A͞spĕro, as, Asperum facio. [הקשה *hikschah* החמיר *hemár.* τραχύνω. Gall. *Faire aspre & rude.* Ital. *Inasprire.* German. Rauch und grob mechen. Hispan. *Asperear, azer aspero.* Polon. *Chropawcze.* Vngar. *Darabossá, keménnyé teszem.* Ang. *To mak rough, or rude or churlishe.*] Colum. lib. 9: Innectis parieti modicis asserculis, qui paulum formatis gradibus asperantur, ne sint volantibus lubrici. Virg. pro Coagulo, sive durum facio, posuit, Aen. 3: Et glacialis hyems Aquilonibus asperat undas.

A͞sprēdo, Asperitas. [τραχύτης. German. Reuhe / hertigkeit.] Cels. lib. 5. capite 27: Interdum simile his, quæ vocant Græci μυρμηκίας, asperdine quadam, & magnitudine sua.

A͞sprētūdo, inis, [τραχυσμός. Germ. Reuhe/hertigkeit.] Cels. li. 6. c. 6: Atq; alia quoq; utilia sunt, quæ ad extenuandam aspretudinem fiunt, de qua protinùs dicam.

A͞sprētum, ti, n. s. Locus asper & abruptus. [τραχών. Gal. *Lieu aspre & mal uni.* Ital. *Luogo aspro.* German. Ein rauch ort/schrofechtig. Hisp. *Lugar aspero, spinal.* Pol. *Chropatosci, ostrosci.* Vng. *Darabos hely.* Angl. *A rough place broken like rockes and steppe downe.*] Liv. 9. ab Vrb. Ad hæc saxa erant, & temerè jacentia (ut fit) in asperis. Idem 5. bell. Maced. Tabernacula statuere in aspretis, & inæquali solo difficile erat.

A͞spĕrgo, gis, si sum, act. t. ex Ad, & Spargo, Quasi ad aliquid spargo, respergo. [נזה *nazáh.* ἐπιρραίνω, ῥαίνω, βρέχω, διαχέω. Gall. *Arrouser, asperger.* Ital. *Spargere spruzzare.* Germ. Ansprützen/ besprengen. Belg. Besprenen/besprenghen. Hisp. *Derramar ò rociar.* Polon. *Nakrapiam.* Vngar. *Meghintöm.* Angl. *To sprinkle vpon, to water.*] Regit autem vel accusativum solum. Plautus: Aspersisti aquam, jam redüt animus. Metaphorâ sumptâ ab iis, qui in deliquio, quam Græci λειποθυμίαν vocant, aspersâ in faciem aquâ, ad sui sensum revocantur. ¶ Aspergere aliquid in epistolis dicimus, quum pauca de re aliquâ scribimus. Cicer. ad Cælium lib. 2. Epist. Hæc aspersi, ut scires me tamen in stomacho solere ridere. ¶ Vel accusativum cum dativo. Virg. lib. 3. Georg. Aut recto assuetus coluber succedere, & umbræ, Pestis acerba boum, pecoriq; aspergere virus. ¶ Vel accusativum cum ablativo. Plaut. in Epid. Ah, guttulâ pectus mihi ardens aspersisti. ¶ Vel ablativum cum præpositione Ex. Cic. Fam. 6: Quæ est igitur (inquies) spes ab irato, eodem fonte se hausturum intelligit laudes suas, è quo sit leviter aspersus.

Auctŏr, nomen verbale ab Augeo, m. t. Qui auget: cujus fœmininū est Auctrix. [מגדל gadal מגבר mechabbēr. αὐξητής. Gall. *Qui donne accroissement.* Ital. *Accrescitore.* Germ. *Ein Mehrer.* Belg. *Een vermeerder.* Hisp. *Crescedor.* Polon. *Rozmnażacz wmnożyciel.* Vng. *bregbitó.* Ang. *That augmenteth or increaseth.*] ¶ Autor verò quem Græci αὐθέντην & αὐτουργὸν dicunt, sine c scribendum nonnulli putant, quòd fit à Græco αὐθέντης, qui falluntur. Nam & Pierius probat esse ab Augeo, & apud Festum Carsium, item in antiquis lapidibus scribitur cum c. [Gall. *Autheur, inuenteur, ouurier.* Ital. *Autore.* Hispan. *Autor que da autoridad à alguna cosa.* Ang. *Szörző, mester.*] Cic. 2. Offic. Apud Homerum optimum autorem nulla talis est de Vlysse suspicio. ¶ Legitur & in fœminino genere. Ovid. lib. 4. Fast. Optima tu proprii nominis autor eris. Figurateq; per obliquos, sicut alia verbalia in or desinentia, neutris adjungitur. Virg. lib. 10. Aen. Italiam petiit fatis autoribus, esto. Est autem Autor, quasi operis factor. Vnde Poëta, cæterique operum conditores dicuntur autores. Valla lib. 4. cap. 32. & lib. 5. cap. 50: Neque solùm quis opus aliquod facit, sed qui princeps est, & primus jubet, ut aliquid fiat, aut inductor, persuasórve, Autor vocatur: ut si quis populum ad bella concitavit, vel qui concordiam persuasit, belli vel concordiæ autor fuit. Cic. lib. 3. Offic. Atque hujus deditionis ipse Posthumus qui dedebatur, suasor, & autor fuit: quasi dixisset, suasor & persuasor. ¶ Autor etiam significat promissorem, ut apud Liv. lib. 2: Autores sumus tutam ibi majestatem Romani nominis fore. ¶ Item propugnatorem sive defensorē, aut vindicem. Idem: Sed ut inventor legis Volero, sic Lectorius collega ejus autor cùm recentior, tùm acrior erat. ¶ Itē eum, cui quis fidem habet. Idem: Agitatus deinde consiliis ex omni parte assentiendo multis autoribus trepidaverat. ¶ Item primum denunciatorem. Idem: Iisdem autoribus cognitum est Aequos, Volscosq; summā vi bellum apparare. ¶ Similiter approbatorē. Idem lib. 3: Multiq; erant, qui mollius cōsultum dicerēt, quòd legum ab eis latarum patres autores fuissent. ¶ Is etiam in quo est jus, potestas, dignitas, nec ab alio pendet, potest dici Autor: à quo Autoritas, αὐθεντία, est appellata. Vnde illud apud Liviū: Decreverunt, ut quum populus regem jussisset, id sic ratum esset, si patres autores fierent: hoc est, si autoritatem suam interponerent, & ratum haberent. ¶ Autores sententiæ sunt, quorum sententiam sequimur. ¶ Autores pupilli, in quorum administratione res ejus sunt. Paulus Iureconsultus: Etiamsi non interrogatus tutor, autor fuit, valet autoritas ejus: quum se probare dicit quod agitur: id est, autorem fieri. ¶ Autor item is dicitur, à quo quis autoritate: id est, jus dominii in rem quampiam accipit. Cic. Verr. 7: Illi intellexerunt, se id quòd à malo autore emissent, diutiùs obtinere non posse: Id est, ab eo qui vendendi autoritatem nullam habebat. Idem pro Cæcin. P. Cesennius autor fundi. ¶ Inde autor secundus dicitur fidejussor, qui à venditore datur ob evictionem. Hotomanus.

Auctŏrĭtās, Auctorare, Auctoramentum. Vide AUTHORITAS.

Auctĭfĭcŭs, adjectivum, Quod auget quódve momentum aliquod affert ad incrementum. [מרבה marbeh. αὐξητικός, αὐξητήριος. Gall. *Qui fait croistre, qui donne croissance.* Ital. *Quello ch' accresce.* German. *Das zu der mehrung hilfft / das grösser macht.* Hispan. *El que aze accrescentamiento.* Polon. *Przymnażający.* Vng. *bregbitő.* Angl. *That augmenteth, that giueth increase.*] Lucret. lib. 2: Nec porro rerum genitales auctificique Motus, perpetuò possunt servare creata.

Augĭfĭco, dixit Ennius pro Augeo, Et tabes numeros augificabit suos. Obsoletum.

Augmĕn, inis, n. t. Augmentum. [מרבית marbith. αὔξησις. Gall. *Augmentation, accroissement.* Ital. *Accrescimento.* German. *Ein mehrung / zunemmung.* Hispan. *Acrecentamiento.* Polon. *Przymnożenie.* Vngar. *bregbwlés.* Angl. *Increase, increasing.*] Luc. libro 3: -perfectum corporis augmen. ¶ Augmine donare, pro augere. Idem lib. 1: Vnde abeunt, minuunt: quò venêre, augmine donant.

Augmentum, n. f. obsonii genus, quod ex immolatâ hostiâ desectum in jecore imponendo agendi causâ. Varro lib. 4. de lingua Lat. Meminit & Arnobius lib. 7.

Augmento, συναυξάνω, idem quod Augeo. Cicer. in Læl. Sed vi... est finis optimus, quum integrâ mente, cæterisq; sensibus, opus ipsa suum quæ augmentavit natura dissolvit. ¶ Coagmentor, vide infra in COAGMENTO.

Augur, auguris, Interpres auguriorum, qui ex volatu, pastu, cantu avium futura divinat. [מנחש menachêsch. οἰωνοσκόπος, οἰωνοπόλος, ὁ ἐκ οἰωνῶν μαντευόμενος. Gall. Devin ou devine par le chant, vol ou autre geste des oiseaux, augur. Ital. Augure, indovinatore. German. Ein Vogelschawer/ein weyssager auß dem fliegen/schreyen/oder weiden der vögeln. Hispan. El que adevina por agueros. Polon. Wieszczek s ptastwego lotow, spiewania albo pastwi. Vng. Ioueudölö, iouendö mondo. Angl. A coniectour of thinges to come.] Dictus, teste Festo, ab avium garritu, sive à gestu earum, quem augures solent observare. Cic. in Catone: Augurq; quum esset, dicere ausus est, optimis auspiciis ea geri, quæ pro Reipub. salute gererentur.

Auguralis, le, om. t. Ad augurem pertinens. [οἰωνοσκοπικός. Pol. Wieszczowi. Ang. Belonging to shame which gesseth thinges to come.] ut, Auguralis cœna, quæ & Adjicialis dicitur. Varr. 3. de Re rust. cap. 6: Primus hos Q. Hortensius augurali cœnâ posuisse dicitur. Cic. ad Gallum: In eas quum incidissem in cœnâ augurali apud Lentulum. Augurales libri, Auguralia insignia, Porta auguralis. Tacit. lib. 2: Nocte portâ egressus augurali, per occulta, & vigilibus ignara, uno comite, &c.

Augurale, Insigne augurum. Senec. de Tranquill. vitæ, c. 11: Quę dignitas, cujus non prætextam, & augurale, &c. Vir Auguralis Cic. de Clar. Orat. Auguralis virga, οἰωνοσκοπικὴ ῥάβδος, Baculus erat brevis, qui & Lituus appellatus est, in eâ parte, quâ robustior erat, incurvus.

Augurium, n. f. quasi Avigerium dictum, vel Avigarium: pro quo antiquissimi etiam Augurum dixerunt per tres syllabas, ut Accii testimonio confirmat Nonius. Auspicium, autoritas rei bene gerendæ. [נחש nachasch. οἰωνοσκοπία. Gall. Augure, devination, ou devinement par les oiseaux. Ital. Indovinamento, divinatione. Ger. Ein weyssagung von dem vögeln genoffen. Hisp. Divinacion por agueros. Pol. Wieszczba z lotow ptaszego albo iedzi. Vng. Ioueudölés. Ang. Divination, sunthsaying birdes.] Erant autem tria divinationis genera in avibus: nam aliæ volatu, aliæ cantu futura prædicebant: & illæ quidem Præpetes, istæ Oscines dicebantur. Erat & tertium genus, ex illarum pastu, quum pullis gallinaceis è caveâ depromptis esca porrigebatur. Si enim ita avidè edebant, ut cibus ore excidens terram paviret: hoc est, feriret, tum auspicanti tripudium solistimum nuntiabatur, & fœliciter eventurum quicquid ille animo concepisset: contrà omnia infausta portendebantur, si escam non caperent. Quapropter infelicè conflictum à Numantinis in Mancinum illatum prædixerunt pulli, qui escam non ceperunt, sed ex caveâ evolarunt. De auguribus auguriisq; vide Alexandrum ab Alexandro, & Budæum in Pandectas. ¶ Auguria avium, & avium auspicia, distinguuntur apud Plin. lib. 7. c. 56. Augurium species est ab avium garritu, oscinisque nomen est: At auspicium ab avium inspectione, generis rationem videtur obtinere, ac de volatu, cantu, pastu ac tripudio, totam observationem, complecti. ¶ Sumitur etiam latiùs Augurii nomen pro quavis divinatione, sive conjecturâ, Cic. 4. Philip. O' mea semper frustra verissima auguria rerum futurarum. ¶ Pro oraculo. Virg. 3. Aeneid. Da pater augurium, atque animis illabere nostris. Servius.

Auguraculum, raculi, n. f. [οἰωνοσκοπεῖον. Germ. Das ort da man weyssaget/oder das gemerck ab den vögeln nimpt.] Veteres dicebant, quam nos arcem vocamus, quòd ibi augures publicè auspicarentur. Fuit autem auguraculum in vico Mustellario & colle Latiari, ad sacram viam, quâ in auguraculum ibatur, ut ex Varr. de ling. Lat. 4. intelligitur, apud quem malè Turaculum, pro Auguraculo legitur, ut doctè animadvertit Scaliger.

Augurius, a, um, Idem quod Auguralis. οἰωνοσκοπικός. Cic. epist. libro 2: Quum ipsam cognitionem juris augurii consequi cupio.

Auguror, Propriè est ex avium cantu, gestu vel pastu futura divino. [נחש nichêsch קסם kesám. μαντεύομαι, οἰωνοσκοπῶ. Gall. Deviner par les oiseaux. Ital. Augurare, indovinare. Germa. Weyssagen auß der vögeln fliegen/schreyen/vnd dergleichen. Hispan. Adevinar por agueros. Polon. Prorokuie z ptaszego spiewania, albo latania. Vng. Ioueudölök. Ang. To tell by divination what shal happen, to gesse.] Quanquam etiam latiùs accipitur, pro quovis modo conjicio. ¶ Regit autem vel accusativum. Cicer. de Divin. 1: Calchas ex passerum numero belli Trojani annos auguratus est. ¶ Vel ablativum. Idem ad Atticum: Etenim quantum conjecturâ auguramur. ¶ Item cū præpositione De. Idem in Bruto: Sed quid de illo augurer, lubet dicere. ¶ Et cum Ex. Idem Cecinnę. Non igitur ex alitis volatu, nec ex cantu sinistro oscinis, nec è tripudiis solistimis aut somniis tibi auguror.

Auguro, as. Auguror, [οἰωνίζομαι. Germ. Lesen/etwas künfftigs weyssagen.] Virgil. lib. 9: -& siquid veri mens augurat opto. ¶ Hinc Inauguro, & Exauguro, cōposita contrariæ significationis. Nam Inaugurare, est, per auguriū consecrare. ¶ Exaugurare autem quod inauguratum erat, contrario augurio profanare. Cic. de Antonio Cæsaris Flamine: Quid igitur cessas? cur non inaugurare? sume diem: vide, quis te inauguret. Liv. 1 ab Vrbe: Et ut libera à cæteris religionibus area esset, tota Iovis templique ejus, quod inædificaretur, exaugurare fana, sacellaque statuit.

Auguratò, adverbium, οἰωνισμῶς, Per augurium: sicut Auspicatò, per auspicium Livius 1. Decad. lib. 1: Atticus Numa, sicut Romulus auguratò in urbe condendâ regnum adeptus est, de se quoque deos consuli jussit.

Auguratus, us, m. q. Scientia, vel dignitas auguris. [οἰωνοσκοπία. Germ. Die Ehr/Würde vnd ampt des weissagens ab den vögeln.] Cic. de Divinat. Cujus quum tentaret scientiam auguratus, dixi ei cogitare se quicquam. Ibidem: Quid lituus iste vester, quod clarissimum est insigne auguratus, unde vobis est traditus?

Auguratio, onis, f. t. Ipse augurandi actus, divinatio. [οἰωνοσκοπία. Ger. Ein weyssagung oder bedeutung ab dem flug der vögeln.] Cicer. 3. de Divinat. Quæ tandem ista auguratio est ex passeribus, &c.

Augustus, a, um, Dicitur sanctus, & dignus, quem religiosâ quadam veneratione observationeque colamus. [נכבד hannichbadh. σεβαστός, σεμνός, ἱερός. Gall. Consacré ou sainct, venerable, reverend, magnifique. Ital. Augusto, venerando per religione, degno di reverenza. Germ. Heilig/Ehrwirdig/voll Maiestat. Hispan. Sancto, religioso, que deue ser honrado. Polon. Swiety, czcygodny, pelny godnosczy. Vngar. Szentséges, böcsülletes. Angl. Worthie of reverence and honour, magnifick, worshipfull.] Vnde Augusta templa & simulacra, augusta forma, & augusta dignitas, &c. Ovid. 1. Fast. Sancta vocant augusta patres: augusta vocantur Templa, sacerdotum ritè dicata manu. Cic. 5. Tuscul. Ex hoc igitur Platonis quasi quodam sancto, augustorumque fonte nostra omnis manabit oratio. Sed & Octavius Cæsar primùm, indeque reliqui ab illo Cæsares, Augusti, σεβαστοί, cognominati sunt, cū ob singularem eorum virtutem, meritaque in Rempublicam maxima, tùm ut cæteri tàm Augusto, splendidoque nomine sibi adepto, ad easdem egregias virtutes invitarentur. ¶ Item quia mense Sextili Octavius Cæsar primum Cōsulatum iniit, triumphos in urbem intulit: Aegyptus quoque hoc mense in potestatem populi Romani redacta, & finis civilib. bellis impositus est, placuit Senatui, ut qui antè Sextilis, deinde Augustus appellaretur, ut qui imperio fœlicissimus fuerit. [אב elul. αὔγουστος. Gall. Le mois d'Aoust. Ital. Mese di Agosto. Germ. Der Augstmonat. Belg. Oostmaent oft Oogstmaent. Hispan. El mes de Agosto.] ¶ Augustata mensa, apud Macrobium est ea, quæ Augusta facta est: id est, quæ consecrata est. In templo, inquit, Iunonis Populoniæ Augustata mensa est.

Auguste, adverb. Sanctè, piè, religiosè, & cum quadam veneratione. [σεβαστῶς. Vngar. Szentül, böcsülletessen.] Cic. 2. de Nat. Deor. Hunc dico Liberum Semele natum: non eum, quem nostri majores augustè sanctèque Liberum cum Cerere & Liberâ consecraverunt. ¶ Dicere de religione augustius. Cic. de claris Orat.

Augustale, is, n. t. Germ. Ein Fürsten Hof oder Zelt. Angl. A kinges pavilion or tent, a princes palace.] Domus principis vel magistratus, à recentioribus appellata fuit, quæ à veteribus dicebatur Prætorium, πραιτώριον. In castris quoque Imperatoris tabernaculum, Augustale dictum legimus. Quintil.

Augustales, teste Vegetio lib. 2. rei militaris, appellabantur, qui primos in bello ordines ducebant: ita dicti, quòd ab Augusto ad id munus essent delecti. ¶ De Augustalibus vide Tacitum & Lipsium. Augustalia dicebantur ludi in honorem Augusti, quibus tribuni mortuo Augusto præfecti sunt quasi sacri. meminit & Tacit. in pr. ubi Lips.

Augustei, termini dicebantur in locis montanis positi, rotundi: quòd Augustus eos recensuit, & ubi fuerunt, lapides aliquot constituit, omnemque terram suis temporibus remensurari voluit, ac veteranis militibus assignari.

Avidus, Cupidus, ab avendo: hoc est, à cupiendo. [מתאוה mearvéh. ἐπιθυμητικός. Gall. Convoiteux, desireux, cupide. Ital. Avido, ingordo, desideroso. Germ. Begierig. Belg. Begeerich. Hisp. Codicioso y avariento. Polon. Chetiwi. Vng. Kéuáno. Angl. Covetous, desirous, gredie.] Terent. in Heaut. Sed habet patrem quendam avidum, miserum atque aridum. Plin. lib. 12. c. 1: Vt est natura hominum novitatis avida.

Aviditas, atis, f. t. Cupiditas, desiderii. [תאוה taavâh. ἐπιθυμία. Gall. Convoitise, desir aspre & ardent, avidité. Ital. Ardente appetito & desiderio. Germ. Begierd/begirligkeit. Hisp. Codicia y avaricia. Pol. Chciwosc. Vngar. Kéuányág. Ang. Covetousnesse, greedinesse.] Cic. de Senect. Habeoque senectuti magnam gratiam, quæ mihi sermonis aviditatem auxit, potionis & cibi sustulit. Idem 3. de Finibus: Erat enim, ut scis, in eo inexhausta aviditas legendi, nec satiari poterat.

Avide, adverbium, Cupidè. [ἐπιθυμητικῶς, ἀπλήστως. Gall. Ardemment, aspremens, de grande affection. Ital. Avidamente, fieramente. German. Begierlich. Hisp. Codiciosamente. Polon. Chciwie. Vngar. Mohon. Ang. Covetouslie, greedelie.] Cic. de Senect. Græcas literas senex didici, quas quidem sic avidè arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. De hoc etiam in dictione AVARUS.

Avilla, quasi ovilla, Agnus recentis partus. Festus.

Avis, f. t. Volucris omnis, quæ ova parit & pennis decorata est. [עוף hoph. ὄρνις. Gall. Oiseau. Ital. Vccello, augello. Ger. Ein vogel. Hispan. Ave que pone y saca huevos. Polon. Ptak. Vngar. Madar. Ang.

Ang. *A foule, a birde, al great birdes, as henne goose.*] Ita dicta, (ut quibusdam videtur) ab aviis: hoc est, locis secretioribus, quibus aves maximè delectantur. Autor ad Herenn. lib. 1: Avium dulcedo ducit ad avium. Volucres autem πτηνὰ dicuntur, quæcunque volare possunt. Vnde apes, vespæ, muscæ, & papiliones, volucres quidem sunt, non tamen aves. Vespertilio quoque, à quibusdam inter aves non numeratur, eò quòd pennatus non sit, sed pennarum loco alas habeat membranaceas, & quatuor pedes contra avium naturam: quo fit ut media quædam species inter avem, & murem esse videatur: tametsi Valla ab avium genere eum non excludat. ¶ Alba avis, λευκὸς ὄρνις, proverbialiter à M. Tullio in epist. Famil. lib. 7, dicitur, pro re novâ atque auspicatâ. Quadrabit & in rem admodum raram & inusitatam, quòd aves perpaucæ sint hoc colore. ¶ Bonis aut malis avibus dicimus, quum rem feliciter aut secus cedere significamus. Ab augurum observatione sumptum. ¶ Avis ex avibus, ὄρνις ἐκ τῶν ὀρνίθων, proverbii formâ dictus est Aristophani, per ironiam, vir nobilis, quasi bonus ex bonis prognatus. ¶ Musarum aves, μουσῶν ὄρνιθας, non absque proverbii specie Theocritus in Thalysiâ appellat Poëtas, quòd Lusciniarum in morem assiduè canant sua poëmata. ¶ Meliores nanrisci aves, Α'μεινόνων οἰωνῶν τυχεῖν, dicuntur, quibus pòst res adversas succedût prosperiora. ¶ Nisi siqua vidit avis, πλὴν εἴ τις ἄρ᾽ ὄρνις. Hyperbole proverbialis, de re vehementer occultâ. Aristoph. in Avib. Οὐδεὶς θησαυρὸν τὸν ἐμὸν πλὴν εἴ τις ἄρ᾽ ὄρνις: id est, Nemo meum vidit thesaurum, nisi forsan si qua avis usquam. Vide Suidam. ¶ De Avium cantu diversis temporibus, rum & qualitate, lege Apul. lib. 2. Florid. ubi de psittaco differere incipit. Præterea aves rectiùs dici animal terrestre, quàm aërium, idem Apul. ostendit in suo, de Deo Socratis, libello circa medium. ¶ Aves crate capere. Plautus in Asinariâ: Hoc uno excepto, quòd non crate, sed retibus aves capiuntur. Vide Bud. Miscellaneorum lib. 1. cap. 28: Nostrates, *inquit*, rustici, cùm nive tecta est humus, ab eâ vacuas areolas quasdam conciunnant, in quibus superjectâ crate ordeum effundunt, variaque semina ad inescandas aves spargunt. ¶ Ex verò sub eâ desuper incumbente pascentes, fune, qui machinam suspendit, clàm laxato, omnes facilè opprimuntur.

A'vĭcŭlă, f. p. diminutivum, Parva avis. [ὀρνίθιον. Gall. *Oiselet, petit oiseau, poussin.* Ital. *Vccellino, augellino.* German. Ein vögelin. Hispan. *Avezilla, ò pequenna ave.* Polon. *Ptaszek.* Vnga. *Madarka.* Ang. *A litle birde.*] Gellius lib. 1: Avicula est parva, nomen est Cassita, nidulaturque in segetibus.

A'vĭārĭum, aviarii, n. s. Locus ubi aves domi nutriuntur, vel quo aves includûtur. [ὀρνιθών. Gall. *Voliere, lieu où on nourrit oiseaux, cage, mué.* Ital. *Luogo de tenere vccelli & volatili.* German. Ein vogelhauß oder keffig. Belg. Vogelhuys/een treije Hispan. *Lugar donde se crian aves.* Pol. *Klatka ptaszą, kociecz ptaszy.* Vngar. *Ketrecz madar tartó hely.* Ang. *A cage.*] Cicer. Q. fratri lib. 3: Nihil ei restat præter balnearia, & ambulationem, & aviarium. Colum. lib. 8. cap. 1. Quæ nos similiter appellamus apum cubilia apiaria, vel nantium volucrum, quæ stagnis piscinisque lætantur, aviaria: vel etiam pecudum sylvestrium, quæ nemoribus clausis custodiuntur, vivaria. ¶ Aviaria quoque à Virgilio dicuntur loca nemorosa, & secreta, quæ avibus abundant. Sic enim habet 2. Georg. Sanguineisque inculta rubent aviaria baccis. Vbi Servius: Aviaria secreta nemorum, quæ aves frequentant.

A'vĭārĭŭs, m. s. Qui curam avium gerit. [ὀρνιθοκόμος. Gall. *Oiseleur, qui prence les oiseaux en volieres ou cages.* Ital. *Colui che tiene cura d'vccelli.* German. Der die vögel versihet/der mit vögeln umbgeht. Hispan. *El que cria ò guarda aquellas aves.* Pol. *Ptaky opatruiacy.* Vngar. *Akki az madarakkal bánik.* Ang. *He that hath the caire of birdes, a poulter.*] Columel. l. 9. de Gallinis: Sic tamen, ut illustria sint loca, quo commodiùs habitet aviarius. Dicitur & Avicularius.

A'vĭŭs, a, um, Quod longius distat à viâ, aut quod est sine viâ. [ἄβατος. Gall. *Sans chemin ne voye, esgaré.* Ital. *Senza via, isviato, disviato.* Germ. Ohn ein weg/unwegsam Hispan. *Descaminado.* Polon. *Bezdrogy, daleki zdrogy.* Vngar. *Vtnélkül valo.* Ang. *Without a way.*] Virgil. lib. 2. Georg. Avia tum resonant avibus virgulta canoris. Salust. in Iugurt. Ipse nocturnis, aviis itineribus ignoratus, repentè Romanos palantes aggreditur. Lucr. Avia Pieridum peragro loca, nullius antè Trita solo. Idem: Avius à verâ longè ratione vagaris. ¶ Avia substantivè. Tacit. libro 4: Postquam saltuosos locos attigerat, dimisso equo per dirupta & avia sequentes frustratus est. Valer. 5. Argonaut. Hic tibi tot casus, horrenda tot avia mensi Cernimur.

Aulă, f. p. Atrium, tegia, Propriè est principum domus, ventis perflatilis, ut annotavit Athenæus. [היכל ulám ביתן bithan. αὐλή. Gall. *Vne sale, la court du prince, maison royale.* Ital. *Corte del palazzo, corte de principe.* German. Ein hof/ein Saal. Hisp. *Palacio de los grandes.* Polon. *Sala, dwor krolewski.* Vngar. *Vduar, palota.* Angl. *An haule, a princes house, or palace, a courte.*] Vnde apud Homerum loca subdialia hoc nomine intelliguntur. Verùm quoniam principum ædes habere solent amplissima hypæthra, factum est ut aula pro regiâ ponatur. Seneca: Notissima vox est ejus, qui in cultu regum consenuerat, quum quidam illum interrogaret, quomodo rarissimam rem in aulâ consequutus esset, senectutem: Injurias (*inquit*) accipiêdo, & gratias sæpe agendo ¶ Aulai. genitivus apud Virgil. 3. Aeneid. Aulai in medio libabant pocula Bacchi. ¶ Antiqui Aulas dicebant, quas nos Ollas: id est, vasa figulina, quibus cibaria coquuntur. Plautus in Amphytrione: Optimo jure infringatur aula cineris in caput. ¶ Est etiam Aula sive olla arborum virium, de quo Theophr. lib. 4. cap. 19. ¶ Hujus diminutivum est Aulula, à qua Plauti Comœdia Aulularia vocata est: hoc est, Parva olla. ¶ A'quo rursus fit aliud diminutivum Auxilla, ut est autor Festus.

Aulĭcŭs, ca, cum, denominativum, Quod ad aulam pertinet: [αὐλικὸς, αὐλικός. Gal. *De court, de sale.* Ital. *Di corte.* German. Höflich/was zu dem Hof gehört Hispan. *Cosa de palacio de grandes.* Polon. *Dworski.* Vnga. *Vduari.* Ang. *Courtly, a courtiour.*] ut, Aulicus apparatus. Et Aulicus, substantivè, qui aulæ sectator est assiduus. Suet. in Nerone: Nam fortè accidit, ut in publicâ fame Alexandrina navis nuntiaretur, pulverem luctatoribus aulicis advexisse.

Aulæum, aulæi, n. s. vel (quod magis in usu est) Aulæă, orum, pluraliter, αὐλαῖαι, ἡ τὰ αὐλαῖα, Sunt vela picturata, & versicolori texturâ spectabilia quæ à Græcis ἀνθεπτισμένα, & ποικίλματα nominantur, quibus in splendido aliquo apparatu parietes obtenduntur. [Gall. *Tapis, tapisseries.* Ital. *Panno d'arazzo, arazzi.* Germ. Teppich/schöne Heydnischwerck tücher. Belg. *Tapisserye.* Hispa. *Manta de pared con figuras.* Polon. *Kobierzec, obicie.* Vngar. *Karpit.* Ang. *Tapistrie, arras, hanginges of houses.*] ¶ Dicta Aulæa, ab aulâ Attali Asiæ regis, in qua primum inventa sunt. Vnde etiam Attalica aulæa vocantur. Propertius Nobilis atlæis porticus Attalicis. ¶ Belluata tapetia, ζωωτά, dixit Plautus, à texturâ belluarum, quæ in aulæis intexuntur. ¶ Singularis numerus legitur apud Cic. pro Cælio. Deinde scabella concrepant, aulæum tollitur. ¶ Legitur & Aulæa fœminino genere apud Q. Curtium: Nec quicquam (*inquit*) eorum quæ invicem jactata erant, Rex ignorabat, quum post aulæam, qua lectos obduxerat, staret.

Aulētēs, Tibicen, Aulœdus. [חליל cholil. αὐλητής. Gall. *Chantre ou ioueur de fleute, menestrier.* Ital. *Suonatore di piffaro, cantore.* German. Ein Pfeiffer/ein schwegler. Belg. Een pijper/oft speelman. Hispan *Tannedor de flautas.* Polon. *Trebacz, piszczek.* Vngar. *Trombitás.* Angl. *A flutter, a piper, a minisdrel.*] Cicer. pro Muræna: Pòst, quum id assequi non potuissent, isthuc potissimùm sunt delapsi, ut ajunt in Græcis artificibus, eos auletas esse, qui citharœdi fieri non potuerint: sic nonnullos videmus, qui oratores evadere non potuerunt, eos ad juris studium devenire. Hinc locus factus provebio, Aulœdus fit, qui citharœdus esse non possit. ¶ Fuit & Auletes cognomen Ptolemæi, patris Cleopatræ, qui præter reliquam vitæ molliciem etiam choraulam exercuit: unde & nomen nactus est. Hic ab Alexandrinis regno exactus, ad Pompeium confugit, à quo Senatui commendatus est, & à Gabinio in regnum reductus. Autor Strabo lib. 17.

Aulētĭcŭs, ca, cum, αὐλητικός. Hoc est, tibiis idoneus: ut Auleticus calamus. Plin. lib. 16. c. 36: Orchomenius est continuo foramine pervius, quem Auleticon vocant.

Aulētrĭs, auletrieis f. t. [αὐλὶς αὐλητρίς. German. Ein Pfeifferin oder schwegletin. Ang. *A woman ministrell.*] Mulier tibicina est. nam αὐλὸς, tibia est.

Aulĭcŏquă, Antiqui dicebant, quæ in aulis: hoc est, ollis coquuntur. Vnde Aulicoqua exta dicuntur, in ollis elixa. Autor Festus.

Aulœdŭs, [αὐλῳδός. Germ. Ein Sänger oder Pfeiffer. Polon. *Surmacz.* Vngar. *Sipos.* Ang. *A minstrel or piper.*] Qui tibiis canit, quas Græci αὐλοὺς vocant. Cicero pro Muræna: In Græcis artificibus eos aulœdos esse ajunt, qui citharœdi fieri non possent. Emendati codices habent *auletas* non *aulœdos*.

Aulŏn, αὐλὸν, ut scribit Hieronymus, cannulæ aut cordulæ sunt, quæ in organo resonant. Aulæ tibiæ & calamus tibialis, auleticus dicitur, utpote tibiis utilior. Ille verò qui fistulis est accommodatus, Syrinx appellatur. Sicut scribit Plin. lib. 16. ¶ Dicitur & hic Aulus, auli, pro tibia, inde Choraulus tibicen.

A'vŏco, act. p. Aliò voco, abstraho, averto. [השיב heschib. ἀποκαλῶ, ἀποτρέπω. Gall. *Rappeller, retirer.* Ital. *Chiamare altroune.* German. Hinweg berüffen/an einander ort berüffen. Belg. Jeweers afroepen Hispa. *Llamar a lugar.* Polon. *Odwodzę.* Vngar. *Máshuuá hiuom, el hiuom* Ang. *To call away, to with drawe.*] Lactant. lib. 1. & ad studia pacis à rebus bellicis avocavit. Cicero pro Rosc. Amer. Non necesse est omnes commemorare Curtios, Marios, denique Mamercos, quos jam ætas à præliis avocabat. ¶ Avocare concionem, Impedire, ne habeatur concio. Gell. lib. 13. cap. 14: Consul ab omnibus magistratibus & comitiatum & concionem avocare potest.

A'vŏcārī alicui, pro ab aliquo. Vlpianus de noxali actione: Nec oberit ei quod Servianâ ei potest homo avocari.

A'vŏcātĭo, Verbale, f. t. ἀπότρεψις, ἀνάκλησις. Ipse avocandi actur. Cic. 3. Tuscul. Levationem autem ægritudinis in duabus rebus ponit: avocatione à cogitandâ molestiâ, & revocatione ad contemplandas voluptates.

A'vŏcāmentă n. s. [αἱ ἀπαγωγαὶ, ὅσα τοῦ λυπεῖν ἀπάγει. Germ. Underredung oder ergetzung von ernsthafftigen Geschefften. Ang. *Pastime, any thinges that with draweth the minde frome heavinesse.*] Sunt negotia jucundiora, sive solatia, animum à mœrore avocantia: id est, revocantia. Plin. Epist. Ero ergo suspensus pro homine amicissimo, dum admittere avocamenta, & cicatricem pati possit. Bud.

Avŏlo. Aliò volo, sive aliò subitò discedo. [נדד nadhádh כנף caph. ἀφίπταμαι. Gall. *S'en voler, se partir viste.* Ital. *Volar altrove.* Germ. Hinweg fliegen. Hisp. *Volar de lugar.* Pol. *Odlatnie.* Vng. *Elrőpülők.* Ang. *To flee or go quickelie to another place.*] Cic. ad Attic. Experiar certè ut hinc avolem.

Aūră, f. p. Lenior ventorum flatus. [רוח rúach. αὔρα. Gall. *Vn petit vent doux, l'air.* Ital. *Aura, vento piacevole.* German. Ein sanffter lufft. Belg. Den soeten tocht. Hispan. *Aire, viento sotil ò resplandor.* Pol. *Powietrze, wdzięczne.* Vngar. *Szellő.* Ang. *A soft coole of wind the aire.*] Virgil. lib. 4. Aeneid. - at illi Dulcis compositis spirabat crinibus aura. ¶ Interdum ponitur pro splendore. Idem 6. Aen. Discolor unde auri per ramos aura refulsit. ¶ Interdum pro afflatu & favore: quia quum flat aura æstate, videtur æstuantibus favere. Idem ibidem: Iam quoque nunc nimium gaudens popularibus auris. ¶ Horatius per translationem posuit pro venustate, & illecebris mulierum, & quodam quasi philtro, quo illæ amantes ad se alliciunt. Sic enim habet 2. Carm. Ode 9: Te suis matres metuunt juvencis, Te senes parci, miseræque nuper Virgines nuptæ, tua ne retardet Aura maritos. ¶ Metaphora sumpta est à navigantibus, quorum cursum adversi ventorum flatus sæpe remorantur. Hinc Cicero proverbii specie dixit, in Verrem actio 6: Video quid egerim: erigit se, sperat sibi auram aliquam posse afflare in hoc crimine: id est, ostendi spem. Fit autem (ut quidam volunt) Aura ab aëre, quòd motus aër & splendorem faciat & ventum: & proculdubiò Græcum est. Suidas, αὔρα ἡ τοῦ πνοή. Aura *inquit*: id est, spiritus, vel, si mavis, flatus. ¶ Auras, Græcus genitivus, pro Auræ. Virgil. 11. Aeneid. - nihil ipsa nec auras Nec sonitus memor. Item Aurai pro Auræ. Aeneid. 6. Aethereum sensum atque auraï simplicis ignem.

Aūrātă, f. p. [χρυσόφρυς. Gall. *Dorée.* Ital. *Orata.* German. Ein Goldfarber fisch / oder goldfarb Brachsme. Hisp. *Doradilla.* Polon. *Pstrąg.* Vnga. *Aranyszinü hal.* Ang. *A gilthead.*] Piscis qui ab auri colore nomen accepit: cujus amator Sergius, Orata cognominatus est, ut refert Macrobius, quasi Aurata: sicut Plostrum pro Plaustrum. Mart. lib. 13: Non omnis pretium, laudemq; aurata meretur.

Aūrĕă Ălĕxāndrīnă, Alexandri cujusdam nobilis compositio, ab excellentia, aurea dicta, describitur à Nicolao proposito in Antidotario suo: sunt qui ab hoc loco sic inscriptam volunt.

Aūrĕæ, Sunt fræni, qui circa aures equorum religantur, imò pars habenæ, quæ circa aures ponitur. [παρώτια. Gall. *Chanfrain.* Ital. *Testiere.* Germ. Das theil an dem zaum das umb die ohren ist / ohrengereidt. Hispan. *Frenos.* Pol. *Naglowek.* Vngar. *Fékagy.* Ang. *The headstalles of bridles that cometh over the forcheade.*] Festus.

Aūrĭchălcum, Vide ORICHALCUM.

Aūrīgă, gen. communis, secundum Priscianum, Qui vel quæ currum regit. [רכב rachcháb. ἡνίοχος. Gall. *Charretier ou routier.* Ital. *Carrattiero.* German. Ein Karter / ein Fuhrmann. Belg. Een Voermann / Wagenmann. Hispan. *Carretero, ò el que rige el carro.* Polon. *Furmann woźnica.* Vngar. *Kotsis, szekeres.* Angl. *A carter, a wayne man.*] Quæ vox ab aureis agendis dicta videtur: sunt autem aureæ (ut suprà ex Festo docuimus) lora quædam, quæ circa equi jugalis aures religantur. Virgil. 12. Aeneid. Circunstant properi aurigæ, manibusque lacessunt Pectora plausa cavis.

Aūrīgo, as, Currum rego. [ἡνιοχέω. Gall. *Charrier, mener & gouverner une charrette.* Ital. *Menar ò guidare la carreta.* Germ. Karren / ein Wagen führen. Hispan. *Regir el carro.* Pol. *Powożę.* Vng. *Kotsiskodom.* Ang. *To drive a cart.*] Suet. in Calig. Nec ullis nisi ex Senatorio ordine aurigantibus. Idem in Neron. Mox & ipse aurigare, atque etiam spectari sæpiùs voluit.

Aūrīgŏr, aris, d. p. Moderor, rego. ἡνιοχέω. Varro Modio: Natura aurigatur, non necessitudo. Ex Nonio.

Aūrīgātĭo, onis, verbale, f. t. [ἡνιοχεία, ἡνιόχησις. Gall. *Conduitte de charrette.* Ital. *L'officio di menar carro.* Germ. Die Wagenführung / das karren. Hispan. *Obra de regir ò governar carro.* Polon. *Wożnictwo.* Vngar. *Kotsiság.* Ang. *Driving of a cart.*] Gell. lib. 7. cap. 8: Quibus verbis delphini amantis & pueri non abhorrentis, consuetudines, lusus, gestationes, aurigationes refert.

Aūrīgārĭus, [רכב rachcháb. ἡνιοχοτρόφος. Gall. *Charrier.* Ital. *Carrattiero,* German. Ein Karter. Hispan. *Carretero.* Polon. *Karwownik.* Vngar. *Szekeres.* Ang. *A carter, a wayne man.*] Videtur usurpari à Suet. in Neron. cap. 5. pro eo qui curam habet instruendi aurigas in spectaculis. Perfidiæ verò, *inquit*, tantæ, ut non modò argentarios pretiis rerum coëmptarum, sed & in præturâ mercede palmarum aurigarios fraudaverit.

Aūrĭpĭgmĕntum, ti, n. f. [ἀρσενικόν. Gall. *Orpin, arsenic.* Ital. *Orpimento.* Germ. Operment / Arsenick. Hispa. *Oropimente.* Polon. *Auripigment.* Vngar. *Arany glét.* Ang. *Arsenike, colour called Orpin.*] Genus est coloris quod in Syriâ invenitur in summâ tellure, auri splendore, sed fragile, lapidum specularium similitudine. Vide Plin. lib. 33. cap. 4. Duo autem sunt auripigmenti genera, quæ vide suprà in dictione ARSENICUM.

Aūrĭs, hujus auris, f. t. Pars capitis, qua vocem accipimus & haurimus. [און ózen. οὖς, οὔατος. Gall. *Oreille.* Ital. *Orecchia.* German. Ein Ohr. Belg. D'oore. Hispan. *Oreja.* Polon. *Vcho.* Vng. *Fül.* Ang. *The eare.*] Ab hauriendo dicitur, aspiratione detracta, quòd vocem accipiat, & quasi haurire videatur. Hinc Virgil. 3. Aeneid. vocemque his auribus hausi hoc est, intellexi. Terent. Phorm. Astiti, animam compressi, aurem admovi. ¶ Alii à Græco αὐδὴ deduci malunt, quod vocem significat, quæ solo aurium instrumento percipitur: aut certè à verbo Audio: ut Aures dictæ sint, quasi Audes. Intelliguntur autem hoc nomine tàm cartilagines foris prominentes, quàm ipsa foramina. Lucretius lib. 6: Sollicitæ porrò, plenæq; sonoribus aures. ¶ Aures autem dicuntur in rebus inanimatis, quibus rem aliquam apprehendimus, quas alio nomine Ansas vocamus. Virgil. 1. Georg. Binæ aures, duplici aptantur dentalia dorso. ¶ Hinc Inauris, ἐνώτιον, & Auritus, ὠτώεις: de quibus infrà. ¶ Auribus provehi, ἀκοῇ περιάγεσθαι, dicitur, quando audientes aliquid delectabile, laborem pedum non sentimus, tanquam aures non vehant. Apuleius: Me usque ad istam civitatis portam meis auribus provecto. ¶ Aures regiæ, ὠτακουσταί, ministri regii renunciationibus, delationibusque præpositi. Apuleius lib. de Mundo: Erant divisa officia in comitatu regio: Sed & inter eos aures regiæ, & imperatoris oculi quidam homines vocabantur, &c. Vbi & Otacustarum vocabulo tali casus inclinamento utitur. ¶ Ad ambas usque aures, μέχρι τῶν ἀμφωτίδων, impleri dicuntur, qui supra modum ingurgitant se. Sumptâ metaphorâ à vasculis ad ansas usque impletis. Extat apud Suidam. ¶ Cæcus auribus & mente, τυφλὸς τά τ' ὦτα τόν τε νοῦν τά τ' ὄμματ' εἶ: id est, Tu simul & aure, & mente & oculis cæcus es. Quadrat in hominem planè stupidum. est autem Sophoclis versus. ¶ Auris dextra tinit. Quo significatur alicubi sermonem de se absentibus factum cum laude. Idemq; Plinius testatur, vulgò quandoq; creditum fuisse, ut qui laudaretur absens, ei dextra tinniret auris, qui vituperaretur, sinistra. Lucianus in Dialogo meretricis. ¶ Ad deorum aures pervenir, Εἰς θεῶν ὦτα ἦλθε. Vbi facinus aliquod clanculum patratum, rescisscitur ab iis, qui possunt vel remunerari rectè factum, vel punire secus admissum. Simile est, Iovis auribus servare. ¶ Procul auribus nuntius veniet, ἀπ' οὔατος ἄγγελος ἔλθοι: id est, procul absit nuntius aure. Sermo deprecantis malè auspicatum. Suidas ex Callimacho citat. Homer. item Iliad. 6. ¶ Purgatis auribus, pro attentis & vatuis, proverbium resipit. Plautus in Milite: Perpurgatis ambo damus tibi operam auribus. ¶ Ne ad aures quidam scalpendas otium est. ¶ Proverbialis est hyperbole, quum ne minimum quidem otii superesse significamus. Lucianus in bis accusato: Οὐδ' ὅσον κνήσασθαι τὸ οὖς, φασί, σχολὴν ἄγων: id est, Ac ne tantisper ociosus, ut aurem, sicut ajūt, scalpere vacet. ¶ Aurem vellere, Veteres dicebant pro admonere: à prisco ritu sumptâ figurâ, quo in jus vocantes quempiam aurem vellicabant, attestantes eum, quem quasi testem meminisse volebant. ¶ In utramvis dormire autem, est animo otioso, securo, vacuoque esse. Terentius Heautont. Vtitur eo & Basilius in epistolâ quadam, sed malam in partem, ita ut supinam securitatem intelligi velit. Menander in Plotio apud Gell. Ἐπ' ἀμφότερον, ἣν ἐπίκληρος ᾖ, μέλλει καθευδήσειν: id est, In aurem utranque, si dotata fuerit, est cubatura. Eodem sensu dixit Plin. In dextram aurem.

Aūrĭcŭlă, f. p. Quamvis diminutivi formam habeat, non tamen parvam aurem significat, sed exteriorē auris partem, aut certè mollem illam particulam, quæ etiam infima vel ima auris appellatur. [λοβός, ὠτίον. Germ. Ein Ohrleplin. Belg. Een oorlappen. Polon. *Miekisza lapka u vcha.* Angl. *The lug.*] Cicero ad Quintum Fratrem: Ad inimicitias res venisset, si quum Esermino Samnite Pacideianus comparatus videretur: auriculam fortasse mordicus abstulisset: cum Clodio quidem certè rediisset in gratiam. Adagium est, quod convenit in eum, qui quantumvis indignetur, magis cupiat quàm possit lædere. Martialis tamen pro totâ aure posuisse videtur, quum ait libro 5: Auriculam Mario graviter miraris olere: Tu facis hoc, garris Nestor in auriculam. ¶ Demittere auriculas vulgo dicuntur, qui suâ spe frustrantur: & qui dejecto sunt animo. Auriculas super humeros habere, ait Plato libro tertio de Rep. 10: τὰ ὦτα ἐπὶ τῶν ὤμων ἔχοντες: id est, Auriculas super humeros habentes: hoc est, animis dejectis & ægris. Flaccus: Demitto auriculas ut iniquæ mentis asellus, Quum gravius dorso subiit onus. ¶ Auriculâ infimâ mollior: hyperbole proverbialis in homines minimè iracundos, leniq; ingenio præditos: nihil est enim in humano corpore mollius, aut flexibilius lentiusque, quàm ea auriculæ pars, quæ nec osse rigeat, neque cartilagine durescat, neq; nervis intendatur. Cic. ad Quint. Fratrem lib. 2: Tu quemadmodum me censes oportere esse in rep. & in nostris inimicitiis, ita & esse & fore auriculâ infimâ scito molliorem. Vide Ammian. lib. 19.

Auricula muris, Alsine apud Dioscor. lib. 4. cap. 89. Herba quæ Germanicè Meußörlin appellatur. ¶ Auriculam muris quoq; pingit Plin. lib. 27. cap. 12.

Auricularis, aizoum majus apud Dioscor. lib. 4. cap. 91.

Aūrĭcŭlārĭus, a, um, Quod ad aures pertinet. [ὠτικός. Gall. *Des oreilles ou des appartenances des oreilles.* Ital. *Cosa pertinente all' orecchia.* Germ. Das zu den ohren gehört. Hispan. *Cosa perteneciente à la oreja.* Polon. *Do vszow przynależący.* Vng. *Fülhöz tartozó.* Angl. *That belongeth to the eares.*] Vnde auricularium specillum chirurgorum instrumentum, quod curandis purgandisve auribus adhibetur. ¶ Pro eodem etiã dicimus Auricularis, & hoc auriculare: ut verminatio auricularis, quum putridæ aures vermibus scatēt. Et auricularis digitus, parvus, quo aures mundãtur.

Aūrĭ-

Aurifcalpium, Inftrumentum quo aures purgantur. [ὠτογλυφίς. Gall. *Vn cureoreille.* Ital. *Il cura orecchie.* German. Ohrengrübel/Ohrlöffel. Belg. Oorlepel. Hifpan. *Inftrumento para limpiar las orejas.* Polon. *Ligerzka do vfzu.* Vngar. *Fwvájo.* Ang. *An earepike.*]

Auritus, a, um, Magnas aures habens. [ὠτώεις. Gall. *Qui a grandes oreilles, bonne ouye, & attentif à ouyr.* Ital. *Chi ha grandi orecchie, buona udita, & attente ad udire.* Germ. Der groß Ohren hat. Hifp. *Cofa de grandes orejas, ò que las tiene llanas, que oye mucho.* Hif. *Vfzaftsi.* Vngar. *Fwes.* Ang. *That hath great eares, that heareth well.*] Virg. 3. Aeneid. -auritosque fequi lepores. ¶ Auritus item dicitur, qui bene audit. Horat. lib. 1. Carm. Doctus auritas fidibus canoris Ducere quercus. ¶ Auritus populus, apud Plaut. in Afin. id eft aures intentas habens.

Aurora, æ, f. t. Prima diei lux, quâ fub Solis adventum aër illuftratur. [שחר fchachar ἠώς. Gall. *L'aube du iour, le poinct du iour.* Ital. *L'aurora.* German. Die Morgenröte/die zeit so es anfaeht tag werden. Belg. Den Dageraet. Hifpan. *El alua que antecedent dia.* Polon. *Iutrzenka zwitanie.* Vngar. *Haynal.* Angl. *Daybreke, the morning.*] Item tempus ipfum: hoc eft, prima pars diei, quâ lux quædam dubia in Oriente cernitur, adveniente Sole. Varr. 6. de ling. Lat. Aurora dicitur ante Solis ortum ab eo, quod ab igne Solis aureo aër aurefcit. ¶ Poëtæ fingunt Auroram deam effe, Tithoni conjugem, & matrem Memnonis, quæ quòd maritum habeat fenem, relicto ejus cubili, ortum Solis antevertit.

Aurum, ri, n. f. [זהב zahab χρυσός. Gall. *Or.* Ital. & Hifpan. *Oro.* German. Gold. Belg. Gout. Polon. *Zloto.* Vngar. *Arany.* Angl. *Gold.*] Pretiofiffimum omnium metallorum, ab aurâ, hoc eft, à fplendore ita appellatum: aut certè à Græco αὖρος, quod divitem & potentem fignificat. Plin. lib. 33. c. 2: Vtinam poffet è vitâ in totum abdicari aurum, facra fames, ut celeberrimi autores prodidêre, profciffum conviciis ab optimis quibufque, & ad perniciem vitæ repertum. ¶ Falluntur autem qui deducunt hanc vocem à Græco αὔρος, quòd diviné fignificet, quum Græcis ea vox fit incognita, fed ejus loco eft ἁβρὸς, quâ voce mollis & delicatus homo fignificatur. ¶ Aurum factum, χρυσὸν ἐιργασμένον dicitur, quod artificis manu aliquem in ufum eft laboratum. Vlpian. l. Qu. Mutuo. ff. de auro & argent. leg. Cui aurum vel argentum factum legatum eft, fi fractum vel collifum fuerit, non continetur. Servius enim exiftimat, aurum vel argentum factum id videri, quo commodè uti poffumus. ¶ Huic opponitur aurum infectum: hoc eft, rude & non laboratum. Virg. 10 Aeneid. -funt auri pondera facti, Infectique mihi. ¶ Aurum fignatum, eft pecunia ex auro cufa. Vlpian. Si autem aurû vel argentum fignatum legatum eft, id paterfamilias videtur teftamento legaffe, quod aliquâ formâ eft expreffum. ¶ In eâdem etiam fignificatione legimus aurum abfoluté, & fine ullâ adjectione pofitum. Plaut. in Aulul. Effodio aulam auri plenam. ¶ Ponitur item aurum pro ornamentis muliebribus, ex auro confectis. Terent. in Evnuch. Interea aurum fibi clàm mulier demit, dat mihi ut auferam. ¶ Aurum coronarium, quod Imperatori triumphaturo in coronam decernebatur. Triumphalis enim corona, quæ antiquitùs incorruptis adhuc Romanorum moribus ex lauro fiebat, poftea ex auro fieri cœpit. ¶ Aurum igne probatum, ὁ χρυσὸς τῷ πυρὶ δοκιμασθείς, dicitur is, cujus fides robur adverfus explorata fpectataque eft. Vtitur hâc fimilitudine M. Tull. in epift. famil. Pindarus item in Nemeis hymno 4. pluresque alii probatiffimi autores. ¶ Auro habet fuppactum folum, proverb. figurâ divit Plaut. in Bacch. de prædivite, cui tanta fuppetat auri vis, ut pedibus calcet.

Auratus, a, um, Quod in fuperficie habet aurum. [διάχρυσος, χρυσόπαστος. Gall. *Doré.* Ital. *Dorato, indorato.* German. Vergült/ver überguldet. Hifpan. *Dorado por parte de fuera.* Polon. *Pozlocony, zlotifty.* Vngar *Aranyas, aranyazot.* Ang. *Gilde with gold.*] Cicer. poft reditum in Senat. Lentuli beneficio excellenti atque divino, non folùm reducti fumus in patriam, ficut nonnulli clariffimi viri, fed equis infignibus, & figno aurato reportati. Suet. in Neron. Pifcatus eft reti aurato, purpurâ coccoque funibus nexis. ¶ Abufivè tamen auream domum, & auream portam dicimus pro auratâ. Milites aurati. Liv. 9: Tunicæ auratis militibus verficolores.

Auramentum, n. f. Videtur inftrumentum effe effodiendo, aut purgando auro accommodatum, χρύσωμα. Plin. li. 33 c. 3: Hifpania ftrigiles vocat auri parvulas maffas, quod fuper omnia folùm in maffâ auramento capitur, quum extera in metallis reperta igni perficiantur.

Auratura, χρύσωσις, Quintil. lib. 8 cap. 6, De hypallage: Sed nomen immuto, ut quum aurata tecta, aurea: pufillum à vero difcedo, quia non eft nifi pars, auratura.

Aurarius, a, um, adjectivum: [ὁ τῷ χρυσῷ, ἔγχρυσος. Gall. *D'or.* Ital. *D'oro.* Germ. Von gold/oder was zum gold gehört. Hifpan. *Cofa pertenefciente a oro.* Polon. *Zlotniczy.* Vngar. *Aranyhoz valo.* Ang. *Of gold.*] ut, Auraria metalla. Plin. lib. 37. cap. 12. Aurarium negotium. Plaut. in Bacchid. Auraria fodina, ubi foditur aurum: quæ & Aurifodina dicitur. [χρυσωρυχεῖον. Gall. *Miniere ou mine d'or.* Ital. *Minera da cauare oro.* German. Gruben da man gold auß grabet. Hifpan. *El minero de donde fe faca el oro.* Vngar. *Arany banya.* Ang. *A golde mine.*] Plin. lib. 34. cap. 4.

Aurarii, m. f. Aurifices, qui aliquid ex auro conficiunt, aut inaurant. [צורף tforeph. χρυσοχόοι. Gall. *Orfeures.* Ital. *Orefici.* German. Goldfchmid. Belg. Goutfmit. Hifpan. *Plateros que labran en oro.* Polon. *Zlotnik.* Vng. *Aranyműves, ötvös.* Ang. *Goldefmythes, gilders.*] Aurarii etiam fautores dicuntur, tefte Servio, à nomine Aura, quod nonnunquam pro favore accipitur.

Aureus, fubftantivum, Nummus eft ex auro cufus. [χρυσοῦς, χρυσίνος. Polon. *Czerwoni zloty.* Vngar. *Arany penz.* Angl. *A noble in golde.*] Plin. lib. 35. cap. 10: Immane tabulæ pretium accepit, aureos menfurâ, non numero. Aureus autem valet vigintiquinque denarios, five centum feftertios nummos, quum denarius quatuor effet feftertiûm. Vide Hotomanum in fuo Lex. ¶ Vide Antonium Aug. lib. 2. cap. 9.

Aureus, a, um, Quod ex auro eft confectum. [χρυσοῦς, χρύσεος. Gall. *D'or, fait d'or.* Ital. *Cofa fatta d'oro.* German. Gulden/was von gold gemacht ift. Belg. Gouwen. Hifpan. *Cofa de oro, o dorada.* Polon. *Zloty.* Vngar. *Aranybol valo.* Ang. *Golden, made of golde.*] Cicer. 4. Philipp. Sedebat in roftris Cæfar, in fellâ aureâ coronatus. ¶ Item quod auri colorem habet. Virg. 3. Eclog. Aurea mala decem mifi, cras altera mittam. ¶ Interdum idem quod pulchrum. Idem 10. Aeneid. -at non Venus aurea contrà Pauca refert. ¶ Aureo pifcari hamo dicuntur, qui mediocris commodi cupiditate periculum adeunt, ut maximarum rerum faciant jacturam. Fit enim nonnunquam, ut pifcis hamum etiam ipfum fecum auferat. Commemoratur inter facetè dicta Octavii Cæfaris, à Suetonio. ¶ Aureos montes polliceri, χρυσᾶ ὄρη ὑπισχνεῖσθαι, Proverbialis hyperbole, de iis qui immenfa promittunt, fpefque ampliffimas oftentant; à Perfarum arrogantiâ ducta, qui propter auri venas montes aureos jactabant. Plaut. & Terent. ¶ Aureæ compedes, χρυσαῖ πέδαι, Proverbiali metaphorâ dicitur Servitus fplendida, & ambitiofa, qualis eft ferè aulicorum vita. Diogenes in epiftolâ quâdam fcriptum reliquit, Ariftippum in aulâ regiâ, aureis teneri compedibus, ne poffet avolare. Horat. de amicâ formosâ: -tenetque gratâ Compede vinctum.

Aureolus, a, um, diminutivum ab adjectivo Aureus. Aureolum collum, auri colorem referens. Varro 3. de Re ruftic. cap. 9. Aureolus libellus, Cic. 4 Acad. Malum aureolum, Catullo.

Aureolus, fubftantivum diminutivum ab aureo nummo. Martial lib. 5: Qui reparat aureolos, forfitan unus erit; Idem lib. 10: Aureolos ultrò quærit ipfe petit.

Aurofus, adject. [Polon. *Zlotawy.* Vngar. *Aranyas.*] ut Aurofa arena. Lampridius in Heliogab. Scobe auri porticum ftravit & argenti, dolens quòd non poffet & electri. Idque frequentet quâcunque fecit iter pedibus ufque ad equum, vel carpentum, ut fit hodie in aurofâ arenâ.

Aurefco, fcis, χρυσοῦμαι, χρυσαυγέω. Varro de ling. Lat. Auroram fplendorem Solis exiftimant, feu matutinum fplendorem, eò quòd ab igne Solis aureo aër aurefcit.

Aurichalcum, compof. ex ære & auro, five quòd colorem habeat aureum, inquit Feftus. Vide Orichalcum. ¶ Sed aurichalcum nunquam fuiffe in rerum naturâ, & Ariftotelis & Hefychii autoritate probatur; hujus verba funt hæc: Ὀρείχαλκον· οὐδὲ ἦν ποτε ὁ ὀρείχαλκος, εἰ δὴ ὀνόματι ὀρείχαλκον ἦν. Vide Scal. in Feft.

Auricomus, Qui aureos crines, feu auream comam habet: [χρυσοκόμης. Gall. *Qui a les cheueux iaunes comme fin or, qui a le chef doré.* Ital. *Biondo.* German. Das guldin haar hat/oder goldgälb. Hifpan. *Lo que tiene cabelladura de oro.* Polon. *Zlote wlos mający.* Vngar. *Aranyhaio.* Ang. *Which hath heare of the colour of gold.*] unde Phœbus vocatus eft auricomus. Batavus auricomus, Sil. l. 3.

Aurifer, a, um, Quod fert aurum. [χρυσοφόρος. Gall. *Portant or.* Ital. *Che produce oro.* Germ. Das gold tregt. Hifpan. *Cofa que tiene ò trae oro.* Polon. *Zloto rodzący.* Vngar. *Aranyterő.* Angl. *Which bringeth or beareth gold.*] Vnde aurifera flumina dicuntur, Tagus in Hifpaniâ, Padus in Italiâ, Hebrus in Thraciâ, Pactolus in Afiâ, Ganges in Indiâ. Aurifera arbor. Cicer. 2. Tufc. Auriferum nemus. Plin. lib. 5. c. 1. Aurifera terra, Martial lib. 10.

Aurifex, ficis, Faber aurarius, qui auri laborandi artifex eft. [צורף tforeph. χρυσοχόος. Gall. *Orfeure, affineur d'or.* Ital. *Orefice.* Germ. Goldfchmid. Belg. Goutfmit. Hifpan. *Platero que labra oro.* Polon. *Zlotnik.* Vngar. *Otvös.* Ang. *A goldefmyth.*] Cicer. 1. Orat. Ad ea probanda quæ non aurificis ftaterâ; fed quâdam populari trutinâ examinantur. Plin. Velut aurificum arte alternis inter folia candicantibus margaritis.

Aurificina, f. p. [Ang. *A goldfmythes shoppe.*] pro aurificis officinâ.

Aurifodina, f. p. Locus unde effoditur aurum. Plinius libro 33. cap. 4.

Aurifur, Qui furatur aurum. [χρυσοκλέπτης. Ang. *Which ftealeth gold.*] Plaut. Et mihi aurifur eft.

Auriger, ra, rum, adject. χρυσοφόρος. ut auriger taurus, Cic. 2 de Divin. Aurigeris divûm placantes numina tauris. Arbor aurigera, Valerius 8. Argonaut.

Aurugo, ginis, f. t. Scribonio Largo, à fellis five bilis fuffufione coloris aurei, ἴκτερος: Hippoc. ἰκτεριώδης: morbus regius Horatio, & arquatus Celf. libro 3. cap. 24. [Gall. *Iaunnifse.* Ital. *Trabocco di fiele.* German. Gelbfucht. Belg. Geelfuchte. Hifpan. *La ictericia, dolencia de los ojos.* Polon. *Zlota niemoc.* Vng. *Sárgaság.* Ang. *The iaundis.*] Eo morbo qui laborant ἰκτερικοί, Icterici, Horat. Auruginofi: morbus ipfe etiam bilis fuffufio à Plin. vocatur.

Aurilegus, Qui aurum legit: id est, furatur. χρυσολόγος, χρυσεκλέπτης.

Auro, as, [χρυσόω, Polon. Pozłacam. Vng. Meg aranyazom. Angl. To gilde.] Aurum superpono, à quo Deauro, & Inauro: inde auratum, inauratum, deauratum.

Auscarpedam, [Pol. Gąsienka. Vng. Hernyo.] dixerunt veteres pro vermiculo piloso, qui solet in fronde nasci cum multis pedibus, teste Varr. lib. 6. de ling. Lat. Sed vide ibi Scalig.

Ausculari. Veteres pro osculari dicebant. Et ab osculo: hoc est, parvo ore deducitur, quod ausculum dicebant. Festus.

Ausculto, n. p. cum accusativo significat Audio, & diligenter attendo. [ἀκροάομαι, Gall. Ouyr, escouter. Ital. Ascoltare, udire, star attento. Germa. Zuhören / zuhören und aufmercken. Belg. Toeluisteren / oft vertrouwt hooren. Hispan. Oyr, escuchando escuchar. Polon. Słucham. Vngar. Hallgatok. Ang. To hearken, to give goode care vnto.] Hinc illud Catonianum: Auditis, enim, non auscultatis, tanquam pharmacopolam. ¶ Ausculta & perpende, ex Homero: Conveniet quoties significabimus, nos aliquid dicturos quod ad rem pertineat, quodque ratum ac certum futurum sit. ¶ Aliquando obedio, sed cum dativo. πείθομαι, πειθαρχέω. Terent. in And. Pamphilumne adjutem, an auscultem seni. ¶ Item Aspicio, cerno. Afran. Privigno (ut citat Nonius) Ludos hinc auscultavi procul.

Auscultabitur, Impersonale: Plaut. Merc. excusato me fecisse sedulò, Ad portum ne ires, dicō jam tibi. c. auscultabitur. ¶ Hine Auscultatio, ἀκρόασις, & Auscultator, ἀκροατής, verbalia.

Ausim, ausis, ausit, ponitur pro Audeam, audeas, audeat, τολμῴην Liv. in Proœmio, lib. 1 ab Vrbe: Nec satis sciam, dicere ausim. Virgil. 1. Georg. Ausim vel tenui vitem committere sulco.

Ausio, Ausus & Ausum, τόλμημα, τὸ τολμηθέν, pro temerè præsumpto accipiuntur. Maro: Hoc ubi pro meritis & talibus imprecor ausis.

Auspex, icis, com. t. Propriè dicitur qui ex avium volatu, cantu, aut pastu futura divinat: quem & augurem appellari, suprà ostendimus. [οἰωνοσκόπος. Gall. Prognosticateur, Augure. Ital. Pronosticatore. German. Ein Weissager auß wahrnemmung der vögeln. Hispan. Adevino de agueros de aves. Pol. Wieszczek. Vnga. Iövendölö, iövendö mondo. Ang. A sothsayer, a gesser.] Cic. ad Attic. lib. 1: Latores & auspices legis curiatæ. Auspices autem in omnibus ferè rebus publicis & privatis negotiis adhibebantur. Nam & in nuptiis adhibebantur contrahendis, ut de nuptiarum successu auspicia sumerent. Vnde apud Suetonium legimus, Sporum puerum Neroni nupsisse, dote inter auspices consignatâ. Et Cic. pro Cluent. Nubit genero socrus nullis auspiciis. Quâ de causâ falsum est, quod hic anteà scriptum erat, Auspices etiam vocari pronubos, qui à patre mariti in nuptiis adhibentur: quemadmodum pronubæ ex parte sponsæ. ¶ Auspicem præterea vocamus, cujus ductu, & autoritate rei aliquid gerimus. [Angl. A fore man, a guide.] Horat. lib. 1. Carm. Ode 7: Nil desperandum est Teucro duce, & auspice Teucro.

Auspicialis, le, om. t. Quod ad auspicium pertinet. οἰωνοσκοπικός: ut Auspicialis pisciculus, qui aliquid portendit, aut significat futurum. Plin. lib. 32. c. 1. Alii legunt Auspicalis.

Auspicium, n. s. Augurium, divinatio sumpta ex gestu vel cantu avium, cujus inventionem Tiresiæ Thebano assignat Plin. lib. 7. cap. 56. [οἰωνισμός, οἰωνοσκοπία. Gall. Consideration des choses à venir par contempler & observer le vol ou cri d'oiseaux ou telles choses. Ital. Auspicio. German. Ein Weissagung die man nimpt ab den gebärden der vögeln. Hisp. El aguero, tomado de las aves. Polon. Wieszczba ptaków ślatania śpiewa. Vng. Iövendölés. Ang. Gessing, a signe or token shewed by birdes of thinges to come.] Dictum Auspicium, quasi avispecium, ab avibus spectandis: quemadmodum Augurium, quasi avigarrium, ab avium scilicet garritu, quem auspicantes observabant. Cic. 2. de Divin. Nihil publicè sine auspiciis, neq; domi, neq; militiæ gerebatur. Auspiciorum duo fuisse genera Dion narrat: unum sine obnunciatione; alterum cum obnunciatione. Vtroque genere potestas agendi cum populo tollebatur: primò, vel si nulla omnino signa de cœlo monstrarentur, nec obnunciaretur quidquam: altero, quum cœlesti aliquo signo viso, quod publicam calamitatem portendere videretur, obnunciaretis, qui auspicabatur, ei, qui agere cum populo vellet. Vtrunque genus, lege latâ, sustulit P. Clodius Trib. Pleb. Ciceronis inimicus: de quo sic in oratione pro Sextio: Iisdem Consulibus sedentibus atque inspectantibus, lata lex est, ne auspicia valerent, ne quis obnunciaret, ne quis legi intercederet. Ex Commentariis Aldi in oratione pro Sextio ¶ Sumitur etiam latiùs, ut ad alia divinandi genera extendatur. Cic. 3. de Divin. Fulmen optimum auspicium habetur, si sinistrum fuerit. ¶ Ponitur & pro ductu, fortunâ, & autoritate. [Ang. Conductour disposition of a captaine; authoritie.] Virgil. 5. Aeneid. En hujus, nate, auspiciis illa inclyta Roma Imperium terris animos æquabit Olympo. ¶ Non nunquam etiam pro imperio & potestate. Idem 4. Aeneid. Communem hunc ergò populum, paribusque regamus Auspiciis. ¶ Dicimus & Meis auspiciis, pro meo arbitrio, meo Marte, meisque præsidiis. Virgil. 4. Aeneid. Me si fata meis paterentur ducere vitam Auspiciis, & sponte meâ componere curas.

Auspicor, aris, de p. Auspicia sumo, de cœlo servo, ex aviū cantu gestuque futura divino, de rei eventu aves consulo. [οἰωνοσκοπῶ. Gall. Considerer par les oiseaux, deviner, encommencer. Ital. Augurare, cominciare. German. Der vöglen achtung tragen / und etwas weissagen. Hisp. Adevinar por agueros, comencar. Polon. Poczynam; wieszcz z ptaka wieszczę. Vnga. Iövendöt mondok, el kezdöm. Ang. To diuine, by birdes.] Cic. 2. de Nat. Deor. Gracchus quum pomœrium transiret, auspicari est oblitus. ¶ Et quoniam veteres nihil nisi auspicatò gerebant, sit ut Auspicari dicamus pro incipere, & negotium aliquod aggredi. [Ang. To beginne or interprise a bussinesse.] Suet. in Aug. Militiam auspicantibus non tribunatum modò legionum, sed etiam præfecturas alarum dedit: id est, militiam incipientibus & felici auspicio inchoantibus. Colum. lib. 2: Possit ab Idibus Ianuariis auspicari culturarum officia.

Auspicatus, Nomen ex participio. αἴσιος, felix. Quintil. lib. 10. cap. 1: Itaque ut apud illos Homerus, sic apud nos Virgilius auspicatissimum dederit exordium. Id est, felicissimum. Catull. 42: Quis ullos homines beatiores vidit? quis Venerem auspicatiorem?

Auspico, as, Antiqui dixerunt pro Auspicor. Plaut. in Persa Ego auspicavi in hunc diem. Idem in Rud. Non hodie isti auspicamtei. Nonius. M. Cato de consulatu suo: Postquam auspicavi atque exercitum adduxi ponè castra hostium, &c. Sosipater Instit. Grammat. lib. 1.

Auspicatò, adverb. Auspicio sumpto, auguratò [αἰσίως. Gall. A la bonne heure, de bonne fortune. Ital. In buona hora. German. Mit zustimmung der vöglen / glücklich / zu einer guten stund. Hispa. Con buena dicha y aguero. Pol. Szczęśliwie. Vnga. Szerencsésen. Ang. Fortunatlie, luckelie.] Cic. 2. de Divin. Romulus urbem auspicatò condidit. Idem pro Dejotaro: Nihil Dejotarus, nisi auspicatò gerit. ¶ Sumitur nonnunquam pro Feliciter. Terent. in Andr. Haud auspicatò me huc appuli. ¶ Hujus compositum est inauspicatò: hoc est, infœliciter, vel nullo auspicio prævio.

Auster, Ventus meridionalis: ab hauriendis aquis dictus, licet non aspiretur in principio. [תימן temân. νότος. Gall. Vent de midi. Ital. Vento ostro. Germa. Der Sudwind von Mittag. Belg. Zuyden wint. Hispan. Viento de medio dia. Pol. Wiatr południowy. Vng. Déli szél, Ang. The southwind.] Nam nebulosus atque humectus est: unde etiam Græcè eâdem ratione νότος appellatur, quoniam νοτὶς Latinè humor dicitur. Virgil. 4. Georg. Frigidus ut quondam sylvis immurmurat Auster. ¶ Ventus hic ob violentiam floribus est inimicissimus. Hinc locus factus proverbio, apud Maronem in carmine Bucolico: Floribus austrum, fontibus aptos immisi, ubi quis optat nocitura. ¶ Austrum perculi ineptissimè hic ex Plauto legebatur. Nam in loco Plauti Plaustrum legendum est, non Austrum. Vide PERCELLO. ¶ Ab Auster fiunt duo adiectiva, Australis, & Austrinus. νότιος. Cic. de Somn. Scip. Duo sunt habitabiles, quorum Australis ille, in quo insistunt, adversa vobis urgent vestigia. Plin. lib. 16. cap. 26: Pyrus & amygdala, etiamsi non pluat, sed fiat austrinum cœlum, atque nubilum, florem amittunt.

Austo, as, Humecto νοτίζω Plaut. Austratis d ignem sedent.

Austerus, a, um.]קשה kasheh. αὐστηρός. Gall. Austere, aspre rude, severe. Ital. Acerbo, aspro. German. Rauch / streng / unfreundlich. Belg. Stuer / wreet. Hispan. Aspero en la gusto toca al gusto. Polon. Srogi; cierpki kwaśny. Vnga. Sanyaru. Ang. Seuere, cruell, rude, sower.] Immitis, subacerbus, qualis est sapor fructuum, qui nondum plenam maturitatem sunt consequuti. Differt autem ab acerbo (ut docet Plato in Timæo, & Gal. lib. 3. de Fac. Simpl.) tanquam minus à majore. Vtraque enim gustata astringunt & contrahunt linguam: minus tamen eam exasperant, quæ austera sunt. Hinc Austerum vinum dicimus, quod vulgus viride appellat. ¶ Per translationem accipitur pro duro, aspero, gravi. Horat. in Serm. Molliter austerū studio fallēte laborē. Propert. li. 3. Eleg. Qui volet austeros arte ferire viros.

Austeritas, atis: cui opponitur suavitas. [קשי kesheh פרך perech. αὐστηρότης. Gall. Austerité, aspreté, rudesse. Ital. Austerità, asprezza, severità. Germa. Rauche / herbe / strenge. Hispan. Aquella asprezza tocante al gusto. Pol. Srogość, cierpkość. Vng. Sanyaruság. Ang. Rudenesse, seueritie.] Quint. lib. 2. c. 2: Non austeritas ejus tristis, non dissoluta sit comitas.

Austerè, adverb. Duriter, severè. [αὐστηρῶς. Gall. Austerement, asprement, rudement. Ital. Austeramente, aspramente, duramente. Germ. Rauch / ernstlich / mit sawrem sehen. Hisp. Asperamente. Polo. Srodze. Vng. Sanyaruan, kegyetlenül. Ang. Sowerlie, rudelie.] Cic pro Muræna: Attamen agit mecum austerè & Stoicè Cato.

Austrum, Vide HAVSTRVM.

Aut. Conjunctio separativa [או o. ἤ. Gall. Ou. Ital. Ouero, ouueramente. Germ. Oder. Belg. Oft. Hispan. O. Polon. Albo. Vng. Vagy, avagy. Ang. Either.] Virgil. 1. Aeneid. Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto Ignavum fucos pecus à præsepibus arcent. ¶ Aliquando dubitativa: ut, Aut librum volo, aut precium. ¶ Si semel subjiciatur, diminutiva est: ut apud Virgil. 1. Aeneid. aut age diversas (quod enim gravissimum erat, Iuno primùm optabat, ut scil. submersas puppes obrueret) aut, si id gravius videretur, ut saltē in partes diversas eas disjiceret. ¶ Aliquando conjunctiva: ut apud eundē 9. Aen. me primam absumite ferro, aut tu magne pater divûm miserere.

Autem, pro sed, sive verùm, Conjunctio est tantùm subjunctiva. [אבל abal. δέ, αὐτάρ. Gall. Mais, or, ains. Ital. Ma. Ger. Aber. Belg. Maer. Hisp. Mas. Polon. Lecz. Vngar. De penig. Ang. But.]

nu.] Valla: Verò & Autem, idem significant, & eodem in loco poni possunt antecedente utiq; aliquâ dictione, nunquam enim ab his sententia incipit. Collocantur autem frequenter, ut nusquam referantur, sed tantùm distinguant sententiam à sententiâ. Hactenus Valla lib. 2. Terent. Adelph. Aeschinus odiosè cessat, prandium corrumpitur. Ctesipho autem in amore est totus. ¶ Autem inter multas copulativas ponitur, quasi respirationis causâ: Cicer. 2. de Naturâ deorum: Tum autem rursus aperiuntur, tum abeunt, tum recedunt, tum antecedunt, tum autem subsequuntur, tum celeriùs moventur, tum tardiùs. ¶ Autem utimur, quum verbum jam dictum repetimus cum interrogatione, corrigentes quod minus nobis dictum videbatur. Cicero Attico: Sed ferendus tibi in hoc meus error. ferendus autem? imò verò etiam adjuvandus. Bud.

Authenticum [αὐθεντικόν. Gal. *Authentique & approuvé par gens d'authorité.* Ital. *Autentico, approbato.* German. Das durch viel angenommen und bewähret ist/ glaubwirdig. Hispa. *Cosa que tiene autoridad.* Polon. *Vchwalione, potwierdzone przeczchwale.* Vngar. *Kössegös tanásbol méltoságaban meg erössitetet dolog.* Ang. *Authentik, approved.*] dicimus, Græcos sequuti, quod Latine Authoratum diceremus. Hinc lex authentica, & decretum authenticum, quod multorum autoritate comprobatum est.

Authepsa, [αὐθέψη, Polon. *Panew albo kocyelek miedziani.* Ang. *A brasen pot wherein meate is solden with litle fire.*] Ollæ æneæ fuit genus, ita dictum, quasi per seipsum coquens, quod iam artificiosè factum esset, ut minimo supposito igne facile bulliret. ¶ Meminit hujusmodi ollæ Cic. pro Sex. Rosc. Amerino: cujus tantum precium fuisse dicit, ut prætereuntes audito, totum fundum vænire arbitrarentur.

Author, Lege in nomine AVCTOR in AVGEO.

Authoritas, f. t. Est pondus & eminentia quædam, vitæ probitate, scientiâ, ætate, meritis, potentiâ, vel honoribus parta, cujus gratiâ dictis factisque cujuspiam plurimum deferimus. [רבותא pechbóiesh. τὸ κῦρος, ἡ πίστις, τὸ ἀξιωματικόν, αὐθεντία. Gall. *Authorité, dignité, credit, pouvoir.* Ital. *Autorità, podestà, gravità, forza, credito.* German. Ansehen/gewalt/wirdigkeit. Belg. Een aensien/treflickheyt. Hispan. *Autoridad.* Pol. *Powaznosc.* Vng. *Méltoság.* Ang. *Authoritie, preheminence.*] Cicer. 2. de Divin. Hunc ergo antepones Platoni? qui ut rationem non redderet, authoritate tamen hos minutos philosophos vinceret. Idem libro primo Epist. Famil. Nos eò minorem in causâ authoritatem habemus, quod tibi debemus. Livius libro 2. ab Vrbe: Nec antè moverunt de sententiâ Consulem, quàm Tribuni se in authoritate Patrum futuros esse polliciti sunt. Cic. Philipp. 11. A vobis peto, ut si sequi minus audebitis orationem atque authoritatem meam, benignè me tamen, ut fecistis, adhuc audiatis. ¶ Authoritas quoque titulus est, sive jus quo quid possidemus, apud Iurisconsultos. Idem evictio, sive periculi præstatio. Paulus libro 2. Sentent. capite 17: Venditor si ejus rei quam vendiderit, dominus non sit, pretio accepto authoritatis manet obnoxius; id est, evictionis. Melius fortasse scriberetur sine aspiratione, à Græco pronomine αὐτός. Vide suprà in AVCTOR.

Authorare, as, act. p. Est aliquem sacramento & stipendio astringere, & propriè de militibus dicitur. [ἐξορκίζω. Gall. *Obliger pour quelque bien faict, ou par serment faict & gages receus, comme gendarmes.* Ital. *Obligar' alcuno col sacramento.* German. Verbinden/verpflichten. Hispan. *Obligar alguno entrepuesto juramento.* Polon. *Obowiązać.* Vngar. *Vitézek száma közzé főldre [illegible].* Ang. *To bind one by covenans.*] Suetonius: De legendo, vel authorando milite, ac legionum, & auxiliorum discretione. Cicero in Epist. Famil. Quia quum depressus in ludum, bis gratis depugnasset, authorari sese nolebat, & apud populum confugerat.

Authoramentum, n. s. Sumitur pro obligatione, nexuque ac veluti stipendio, pretioque ejus qui fit autoratus: id est, obligatus. [ὀψώνιον. Gall. *Guerdon ou bien fait par lequel on est esmeu & quasi obligé à faire quelque chose.* Ital. *Premio, guiderdone, obligo, per lo quale alcuno si mette à fare qualche impresa.* German. Die besoldung oder lohn/dardurch einer verbunden wirt etwas zu. Hisp. *Obligacion de alguno, entrepuesto iuramiento, ò otra cosa.* Polon. *Obwiazanie.* Vng. *Iutalom, tiszti szérent valo szolgálatra kötelező iutalom.* Ang. *Obligation wherberby one is bound to serve, an indenture.*] Cic. lib. 1. Offic. Mercedem ait esse authoramentum servitutis. Vbi authoramentum rapitur pro illâ obligatione, quâ mercenarius acceptâ mercede, cogitur servire. Seneca, ad finem operis: Magno authoramento labor pervenit.

Authoratus, m. s. Authoramento obligatus, mercede conductus: quod nomen ad gladiatores refertur, qui vitam suam venalem habent, vilique mercede ad apertissima pericula sese addicunt. [ἐπιμισθός. German. Verpflicht/verbunden. Belg. Verplicht verbond.] ¶ Huic opponitur Exauthoratus: hoc est, authoramento solutus. Plin. lib. 14: Vindemiatorem authoratū dixit: hoc est, mercede conductum, & sublimitate viris periclitantem. Idem li. 36. populum Romanum Authoratū appellat, in spectaculis periclitantem, instar gladiatorū. A Livio Authoratus proditor dictus, quasi obligatus. Manil. lib 5. Astronomicôn, ministros, perpetuo quasi epitheto Authoratos vocat, tanquam perpetuos mercenarios obligatosq; dominis, à quib. mercede comparantur. sic enim ait: Atq; autoratos in tertia jura ministros. Sic Serv. dixit solos parentes habere potestatē authorādi.

Autochthones, αὐτόχθονες, Epitheton est Atheniensium, & aliorum nonnullorum populorum, quasi indigenæ, & in eodem nati solo quod incolant, ejusque terræ primi cultores, ut quæ illis sedes eadem sit & origo. Cic. Att. lib. 7: Curius autem ipse sensit quantum vellet à me diligi, & eo sum admodum delectatus, & mehercule est, quam facilè diligas, αὐτόχθων in homine urbanitas: id est ingenita, nativa.

Autocineton, n. s. αὐτοκίνητον, seipsum movens, & quod non ab alio movetur.

Autodidactus, m. s. αὐτοδίδακτος, Qui seipsum magistrum habet qualis fuit divus Augustinus Ecclesiæ doctor eximius.

Autographum, n. s. propriâ manu scriptum. [αὐτόγραφον. Gal. *Escrit de la main de celuy qui en est auteur.* Ital. *Escritto di propria manu.* German. Eigene handgeschrifft. Belg. Eigen hant. Hispan. *Escritura de su propria mano.* Polo. *Własna reką pisanie.* Vng. *Tulaydon kez írás.* Ang. *The authours own write.*] Vnde autographa epistola αὐτόγραφος ἐπιστολή, apud Suet. in Augusto, ipsius manu scripta significatur. ¶ Antigrapha verò rescripta.

Autolecythos, [αὐτολήκυθος. Polon. *Hollomek, holsay, biegan.* Vngar. *Buaosó, koriszoló, vandorló koldus.* Ang. *A beg ger.*] Mendicus, Scurra. Nam λήκυθος, est urceolus olei, αὐτὸς ipse: quoniam non aliud possidet, ait Suid. Vide Erasmi Adagia.

Automata [αὐτόματα. Polon *Zegarek sam chodzący.*] Sunt instrumenta arte mechanicâ ita subtiliter fabricata, ut suâ sponte, nullâque apparente causâ moveantur: qualia sunt horologia, machinæq; versatiles: αὐτόματος enim interpretatur ultroneum, & suæ spontis. Scribit Vitruv. hydraulicas machinas & aquarum expressiones Automatas à Ctesibio primò repertas fuisse. ¶ Mors naturalis & fatalis dicitur à Demosthene αὐτόματος: quasi suæ spontis & nullâ extrinsecus vi coacta.

Automolæ, sive Automoli, αὐτόμολοι, A Græcis dicuntur profugi. [Polo. *Zbiegowie.* Ang. *Thay which fleeth away.*] Pomponius scribit, Aethiopum alios vocari à vitæ spatio Macrobios: alios, quia ex Aegypto advenêre Automolas: ita enim Græci profugos appellant.

Autonomia, [αὐτονομία. Pol. *Sobiewolne zycie.*] Libertas vivendi suis legibus.

Autonomus. [αὐτόνομος. Polon. *Wedlie swoi moi(?) zyiacei.*] Qui vivit suis legibus.

Autophoros [αὐτόφωρος. German. Ein Dieb/ den man am diebstal ergriffen hat. Polon. *Ziodziei iawny.*] A Iurisconsultis vocatur fur manifestus, qui scilicet in ipso furto, aut cum rem furtivâ antequàm quò destinaverat, pertulisset, est deprehensus. Vetustissimi enim Græci φῶρα vocaverunt, quem recentiores κλέπτην vocant.

Autopyros [αὐτόπυρος. Polon *Chleb grubi napoli z osciami.*] Epitheton panis, ex quo furfures non sunt sublati, quasi totum in se triticum non imminutum habens. Celsus lib. 2. cap. 17: Firmius est triticum, quàm milium: idipsum, quàm hordeum: & ex tritico firmissima siligo, deinde simila: deinde cui nihil ademptum est, quod *Autopyron* Græci vocant infirmior est ex polline: infirmissimus cibarius panis. Ex quibus Celsi verbis satis constat, non eundem esse panem autopyron cum eo, quem Cicero Cibarium vocat. Autopyros enim (qui & à Galeno appellatur) is est, ex quo nihil neque pollinis neq; furfuris exeretum est. Cibarius verò dicitur, cui bona pars pollinis adempta est, quiq; magna ex parte furfuraceus est, quam Paulus Aegineta ῥυπαρὸν videtur appellare.

Autoschedius, αὐτοσχέδιος, Adjectiv. est, Idem significans quod extemporalis, rudis sive impræmeditatus: à verbo αὐτοσχεδιάζω, quod est ruditer. & ex tempore sive impræmeditatè aliquid ago.

Autumnus, m. s. [סתו kâsits. ὀπώρα. φθινόπωρον. Gall *L'automne.* Ital. *Autunno.* Germ. Der Herbst. Belg. Der herfst. Hispan *Otonno.* Pol *Iesien.* Vngar. *Ősz.* Ang. *The harvest, or harvest time.*] Vna ex quatuor anni partibus, inter æstatem & hyemem media, quâ vindemia fit & arborum fructus colliguntur. Vnde etiam ab augendo quidam autumnum dictum putant, quòd eo tempore coactis frugibus agricolarum opes maximè augeantur. Virg. 1. Georg. Quid tempestates Autumni, & sydera dicam! Idem 6. Aeneid. Quàm multa in sylvis autumni frigore primo Lapsa cadunt folia. ¶ Pulchrorum etiam autumnus pulcher est, τῶν καλῶν καὶ ὀπώρα καλή. Metaphora proverbialis nata ex Archelai apophthegmate, quod ab eo dictum Plutarchus refert in Euripidem, qui jam pubescentem atque exoletum Agathonem in convivio suaviabatur. Quadrat igitur in ea, quæ quum natura sint egregia, ne tum quidem fastidienda videntur, quum maturuerint.

Autumnitas, f. t. Autumni tempestivitas: sicut Olivitas, quando olea legitur, ὀπωρισμός. Cato de Re rust. cap. 4: Circum oleas autumnitate ablaqueato. Idem cap. 156: Primâ autumnitate, quum pluvia est, tum maximè ab aquâ periculum est.

Autumnus, a, um, ut Aequinoctium autumnum. Plinius libro 19. cap. 6.

Autumnale, adjectivum, ὀπωρινόν: ut, Tempus autumnale. Varr. lib. 1. cap. 39: Nónne videmus alia florere verno tempore, alia æstivo, neq; eadem autumnali, quæ hyberno? Autumnal dixit Varro, linguæ Latinæ magister eximius: ut, Aequinoctium Autumnal. Autor est Sosipater lib. 1.

Autumo, as, n. p. Existimo, censeo, affirmo. [אמר amár. חכים hekim. ὑπολαμβάνω. Gall. *Estimer, iuger, penser, croire &* affir-

affirmare. Ital. *Stimare, pensare, credere, & affermare.* Germ. *Achten/ schetzen/meinen.* Belg. *Ick segge rastetijt.* Hisp. *Juzgar oppensar, creer.* Polon. *Mniemam, rozumiem.* Vng. *Velem, iudom.* Ang. *To iugde, think, beleue.*] Cicer. in Topic. Bene quam meritam esse autumas, dicis malè mereri. Plautus: Nisi hoc ita factum est, perinde ut factum esse autumo, non causam dico, cum quin simules probri. Vide Gell. lib. 15. c. 3.

Autŭrgĭă, f. p. αὐτουργία, manualis operatio.

Autŭrgŭs, m. f. αὐτουργός, artifex per seipsum faciens.

Ăvŭs, m. f. Patris, vel matris pater. [πάππος. Gall. *Ayeul, pere grand.* Ital. *Auolo.* German *Grosvatter.* Belg. *Een Grootvader.* Hisp. *Abuelo.* Polon. *Dziad.* Vngar *Iob atya.* Ang. *A grandfather.*] Ab ævo nominatus, quòd sit patre antiquior: vel à Græco αὔω, quod siccum significat & aridum. Aut certè à verbo αὔω, quod inter cætera significat clamo, strepo. Est enim ætas illa clamosa, & impendiò loquacior. ¶ Hinc Proavus, πρόπαππος: Avi paterni vel materni pater, quòd sit prope avum. Abavus, ἐπίπαππος, Proavi paterni vel materni pater. Tritavus, quasi Tetartavus, quòd quartus sit ab avo: Post tritavum, majores, πρόγονοι, progenitores dicuntur.

Ăvuncŭlŭs, m. f. Nomen est diminutivum, quod non servat significationem integram, sed est matris meæ frater. [θεῖος πρὸς μητρὸς, μητράδελφος. Gall. *L'on le du costé de la mere, le frere de la mere.* Ital. *Zio da lato di matre.* Germ. *Meiner Mutter Bruder.* Belg. *Oom.* Hispan. *Hermano de la madre.* Pol. *Wuy, brater mouiy matczy.* Vngar. *Azanyam battya.* Angl. *The vncle on the mothers side, a mother brother.*] Sic dictus quòd æquè tertius à me, ut avus est, sed non ejusdem juris: ideoq; vocabuli facta diminutio est, perinde ac minor avus. Vel dicitur Avunculus, quòd avi locum teneat, & proximitate tueatur sororis filios: quemadmodum frater patris, à patre Patruus, πατράδελφος, θεῖος πρὸς πατρὸς appellatur, quòd sit quasi alter pater. Vnde & ipsi fratrum ac sororum filii, nepotes ex fratre & nepotes ex sorore dicuntur. Cicero 3. de Finibus: Ita ut; controversiam dijudicabis, quæ in his tibi cum avunculo tuo, divino ac singulari viro Avunculus major, θεῖος μέγας Theophilo, est aviæ materna frater. Persius: Major avunculus erit.

Ăvĭă, æ. f. p. Patris vel matris mater. τήθη. Gall. *La mere grand, soit du costé du pere ou de la mere.* Ital. *Auola paterna, ò materna.* Germ. *Grosmutter.* Belg. *Een Grootmoeder.* Hisp. *Abuela de padre ò de madre.* Polon. *Babka, Starka.* Vngar. *Iob anya.* Angl. *A grandame, a grandmother.*] Cicer. de Arusp. respon. Tete Cn. Lentule, cujus abavia Mater deûm manibus esset accepta, spectatorem esse voluit.

Ăvītŭs, a, um, Quod ab avo, aut aviâ ad nos pervenit. [πατρῷος, προγονικός. Polon. *Starzyni.* Ang. *That is lefte by ancetours, ancient.*] Cic. in Verrem: Nulla res cujusquam tam patria, atque avita fuit quæ non ab eo imperio istius abjudicaretur.

Auxĭlĭum, lii, n. f. Subsidium, adjumentum, quod & opem Latinè dicimus. [עזר *hezer.* βοήθεια. Gall. *Aide, secours.* Ital. *Aiuto, aita.* German *Hulff/ beystand.* Belg. *Hulp.* Hispan. *Ayuda.* Polon. *Pomoc.* Vng. *Segitség.* Ang. *Aide, helph, succour.*] Cicero antequam iret in exilium: In meis miseriis divinum aliquod auxilium & numen ostendite. Idem pro Rabir. Dii quorum ope & auxilio hæc Resp. gubernatur. ¶ Accipitur & pro ipsis militibus qui alicui auxilio mittebantur. Cic. 6. Philipp. Non ut ex eâ acie auxilium haberemus, sed ut ipsa acies subsidium haberet etiam transmarinum. ¶ In quâ tamen significatione frequentiùs utimur plurali numero. Idem in Parad. Magna equitum & peditum auxilia. Idem pro Deiotaro: Et imperatoribus nostris auxilia mitteret. Dictum autem putatur Auxilium ab Augendo, quòd vires ejus augeat, cui accedit. ¶ Post bellum auxilium, μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία. Quoties seriùs adhibetur remedium. Refertur à Suida. ¶ Differunt autem aliquo modo Auxilium, præsidium & subsidium. Nam auxilium repentinum est, & ex insperato venit: Præsidium est quod imponitur & ad custodiam collocatur: Subsidium, quod subest deficientibus, in quorum locum succedit. Cornel. Fronto de diff. vocab. ¶ Antiqui etiam auxiliatum pro auxilio dixerunt. Lucret. lib. 5: Alituum porrò genus alis omne videmus Fidere, & à pennis tremulum petere auxiliarum. Ex Nonio.

Auxĭlĭŏr, aris, d. p. Adjuvo, auxilio sum, & dativo construitur. [עזר *hezar.* βοηθῶ. Gall. *Aider, secourir, donner aide, confort & secours.* Ital. *Aiutare, aitare.* Germ. *Helffen/ handtreichung thun.* Belg. *Helpen.* Hispan. *Ayudar ò traer gente para ayuda.* Polon. *Pomagam.* Vngar. *Segitem.* Ang. *To help, to succour.*] Terent. in Adelph. Vt si omnes cuperent, nihil tibi possent auxiliari. ¶ Auxiliari contra aliquid. Plin. libro 24, cap. 12: Spinæ albæ semen contra scorpiones auxiliatur. ¶ Reperitur & in terminatione activâ pro significatione passivâ auxilio pro auxilior, ut Gravus adversus Furium: Quibus ego primum cùm auxilio. Refert Diomedes Gram. lib. 1.

Auxĭlĭārĭs, & Auxiliarius, opifer, medicinalis, suppetias ferens. [עזר *hozer.* βοηθητικός, ἐπίκουρος, συμμαχικός. Gall. *Secourable, qui aide.* Ital. *Aiutatore d'altri.* Germ. *Behülfflich/ der da hülff beweißt.* Hisp. *Ayudador.* Polon. *Pomocny.* Vnga. *Segitő segitség.* Ang. *That helpeth.*] Plin. lib. 23. cap. 1: Vinumq; & acetum ex his factum, auxiliatè contra eandem vim habent. Asinius Pol. Ciceron: Militem non modò legionarium, sed ne auxiliarium quidem ullum quoquam misi. ¶ Auxiliaris vena, jecorariæ ramusculus. Auxiliaria cohors, apud Cic. de provinciis consular.

Auxĭlĭātŏr, Verbale, m. t. Qui auxiliatur. Quintil. lib. 12. c. 3: Et ipse litigantium auxiliator egebit auxilio.

Auxĭllam, Ollam parvulam Antiqui dicebant, ut inquit Festus.

Auxĭnă mājŏr, periclimenon apud Dioscor. lib. 4. cap. 16.

A ante X.

A. X. In notis antiquorum, annis X.

Axămentă, Carmina quæ à Saliis in universos homines componebantur, Festus.

Axĭrĕ, Antiqui pro nominare posuerunt. Festus.

Axiculus, Diminutivum, ἀξονίσκος, Parvus assis, sive asser. Columel. lib. 6. cap. 19: Ita ut à posteriore parte, quæ latior est, velut in caveam quadrupes possit induci, nec exire aliâ parte prohibentibus adversis axiculis. Vitruv. l. 10. c. 2.

Axĭllă, f. p. [אצילה *atsilah.* μασχάλη. Gall. *Aisselle.* Ital. *Ascella.* Germ. *Die Achsel.* Belg. *Die Ochselen.* Hispan. *Sobaco.* Pol. *Podpachy.* Vngar *Hon allya.* Ang. *The arme hole.*] Locus convaeus subter brachium, ubi nascuntur pili. Quidam putaverunt diminutivum esse ab Alâ. Cicero tamen in Oratore autor est, Alam potiùs ex Axillâ contrahi, sublatâ asperitate literæ x: ut ex Maxillâ Malum, & ex Paxillo Palum.

Axim, pro egerim. Pacuvius Periboea: Vt quæ egi, ago vel axim verruncent bene. Nonius.

Axĭnŏmantĭă, f. p. ἀξινομαντεία. Genus magicæ divinationis, per dolabras securesq; e, quas Græci ἀξίνας vocant. Plinius libro 36. cap. 19. de gagate lapide: Hoc dicuntur ut Magi in eâ quam vocant Axinomantiam.

Axĭōmă, n. p. [כלל *chelal.* ἀξίωμα. Gall. *Authorité, dignité, vne maxime.* Ital. *Dignità, sentenza, parlar perfetto & intero.* German. *Wirdigkeit/ herrligkeit/ oder ein Glaubwirdiger vnnd vngezweiffelter Spruch.* Hispan. *Dignidad, sentencia.* Polon. *Zacność, wspráwa, sentencia wazna.* Vngar. *Méltoság bölcsület.* Ang. *A principle or generall ground of any art.*] Dignitas, & amplitudo propter honores gestos, aut magistratum: vel etiam authoritas, quam ἀξίωμα Græci vocant. Dictum Axioma, à verbo Græco ἀξιόω quod inter cætera significat, dignum judico. ¶ Axiomata item à Dialecticis dicuntur disciplinarum principia, & propositiones quædam demonstrabiles, quæ in communi sensu conceptuque versantur, neque ullâ egent probatione, sed per seipsas fidem faciunt: cuiusmodi est illud: Quæ sunt æqualia eidem, inter se quoque æqualia esse necesse est. [Pol. *Dowod.* Vngar. *Meltó tagos es tökelletes mondás.*] ¶ Accipitur item Axioma pro oratione profectâ, veri sui falsi significativâ, quam Cic. nunc Pronuntiatum, nunc effatum, Varro Profatum & Proloquium appellat: nonnulli ex recentioribus Propositionem nominant: cujusmodi sunt, Annibal Pœnus fuit: Scipio Carthaginem delevit. Gell. lib. 6 c. 8: Et omnino quicquid ita dicitur plenâ atque perfectâ verborum sententiâ, ut id necesse sit aut verum, aut falsum esse, id à Dialecticis ἀξίωμα appellatum est. ¶ Quidam in hac significatione vertunt Dignitas, quod & apud Priscianum legas. ¶ Est præterea Axioma, quod alii Adjunctum, alii Connexum dixere, συνημμένον ἀξίωμα, nonnulli ex recentioribus Propositionem hypotheticam appellavere. Cujus generis sunt hæc: Si Plato ambulat, Plato movetur: Si dies est, Sol est super terram.

Axĭs, m. t. Lignum illud teres, circa quod rota currûs vertitur. [ציר אופן *tsir ophan.* ἄξων. Gall. *Le bois rond autour duquel les roues tournent.* Ital. *Asse, cardine, polo.* Germ. *Ein Achs an einem Rad oder Wagen.* Belg. *Asse / as.* Hispan. *Exe de carro ò de carretta, abia, ripio, cabrio.* Polon. *Os.* Vngar *Tengely.* Ang. *A round tree vpon the which the cart wheele turneth.*] Dictum ab agendo, quòd rota circa illud agatur: hoc est, moveatur. Virgil. 3. Georgic. Pòst valido nitens sub pondere faginus axis. ¶ Nonnunquam pro toto curru ponitur: ut apud Iuvenalem: Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes. ¶ In cœlo item, Axem vocant Mundi diametron: hoc est, lineam quandam imaginariam, quæ ab uno Mundi cardine in alterum tendit, quòd tota Mundi machina circa eam versari existimetur. ¶ Alio modo pro ipsis polis accipitur, qui & Cardines dicuntur, quòd circa eos rotari orbis videatur. Vnus Australis, sive Antarcticus, ἀνταρκτικὸς appellatur, Arctico oppositus, qui terræ objectu à nobis cerni non potest: alter Septentrionalis, sive arcticus, sive Arctous, aut Boreus ἀρκτικὸς βόρειος, qui nunquam occidens, semper conspicitur. Virgil. 1. Georgic. Hic vertex nobis semper sublimis; at illum Sub pedibus Styx atra videt manesque profundi. Cicer. 1. Tuscul. Tum globum terræ eminentem è mari, fixum in medio Mundi universi loco, duabus oris distantibus habitabilem & cultum. Quarum altera, quam nos incolimus, sub axe posita ad stellas septem, unde horrifer Aquilonis stridor gelidas molitur nives. Altera australis ignota nobis, quam vocant Græci ἀντίχθονα. Item Axis dicitur totum cœlum. Virgil. 4. Aeneid. ubi maximus Atlas Axem humero torquet: id est, cœlum sustinet. ¶ Item Axes, tabulæ sectiles sunt, inquit Festus, quæ & à Græcis Axones appellantur, cujusmodi erant Athenis, quæ leges Solonis habebant insculptas. Gel. lib. 2. cap. 12: In legibus Solonis illis antiquissimis, quæ Athenis axibus ligneis incisæ sunt. ¶ Axis quoque fera est in Indiâ, hinnuli pelle, pluribus candidioribusque maculis, sacra Libero patri, ut est autor Plinius libro 8. cap. 21.

Axĭtĭōsi, à veteribus dicti sunt factiosi, quum plures vnà quid agerent, facerentque. Autor Festus.

Axŏnă, Græci vocant secundam cervicis vertebram quòd immobilis sit quasi axis.

Axŏs, Flos est spinæ ejusdem nominis, venenatus, de qua vide Diosc. lib. 28. cap. 14.

Axūngĭă, f. p. Interior pinguedo porci inveterata. [στέαρ ὕειον Dioscoridi, ἀξούγγιον. Aeginetæ. Gall. *Oing, ou vieil oing.* Ital. *Sogna, songia.* German. Karchsalb / schweinin schmär. Belg. Waghensmeer. Hisp. *Vnto anejo, como para v untar exes.* Polon. *Stare sadlo.* Vng. *O háy.* Ang. *Swynes grease.*] Hæc ab axe plaustrorum ungendo dicta, ut faciliùs circa eum rota vertatur. Hæc quantò vetustior, tantò utilior est, & multas vireis habere creditur, quoniam id animal herbarum radicibus vescitur. Vide Plin. li. 28. cap. 6.

A ante Z.

Azȳmŭs, a, um, [ἄζυμος. Gall. *Sans levain.* Ital. *Senza levato, ò fermento.* German. Ungeheflet / ungesewret. Hispan. *Concenno ò sin levadura.* Polon. *Przasni chlieb, niekwassoni.* Vngar. *Kouasználkwl valo kinyér, pogácsa.* Angl. Withowt leaven, *unleavened.*] Sine fermento: unde azymi panes: hoc est, infermentati: מצות *masstsóth.* ¶ Per translationem accipitur pro syncero, & non elato. Nam infermentata consperfio non attollitur.

B

B LITERA muta est, quæ non in sonum suum, sed in sonum e literæ finitur. Itaque Græci βῆτα nominant. Non modò impeditus & obscurus ejus sonus, sed nullus apparet: dumque sibi exitum parat, irrito laborat conatu: & omnino incassum niteretur, si vocalis destitueretur adminiculo: hæc enim, velut cæteri mancipatum & vinctum eripit, ac solvit: quo morbi vitio laborant & cæteræ mutuæ. Dum profertur incipit à labiorum compressione, & E vocalem sibi sociam assumens, diducuntur labra, & exit. Gerit virtutem & potestatem mediam inter p & ph. Quare nos ob literarum affinitatem dictiones Græcas traducentes, nonnunquam p & ph in illam convertimus, ut cùm apud Græcos πύξος scribatur, apud nos buxus: & quod illi ἄμφω, nos ambo transcribimus. ¶ At è contrario, quod illi per b scribunt, nos in ph commutamus: ut θρίαμβος, triumphus. ¶ Convertitur quandoq; b in u, euphoniæ vel differentiæ causâ, idq; in duobus tantùm verbis, teste Cicerone, Aufero pro Abfero, Aufugio pro Abfugio. Transit etiam in f, ut sufficio: in c, ut Occurro: in g, ut Suggero: in m, ut Summitto: in p, ut Nubo, psi. ¶ Sonum ejus & auget & minuit ratione loci, qualitate antecedentium, aut subsequentium vocalium, aut consonantium simplicium, geminatarum, aut diversarum coëuntium inter se hac solâ ratione. b amat m ante se quod m terminat in labiorum compressu in quo b incipit. In fine cujuscunq; dictionis syllabâ corripit. ¶ In notis antiquorum B bonus, vel Brutus, vel bene, vel balbus. B. Balbius, vel bonæ, vel bene. B. A. bonam actionem, vel bonis auspiciis, vel bonis avibus, vel bonus amabilis, vel bonam actionem, vel bonis auguriis. BB bona. B. ARA. bona aurea. B. A. bonorum. B. C. bonorum concessum.

Băbæ, βαβαί, adverbium Græcum, pro quo nos interjectione admirantis Papę utimur. Plaut. Pseud. Babæ nunc demum mihi animus in tuto est loco.

Băccæ, geminato c, & sine aspiratione, continent intra sui nominis ambitum fructus diversorum generum, lauri, olivę, corni, myrti, & aliorum hujusmodi. [τὰ ἀκρόδρυα. Gall. *Graine qui croist aux arbres ou menu fruict, comme de laurier, d'olivier.* Ital. *Frutti minuti d'alberi, comme le chiocciole.* German. Kleine frucht / als da sind die beer. Belg. Beye / besye. Hispan. *El frutto menuto, como azeitunas.* Pol. Wszeliaka golaska. Vng. *Olay, borostyán, som, myrtus és effele egyéb fák gyümölcse.* Ang. *Small fruite not pressed thogether, as bayebaries, olives.*] Differunt ab acinis, quòd acini densiùs nascantur, ut in uvis baccæ dispersiùs & rariùs. Vide Plin. lib. 15. ca. 14. & Vallam lib. 6. c. 14. Cic. 1. Tusc. Ergo arbores seret diligens agricola, quarum aspiciet baccam ipse nunquam. Idem 1. De diuinatione: Vt agricola quum florem oleæ videt, baccam quoq; se visurum putat. ¶ Baccę egent oleo, τὰ σέμφυλα δεῖται ἐλαίου. De re absurdâ. Nam incredibile est, illi opus esse oleo unde nascitur oleum. E baccis autem olivarum exprimitur oleum. ¶ Est & bacca gemma candida, & baccæ more rotunda, quam & unionē dicimus. [μαργαρίτης. Ang. *A pearle.*] Virg. in Culice:- nec Inde Conchea bacca maris pretio.

Băccalaurĕŭs, m. f. Is hodie dicitur, qui ob bonarum artium tyroniciū, primo honoris gradu, stimuli loco decoratus est: fortè quòd iis olim corolla ex lauri baccis nexa imponeretur.

Băccĭfĕr, Ferens baccas. [Angl. *That beareth beaeries as sloen, of goosebearies.*] Plin. lib. 16. cap. 10: Ex omnibus sola baccifera. Seneca in Oedip. Hedera baccifera.

Băccŭlă, diminutivum, parva bacca. [Angl. *Litle small fruite, as hawbearies.*] Plin. lib. 25: Omnes colore buxeo, caulibus parvis, flore purpureo, ferunt bacculas parvas, ut cappares.

Băccātŭs, a, um, Gemmatus, unionibus seu margaritis ornatus, λιθοκόλλητος. Virg. 1. Aen.- colloque monile Baccatum.

Băccālĭă, Lauri species est, à baccarum fertilitate dicta. De qua vide Plin. lib. 5. c. 13.

Bācchărĭs, is, βάκχαρις, Dioscoridi herba est radice odoratâ, folio aspero, magnitudine inter violam & verbascum, anguloso caule, quæ coronis admisceri solet. [Germ. Waser Frawen hendschuch: oder / wie etliche wöllen / Haselwurtz. Pol. *Sanicá.*] Rustici in Galliâ, *Divæ Mariæ chirothecas* appellant, ut tradit Ruell. lib. 5. cap. 27. ¶ Virgilius hac herbâ fascinum depelli scribit. Plinius scribit hanc alio nomine à Græcis *Melamprason*: officinę vocant *Marrubium nigrum.*

Bācchŏr, Furor, insanio. [השתגע *hischtăghghēah.* βακχεύω. Gall. *Turongner, estre fol & enragé, vivre dissoluement.* Ital. *Impazzire, furiare.* German. Wüten / toben / schreyen als die truncknen / halb unsinnig seyn. Belg. Rasen. Hisp. *Enloquecerse, embriagarse.* Polon. *Szalieć, wrzesczec iako szaloni.* Vng. *Dwhoskodom belondeskodom.* Ang. *To rage, to rayle like a dronken man, to be woode angrie.*] Propriè est Baccharum, quæ furore quodam correptæ magnis clamoribus Liberi patris Orgia celebrabant: quanquam & latiùs sumitur pro furere, insanire, & clamoribus, tumultuque omnia implere. Virgil. 4. Aeneid. Sęvit inops animi, totamque incensa per urbem Bacchatur, qualis commotis excita sacris Thyas, ubi audito stimulant trieterica Baccho Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithæron. Cic. de clar. orat. Quòd eos quorum altior oratio actioque esset ardentior furere & bacchari arbitraretur. ¶ Bacchari dicuntur venti, dum flant impetuosiùs. Horat. 1. Carm. Thracio bacchante magis sub interlunia vento. Ovid. 1. Tristium. eleg. 2:- boreas bacchatur ab Arcto.

Bāchātŭs, partic. Virg. 10. Aeneid.- medias Italûm bacchatā per urbes. ¶ Legitur Bacchatus, in passivâ significatione, pro eo, quod est à bacchantibus frequentatus, aut peragratus. Virg. 2 Georg.- virginibus bacchata Lacænis Taygeta. Vbi Taygeta bacchata, dixit eâ formâ, qua alibi:- terra acri regnata Lycurgo. Sed hoc rarius.

Bācchāns, antis, aliud participium. Cic. 4. in Catil. Versatur mihi ante oculos aspectus Cethegi, ut furor in vestrâ cæde bacchantis.

Bācchātĭo, onis, verbale, f. t. [βάκχευσις. Polo. *Szalienstwo.* Ang. *Dronkennesse, surfetting.*] Cicer. 3. Verrinâ: Sileatur de nocturnis ejus bacchationibus ac vigiliis. ¶ Hujus verbi compositum est Debacchor.

Bāchātim, adverbium significat more bacchantium. βακχικῶς. Apul. Quin igitur soror hūc primum bacchatim discerpimus?

Bācchēis, dos, βακχηΐς, Denominativum fœmininum à Baccho formatum. Stat. 2. Syl. Qualis si jubeas Ephyres Baccheidos altum Culmen ab Inoo fert semita tefta Lechæo.

Bācchēŭs, a, um, per tres syllabas, quarum penultima producitur, βακχεῖος, possessivum à Baccho deductum. Colum. lib. 10: - per omissa silentia Musis Pierii nemoris Bacchēā voce frementem. Virg. ei diphthongum dividens per quatuor syllabas extulit. lib. 1. Georg. Quid memorandum æquè Bacchēia dona tulerunt.

Bācchĭcŭs, a, um, βακχικός, possessivum à nomine Bacchus deductum. Ovid. 1. Trist. Deme meis hederas Bacchica serta comis.

Bācchĭdēs, βακχίδης, patronymicum masculinum à Baccho formatum, quo significatur Bacchi filius vel nepos. ¶ Fuit & Bacchides nomen unius ex satrapis Assyriorum, qui à Demetrio Seleuci filio adversus Machabæos missus, ab illis est interfectus.

Bācchĭum, sive Baccheum βακχεῖον: Genus vasis vinarii, quo in sacrificiis Bacchi utebantur. Quin ipsum etiam Bacchi templum à Græcis hoc nomine appellatur.

Bācchĭŭs, substantivum, Genus pedis est, ex tribus syllabis constans, quarum prima brevis est, reliquæ duæ longæ, βακχεῖος: ut Hŏnēstās. Hoc pedis genere utebantur in carminibus sacrorum Bacchi: cui contrarius est Antibacchius, constans ex duabus longis & ultimâ brevi: ut, Fōrtūnă.

Baceli: [βάκηλοι. Polon. *Balamuntowie, vni bolend.*] Ab Augusto dicti sunt stulti, teste Suetoñ. à Bacelo quodam eunucho (ut Alciatus credit) qui corpore quidem procero fuit, sed adeò stolidus, ut cesserit in proverbium, Γάλλος Βακήλω, & Βάκηλος εἶ: id est, Bacelo similis, & Bacelus es. In cinædos ac parùm viros dictum, sed animo stupidos.

Băcrĭōnem [German. Ein gattung als Geschirr. Polon. *Kuliado napoiow.*] Dicebant genus vasis longioris manubrii, quod alii trullam appellant. Festus. De usu autem hujus vasis, vide infrà in dictione. TRULLA.

Băcŭlŭs, li, m. f. Fustis, stupes, scipio: pro quo legitur & baculum neutri gen. [שבט *schēbet* מקל *makkēl* משען *mischhán.* βάκτρον, βακτηρία. Gall. *Baston.* Ital. *Bastone.* German. Ein Stack.

Belg. Een Stock. Hispan. *Cayado ò bordon*. Pol. *Ky, laska*. Vngar. Bot. Ang. *A staffe, a cudgell*.] Ovid. lib. 15. Metam. -baculumque tenens agreste sinistrâ. ¶ Absque baculo ne ingredior, ἄνευ ξύλου μὴ βαδίζε. Inermis ne sis: verùm semper ad manum sit quo depellas, si quis fortè quærat lædere. ¶ Viro seni maxillæ baculus, ἀνδρὸς γέροντος αἱ γνάθοι βακτηρία. Dici solitum de iis qui ob defectas ætate vires, lautiore pariter & copiosiore victu coguntur uti, quò quod senecta deterit, utcunque farciatur cibo.

Băcillum, n. s. diminutivum. [τὸ βακτηρίδιον. Gall. *Bastonnet, petit baston*. Ital. *Bastoncello*. Germ. Ein Stäblin. Hispan. *Pequenno cayado ò bordon*. Polon. *Kiik, laseczka*. Vng. *Botocska*. Ang. *A litle staffe*.] Cicer. de Finib. bon. Bacillum aliud inflexum & incurvatum, aliud ita natum. ¶ Bacillus in masculino genere in usu non est: à quo tamen videtur manasse compositum Imbecillus, a, um, & Imbecillis, inbecille, Vnde imbecillitas pro infirmitate.

Badius color, is est, quem & Phœniceum vocamus, à colore dactylorum, quas φοίνικας vocant Græci. [φοινικοῦν χρῶμα. Pol. *Gnisiawi, ridzafwi*. Ang. *Browne as a chesten*.] Idem & Spadiceus dicitur, & Baius: ab eo quòd termitem unà cum fructu à palmâ revulsum, Græci Σπάδικα & Βάϊον appellant. Vide Thylesii libellum de coloribus.

Bădĭzārĕ, Significat ire. [Βαδίζειν. Polon. *Poskakowac bieyec*. Ang. *To go, to walke*.] Plautus in Asinar. Demam hercle jam de hordeo, tolutim ni badizas.

Bætўlus, βαίτυλος, dicitur saxum illud fasciis obvinctum, quod pro Iove devoravit Saturnus, ut testatur Hesychius. Vnde locus factus proverbio, Etiam bætylum devorares, καὶ βαίτυλον ἂν καταπίοις. In voracem & omnia concoquentem. ¶ Vide Priscianum qui docet eum Addir & Abaddir dici à Latinis.

Băjŭlo, as, Porto [נשא *nasá* סבל *sabál* נטל *natal*. βαστάζω. Gall. *Porter sur ses espaules*. Ital. *Portare*. German. & Belg. Tragen. Hispa. *Llevar ò traer carga acuestas*. Pol. *Niosse*. Vng. *Hordozom vijeiòm*. Ang. *To beare vpon the shoulders*.] Plaut. in Asin. Ego bajulabo, tu, ut decet dominum, ante me ito inanis. Quint. lib. 6. c. 1: Ego te bajulare non possum.

Băjŭlus, m. f. Operarius, & propriè qui onera corpore suo, victus quærendi gratiâ portat. [נשא *nosé* סבל *sabál*. φορτοφόρος, φορτηγός, ὁ βαστάζων. Gall. *Portefais, crocheteur, gaigne denier*. Ital. *Facchino, baiulo*. German. Der schwere burdinen tregt / ein Burde trager. Hispan. *Bastaje ò ganapan*. Pol. *Tragarz*. Vng. *Terhhordozó fakin*. Angl. *A bearer of burdens, or porter*. [Cic. in Parad. Vtrùm potiùs de bonis est quærendum quid bajuli atque operarii, an quid homines doctissimi senserint? Idem 2. de Orat. Remigem aliquem, aut bajulum nobis oratorem descripserat.

Bajus color, idem est cum spadiceo, sive badio, in equis in primis laudatus: [φοινικοῦν χρῶμα. Gall. *Baie, bayard*. Ital. *Baio*. Germ. Kestenbraunefarb Hisp. *Vayo*. Pol. *Cyssawa farba, ridsla farba*. Vng. *Veres, piros*. Ang. *Browne as a chesten*.] ita dictus est ἀπὸ τοῦ βαΐου, quo nomine Græci appellant palmæ termitem unà cum fructu avulsum, qui hujus est coloris.

Bălæna, æ, Vastissima maris bellua, ex genere cetorum, quam Plin. tradit in Oceano Indico ad quaternûm jugerum magnitudinem increscere. [תנין *tannin*. Græcis φάλαινα dicitur ἀπὸ τοῦ εἰς φῶς ἀνιέναι. Vnde & Latini Balænam appellarunt, φ aspiratâ in β mediam suam conversâ. Vide Plin. lib. 9. cap. 3. 4. 6. [Gall. *Balene*. Ital. *Balena pesce*. Germa. Ein Wallfisch. Belg. Een walvisch. Hisp. *Ballena*. Pol. *Balena*. Vngar. *Czet hal*. Ang. *A great fishe named a whirlepole*.]

Bălănus, ni, f. f. [βάλανος. German. Allerley Eichlen. Polon. *Wßelyaki owocz jolad iowi pudobni*. Vngar. *Mak*. Angl. *All kinde of acornes or mast*.] Generale nomen est, omnia continens, quæ apud nos Glandis vocabulo comprehenduntur. Præcipuè tamen hoc nomine dactyli appellantur, & olivæ, & si quasi sint alia, quæ nucleos intùs habent. ¶ Balanus myrepsica, βάλανος μυρεψική, Dioscoridi, Fructus est arbusculæ, myricæ similis, magnitudine nucis avellanæ, ex cujus cortice oporiferus liquor exprimitur, quem vocant Oleum balaninum. Sunt qui credant esse glandem eam, quam vulgò *nucem muscatam* vocant: quibus tamen non arbitror adhibendam fidem, quum descriptio ei non conveniat. Constat enim glandem myrepsicam lignoso intus esse osse, quod nux odorata non habet. Potiùs itaque Ruellio crediderim, nucem odoratam, quam nos *muscatam* vocamus, veteribus fuisse incognitam. Glandem autem myrepsicam Plin. uno nomine vocat Myrobalanum, quasi dicas gandem unguentariam. Ita enim de eo scribit lib. 12. c. 21: Myrobalanum, Troglodytis, & Thebaidi, & Arabiæ, quæ Iudæam ab Aegypto disterminat, commune est, nascens unguento, ut ipso nomine apparet. Quo item indicatur, glandem esse arboris, heliotropio, quam dicemus inter herbas, simili folio. Fructus, magnitudine avellanæ nucis. *Hactenus ille*. Myrobalanum Celsus videtur accepisse pro unguento ipso, quod ex glandis myrepsicæ commisto liquore conficitur. Ita nanque ait lib. 4. c. 9: Fit ex unguento & palmulis, quod Myrobalanon vocant. Ad hanc etiam significationem allusisse videtur Mart. lib. 14: Quod nec Virgilius nec carmine dixit Homerus, Hoc ex unguento constat, & ex balano. Nam si de glande ipsâ intelligas, non video quo modo dicat Myrobolanum constare ex balano & unguento. ¶ Balanus etiam à Græcis vocatur extrema membri virilis pars, quam etiam Latinè Glandem vocamus. ¶ Hoc etiam nomine dicuntur, quæ à pharmacopolis vocātur *Suppositoria*, quæ ad subducendā alvum podici inseruntur: ita dicta, quòd figurâ glandis similitudinē referāt. ¶ Balanus item est nomen urbis in Epiro. ¶ Balanus item piscis marinus. Plin. lib. 31. cap. 11. Plaut. Rud. Ostreas, balanos captamus, conchas, marinam urticam. ¶ Balani, Castanearum genus excellens. Plin. lib. 15. cap. 25: Sardibus eæ provenēre primùm. Ideo apud Grecos Sardianos balanos appellāt. nam divus Tiberius postea balanum nomen imposuit, excellentioribus satu factis. Hic autem Balanus aut est etiam masculinum, aut *Sardianas* legendum est.

Bălānītēs, hujus balanitæ, βαλανίτης, Gemma subviridis, & Corinthio similis æri, secante mediam flammeâ venâ. Autor Plin. lib. 37. c. 10.

Bălānītis, idis, [βαλανῖτις. Polon. *Kastan*. Vng. *Gesztenye*.] Genus castaneæ rotundius & maximè purgabile, & spontè prosiliens: à rotundâ glandis effigie ita appellatum. Plinius lib. 15. cap. 23.

Bălānātus, ta, tum, adject. Hoc est, balanino oleo perfusus. Persius Sat. 4: Tu quum maxillis balanatum gausape pectas.

Bălānĭnus, na, num, aliud adjectivum, Ex balano factum: ut, Balaninum oleum. Plin. libro 23. Balaninum oleum repurgat varos. Idem l. 13. c. 1: Increvit deinde Mendesium, balanino resina mista.

Bălārĕ, n. p. Proprium est vocis ovis, aut hœdi. [βληχᾶσθαι. Gall. *Beeller*. Ital. *Belare*. German. Blären / schreyen wie ein Schaf oder Geiß. Belg. Bläten. Hispan. *Balar las ouejas ò corderos*. Polon. *Beczeć*. Vng. *Begetni*. Ang. *To bleate*.] Quintil. lib. 1. capite 5: Iam ne balare quidem, aut hinnire fortiter diceremus, nisi judicio vetustatis niterentur. Ovid. 4. Fast. Tactaq; fumanti sulphure balet ovis. Sil. lib. 15: cui mille sub altis Lanigeræ balant stabulis. ¶ Balare, ad hominem translatum. Varr. 2. de Re rust. cap. 3. Cui Cossinius: Quoniam satis balasti, *inquit*, ô Faustule noster, accipe à me cum Homerico Melanthio Cordo de capellis. Id est, tractasti, & docuisti de ovibus, quarum proprium est balare.

Bālĭto, as, frequentativum. [Pol *Vßawnie wrzescze*. Vng. *Gyakorta bigetek*. Angl. *To bleate often*.] Plaut. in Bacch. Pastor harum dormit, quum eæ eunt. Si à pecu balitantes.

Bălātus, us, nomen, m. q. [βληχή, βλήχημα. Gal *Beellement, cri de brebis*. Ital. *Voce di pecora ò di agnello*. German. Das blären eines schafs / schafgeblärt. Hispan. *El balido de ouejas ò corderos*. Pol. *Beczenie*. Vnga. *Begetes*. Angl. *Bleating*.] Plin. Gustatum à pecore caprisque balatum concitat.

Bălārĭă, Lychnis coronaria, Dioscor. lib. 4. cap. 313.

Bălătrōnes, m. t. inquit Festus, & Blateas, antiqui appellabant, bullas luti ex itineribus, aut quod de calceamentorum soleis traditur. [. Germ. Leut die nicht wärt seind. Pol. *Przilepkina botach*.] Balatrones pro nihili hominibus, & nullius pretii videtur accepisse Vatro de Re rust. lib. 2. cap. 5. quum inquit: Videbo jam vos balatrones, & huc afferam meum corium, & flagra. ¶ Dicti autem putātur Balatrones à balatu & vaniloquētiâ, ut annotavit Porphyrion in illud Horatii 1. Serm. Satyr. 2: Mendici, mimæ, balatrones, hoc genus omne Mœstum, ac solicitum est cantoris morte Tigelli.

Bălaustĭum, n. s. [βαλαύστιον. Gall. *La fleur d'vn grenadier*. Ital. *Fior di melagrand*. German. Granatapffelblühe. Belg. De bloem ofte bloeysel van eenen wilden Granaet appelboom. Hisp. *Flor del granado*. Pol. *Kwiat granatowi*. Vngar. *Pomogránat viraga*. Angl. *The floure of an pomegarnette*.] Flos mali punici, utilis non modò medicinis, sed etiam tingendis vestibus, quas sibi concolores facit. Propriè autem hoc nomine appellatur sylvestris punicæ flos: nam sativæ Cytinus dicitur.

Bălaustīnus, a, um, ut Balaustinus color, à floris hujus similitudine dictus. [Vngar. *Poma-gránat virág szinu*.]

Bălausus, Βαλαυσος, Herba non multùm dissimilis narcisso.

Balbus, m. f. Qui vitio linguæ non bene potest exprimere verba, & obscurè loquitur, hæsitans. ¶ Hoc vitio laboravit Aristoteles & Alcibiades, qui R in L detorquebat. Scal libro 1. de Causis ling. Lat. cap. 14. [עלג *hillégh*, ψελλός. Gall. *Begue*. Ital. *Balbo*. German. Stammlet / stagglet oder statzer Belg. Stameloer / Kekelbont. Hispan. *Tardamudo*. Polon. *Iekotliwy*. Vng. *Selyp, oelyp*. Ang. *A stafler, a stammerer or stutterer*.] Persius Satyr. 1: Rancidulum quiddam balbâ de nare loquutus. Cicer. 1. de Orat. Quumque ita balbus esset, ut ejus ipsius artis, cui studeret, primam literam non posset dicere, *&c*.

Balbē, adverbiū, Obscurè, imperfectè, blesè. Nonius ex Varrone.

Balbūtĭo, tis, n. q. Imperfectè loquor, quadam linguæ hæsitatione & confusione trepido. [עלג *hilliágh* ψελλίζω, ψιθυρίζω, ψελλίζομαι. Gall *Begueyer, parler mal & indistinctement*. Ital. *Balbetare*. Germ. Stammlen / sich heffelig an der red stossen Hispan. *Tartamudar*. Pol. *Zaiakam sie, zacinam sie wmowie, begloce*. Vngar. *Pelypégetek, selypegetek, babutizálok*. An. *To faste, flammer or flutter in speaking*.] Horat. in Serm. Balbutit Scaurum pravis fultum malè talis. Id est, balbutiendo appellat Scaurum. Solent enim parentes filiorum puellorum adhuc infantiam imitari, blandiùs cum illis colloquuturi. Cic. 3. Tuscul. Me quidem autore etiam Peripatetici, veteresque Academici balbutire desinant aliquando.

Balbūcĭnări, significat linguâ balbâ loqui, sicut fenes. [ψιθυρίζειν, ψιθυ-

ψελλίζω. Vngar. *Selypegetni, pelypegetni, rezketve szollani.* Ang *To saffle or stutter in speaking.*

Băleūcă, aurum est nondum purgatum, neq; adhuc in massam redactum. Græcè χρυσαμμος, dictum, quasi ab eo, quòd sit aurum imperfectum: verbum non Latinum, sed Hispanum. Plin. lib. 35: Hispani, *inquit*, aurum quod minutũ est, *baleucam* vocāt.

Bălīncĭum, vinum quod in Siciliâ nascitur, saporem mulsi referens.

Bălĭnĕum, n. s. & Balineæ, arum, f. p. Idem quod Balneum, & Balneæ, arum [מרחצת *marchéçeth.* βαλανεῖον. Gall. *Bain ou estuves.* Ital. *Bagno.* German. Bad/Badstuben. Belg. Bat/badtstove. Hispan. *Banno.* Pol. *Lasnia.* Vngar. *Fördő, banya.* Angl. *Stewes or a bayne.*] Cic. Att. lib. 2: Balineum calefieri jubeo. Plaut. Pœnul. Numnam ita balineis circunductus pallio? Plinius Epistol. 3: Quid balineum illud, quod pluribus sol implet, & circumit? Dictum autem putatur Balineum, ἀπὸ τῶν βαλάνων: hoc est, à glandibus quæ in balneis succendi solent. Scribit enim Suidas glandes hominibus apud antiquissimos, cortices verò earum igni alimenta præbuisse.

Bălĭus cŏlŏr, [βαλιὰ χροιά. Gall. *Bay, bayard.* Ital. *Baio.* Germa. Kestenbraunefarb. Hisp. *Vayo.* Pol. *Glinasta farba, czisawa farba.* Vng. *Veres, piros vertseszinw.* Ang. *Browne like a chestnut.*] In equis laudatissimus est, à quo Homerus unũ ex equis Achillis Balium, sive Baliam appellavit. Nonnulli varium interpretantur, maculisq; multis distinctum. Thylesius autem in libello de coloribus, eundem esse existimat cum eo, qui & Spacideus, & Bajus, & Badius, & Phœniceus appellatur.

Băllārĭă, æ, f. p. A' Romanis appellata est herba, quæ à Dioscoride λυχνὶς στεφανωματική: hoc est, Lychnis coronaria, & à Gallorum vulgò *Candelaria* dicitur. Vide Ruell. lib. 3. cap. 57.

Bāllīnŭs, pro præside, Ballis, seu Ballinatus pro provinciâ: vocabula sunt omnino peregrina. Vides in quam vocum spurcitiem degenerarunt interpretes, paulatim recedentes à puritate Latini sermonis ver. Iurisconsultor.

Băllĭstă, f. p. gemino l, à βάλλω, Iacio: Machina est qua saxa torquentur, vel sagittæ. De saxa jaciente (quæ & major ballista appellari potest) Valer. Maxim. lib. 1: Quum telorum jactu perforari nequiret (intelligit serpentem ab Attilio Regulo interemptam) ad ultimum ballistarũ tormẽtis undiq. petitam, silicum crebris & ponderosis verberibus procubuisse, *&c.* Et sive trabs, quę versilis appellatur, fuerit, sive alterius generis, modò saxa majora & graviora jaciat, hoc nomine intelligitur. ¶ De sagittas jaciẽte (quæ & minor) Lucan. lib. 2: Tortaq; per tenebras validis ballista lacertis Multifidas jaculata faces. Et D. Hieronymus contra Iovin. Ballista quãtò plus retrahitur, tãtò fortiùs emittitur. Hanc Hebręi מקל *mecbl*: Gręci βαλλίστρα. Gall. *Arbaleste, instrument de guerre à ietter pierres ou autres choses.* Ital. *Balestra.* Ger. Ein geweriff/ein instrument mit dem man schiesset/ ein schlingen oder schlenckeren. Belg. Een geschut. Hispan. *Trabuco ò ingenno, ballestra.* Polon. *Procza, kusza,* Vnga. *Szánszerigy.* Ang. *An engin of warre to cast dartes or stones, a sling.* dicunt, quam & Phœnicas invenisse, Plin. tradit lib. 8. cap. 56, aliis Saturnum à Iove pulsum & in Græciam profugum ballistarum usum docuisse scribentibus.

Băllĭstārĭum, n. s. Locus ubi sita est ballista. [Vng *Szánszerigy tartó hely.*] Plautus: Intenta est ballista probè quam ego haud multò pòst emittam è ballistario. Vbi etiam Ballistam accipere videtur pro telo.

Băllĭstārĭŭs, rii, m. s. Qui facit ballistas, ballistarum artifex. [Pol. *Tenktori kuszerobi,* Vngar. *Szánszerigy.* Vng. *A maker of slinges.*] Paternus in L. ult. D. de jure immunitatis.

Băllōtē, [βαλλωτή. Gall. *Marrubin noir.* Ital. *Marrobio nero.* Germ. Stinckender Andorn Hispan. *Marrubios negros.* Pol. *Santa czerna.*] Herba est marrubio similis, quæ & *Melamprasion* à Græcis appellatur. Officinæ *Marrubiastrum* vocant, aut *Marrubium nigrũ.* Vide Dioscor. lib. 3. Plin. lib 27. cap. 8 & Ruell. lib. 3. cap. 58.

Băllūcă, cæ, Vide BALUX.

Bălnĕæ, erant bina ædificia conjuncta alterum ubi viri; alterum ubi mulieres publicè lavabantur. Autor Varro.

Bălnĕum, n. s. [מרחצת *marchéçeth* βαλανεῖον. Gall. *Bain ou estuves.* Ital *Bagno.* Germ Bad/badstuben. Belg. Badstove. Hispan. *Banno.* Pol. *Lasnia.* Vngar. *Fördő, bánya* Ang. *A bayne or stewe, a washing place.*] & in plurali numero Balneæ, arum, vel Balnea, orum, Loca sunt publica vel privata, in quibus aut sanitatis, aut abstergendarum sordium causâ lavamur. Cicero Terentię uxori: Labrum si in balneo non est, fac ut sit. Idem Attico: Balneum calefieri jubebo. Idem pro Sext. Roscio: Occiditur ad balneas Palatinas rediens à cœnâ Roscius. Illud autem ferè observatur à scriptoribus: ut Balnea in plurali numero de publicis tantùm dicantur: Balneum in singulari, locus in domo nostrâ, ubi privatim lavamur. Ratio hujus diversitatis videtur, quòd in publicis balneis plura ad lavandum fuerint lora. Habebant enim mulieres lavationes suas à viris separatas. Erant præterea in balneis tria veluti cœnacula (nisi regiones malis appellare) quorum summum plenum erat aëris calidi, qualia hodie sunt Germanorum hypocausta: hæc balneorum pars Laconicum vocabatur. In medio cœnaculo erant aquæ calidæ: in imo, frigidæ. Ex his facilè ostendi potest quid sit discriminis inter balneas & Thermas. Balnea enim tantùm dicuntur in quibus lavamur. Vnde summa illa balneorum pars, quam Laconicum vocari diximus, & cryptæ quædam siccæ in litore Bajano calidi aëris plenæ, balneorum appellatione non veniunt, quæ tamen Thermæ aptè dici possunt. Thermæ enim dicuntur quæcunq; loca calida, sive illa sicca sint, sive calidis lotionibus accommodata. Frigidum itaq; balneum sub thermarum appellationem non venit. Nam θέρμη calorem significat. Valla in Raudensem hujusmodi ponit differentiam, ut Thermæ dicantur quæ naturâ calida sunt. Balnea etiam quæ calefiunt igni. Quod non omnino verum esse constat, multis tùm Martialis, tùm aliorum testimoniis, qui Neronis & Titi balnea Thermas vocant, quæ certè igni calefiebant. Vnde aũt dicatur balneum, vide suprà in dictione BALINEUM. ¶ Teneri calidis balneis. ἁπαλοὶ θερμολουσίαις. In molles & luxu diffluentes dicebatur. nam antiquitùs calida balnea deliciarum nomine taxata fuisse, vel Homerus testis est Odyss. θ. inter voluptariæ vitæ delicias ea commemorans. ¶ Herculana balnea. Ἡράκλεια λουτρά. De impendio ferventibus balneis dicebatur, quales legimus & thermas Neronianas. Aristoph. in Nebulis. ¶ Quid cani & Balneo? τί κυνὶ καὶ βαλανείῳ. Quadrabit in eos qui ad rem quampiam prorsus sunt inutiles: ita ut in balneo nullus est omnium canum usus. Hoc adagio utitur Lucianus adversus ineruditum, & in Parasito.

Bālnĕōlum, n. s. diminutivum est. [Polon. *Lazienka.* Vnga. *Fördőske.*] Iuven. Sat. 7: quum jam noti celebresq; poetæ Balneolum Gabiis, Romæ conducere furnos Tentarent.

Bālnĕārĭă, orum, Ea pars villæ, sive ædium, in qua balnea sunt, & nonnunquam etiam ipsum balneum. [τὸ λουτρὸν, τὸ βαλανεῖον. Gall. *Le lieu en la maison où sont les bains & estuves.* Ital *Luoco da bagni ò stuffe.* Germ. Das ort im Hauß/da die badstub oder das bad ist. Hispa. *El lugar donde ay bannos.* Pol. *Miesce w domu gdze lasnia iest.* Vnga. *Fördő ház.* Ang. *Places where baynes, or stewes ar.*] Cic. ad Quint. Fratr. lib. 3: Sed tamen nihil ei restabat præter balnearia, & ambulationem, & alvearium. Ibidem: in balneariis, assa in alterum apodyterii angulum promovi. Col. lib 1. cap. 6. Balnearia, Occidenti ęstivo obvertãtur, ut sint post meridiem, & usque in vesperum illustria.

Bālnĕārĭs, re, adject. Quod ad balneum pertinet: [Vnga. *Fördőhöz.*] ut Balneare argentum, quo qui in balneo lavabant utebantur. Scævola in L. ult. de auro & argento legat. Semproniæ dominæ meæ hoc amplius argentum balneare: quæsitum est an etiam id argentum quo diebus festis in balineo uti consuevit, legato cedat. Spartianus in Adriano. Ex quo ille locus balnearis innotuit. [Polon. *Lazniowi.* Vng. *Fördői.*]

Bālnĕārĭŭs, a, um, Balnearis, quod ad balneum pertinet: [βαλανευτικός. Gall. *Estant du bain, ou estuves.* Ital. *Cosa pertinente à bagni ò stuffe.* Germ Das zu dem Bad gehört. Hisp. *Cosa del banno,* Pol. *Lazniowy.* Vngar *Fördőhöz valo.* Angl. *Belonging to a bayne or stewe*] ut, Vestis balnearia, Servus balnearius. Itẽ Balnearia instrumenta, cujusmodi sunt olearia, lintea. Pro quibus etiam Balnearia absolutè. Apul. lib. 3: Milonem jussit cum balnearibus assequi.

Bālnĕātŏr, m. t. Qui curam habet balnearum. [βαλανεύς. Gall. *Maistre des bains ou estuves.* Ital *Maestro de bagno, stuffato.* Germ. Ein Bader. Belg. Bat oft Stoofmeester Hisp. *El bannador.* Polon. *Lazebnik.* Vngar. *Fördős.* Ang. *Maister of the baynes or stewes.*] Cicer. pro Cæl. Familiaris facta erat balneatori. Plaut. Trucul. Omnes amatores balneatores fient. ¶ Hujus fœmininum est balneatrix, βαλανεύτρια, Mulier cui balnei cura, idest cura incumbit.

Bālnĕātŏrĭŭs, a, um. ¶ Balneator, [βαλανευτικός. Polon *Wszipka.* Vngar. *Henvé más dolgában praktikaló.* Ang. *Maister of the baynes or stewes.*] Id nominis vulgato convitio dicebatur in hominem alienarum rerum plus satis curiosum. Propterea quòd hujusmodi genus hominum, quoniam in otio vivit, neq; suis negotiis destinetur, aliena curare consuevit. Quod ad balneum pertinet, βαλανευτικός. Martianus Iurecons. Instrumento balneatorio legato balneatores continentur, quoniam sine his balneæ usum suum præbere non possunt.

Bālsămēntă, Buphthalmus, apud Diosc. lib. 3. cap. 157.

Bālsămĭtă, ut inquit Dioscorid. albæ violæ, lilii autem pyracanthæ magnitudine conspicitur, folium rutæ proximum, atque longè candidius, perpetuò virens. In Iudęę solùm quadam valle, & Aegypto nascens, his differens modis: scabritiâ, proceritate, gracilitate. quòd igitur tenui & capillaceâ comâ est, Theristum vocant quasi demessile. Fortasse quoniam ob gracilitatem facilè demetatur. Plura Plin. lib. 12. cap. 25. Theophrast. lib. 9. cap. 6.

Bālsămum, n. s. [בשם *pannágh* צרי *çori.* βάλσαμον. Gal. *Baume.* Ital. & Hisp. *Balsamo.* Ger. Balsam. Belg Een balsam boom. Pol. *Balsam.* Vng. *Balsamom.* An *Balme hearbe.*] Arbusculà uni terrarũ Iudęę quondam cõcessa, viti similior quàm myrto. Virgil. 2. Georgic. Quid tibi odorato referam sudantia ligno Balsamaq; & baccas semper frondẽtis acanthi? Seritur malleolis, ut vitis, & colles implet vinearum modo, sustinens sese sine adminiculis. Intra tertium annum est fructifera: proceritas intra bina cubita subsistit. Præfertur omnibus odoribus. Inciditur vitro, lapide, osseisve cultellis, & succum emittit eximiæ suavitatis, quem Opobalsamum dicunt. Nam ὀπὸς Græcis succus est. Summa Opobalsami probatio est, ut lac coaguletur, & in veste maculas non faciat. Lignum quoq; ejus in pretio est, Xylobalsamum appellatum, quòd officinæ unguentariorum pro succo substituebant. Carpobalsamum, fructus balsami: καρπὸς enim Latinè fructus. Vide Plin. lib. 12. cap. 25.

Balsămĕlæōn,] βαλσαμέλαιον Polon. *Balsamowi oleiek.* Vng. *Balsamom fanak leve.* Ang. *Iuice of balme hearbe.*] Succus est oleo persimilis, qui ineunte autumno, ex imis balsami fruticis partibus scarificatis profluit: ut post Aetium refert Ruell. libro 1. capite 35.

Bălsămĭnŭs, na, num, adjectivum, ut Balsaminum oleum. [βαλσάμινον. Vnga. *Balsamomi.*] Plin. lib. 23. capite 4: Balsaminum longè pretiosissimum omnium, ut in unguentis diximus, contra omnes serpentes efficax.

Bāltĕŭs, & Balteum in singulari, in plurali neutrum tantùm. [אבנט *abnét* אזור *ezór.* ζωστήρ. Gall. *Baudrier.* Ital. *Corregia, cinta da spada.* Germ. Ein ůbertnet Gürtel mit eysen beschlagen. Belg. Een Wapenriem. Hisp. *Vanda de cavallero.* Polon. *Pas ricerski obiti bullami.* Vng. *Partad, fzably fzíy.* Ang. *A sword girdle.*] Militare cingulum, vel zona bullis ornata. Virg. 12. Aen. infœlix humero quo apparuit alto balteus. Balteum, inquit Varro est cingulum è corio bullis ornatum. Idem, ut autor est Sosipater: Tuscum ait esse vocabulum, in lib. 18. rerum humanarum. Plinius vult masculino genere funiculum significare; neutro autē lora ad alligandum apta.

Balux, lucis, Minutior auri particula ab Hispanis dicitur, cujusmodi in arrugiis, aut puteis penè puræ inveniuntur, nullāq; opus habentes coctione. A' Græcis χρυσάμμος, quasi aurea arena dicitur. [Hisp. *Oro de tabar no apurado* vocant. Polon. *Skrì odzlota.* Vnga. *Arany fzőm.* Angl. *A peece or wedge of gold.*] Plin. lib. 33 ca. 4: Aurum arrugia quæsitum non coquitur, sed statim suum est. Inveniuntur ita massæ, néc non in puteis etiam denas excedētes libras. Palacras Hispani, alii Palacranas. iidem, quod minutum est Balucem vocant.

Bāmbăcĭŏn, [βαμβάκιον, βάμβαξ, & βαμβακίς Suidæ. Polon. *Bawelna.* Ang. *Cotton.*] Lanæ genus candidissimum, in exiguo nascēs frutice, quem nonnulli Gossipion, plures Xylon appellant, teste Plin. lib. 19. cap. 1: Fert hic frutex fructum barbatæ nuci non dissimilem, quæ dehiscens velut inculcatum lanæ glomum detegit, ex qua deinde vestes fiunt, quæ à nonnullis Bambacinæ appellantur, à peritioribus Xylinæ, vel Gossipinæ. Vulgus *Cotonium* vocat, à similitudine fortasse illius lanuginis, quæ foris in malo cotoneo gignitur. Vide Ruell. lib. 2. cap. 150.

Bambalio, [Polon. *Zniakacz.* Vng. *Pelypegeőkǩ dadágok.*] Socer M. Antonii, quod Cic à balbutiendo deducit Philip. 2. Turnebus nomen per diminutionem ad usum fictum arbitratur, ut quemadmodum dicitur à sceparnum sceparnio; sic à βαμβαλίς βαμβαλίων, βαμβαλίς autem est tremere, & dentibus crepitare, & labiis balbutire.

Bambatæ, In aceti scillitici confectione jubet Columella descilcem bambatas, in mustum mitti: eo nomine intelliguntur scillæ, quæ aliquo intinctu conditæ sunt. Romani autem cum Syracusanorum sermone hac in re, ut & in multis aliis uterentur, potiùs bambatas, quàm bamnatas nominant, quod Siculi βάμβα pro βάμμα dicere solerent.

Bănaūsŭs, [חרש *charásch.* βάναυσος. Gall *Mecanique, artisan.* Ital *Mecanico, artigiano, artiere.* Germ. Ein Handtwercksmann/der ob dem Fewr vnnd in dem Ofen sein arbeit machet. Hispan. *Sucio, hazedor de alguna arte ò obra.* Polon. *Rzemiesnik, wszeliak y ktori robotemi od ognia.* Vngar. *Óvös, kovács legény, rabotáló.* Ang. *A handie trafts man, a man of occupation.*] Propriè dicitur artifex, qui circa caminos & fornaces exercetur, quiq; opera sua igni conficit. βαῦνος enim Peloponnesis caminus est, & αὔειν, incendere ¶ Per translationem tamen latiùs sumitur ad viliores omnes operas, quæ manuum opificio victum quæritāt. Id quod & Hieronymus annotavit, libro 1. adversus Pelagium. Arist. in Polit. inter servum & banausum hoc unum interesse ait, quòd ille naturâ servit, banausus mercede.

Bānchŭs, m. f. βάγχος, Piscis marini genus, quem & Myxona vocari autor est Plin. l. 32. c. 7. ¶ Est & Banchus inter mugiles minimus, quem Aristoteles Chelonem vocat.

Bānnum, Exilii species, quæ antiquis dicebatur Proscriptio. [Polo. *Wywolanie zziemie.* Vng. *Szánkő vetésre való föl irás.* Angl. *A maner of condemnation that who soever findeth a man may kill him.* Hinc Banniti dicebantur, qui carebant jure togæ quibus aquâ & igne interdictum erat. C. de Episc. & cler. in no.

Băphīă, [βαφεῖα. Gall. *Tinturerie, le lieu où on teind.* Ital. *Tintoria.* German. Die Ferbe/ein ort da man ferbt. Hispan. *Tintoreria, lugar de tintores.* Polon. *Farbownia.* Vnga. *Festő ház.* Ang. *The place where they die, a dieing house.*] Dicuntur loca tincturæ in quibus tinguntur panni: nos *Tinctoria* dicimus. Lampridius in Alexand. scribit Probum fuisse baphiis præpositum. βαφὴ enim tinctura dicitur: unde Dibapha, bis tincta ¶ Hinc adjectivum Baphicus. Inde est, tinctorius, ut Coccus baphicus, granum tinctorium. Vide Dioscoridem & Galenum.

Bāptēs, βάπτης, Gemma est mollis, sed præstantissimi odoris Plin. lib. 37. c. 10.

Bāptĭsmus, m. f. & Baptismum, n. f. βαπτισμὸς, & Baptisma, atis, n. t. βάπτισμα Latinè immersio vel intinctio dicitur. à βαπτίζω immergo. [טבילה *tebiláh.* Gall *Baptesme.* Ital. *Batesimo.* German. Tauff Belg Een doopinge/doopsel/indoopinge. Hispan. *Baptismo.* Polon. *Krzest, ponorzenie, omiczie.* Vngar. *Kőrőszteles, kőrőszteg.* Ang *Baptisme dipping.*] Gregorius, βάπτισμα Græco eloquio dicitur, quod Latinè Tinctio: quia ibi homo Spiritu gratiæ in melius immutatur, & longè aliud quàm erat, efficitur. Primum enim fœdi eramus deformitate peccatorum, in ipsâ tinctione

reddimur pulchri dealbatione virtutum.

Bāptistērium, n. f. Est locus vel vas ex ligno aut lapide ita ædificatum, ut in illud aqua infundi possit, in quam lavandi causâ aliquis se possit immergere. [βαπτιστήριον. Gall. *Cuve, ou autre grand vaisseau dans lequel on se lave, lavoir.* Ital. *Lavatorio.* German. Tauffstein/badstein/badzüber. Belg. De vonte/ een bad cuype. Hispan. *Lavador, lugar do se lavan.* Pol. *Krzesielnica, cebr do omiczia wanna.* Vnga *Kőrőszteő kő.* Ang. *A fonto or veshell to washin.*] Hoc in cellis: id est, in locis secretioribus solet constitui: quarum aliæ Caldariæ sunt, in quibus calidâ lavamur: aliæ Frigidariæ, in quibus lavamur frigidâ: aliæ Tepidariæ, in quibus tepidâ aquâ abluimur. Plin. Iun. ad Apollinarem: Cella frigidaria, in qua baptisterium amplum, atq; opacum.

Bărāthrum, [תהום *tehôm.* βάραθρον. Gall. *Abisme, gouffre, lieu profond & dangereux.* Ital. *Abisso, profundità.* German. Ein grausame tieffe/grub/oder loch: war vorzeiten zu Athen ein solchs vnden voll mur vnnd kot/in welchs sie die vbelthäter versanckten. Hispan. *Lugar sin hondon.* Polon. *Przepasscz.* Vngar. *Mély barlang.* Ang. *A deep and dangerous gulffe or pitte.*] Locus Athenis fuit immensæ profunditatis in imo mollis & cœnosus, in quem noxios & damnatos deturbabant. Hinc factum est, ut loca omnia profunda, unde quis emergere non possit, ab illius similitudine Barathra dicantur, cujusmodi apud inferos Tartarum fingūt poëtæ, qui Bis patet in præceps tantùm, tenditque sub umbras Quantus ad æthereum cœli suspectus Olympum. ¶ Hoc etiam nomine appellantur terræ cavitates, quæ fluvios hauriunt, aliis in locis rursus emersuros. ¶ Transfertur quoque ad alia. Martialis Barathum fœmineum, pro locis muliebribus dixit. Idem stomachi imum hiatum Barathrum appellavit, quum ait: Extremo ructus si venit à barathro. Horat. de lurcone quodam loquens lib 1. epist. 16, usurpat pro ingluvie & voragine. Apud Demosthen. ponitur pro pernicie, ut annotavit Harpocration.

Bărăthro, m. t. Luxuriosus dicitur, vel gulosus, qui in barathrū gulæ insumit totum patrimonium. [Germ. Ein frass/ein schlemmer. Belg Een fraet/slampamper/verfloter.]

Bārbă, Vtroq; numero, non solùm hominum, sed & brutorum quadrupedum est. [זקן *zakán.* πώγων. Gall. *Barbe.* Ital. & Hisp. *Barba.* German. Ein bart. Belg. Een baert. Pol. *Broda.* Vngar. *Szakál.* Ang. *A beard.*] Plaut. Bacchid. Cano capite, atque albâ barbâ. Virgil. 2. Aeneid. Squallentem barbam & concretos sanguine crines. Horat. lib. 1. Serm. Vtque lupi barbam variæ cum dente colubræ. Plin. lib. 28. cap. 13: Afferunt & magni, sua commenta: primum omnium, rabiem hircorum, si mulceatur barba, mitigari. ¶ Silius numero plurali etiam de homine dici posse ostendit lib. 13: Indociles nunc propexis in pectora barbis Verrere humum. ¶ Hujus nominis composita possunt declinari secundum tertiam & secundam declinationem: ut Imberbis, & hoc Imberbe: & Imberbus, a, um, quod est sine barbâ. ¶ Ante barbam doces senes, ὁ τῆς χροιᾶς διδάσκεις τὸν γέροντα. Quum imberbis majorem natu docet. Est autem figura proverbialis, quod ait Persius Ante pilos. ¶ Berba non facit Philosophum, οὐ φιλοσόφους πωγωνοτροφία ποιεῖ. Plutarch. Convenit in eos qui barbâ pallioque philosophos se profitentur, quum cætera cultui non respondeant. ¶ Προμήκης πώγων. De prælongâ barbâ dicebatur, Aristoph. in Concionātibus. ¶ Barba tenus sapientes. Ἐκ πώγωνος σοφοί, καὶ ἀπὸ πώγωνος σοφισταὶ, & ἀπὸ πώγωνος φιλόσοφοι: id est, Barba tenus sapiētes, & sophistæ, & philosophi. Vsurpatur apud Plutarch. Huc allusit Horatius quum ait: jussit sapientem pascere barbâ. ¶ Barbam vellere, τὸν πώγωνα τίλλειν. Sumptum à gestu, quo summum contemptum ac ludibrium significamus.

Bārbŭlă, læ, f. p. diminutivum. [πωγωνάριον. Gall. *Barbette, petite barbe.* Ital. *Picciola barba.* German. Ein bärtlin. Hispan. *Pequenna barba.* Polon. *Brodka.* Vnga. *Szakállocska.* Angl. *A litle beard.*] Cicer. pro Cælio: Aliquis mihi ab inferis excitandus est ex barbatis illis: non hac barbulâ, qua ista delectatur, sed, &c.

Bārbātŭs, m. f. Dicitur qui barbam habet. [εὐπώγων. Gall. *Barbu.* Ital *Barbuto.* Germa. Gebartet/der ein bart hat. Belg Ghebaert. Hisp. *Barbado, con barba.* Polon. *Brodziasty.* Vnga. *Szakállos.* Ang. *That hath a beard, bearded.*] Vnde illud: Si promissa facit prudentem barba, quid obstat Barbatus possit quin caper esse Plato? Cic. 1. de Natur. deor. Isto enim modo dicere licebit, Iovem semper barbatum. Barbati proverbiali joco apud Romanos dici consueverunt, homines priscis ac simplicibus moribus, rusticanæq; veritatis: quòd illis serò receptum sit barbam radere aut tonderi. Plin. lib. 8. cap. 59. Cic. 4. de Finib.

Bārbātŭlŭs, diminutivum: [Polon. *Brodaczek.* Ang. *That hath a yond beard,*] ut Barbatuli juvenes, & Mulli barbatuli. ὑποπώγωνες. Cic in Paradox. Barbatulos mullos exceptare de piscinis. Idem ad Attic. lib. 1: Concursabant barbatuli juvenes: totus ille grex Catilinæ.

Bārbĭgĕr, ra, rum. adjectivum. Qui barbam gerit. [πωγωνοφόρος. Gall. *Qui porte barbe.* Ital. *Chi porta barba.* German. Der ein bart tregt. Hisp. *Cosa que tiene ò trae barbas.* Pol. *Brodnos.* Vngar. *Szakál viselő.* Angl. *That beareth a beard, bearded.*] ut Barbigeræ pecudes, Lucr. lib. 5: Quippe videre licet pinguescere sæpe cicutâ Barbigeras pecudes: homini quæ est acre venenum.

Bārbĭtĭum, ponitur pro barbâ. [Vng *Szakál.* Ang. *A beard.*] Apuleius: Hircino barbitio Philosophum mentiebatur.

Bārbă,

Barbă caprīnă, Herba, quæ Germanis Waldgeißbart dicitur, caulem habet tricubitalem, angulosum, folia castaneæ aut Corylo similia,in ambitu serrata, flores candidos,exiguos, racematim compactos instar barbæ canæ dependentes, radicem nigram, lignosam, intùs candidam. Flores ejus in julos abeunt.

Barbă Iovis, Chrysocome adud Diosc.lib.4.cap 58.

Barbă petræ, πωγωνίτης herba est, vulgò sic appellata, quibusdam barbula hircina, in acetariis laudatur.

Barbarŏlexis, βαρβαρόλεξις, Figura, quâ dictionem barbaram & peregrinam Latinæ aut Græcæ admiscemus orationi: ut Gaza & Magalia,apud Virgilium.

Barbărŭs,m.f. [נכרי lobèz, βάρβαρος. Gal. Barbares,qui ne sont point de nostre langue,estrangers, incivils,maussades. Ital. Rozzi nel parlare, mal costumati di lingua & provincia esterna. German. Die ein frembde und grobe Sprach haben / Außländer mit groben Sitten. Hisp. Peregrinos en lengua y costumbres. Polon. Grubi ludzie, o obcego iezyka. Vng. Darabos szava, zordon szava, paraszt szava, idegen szava. Ang. barbarous, that are not of our language, that hath no civilitie.] Factitio nomine,inquit Strabo libro 14. dicti sunt ab initio,qui difficulter, asperè atque duriter loquebantur, quasi dutiloqui,& crassilingues: quemadmodum blæsi atque balbi dicuntur, qui linguâ impediti sunt. Dicti barbari a βάρβαρ absonâ voce, in quam peregrini homines Athenas advenientes, quum primùm Græcè loqui conarentur, identidem incidebant. Omnes igitur qui crassè loquuntur, Barbari dicuntur: quales olim habiti sunt omnes gentes, præter Græcos. Vnde Plautus Nævium Poetam Latinum Barbarū dixit. Nunc etiam ab hoc nomine exempti sunt Latini, quod hi mitiorē linguam habeant ac magis cultam. Quinetiam inter hos,si quis non rectè profetat,barbarè loqui dicitur. In summâ Barbari dicuntur illiterati, malis moribus,feri,crudeles. Cic. pro Fonteio: Immanis,ac barbara consuetudo hominum immolandorum. ❡ Barbarus ex trivio, βάρβαρος ἐκ τριόδου. In hominem dicebatur extremæ humilitatis ac prorsum nullius precii: perinde quasi dicas,extremum ac vilem servulum alicunde è triviis emptum, non dono datum aut dominatum. Lucian.

Barbărē,adverb. [βαρβάρως, βαρβαρικῶς. Polon. Grubie. Vng. Parasztul, idegenül. Ang. Barbarouslie, rudelie.] ut, Barbare loqui.Cic.2.Tusc. Vt enim si Grammaticū se professos quispiam, barbarè loquatur.

Barbărĭcŭs, a,um, [βαρβαρικός. Polon. Grubi. Vngar. Paraszt erkölcsü, goromba. Angl. barbarous, that speaketh rudelie.] Ejusdem significationis est cum Barbarus: hoc est, ferus, & mal s moribus. Apul. Feris ac barbaricis moribus. Virgilius Barbaricum aurū dixit,pro multo, aut ex barbariâ advecto. Aeneid. 2. Barbarico postes auro, spoliisque superbi Procubuère. ❡ Barbarica pavimēta,quæ & Subtegulanea dicebantur ex testis tusis,rudere, & calce constantia & fistuciis pavita: de quibus Plin.lib.36 c.25. ❡ Cœnum barbaricum. βόρβορος βαρβαρικός, pro vehementi stupore mentis,apud Plat.de Rep.lib.6.

Barbărĭcum, n.f. Clamor exercitûs dicitur quò leo vociferandi genere Barbari utantur. Festus.

Barbărĭcārĭī, m.f. [Polon. Kobiertnici. Angl. Weavers of cloth of baudkin, embroderers.] Textores artificesque barbaricæ vestis, quâ ex auro & coloratis filis effigies hominum & animalium exprimuntur. Alitèr Phrygiones dicuntur. Alciatus.

Barbărĭă. Rusticitas,duritia,sævitia. Cicero 1.de Orat. Neque enim si multitudo litium, si varietas causarum,si hæc turba & barbaria forensis, dat locum vel vitiosissimis oratoribus,&c. Hic Cicero videtur barbariam pro barbarie posuisse, per communem oratorum phrasin. Ovid.3. Amorum, eleg.7: Ingenium quondam fuerat pretiosius auro: At nunc barbaria est grandis, habere nihil. Id est, hic agrestis & rudis habetur, qui pauper est.

Barbărĭēs, [βαρβαρισμός. Gall. Barbarie,incivilité, ignorance, maussadesé. Ital. Barbaria, incivilità, crudelta. German. Grobheit/ unbeschiedenheit. Belg. Grofheit. Hispan. Barbarie fiereza crueldad, Polon. Grubość, nieumiejętność. Vngar. Parasztság, embörtelen, goromba ság. Ang. Barbarisme, incivilitie,lack of knowledge & good maners.] Ad imitationem pertinet, & significat incivilitatem feritatemque. Cic. pro Corn. Balbo: Inveteratam quandam barbariem ex Gaditanorum moribus disciplinâque delevit. ❡ Idem pro vitioso, & inquinato sermone. Idem de clar. Orat. Sed omnes tum ferè qui nec extra urbem hanc vixerant, nec eos aliqua barbaries domestica infuscaverat, rectè loquebantur.

Barbărĭsmŭs, m. f. βαρβαρισμός. Est contra Romani sermonis legem, aut scripta aut pronunciata vitiosa dictio. Fitque duobus modis, scripto & pronuntiatione: & hoc quadrifariam: adjectione, detractione, mutatione, transpositione literæ syllabæ, temporis. Adjectione literæ: ut, Relliquias Danaûm,pro reliquias: syllabæ,ut Mavors pro Mars: tēporis, ut Italiâ fato profugus,ubi prima syllaba, quum corripi debeat,producitur. Detractione literæ,ut Argyripa, pro Argyrippa: apud Virg.11. Aen. syllabæ,ut Salmentum,pro Salsamentum: tēporis,ut:Fervere Leucaten, auroque effulgere fluctus. Mutatione literæ, fit barbarismus,ut Olli pro Illi: syllabæ,ut Pernices,pro pernicies: temporis,ut Vnius ob noxam. Trāsportatione literæ,ut Tymbre,pro Tymber: temporis, ut dominus,penultimâ productâ.

Barbĭtŏs, gen. masc. [βάρβιτος. Polon. Cytra. Vngaricè. Lant.] Instrumentum musicum, quod pulsatur plectro vel calamo Horat.lib.1. Carm. Ode 32: age dic Latinum barbite carmen,Lesbio primùm modulate civi. Fœminino autem genere usus est Ovid. in Epist. Sapphus ad Phaonem: Nec facit ad lachrymas barbitos ulla meas. ❡ Dicimus etiam Barbitum in neutro genere. Ausonius in Philomusum: Hoc genere & chordas & plectra & barbita conde.

Barbŭs sive Barbo [Gall. Barbon, barbel, barbeau, surmulet. Ital. Barbo, trigla Rom. German. Ein Barb. Belg. Barbeel. Hispan Salmonete. Pol Parma. Vngar. Harisa. Ang. a barbell fishe.] Piscis mugilis species, et iam barbatus, cujus tottum longius excedæ pinnâ rubescit ejus in purgatrix ad ... usque. Ausonius: Liberius laxos exerces barbe natatus. Vide Mullus.

Bardŏcŭcullŭs Genus vestis omni tempore commodæ, cum qua etiam cubare soliti erant imbrium tempore in castris milites,& in agris rustici. [Polon. Opończa. Vngar. Zeke.] Martial. Gallia Santonica vestit te bardocucullo, Cercopithecorum penula nuper erat. ❡ Sunt qui dicant Bardocucullum esse tegmē capitis villosum,cujus usus translatus sit à populis Galliæ, qui dicuntur Bardi. [Gall. Coqueluchon, cappe de marinier, ou de charretier. Ital. Capuccio di marinari ò de carrettieri German. Ougelkapp. Belg. Cout. appe. pile. Hispan. Capote de marineros, o de los carreteros Polon. Sukń. Vngar. Oláh lajnok, guba, lajnokos kuklya.] ❡ Bardiacus autem genus vestis quod cucullum non habet. Martial.lib.4: Lassi bardiacios quod evocati. Versus est Phaleucius.

Bardŭs. Stultus, stupidus, hebes, tardus. [נבל nabál בער báhar. βλάξ. Gall. Morne tout lant, est ordi. Ital. Stolto, pazzo, grosso. Ger. Ein narr/ein dölpisch/unverständiger Hispan Grossero, bovo, que poco sabe. Polon. Głupi, bałamut. Vng. Bolond, balgatag, ostoba. Ang. Foolish sluttish,dull and slow.] Cic pro Cecin. Nimis audacem,nimisque bardum Idem de Fato: Stupidum esse Socratem dixit, & bardum,quòd jugula concava non haberet. Bardi etiam apud Gallos vates erant, aut philosophi. qui virorum fortium laudes decantabant de quibus Lucanus: Plurima securi fudistis carmina Bardi.

Bărĭs, βᾶρις. Apud Aegyptios dicebatur cymba quâ cadavera vectabant ad sepulturam. Propert.l.3: Baridos & contos rostra Liburna sequi.

Bărōnēs. [Vngar. Német fő emberek] Pro viris fortibus quidam putant esse Latinum, citantque locum Cicer ad Attic. lib.5: Apud Patronem & reliquos Barones te in maximâ gratiâ posui. Verùm quum de Epicureis, à quibus tantoperè in philosophia dissentiebat, in hac epist. â loquatur, accipiatur sanè hic eadem in significatione, quâ Cicero tribus aliis in locis usus est, nimirum pro Bardo & stolido. [Vngar. Német bolond, (avagy) igen bolond.] Cicer. Epist. ult. libro 9: Ille Baro te putabat quæsiturum, Vnum cœlum esset, an innumerabilia? Idem de Divinat.2: Ad interpretem detulit, aquilam se in somnis visum esse factum, At ille, vicisti istâ enim ave volat nulla vehementior. Huic equidem Antipho. Baro (inquit) victum te esse non vides? Ista enim avis insectans alias aves & agitans, semper ipsa postrema est. Idem.2.de Finib. Semper tui in ore sunt,recta,honesta, digna imperio,omnia pericula pro Repub. mori pro patriâ. Hæc quum loqueris, nos Barones stupemus. Atque in eâdem significatione Persius dixit Varro Sat.5.sic enim rectè ibi legitur, & propter cognationem literarum B. & V. facilè ex Baro Varro fieri potuit Nam & in antiquis libris Libius, Favius,&c pro Livius & Fabius reperiuntur.

Baroptenus, Plin l.b. 37. cap. 10, gemma est nigri coloris, sanguineis & albis notis distincta.

Barrŭs, ri,m.f. [שנהבים ἐλέφας. Gall Elephant Ital. Elephante. German Elephant. Hispan. Elephante, animal conocido Polon. Słoń Vngar. Elefánt. Ang. An elephant.] Maximum animalium terrestrium, quod Elephantem vocant Græci pariter & Latini. Horat in Epod Quid tibi vis mulier nigris dignissima barris? ❡ Hinc Ebur dictum putant elephanti dentes, quòd sit è barro.

Barrītŭs, us,m.q Vox elephantis. [ἐλέφαντος βρύχημα Gall. Le cry d'vn Elephant. Ital. La voce dell' Elephante. German. Das geschrey der Elephanten. Hispan. Bramido de los Elephantes. Polon. Wrzask słoniowi. Vngar. Elefánt orditás. Ang. The crying of an elephant.] ❡ Barritus etiam dicitur Romanorum clamor militum,qui fit quum utræque acies se junxerint. Autor Vegetius l.b.3 cap.18.

Băsaltes, æ, βασάλτης, Genus est marmoris ferrei coloris, & duritiæ, ab Aegyptiis in viciniâ Aethiopiâ inventum: cujus generis longè maximum Vespasianus Cæsar in templo Pacis dedicavit. Auctor Plin.lib.36.cap 7.

Basanites,tis,m.f. βασανίτης, Lapis ex quo fiunt cotes. [Polon. Kamień na którim złoto probują.] Plin.lib.36.cap.20: Experimentum ejus esse in cote ex lapide basanite. Dictus basanites ἀπὸ τοῦ βασανίζειν, quod est explorare, vel examinare: unde & βάσανον dicunt Græci pro indice, cujus attritu exploratur aurum.

Băscaudă, Vas Britannicum, postea in Romanorum usum receptum. Iuvenal. Satyr.12: Adde & bascaudas, & mille escaria. Mart lib. 14: Barbara de pictis venit bascauda Britannis, Sed me jam mavult dicere Roma suam.

Băsĭleŭs, ei,m.f. βασιλεύς, rex tanquam populum sustentans, βάσις, sedes, & λαός, populus. Quantò enim magis præponitur, tantò amplius pondere laborum gravatur.

Băsĭlĭcă

Băsilĭcă,æ,f.p. [בית ההיכל bitân hechâl. βασιλική. Gall. *Maison royale, maison magnifique, maison de Prince, Hostel de ville.* Ital. *Luogo publico doue se fanno le facende d'importanza, Palazzo.* German. Ein Pallast/ ein schön herrlich und weit Hauß/ das gemeinen händlen bestimbt ist/ als ein Rhathauß/ Königlich hauß. Belg. Paleys/ raet-huys/ statthuys/ herrenhuys. Hispan. *Casa real, palacio.* Pol. *Palacz krolewski, albo dom pisini pansky, tako iest ratuz.* Vngar. *Monostor.* Angl. *A kinges or princes house or hall, a palace.*] Principio dicta fuit domus ampla & spatiosa, causarum cognitioni destinata: dicta ab eo, quòd principes eò ad jus dicendum convenirent: aut rectè, quòd Græci τῷ βασιλέως appellatione etiam judicem intelligerent, astipulante etiam Hesiodo, qui δωροφάγους appellat βασιλῆας: hoc est, donivoros judices, interprete Budæo. Plin. in Epist. Descenderam in Basilicam Iuliam, auditurus quibus proximâ comperendinatione respondere debebam. Erat autem Basilica templo persimilis, ambulationibus amplissimis instructa ad quam mu ti totâ ex urbe, alii causas agendi, alii aliud agendi gratiâ confluebant. Vnde venustum in primis est illud Cicer. ad Attic libro 2: Basilicam habeo, non villam, frequentiâ Formianorum. Postea etiam basilicæ ædificatæ fuerunt in usum negotiatorum, eæque in locis calidissimis, fotoque proximis: ut haberent mercatores quò se hybernis mensibus subitò ingruente tempestate possent recipere. Vide Vitruv. lib. 5.

Băsĭlĭcus,a,um, Regius, regalis. [βασιλικός. Gall. *Royal, magnifique, somptueux, grand.* Ital. *Regale, da re.* Germ. Königlich. Hisp. *Real, o pertenesciente al rei.* Polon. *Pansky, krolewsky.* Vng. *Királyi.* Ang. *Kinglie magnifico.*] Plaut in Capt Basilicas editiones atq imperiosas habet. Et in Pseud. Basilicus status, & Basilicus victus: id est, regalis & excellens, & Basilica facinora: hoc est, regia. ¶ Basilica nux, sive Basilicon absolutè βασιλικὸν κάρυον, Iuglandis genus optimum, quod & Persicum dicitur, quòd ex Perside primùm fuerit advectum. Dictum autem videtur Basilicon, sive à præstantiâ, quod inter nuces principatum obtinere videatur: sive à regibus, qui eas primi à Perside in Græciam transtulerunt, ut non obscurè innuit Plin. lib. 15. cap. 22.

Băsĭlĭcē, adverb. [βασιλικῶς. Polon *Panko.* Vngar. *Királyul, frissen.* Ang. *Richelie, magnificklie.*] Regiè, magnificè, splendidè, egregiè. Plaut. in Pœn. Basilicè ornatus incedit, & affabrè ad fallaciam.

Băsĭlindă, βασιλίνδα, Ludi genus est, quo Rex sorte creatus, negotii aliquid ministro similiter sorte creato imperat.

Băsĭlĭscus, [βασιλίσκος. Gall. *Vn serpent nommé Basilic.* Ital. & Hispan. *Basilisco.* German. & Belg. Ein Basilisck. Polon. *Bazyliszek.* Vngar. *Basiliskus.* Angl. *A cockatrice.*] Genus serpentis quod (teste Plin. lib 8 cap 21.) in solitudinibus Africæ habitat, candidâ in capite maculâ, velut quodam diademate, adornatum. Acutissimum habet caput, rubeos oculos, & colorem ad nigredinem vergentem. Reliquos serpentes sibilo fugat, ut solus regnare videatur. Lucanus lib. 9: Sibilaque effundens cunctas terrentia pestes, Ante venena nocens, latè sibi submovet omne Vulgus, & in vacuâ regnat Basiliscus arenâ. Latinorum nonnulli Regulum vocant. Basiliscus nomine notius animal, quàm visu, Cyrenaicæ potissimùm provinciæ, 12. non amplius digitorum magnitudine, candidâ in capite maculâ, ut quodam diademate insigni: sibilo reliquos omnes fugat serpentes, nec ut reliqui serpentes corpus impellit, sed celsus & in medio erectus incedens, frutices & herbas necat. & non contactu solùm: sed & afflatu: huic tamen monstro mustellarum virus exitio est. Plin. lib. 8. cap. 21.

Băsio, Vide Basium.

Băsĭs. f. t. [מכונה mechonâh. βάσις. Gall. *Vn soustenement de colonne ou d'autres choses, soustenement.* Ital. *Basi, sostegno.* German. Ein underfaß/ stud oder saul/ darauff etwas stehet/ das es nicht falle. Belg. Eenen voet van eenich dinck. Hispan. *El pie de la columna, y otra cosa.* Polon. *Fundament, albo slupna kterim sty bud.* Vngar. *Fundamentom, oszlop, tálp.* Ang. *The fondation, ground of any thing.*] A' nostris dici potest Sustentamentum. Sunt enim bases, fulcimenta, & quidam veluti pedes columnarum, statuarum, seu fabricarum, quæ à fundamento consurgunt, & superpositæ fabricæ sustinent pondus. Cicero 5. Tuscul. Animadverti columellam non multùm è dumis eminentem, in quâ inerat sphæræ figura & cylindri. Et paulò pòst: Quò quum patefactus esset aditus, ad universam basim accessimus: apparebat epigramma exesis posterioribus partibus versiculorum. A' quâ similitudine orbiculi illi, quibus vasa in mensis collocantur, ne toralia polluantur, vocari solent bases. Trebatius Iureconsul. de legat. lib. 3: Cui Corinthia vasa legata essent, & bases huic quoque horum vasorum collocandorum causâ paratas, deberi respondet. ¶ Est Basis figura in narrationibus, quum omnia pedetentim insinuandi gratiâ proferuntur, ut apud Terent. in Eunuch. Ibi tum matri parvulam Puellam dono quidam mercator dedit, Ex Atticâ hinc abreptam. Et paulò pòst: Mater ubi accepit, &c.

Băsĭum, sii, n. f. Osculum, suavium. [נשיקה neschikâh. φίλημα. Gall. *Vn baiser.* Ital. *Bascio.* Germ. Ein kuß. Belg. Een kus. Hisp. *El beso, como de enamorado.* Polon. *Pocalowanie.* Vngar. *Tsyok, apolás.* Angl. *A kisse.*] Martial. libro 2: Basia dimidio quod das mihi postume labro, Laudo, licet demas hinc quoque dimidium. Donatus tria ponit osculandi genera, Osculum, Basium, & Suavium: quæ sic distinguit, ut oscula sint officiorum, Basia pudicorum affectuum, suavia libidinum vel amorum. Quæ differentia aut nulla est, aut certè non observatur: ut latiùs infrà ostendimus in dictione Osculum. Hic satis fuerit hoc ostendere, basia sæpenumerò impudicorum affectuum esse. Catullus ad Lesbiam: Da mi basia mille, deinde centum. Idem paulò pòst: Ne tantū sciat esse basiorum. Et mox: -tam te basia multa basiare, Vesano satis & super, Catullo: Quæ nec pernumerare curiosi Possint, nec mala fascinare lingua. Idem ad Iuventium: Nunquam jam posthac basia surripiam.

Băsio, basias, Osculor, osculum do. [נשק naschák. φιλεῖν. Gall. *Baiser.* Ital. *Basciare.* German. Küssen. Hispan. *Besar como enamorado.* Polon. *Caluie.* Vngar. *Tsokolok, apolok.* Ang. *To kisse.*] Martial. lib. 7: Et totam Line basiare Romam. Basiare basia. Catul. lib 7.

Băsĭātĭo, verbale, f. t. [נשיקות neschikâh. τὸ φίλημα. Gall. *Baisement.* Ital. *Basciamento.* German. Das küssen/ küssung. Hispan. *Obra de besar.* Polon. *Calowanie, gebka wgebke.* Vngar. *Tsokolás apolás.* Angl. *Kissing.*] Martial. lib. 6: Hybernas Line basiationes. Idem lib. 7: Quæris quot mihi basiationes Tuæ Lesbia sint satis superque.

Băsĭātŏr, m. t. [φιλητής. Vng. *Tsokolo, apolo.* Ang. *Which kisseth.*] verbale Martialis.

Bastagia, Munus erat ferendi res necessarias ad exercitum. Alciatus. Hinc Bastagiarii in L. 4. de marileg. qui illud munus susceperunt: ἀπὸ τοῦ βαστάζειν, à portando ita dicti.

Basternæ, Genus vehiculi. Serv. in Virg. lib. 8. Aen.

Bat, Vox est, quâ uti solemus quum quempiam corripimus, jubemusq; eum tacere. [Pol. *Stul pisk, cyt.* Vng. *Tsi.*] Plaut. Pœnul.: quid opus est? P. Potin', aliam rem ut cures? C. at. P. bat. C. crucior. P. eò ot dura. C. Non possum. P. fac possis.

Bathynon, βαθυνον τὸ, profundum.

Bathynchus, profundus. Nam βαθὺ profundum significat, & ἔχω, habeo.

Batiola, [βατιόλη. Polo. *Czasza.* Vng. *Kantsyótska, bokálotska.*] Vasis genus, quo vinum è cado haustum ad mensam ferebatur. Plaut. in Colace, ut Citat Nonius: Batiolam auream octo pondo habebat.

Bătillum, n. f. [πύραυνον. Gall. *Vne palette à feu.* Ital. *Badile.* Germ. Ein Fewrschauffel/ ein fewrkellen. Belg. Een vierschuppe/ oft schuffel. Hisp. *Badil, ò la pala de hierro.* Polon. *Przygrzebacz.* Vnga. *Vaslapat.* Ang. *A fier shovell or a pan of y'on, to beare fier in a chaufing dish.*] Ferreum instrumentum est similitudine palæ, quo pruna colligitur: primùm Batulum dictum, quasi patulum: à quo deinde diminutivâ formâ deductum est Batillum. Plinius lib. 33. cap. 8: Batillis ferreis, candentibus, ramento argenti imposito, quod candidum permaneat probatur. Apicius de petasone: Et armillam illius candenti batillo uris, & melle contegis. ¶ Batillum etiam rustici vocant ferreum instrumentum, quo ad sulcos, ilices, fossasque, in agris faciundas utuntur. Varro 3. de Re rust. cap. 6: Itaque pastorem earum batillo circuire oportet ac stercus tollere ac conservare. quod & ad agriculturam idoneum. ¶ Est item Batillum messorium instrumentum, quo Picentes utebantur. Idem 1. de Re rust. cap. 50: Altero modo metunt, ut in Piceno: ubi ligneū habent incurvum batillum in quo sit extremo serrula ferrea: hæc quum comprehendit, fascem spicarum desecat, & stramenta stantia in segete relinquit, ut postea subsecentur.

Bătĭŏcus, masculin. gener. [ספל saph. τὸ βάτιον. Gall. *Vaisseau à vin, vn broc.* Ital. *Il bocale.* German. Ein kanten/ ein geschirr mit welchem man den Wein auff dem keller auff den tisch tregt. Hispan. *Vn genere de vaso parar tener vino.* Polo *Konew Holowa, ktora napoij nessiado stolu.* Vngar. *Kantso, bókál.* Ang. *A kind of vessell wherin vine is broght to the table.*] [Genus vasis à quo vinum è cado haustum ad mensam fertur. Plaut.

Bătĭs, idis, vel Batus, ti, βατὶς, ὁ βάτος. Piscis mollis & delicatissimi species est: quem Plin. lib. 32 cap. ult. enumerat inter eos qui mari peculiares sunt. ¶ Hinc βατιδοφάγους, homines delicatos, & gulæ proceres Græci appellant. Hujus piscis fel recens quidem, sed vino inveteratum auribus medetur, teste Plin. lib. 32 cap. 7.

Bătĭs, f. g. Herba est fruticosa, pingui folio in modum portulacæ, sed crassiore, latiusculo, & gustu salso, floribus candidis, & semine libanotidis, quam Dioscorides κρίθμον, sive κρῆθμον appellat. [Gall. *Cresse marine, bacille, percepierre.* Ital. *Finocchio marino, herba di san Pietro.* Germa. Battilen. Hispa. *Perrexil de la mar.* Ang. *A' sampier heurbe.*] Eius duo sunt genera, quorum alterum in locis petrosis & marinis nascens, ad nos defertur sale & aceto conditum. Hoc officinæ *Cretam marinam* appellant. Alterum in hortis nascitur, quod Plin. à quibusdam Asparagum Gallicum vocari tradit. Columella Olus chordum appellavit, quasi serotinum, quemadmodum & Fœnum chordum dixit Varro, quod autumnali demum tempore colligitur. Vulgus *Bacilias* vocat, quasi baticulas. Vide Diosc. lib. 2. & Ruell. lib. 2. cap. 61.

Batos, [βάτος. Polon. *Iezyny, Rush ożyna.* Ang. *A bramble, a blake berrie tree.*] Frutex spinosus, lenta habens flagella per terram sparsa, quem Latini Rubum appellant: de quo Diosc. libro 4. cap. 40: Diversas ejus species vide apud Ruell. libro 3. cap. 93.

Batrăchītes, βατραχίτης, Lapis ranæ viridi similis, colore atque effigie. Plin. lib. 37. cap. 70.

Batrăchĭum

Batrachium. [βατράχιον. German. Ein kraut/Grüßblumen oder Hanenfuß genannt.] Coloris species, quo ante inventas personas faciem obungebant. Vnde apud Athenienses, Pausania autore, forum Batrachium erat, à coloribus denominatum. ¶ Est & genus herbæ quam & Latini Ranunculum vocant, de quâ plin.li 25. cap 13. ¶ Est & Batrachium chymistis chrysocollæ quoddam genus, ex divino, quem vocant, latice proveniens, cui tanta inest veneni vis, ut vel solo halitu incautam interficiat. Vide Cælium Antiq. lect. lib 28 cap. 9

Batrachomyomachia. [βατραχομυομαχία. Ger. Der Fröschen Krieg mit den Mäusen Pol. Zabia, z myszami wojna. Vng Bekak-nak is egerreknek hada (awagy) bekeger harcz. Ang. A figth betwene froggest and myse.] Ranarum & murium pugna: quo titulo elegantem Homerus conscripsit libellum.

Batrachus chi, m.f. [βάτραχος. German. Ein Frosch. Polon. Zabka pod iezykiem, choroba.] Medicis est tumor quidem sub lingua nascens, cum inflammatione, quam ranulam vocat Avicenna. ¶ Est item Batrachus piscis mari peculiaris, apud Plin. lib. 32 cap. 11.

Battologia, f. p. [βαττολογία. Polon. Zbytnie blogotanie. Vngar. Azon bak mywzas.] Verborum redundantia, ejusdem sermonis iteratio. Nomen deductum est à Batto quodam inepto Poëta, qui in carmine suo eadem sæpius repetebat, eandemque iterum atque iterum occinebat cantilenam. Huic opponitur Laconismus, quum Lacedæmoniorum more sermonis studebant compendio.

Batuo, is, Verbero. [חבט nacheb. ἀλοάω. Gall. Battre, meurtrir. Ital. Battere. Ger. Schlahen. Belg. Met roeden slaen. Hisp. Batir ò golpear. Polon. Tluke, nabyam. Vng. Vereleni verbera. Ang. To beat, to knocke.] Plautus in Casina: Quid quod ego primus, quam sculponeas, Quibus batuatur tibi os, senex nequissime? Cic. ad Paetum, transtulit ad rem obscœnam, quum inquit: Equidem jam etiam non obscœna verba pro obscœnis sunt. Batuit enim, impudenter depsit, multò impudentius, atqui neutrum est obscœnum. βινεῖν enim Syracusis dicebatur quum mas init fœminam. Theocrit. [illegible] Hinc Cicero batuere sumpsit. ¶ Item pro Pugnare. Suet. in Calig. cap. 54: Thrax & auriga, idem cantator atque saltator batuebat pugnatoriis armis. Et cap. 32: Mirmilonem è ludo rudibus secum batuentem, & sponte prostratum confodit ferrea sica, ac more fictorum cum palma discurrit.

Batus, ti. [βάτος. German. Ein maß / das ohngefehrlich anderthalb Straßburger Ohm hatt. Vngar. Neg öly.] Hebraicæ mensuræ genus fuit, teste Iosepho Ant q. l. 8. quę continebat sextarios 72, ut docet Budæus in commentario de Asse.

Baubari, deponens. [נבח nabach. βαΰζειν. Gall. Abayer. Ital. Abbaiare. Ger. Bellen. Hisp. Ladrar specialmente à los canes ò perros. Pol Hapac się kaci. Vngar. Babukkolni. Ang To barke like a dogge.] Factitium verbum a voce canum quum latrant. Lucr. lib. 5: Et quum deserti baubantur in ædibus omnes.

Baucalis, Vas est, quo æstate utimur refrigerandis in aquâ cyathis. Alciat autor in prætermissis. [German. Kettwasserkessel.]

Baxeæ, f. p. [ὑποδήματα φιλοσόφων. Gall. Vne maniere de pantouffles ou souliers, desquels vsoyent les Philosophes. Ital. Pianelle, zoccoli. German. Ein gattung der schuh oder pantoffeln/wie es die Gelehrten tragen. Hispan. Chinelas ò alcorque. Polon. Pantofle albo sotnlar, ktorsji noszą philosofowie. Vngar. Pántofait. Angl. Pettens or wooden shoes.] Sunt crepidæ & calciamenta: & proprie calcei philosophorum, ut ostendit Apuleius in lib. de Asino aureo, qui ait. Nec quid pallio, baculoque, & baxeis, & hircino barbitio Philosophum fingeret. Plaut. in Menæch. Quis is est penículus? qui extergentur baxeæ?

B ante D.

B.D. in notis antiquorum, bonorum datum. B F. bonâ fide, vel bona fides, vel fortuna, vel filia, vel fœmina. B F beneficium, vel bonum factum, & aliquando benefecit. B F C. beneficium, vel benefecit B. F. C. B F I. C. B F C T. bona fide contractum, bonæ fidei contracti B. F. L. bonorum filius B. F. P. bonæ fidei possessor. B. F R. bona fortuna, B G R. bona gratia. B. H. bonus homo, vel bona hæreditaria. B. H. S. I. bona hic sita invenies. B H T S bonorum hæreditas.

Bdellium, n.s. [בדלח bedholach. βδέλλιον Germ. Ein gattung eines schwartzen Baums wie ein Oelbaum, dessen Gummi noch also ein Apotecken genennet wirdt.] Arbor nigra, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, gummi genus exsudans, quod & ipsum Bdellium vocatur. Maximè commendatur quod in Bactrianâ nascitur: quanquam & in Arabiâ, & in Indiâ, & Mediâ, & Babyloniâ proveniat. Galen. lib. 6. Simpl. duo bdellii constituit genera, Scythicum & Arabicum: quorum Scythicum nigrius est, magisque resinosum: Arabicum translucidius & siccius. Vide plura de hoc apud Plin. lib. 12. cap. 9, & Diosc. lib. 1. cap. 69.

B ante E.

Beatus, a, um, Felix, fortunatus, cui bene est. [אשרי menschleben אשרי aschrê. μακάριος. Gal. Heureux, bien-heureux, bien fortuné. Ital. Beato. Ger. Seligk glückhafftig. Belg. Salich. Hispan. Bienaventurado y perfecto. Pol. Blogoslawiony, szczęśliwy. Vngar. Bódog. Ang. Blissed, happie, fortunat.] Qui sint dicendi beati, Senec. lib. 6. epist. declarat his verbis: Hoc nos docet, beatum non eum esse, quem vulgus appellat, ad quem pecunia magna confluit: sed illum cui bonum omne in animo est, erectum & mirabilia calcantem: qui neminem videt, cum quo se commutatum velit: qui hominem eâ solâ parte existimat, quâ homo est: qui naturâ magistrâ utitur, ad illius leges componitur: sic vivit quomodo illa præscripsit. cui bona illa nulla vis excutit: qui mala in bonum convertit: certus judicii, inconcussus, intrepidus: quem si aliqua vis movet, nulla perturbat: quem fortuna, quum [illegible] eum, quod habuit telum nocentissimum vi maximâ intorsit, pungit, non vulnerat. Sed talem hactenus videre haud licuit. Nemini enim summa illa beatitudo, nisi exuto corporis impedimento, potest contingere: adeò ut verissima videatur Solonis illa apud Poëtam sententia: scilicet ultima semper Expectanda dies homini est, dicique beatus Ante obitum nemo, supremaque funera debet C. [illegible] lib. [illegible] Tuscul. Hos existimo beatos, qui sint in bonis nullo adjuncto malo ¶ Accipitur & pro divite: quæ significatio ex vulgi opinione tracta est, quod solos divites felices existimat. Iuven Sat 1: op[illegible] ma summi Nunc via processus vetulæ vesica beatæ. Horat. lib. 2. Carm. Od. 4: Nescias, an te generum beati Phyllidis flavæ decorent parentes. ¶ Transfertur & ad alia. Vnde beatam vocem dixit Quintilianus pro sonorâ, & ratâ, cuique ad perfectionem nihil desit. ¶ In beato omnia beata, ἐν ὄλβῳ ὄλβια πάντα. Theocrit. Vlu[illegible] dicas, ab homine docto omnia doctè fieri, à pio piè, à rege regaliter. ¶ Non est beatus, esse qui se nescit. Seneca lib. Ep[illegible] Famil. 16: Sensus est, haud esse satis ut adsit felicitas, ni felicitatem tuam intellexeris. Huc alludens V[illegible] O' fortunatos nimium, bona si sua norint, Agricolas. ¶ Nihil est ab omni parte beatum, Horat. in Odis. Proverbialem habet sententiam, quam Græci sic efferunt: Οὐκ ἔστιν ὅς τις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ: id est, Fœlix per omnia nullus est mortalium. Hunc senarium citat Arist lib. Rhetor. 2.

Beatulus, diminutivum. [μακάριος, ὀλβίστιχος. Vngar. Bódogocska.] Persius Sat. 3: tandemque beatulus alto Compositus [illegible]

Beatè, adverb. Feliciter. [μακαρίως, εὐδαιμόνως Gall. Heureusement, bien heureusement. Ital. Beatamente. German Seliglich glücklich. Hispan. Bienaventurada y perfectamente. Polon. Szczęśliwie. Vng. Bodogul Ang. Blessedlie, happilie.] Cic. 1. F[illegible]. Quoniam igitur omnis summa philosophiæ ad beatè vivendum refertur. Idem in Paradox. Profectò nihil est aliud, benè beateque vivere, nisi honestè & rectè vivere.

Beatificus, [μακαριστικός] Polon. Blogoslawiony. Vngar. Bódogitó, bódoggátévó.] Apuleius lib. de dogmate Platonis: Deus beatus, & beatificus, optimus.

Beatitas, & Beatitudo, f.1. [אשר ôscher אשרה aschrah. μακαριότης. Gall. Beatitude, felicité. Ital. Beatitudine. Germ. Seligkeit, glückhaffigkeit. Belg. Salichheyt. Hispan. Bienaventurança. Polon. Szczęśliwość, blogoslawienstwo. Vngar Bódogság. Ang. Blessednesse.] Ciceronis seculo vocabula fuerunt dura, quæ tamen ille putavit usu fieri posse molliora. Sic enim scribit lib. de Nat. deor. At ista sive beatitas, sive beatitudo dicenda sit (utrumque enim durum, sed usu mollienda verba [illegible]) verum ea quæcunque est, cur aut in Solem illum, aut in hunc mundum, aut in aliquam mentem æternam figurâ membrisque corporis vacuam, cadere, non potest?

Beo, as, act. p. Beatum facio. [אשר ischscher. μακαρίζω. Gall Faire heureux, donner felicité. Ital Beatificare, beare. German. Selig oder glückhafftig machen. Belg. Salich maken troosten. Hispan. Hazer bienaventurado, o beatificar. Polon. Szczęśliwym czynię. Vng. Meg bódogitom. Ang. To blesse.] Plaut. in Truc. Hoc me beat saltem, quoniam perduelles vicit, & domum compos laudis revertit. Terent. in Andr. O' factum benè, Beâsti, metui à Chryside. ¶ Cœlo aliquem beare. Id est, donare cœlo, cœli participē facere & in cœlum efferre. Horat. 4. Carm. Ode 8. Dignum laude virum Musa vetat mori, Cœlo Musa beat. ¶ Semet beare, est indulgere animo: phrasi quâdam Epicureâ. qui summum bonum voluptatem ajebant esse. Horat. 2. Carm Ode 3: Seu te in remoto gramine per dies Festos reclinatum bearis Interiore notâ Falerni. ¶ Hinc Beatus, beatior, beatissimus: de quibus paulò antè.

Bechion [βήχιον Germ Brandlattig/Roßhub/Esuhub. Polon. Podbiałkruał] Herba est, Latinè Tussilago dicta, quia tussim sedat Vnde etiam bechion à Græcis dicitur, παρὰ τὸ τὴν βῆχα ἤγουν παύειν: hoc est, à tussi sanandâ Plin. lib. 26. cap. 6 Officinæ Vngulam caballinam vocant.

Bechica Medicamenta, βηχικὰ φάρμακα, à medicis appellantur, quæ tussi medentur. βὴξ enim Græci tussim appellant.

Belbiton, (quod hic corruptè legebatur) Vide Bolbiton.

Belbus, quæ & hyæna. [ὕαινα. German. Ein Vahlan/Nachtwolff oder Aßwolff.] Ferarum omnium astutissima, quæ imitatur sub noctem humanos gemitus, ut homines pietate motos, & ad succurrendum egredientes devoret.

Belecr, Legumenta apud Aristophanem: sic enim dicitur βλήχρ Græcè.

Belenium, βελένιον, Aristoteli, (si modò Aristotelis opus sit, quod de plantis nomine ejus circumfertur) olim delibutorium in Perside venenum erat: translatum autem in Aegyptum & Palæstinam, sine periculo mandi cœpit. Putatur idem esse quod Crateias medicus Helenium Aegyptium vocat. Vide Ruel. lib. 2. cap. 12.

Belion, βίλιον, Herba, quæ à Dioscoride πόλιον ὀρεινὸν: hoc est, Polion montanum appellatur. Est autem hæc nomenclatura ex iis, quæ inter notha Dioscoridis à doctioribus numerantur.

Bellāriă, orum, plural. numer. n. s. Fructus & cibi sacchāro aut melle conditi, aut alia id genus gulæ irritamenta, quæ & Secundæ mensæ appellantur. [τραγήματα, ἐπιδόρπισμοί, τρωγάλια, ἐπιφορήματα. Gall. *Le dernier mets, la desserte de table.* Ital. *Frutti & confettioni doppo pasto.* Germ. Schläckhafftige Speiß / die man zu dem nachtisch aufftregt / als lebkuchen / zuckerladen / latwergen. Hisp. *La mesa de la fruta.* Pol. *Przysmaky postole wesielakie, takie sa cukry prziserty, pastety, y insze.* Vngar. *Gyümölczial.* Ang. *Banketting dishes, as tartes, marchpaines, fruites with sugar and such lik thinges.*] Macrob. In Satur. Adhuc dicente Furio, secundæ mensæ illata bellaria novo sermoni principium dedêre. ¶ Vina quoque dulciora est invenire in Comediis antiquioribus hoc vocabulo appellata, dictaque esse ea Liberi bellaria. Gellius libro 3. cap. 11. ¶ Bellarium & bellaria, res bellis aptas appellabant. Festus.

Bellātŏr, Bellatrix, Bellax Vide Bello.

Bellātŭlŭs, Belle, Bellissime, Bellitudo, Bellulus, Vide Bonus.

Bellĭcă, cæ, Dicebatur columella illa ante templum Bellonæ, super quam jaciebant hastam quum bellum indicerent. Festus.

Bellĭcŭm, ci, n. s. substantivum, Cantus ad arma vocans, signum prælii incundi tubâ datum. [תרועה teruhâh, τὸ πολεμικόν. Gall. *Le son de la trompette quand on sonne à l'arme.* Ital. *Suono della trombetta quando suona à l'arme.* German. Das auffblasen zum streit im Krieg / ein lerman. Hispan. *Sonido de bozina para acometer pelea.* Polon. *Lerma do boiwy, pobudka do potkania.* Vngar. *Hareza valo abaitás, dob, vagy tromibitasfuvás.* Angl. *An alarme, the sound of trompets when they blowe to the bataille.*] Vnde Bellicum canere, propriè est milites tubæ cantu ad prælium animare. ¶ Per metaphoram accipitur pro instigare seu inflammare ad dissidium. Cicer 6. Philip. Atque iidem bellicum me cecinisse dicunt. Idem 3. de Orat. Thucydides incitatior fertur, & de bellicis rebus canit quodammodo bellicum. Idem pro Muræna: Simulatq; motus aliquis novus bellicum canere cœpit.

Bellis, vel, Bellius herba est: [Gall *Marguerite.* Ital. *Prime fiore.* Pol. *Stokroć cudne.*] Plin. li. 26. cap. 5: Bellis in pratis nascitur, flore albo aliquatenus rubente. Et lib. 21. cap. 8: Luteus (nempe calyx) & Bellio pastillicantibus quinquagenis quivis barbulis coronatur. Pratenses hi flores, &c.

Bellŭă, Vide in Belua, infrà.

Bellum, n. s. Belli contentio, certamen belli, tempus belli, arma: cui contrarium pax [מלחמה milchamâh. πόλεμος. Gall *Guerre, bataille.* Ital. & Hisp *Guerra.* Ger. Krieg. Belg. Oorloge / Crijg. Pol. Woyna, bój, wo. Vng. *Had.* Ang. *Warre, a bataille.*] Prælium autem est conflictus ipse, & hostium congressio, quæ & pugna dicitur & certamen: quamvis hoc etiam nudis verbis peragi possit. Hæc differentia non obscurè colligitur ex Livio, quum ait: Populum Romanum nullo bello, multis verò præliis fuisse superatum. Item ex loco Virg. 11. Aen. Infantem fugiens media inter prælia belli Sustulit exilio comitem. ¶ Aliquando tamen bellum capitur pro prælio Salust. In eo bello recenti milites desiderati. ¶ Belli vocabulo, bellatores, milites, & ea quæ ad bellum pertinent, omnia complexus est Ovid. 11. Metam. Permanet Aoniis Nereus violentus in undis, Bellaque non transfert. Id est, maris tempestas trajicere Græcos in Asiam nō patitur. Sic Silius lib. 7: Sed victæ fera bella Deæ vexère per æquor, Atque excisa suo pariter cum judice Troja est. ¶ Bellum sine hoste, Civile bellum vocavit Lucanus lib. 1: -tela manusque Romanæ miscent acies, bellumque sine hoste est. Dictum bellum (ut Priscianus sentit) per antiphrasin, quòd minimè bellum sit. Alii à bono deducunt: non tamen per contrarium, sed quòd boni gratiâ bella olim susciperentur, nec ad inferendam, sed ad propulsandam injuriam pacemq; parandam. Alii à duello derivant, abjecto d, & digamma in b converso. Festus à belluis, quòd belluarum sit mutuo se laniatu conficere. ¶ Dulce bellum inexpertis; γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος. Elegans quum primis, & multorum literis celebratum adagium. Citatur ex Pindaro. Sunt quædam in rebus mortalium, quæ quantum habeant discriminis ac malorum, non intelligas nisi facto periculo. ¶ Multa in bellis inania, πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου. De inani suspicione aut pavore sine causâ oborto, quem Græci πανικὸν vocant. ¶ Non licet bis in bello peccare, ἁμαρτεῖν οὐκ ἔστι δὶς ἐν πολέμῳ. In rebus periculosis non tutum est labi. Nam si semel erretur, actum est de capite: nec est secundo errori locus. Vel quòd in bello (quia cuncta tumultu peragantur) non detur spatium revocandi restituendique, si quid perperam sit institutum. ¶ Initium belli, ἀρχὴ πολέμου. ubi quis prior lacessit injuriâ, seu convitio. ¶ Talia gignit bellum, τοιαῦτα ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται: id est, Similia calamitosum bellum perficit. Senarius Cic epist. ad Qu. Frat. lib. 1. quo sentit, è dissidiis eorum qui Remp. administrant, multa gigni absurda. Id translatum ad privatam discordiam plusculum habebit gratiæ ¶ Bello parta, ἐκ πολεμίας. Vbi quis immodicè sua consumeret. Solemus enim celeriùs ac temerè profundere, si quid hostibus sit ereptum.

Bellum recuperatorium, Quod scilicet ob recuperationem rerum ablatarum infertur. Defensorium verò, quod videlicet necessariæ defensionis gratiâ non intervallo, sed ex continenti suscipitur. Verùm hoc non propriè belli nomen meretur, sed potiùs defensionis censetur facultas, cuilibet omni jure, ipsoque rationis ductu permissa, quandoquidem vim atque injuriam propulsare jus gentium permittit. leg. ut vim. ff. de Iustit. & jur. Bellum offensivum, Bellum defensivum, ut vulgò loquuntur, in barbarorum scholâ nota sunt vocabula.

Bellĭcŭs, a, um, adjectivum, Quod ad bellum pertinet: ut Bellica disciplina. [πολεμικός. Gall. *Belliques, servant à la guerre.* Ital. *Di guerra.* Germa. Das zu dem Krieg gehört. Hispan. *Cosa pertenenciente à la guerra.* Polon. Woienský. Vngar. *Hadra valo, hadi.* Ang. *Pertaining to warre, warelike.*] Cic. 2. de Natur. deor. Bellica corona, quæ bellatoribus victoribus dabatur. Plin. lib. 16. cap. 4. Ovid. 3. Fast. Dea bellica Pallas. ¶ Bellicum, substantivum, vide suprà post Ballica.

Bellĭcōsŭs, a, um, Fortis, ferox, & ad bella gerenda aptus. [איש מלחמה isch milchamâh. πολεμικός. Gall. *Belliqueux, vaillant en guerre.* Ital. *Feroce* Germ. Kriegisch / streitbar. Hispan. *Mucho guerreador.* Pol. *Zołnierský, żołnierz.* Vngar. *Harczos, hadakozo, viadalos.* Ang. *Valiant in armes, fierce, warrelike.*] Salust. in Iugurthâ: Libyci quàm Getuli minus bellicosi erant. Liv. 9 ab Vrbe: Cepisse enim eos non Romam, sed quod multò bellicosius fuerit, Romanam virtutem, ferociamque.

Bellĭcōsē, adverbium. Fortiter, ferociter, ut virum bellicosum decet [πολεμικῶς, Gall. *Vaillament, belliqueusement.* Ital. *Ferocemente, gagliardamente, bellicosamente* Germa. Kriegisch / auff weiß wie dapffere Kriegsleut. Hisp. *Brauaò bellicosamente.* Polon. *Po żołniersku, śmiele.* Vng. *Erössen, keményen.* Ang. *Valiantlie, warlike.*]

Bellĭcrĕpă, Genus veteris saltationis à Romulo institutæ, in quâ cum armis saltabant.

Bellĭfĕr, a, um. Bellicosus, ad bellum gerendum idoneus. πολεμικός, πολεμοφόρος. Claudianus in Rufinum: quid belliferam communibus urunt Italiam maculis?

Bellĭgĕr, a, um, Ad bellum gerendum idoneus. [איש מלחמה isch milchamâh. πολεμικός, πολεμοποιός. Gall. *Qui fait la guerre.* Ital. *Chi guerregia.* German. Der geschickt ist ein Krieg zu führen. Hispa. *Cosa que haze ò mueve guerra.* Polon. *Sposobny do woiny* Vng. *Hadviselö* Ang. *That maketh warre.*] Martial libro 15: Hermes belligerâ superbus hastâ.

Bellĭgĕro, as, n. p. Bello, bellum, gero. [נלחם nilchâm. πολεμῶ, Gall *Guerroyer, faire ou mener guerre.* Ital. *Guerreggiare.* German. Ein Krieg führen / kriegen. Hispan. *Guerrear.* Polon. Woine wiode. Vngar. *Hadat viselek, hadakozom.* Ang. *To make warre.*] Cic. pro Fonteio: C. Marius qui Induciomaro isti minaci atque arroganti par in belligerando esse possit. Ennius apud eundem libro 1. Offic. Non cauponantes bellum, sed belligerantes. Livius 1. lib. tertii Belli Punici: Et cum Gallis tumultuatum magis, quàm belligeratum.

Bellĭpŏtēns, Qui bello pollet. [ἐνυάλιος, ἀλκίφρων. Polon. *Mocny wocak.* Vngar. *Hadados.* Ang. *Mightie in warre*] Statius Theb. 2: Bellipotens cui torva genis horrore decoro Cassis, & asperso crudescit sanguine Gorgon. Cicer 3. de Divinat. Aeacidæ bellipotentes magis sunt, quàm sapientiâ potentes.

Bĕllo, as, n. p. Bellum gero, confligo. [נלחם nilchêm. πολεμῶ. Gal. *Guerroyer, mener ou faire guerre.* Ital. *Combattere, guerreggiare.* Germ. Kriegen. Hisp. *Guerrear, hazer guerra* Polo *Bitwe świadczę.* Vng. *Hadakozom.* Ang. *To warre, or to mak warre.*] Plin. lib. 5. cap. 1. Romana arma primùm Claudio principe in Mauritaniâ bellavêre, Ptolemæum regem à C. Cæsare interemptum ulciscente liberto Aedemone. Cic. pro leg. Man. Fuit proprium popul Rom. longè à domo bellare. Idem de Senect. Quid enim est aliud gigantum more bellare cum diis, nisi naturæ repugnare? ¶ Bellare alicui: id est, contra aliquem. Stat. lib. 8. Thebaid. & magno bellare parenti.

Bĕllŏr, aris, deponens, p. Virg. 11. Aeneid. Et pictis bellantur Amazones armis. ¶ Composita sunt Debello & Rebello: de quibus infrà suis locis.

Bĕllātŏr, oris, m. t. Bellicosus, vel qui bellum gerit. [איש מלחמה isch milchamâh. πολεμιστής Gall. *Guerroyeur, homme de guerre* Ital. *Combattitore guerriero.* Ger. Ein Krieger / Kriegsmann / Kriegführer / Hisp. *Mucho guerreador.* Polon. Woiownik. Vngar. *Hadakozó.* Ang. *A warriour, a man of warre.*] Cicer 4. Tusc. An accusatori majores nostri majora præmia, quàm bellatori esse voluerunt? ¶ Dicitur etiam de brutis animalibus. Vide Virgil. lib. 10. Aen. equum animosum & ad prælium incitatum Bellatorem vocat, quum inquit: -& inter Bellatoris equi cava tempora cōjicit hastam.

Bĕllātrīx, cis, f. t. Mulier quæ bellum gerit, seu bellicosa. [אשת מלחמה ischeth milchamâh. πολεμίστρια. Gall. *Guerriere, femme vaillante en guerre.* Ital. *Guerriera.* Ger. Ein Kriegerin / ein kriegisch Weib. Hisp. *Guerreadora.* Polon. *Niewiasta bijtna.* Angl. *She that warreth, a woman that fighteth in the warre.*] Virg. 1. Aen. Aurea subnectens exertæ cingula mammæ Bellatrix.

Bĕllāx, acis, adject. Bellicosus, vel belli appetens. [πολεμικός, μαχητής. Pol. *Bijtni.* Vng. *Harczos, hadszomiuhozo.*

Bĕllŭs, Vide Bonus.

Bĕllōsŭs, a, um, Vetustum est nomen idem significans, quod bellico

bellicosus. [πολεμικός. Polon. Bijtni. Vng. Harczos badakozo. Angl. Warlike.] Cæl. apud Nonium: Tantum bellum suscitare conari adversarios contra bellosum genus.

Bĕlŏnē, f.g. per simplex l. [βελόνη. German. Ein Meerfisch mit einem langen schnabel/ein Hornfisch. Vngar. Anguilla.] Piscis est qui alio nomine dicitur Acus: utroque nomine à tenui, recta, & oblonga figura deducto, qualem ferè in acu sartoris cernimus. De hoc Plin. lib. 8. cap. 51: Acus, inquit, sive belone, unus piscium dehiscente propter multitudinem utero parit: à partu coalescit vulnus: quod & in cæciliis serpentibus tradunt. Vulgò Angusicula dicitur.

Bĕlŏs, eos, βέλος, Sagitta, telum, ἀπὸ τοῦ βάλλειν, quod significat jacere. [חץ chets. Gall. Sagette, fleche. Ital. Saetta. Germ. Ein Pfeil. Hisp. Saeta, ò vira, ò flecha. Polon. Strzala. Vnga. Nyil. Angl. An arrowe or dart.] Cajus de Verb. sign. Quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant: eoque nomine vulgo quidem id significatur, quod ab arcu mittitur.

Bēlŭă, æ, sive (ut alii malunt) Bellua geminato l, Immanis fera. [מפחקה מבחנה בעיר behir, θηρίον. Gall. Beste cruelle & sauvage. Ital. Bestia. Germ. Ein grausames vnd erschreckliches Thier. Belg. Een vreesselick en onbesuyst Dier. Hisp. Bestia commun à tierra ò à mar. Polon. Zwierz sefrogie. Vng. Fene vad, bestye. Angl. A great and terrible wilde beast.] A' Bello, hoc est, bono, vel pulchro, κατ' ἀντίφρασιν (ut quidam existimant) dicta: aut (ut aliis placet) à substantivo Bellum, quòd Bestiarum sit, bellum sibi mutuò inferre, quibus natura ad hoc ipsum arma videtur concessisse. Terent. in Eunuch. Eône es ferox, quia habes imperium in beluas? ¶ Belua etiam de homine fero, stupido & hebeti dicitur. Terent. in Phorm. Sed quid pertimui autem belua? Idem in Eunucho: Age nunc belua, credis huic quid dicat.

Bēlŭātă tapetia, Dicta sunt à Plauto in Pseud. beluarum figuris picta, intextaque ζῷα.

Bēlŭālĭs, vel Bēllŭālĭs, beluinus. [Polon. Bestialski. Vngar. Vadhozvalo, vadhozillendo] Macrob. Satur. lib. 5. cap. 11: Educationem quoque nutricationis tanquam bellualem & asperam criminatur.

Bēlŭīnŭs, a, um, Quod est beluæ: ut Beluina rabies. [θηριώδης. Gall. De beste, bestial, cruel Ital. Bestiale. Germ. Das des Thiers ist/zum Thier gehört. Hispan Bestial, cosa de bestia. Polon. Swinsky, okrutny, basty podobny. Vngar. Fene kegyetlen, fene vadhoz illendök. Angl. Of a beast, beastlie, cruell.] Ambr. Tum ipsa habitudo corporis suavis & grata, ut neq; beluina vastitas horrori sit, nec gracilitas infirmitati.

Bēlŭōsŭs, a, um, sive Belluosus, Quod abundat beluis. [θηριώδης. Polon. Pelni besty. Vnga. Vadakkal bwuölkodö.] Vnde Oceanus dictus est beluosus, κητώδης, à beluarum multitudine & magnitudine, quæ ibi sunt: nam inter beluas marinas numerātur balenæ, pristis, physeter, & orca. Horat. 4. Carm. Te beluosus qui remotis Obstrepit Oceanus Britannis.

Belioculus, Gemma est albicans, Belo Assyriorum deo dicata, pupillam pingens nigram è medio aureo fulgore lucentem. Vide Plin. lib. 37. cap. 10.

Bembrades, Pisces sunt Membrades aliàs vocitati: conjectura est, esse pisciculos, quos Galli Celerius vocant: vel eos, qui Agathopoli magnā sæpè copiā capiuntur, parvis Alosis similes, & illi Calliques vel Lasches vocantur.

Bendidia, βενδίδεια, Sacra fuisse apud Thraces narrat Strabo, ex quibus Orphica originem sumpsēre. Vide Cælium Rhodig. Lect. antiq. lib. 18. c. 23.

Bĕnĕ, Benedico, Benefacio, Beneficiarius, Beneficium, Vide Benè in Bonus.

Bĕnnă, teste Festo, Linguā Gallicā genus est vehiculi. [Germ. Ein Benn/ist ein gattung eines Karrens. Polo. Kareta, Angl. A wagon.] Vnde Combennones in eādem bennā sedentes. Cato de Re rust. cap. 23: Bennæ emantur: oleæ caducæ saliantur.

Berbena, aliàs Verbena.

Berberion, vel Berberi, Conchæ genus ex qua uniones & margaritæ velluntur, autor Barbat. in Corol. Chamarion li. 2. [German. Ein Perlinmutter.]

Bĕrĕnīcēs cŏmă, κόμη Βερενίκης, Sydus ad caudam leonis situm, ex septem constans stellis, trigoni figurā collocatis: ita dictum à capillis Berenices, Ptolemæi Philadelphi filiæ, & Evergetæ fratris sui uxoris, quos quum illa voti solvendi gratiā detondisset, & postridie nusquam apparerent, in hasce stellas creditum est esse commutatos. Vide latiùs in Onomastico in dictione Berenice.

Berillus, Vide Beryllus.

Bero, Saccus, quasi pero, à perā dictus. [Polon. Biessaga, torba. Vngar. Táska, sák. Ang. A bagge, a satchell.] Vide priores Budæi annotationes.

Barula, Vide Sisymbrium.

Bēryllūs, [βήρυλλος. German. Beryll/ist ein Edelgestein Belg. Beryle.] Gemma est subviridis, & trāsparens, vix alibi unquam quàm in Indiā reperta: cujus novem enumerantur species apud Plin. lib. 37. cap. 5: Probatissimi tamen sunt ex iis, qui viriditatem puri maris imitantur. Poliuntur omnes sexangulā figurā artificum ingeniis: quoniam hebescunt, ni color surdus repercussu angulorum excitetur. Propert. lib. 3: Et solitum digito beryllon adederat ignis.

Bēs, bessis, m.t. compositum est ab Asse, octo significans uncias: διμοιρία, Festus, Bes appellatus est, quòd bis triens fit: quanvis dura compositio fiat bessis ex triente. Cicer. ad Attic. lib 4. Fœnus ex triente factum erat bessibus. Plin. libro 18. cap. 11: Græci in binos semodios farinæ satis esse besses fermenti constituēre. ¶ Legitur & nominativus Bessis apud Festum, modò emendata sit lectio: Bessis, inquit, unciæ octo, triens quatuor. ¶ Bes etiam est Geometrarum mensura, continens octo partes jugeri in duodecim partes divisi. Vide Colum. lib. 5. cap. 1.

Besasa, nomen rutæ, ut placet Aetio Serm. 8 cap. 47.

Bēstĭă, Bellua, f.p. [בעיר behir בהמה behemah θηρίον. Gall. Beste. Ital. Bestia. Germa Ein Thier. Belg Een Beeste. Hispan. Bestia, animal bravo y fiero. Polon. Bestia zwierz. Vngar. Fene bestye, fene vad. Angl. A beast] Nomen est generale, omnia animalia rationis expertia complectens: Nam & de piscibus & volucribus dicitur. Cicer. 5. Tusc. Namq; alias bestias nantes aquarū incolas esse voluit: alias volucres cœlo frui libero: serpentes quasdam esse gradientes. Idem de Amic. Quòd si hæc apparent in bestiis volucribus, agrestibus, nantibus, &c. ¶ Bestia quoq; prænomine Lucii commemoratur à Salustio inter eos, qui cum Catilinā adversus Rempub. conjurarunt. ¶ Bestia bestiam novit, ἔγνω δὲ θὴρ θῆρα. Novit profectò fera feram. Aristot. lib. Rhetor. 1: Congruet, ubi convenit inter duos pariter improbos. ¶ Ne bestiæ quidem ferre possent. Proverbialis hyperbole est apud M. Tullium actione in Verrem 5. Postremò ut odor Apronii teterrimus oris & corporis, quem, ut ajunt, ne bestiæ quidē ferre possent, uni isti suavis & jucūdus videretur.

Bēstĭŏlă, læ, f.p diminutivum. [θηρίδιον. Polo Bestyka. Vngar. Fene bestyeske. Ang. A litle beastes.] Plin. lib. 11. cap. 6: Apes alveum illinunt amarioribus succis contra aliarum bestiolarum aviditates.

Bēstĭārĭī, m.f. Dicebantur qui ad depugnandum cum bestiis damnati erant θηριομαχοῦντες. Hinc à Seneca ludus bestiariorum nuncupatur, quo bestiarii depugnabant. Cic. pro Sestio: Præclara ædilitas, unus leo, ducenti bestiarii. Idem in Vatinium: Milonem dicas gladiatoribus & bestiariis obsedisse Rempublicam.

Bētă, tæ, Herba est notissima, etiam hodie nomen retinens, quæ quòd insipida sit, fatua, peculiari quodam epithero appellatur. [τεῦτλον, sive σεῦτλον. Gall Porée, jotte, blette Ital. Bieta, bietola. German, Mangelt/oder Röl. Belg Biete Hispan. Aselgas. Polon. Cwikla. Vngar. Paré, alasjonkaposzta. Angl. A betie.] Martialis lib. 13: Vt sapiant fatuæ fabrorum prandia betæ, O' quàm sæpe petet vina, piperque coquus. ¶ Betæ quoque à Diogene appellabantur homines molles & cinædi. Vnde & Betizare dixit Augustus, pro languere, & effœminari. Vide Cælium lib. 15. cap. 11.

Betanomantia, (quod in quibusdam editionibus hnc perperam fuit ingestum) Vide Botanomantia.

Bethilalca, Vitis nigra apud Diosc. lib. 4. cap. 195.

Bĕto, is, Vado, quasi benè ito. [Polon. Bieże. Vng. Megyök.] Varro: Mulierem quòd parere ea non poterat, foràs betere jussit Pacuvius: Vos hinc defensum patriam in pugnam betite, ex Nonio. Plautus Curcul. Si illa ad me betet.

Bĕtŏnĭcă, f.p. κεστρὸν Dioscoridi. [Gall. Betoine ou vetoine. Ital. & Hisp. Betonica. Germ. Betonien. Belg. Betonie. Pol Bukwica czyrwona.] Herba Gallis dicitur, quæ ab Italis Serratula, teste Plin. lib. 25. cap. 8. ¶ Est & altera Betonicæ species, teste Aegineta, herba unicaulis, ramulos habens pulegii, sed tenuiores, & gustu fatuos, quæ à superiore specie differt nō effectu ¶ Est & alia species Betonicæ, seu veronica coronesia: seu vetonicū altile, vulgò flores tunici, aut garyophylli, teste Ruellio. [Pol. Gwozdziki. Angl. Vetonne.]

Bētŭlă, Per simplex l melius quàm Betulla per duplex. σημύδα. Theophrasto σημύδη. Hist. Plant. lib. 3. cap. 14. [Germ. Birken. Pol. Brzoza. Vng. Nyirfa.] Arbor est satis vulgaris, cortice candidissimo, quam Romani ex Galliā in Italiam transtulerūt: & ex eā fasces conficiebāt, qui magistratibus solebāt præferri. Indeq; nomē sortita & à Batuendo (batuere enim cędēre) batula, leviq; mutatione betula. Quo error insignis corrigitur Matthæoli (viri alioqui meo judicio maximi) in Diosc. cap. de Populo: qui betulam à bitumine deduci existimavit.

B ante I.

B.I. In notis antiquorum, Bonum judicium. B.I.I. Boni judicis judicium.

Bĭæōn, βιαῖον, Vini factitii genus erat, valetudinis causā excogitatum: Fiebāt ex uvis ad Solem siccatis, & aquā marinā: dictum est à curā, quia multum in eo condendo laboris adhibetur: sive quia violentum esset, & efficax contra morbos: sive à festinatione atque impetu. Plin. lib. 14. cap 8: Apud Græcos jure clarissimum nomen accepit, quod appellaverunt Bixon, ad plurimos valetudinum usus excogitatum. Fit autem hoc modo, Vvæ paulùm ante maturitatem decerptæ, siccantur acri Sole, ter die versatæ per triduum, quarto exprimuntur, dein cadis Sole inveterantur.

Bĭarchī, [βίαρχοι. Polon. Przełożeni nad żywnością.] Qui præsunt cōmeatibus, vitæq; necessariis comparandis: βίος enim Græcis non modò vitam, verumetiam victum significat.

Bĭblĭă, bibliorum, plur. num. n.s. [Βιβλία. Germa. Die Bibel: das ist/die H. Schrifft. Polon. Biblia. Vngar. Biblia.] Libri, quo nomine Libri sacri per excellentiā appellantur. Sunt namq; teste Chrysostomo Hom. 9. in Epist. ad Coloss salubris animę pharmaca,

maca quæ (ut Basilius ait in Comment. super psalmum primum) similia sunt medici officinæ, è qua quisq; petere possit aptum suo morbo remedium. Quare & Irenæus lib.5.contra Valent.comparavit Biblia arboribus ligni Paradisi. De omni, *inquit*, ligno Paradisi manducate: id est, ab omni scripturâ divinâ manducate.

Bibliogrăphŭs. βιβλιογράφος, Librarius, περὶ τὸ βιβλίον, καὶ γράφω. [Polon. *Ksiegarz.*]

Bibliolathas, à Demetrio Trœzenio dictus est Didymus Grammaticus: quoniam supra ter mille quingentos libros conscripsit: Vide Cæl.lib.19.cap.9.

Bibliopegus, Librorum compactor. [Gall. *Relieur de livres.* Ital. *Ligator de libri.* German. Ein Buchbinder. Belg. Een Boeckbinder. Hispan. *Acador de libros.*]

Bĭblĭŏpōlă, m.f. Librorum venditor. [βιβλιοπώλης. Gall. *Libraire, vendeur de livres.* Ital. *Libraio, venditore de libri.* German. Ein Buchführer / ein Buchtrager / der da Bücher verkaufft. Belg. Boeckvercooper. Hispan. *Librero.* Polon. *Ksiegarz.* Vngar. *Kony város.* Ang. *A book-seller, a stationer.*] Mart. Non habeo, sed habet bibliopola Thryphon. Plin. Iunior: Bibliopolas Lugduni esse nô putabam: ac tantò libentiùs ex literis tuis cognovi, venditari libellos meos. Componitur autem ex βιβλίον, quod est liber, & πωλῶ, vendo per ω in primâ.

Bibliotaphi βιβλιοτάφοι, Ab eruditis appellantur qui ut soli sapere videantur, librorum aliquid insignium nacti, nemini eorum copiam faciunt, sed in arcâ, velut in sepulchro quodam inclusos asservant.

Bĭblĭŏthēcă, [בית ספרים beth sephaelm. βιβλιοθήκη. Gall. *Librairie, estude, chambre aux livres.* Ital. *Libraria.* German. Ein Lyberey / ein ort da man die Bücher bey einander behaltet. Belg. Een Liberye. Hispan. *Libreria.* Polon. *Ksiegarnia.* Vngar. *Konyv tartó.* Angl. *A librarie, a studie, a great number of bookes.*] Tàm librorum per se magnus numerus, quàm locus ubi libri sunt, appellatur, ut lib.32. Digest. scribit Vlpian. Cicer. ad Sulpit. Dionysius servus meus, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractavit, quum multos libros surripuisset, *&c.* Latinis Libraria dicitur. Gel. Fortè in libraria ego, & L. Paulus poëta, vir memoriâ nostrâ doctissimus, consederamus. ¶ Est & bibliotheca titulus sive inscriptio, qua Diodorus historiam suam nominavit. Plin in Proœmio operis: Apud Græcos desiit nugari Diodorus, & Bibliothecas historiam suam inscripsit. Bibliothecæ (ut scribit Vitruvius) ad Orientem spectare debent. Vsus enim librorum matutinum expostulat lumen.

Bĭblĭŏthēcālĭs, le, Quod est Bibliothecæ: ut apud Mart. Bibliothecalis copia. [Vnga. *Kônyv tartó.*]

Biblo, is, verbum est factitium, à similitudine soni, qui fit in vase. [Polon *Bełkocę.* Vngar. *Hordó mogzyara döngök.*] Nævius: Biblit amphora. Festus.

Biblos βίβλος, fœm.gen. Iuncum significat, item Aegypti arborem, quæ & Papyrus, cujus cortice ad chartas, ligno autem ad navigia utebantur. Lucan.lib.3: Nondum flumineas Memphis contexere biblos Noverat.

Bĭbo bibis, bibi, bibitum. n.t. Potum haurio, humorem attraho [שתה chatáh. πίνω. Gall. *Boire.* Ital *Bere.* German. & Belg. Trincken. Hisp *Bever.* Polon. *Pije.* Vngar *Iszom.* Ang. *To drink.*] Plaut. in Stich. Vide quot cyathos hos bibimus. Virgil. lib. 11. etiam his junxit, quæ vim attrahendi humoris nullam habent: Hasta sub exertam donec perlata papillam, Hæsit, virgineúmque altè bibit acta cruorem. ¶ Bibere etiam accipitur pro auscultare, seu studiosè audire. Horat. l. Car. 2: Pugnas & exactos tyrannos Densum humeris bibit aure vulgus. Cicer. 5. Tusc. Mihi quidem in vitâ servâda videtur illa lex quę in Gręcorum conviviis obtinetur: Aut bibat, *inquit*, aut abeat. Et rectè. Aut enim fruatur aliquis pariter cum aliis voluptate potandi, ne sobrius in violentiam vinolentorum incidat: aut discedat. *Hactenus Cicero.* Hoc Adagio (inquit Erasmus) monemur ut aut tempori, locoq; nos accommodemus: aut ab hominum consuetudine nos subducamus. ¶ Invenitur etiam passivum hujus verbi Bibo in tertiâ personâ. Iuvenalis: -sed nulla aconita bibuntur Fictilibus.

Bĭbāx, om.t. & Bibosus, m.f. Qui est bibendi avidus, vel nimius potator. [שתה schothéh סבא sobé. πότης, ποτικός. Gall. *Grand beuveur, qui boit beaucoup.* Ital. *Bevitore, cincglione.* German. Ein Trincker / ein Sauffer / der viel trinckt. Belg. Drinckachtig / een dronckaert. Hispan. *Grand bevedor.* Pol. *Opraviec.* Vngar. *Nagy ibaso, boriszák.* Ang. *A great drinker.*] Gell. lib. 3. cap. 12: Bibendi avidum P. Nigidius in Commentariis Grammaticis bibacem & bibosum dicit. Laberius in Mimo lib. 1: Non mammosa, non annosa, non bibosa, non procax. Bibosus tamen (si Gellio credimus) vocabulum est novum & à Laberio vocum innovatore confictum. Nomina enim in *osus* potiùs fiunt à nominibus, quam à verbis.

Bĭbācŭlŭs, diminutivum à nomine Bibax, Qui largiùs & frequentiùs bibit. [φιλοπότης. Polon *Opralca.* Vngar. *Boriszákotska.*] ¶ Idem nomen fuit Poëtæ, quê Hieronymus in Chronicis Cremonæ natum scribit, paulò minorem Cicerone.

Bĭbācĭtās, atis, f.t. Propensio ad largiùs bibendum. [Φιλοποσία. Gall *Beuverie excessive.* Ital. *Eccessivo bevere.* German. Das vbermässig trincken. Hispan. *El habito y obra de mucho bever.* Polon. *Opilstwo.* Vngar. *Nagyibatosag, földöttöb valo ital,* Angl. *Great drinking.*

Biber, Nomen antiquum neutro genere usurpatum, τὸ πίειν. C Fannius annalium 8: Domina ejus ubi ad villam venerat, jubebat biber dari. Cato quoque in Originum libris usus est, & Tintinnius in prgl. Date illi biber, iracunda est. Sosipater lib. 1.

Bibesia, æ Vocabulum est à Plauto confictum pro nimiâ bibendi aviditate: [Φιλοποσία. Polon. Wielkie pragnienie. Vngar. *Nagy italra valo kévánság.*] quemadmodum & Perediam idem dixit pro fame, & voracitate. Festus.

Bĭbŭlŭs, a, um, Quod facilè sorbet. [שתה schothéh סבא sobé. φιλοπότης, πολυπότης. Gall. *Qui boit volontiers.* Ital. *Che beve volontieri.* Germ. Das gern trinckt / oder aussupffet. Belg. Dorstich. Hispan. *Que se passa como papel.* Polo. *Obzerca, chlistacz.* Vngar. *Kinnyen ivo ibato.* Ang. *That sucketh vp quickelie, desirous to drink and swil.*] Virg. ad Messalam: Inverso bibulum restinguens lumen olivo. Lumen enim bibit oleum: id est, ardendo consumit. ¶ Vnde & Bibulorum cognomen ductum est, & Bibula papyrus, quæ sorbet atramentum. Lucanus: Conficitur bibulâ Memphitis charta papyro. ¶ Hinc fit Meribibulus, de quo alibi ¶ Horat. passivè dixit, Bibulum Falernum:

> Potores bibuli mediâ de nocte Falerni,
> Oderunt porrecta negantem pocula.

Bĭbrĕvĭs, pes pyrrichius, Diomedes Grammaticus lib. 3.

Bĭcēps, Biclinium, Bicolor, Bicornis, Bicorpor, Bicubitalis, Vide Bis.

Bĭlĭs, f.t. [חמה chemáh מרורה merorâh ממר mémer. χολή. Gal. *Colere, fiel.* Ital. *Colera.* Germ. Dis Gall. Belg. De galle / oft cholera. Hispan. *Colera, hyel.* Polon. *Zolcz.* Vngar. *Sár, sagokban folyó nedvesség.* Ang. *Choler, anger, the gall.*] Nomen est commune duobus præcipuè humani corporis humoribus: quorum alter, qui calidus est & siccus, ab aureo colore Flava bilis appellatur. Alter, qui frigidus est & siccus, quoniam nigræ favillæ colorem imitatur, Atra bilis dicitur. Vtrunque genus rursus in duas primarias species finditur: in naturalem scilicet, & non naturalem. ¶ Bilis flava naturalis (quæ bilis appellationem sibi peculiariter vendicavit) rursus duplex est. Quædam enim apta est nutritioni, quæ unâ cum sanguine miscetur in venis: partim ut ille hoc veluti vehiculo commodiùs penetret in venas exiliores, partim ut alat partes naturæ suæ affines: hoc est, calidas & siccas. Deinde munere suo functa, quod reliquû est, unâ cum sudoribus foràs effluit per poros. Hæc tenuis humoris permistione mutatur in bilem pallidam, quæ & ipsa à naturali quàm minimum recedit. ¶ Altera excremêtitia est, & inepta nutritioni, quę à sanguine expurgata recipitur in vesiculam bilis, quam χοληδόχον Græci appellant, & inde proprio meatu in intestina delabens, dejectionê stimulat, & tingit excrementa. ¶ Non naturalis iterum in quatuor distinguitur species, in vitellinam, λεκιθώδη, quæ fit ex bile pallidâ acrimoniâ caloris non naturalis ustâ: in porraceâ πρασοειδῆ: in æruginosam ἰώδη: & in eam quæ cæruleo colore glastum imitatur, unde ἰσατώδης à Græcis appellatur. Tres hæ posteriores species potissimùm fiunt in ventriculo, ex alimentis acribus, ut porro, sinapi, & similibus: ex quibus primum fit porracea bilis, deinde æruginosa, & postremò cærulea. Nonnunquam etiam in jecinore ex vitellinâ vehementiùs ustâ, ut accidere solet in morbis ardentissimis. ¶ Atra bilis & ipsa in Naturalem dividitur, quam propriè μελαγχολικὸν χυμὸν: id est, atrum succum, sive succum melancholicum medici appellant, & Non naturalem: & Naturalis rursus in Aptam nutritioni, quæ miscetur sanguini in venis, alitque partes frigidas & siccas, ossa scilicet, & cartilagines: & in Excrementitiam, quę nihil aliud est, quàm excrementum sanguinis, quod à jecore lien ad se allicit, ejusq; tenuissimâ parte alitur: reliquum per proprium meatum (quem & Stomachum vocant) in ventriculum regurgitans, ut illum astringat & roboret, ubi munere suo functa, unâ cum excremêtis per intestina dejicitur. ¶ Non naturalis autem (quæ propriè Atra bilis dicitur, in triplici est differentiâ. Alia enim fit ex succo melancholico, putredinis aut caloris vi in cinerem quodammodo converso, Alia ex bile vitellinâ, primùm in porraceam, deinde in æruginosam, & postremò in cæruleam mutata. Alia ex pituitâ in venis putrescente, & vehementiùs ustâ. Hæc tam exactè discutere, ad medici forsan officium magis attinebat: verùm quoniam hic tam crassè impegisse videbamus Dictionarii hujus consarcinatores, ut atram bilem eam esse traderent, quę à vesiculâ fellis excipitur, flavam autem bilem intestinorum vitium interpretarentur, visum fuit hæc paulò altiùs repetere, ut intelligerent vel rei medicæ imperiti, aliud esse, speciosis doctorum titulis lectori fucum facere, & putria salsamenta (quod dici solet) origano condire: aliud ex fumo lucem prębere & præter summam fidem & diligentiam, judicii etiam nonnihil ad opus aliquod afferre. ¶ Accipitur item Bilis pro irâ, quæ à bile excitatur. Horat. 2. Sermon. Satyr. 2. -tantùm maledicit utriq; vocando Hanc Furiam, hunc aliud, jussit quod splendida bilis. ¶ Inest & formicæ & serpho bilis, Ἔνεστι κἀν μύρμηκι κἀν σέρφῳ χολή. Admonet adagium non esse contemnendum inimicum quempiam, nec ullum temerè lacessendum: quandoquidem nullum animal tam minutum aut imbecillum, quod irritatum non excandescat irâ Quadrabit & in homunculos nullis prędítos viribus, tamen vindictam molientes, irâ, ut solet, animos suppeditante. Serphus minutulum animal non dissimile formicæ.

Bĭlĭs, apud Afros appellatur semen humanum, humi profusum

sum. [Polon. *Simie meskie.* Vnga. *Ondo.*] Festus.

Biliosus,a,um, In quo bilis abundat. [χολώδης. Gall. *Bilieux, coleré, facile à courroucer.* Ital. *Colerico, chi facilmente corrucia.* Germ. In dem viel gallen/oder bitterkeit ist / zornmütig. Hisp. *Melancolico, ò colerico.* Polon. *Collerik.* Ang. *Az kiben az sagok ban folyo nedueßlegek bunnek.* Angl. *Colericke, angrie.*] ut, Sanguis biliosus, sputum biliosum, apud Cornelium Celsum.

Biothanatos, Violenter mortuus. [הֻבְּקְלָל *pekalál.* Gall. *Occis violentement.* Ital. *Veciso violentemente.* Germ. Der unzeitige Tod / so mit gewalt einem angethan wirdt. Hisp. *Matado fuerçosamente.* Pol. *Naglie, gwaltownie vmieraiacy.* Vngar. *Meg ölettet, meg nyomuaziatt, erőszakkal meg holt.* Ang. *That is killed violentlie.*] βιοθάνατος ex βία violentia, & θάνατος mors: ut quum quis ferro, vel aliâ vi interficitur, & non suâ: id est, naturali morte moritur, quæ naturaliter cōtingit: & mors ipsa Biothanara dicitur, quæ per vim infertur. De quâ intellexit Virgil. lib. 4. Aeneid. quum dixit: Nam quia nec fato, meritâ nec morte peribat, Sed misera ante diem. Scribit Lampridius prædictum fuisse Heliogabalo, ipsum biothanatum futurum. Iul. Firm. Si luna, *inquit*, applicuerit se Saturno deficiens lumine, faciet matres biothanatas interire. Servius ait, Biothanatorum animas non recipi in originem suam.

Bis, adverb. Duabus vicibus, iterum. [פַּעֲמַיִם *pahamájim.* δίς. Gall. *Deux fois.* Ital. *Due fiate.* German. Zwey maal. Belg. Tweemaal. Hispan. *Dos vezes.* Polon. *Dwa razy.* Vng. *Kétszer.* Ang. *Two times.*] Cic. de Amic. Bis unâ consules. Plin. Vt aliquæ bis die pariant. Multa habet composita, de quibus mox dicemus.

Biceps, itis, om. t. Qui habet duo capita. [δικέφαλος. Gall. *Ayant deux testes ou deux sommitez.* Ital. *Cosa che ha due capi.* German. Zweyköpfig / das zwey häupter hat. Belg. Twehoofdich/tweehoofdich. Hispan. *Cosa que tiene dos cabeças.* Pol. *Ktory w dwu glowach.* Vngar. *Két fejű.* Ang. *That hath two heades.*] Plin. lib. 10. cap. 62: Serpentes coëunt complexu, adeò circumvolutæ sibi, ut una existimari biceps possit. Cic. 1. de Divin. Et si puella nata biceps esset.

Biclinium, n. s. Locus ubi duo lecti sunt, sicut Tricliniū, ubi tres. [δικλίνιον. Gall. *Chambre où il y a deux licts dressez.* Ital. *Luogo doue stanno due letti.* German. Ein ort da zwey bett stehen. Hisp. *De dos lechos ò mesas.* Pol. *Miesce odwu lozach.* Vng. *Két ágyu kamara.* Ang. *A chamber with two beddes.*] Est autem hæc dictio ex Latino & Græco composita: nam Bis Latinum est, & κλίνη Græcum, quod lectum significat. Plaut. in Bacch. In biclinio cum amicâ suâ uterq; cubitum eatis.

Bicolor, adject. com. t. Duorum colorum. [δίχρωμος. Gall. *De deux couleurs.* Ital. *Di due colori.* Germ. Das zweyerley farben hat. Belg. Van tweederley verben. Hispan. *Cosa que tiene dos colores.* Pol. *Dwoiey farby.* Vngar. *Két színű.* Ang. *Of two coloures.*] Plin. lib. 10. cap. 52: Intus omne ovum volucrum bicolor. Ovid. 11. Metam. Myrtea sylva subest bicoloribus obsita baccis.

Bicornis, ne, Quod habet duo cornua. [δίκερως. Gall. *Ayant deux cornes ou deux fourchons.* Ital. *Di due cornua.* Germ. Das zwey hörner hat. Belg. Dat twee hoornen heft. Hispan. *Cosa que tiene dos cuernos.* Polon. *O dwu rogach.* Vngar. *Két szarvú.* Angl. *That hath two hornes.*] ut Bicorne ferramentum. Colum. lib. 10. cap. 5: Bicornes furcæ. Virg. 1. Georg. Exacuunt alii vallos, furcasq; bicornes.

Bicorpor, [δισώματος. Gall. *Ayant double corps.* Ital. *Di due corpi.* German. Das zwey leib hat. Hispan. *Cosa que tiene dos cuerpos.* Vngar. *Két testű.* Ang. *That hath two bodies.*] Omnis generis. Duorum corporum. Cic. 2. Tusc. Hæc bicorporem afflixit manum.

Bicubitalis, le, Quod duorum est cubitorum: [δίπηχυς. Gall. *Qui a deux coudees de long.* Ital. *Di dui cubiti.* Germ. Das zween elnbogen lang ist. Hisp. *Cosa que tiene dos codos de medir.* Polo. *Dwa lokcia dlugij.* Vnga. *Két singni, két karni.* Angl. *Two cubites long.*] ut, Bicubitalis caulis. Plin. lib. 20. cap. 23.

Bidental, n. t. Locus erat, aut ædificium fulmine tactum: ita dictum ab ove bidente, quæ ad prodigii procurationem à sacerdote immolata, ibi sepeliebatur. Horat. Minxerit in patrios cineres, an triste bidental Moverit incestus: certè furit, ac velut ursus. Nonius Marcel. Bidental dici vult, quòd binæ pecudes mactarentur. Cornutus in Pers. Sat. 2, ipsum fulmen bidental appellari scribit, aut quia duos dentes habeat, aut quia, ubi ceciderit, bidentes mactentur.

Bidentes, f. t. Quidam intelligunt oves, aut alia pecora, quæ per ætatem duos dentes altiores habent. [Polon. *Owce albo bydło stare.*] Nam Higinus dicit: Quæ bidens hostia, oportet dentes habeat octo, sed ex his duos cęteris altiores per quos appareat ex minore ætate in majorem transcendisse. Alii Hostias bimas: id est, duos annos habentes, hoc nomine intelligunt, quod in commentariis ad jus Pontificum pertinentibus legatur Bidentes primò dictas, d, literâ ex superfluo interjectâ (sicut in Redeo) ad hiatum duarum vocalium præcavendum. Ergo Bidennes primò dictę sunt quasi Biennes: postea autem vocabulo longo usu loquendi corrupto, quæ priùs Bidennes dicebātur, postea Bidentes sunt dictæ. Vide Gell. lib. 10. cap. 4. Virgil. 6. Aen. totidem lectas de more bidentes. ¶ Item Bidens, σμινύη. Pollux, ubi περὶ τῶν γεωργικῶν ὀργάνων, instrumentum rusticum fossorium, quòd duos dentes habeat. Iuven. Vive bidentis amans, & culti villicus horti.

Biduum, n. s. Spatium duorum dierum: à quo Bidunnus, a, um: ut Bidunnæ induciæ. [יוֹמַיִם *jomájim*, δυὲ ἡμέραι. Gall. *L'espace de deux iours, deux iours, deux iours entiers.* Ital. *Lo spatio di due giorni.* Germ. Zween tag. Belg. Tween dagen. Hispan. *El espacio de dos dias.* Pol. *Czas dwuchdny.* Vnga. *Két nap.* Angl. *The space of two dayes.*] Terent. in Eunuch. Ego impetrare nequeo hoc abs te, biduum Saltem ut concedas solùm. ¶ Biduo continenti, significat duobus diebus continentibus. Suet. in Caligul. Per hunc pontem ultrò citrò commeavit biduo continenti.

Biennis, om. t. Qui est duorum annorum. [διετής. Gall. *De deux ans.* Ital. *Di due anni.* Germ. Zwey jar alt/von zweyen jaren. Belg. Van tweejaren. Hispan. *Cosa de dos annos.* Polon. *Dwuroczny.* Vng. *Két esztendős.* Angl. *Of two yeares.*] Plin. lib. 2. cap. 82: Vtpote quum quidam annuo & bienni spatio duraverint.

Biennium, n. s. Spatium duorum annorum. [שְׁנָתַיִם *schenáthajim.* διετία. Gall. *Deux ans entiers, l'espace de deux ans.* Ital. *Di due anni.* Ger. Zwey jar. Belg. Twee jaren. Hisp. *Cosa de dos annos.* Polon. *Dwie lecie.* Vng. *Két esztendő.* Ang. *The space of two yeares.*] Cicero de Amicit. Primò Gabiniâ lege: bienno autem pòst, Cassiâ.

Bifariam, Duobus modis, duplici ratione. [διχῶς. Gall. *En deux parties, en deux sortes, en deux manieres.* Ital. *In due parti.* German. Auff zween weg / auff zwo weiß. Hispan. *En dos partes.* Polon. *Dwoiako.* Vngar. *Két képpen.* Ang. *Two fold or two maner of wise.*] ut Trifariam, τριχῶς adverbia sunt, quibus significatur quod duobus vel tribus modis, vel quod in duas vel tres partes fari potest. Cicero 3. Tuscul. Bifariam quatuor perturbationes æqualiter distributæ sunt, nam duæ, &c. ¶ Sic Multifariam, Omnifariam, Plurifariam, significant multorum generum, omnis generis, plurimum generum, sive in multas, in omnes, & in plures partes: sive quod multis, omnibus, & pluribus modis fari potest. Dicimus etiam Bifariè, Trifariè, Multifariè, &c.

Biferus, a, um. Quod bis quotannis fructum fert. [δίφορος, δίκαρπος. Gall. *Portant deux fois l'an.* Ital. *Che fa frutto due volte all'anno.* German. Das jährlich zweymal frucht tregt. Hisp. *Cosa que trae dos vezes enel anno.* Polon. *Dwakroć owoc ku rodzący.* Vng. *Az mi egyesztendőb en kétszer hoz gyümölcsöt.* Ang. *That beareth fruite twise in one yeare.*] Virg. 4. Georg. biferique rosaria Pesti. ¶ Biferæ ficus. Colum. lib. 5. cap. 10. Fabulantur poëtæ Alcinoi Phæacum regis, pomaria fuisse bifera: hoc est, bis quotannis fructum protulisse.

Bifidus, a, um, Quod in duas partes fissum est. [δίχηλος. Gall. *Qui est fendu ou refendu en deux.* Ital. *Fesso in due parti.* German. Inn zwey theil gespalten. Belg. Ghecloven. Hispan. *Cosa endida en dos partes.* Polon. *Na dwoie rozdzielony, rozszczepiony.* Vngar. *Két felé hasados.* Ang. *Cloven in two.*] Plin. lib. 11. cap. 37: Lacertis bifida & pilosa lingua. Ovid. 14. Metamorph. bifidosque relinquit Rima pedes.

Bifidatus, a, um, adjectivum. Idem quod Bifidus. Plinius libro 13. ca. 4: Folia culrato mucrone, lateribus in sese bifidatis bellas primùm demonstravêre gemmas. [Angl. *Clouen in two.*]

Biforis, re, Quod haber duas januas. [δίθυρος. Gall. *Ayant deux huis qu'on ouure çà & là.* Ital. *Che ha due porte.* Polon. Das zwo thüren hat. Hispan. *Cosa que tiene dos agujeros, ò horados, ò puertas.* Polon. *O dwu drzwiach.* Vnga. *Két ajtóin.* Ang. *That has two gates or leaves.*] Ovidius 3. de Ponto. Eleg. 3: Nox erat, & biforès intrabat Luna fenestras. Biforis cantus. Virgil. 9. Aen. Vbi assuetis biforem dat tibia cantum. Vbi Servius: Biforem, bisonum, imparem.

Biformis, is, & hoc biforme, Duas habens formas. [δίμορφος. Gall. *Double de forme, ayant deux formes.* Ital. *Di due forme.* Germ. Zweygestältig/das zwo gestalten hat. Hispan. *Coso que tiene dos formas ò figuras.* Pol. *Dwoiakiego kształtu.* Vng. *Két formaiu.* Ang. *That hath two shapes.*] Virg. 6. Aeneid. mistumque genus, prolesque biformis. Colum. lib. 10: Inter lascivos Satyros, Panásque biformes.

Biformatus, a, um, adjectivum. Idem quod Biformis. [δίμορφος. German. Das zwo gestalten hat. Vngar. *Két formaiu.*] Cicero 2. Tusc. Non biformatus impetu Centaurus ictus corpori infixit meo.

Bifrons, tis, com. t. Qui duas frontes habet. [διπρόσωπος. Gall. *Qui a deux faces, ou deux visages.* Ital. *De due fronte.* German. Der zwo stirnen hat. Hisp. *Cosa que tiene dos frontes.* Polon. *O dwu czelech.* Vnga. *Két homlokú.* Ang. *That hath two visages or faces.*] Est autem hoc Iani epitheton, quem ideo dicimus bifrontem, quòd præterita sciverit, & futura prævideritː vel quia superûm, & inferûm janitor est. Virgil. 12. Aen. Latonæq; genus duplex, Ianumque bifrontem.

Bifur, Plus quàm fur, sive qui bis in furto est deprehensus.

Bifurcus, m. s. Geminas furcas habens: [ἀμφίκραος. Gall. *Qui a deux fourchons, fourchu.* Ital. *Biforcato.* German. Das zween spitz oder zincken hat. Hisp. *Cosa de dos horcas.* Polon. *Widłowaty, odwu zebiech.* Vngar. *Villás, két águ.* Angl. *Two forked.*] ut, Bifurcum ferramentum. Colum. lib. 3. cap. 18: Bifurci ramusculi. Idem lib. 5. cap. 11.

Bigæ, Currus duobus equis vecti: ita dicti, quasi Bijugi, quòd duorum equorum jugo agantur. [συνωρίς, ζεῦγος. Gall. *Chariot ou charrette de deux cheuaux, deux cheuaux attelez l'vn auec l'autre.* Ital. *Carretta di due canalli, Biga.* German. Ein Karch so von zweyen Rossen gezogen wirdt. Hispa. *La yunta de dos cauallos.* Polon. *Sprzęgwe dwakonie.* Vngar. *Két louu szekér, saliga.* Angl. *Chariots or carts drawn with two horses.*] ¶ Equi verò ipsi Bijugi,

Bijugésve dicuntur. ¶ Sic Quadrigæ, quæ à quatuor equorum jugo trahi solent: & equi ipsi Quadrijugi. Virgil. 5. Aeneid. Et nox atra polum bigis subvecta tenebat. ¶ Apud veteres tamen Bigam, & Trigam, & Quadrigam invenimus. Suetonius in Tib. Vix unius bigæ adjectione honorari passus est. Papin. in Theb. Rorsferum gelidâ tenuaverat aëra bigâ. Plin. In summo Mausoleo est quadriga marmorea. Bigas primùm junxerunt Phrygii, quadrigas Erichthonius, teste Plinio libro 7, capite 56.

Bīgātī, m. f. Nummi bigas impressas habentes. Plin. lib. 33. cap. 3: Nota argenti fuère bigæ atq; quadrigæ: & inde bigati. quadrigatique dicti. Tacit. de Germ. Pecuniam probant veterem, & diu notam, serratos, bigatosque.

Bĭgămŭs, m. f. [δίγαμος. Gal. Remarié. Ital. Rimaritato. Germ. Der zwey maal geweibet hat. Hisp. Casado dos vezes. Polon. Tenktori drugi raz się ożenieł. Vngar. Kés felesége. Ang. Which hath had two wifes.] Qui duas uxores duxit. à quo Bigamia. γάμος enim nuptiæ dicuntur. Sipontinus.

Bĭgĕmmĭs, me, om. t. Quod habet duas gemmas. Colum. lib. 6. Pro materiis longioribus pollices quaternûm aut quinûm gemmarum relinquuntur, pro custodibus autem bigemmes resecces efficiunt in eâ.

Bĭgĕnĕră, Animalia ex diverso genere nata, ut Leopardus ex leænâ, & pardo, non (ut aliqui putant) ex leone & pantherâ, διγενῆ. Varro lib. 2. de Re rust. Nam muli & hinni bigeneri, atq; intitii, non suopte genere ab radicibus. Ex equâ enim & asino fit mulus: contrà, ex equo & asinâ hinnus.

Bĭgnæ, Gemmæ dicuntur. quia bis unâ die natæ sunt. Festus.

Bĭjŭgī, m. f. Equi dicuntur bini, ad unum jugum nexi. [δίζυγοι. Gall. Accouplé à costé d'un autre. Ital. Due cavalli ad un gioco. German. Zwey Rosss neben einander eyngespannet oder angeschirret. Hisp. Dos cavallos de una yunta. Pol. Dwa konij sprzężone. Vnga. Ezue fogot kés ló. Angl. Two horses in one yoke.] Martial. Gestatus bijugis Regulus esset equis. Virgil. 10. Aeneid. Interea bijugis infert se Lucagus albis.

Bihenii, Dicuntur quibus in utrisque seroti partibus signa herniæ apparent. διχηλεῖς. Græcè.

Bilagium, Medicamentum est: id est, χολάγωγον.

Bĭlānx, cis, f. c. Statera quę duas habet lāces: [מאזנים mozna̋jim. ζυγὶς Gall. Balance. Ital. Balancia. German. Ein Wag mit zween schüsslen. Hispan. Peso de dos balancas. Polon. Waga o dwu szalkach. Vng. Mérték, mérő serpenyő. Angl. Ballaunces.] alio nomine Libra dicitur. Perottus.

Bĭlībrĭs, bre, Duarum librarum. [δίλιτρος. Gall. Pesans deux livres. Ital. Di due libre. German. Zweypfündig. Hispan. Cosa que pesa dos libras. Polon. Odwu fanczioch. Ang. Of two pound weigt.] Martial. libro 11: Nunc ut emam grandémve lupum, mulúmve bilibrem. Plin. lib. 18 cap. 11: Ex aquâ hordeoque bilibres offæ.

Bĭlībră, bilibræ, f. p. δίλιτρον. duarum librarum pondus. Liv. 4. ab Vrbe: Melium, cui tribunatus plebis magis est optandus, quàm sperandus fuerit, frumentarium divitem, bilibrâ farris sperasse libertatem se civium suorum emisse.

Bĭlĭnguĭs, Qui duas habet linguas: hoc est, qui modò unum, modò aliud loquitur. [δίγλωττος. Gall. Qui parle deux langues, Trompeur, qui tantost dit d'un, tantost d'autre. Ital. Di due lingue, bilingue fallace. German. Der zwe zungen hat/jetzt dieses dann ein anders sagt. Lugner. Belg. Tweetongig / sprekende met twe tongen. Hispan. El que tiene dos lenguas enganoso. Polon. Matacz, razwuc rzy two mowiacy. Vngar. Kés nyelvű, hazug. Ang. That has two tounges, deceatfull.] Vnde etiam, pro fallaci, posuit Virgil. 1. Aeneid. Quippe domum timet ambiguam. Tyriosque bilingues ¶ Item, qui callet duas linguas. Horat. libro 1. Serm. Satyr. 10: -Canusini more bilinguis. Canusinum ideo bilinguem vocat; quia & Græci & Latini apud Canusinum urbem Italiæ, non procul à mari sitam, & à Diomede conditam habitant, utroque sermone utentes, Latino & Græco. Ex Acrone. Curtius lib. 7, de Branchidis: Mores patrii nondum exoleverant: sed jam bilingues erant, paulatim à domestico externoq; sermone degeneres.

Bĭlīx, adjectivum à Licium: [δίμιτος. Gall. Renforcé à double fil, tissuen double. Ital. Maglia à due lici. Hispan. Cosa que se texe con dos lizos. Pol. Dwoisty nicy. Vng. Bélés, késrétű. Ang. Double woven.] ut, Bilix lorica à Virgilio dicta, quæ duo licia & fila in summitate haberet ad ornatum, lib. 12. Aen. -rumpitque infixa bilicem Loricam.

Bĭlūstrĭs, stre, Quod est duorum lustrorum: id est, decem annorum: ut, Bellum bilustre, quod duo lustra: hoc est, decem annos duravit. [διετηρίς. Gall. De dix ans, qui a duré deux fois cinq ans. Ital. Di due lustri. German. Zehen järig. Hisp. Cosa de espacio de dos lustros. Pol. Dziesięcioletni. Vng. Tizesztendős. Ang. Which lasteth ten yares, of ten yeares.] Ovid. 2. Amor. Pergama quum caderent bello superata bilustri.

Bĭmărĭs, re, adject. Quod inter duo maria situm est: [διθάλασσος. Gall. Qui est entre deux mers. Ital. Cosa posta due mari. German. Das zwischen zweyen Meeren ist. Hispan. Cosa que participia de dos mares. Polon. Miedzy dwiema morzamy polożony. Vngar. Két tenger közöt való. Ang. That is betwene two seas.] ut, Bimaris Corinthus. Horat. lib. 1. Carm. -aut Ephesum bimarisve Corinthi Mœnia.

Bĭmărītŭs, qui duas uxores habuit.

Bĭmātĕr, [Germ. Der zwo Mütter hat.] Agnomen Bacchi, quòd duas matres habuerit, Semelen & Iovem, matris fungentem officio, διμήτωρ. Vide B A C C H U S in propriis.

Bĭmēmbrĭs, Duarum partium, quasi membrorum. [διμελής. Gall. Ayant doubles membres, ou deux membres. Ital. Di due parti. Germ. Das zwey theil oder glider hat. Hisp. Cosa que tiene dos miembros. Polon. Dwiecześcy albo członki mający. Vngar. Két tagú. Ang. That hath two partes or members.] Ovid. Est malè confusum pedibus, formaque bimembri. ¶ Et Bimembres substantivè, pro Centauris. Ovid. 2. Metamorph. Ecce ruunt vasto trepidi clamore Bimembres, Virgil. 8. Aen. -tu nubigenas invicte Bimembres, &c.

Bĭmēnsĭs, hujus bimensis, Tempus duorum mensium. [τὸ δίμηνον. Gall. L'espace de deux mois, deux mois entiers. Ital. Spatio di duo mesi. German. Zween Monat. Hisp. Spacio de dos meses. Pol. Dwu miesięczny. Vngar. Két holnap. Ang. The space of two monethis.] Livius Dec. 3: Et ad opera quæ locassent probanda, anni & bimensis tempus prorogaretur.

Bĭmēstrĭs, om. t. stre, Duos menses habens, aut duos annos à lunâ computatos. [δίμηνος. Gall. De deux mois. Ital. Chi ha due mesi. German. Das zween Monat hat. Hispan. Cosa de espacio de dos meses. Polon. Odwumiesiętni. Vngar. Két holnapi. Angl. Of two monethes.] Horat. libro 3. Carm. -& porco bimestri Cum famulis operum solutis. Sic Trimestris, Quadrimestris, Quinquemestris. Plin. Castrari agnos, nisi quinquemestres, præmaturum existimant.

Bĭmŭlŭs, Qui in bimatu est, hoc est, qui duos annos ætatis habet. [διετής. Gal. De deux ans. Ital. De due anni. German. Von zweyen jaren/zweyjärig. Hisp. Cosa de espacio de dos annos. Pol. Dwuroczny. Vngar. Kés esztendős. Angl. Of two yeares.] Et propriè de iis dicitur (teste Valla) quæ post eam ætatem adhuc incrementum possunt accipere: ut puerum propriè bimulum dicas; bovem aut canem non ita.

Bĭmŭs, διετής, Trimus, Quadrimus, Quimus (unde Bimatus, Trimatus, Quadrimatus, Quimatus) pro eo quod ætatem habet duorum, trium, quatuor, aut quinque annorum. Cato de Re rust. capite 17: Dum sint nuces bimæ, inde semen excidet. Varro de Re rust cap. 5: Vnum anniculum, alterum bimum. Bima sententia. Cicero ad App. De hac quoque sententiâ bimâ decedat: id est, qua censuit, ut per duos annos remanerem in provinciâ. Plin. Vita fœminis quindecim annis longissima, maribus viginti robur in quimatu. Suet. in August. Quadrimus patrem amisit. Plin. libro 11. cap. 21: Vita vesparum bimatum non transit ¶ Bima dies, pro biennio. Pomponius D. lib. 13. tit. 7. l. 8: Si annuâ, bimâ, trimâ die triginta stipulatus acceperim pignus: id est, anno, biennio, triennio.

Bīnī, æ, a. Propriè distributi numeri vox est, significans duo, non conjunctim, sed separatim intellecta. [שנים שנים schenájim schenájim. δυοῖν. Gal. Deux ensemble, doubles gemeaux. Ital. Duerni, à due à due. German. Je zween und zween. Belg. Tween. Hisp. Cada dos è de dos en dos. Polon. Dwa a dwa. Vng. Ketten ketten. Ang. Two and two, by couples.] Cic. 4. Verr. Describebat censores binos per singulas civitates Timarchides: id est, duos in singulis civitatibus. Idem Att. Pompejus distribuit binos, singulis patribus familiarum: hoc est, unicuique duos. Sic binos, ternos, quaternos, aut quinos dicimus milites incedere: hoc est, duos, tres, quatuor, aut quinq; in singulis lineis aut ordinibus. ¶ Nonnunquam etiam simpliciter accipitur, pro duobus: & sic frequentiùs iis jungitur, quę singulari numero destituuntur. ¶ Sic binas literas dicimus, & bina castra, non duas literas, aut duo castra. Cicero 6. in Verr. Cn. Pompejus cum P. Vectio intra bina castra colloquutus est. Idem 2. in Verr. Vt dies 45. inter binos ludos tollerentur. Nam castra pro militum centoriis: & ludi pro magnificis & splēdidis spectaculis singularem numerum non agnoscunt. ¶ Aliquando tamen etiam in hac significatione iis conjungitur, quæ utrunque habent numerum, sed hoc frequentiùs apud Poëtas. Virgil 1. Aen. Bina manu lato crispans hastilia ferro. Idem 8. Aeneid. Frænaque bina meus quę nunc habet aurea Pallas. ¶ Interdum etiam in oratione solutâ. Plin. lib. 9. cap. 30: In nostro mari loligines capiuntur quinûm cubitorum, sæpe binûm. Cicero 3. de Orat. Demosthenes unâ contentione verborum binas contentiones vocis & remissiones continebat.

Bĭnŏctĭum, (dicitur ut Trinoctium.) [δινύκτιον. Vng. Két éjel, két éjeli idő.] Cornel. Tacit. lib. 3: Quotiens valetudo adversa Flaminem incessisset, ut Pontificis Maxim. arbitrio plusquam binoctium abesset.

Bĭnōmĭŭs, m. f. Dicitur qui geminum habet nomen: ut Ister, & Danubius: & Iulus & Ascanius. [διώνυμος. Gall. Qui a deux noms. Ital. Di due nomi. Germ. Der zween Nammen hat. Hisp. Cosa que tiene dos nombres. Pol. Dwu imion. Vng. Két nevű. Ang. That hath two names.

Bĭnōmĭnĭs, ne, om t. idem. [Vng. Két nevű.] Ovid. 14. Metamorphos. Inde sub Ascanii ditione binominis Alba, Resq; Latina fuit.

Bĭpālĭum, Instrumentum rusticum, quo terra foditur. [ἄγκος. Gall. Vne houe, ou beche, hoyau à faire fosses ou fossez. Ital. Vanga. Germ. Ein Karst/ein Hawen. Hisp. Cierto instrumento para cavar. Polon. Graca, albo ridl. Vng. Kés agu kapa. Ang. A mattok, pikaxe or spedde.] Varro: Si locus humectus sit, ibi cacumina populorum serunda, & arundinetum: id prius bipalio vertito, &c.

Liv. 3.

Liv. 3. ab Vrb. Ibi ab Legatis salute datâ, &c. seu fossam fodiens bipalio innixus, seu quum araret, &c.

Bipălmis, me, duorum palmorum. [διπάλαιστος. Gall. De deux palmes de long, large ou profond. Ital. Di due palme. Germ. Zwoyer hand breit. Hisp. Cosa que tiene dos palmos in luengo. Pol. Wzroky nadwiedlony. Vngar. Kèt sedjiremi. Angl. Of twospannes.] Varr. 3. de Re rust. cap. 7: Intus ternorum palmorum ex omnibus partibus sub ordines singulos, tabulæ sunt fine bipalmes, quo utantur vestibulo, ac prodeant.

Bipărŭs, a, um, Qui vel quæ bis peperit, διτόκος.

Bipătĕos, Quod ex utraque parte aperitur. [δίθυρος. Gall. Ayant deux ouvertures. Ital. Che s'apre da due parti. German. Zu zweyen orten offen. Hispan. Cosa abierta en dos partes. Polon. Zeobustrgn otworzisty. Vngar. Mindkèt felöl nyitva mind, kèt felö nyitva. Ang. Open on both the partes.] ut, Bipatentes portæ, pro geminis. Virgil. 2. Aen. portis alii bipatentibus adsunt. Idem lib. 10: Confidunt tectis bipatentibus: hoc est, utrinque apertis.

Bipĕdālis, le, quod habet longitudinem duorum pedum: [διπόδιαῖος, διπόδης. Gall. De deux pieds de long, large, ou profond. Ital. Di due piedi. Ger. Zween Schuh lang. Hisp. Cosa que tiene dos pies. Pol. Stopaki nadwie stopie. Vnga. Kèt lábi nyomni. Ang. Two foote long.] ut, Trabs bipedalis. Cæs. bell. Gall. lib. 4: Insuper bipedalibus trabibus immissis.

Bipĕdānĕŭs, a, um, sive Bipedaneus, idem quod bipedalis. Columel. lib. 2. cap. 2: Frumentis autem sat erit, si æquè bona suberit bipedana humus: arboribus altitudo quatuor pedum abunde est. Idem lib. 4. cap. 1: Quippe seminibus vineaticis nimiùm me profundos censuisse fieri scrobes, adjecto dodrante super altitudinem bipedaneam.

Bipennĭs, ne, quod duas habet pennas, δίπτερος. Plin. libro 11. cap. 18. de insectorum pennis: Nullis eorum pennæ reviviscit avulsæ: nullum, cui aculeus in aluo est, bipenne est. ¶ Bipenne item dicitur, teste Nonio, quod utrinque est acutum. Virg. lib. 11: ferro sonat acta bipenni Fraxinus. ¶ Hinc bipennis substantivum significat securim utraque ex parte aciem habens. [כשיל casch ehil. πέλεκυς. Gall. Besagne. Ital. B penne, scure da due tagli. German. Ein Hellparten/ein Bryel so auff beyden seiten hawet. Hispan. Hacha de ambas partes aguda. Pol. Siekiera z obu stron ostra, hallabart. Vngar. Kèt èlu. Ang. An halbard, a twibill.] Virgil. 2. Aen. Ipse inter primos correptâ dura bipenni Limina perrumpit. Idem 4. Georg. Vre fata: & validam in vites molire bipennem.

Bipennĭfĕr, a, um, ferens bipennem. [πελεκυφόρος. Gall. Qui porte vne besague. Ital. Portatore di tal scure. Germ. Ein Hellparten treget / oder der ein solch zweyschneidend Beyel tregt. Hisp. Cosa que trae aquella hacha. Polon. Siekiernik, Siekieranos, drabant. Vngar. Kèt èlu fegyver hordozó. Ang. That beareth an halbard or twibill wherwith carpenters mak mortaises.] Ovid. 2. Metam. Fecefurens contra sua fata bipennifer Arcas. Idem 5. Trist. Ossa bipenniferi sic sint malè pressa Lycurgi.

Bipertio, is, & Bipertior, iris, vel bipartior, in duas partes divido. [διχάζω. Gal. Partir en deux. Ital. Dividere in due parti. Germ. In zweytheil zerschneiden oder zertheilen. Belg. In twee deelen. Hisp. Partir en dos partes. Polon. Dzielic na dwoie. Vng. Kèt felé osztom. Ang. To devide and part in two.] Colum. lib. 11. cap. 2: Vndecimo Calendas Majas ver bipertitur, pluvia, & nonnunquam grando. Cic. in Cat. Atque ibi in proximis villis ita bipertiti fuerunt ut Tyberis inter eos & pons interesset.

Bipertitò, Bifariam, dupliciter. [δίχα, διχῇ. Gall. En deux parts ou parties. Ital. In due parti. Germ. Auff zween weg oder theil. Hispan. En dos partes. Polon. Dwoiako. Vnga. Kèt kèppen. Ang. In two partes.] Cicer. de Invent. Nam id fit bipertitò: nam tum causa, tum res ipsa removetur. Cæs. 1. bell. Gall. Romani conversa signa bipertitò intulerunt. Hoc est, duobus locis.

Bĭpēs, bipedis, adject. Quod habet duos pedes. [δίπους. Gall. Ayant deux pieds. Ital. Chi ha due piedi. German. Zweyfüssig. Belg. Met twee voeten. Hispan. Cosa que tiene dos pies. Polon. Dwunogach. Vngar. Kètlábu. Angl. That hath two feete.] Iuvenal. itaque alium bipedem sibi quærat asellum. ¶ Ponitur etiam substantivè, quòd facilè intelligatur substantivum. Cic. pro Domo suâ: Hoc ministro omnium non modò bipedum, sed etiam quadrupedum impurissimo. ¶ Bipedum nequissimus. De homine vehementer improbo, quique vel pecudes nequitiâ superet. Vsus est. Cic. pro Domo suâ, & Plin. in Epist.

Bipinnellā, Herba hortensis, dicta, quòd in duas pinnas folia per totum cauliculum diducta habeat. Hanc corrupto vocabulo quidam pimpinellam vocant.

Birēmis, navis, quæ duobus remorum ordinibus agitur: ab Erythræis (ut creditur) primùm inventa. [δίκροτος. Gall. Navire à double rang d'avirons ou de rames. Ital. Fusta. German. Ein Schiff das auff beyden seiten Ruder hat. Hispan. Nave de dos ordenes de remos. Polon. Okret odwurzedziech powieni. Vnga. Nàva, kèt rend evezeüs haio. Ang. A galey with two oares on the seat.] Plin. lib. 7. cap. 57: Biremem Demosthenes autor est Erythræos fecisse: triremem Thucydides Amoclem Corinthium: quadriremem Aristoteles, Carthaginenses. Virgil. lib. 8. Aen. geminasque legit de classe biremes.

Birōtum, penult. correpe. genus vehiculi duas rotas habentis, δίτροχον.

Birrŭs, genus est vestis: Vopiscus in Carino: Donati sunt ab Atrebaticis birri petiti: donati birri Canusini.

Bisellĭum, lii, Subsellium duorum capax. [δίεδρον. Gall. Vne selle ou siege pour deux. Ital. Sedia capace di dui. Germ. Ein Stül auff welchem zween sitzen mögen. Hisp. Silla de dos assientos. Polon. Stolek nadwie ossobie. Vngar. Kèt embernek valo szèk. Angl. A seat or benche for two.] Author Varro lib. 4. de linguâ Latinâ.

Bisētă, Porca dicitur, à cuius cervice setæ bifariam dividuntur, quum jam esse incipit major ætate sex mensium Festus.

Bisextŭs, sive Bissextus, Dies intercalaris, qui quarto quoque anno interseritur, ut anni ratio cum cursu Solis conveniat. [ἐμβόλιμος, ἡμέρα. Gall. Bissexte. Ital. Bisesto. German. Schaltjar. Hisp. bisiesto. Polon. Przestępny rok. Vng. Mindhnegyed esztendöben, ... forgó nap, ... Ang. A day that is put to everie foure yeare.] Inventa est autem hæc intercalandi ratio à Cæsare Dictatore. Is enim quum animadvertisset, Solem cursum suum conficere diebus 365. & horis circiter sex, quarto quoque anno diem unum curavit adjiciendum. ¶ Dictus est autem bissextus, quòd bis, hoc est, duobus diebus continuis numerarent, sexto Calendas Martias, duos videlicet dies pro uno computantes. Vnde qui est natus bisexto Calendas, nihil refert (ut inquit Celsus de verborum significat. l. Quum Bisextus,) utrum priore, an posteriore die natus sit, quum illud biduum pro uno tantùm die habeatur. Erat autem huic intercalationi constitutus dies certus, qui est post XXIII. Februarii diem, inter Terminalia jam peracta, & Regifugium. Februarius verò duabus de causis huic rei aptissimus visus est, tùm quòd paucissimos haberet dies, tùm etiam quòd inter menses ultimum haberet locum. Nam quum antea decem tantùm essent menses, quorum primus erat Martius, duo postea in fine sunt adjecti, Ianuarius & Februarius.

Bisulcŭs, Qui ungulas non solidas habet, sed scissas. [δίχηλος. Gall. Fourché, fourchu. Ital. Chi a l'unghie fesse. German. Der gespaltene Klawen hat. Belg. Gekloven. Hispan. Lo que tiene las uñas hendidas. Pol. Maiacy kopyta rozdzielone. Vng. Hasat körmü. Angl. Cloven footed.] Plin. lib. 11. cap. 37: Cornigera unâ parte dentata, & quæ in pedibus talos habent, sevo pinguescunt: bisulca, scissive in digitos pedibus, & non cornigera adipe. Ovid. 7. Metamorph. Pulveremq; solum pede pulsavêre bisulco. ¶ Accipitur & latiùs pro omni eo, quod in duas cuspides divisum est. Vnde bisulcam caudam dixit Plin. lib. 9. cap. 29. & bisulcos arborum surculos, Colum. de Arboribus cap. 6.

Bisultŏr, m. t. Martis cognomen, à bis ulciscendo impositum. Augustus enim, quum Brutum & Cassium vicisset, & signa à Parthis recepisset, Martis templum dedicavit, quem Bisultorem cognominavit, quòd primùm C. Cæsaris, deinde & Crassorũ necem ultus esset. Ovid. 5. Fast. Ritè deo templumque datum, nomenque Bisultor.

Bithalassum, locus ubi duo maria concurrunt.

Bĭvĭum, n. s. Quod duas vias habet, sicut Trivium, Quadrivium, quod tres aut quatuor habet anfractus. [ἀμφοδος. Gall. Deux chemins, vne fourchee, carrefour de deux voyes ou sentiers. Ital. Di due vie. Germa. Ein ort da zween weg sich von einander scheiden. Hispan. El lugar donde se retruencan dos caminos. Pol. Miejsce gdzie sie rozchodza drogy, rosstanie. Vngar. Ketbs ut, kèt vias. Ang. Where two wayes or streates do meete.] Virgil. 9. Aeneid. locum insidiis conspeximus ipsi Qui patet in bivio portæ, quâ proxima ponto.

Bĭvĭus, adjectivum, ἀμφίοδος. Virg. 11. Aen. Vt bivias armato obsidam milite fauces: id est, quæ ad duo loca ducũt. ¶ Bivius agrorum cultus, per metaphoram Varr. 1. de Re rust. cap. 18.

Bisōn, ontis. m. t. [βίσων Pausaniæ. Germ. Ein Büffel/ist ein geschlecht wilder Ochsen.] Animal ferum & deforme prolixitate jubarum, & reliquo corpore cervi figurâ, mediâ fronte inter aures unum cornu habens. Martial. in Amph. Illi cessit atrox bubalus, atque bison.

Bithūs, & Bacchius nobile par gladiatorum fuit, quorum mentionem quoque Suetonius facit, paret audaciâ. Proinde quoties duo æqualiter improbi contendunt inter sese, ita ut neuter alteri velit concedere, non impestiviter dicemus Bacchium cum Bitho commissum. Horat. in Serm.

Bithymum mel, Vide infrà in dictione THYMUM.

Bitūmĕn, inis, n. t. Limus quidam est tenax, & sulphurei odoris, in Iudææ lacu emergens, qui inde Asphaltites dicitur. [חמר chêmer כפר chopher, ἄσφαλτος. Gall. Terre limoneuse ou limon gluant comme poix, bruslant comme souffre. Ital. Bitume. German. Ein jähes leim/Judenleim/Päch. Belg. Jodenlijm. Hispa. El betun, generalmente. Polon. Kleiswata ziemia, zywica. Vng. Enyu (szurok) enyu. Ang. A kind of gleuish claye and tough which burneth lik brimstone.] Invenitur & durũ in Syriâ, nõ procul à Sidone, terreæ globæ, vel eorũ carbonũ similitudine, qui in usum ferrariarum fabricarũ è terrâ effodiuntur. ¶ Est præterea & liquidum bitumen, in Zacyntho insulâ & circa Babylonẽ nascens, & in agro Apolloniatarũ, quod Græci πισσάσφαλτον appellant, argumento picis & bituminis. ¶ Gignitur & pingue, liquoris oleacei, in Siciliâ, Agragantino fonte inficiens rivum: quo incolæ utuntur ad lucernarum lumina, olei vice. Hujus generis Bitumen apud Prutenos ex saxis effluit, ex quo maris frigiditate, in quo defluit, succinum sive electrum coalescit. Apud Babylonios bitumen calcis usum præbet, ita ferruminatis Babylonis muris. Vide plura apud Plin. lib. 35. cap. 15.

Bitūmĭneŭs,a,um: [ἀσφάλτινος. Gall. *De bitume.* Ital. *De bitume.* German. Was von dem zähen leim ist. Hispan. *Cosa de betun.* Polon. *Kleiowati.* Vng. *Enyues.* Ang. *Of such earth or glewish claye.*] ut, Bituminea vites. Ovid.15. Metam. Sive bitumineæ rapiunt incendia vires.

Bĭtūmĭno, as, Bitumine linio: [כפר caphar. ἀσφαλτόω. Polon. *Sklejam.* Vngar. *Enyuezek.* Angl. *To ouersmere with glewish claye.*] aqua bituminata, apud Plin. lib. 31. cap. 6. cui admistum est bitumen, vel quæ per venas terræ bituminosas transit, ὕδωρ ἀσφαλτῶδες.

Bivira, æ, Antiqui dicebant pro vidua, teste Nonio.] Polon. *Wdowa.* Vng *özuegy.*] Varro: Ad biviram venio quum vellem ostendere quid vellem, Metamelos inconstantiæ filius me reprehendit.

B ante L.

B.L. In notis antiquorum Bona lex. B.L.B. Bonorum liberi. B. M. Bonæ memoriæ, Bona materia, Benè merentis. B. MR. C. Benè mereat cibum. B. MR. SE. H. Benè merentibus serva hoc. B.M.F. Benè meritæ facit. B.M.H.E. Bona memoriis hic est. B. MN. Bona munera. B.M.P. Benè merenti posuit, vel Benè meritæ. B.M T. Bona materia. B.N Bona nostra. BN.H.I. Bona hic invenies. BN.M FEC. Benè merenti fecit.

Blactĕro, ras, Vide BLATERO.

Blæsŭs, m f. Qui linguam habet impeditam, aut qui inter pronunciandum aliquam literam aut excludit, aut malè profert: [עלג hilleg. βλαισὸς, τραυλὸς. Gall. *Begue.* Ital. *Balbo, tardo a parlar.* German. Ein lisper/ein stamler. Belg. Een stamelaer/tateraer/lispelaer. Hisp. *Tartamudo.* Pol. *Iekotliwy belkot.* Vngar. *Pelyp, selp.* Ang. *That stammere ther stutteth in speaking.*] quo vitii genere Demosthenem laborasse accepimus, qui aliquandiu primam artis suæ literam enunciare nō potuit. Iuven. Blæsis atque mero titubantibus. Mart. lib. 5: Et nomen Blæso garriatore meum. Idem lib. 10: Os blæsum tibi debilisque lingua est. ¶ Græci etiam hoc nomen ad alia membra transferunt. Blæsosque appellant, quibus membrum aliquod solutum est, quos & paralyticos appellamus: & generaliter omnes eos, quibus aliquod est membrum, quod actiones suas commodè obire non possit, quódve situ aut figurâ sit deforme: quales sunt qui crura habent in diversum acta, quos Latini Valgios, & Varios appellant. Vide Cæl. Rhod. lib. 8. cap. 1, & Bud. in Annot. Pand.

Blandē, & Blanditer, Vide BLANDVS.

Blandĭŏr, iris, d.q. Assentor, adulor, blanditias dico. [חלק hechelik. σαίνω, ἀρέσκω, κολακεύω. Gall. *Flater, amignarder, amignoter, amadoner.* Ital. *Lusingare, piacere.* Ger. Schmeichlen/liebkosen. Belg. Bleyen. Hisp. *Halagar o lisongear.* Polon. *Lasie sie, prochlebiu.* Vng. *Hizelkedem.* Ang. *To flatter, to speak faire for to allure, by faire speaking.*] Cic. de Amic. Qui adversario assentatur, & litigare se simulans, blanditur. Idem pro Flacco: Cur matri bläditur? cur epistolis & matris & sororis imbecillitate aucupatur? ¶ Refertur & ad sensus interiores, pro eo quod est placeo, arrideo, animum vel affectum titillo. Cic. 4. Acad. Vide quàm suaviter voluptas sensibus blandiatur. ¶ Blandior calamitatibus meis, dixit Quint. pro eo, quod est mitigo, lenio calamitates, vel æquo in calamitatibus me animo gero.

Blandītŭs, us, ui, m. q. Ipse blandiendi actus, sive blanditiæ, & quædam quasi illecebræ sensum titillätes. [חלקת chelkath. κολακεία, θωπεία. Gall. *Blandissement, flaterie.* Ital. *Il lusingare.* Germ. Das schmeichlen/liebkosen. Hispan. *Lisonja o halago.* Pol. *Lasienie.* Vng. *Hizelkedés.* Angl. *Flattering, faire speaking.*] Lucret. lib. 2: Vt res per Veneris blanditum secla propagent.

Blandītŭs, a, um, particip. à verbo Blandior. Plin. lib. 10. cap. 23: Hanc principio bläditā peregrinatione avidè profectum, pœnitentiā in volatu cum labore scilicet subit. Vbi blanditam peregrinationem dixit, pro gratā, jucundā, quæq; principio adblandiebatur & arridebat.

Blandŭs, adject. Placidus & comis in sermone, & hilaris. [חלק chalak. χαρίεις, εὐπροσήγορος. Gall. *Plaisant, attrayant, courtois, gratieux, doux en parler.* Ital. *Piacevole.* Germ. Lieblich mit red/ wols gesprächt/fruntlich. Belg. Soet/lieflijck van sprake. Hispan. *Cosa blanda o halagueña.* Pol *Lagodni wmowie wdzięczny.* Vng. *Nyaias hizelkeđó.* Ang *Faire speaking and plesant.*] Cicero ad Attic. Scis me minimè esse blandum. Terent. in Hecyr. At tu ecastor morem antiquum obtines, Vt unus hominum homo te vivat nūquam quisquam blandior. ¶ Blandus amicus, cui opponitur Verus. Cic. de Amicit. Secerni autem blandus amicus à vero, & internosci tàm potest adhibitā diligentiā, quàm omnia fucata & simulata à synceris atq; veris.

Blandŭlŭs, a, um, diminutivum ab adjectivo Blandus.

Blandē, adverb. [ἡδέως, μαλθακῶς. Gall. *Doucement, gratieusement, courtoisement.* Ital. *Piacevolmente.* Germ. Lieblichen/freundtlicher weyß. Hispan. *Lisonjera, o halagueñamente.* Polon. *Wdzięcznie, lagodnie.* Vng. *Nyaiassan, hizelkedue.* Angl. *Plesantlie, with faire wordes.*] Cic. ad Attic. Sed amabo te, mi Attice: vidésne quàm blandè? Idem pro Cluent. Tum appellat hilari vultu hominem Bulbus, ut blandissimè potest.

Blandĭter, Idem quod blandè. Plaut. Pseud. Magis cogito, sævitèr, blanditérne alloquar.

Blandĭcŭlŭs, & Blandicellus. [Pol. *Lagodniczek.* Vngar. *Nyaiasocska, hizelkedecske.* Ang. *That speaketh somewhat plesantlie.*] Diminutiva sunt à Blandus: sicut ab eo quod est Mollis, fit Molliculus & Mollicellos. Nam Blandicus & Mollicus (à quibus nonnulli hæc trahi voluerunt) Latinæ linguæ perîsse non agnoscunt. Inde Blandicella verba, apud Festum.

Blandĭdĭcŭs, Qui blandè loquitur. [חלק chalak. χαριεπής. Gall. *Parlant doucement.* Ital. *Chi da belle parolle.* Germ. Der liebliche und glatte wort gibt. Hispan. *El que habla con lisonja.* Polo *Lagodnie mowiący.* Vngar. *Hizelkedö beszedü.* Ang. *That speaketh sweetlie.*] Plaut. Pœnul. Nunc mihi blandidicus es: heri in tergo meo tres facilè corios contrivisti bubulos.

Blandĭfĭco, Blandum facio, *blandio.* Perottus.

Blandĭlŏquŭs, m. f. Blanda verba loquens, ad voluntatem dicens: [חלק chalak, χαριεπής. Gall. *Beau parleur, parlant doucement.* Ital. *Lusinghiere.* German. Ein liebkoser/der seine süsse und liebliche wort braucht. Hispan. *El qui habla lisonjas, o halagos.* Polon. *Gladkomowiący.* Vng. *Hizelkedö szeru.* Ang. *A faire and plesant speaker.*] ut, Vox blandiloqua. Senec. in Agam. Quid voce blandiloquā mala consilia dictas?

Blandĭlŏquēns, Idem Macrob. 2. Satur. Submissa placidè blandiloquens oratio.

Blandĭlŏquentŭlŭs, Diminutivum, *ἀνασιμολόγος.* Plaut. Trinum.

Blandĭlŏquentĭă, tiæ, f.p. [חלקת chelkath. χαριλογία. Gall. *Doux langage, beau parler, papelardise.* Ital. *Parlar piacevole & gratioso.* Germ. Ein liebliche/süsse oder angeneme red. Hispan. *Hablar de lisonjas.* Pol. *Słodka y wdzięczna mowa.* Vng. *Hizelkedes.* Ang. *Flattering, faire speaking.*] Cic. 3. de Nat. deor. Nam & ego illis supplicarem tantā blandiloquentiā.

Blandĭmentum, ti, n. f Idem quod blanditia. Oblectamentum, illecebræ, χαριλογία, θωπεία. Cic. pro Cælio: Multa enim blandimenta nobis natura ipsa genuit. [Germ. Liebkosung/schmeichlung. Vng. *Hizelkedés.*]

Blandĭtĭă, æ, fp. & Blanditiæ, tiarum, Adulatio, illecebræ. [חלקות chalakoth חלקלקות chalaklakkoth. χαριλογία, θωπεία. Gall. *Flaterie, blandissements.* Ital. *Carezze, lusinghe.* German. Schmeichlende Red. Belg. Bleyinghe. Hispan. *Lisonjas, o halagos.* Polon. *Pochlebstwo.* Vngar. *Hizelkedés.* Ang. *Flatterie, intysements.*] Plaut. in Bacch. Viscus merus vestra & blanditia. Cicero pro Planc. Facilis est illa occursatio, & blanditia popularis: aspicitur, non attrectatur. Idem primo de Finib. Blanditiis præsentium voluptatum deliniti atq; corrupti.

Blapsĭgŏnĭă, βλαψιγονία, quasi prolis detrimentum. [Polon. *Chibienie przymnożenia.*] Quum apes morbo, ignaviā, aut infœcunditate naturali fœtum non peragunt. Plin. lib. 11. cap. 19. A βλάπτω noceo, & γόνος fœtus sive proles.

Blasphēmĭă, f.p. Execratio, maledictio, vituperatio, convitium, & quasi nocens dictum, sacrilegia infamatio, vel obtrectatio nefaria. Budæus. [נאצה neatsah גדופה giddúph. βλασφημία. Gall. *Blasphème.* Ital. *Bestemmia.* German. Ein lesterung. Hispan. *Maldicion, maldezimiento.* Polo. *Bluźnierstwo.* Vngar. *Káromlás.* Angl. *Blasphemie.*]

Blasphēmo, as, act.p. Significat execror, maledico, & verbis calumniam infero, ac dignitati honoriq; alterius derogo. [גדף nitts גדף ghiddeph. βλασφημέω. Gall. *Blasphemer.* Ital. *Bestemmiare.* German. Lestern. Hisp. *Maldezir, mal agorar.* Pol. *Cześć ubliżam.* Vng. *Káromlok.* Ang. *To blaspheme.*]

Blătĕro, as, n.p. & Blatio, is, q. [פטפט siphsiph. μωρολογέω, βατταλογέω. Gall. *Babiller, parler mal, begue*[illegible]. Ital. *Parlare sciocamente, cianciare.* German. Plaudern/schwetzen/unnütze und unfletige Reden treiben. Belg. Snateren. Hispan. *Hablar vana y neciamente.* Polon. *Bleguie: wiele ieżikiem.* Vng. *Helytelenül tsácsogok, mód nélkül szolok.* Angl. *To blable, to stammer in speach.*] Veteres dicebant pro inconditè & inaniter loqui: ut sunt, qui extra propositum loquuntur, vel verba immoderata emittunt, & quorum lingua (ut ait Gell. lib. 1. cap. 15.) tam prodiga, infrænisq; sit, ut fluat semper & æstuet colluvionem verborum teterrimā. Hoc hominum genus Locutuleios, & Blaterones, & linguaces Latini dixerunt. Plaut. in Amphit. Qui malùm, intelligere quisquam potis est, ita nugas blatis? Idem in Aulul. Vbi tu es, quæ blateravisti jam vicinis omnibus, me meæ filiæ daturum dotem? ¶ Sunt autem factitia verba, à camelorum voce tracta, qui quum vocem edunt, blaterare dicuntur. Quidam tamen à Græco deducunt, apud quos βλὰξ dicitur, qui se inaniter jactat, quapropter c, literam addentes, blacteronem & blacterare existimant scribendum. Ovid. de Philomelā (si tamen credamus hoc carmen esse Ovidii) produxit: Blacterat hinc aries, & pia balat ovis. Horat in Serm. fine c, & primā correptā: Audit quum magno blateras clamore, furisq;.

Blătĕro, onis, m.t. Homo immoderatæ loquacitatis, & jactantiæ: à blaterando dictus. [פטפטן metaphsiph. βλάξ. Gall. *Babillart, bavard, languart.* Ital. *Cicalone, ciarlone.* German. Ein plauderer/ein klapperman. Hispan. *Hablador, parlero y mentiroso.* Polon. *Mieligeba, blegot.* Vngar. *Tsátsogo, fecsegö.* Angl. *A babler.*] Gell. lib. 3. cap. 15: Nec minus insigniter veteres quoque nostri, hoc genus homines in verba proiectos, loquutuleios, & blaterones, & linguaces dixerunt.

Blătĕrātŭs, inaniter effutitus. [Vngar. *Kifecsegett, tsátsogatott.*] Ap. in Apo. Quæ & si possent ab his utiliter blaterata ob mercedem, & auctoramenta impudentiæ deprehensa haberi.

Blattă, f.p. Vermis qui alvearia lædit: à βλάπτω, noceo. [עש sa, עש hásch, σής. Gall *Vermine, comme cloportes & semblables qu* rongent.

rongent les fueres & habillements. Ital. *Tarma.* German. Ein schaben/ oder ein klein würmlin/oder mögtin. Belg. Motte/schieter. Hispan. *Polilla.* Polon. *Mol vlowy, motil.* Vngar. *Moly.* Ang. *A mothe, a worme that eateth clothes or bookes.*] Colum. lib. 10. appellat Lucifugas blattas. Martial. tamen posuit pro verme, libros & vestes rodente. Constrictos (*inquit,*) nisi das mihi libellos, Admittam tineas, trucesq; blattas. Horat. in Ser. cui stragula vestis Blattarum ac tinearum epulæ putrescit in arcâ. ¶ Blatta etiam ponitur pro Purpurâ. Sidon. in Paneg. Pontus castoria, blattam Tyrus, æra Corinthus. ¶ Blattam recentiores scriptores vermiculum Bombycem intellexerunt, cujus textu vestes sericæ conficerentur: unde Blattea vestis, & Blatteum paludamentum, apud Lampridium, Capitolinumque, pro serico & pretioso: vel (ut Paulus Aegineta) pro purpurâ: quoniam Indicum conchylium vulgò *Blatta* dicitur. Sic Cassiodorus in Epistolis Blatteum, pro purpureo, cepit: Chamæleon (*inquiens*) modò prasinâ, modò cyaneâ, modò Blatteâ varietate se commutat. ¶ Eutropius scribit Neronem solitum piscari reti aureo blatteis funibus annexo: quum ab Orosio dicatur, purpureis. ¶ A quo colore Blatta etiam frumentum dicitur, quòd rubidum fit, sementi accômodatius, in purpuram declinans. ¶ Blattæ lucifugæ Virgilii, nigra animalia sunt scrabeis vel gryllis simillima, velocia, quæ interdiu delitescunt. Græci σίλφας vocant, nuncque vulgò σφάδι ψέμι, (qua voce & monachos) sed ignominiosè Galli *Caphars:* Itali *Piattole* vocant. Hæc est σίλφη ἐργαστηρίων Dioscoridis.

Blattārĭŭs, adject. Seneca Epist. 57: At nûc blattaria vocant balnea, si qua nõ ita aperta sunt, ut totius diei solem fenestris amplissimis recipiant.

Blattērĭă, Herba est verbasco similis, foliis minùs cãdidis, cauliculis pluribus, flore luteo: hæc abjecta, blattas in se contrahit: unde & nomen accepit. Plin. lib. 25 cap. 9. [Germ. Ein kraut dem weissen wullkraut gleich.]

Blattĕŭs, a. um. Purpureus [πορφύρεος. Gall. *Rouge, vermeil.* Ital. *Rosso.* Germ. Purpurfarb. Hisp. *Roxo ò vermejo.* Polon. *Szarlatnej farby.* Vng *Piros fzinû, bars-on fzinû.* Ang. *Purple coloured, redde.*] Eutropius in Nerone: Nero incitatâ luxuriâ fuit, ut qui exemplo Caligulæ frigidis & calidis lavaretur unguentis, hamis aureis argenteisque piscaretur, quæ blatteis funibus extrahebantur. Sueton. vocat purpureos: Piscatus est (*inquit*) reti aurato, purpurâ, coccoque funibus nexis. Orosius: Luxuriæ, *inquit,* tàm effrænatæ fuit Nero, ut retibus aureis piscaretur, quæ purpureis funibus extrahebantur.

Blăx. com. t. Stolidus, mollis, delicatus, lascivus, qui nescit res discernere, & qui se inaniter jactat, Festus. [פרחח, *arhach*, βλάξ. Gall. *Luxurieux, delicat.* Ital. *Troppo delicato, pazzo.* Germ. Ein thor/düppel/unflat. Hispan. *Luxurioso, deficato, Bovo.* Polon. *Kochanek, glupi, szczebiot, delicak sik.* Vng. *Balyokás, bolond kérkèdò.* Ang. *Foolish, luxurious, delicat.*]

Blēchnōn, βλῆχνον Dioscor. Herba est notissima, quam Græci πτερίδα, Latini filicem appellant. [Polon. *Paproc.* Ang. *A brake or ferne.*] Vide Plinium libro 27. cap. 9.

Blēchōn, [βλήχων. Pol. *Szrasz twa piero.* Ang. Wilde penirial.] Plinio, Sylvestre est pulegium, simile origano, minoribus foliis quàm sativum: quod à pecore gustatum balatum excitat: unde etiam literæ unius commutatione βλήχων appellatum est ἀπὸ τῦ γλήχων. sic enim Græci pulegium vocant. Vide Plin. libro 20. cap. 14.

Blēnnōs, Stultum esse Plautus in Bacchid. indicat, qui ait: Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones. [Pol. *Blegus.* Vng. *Bolond.*] Festus.

Blĕphăro, [βλεφαρώδης. Polon. *Kosmatich brwy, wielkobrwy.* Vng. *Nagy fsemöldökü.* Angl. *That hath great eye liddes.*] Dicitur superciliosus homo, qui habet supercilia magna. Plaut. in Amphit. Raptant pro mœchis: Blepharo captus arbiter.

Blĕsi, [Pol. *Szpotami.*] Quibus extrorsum sunt crura, sicut vari, quibus introrsum sunt, autor Paul.

Blēsus, seu Blæsus est, qui literam aliquam exprimere non potest, eamque non quamlibet, sed certam. [Pol. *Iskos.* Vngar. *Selyp, pelyp.*]

Bletes. Species calceamenti dicta, quòd pedes offendat.

Blētrā, βλέτρα, appellare solent Græci, offendentia præsertim pedes.

Bletrus, Herba, vide BLECHNON.

Blitum, vel Blitus, vel Bletum, differenter dicitur Græcè & Latiné. Erumpit ocyssimè bliti semen, ut betæ corticeum, copiosum racemosumque à triplici radice, non unâ crassâ in tectum tendente, ut betha & lapathon, & maxima pars olerum, sed continuâ, multiplici, ac prolixâ, insipidum & sine acrimoniâ: duorum generum habetur, rubrum & candidum. Nullum in morbis aut sanitate usum habet, in aliquibus tamen locis, vulgari plebeculæ edendo est.

Blitum, n. s. [βλίτον. Dioscoridi, βλίτος. Suidæ. Gall. *Blete.* Ital *Biedoni, blito.* German. Ein gattung kôl oder mangolt/wächst am Bach. Belg. Maier. Hispan. *Bredos.* Polon. *Lobioda.* Vngar. *Keszeg part.* Ang. *The herbe spinach*] Olus est betæ foliis, teste Hermolao, iners, nulliusq; saporis aut acrimoniæ. ¶ Inde Blitum dicitur, quod vile est & nullius pretii. Vnde apud Menandrum (teste Plin. lib. 20. cap. 21.) uxores per convitium blitea vocantur à maritis, & apud Plautum in Truc. Meretrix blitea.

B ante O.

B. O. In notis antiquorum Benè, optimè. B N. EM. Bonorum emptores. B. P, Bona possessio, vel bonorũ possessor. B. P. Bona paterna. B. P. C, Bona pecunia. B. P. Bonum publicũ, vel bone paterna, vel bonorum potestas. B. Q. Bona quæsita.

Bŏă, æ. f. p. Serpentis genus est, quod in miram magnitudinem excrescit: ita dictum, quòd lactis bubuli succo primùm alatur. De hac scribit Plin. lib. 8. cap. 14: Faciunt his fidem in Italiâ appellatæ boæ, in tantam magnitudinem exeuntes, ut divo Claudio principe, occisæ in Vaticano solidus in alvo spectatus sit infans. Aiuntur primò bubuli lactis succo: unde & nomẽ traxêre. Hæc ille. ¶ Est etiam Boa morbi genus, quum corpore papularum multitudine rubent à fimo bubulo, cujus litu maximè tollitur, ita dictum. Plinius libro 28 capite 18: Boas fimus bubulus abolet: unde & nomen traxêre. Idem libro 24. capite 11: Ebuli folia contrita, & è veteri vino imposita, boam sanant: id est rubentes papulas: creditur hic morbus esse, qui pueros præcipuè infestat, quem *Rubellam* vocant.

Bŏālĭă, Boarius, vide Bos.

Bŏārĭă lāppă, Herba nota, cujus radix è vino pota, articulis mirificè prodest.

Bōcās, inquit Festus Genus piscis: à boando: id est, clamando appellatum. *Hæc ille.* βῶκες (ut ex Speusippo annotavit Hermolaus) sunt leucomænides: hoc est, mænæ candidiores, quas hoc *Gerres* sive *Gerrulos* vocamus.

Bŏēthi, Adjutores. [עוזרים *hozerim*. βοηθοί. Gall. *Qui donnent ayde, secourables.* Ital. *Coadiutori.* Germ. Ein Mithelffer. Hisp. *Los que ayudan, ayudatores.* Pol. *Pomocznicy, podpomocnicy.* Vngar. *Segitö, és segitö.* Ang. *They which aideth or helpeth.*] ἀπὸ τῦ βοηθεῖν: hoc est, ab adjuvando. Vnde scribarum adiutores Boëthi vocantur ab Imperatore in l. Vnicuique. C. de prox. sacr. scrin. Hinc etiam Severinus Boëthius dictus est, non Boëtius, ut vulgò scribitur.

Bŏiæ arum. [κλοιός. German. Ein gattung eysenin oder hôltziner Banden. Polon. *Troky, braice, szablata.* Vngar. *Tfimsér.*] Genus vinculorum tàm lineorum quàm ferreorum: teste Festo, seu torquis damnatorum, quòd quasi iugum in bove fit. Plaut. in Asin. Carceres, numellas, pedicas, boias, tortoresque acerrimos.

Bŏlbĭtŏn. ti, n. s. [פרש *peresch*. βόλβιτον. Gall. *Fiens de bœuf.* Ital *Letame di bove.* German. Rindermist/Kühmist. Hispan. *Estiercol de buey.* Pol *Gnoy wolowy.* Vngar. *Tehen ganë ìözet.* Ang *Oxe dung.*] Græcis fimum significat & propriè bubulum: unde Imbulbitare dictum putat Festus, pro eo, quod est, pueriles stercore inquinare. Plinius libro 28. capite 17: Fimi cervini, maximè subulonis, sed & bubuli, de armentitiis liquor (quidam Bolbiton vocât) cinis, cochleariorum trium in mulsi heminâ bovis fœminæ in mulieribus efficax, & ex altero sexu in viris.

Bŏĭēnĭă, Gemma quæ nimbo invenitur glebæ similitudine. Plin. lib. 37. c. 10.

Bŏlēr. Iovius lib. 3. mortaria vocat. Hæc ejus verba sunt: Galli (*inquit*) post id factum, &c. ad emittenda mortaria sese contulerunt. Ea sunt patuli atq; ingentis oris tormẽta, quæ siliceam pilam trivedalis ambitus in sublime iaciunt, &c.

Bōlētŭs, [βωλίτης. Gall. *Champignon, potiron.* Ital *Fungo.* Germ. Pfifferling. Belg. Eroeilgen/campernoelie/duyvelsbroot. Hispan. *Hongos cogomelos.* Polon. *Rydzik.* Vng. *Vrgëmba*] Aeginetæ genus fungi, inter omnes optimi: de quo abundè Plin. lib. 22. cap. 22 Iuven. Vilibus ancipites fungi ponentur amicis Boletus domino, sed qualem Claudius edit.

Bŏlĭs, idis, f. t. Hasta missilis, jaculum. [βολίς. Gall *Vn flambeau comme vn dard apparoissant en l'air.* Ital. *Dardo.* Germ. Ein schöfslin/ein pfeil. Hisp. *El tiro, que se lança ò embia.* Polon. *Ogien na powietrzu gorzaczy strzala.* Vngar. *Dárda.* Angl *A flamme like a dart appearing in the aire.*] παρὰ τὸ βάλλω, jacio. Ad cujus similitudinem faces quædam igneæ bolides vocantur, quæ in supremâ aëris regione gignuntur. Plin. libro 2. cap. 26: Duo genera earum, lampades vocant, planè faces: alterum bolidas, quales Mutinensibus malis visum est. Distant quòd faces vestigia longa faciunt priore ardente parte: bolis verò perpetua ardens, longiorem trahit limitem. ¶ Bolis. [βολίς. Gall *Vn poids attaché à vne cordelle, qu'on jette en la mer pour sçavoir si on est pres ou loin de la terre, vne sonde.* Ital. *Vn piombo ò peso legato ad vna chorda per tentare & trovare il fondo della aqua.* Germ. Ein bleyklotz an ein schnur gebunden/ mit dem man die tieffe des Meers ergründet. Belg. Grondt oft dieplood. Hisp. *La solda ò fonda para medir el agua.* Pol. *Olowo ny szniwsze samoszony ktorim glebokosci morskiei doswiadczaia.* Vngar. *Vize mérö kötel.* Ang. *The sounding lead, or plommet which is lett downe into the water to trie the grounde.*] etiam est perpendiculum nauticum: hoc est, funis cum plumbeo aut ferreo pondere annexo, quo nautæ maris altitudinem explorant. Ejus meminit Lucas in Act. Apost.

Bolone, vel Bolones, dicebantur à bolis piscium, tabernæ cetariorũ. Donatus in Terent. Cetarii, *inquit,* sunt qui cete: id est, magnos pisces venditãt, & bolones exercent. Turneb. verò reperit in antiquo quodam Lexico, Bolonas disertè explicari μεταπράτας & παλιγκαπήλους: id est, propolas.

Bōlŭs, pen prod. cujusque rei frustum. [פת *path*. βῶλος. Gall. *Vn morceau, vne bouchée.* Ital. *Boccone.* German. Ein stuck von

etnem jeden ding/Mundvol. Belg Montvol/brocke/bete. Hispan. *Pedaco ò parte de lo entero.* Polon. *Babalek, sztuka od kazdey rzeczy.* Vngar. *Darab.(avagy) koncz.* Ang. *A morsell gobbet, or lumpe.*] Vnde Bolum terræ, glebam dicimus: Bolum argenti, massam argenteam. Terent. in Heaut. Crucior bolum tantum mihi ereptum tam subitò è faucibus. Quod dici solet, inquit Erasmus in Chiliad. quoties commoditas, quæ jam propemodum tenebatur, inopinatò præripitur: translatione (ut ait Donatus) ab animalibus sumpta, quibus aufertur præda. ¶ Ne bolus quidem relictus, οὐδ' ἐγκαταλέλειπται, hoc est, nec vel pauxillum. ¶ Tribus bolis. Plaut. in Curc. Si vis tribus bolis, velim chlamydem. Tribus bolis dixit pro, compendio, quasi tribus verbis. Nam bolum Terentius accipere videtur pro eo, quod Greci vocant βλωμόν. Quod autem continuò devoratur, tribus bolis edi dicitur. ¶ Bolus autem penul. brevi, jactum significat, vel rete ipsum piscatorium quod *fundam* vocamus. Plaut. in Rud.- ô Neptune lepide, salve. Nec te aleator ullus est sapientior, profectò Nimis lepidè jecisti bolum, perjurum perdidisti. Verba sunt Trachalionis servi ad Neptunum existimãtis, lenonem naufragio periisse. Perdere autem, perimere & evertere interdum significat: unde jocus resultat. Aleatores enim & piscatores bolum jaciunt. Perdidisti igitur Neptune hominem perditissimum. id est, lenonem maximè perdendum, propterea Neptune aleam pulchrè jecisti, pulcherrimum jactũ fecisti. Hæc ex Budæo in Pand.

Bōlus Armĕnĭă, βῶλος ἀρμενία. Gleba est terræ, quæ invenitur in ea Armeniæ parte, quæ Cappadociæ contermina est, colore ochræ, miram ad desiccandum vim habens. Hæc hodie apud nos admodum rara est inventu. Nã quam Seplasiarii hodie pro bolo Armenia vendũt, aut ex Hispania, aut ex Normãnia advehitur, penè ad rubricam accedens.

Bōmbăx, A veteribus usurpatum est pro adverbio contemnentis, vel negligentis. Plaut. in Pseud. Fur. B. babę. P. fugitive. B. Bombax. C. fraus populi. B. planissimè.

Bōmbŭs, m. f. Sonus tubarum raucus. [המיון hemjáh ,המון hamón. βόμβος. Gall *Son de trompette qui n'est cler, ou bourdonnement de mousches à miel.* Ital. *Ribumba.* Germ. Der bemb/oder das brummen einer Trommeten oder der Immen. Belg. Ghebommel der Bijen. Hispan. *Zumbido, ò sonido ronco.* Polon. *Huk od traby, albo trabienie.* Vng. *Zengès, zeges, bongès.* Ang. *The sowne of a trompet, humming of bees.*] Vox tracta ab ipso sonitu, sicut mugitus boum. Persius. Torva Mimalloneis implerunt cornua bombis. ¶ Est etiam bombus, sonus apum.

Bōmbĭlo, as. n. p. Bombum facio, Bombum emitto. [המה hamáh. βομβέω. Gall. *Bourdonner ou bruire comme font les mousches à miel.* Ital. *Ribumbare.* German. Rauschen oder brummen wie die Immen. Hispan. *Zumbar como las abejas.* Polon. *Dzwiek pczelny, brzek.* Vngar. *Zengők, zengők, bongok.* Angl. *To humme like a bee.*] Auctor carminis de Philomela: Bombilat ore legens munera mellis apis.

Bōmbĭlātĭo, f. t. Sonus apum. [Angl. *Humming of bees.*]

Bōmbȳlĭus. [βομβύλιος. Pol. *Bak.* Vng. *Dongo méh, dongo bogár.* Ang. *A drone or humming kinde of bee.*] Apis quoddam genus obstreperum, à Bombo, quem edit, appellatum: ingens, sed ad mellificium inutile: favos sibi nectit è luto. Hinc proverbiali figura, Homo bombylus, βομβύλιος ἄνθρωπος, dicitur verbosus, multique strepitus, cæterùm inutilis.

Bombylis, Vermis genus est, ex quo necydalus, & deinde bombyx procreatur. Plin. lib. 11. cap. 22: Est & alia bombycum origo è grandiori vermiculo, gemina protendens sui generis cornua. Hi erucæ sunt. Fit deinde, quod vocatur Bombylis, ex ea necydalus, ex hoc in sex mensibus Bombyces.

Bōmbȳx, [βόμβυξ. Gall. *Ver à soye.* Ital. *Verme dá far la seta, bigatto* Germ. Ein Seydenwurm. Belg. Sydenworm. Hisp. *Gusano della seda ya perfecto.* Polon. *Iedwabny robak.* Vng *Selyem szaró bogár.* Angl. *The silke worme.*] per y, Vermis genus est similis erucę, qui apud Indiam, Aethiopiam, & Seroes in aranearũ morem tenuissima fila ducit ad vestem faciendam. Primùm bombylis, deinde necydalus, demum bombyx appellatus: De hoc Aristoteles & Plinius ferè idem tradunt. ¶ In sex mensibus bombyces telas araneorum mundè texunt, ad vestem luxúmque fœminarum, quæ bombycina appellantur. Primò eas in filum torquere, & rursus texere invenit mulier Pamphila Latoi filia.

Bōmbȳcĭnă, orum, n. s. βομβύκινα, Vestes sunt tenuissimę ex bõbyce confectæ. Mart. Fœmineum lucet sic per bombycina corpus. [Vng. *Selyem ruha.*]

Bōmbȳcĭnŭs, a, um. [βομβύκινος. Gall. *Faict de soye de vers.* Ital. *Fatto di seta.* German. Seydenwaar/seydenwerck / was auß der Würm seyden gemacht ist. Hispan. *Cosa de seda ò de sirgo.* Pol. *Iedwabna szata, albo axamitna.* Vngar. *Selyemből valo.* Ang. *Made of silke.*] Quod ex bombyce est confectum: ut Panniculus bõbycinus, apud Iuven. Sat. 6: -quarum Delicias & panniculus bombycinus urit.

Bōmōlŏchŭs, [βωμολόχος. Polon. *Sztukarz, moczigeba, smiech.* Vngar. *Lsalfabiro.* Angl. *A sawcie scoffer, a flattering jester.*] Dictus est apud Græcos, qui facilis, atq; idem humilis, omnia lucris gratia perfert jocando, cavillandoque, quales apud nos Scurræ appellantur, qui ut sumptuosioribus cœnis intersint, à nullo scurrilitatis genere se continent ¶ Sed propriè qui alteri insidiantur, ut furentur oblata, quasi ἐπὶ τὸν βωμὸν λοχῶντες. Vide Cæl. Rhodig. Antiq. lect. lib. 19. cap. 6.

Bona caduca, Bona dea, Bonæ fidei possessor, Bonæ frugi hominem, Bona hæreditaria, Bona venia, Boni consulere, vide BONUS.

Bonariam, (Cæsar, μαλακίαν, malaciam) maris tranquillitatem, vulgus mali ominis vitandi gratiã nominat, cùm fluctus quiescunt.

Bonāsŭs, βόνασος, Fera est, quæ, ut scribit Aristoteles, in monte Mesapo, qui Pæoniæ ac Mœsię limes est, invenitur, cujus meminit & Plinius libro 8. c. 15: Habet caput taurinum, corpus verò & jubas equi: latiore tamen corpore est quàm bos, sed pilo molliore, quàm juba equina, & compositiore, color pili totius corporis flavus, juba prolixa, & ad oculos usque demissa. Cornua adunca, multo flexu in se recurvata, & pugnæ inutilia gerit, magnitudine palmari: vocem similem bovi emittit: caret superiore dentium ordine, crura hirsuta habet, & pedes bisulcos: Ab Aeliano Monops appellatur. Meminit ejus & Solinus, qui circa Lydiam & Phrygiam bonasum nasci tradit.

Bŏnŭs, na, num, cui opponitur Malus. [טוב tob. ἀγαθός. Gall. *Bon.* Ital. *Buono.* Germ. Gut. Belg. Goet. Hisp. *Cosa buena generalmente.* Polon. *Dobry.* Vng. *Io.* Angl. *Good.*] Cic. 2. Offic. Vir bonus innumerabilibus officiis & laudibus continetur. ¶ Bonum absolutè à Philosophis appellatur, quod sui causa expetitur. Vnde Aristot. τἀγαθόν: hoc est, bonum appetitus sensitivi objectũ facit. Idq; duplex est, Verum, & Apparẽs. Voluptas enim corporis tanquam bonũ expetitur, non quòd reverã bonum sit, sed quòd ejusmodi appareat. Summum autem bonum appellabant, quod esset rerum omnium expetendarum extremum: quod Stoici in vita naturæ cõvenientia, Epicurei in animi voluptate, sive indolẽtia, Cyrenaici in voluptate corporis, alii aliis in rebus collocabant. Peripatetici triplicia cõstituunt bona: Animi, Corporis, & Fortunę. Quò fit, ut opes, & facultates à nostris etiã Bona, ὄντα, χρήματα appellentur. Cic. pro Cecin. Ad incertũ revocari bona, fortunas, possessionesq; omnium. Idem in Topicis: Mulier, cui vir bonorum suorũ usumfructũ legavit. ¶ Bonũ item dicitur, quod exequitur officiũ suum, quodq; actiones suas probè obit. Hinc si virum bonum dicimus, intelligimus probum: si bonum militem, fortem: si bonũ Imperatorem, prudentem: si bonum Grãmaticum, literatum: si bonũ Oratorem, facundum: si bonum judicem, justum. Sic econtrariò, Malum, generale est nomen, & turpia simul, & detrimẽtosa complectens. Vnde malum virum dicimus flagitiosum: malum militem, imbellem: & sic de reliquis. ¶ Aliquando Bonum sumitur pro Bonitate, & humanitate. [Pol. *Dobrotliwosc.*] ut quũ dicimus, Ex æquo & bono judicare. ¶ Aliquando pro Magno. Salustius: Bona pars militum inde discesserat ¶ Aliquando pro non vili, quia (ut Donatus ait) boni nõ sunt viles. [Pol. *Nie podl.*] Terent. in Phorm. Illam civem esse Atticam bonam, bonis prognatam. ¶ Aliquando pro Vtili: ut bonum est pecuniæ parcere. ¶ Item pro Otio & quiete: sicut Malũ pro labore. Seneca: Delicatus & bono semper assuetus. ¶ Item pro miti, & favente. Statius: - tu corda parumper Huc adverte libens, atq; has bonus accipe voces. ¶ Item pro pulchro, Vnde forma bona, apud Terent. in Andr. ¶ Item pro apto & idoneo. Virgil. 2. Georg. - & bona bello Cornus. ¶ Item pro docto. [Pol. *Uczony.*] Horatius: Quandoq; bonus dormitat Homerus. ¶ Bona caduca, In jure civili dicuntur ea, quæ deficiente eo, cui jure civili debebantur, in alium ceciderunt: veluti quũ lex Papia Poppæa jubet, ut quæ ad orbos ex testamentis perveniunt, eorum pars decima fisco attribueretur. ¶ Bona dea, quã veteres Faunam, sive Fatuam, sive Sentã dixêre, ἀγαθὴ θεός. Hãc Varro scripsit tantæ pudicitiæ fuisse, ut nemo illam dum vixit, præter virum, mas viderit, nec nomen ejus audierit, propter quod illi in operto mulieres sacrificabant, & Bonã deam appellabant. Vide Alexand. ab Alexand. lib. 6. cap. 8. ¶ Bonæ fidei possessor, Esse videtur, qui rem possidet non suam, quam tamẽ suam esse putat, & eum qui vendidit, jus vendendi habuisse, putã procuratorem, aut tutorem fuisse, καλόπιστος κάτοχος. Contrà verò Malę fidei possessorem dicimus, qui nec rem suam possidet, & eam scit suam non esse. ¶ Bona fides, ἀπλότης, χρηστότης: & bona fide, ἀπροφασίστως. ¶ Bonæ frugi hominem dicimus, cum laude: hoc est, utilem & bonũ, χρηστόν, Apul. lib. 4: Statui jam dolis abjectis asinum me bonæ frugi dominis exhibere. Hæc loquendi formula vetus admodum videtur, & penè obsoleta: frequentiùs tamen apud Plautum & veteres Iurisconsultos occurrit, quàm ut librariorũ culpæ debeat asscribi. Illud tamen dubium non est, usitatiùs dici Bonæ frugis hominẽ, quàm Bonæ frugi. Ad bonã frugem redire: hoc est, ad bonos mores, probitatẽq;. Reliqua vide infrà in dictione FRUGI. ¶ Bona hereditaria, quæ hereditate veniunt. κλῆρος. ¶ Bonã veniã, dicimus, quod est sine irã, sine indignatione. ἐπιεικῶς. Terent. in Phorm. Adolescens, primùm abs te bonã veniã peto. ¶ Boni consulere: hoc est, Benè statuere, in bonam partem, ut ajunt, accipere. [ἀγαπητῶς. Gall. *Prendre en bonne part.* Ital. *Pigliare in buona parte.* Germ. Für gut auffnemmen Hisp. *Tómar in buena parte* Pol. *Zadobri prziia.* Vng *Iónemen venni só végre magyarázni.* Ang. *To take in good part.*] ¶ Boni ad bonorum cõvivia ultrò accedunt, Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασι: id est, Sponte bonis mos est convivia adire bonorũ. Hexameter proverbialis, tunc usurpãdus, ubi vir bonus fiducia virtutis & amicitiæ, quę generalis

intec

inter manceis probos intercedit, ad sui similem accedit, nõ expectatis vulgaribus istis invitatiunculis.¶ Bona Cilicum, ἀγαθὰ Κιλίκων: subaudiendum, facit aut habet. Convenit; ubi quis malefactis ac fœdis artibus sibi paravit opes. Huic adagio locum fecit Cilicon quidam, natione Milesius, qui prodita Priensibus Mileto patriâ, ampliter quidem sed fœdè ditatus est. Is, quum, proditioně moliens, rogaretur, quidnam esset facturus respondit: πάντ᾽ ἀγαθά: id est, omnia bona.¶ Ego ex bono in bonũ traductus sum, ἐγὼ μὲν ἐκ τοῦ καλοῦ εἰς καλὸν μετελήλυθα. Suidas indicat dici solitum de iis, qui bonum institutum bono cõmutant. Innuit autem natum à quodam, qui ex bono citharœdo factus sit poëta tragicus. Bonũ malum fit, tempore haud datum suo, καιροῦ τὸ καλὸν ἐὰν μὴ καιρῷ τύχῃ. Nihil gratum quod intempestivum. Pharmacum in tempore datum saluti est: secus datum, mortem affert.¶ Bonorum myrmecia, ἀγαθῶν μυρμηκία. De immensis opibus. Nam myrmecia, Græcè significat cavernam, aut agmen formicarum. ¶ Eodem sensu dicimus, Bona terræ, τὰ τῆς γῆς ἀγαθά, de bonis & immensis & omnigenis: quasi dicas, quidquid terra progignit, omnium rerum parens.

Mĕlĭŏr, & hoc melius. Comparativum à Bonus. [ὁ καὶ ἀμείνων, κρείττων, βελτίων, & τὸ ἄμεινον, κρεῖττον, βέλτιον. Gall. *Meilleur.* Ital. *Megliore.* Hispan. *Mejor.* Polon. *Lepszy.* Vng. *Iob.* Ang. *Better.*] Cicer. Attic. Hircium per me meliorem fieri volunt. Idem pro Flac. Phrygem plagis fieri meliorem. Idem de Arusp. Meliore loco esse, Deteriore statu esse, contraria.

Mĕlĭuscŭlŭs, Diminutivum. Colum. lib. 9. cap. 3: Alias magis exiguas, nec tam rotundas, sed obesas tamen & latas coloris meliusculi: De opibus. Plaut. Capt. Rem tuam facies ex malâ meliusculam.

Mĕlĭuscŭlē, adverb. Cic. ad Tironem lib. 6. 1, quem, quum meliusculè tibi esset, ad me mitteres. Idem Att. li. 4: Casu enim trinas antè legeram, quibus meliusculè Lentulo esse, scriptũ erat.

Mĕlĭōro, are, Meliorem reddere: [Pol. *Poprawiam.* Vnga. *Meg iavitom, meg iobbitom.* Ang. *To make better.*] ut Meliorare agrum: id est, quemadmodum Cicero loquitur, stercorare, & meliorare proprietatem. Vlpian. L. 13. D. de usufruct. Siquidem usufructuario permittitur meliorare proprietatem.

Mĕlĭōresco, is, Melior fio. [βελτιοῦμαι. Gall. *Devenir meilleur.* Ital. *Divenir megliore.* Germ. Besser werden/sich besseren. Hispan. *Mejorarse.* Polon. *Poprawiam sie.* Vngar. *Meg iobbulok.* Angl. *To waxe better.*] Colum. lib. 2. cap. 10: Napus devexam amat & siccam, tenuique propiorem terram, atque sabulosis, glareosisque arvis melioresceit.

O͞ptĭmŭs, superlativum est à Bonus. [מיטב טוב *tob metdb.* ἄριστος, κράτιστος, βέλτιστος. Gall. *Tresbon.* Ital. *Ottimo, perfetto.* German. Der aller best. Hispan. *Muy mucho bueno, perfetto.* Polon. *Naylepszy.* Vng. *Földöse igön io, leg iob.* Angl. *Best of all.*] Optimo jure prædia esse dicuntur, quæ immunia prorsus sunt: id est, ut nunc loquuntur, allodialia. Cicer. de Leg. Agr. Optimo enim jure ea sunt profectò prædia, quæ optimâ conditione sunt. Quint. in Prœm. lib. 1: Optima facere quàm promittere maluerit.¶ Optimus Maximus, Iovis titulus. Cic. 2. de Nat. deor. Sed ipse Iupiter: id est, juvans pater, quem cõversis casibus appellamus à juvando, Iovem, à poëtis pater divûmque hominumq; dicitur: à majoribus autem nostris, optimus maximus: & quidem antè optimus: id est, beneficentissimus, quàm maximus: quia majus est, certeq; gratius prodesse omnibus, quàm opes magnas habere.

O͞ptĭmē, adverbiũ. [היטיב *heteb.* ἄριστα, κάλλιστα, βέλτιστα, πάνυ εὖ. Gall. *Tresbien.* Ital. *Ottimamente.* German Gar wol/zu dem aller besten. Hispan. *Muy bien.* Polon. Wybornie, nalepiei. Vngar. *Igen iol.* Angl. *Best, very well.*] Cicer. ad Quint. Frat. Si perficiunt optimè, si minùs, &c. Idem Epist. Famil. Sed hæc tu meliùs vel optimè omnis.¶ Ponitur aliquando pro Opportunè. Terent. in Eunuch. Adest optimè frater.

O͞ptĭmĭtās, atis, f. t. Vtilitas, commodum. [מיטב *metdb.* ὠφέλεια. Gall. *Vtilité, commodité.* Ital *Vtilità, commodo* Germ. Nutzbarkeit/tauglichkeit. Hispan. *Provecho.* Polon. *Zisk.* Vngar. *Iováág, haszon.* Angl. *Profite, vtilite.*] Plaut. Naximas optimitates, gaudioq; opportunissimas Suis heris illè unà mecum pariet.

O͞ptĭmās, hujus optimatis, com. gen. Princeps in civitate, vir primarius, cui cõtrarium Popularis. [נשיא *nasi.* οἱ ἄριστοι, οἱ ἐν τέλει ἀρχοντες, οἱ καλοὶ κἀγαθοί. Gall. *Les principaux d' vne communauté, les plus nobles personnages.* Ital. *Primai, nobili.* German Der fürnembst/ fürnembst/oberst. Hispan. *Hombres buenos y nobles.* Polon. *Naprzedniejszy, naiwiszy.* Vng. *Fö ember.* Ang. *Chiefe and principall man of citie.*] Optimates dicuntur, ut ait Perottus, qui primum in civitate locum tenẽt: vel quòd opulẽtiores sunt, & in majori censu, vel quòd in primis opem ferre possunt oppressis. Cic. pro Sest. Duo genera semper in hac civitate fuerunt eorum, qui versari in Repub. atque in eâ se excellentiùs gerere studuerunt: quibus ex generibus alteri se populares, alteri optimates & haberi & esse voluerunt. Qui ea, quę faciebant, quęque dicebant, multitudini jucunda volebant esse, populares. Qui autem ità se gerebant, ut sua consilia optimo cuiq; probarentur, optimates habebantur. Ibidem. Omnes optimates sunt qui neq; nocentes sunt, nec naturâ improbi, nec furiosi, nec malis domesticis impediti. Priscian. l. 5: Optimates sunt, qui defendunt Senatores: populares, qui defendunt populum. Cic. Attic. lib. 10. Vide ne dum pudet te parùm optimatem esse, parùm diligenter, quod optimum sit, eligas.¶ Optimates matronæ. Cic. ad Trebat. l. 7.

Bĕllŭs, a, um, per duplex l, diminutivum est à Bonus. [יפה *jepheh.* εὐμορφος. Gall. *Bon, beau, gentil, honeste.* Ital. *Bello, buono.* Germ. Gut/fein/lieblich. Hisp. *Bello y bueno.* Polon *Nadobni, roskoszny, sliczny.* Vngar. *Iotska.* Ang. *Good, faire, beautifull, honest.*] Varro: Ita cum eis bellum geras, ut bella omnia domum auferas: id est, bona omnia. Idem: Venio nunc ad ultimum testamentum, quod dicitur physicum, in quo Græci belliores, quàm Romani nostri.¶ Et quoniam bonum, quandoque pulchrum significat (ut apud Terentium: Formâ bonâ fortasse) Bellum quoq; pro pulchro accipitur: ut Bellus puer, Bella puella, Bellum corpus. Martial. Bella es, novimus, & puella: verum est. Hinc belli homines aliquando boni & prudentes: aliquando formosi atque elegantes, & festivi dicuntur.

Bĕllĭŏr, comparativum, de quo paulò antè citavimus ex Varrone testimonium. [εὐμορφότερος. Pol. *Sudnieiszi.* Vng. *Iob.* Angl. *More gallant, or gaye.*]

Bĕllĭssĭmŭs, superlativum, Idem significans, quod Optimus, vel pulcherrimus. [εὐμορφότατος. Polon. *Napieknieisze.* Vngar. *Földöse igen io.* Ang. *Most gallant.*] Terent. Adelph. Ego jam prospiciam mihi, atque unumquodque, quod erit bellissimum, Carpam.

Bĕllārŭlŭs, a, um, Vocabulum blandientis ejusdem significantię cum Bellulus. Plautus: Cur ergo non imus cubitum bella bellatula?

Bĕllŭlŭs, a, um, Diminutivum formatum à Bellus. Pulchellus. [εὐμορφος ὢν μικρός. Gall. *Ioliet, tout gentil.* Ital. *Bellino.* Germa. Ein klein hübsch/fein/holdselig. Hispan. *Bello vn poco.* Polon. *Sliczniuchny, mieluchny.* Vngar. *Iotska.* Ang *Gallant or gaye.*] Plaut. in Milit. Aedepol equidem bellulá es. A quo adverbium Bellulé. Plaut. Nam nurus bellulè se haber.

Bĕllĭātŭs, a, um, adject. Bellulus. Plaut. in Rud. Hem tibi aquam mea tu belliata. Sunt tamen qui hoc in loco *Bellatula* legere malint, quàm *Belliata.*

Bĕllè, adverb. Pulchrè, egregiè, festivè. [καλῶς. Gall. *Gentiment, iolment, bien.* Ital. & Hisp. *Bellamente.* German. Woll/fein. Pol. *Slicznie, pieknie, miele.* Vngar. *Iól, ekessen.* Ang. *Very well.*] Plaut. Truc. Qui istas buccas tam bellè purpurissatas habent. Dolabella Ciceroni: Terentia minus bellè habuit: sed certum scio, jam convaluisse eam. Cic. Terentiæ: Bellissimè vel mecum, vel in nostris prædiis esse poteris.

Bĕllĭtūdo, inis, f. t. Ornatus, pulchritudo. Festus, κάλλος, εὐμορφία. [Vng. *Ekesseg.*]

Bŏnĭtas, f. t. Capitur pro virtute, & honestate, atque justitiâ [טובה *tobah* טוב *tob* מיטב *metab.* ἀγαθότης. Gall. *Bonté.* Ital. *Bontà.* German. Gütigkeit/güte. Belg. Goetheyt. Hispan. *Bondad.* Polon. *Dobroc, cnota.* Vngar. *Iósag.* Ang. *Goodnesse.*] Cicero. 3. Offic. Quum enim fidem alicujus bonitatemque laudant, dignum esse dicunt, quicum in tenebris mices. Ejus contrarium est Malitia.¶ Frequentiùs tamen Bonitas pro benignitate, & quadam ingenii simplicitate ponitur. Plinius: Bonitas & simplicitas uxoris. Malitia econtrariò pro Versutiâ: unde Malitiosum, callidum ac versutum dicimus. Cicero: Virtutis contraria est vitiositas. sic enim malo, quàm malitiam, appellare, quam Græci κακίαν appellant. Nam Malitia certi cujusdam vitii nomen est, Vitiositas omnium. ¶ Est & alia Bonitas, non ex industriâ, sed ex naturâ proveniens. Idem 3. Offic. Quæ & bonitate ingenii multi assequuntur: id est, excellentiâ ingenii: cui similiter opponitur Malitia. Plin. Quod modò cœli, modò terræ malitia facit.

Bĕnĕ, adverb. à Bonus. [היטיב *hetib.* εὖ. Gall. *Bien.* Ital *Bene.* Germ. Wol Belg. Wel. Hispan. *Bien ò buenamente.* Pol. *Dobrze.* Vnga. *Iól.* Angl. *Well.*] Terent. in Andr. O' factum benè. ¶ Aliquando ponitur pro Cõmodè: ut Benè habito. Cic. 2. in Offic. Domus bene & ratione ædificata.¶ Interdũ fœliciter sive prosperè. Cic. 3. Divin. Quæ autem deorum inconstantia est, ut primis minentur extis, benè promittant secundis?¶ Nonnunquam pro valdè. Idem de Lege Agrariâ contra Rullum: Adolescens non minus benè nummatus, quàm benè capillatus. Idem 3. de Orat. Habetis sermonem benè longum. ¶ Benè cogitare. εὐφρονεῖν. vel Malè cogitare, κακοφρονεῖν, referuntur ad alterum, significantq; beneficium, aut perniciem. Plinius: Hoc tuo studio benè de te cogitantem & liberaliorem reddes. Cic. de Senect. Carthaginem diu malè cogitantem non priùs timere desinam, quàm excisam cognovero.¶ Benè de te mereor, εὐποιῶ σε: id est, bona in te confero, aut benè tracto. ¶ Benè vertere καλῶς ἀποβῆναι, Est in utilitatem vertere: sicut Malè vertere, est in perniciem.¶ Benè alicui vel alicujus causâ velle, cupere: id est, alicui favere. Hinc Benevolus, εὔνοος & Benevolentia. quæ est inclinatio animi cum desiderio benè faciendi. ¶ Melius, comparativum, Optimè superlativum.

Bĕnĕdīco, act. t. [ברך *barech.* εὐλογεῖν, εὐφημεῖν. Gall. *Bien dire d'aucun, le louër, en parler en bien.* Ital. *Laudare, benedire.* German. Guts reden/loben/segnen Belg. Wel spreken/loven/prysen Hisp. *Dezir bien de alguno.* Polon. *Blogoslawic, chwalie.* Vngar. *Meg aldom.* Angl. *To blisse.*] Benè loquor, duæ sunt separatæ dictiones: & construitur cum dativo. Cic. pro Sestio. Cui benè dixit unquam bono? benedixit? imò quem, &c.! Nonnunquam una est dictio, quæ in sacrâ Scripturâ accipitur pro Laudo, quod non temerè invenias apud veteres, teste Valla lib. 1. cap. 12. ¶ Benedicere, interdũ divisim legitur, interpositâ unâ aut alterâ dictione, interdũ pluribus Plautus in Milite: Benè quæso inter vos dicere:

& mi absenti tamen. ¶ Benè dico, ponitur aliquando, pro scienter, peritè & ornatè dico. Cicero de opt. Benè dicere, *inquit*, est Atticè dicere. Sed ineptum est ibi unâ voce legere benedicere, cùm benè dicere sit εὖ λέγειν, non εὐλογεῖν & hic & alibi apud Ciceronem.

Bĕnĕdictio, f.t. [εὐλογία. Pol. *Blogoslawienstwo, poźegnanie*. Vng. *Aldás*.] Apuleius in Hermetis Asclepio: Tanti operis effector, & restitutor Deus ab omnibus qui nunc erunt frequentibus laudum praeconiis, benedictionibusque celebretur.

Bĕnĕdictă. [εὐφημα. Polon. *Dobre słowka*. Vng. *Iò mondás, áldás*.] Bona verba, placida, & benevolentiae plena: quibus opponuntur Maledicta. Terent. in Phorm. Benedictus si certasset, audisset bene. ¶ Benè dicta etiam divisis dictionibus dicimus pro iis, quae commodè, prudenter, & appositè dicta sunt. Cic. de Natur. deorum, libro 2: Benè dicta malè interpretari. Idem de clar. Orat. Philosophia mater omnium benè dictorum, beneq; factorum.

Bĕnĕdicē, adverbium. [εὐφήμως. Polon. *Dobrotliwie*. Vngar. *Aldással*.] Plaut. Asin. Aliam, atque olim, quum illiciebas blandè ad te & benedicè.

Bĕnĕdicus, a, um. χρηστολόγος, qui benedicit & laudat: à quo adverbium Benedicè.

Bĕnĕfăcio, n c. Rectè & quod me decet, facio. [היטיב hetib. εὖ ποιεῖν. Gall. *Faire bien faire du bien*. Ital. *Ben fare*. German. Wolthun/oder beweysen. Belg. Goet doen. Hispan. *Bien hazer*. Polon. *Dobrze czynie*. Vng. *Iòt tészek, iòt tselekszem*. Angl. *To do good or well*.] Terent. in Eunuch. Benefacis: meritò te amo. Vbi Donatus, Benefacis non judicantis, sed gratias agentis est. ¶ Benefacio cum dativo, est, beneficium in aliquem cōfero, de aliquo benè mereor. Cic. 2 de Invent. Ab iis, quibus benefecerimus, malè tractari.

Bĕnĕfactum, n f. substantivum. Beneficium. [חסד chésedh. εὐεργέτημα. Gall. *Bienfait, benefice*. Ital. *Ben fatto, beneficio*. Germ. Ein Gutthat. Hisp. *El bien hecho, ò beneficio*. Polon. *Dobri uczynek, dobrodziejstwo*. Vng. *Iò tétel*. Ang. *Pleasure or seruice doone*.] Liv. 5. bell. Pun. Respōdit, non plura per annos quinquaginta benefacta Hieronis, quàm paucis his annis maleficia eorum, *&c*. Cicer. 2. Offic. Benefacta malè collocata, malefacta arbitror. Benè facta item divisis dictionibus dicuntur, quae rectè atq; ordine gesta sunt, quae vulgò dicunt, Bona opera. Idem 4. Tusc. Omnia enim benefacta in luce se collocari volunt. Idem de Senectute: Multorum benè factorum recordatio jucundissima est.

Bĕnĕfĭcus, m. f. Liberalis, qui beneficium praestat. [חסיד chasidh נדיב nadhib. εὐεργέτης. Gall. *Liberal, qui faict volontiers plaisir & seruice*. Ital. *Benefico, chi fa beneficii*. Germ. Gutthätig/der geneigt ist guts zu beweisen. Belg. Milt. Hisp. *Bien hechor y franco*. Polon. *Dobrotliwy*. Vngar. *Iòt tévő*. Ang. *Liberall, that doeth pleasure or benefitte*.] Cic. 1. de Nat. deor. Vt enim omittam vim & naturam deorum, ne homines quidem censeris, nisi imbecilli essent, futuros beneficos, & benignos fuisse. ¶ Comparativum habet, Beneficentior, & superlativum Beneficentissimus. Cic. ibidem: Iupiter optimus: id est beneficentissimus. ¶ Legitur tamen & Beneficissimus apud antiquos: ut apud M. Catonem. De Ptolemaeo rege optimo & beneficissimo.

Bĕnĕfĭcĭārĭus, m. t. Qui beneficium accepit. [חסיד chasid. εὐεργετηθείς. Gall. *Qui a receu plaisir ou bien fais d'autrui*. Ital. *Quello che ha riceuuto beneficio*. Germ. Der gutthaten empfangen hat. Hispan. *El à quien se da el beneficio*. Pol. *Dobrodziejstwo pozywaiacy*. Vngar. *Az kinek iòt tesz ek*. Angl. *That hath receiueth a benefitte or pleasure*.] Vnde à veteribus Beneficiarii dicti sunt illi, quos Imperator suo beneficio promovisset in militiâ. Caesar lib. 1. belli Hispanici: Perreius verè non deserit sese, armat familiam: cū hac, & Praetoriâ cohorte, certamen init, barbarisq; equitibus paucis beneficiariis suis *&c*. ¶ Beneficiarii etiam dicebantur milites, qui vacabāt à militiâ beneficio Imperatoris, & contrà munifices, qui non vacabant, sed munus Reipub. faciebant.

Bĕnĕfĭcĭum, n. f. Meritum. [חסד chesedh. εὐεργέτημα. Gall. *Benefice*. Ital. & Hisp. *Beneficio*. Germ. Ein Gutthat. Belg. Een weldaet. Polon. *Dobrodziejstwo*. Vngar *Iòtétemény*. Angl. *Benefitte, pleasure or seruice doone*.] Cic. Plancio l. 10: Quod si erit factum, & Rempub. divino beneficio affeceris, & ipse aeternā gloriam consequēre. Terent. in Eunuch. Vt solidum parerem hoc mihi beneficium Chaerea. Ibidem: Cupio aliquos parare amicos beneficio meo. ¶ Beneficium in jure Civili, pro Iure quodam praecipuo alicui concesso, quod & Privilegium dicitur.

Bĕnĕfĭcentiă, ae, f. p. Benignitas, beneficiorum collatio. [נדבה nedhabáh. εὐεργεσία. Gall. *Largesse, liberalité, vouloir de bien faire à quelq' vn*. Ital. *Beneficenza*. Germ Gutthätigkeit. Hispan. *Aquella obra de bien hazer*. Pol. *Dobrotliwość, szczodrość*. Vngar. *Kegyesség, iò tetemény*. Angl. *Beneficence, liberalitie, doing pleasure*.] Cic. 1. de Nat. deor. Quid est melius aut praestantius bonitate aut beneficentiâ?

Bĕnĕvŏlens, idem est quod Benevolus. [Vng. *Iò akarò*. Angl. *Fauorable, bearing good will*.] Plaut. in Capt. Ecquem alium benevolentem videris. Idem in Mercatore: Non sum molesta, sed benevolens.

Bĕnĕvŏlus, a. um, adject. Benè cupiens alicui. [חפץ chaphétz, εὔνους. Gall. *Bien voulant, portant bonne affection a quelq' vn*. Ital. *Beniuolo*. German Gutwillig. Hispan. *Amigable y bien quisto*. Polon. *Dobrze życzący*. Vnga. *Iò akarò*. Ang. *Fauourable, that beareth good will*.] Terentius in Hecyr. Facilem, benevolumque lingua tua jam tibi me reddidit. Cicero 1. in Verr. Benevolo animo me, ut magnoperè caverem, praemonebat. ¶ Benevolus trucidator, εὔνους σφάκτης, proverbiali figurâ dicitur, qui quū summam adferat perniciem, tamen benevolentiae speciem admiscet.

Bĕnĕvŏlē, adverb. Benignè, amicè. [ברצון beratzón. εὐνόως. Gall. *D'vn bon vouloir*. Ital. *Benignamente*. German. Gutwilliglich/freundtlich. Hispan. *Bien quisto y amigablemente*. Polon. *Dobrotliwie, chetliwie*. Vngar. *Iò akaratbol, iò akarattal*. Ang. *Fauorablie, with bearing good will*.] Cic. de Amicit. Et haec accipienda amicè, quum benevolè fiunt.

Bĕnĕvŏlentior, oris, cōparativum à Benevolus, sive ab antiquo Benevolens: quo Plautus itenidē utitur, ut paulò antè ostendimus suo loco. [Pol. *Dobrotliwszy*. Vngar. *Iòb akarò*. Ang. *More fauorable*.] Cic. lib. 1. Epist. Benevolentior tibi, quàm fueram, nihilo sum factus. Idem alibi: Nam benevolentior, quàm semper fui, esse non possum.

Bĕnĕvŏlentiă, ae, f.p. Studium, favor, amor. [חפץ chéphets רצון ratsón. εὔνοια. Gall. *Beneuolence, amour & bon vouloir enuers quelq' vn*. Ital. *Beniuolenza*. German. Guter will/gunst/gutwilligkeit. Hispan. *Amistad y bienquerencia*. Pol. *Dobrodziejstwo, dobrowolia, laska przeciw drugiemu*. Vng. *Iò akarat*. Ang. *Fauour, loue, good will*.] Cic. 1. Offic. Benevolētia beneficiis capitur maximè. Idem 3. de Orat. Haec omnia benevolentiam maximè conciliant. ¶ Intempestiva benevolentia, nihil à simultate differt. Ἄκαιρος εὔνοι' οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει: id est, par odio importuna benevolentia. Senarius est Graecis proverbii vice celebratus. Quadrabit in eos, qui dum officiosi student esse, non habitā temporis ratione, nocent, aut molesti sunt sedulitate. ¶ Reperitur & in plurali Benevolentiae, arum. Spartianus in Caracallā: Non in benevolentiis segnis.

Bĕnignus, m. f. Liberalis, munificus, à bene gignendo, ut quibusdam videtur. [חסיד chasidh נדיב nadhib טוב tob. εὐεργετικός, ἰλαρός. Gall. *courtois, benin, liberal, gracieux*. Ital. *Benigno, liberale*. German. Gütig/trew. Belg. Goedertieren/goet/Miltdadt. Hispan. *Franco y liberal*. Polon. *Szczodry, darny*. Vngar. *Iòt mivo, bökezü, kegyes*. Ang. *Liberal gentill, courteous*.] Vnde benignam terram dicimus, fructus abundè reddentem. Plin. de Aegypto: Nulla est benignior tellus, nullus ager feracior. Cic. 2. de Nat. deor. Ne homines quidem censeris, nisi imbecilli essent, futuros benignos, & beneficos fuisse. Plaut. Rud. Quando ergo tibi benignus fuit.

Bĕnignē, adverb. Liberaliter, amicè, benevolè. [ἰλαρῶς, ἀφθόνως. Gall. *Courtoisement, liberalement gracieusement, benignement*. Ital. *Benignamente*. German. Trewlich/freygebigtlich. Hisp. *Liberalmente*. Polon. *Szczodrze, laskawie, chetliwie*. Vngar. *Iò kedvel, kegyössen*. Ang. *Liberalie, with good will*.] Cicero 1. Offic. Nam ut opera benignè fit indigentibus aut pecunia. Idem pro Flacco: Ista civitas neque severè Flaccum oppugnarit neque benignè defenderit. Idem in Verrem. Act. 4: Frumentum (*inquit*) me abs te emere oportet. Optimè. Modium denario. Benignè, ac liberaliter.

Bĕnignĭtĕr, idem quod Benignè. [Vngar. *Iokedvel, kegyössen*. Ang. *Gentlie, liberalie, courteouslie*.] apud Trittinium in Geminis, ut citat Nonius: Nimium te patrocinari censeo benigniter.

Bĕnignĭtās, atis, f. t. Liberalitas, munificentia. [חסד chésed נדבה nedhabáh. εὐεργεσία, ἰλαρότης. Gall. *Courtoisie, liberalité, benignité*. Ital. *Benignità, beneficenza*. Germ. Gütigkeit/trew/freundtligkeit. Hispan. *Largueza, liberalidad*. Polo. *Dobrotliwość, szczodrość*. Vngar *Iò tétemény, bökezüség*. Ang. *Liberalitie, gentlenesse, courtesie*.] Terent. in Eunuch. nuncubi meam Benignitatem sensisti in te claudier? Vbi Donatus: Benignitas est in quantitate rerum, aut in facilitate praestantis. Nam plerunq; ingrata dona sunt, in quibus facilitas non apparet. Cic. 1. Offic. Ne major benignitas sit quàm facultas.

Borago, Herba, quae alio nomine Buglossum: [Polon. *Borak*. Vngar *Ökör nyelv*.] Vide in dictione BUGLOSSUM.

Bŏreas, reae, m. p. Aquilo. [צפון tsaphón. Βορέας. Gall. *Vent de bise*. Ital. *Borea*. German. Nortwind von Mitternacht/der Nordenwind. Belg. Noordoostenwint. Hispan. *Regañon viento entre Nortey Solano*. Polon. *Wiatr polnocny, bartoszimni*. Vng. *Eszaki szél*. Angl. *The northeast wind*.] Ventus frigidus & siccus spirans inter Septentrionem, & exortum solstitialem, teste Plin. lib. 2. cap. 47. à quo Hyperborei montes nomen traxerunt. ¶ De hoc in dictione AQUILO. ¶ Dictus Boreas, ἀπὸ τῆς βοῆς, ῥοῆς, quoniam ut violenti flatus est, ita etiam sonori. Virg. 1. Georg. aut Boreae penetrabile frigus adurat. ¶ Fuit item hoc nomine Trax quidam Strymonis filius, raptor Orithyiae, Erichthonii Atheniarum regis filiae: unde poëtis fabulandi occasio subministrata est, Orithyam à Borea vento fuisse raptam, eique Zethem & Calaim peperisse.

Bŏrēus, a, um, Septentrionalis. [βόρειος. Gall. *Septentrional*. Ital. *Settentrionale*. German. Mitnächtisch. Hispan. *cosa de aquel viento*. Polon. *Polnoczny*. Vngar. *Eszaki*. Angl. *Northward, or toward the north*.] ut, Axis Boreus, qui & Polus arcticus dicitur. Ovid 4. Trist. Vita procul patriâ peragenda sub axe Boreo est.

Bŏrĕae, Gemmae sunt ex Iaspidum generibus, coelo autumnali matutino similes: unde & Aërizusae appellantur. Vide Plin. lib. 37. cap. 8.

Borith,

Borith, Herba fullonum, quæ juxta rivum provinciæ Palestinæ in virentibus & humectis locis nascitur, & ad lavandas sordes eandem vim habet, quam nitrum.

Borsycites, Plin. lib. 37. c. 11: Gemma est in nigro ramosa, candidis aut sanguineis frondibus.

Borypetes, Gemma nigra, sanguineis & albis nodis. Plinius lib. 37. cap. 10.

Bōs, bovis. [שור *schor* βοῦς. Gall. *Beuf*. Ital. *Bue*. German. Ein Rind. Belg. Een Os/ofte rindt. Hispan. *Buey*. Polon. *Wol*. Vng. *ökr, tehen*. Ang. *An oxe, or cowe*.] Generis communis, dativum & ablativum plurales Bōbus per syncopen facit, & more veterum Būbus. Col. li. 2: Nihil dubium, quin equis melius quàm būbus res conficiatur. Cic. 2. de Nat. deor. Quid de bubus loquar? Idem de Senect. Olympiæ per stadium ingressus esse Milo dicitur, quum humeris sustineret bovem vivum. ¶ Hinc fiunt adjectiva, Bovinus, a, um, cujus diminutivum est Bovillus, Bubulus, Bucerus, ra, rum, & Boarius, a, um, unde Forū Boarium, ubi vendebantur boves. ¶ Dictus Bos, ἀπὸ τοῦ βόσκω, quod est pasco, quòd homines pascat laboribus suis. ¶ Iuvenci autem in bubulo genere dicuntur juniores, qui jam vituli esse desierunt, secundo scilicet ætatis anno: ita dicti à juventute, teste Varr. libro 2. de Re rust. c. 5, ubi quatuor ponit ętates in genere bubulo: ut prima sit vitulorum, secunda juvencorum, tertia boum novellorum, quarta vetulorum. ¶ Bos etiam piscis est βοῦς & βόας. Est vastissimum raiarum genus, ac latissimū de quo Arist. in Histor. Animal. Strab. lib. 17. Oppianus lib. Halieut. 2. Pliniusq; meminit, inter planos pisces reponens lib. 9 cap. 24. ¶ Bos ad præsepe, βοῦς ἐπὶ φάτνῃ. In emeritos dici consuevit, quique jam ob ætatem otio vitçq; molliori indulgent. Efferetur ad hunc modum, βοῦς ἐν αὐλῇ, bos in stabulo. Congruit & in eos, qui nullis negotiis exercentur, sed turpi otio atq; abdomini serviunt. ¶ Bos apud seipsum pulverem movet, βοῦς ἐφ' ἑαυτῷ κονίεται. Vbi quis ad suum ipsius malum volens lubensque ducitur. Nam boves ut sunt mansueti, facilè se præbent vinciendos, neque gravatim obtemperant jugo. ¶ Si bovem non possis, asinum agas, ὁ μὴ δυνάμενος βοῦν, ἐλαυνέτω ὄνον: id est si non potes ut vis, utcunque potes, facito, Autore Suida. ¶ Volentem bovem ducito, τὸν ἐθέλοντα βοῦν ἔλαυνε. Vtere illorum operâ, qui ex animo faciunt. Refertur ab interprete Theocriti. ¶ Ex ipso bove lora sumere, ἐκ τοῦ βοὸς τοὺς ἱμάντας λαμβάνειν dicuntur, qui quo lædant quempiam, id ab ipso, quem lædunt, accipiunt. ¶ Expectat bos aliquando herbam, μένει βοῦς ποτε βοτάνην. Dicendum, ubi quid serò contingit. Laborat enim bos in agricolando, sed aliquādo gustatura herbam enatam. ¶ Boves messis tempus expectantes, βόες ἄμητον ἐκδεχόμενοι. Dici solitum, ubi quis ingentium emolumentorum spe, laborem susciperet. ¶ Immolare boves, βουθυτεῖν, tanquam proverbialiter dicebantur, qui amplos magnificosque sumptus facerent. ¶ Bos in civitate, βοῦς ἐν πόλει. Dicitur ubi quis ad novos honores evehitur. Lypsias bovis imaginem æream in arce collocavit. Athenis ea res in vulgi jocum cessit: nam in agris boū usus est, non in urbibus. ¶ Bovem in faucibus portat, βοῦν ἐπὶ γνάθοις φέρει. In edacem olim dicebatur, ut indicant Zenodotus & Suidas. ¶ Bos nummum aliquando significat, quòd antiqua pecunia quædam boves signatos haberet, quædam etiam pecudes, unde nomen pecuniæ tractum. Plinius libro 18. cap. 3: Servius rex, ovium boumque effigie primus æs signavit. Plaut. Persa: Boves bini hic sunt in crumenâ. Vnde tractum proverbium, Bos in linguâ, βοῦς ἐπὶ γλώττης. In eos qui non audent, quod sentiunt, dicere. Translatū vel à robore animantis, quasi linguam opprimens nō sinat eam eloqui: vel hinc quòd Athenienſium numisma quondam bovis obtinuit figuram. ¶ Bos alienus subinde foras prospectat, βοῦς ἀλλότριος τὰ πολλὰ ἔξω βλέπει. De his qui apud alienos non satis ex animi sententiâ tractantur, eoque sæpiùs desiderant.

Bŏālĭă, *Βοάλια*, apud antiquos Atticos, quæ & Bupetiæ, sive Bupetii dicuntur, Ludi boum gratiâ instituti. In eo enim festo solennis boum & taurorū venatio fieri solebant, quemadmodum nunc quoq; Venetiis, & per totam Italiam fieri solet eo die, qui Quadragesimæ proximus est.

Bŏārĭus, a, um, adject. Quod ad bovem pertinet [Pol. *Wolowi*. Vng. *ökri, teheni*. Ang. *Belonging to an oxe or cowe*.] ut, Boarium forum Romæ dicebatur locus, in quo vendebantur boves. βοῶν ἀγορά. Hujus meminit Plin. lib. 28. cap. 2. & lib. 34. cap. 2.

Bŏo, as, n. p. Mugio, clamo, à βοάω, vel à boum mugitibus. [געה *ghahah*, μυκάομαι. Gall. *Beugler, ou meugler, crier en beuf ou en vache*. Ital. *Mugghiare, Ribombare*. German. Lüyen/schreyen. Hispan. *Resonar, bramar el buey ò vaca*. Polon *Ricże, becże*. Vngar. *Bögök*. Ang. *To crie like a cow or oxe, to lowe, or bellowe*.] Plautus in Amph. Tela frangunt, boat cœlum fremitu virûm. ¶ Et Boo bois, boire, ejusdem significationis, verbum antiquum. Varr. Parmenone, ut citat Nonius: Exeunt citi, strepunt, bount. Pacuvius Medeâ apud eundem: Clamore & sonitu resonantes bonnt. ¶ Bovare dicuntur boves, quum vocem emittunt, teste Varr. libro 6. de ling. Lat. verùm Boare magis est in usu. ¶ Hinc Reboo, as.

Bŏstăr, Locus ubi boves stare consueverunt. [βούσταθμον. Pol. *Stanowisko dla wolow*. Vnga. *Akol, tehen állás*. Ang. *A place wherin oxen standeth*.]

Bŏvātim, Ad similitudinem bovis. [Polon. *Podobno wolowi*. Vng. *ökör módgyára, tehenkeppen*. Ang. *Like an oxe or cowe*.] Nigidius Figulus apud Nonium: Sunt etiam assimilanter dicta hæc, Caninatim, Suatim, Bovatim, quæ ab animalibus sumuntur.

Bŏvīlĭă, n. p. Dicuntur loca, in quibus boves morantur: [רפתים *rephatim*. βουστάσια. Gall. *Estable à beufs*. Ital. *Stalle de buoui*. German. Ein Ochsenst all/Rinderstall. Hispan. *Torilles, para ganado vacuno*. Polon. *Wolownia*. Vngar. *Akol*. Angl. *Stalles for oxen*.] sicut Ovilia in quibus oves. Columella lib. 1: Domitis armencis duplicia bovilia sunt: hyberna, atque æstiva. Eadem etiam Bubilia dicuntur. Plautus Persa: -enim metuo, ne possim in bubile rejicere, ne vagentur. Cato cap. 4: Bubilia bona, beneq; ædificata, &c.

Bŏvillus, a, um, Bovinus. [βόειος. Gall. *De beuf*. Ital. *Di bue*. Germ. Das zu dem Rindern gehört. Hispan. *Cosa de buey*. Polon. *Wolowy*. Vng. *ökörhöz, ökörből való*. Angl. *Of an oxe or cowe*.] Plin. Bovillæ carnis jure facilè curatur. In eâdem significatione dicimus & Bubulus.

Bŏvīnŏr, aris, Convitior, & quasi in aliquē mugio. [λοιδορέομαι. Polon. *Drożnie na inego*. Vngar. *Szidnak vesz*... *szidalmazom*. Ang. *To rayle, to checke, to speake despitefullie*.] Vnde bovinatores dicti sunt, λοίδοροι, quos derisores dicimus: & Bovinatio, λοιδορία, convitium. Hæ tamen dictiones ab Aulo Gell. lib. 11. cap. 7. numerantur inter obsoletas, & desitas: easque (juxta sententiam Cæsaris) non minus, quàm scopulum, præcipit esse fugiendas.

Bubsĕquă, com. p. Bubulcus, qui boves sequitur. [בוקר *boker*. βουκόλος. Gal. *Bouuier vachier*. Ital. *Guardiano de buoi, vaccaro*. German. Ein Ochsen oder Rindertreiber. Hispan. *Vaquero ò boyero*. Polon. *Wolarz*. Vngar. *ökör pásztor*. Ang. *That feedeth and followeth oxen, an heardman*.] Sidonius ad Eutropium: Si relinquare inter subsequas rusticanos subulcosque runcantes, tunc est tibi summa votorum beatitudo.

Bŭbīlĕ, βούσταθμον, βοοστασία, Locus ubi boves morantur. Columell. lib. 1. cap. 6. Domitis armentis duplicia bubilia sint, hyberna atq; æstiva.

Bŭbŭlcus, m. f. Qui bobus arat, sive qui boves fundi aratorios pascit. [בוקר *boker*. βουκόλος. Gall. *Bouuier*. Ital. *Bolco, boaro*. Germ. Ein Rinderhirt. Hispan. *Boyero*. Polon. *Wolowi pastucha*. Vng. *Szánto ember, ökör pásztor*. Angl. *An feeder of oxen, and heardman*.] Cic 1. de Naturâ deorum: Hoc verò eum somnio commotum, manè bubulco præstò ad portam fuisse: quæsisse ex eo qui esset in plaustro.

Bŭbulcĭtŏr, aris, d. p. Bubulci officium facio. [בקר *bakar*, βουκολέω. Gal. *Traitter les beufs, faire office de bouuier*. Ital. *Fare officio de biolco*. German. Ein Rinder hirt eder ein Kühhirt seyn. Hispan. *Hazer officio del boyero*. Pol. *Wołarzem być*. Vnga. *ökröt örzök*. Ang. *To handle or take care of oxen, to do the office of an heardman*.] Plaut. in Mostel. Decet me amare, & te bubulcitarier.

Bŭbulcĭtārĕ, Bubulcorum more clamare est. [Pol. *Heilckam iako wolarz*. Vngar. *ökörpásztor módgyára kiáltok*. Angl. *To crie like an heardman*.] Varr. Vicinus meus quòd apud Plotium rhetorem bubulcitaret, alteri in dolore non defuit: ex Nonio.

Bŭbŭlus, a, um, Adjectivum à bove formatum, Bovinus. [Gall. *De beuf, ou vache*. Ital. *Bouino*. German Rinderin Hispan. *Cosa de bueyes ò vacas*. Polon. *Wolowy*. Vngar. *Az mi ökörből való*. Angl. *Of an oxe or cowe*.] Plin. lib. 28. cap. 13: Stomachum exulceratum lactis asinini ac bubuli potus reficit. Col. li. 7: Defricari bubulâ urinâ convenit. Pro eodem dicimus & Bovillus.

Bŭcĕrĭă, æ, Boum, armentaria, sive bubuli generis grex. [Vng. *Tehen csorda*. Angl. *A troupe of oxen or of any such cattail*.] Lucretius libro 5: Lanigeræ pecudes, & equorum duellica proles Buceriæq; greges.

Bŭcĕrus, [βούκερως. Polon. *Rogati iako wol*. Vngar. *Szárnas tehen*. Angl. *Horned like an oxe or cowe*.] Bubuli generis epithecon, idem significans, quod, bubula habens cornua, ἀπὸ τοῦ βοὸς, καὶ τοῦ κέρως. Ovidius in Metamorphos. armentaque bucera pavit.

Bŭcŏlĭcă, orum, n. f. [βουκολικά. Pol. *Pi fneka pastusza*. Vng. *Pasztori, pásztori vers*.] Pastorale carmen, ita dictum ἀπὸ τῶν βουκόλων: hoc est à bubulcis: quod pastorum genus apud rusticos maximo habetur in precio.

Bŭcŏlĭcŏn, [βουκολικόν. Polon. *Zlomi gniazh*.] Genus est Panacis, quod ex Macedoniâ affertur: ita dictum, quòd armentarii succum ejus spontè profluentem excipiant. Vide Plin lib. 25. ca. 4.

Bŭcŭlă, per simplex c, diminutivum est à bove, vaccam juvenem, & adhuc teneram significans. [פרה *parah*, Gall. *Bouueau ou bouuillon, genisse ou genisson*. Ital. *Vacchetta*. Germ. Ein kälblin/ ein junge kuh. Belg. Een veerse. Hispan. *Pequenna vaca*. Pol. *Iałowica*. Vngar. *Üsző, ünö*. Angl. *A yonge cowe, a halfer*.] Plin. Eidem morbo buculæ jecur contritum prodest. Virgilius lib. 1. Georgic. -aut bucula cœlum Suspiciens patulis captavit naribus auras. ¶ Item Buculus masculinū Parvus bos. [Ang. *A steer, a bullocke*.] Columella libro 6. capite 2: Quum deinde buculos comprehenderis, perducito extra stabulum, & ad stipites religato.

Bŏscās, non Bŏscĭs, idis. [βοσκάς. Polo. *Cyeranka*.] Avis est palmipes, similis anati, minor tamen, quæ lacus amnesq; incolit. Apud Colum. lib. 8. cap. 15. legendum boscades, non boscides, & separat à querquedulis. Boscadum alterum genus posuit Athen lib 9. cap. 18. majus anate, minus Chenalopse.

Bŏscĭs, idis, βοσκίς, volucris est (teste Colum. lib. 8. cap. 15.) quæ clausa pascitur, quemadmodum anates & coturnices.

Bosmorus, teste Strab. lib. 15. frumenti religiosi genus est, tritico minus, apud Indos inter amnes proveniens, quod excusum protinus torretur: juramentoq; adiguntur messores, nõ asportaturos prius quàm coxerint, ne semen in alias terras trãsferri possit. Apud Diodorum Bosphorum vocatum legimus, corruptis (ut videtur) exemplaribus.

Bŏstrўchītēs, βοστρυχίτης, Gemma crinibus mulierum similis. Plin. lib. 37. cap. 10.

Bŏstrўchŭs, [βόστρυχος. Polon. *Warkocz splieciony.* Vngar. *Et font hay, kisában szoritos hay.* Ang. *A bushe of heare.*] Dicitur capillus plexus, & cæsaries, in modum muliebris comæ ornata. Firmicus lib. 3: Venus crispos crinium facit, & bostrychis comatos: id est, capillis muliebribus cæsariatos.

Botanomantia, βοτανομαντία, Magiæ species est, quæ fit per herbas, qua Circem & Medeam excelluisse Poëtæ prodiderunt.

Botrus, tri, Vva, racemus: à Græco βότρυς, quòd παρὰ τὸ βᾶν, τὸ πατεῖν, Moschopulus deduci arbitratur. [אשכול *eschchól* ענב *henáb.* Gall. *Grape de raisin.* Ital. *Grappolo, racemo.* Germ. Der tam oder drapp am Weintrauben. Belg. Een druyve. Hispan. *Gajo en que se juntan las vuas.* Polon. *Gronowinna.* Vnga. *Gerezd.* Ang. *A grape, a cluster of grapes.*]

Botrўo, onis, [βοτρυών. Polon. *Grona w konfekcyie.* Vngar. *Szölö Gerezd.*] Botrus vel uva, præsertim condititia. Mart. lib. 11: Nec toto dignam se botryone putat.

Bothrўon, oculi ulcus arctum & curvum, quasi fossulam duxerit. Avicenna annulum vocat, est in corneâ oculi.

Botrypes, (quod hic pro nomine gemmę corruptè legebatur,) Vide BOTRYITES.

Botrytis, Cadmiæ species, quæ testudini ærariarum fabricarum uvæ modo adhæret: unde & nomẽ habet. Vide Gal. l. 9. Simp.

Botrўs, [βότρυς. Gall. *Pyment.* Ital. *Botri.* German. Rdbentraut. Belg Druyfcruyt. Pol. *Bylica czarna biala.* vulgò *Herbam Hierusalem* appellant. Vng. *Vad salya.* Ang. *Mugwort.*] Dioscoridi, herbæ genus, quod alio nomine Ambrosia, & à quibusdam Artemisia vocatur: ita dictum, quòd circa imum caulem semen habeat in ramulis, uvarum modo dependens, odore vinoso, βότρυν enim Græci racemum vocant. Vide Plin. lib. 27. cap. 4.

Bŏtrўtēs, βοτρυΐτης, Gemma, quæ incipienti uvæ similis est, alia nigra, alia pampinea. Vide Plin. lib. 37. cap. 10.

Bŏtŭlŭs, sive Bŏtēllŭs: [Gall. *Saucisse, boudin, andouille.* Ital. *Salciccia.* German. Ein Wurst/Bratwurst. Belg. Worst/braetworst. Hispan. *Morcilla ò longaniza.* Polon. *Jelisko.* Vngar. *Kolbász.* Ang. *A pudding called a sawsage.*] Farciminis genus, ex carne suillâ: à bolis: id est, frustula carnis, ut quidam putant, appellatus. Martial. lib. 5: Et pultem niveam premens botellus. Idem libro 14: Qui venit botulus medio tibi tempore brumę, Saturni Septem venerat ante dies.

Bŏvă, quum alii Boa vocant, significat interdum papulas toto ebullientes corpore cum robore, ut apud Plin. sed apud Lucilium, Aes defrandasse cauponem, bovam luto oblevisse, tum portitores terram duxère, cùm scribitur, vas vinarium lõgum, turgidum & amplum, buvæq; serpenti simile, videtur. Explicatur & in antiquo Lexico Bova, γένος βοῶν.

Bovinalis, Paronychia, frutex apud Diosc. lib. 4. cap. 57.

Bŏx, ocis, βῶξ, Genus piscis marini, à boando, ut putatur, dictũ, cujus meminit Plin. l. 32. c. ult. Vide suprà BOCAS & BOCES.

B ante R.

BR. In notis antiquorum, bonorum. BR. SI. bonorum servi. B. R. Bonorum rector. BRITANNIC. Britannicus. B RP. N. bono Reipublicæ nato BRT. Britannicus. B. S. bene satisfecit, vel bona sua. B. T. bonorum tutor.

Brăbeūtæ, [βραβευταί. Gall. *Qui donne les pris.* Ital. *Che da li primi et vincidori.* Germ. Der die Gaaben außgibt. Belg. Die de prijsen geeft. Hispan. *El que da el galardon de la vittoria.* Pol. *Sadzy nad goniacimy klobie.* Ang. *Iudges of players which rewardeth the victours.*] à Græcis dicuntur judices speculatorum, qui victoribus in certamine exhibent prẹmium & coronas: qui verò prẹfectus est certaminis, ἀγωνοθέτης dicitur. Græci (autore Philostrato) ludis Olympicis decem judices prẹficere solebant. Suet. de Ner. Nec aliter certamina gymnica Grẹcia tota spectaverat, quàm Brabentarum more in stadio humi assidẽs. Suidas: βραβευτής, διαιτητής, κριτής, ἐφορτής, ὁ βραβεῖον ἐπιδιδούς, ὁ μισθοδότης. Sunt & Brabeutæ, funebrium pomparum curatores, quos etiam Latinè Designatores vocamus: qui scilicet cuique incedendi ordinem præscribunt. Vide Annot. Bud.

Brăbĭum, & per literam b in secundâ syllabâ. [βραβεῖον. Pol. *Zaplata zawigranie.* Vng. *Iutalom.* Ang. *A fee, the rewarde of victorie.*] Dicitur victoria, vel certaminis præmium.

Brabyla, Pruna apud Theocrit. id est. Damascena.

Braccæ, f. p. [מכנסים *michnesájim.* ἀναξυρίδες, ἀναξυρίδες. Gall. *Brayes.* Ital. *Braghe.* German. Ungeschorne kleider/die vielerley farb haben. Hispan. *Las bragas.* Pol. *Gunka, sziermiega.* Vngar. *Gyapias ruha, nadrág.* Ang *Breeches or menes ouer stockes.*] A quibusdam accipiuntur vestes fluxæ, intonsæque ac varii coloris, quibus utebantur frigidioris plagæ gentes, ut inquit Diodor. libro 6. à quibus braccata Gallia vocata est Narbonensis provincia, quòd vestes ferret intonsas, & varii coloris. Baccis usos fuisse Scythas docet Ovid. scribens: Pellibus & laxis arcent mala frigora braccis. Vide Alexandrum ab Alexandro libro 5. cap. 18. & Gell. lib. 10. cap. 21. Pompon. Mela: Braccati sunt, *inquit*, totum corpus Sarmatæ, & Mysi, qua vident etiam ora vestiti. Suet. in Cæs. Iidem in curiâ Galli braccas deposuerunt, latum clavum sumpserunt. Corn. Tacit lib. 8. sic ait: Ornatum Cecinnæ municipia, & coloniæ in superbiam trahebant, quòd versicolori sagulo braccas, barbarum tegmen indutus, togatos alloqueretur. Alii scribunt brachę per h, sed sine ratione: fit enim à Græco ῥάκος, unde braccæ quasi ῥάκκαι.

Brăccārĭī, Braccarum vestium confectores. [Pol. *Ci ktorzi, gunie skaia.* Angl. *Which maketh breeches, saylours of ouer stockes.*] Lamprid. Ob quod Alexander imperator, vectigal instituit braccariorum, linteonum & pellionum.

Brăccātŭs, m. f. Braccis indutus. [Polon. *W gunie obleczony.* Vng. *Nadrágos.* Angl. *That weareth breeches.*] Cic. pro Font. Si existimatis eos hic sagatos, braccatosq; versari animo demisso, atq; humili, ut solent ii, qui affecti injuriis ad opem judicum supplices, inferioresque confugiunt. ¶ Braccatam Galliam ex Plinio, Pomponio Mela & aliis, constat dictã esse Galliam Narbonensem, Romanorum provinciam, à braccis, genere vestis, quo ejus regionis homines præcipuè utebantur. Hæc Alpibus ab Italiâ discernitur, & Varo amne. Reliqua autem Galliâ, à studio nutriendæ comæ, Comata dicta est.

Brāchĭum, n. s. [זרוע *zeroáh.* βραχίων, ονος. Gall. *Bras.* Ital. *Braccio.* German. Ein Arm. Belg Den Arm. Hispan. *Braco.* Polon. *Ramie.* Vnga. *Kar.* Ang. *The arme.*] Aliquando totum membrum cum manu comprehendit. Virgil. li. 5. -& evinctis attollit brachia palmis. Aliquando ab humero ad cubitum: id est, pars superior quæ Armus dicitur. Nam armos, humeros cum brachiis, sed non econtrariò dicimus: à cubito verò usque ad vertebram manus, Lacertus nuncupatur. Ovid. lib. 1. Metam. -laudat digitosque manusque, Brachiaque, & nudos, mediâ plus parte, lacertos. ¶ Molli brachio & leni brachio aliquid fieri dicimus, quum indiligentem operam significamus. Cic. libro Epist. ad Attic. 2. & 4. ¶ Trãsfertur interdum ad maris & montium sinuosus flexus. Ovid. 1. Metam. -nec brachia longo Margine terrarum porrexerat Amphitrite. ¶ Brachia, de piscibus. Plin. lib. 9. cap. 29. de nautilo: Postea duo prima brachia retorquens, membranam inter illa miræ tenuitatis extẽdit. Qua velificante in aurâ cẹteris subremigans brachiis, mediâ caudâ ut gubernaculo se regit. ¶ De equo, vel potiùs Centauro. Ovid. 3. Metam. Edidit hinnitus, & brachia movit in herbis. ¶ Brachia in vitibus sunt, ut flagella, palmites, duramenta. Colum. lib. 6: Brachia sunt quæ *duramenta* Græci vocant. ¶ De arboribus. Virg. 6. Aeneid. In medio ramos annosaq; brachia pandit Vlmus opaca, ingens.

Brāchĭŏlum, li, n. s. dimin. [βραχιόνιον. Polon. *Ramionko.* Vngar. *Karocska.* Ang. *A litle or tender arme.*] Catul. Mitte brachiolum teres, Prætextate, puellulæ.

Brāchĭālē, n. t. [ψέλλιον, βραχιόνιον, περικάρπιον Theodoro. Gall. *Brasselet ou manchetton, ornement de bras.* Ital. *Giontura, della mano & manile.* Germ. Das gleich/oder der knopff/an welchem der arm und hand zusammen kommen/oder armgierd. Hispan. *Muneca de la mano, bracal ò manilla.* Polon. *Oboiczik ramionny.* Vngar. *Az kar és kéz közt valo haylás.* Angl. *A bracer or bracelet.*] Dicitur nodus, quo manus cum brachio jungitur coarctaturque. ¶ Brachialia. [צעדה *etschadáh.* ψέλλια, βραχιόνια. Polon. *Kossika ramionna.* Vng. *Kár ékessége.*] Brachiorum ornamenta, & tegumenta, sicut Ventralia vẽtris, Frontalia frontis, Tibialia tibiarum. Plin. libro 28: Lais & Salpe canum rabiosorum morsus, & tertias quartanasque febres ajunt leniri, menstruo in lanâ arietis nigri & argẽteo brachiali incluso.

Brāchĭātŭs, a, um, Quod est ad brachiorum modum factum, & ad vites præcipuè pertinet. [βραχιονωτός. Vng *Kár mogyyára valo.*] Colum. lib. 6: Alii capitatas vineas, alii brachiatas magis probant, quibus cordi est in brachia vitem componere.

Brăchўcătălēctŏn, βραχυκατάληκτον, Brevis terminatio versus. cui desunt in fine syllabæ. Nam in eo ut perfectus sit, deest integer pes: Vnde & metrum Brachycatalecticum dicimus.

Brăchўlŏgĭă, βραχυλογία, Breviloquium, Laconismus. Vide Quint. lib. 9. cap. 3.

Brăctĕă, & Lamina, (ut scribit Valla lib. 4. cap. 57.) sic differunt, quòd lamina crassior est, ex qua armatura conficitur, & quâ incensâ olim homines torquebantur. Potest autem esse ferrea, ærea, & argentea, electrea, orichalcea, plumbea, aurea, lignea, cornea sive ex aliâ materiâ. Bractea tenuis magis est, & suâ sponte plicabilis, quæ crepitat. [רקועות *rikkúah* פח *pach.* τὸ πέταλον, ἔλασμα τοῦ ἀργύρου ἢ χαλκοῦ ἢ τινος ἄλλου μετάλλου. Gall. *Fueille d'or, ou d'argent, ou d'autre metail.* Ital. *Foglietta d' oro ò d' argento, ò di altro metallo ben sottile.* German. Ein blech/oder ein blat von einem metall. Hispan. *Chapa ò hoja de metal.* Polon. *Blachajiakie ykolwiek materij.* Vngar. *Kiuert arany ezüst, es effele bányaszna.* Angl. *Goldfoile, or thinne leaues of any metall.*] Virg. lib. 6. Aen. -sic leni crepitabat bractea vento. Bracteis inaurari simulacra solebant, sed unguibus plerunque auferebantur. Mart. An magis astuti derasa est ungue ministri Bractea. Et servus qui bractea deraserat (apud Sueton) damnatus est. ¶ Dicta Bractea ἀπὸ τοῦ βράχειν. hoc est à resonando.

Brăctĕŏlă, f. p. diminut. [τὸ πεταλίδιον. Pol *Blaszka.* Vnga. *Ki vekenyitetet arany veszzöcske.* Angl. *A litle raye or a thinne leaue of gold, or any metall.*] Folium auri, alteriusve metalli. Iuvenal. -qui bracteolam de Castore ducat.

Brăctĕātŏr, m. r. idem quod Bractearius: [ὁ τῶν πετάλων ποιητής. Gall. *Batteur d'or ou d' argent.* Ital. *Battitori di tai fogli.* Germ. Ein

Buchmacher/oder der die blinden Bletter von den metallen schreibet. Hispan. *El batihoja.* Polon. *Blachmistrz.* Vngar. *Arany mives, Szabo.* Ang. *A goldbeater, a gold laet.*] Firm. Quicunque habuerit horoscopum in XVII. parte Scorpii, erit aurifex, inaurator, & bracteator.

Bracteārius, Qui bracteas facit: cujus ars bractearia: [Vngar. *Arany mives Szabo, kovács.* Angl. *A goldbeater.*] & bracteatum quod bracteis tegitur. Bud. in Pand.

Branchiæ, arum, f. p. [βράγχια. Gall. *L'ouyeen ou l'ouille des poissons.* Ital. *Branche, barbole di pesci.* German. *Fischoren.* Belg. *Visch-oeren, vischkaken/tuwen.* Hispan. *Las agallas del pesce propriamente.* Polon. *Skrzelie.* Vng. *Hal kopoltyu.* Ang. *The gilles of fishe.*] Dicuntur in piscibus secundum cervicem follium more hiantes partes, quibus anhelitum reddere ac per vices recipere existimantur. Plin. lib. 9. cap. 7: Branchiæ non sunt balænis, nec delphinis. Hæc duo genera fistulis spirant, quæ ad pulmonem pertinent, balænis à fronte, delphinis à dorso.

Branchus, [βράγχος. Polon. *Ochrapiali.* Vngar. *Rekedés, rekedtség.* Ang. *Hoarsenesse of voice by falling downe of humoures in the throate.*] Raucedo & asperæ arteriæ passio, quum humor ad guttur descendit, ita ut madente interiore pellicula vox raucescat. Vnde & Arteriacum hoc vitium appellant, quòd asperam arteriam peculiariter infestet. Contingit etiam interdum citra humoris defluxum, nimia vociferatione vel frigidi aëris inspiratione, ut & Aegineta asserit, & experientia ipsa confirmat.

Brassica, f. p. [κράμβη. Gall. *Chous.* Ital. *Cavoli.* German. *Kol.* Belg. *Koole.* Hispan. *Versa generalmente.* Polon. & Vngar. *Kapusta.* Ang. *Colewortes.*] Herba est, vulgò caulis nomine nota: ita dicta quasi præseca, teste Varrone, quia ex eius scapo, quem maximum habet, folia minutatim præsecantur. Cato de Re rustic. capit. 156, & 157. brassicarum tria facit genera, unum extensis foliis, caule magno: alterum crispo folio quam Apianam vocant & Selinada: tertium minutis caulibus. Huic herbæ tantum traditur esse cum vite dissidii, ut vitis, si propè ipsam lata sit brassica, in diversam refugiat partem. Cicero de Naturâ deorum: Iam verò vites sic claviculis adminicula, tanquam manibus apprehendunt: atque ita se erigunt ut animantes: quinetiam à caulibus, brassicisque si propè sata sint, ut à pestiferis & nocentibus refugere dicuntur, nec eos ullâ ex parte cōtingere.

Bravium, Vide Brabium.

Bregma, βρέγμα, A medicis propriè appellatur anterior pars capitis supra frontem capillis tecta, quæ & Sinciput à Latinis dicitur: quanquam etiam frequenter apud Græcos pro toto capite positum invenitur. [Pol. *Ciemię.* Vngar. *Agy kaponyá.* Ang. *The fore parte of the head.*]

Brenthiæ radices quædam, quibus mulieres nonnullæ genas rubrificant: quas nõnulli fucum aut anchusam interpretatur.

Brephotrophia. [βρεφοτροφεῖα. Germ. *Kinder Spital.* Polon. *Dziecinnij spital.* Vng. *Fattyák ispitallia.*] Latinè parvulorum hospitalia: quibus infantes expositi aluntur. βρέφος enim infans nominatur, τροφὴ educatio. De quibus in decretis 23. q. 8.

Brevis, & hoc breve, Curtus, parvus, pusillus, contractus, concisus: ejus contraria sunt Longus, productus. [קצר *katsar* קטן *katan.* βραχύς. Gall. *Bref ou brief, court.* Ital. *Breve, corto, picciolo.* German. *Kurtz.* Belg. *Cort.* Hisp. *Cosa breve ò corta.* Polon. *Krotky.* Vngar. *Rövid, kurta.* Ang. *Short.*] Cicer. pro Archia. Quid est quod in hoc tam exiguo vitæ curriculo, & tam brevi, tantis nos laboribus exerceamus? Horat. 4. Carm.-sed Cynaræ breves Annos fata dederunt. Et differt brevis & pusillus, quòd brevis est in naturâ, ut brevis dies, annus, &c. Pusillus in corpore. Sospater lib. 1. ¶ Brevi manu, per compendium, à vitato circuitu. Vlp. D. lib. 23. tit. 3. l. 43: Nisi fortè si accepto tulit, ut velit mulieri in totum donatum, tunc enim credendum est, brevi manu acceptum à muliere, & marito datum.

Brevi, adverbium, Breviter, paucis verbis, propediem, brevi tempore. [ἐν βραχεῖ. Gall. *En brief, en peu de temps, incontinent.* Ital. *Brevemente.* Germa. *In einer kurtze/in einer kurtzen zeit.* Hisp. *Breve y certamente.* Polon. *W krotkim czasie.* Vngar. *Rövid nap hamar.* Ang. *Shortlie, in few wordes, quicklie.*] Cicer. Curioni: Brevi tamen sic habeto, in eum statum temporum, tuum reditum incidere. Potest esse & ablativus, ut subintelligatur Tempore. Cicero in Verr. Brevi postea mortuus est. Idem ad Terentiam suam scribens cum tempore conjunxit: Etiam illud verendum est, ne brevi tempore fames in urbe sit. Et ad Octavium posuit cum præpositione In O' miseram, & in brevi tam celebrem, & tam vanam reipub. commutationem. Aliter Gell. libro 13. capite 17: Fuit autem, inquit, Aeschylus non brevi antiquior Euripide: hoc est, nõ multo tempore ante Euripidem.

Brevio, as, are, [קצר *kitsar* βραχύνω. Gall. *Abreger, accourcir.* Ital. *Abreviare, accortare.* German. *Kürtzen/kürtzer machen.* Hisp. *Abreviar, acortar.* Polon. *Ukracam.* Vng. *Meg rövidítem.* Angl. *To make short, or abbridge.*] Quintil. libro 1. capite 19: Qua & breviare quædam, & exornare, salvo modò Poëtæ sensu permittitur.

Brevia, [βραχέα. Vng. *Tóhely.* Angl. *Foordes, shallowe places where men may go over.*] Thucyd. Vadosa loca sunt mari, navibus insidiosa. Virg. Aeneid. In brevia & Syrtes urget.

Breviārium, n. s. Compendium, summarium, opus concisum. [תמצית. Gall. *Abregé, sommaire.* Ital. *Sommario.* Germ. *Ein summarien/ein kurtzer begriff.* Hispan. *Libro abbreviado.* Pol. *Summariusz, krotkie ogarnienie.* Vngar. *Rövid summába szedés dolog.* Ang. *A breif compendious draught, an abbridgment.*] Plin lib. 18: Verùm ut pariter omnis culturæ breviarium peragatur. Suet. in August. Fecit & breviarium totius Imperii, quantum militum sub signis ubiq; esset, quantum pecuniæ in ærario, & fiscis, & vectigaliorum residuis. ¶ Breviariæ rationes, quæ in breve contractæ sunt. Suet. in Caligula: Ordinarió quidem dispensatori breviarium rationum offerenti, paropsidē leguminis porrexisse. Scævola de petul. legat. An peculio prælegato & centum aurei & usuræ eorum debentur, cum rationibus breviariis.

Breviloquens, tis, om. r [βραχυλόγος. Gal. *Qui dit en peu de paroles ce qu'il veut.* Ital. *Chi parla brevemente.* German. *Kurtzredend.* Hispan. *El que habla brevemente.* Polon. *Krotko mowiący.* Vng. *Rövid beszédű.* Angl. *A speaker in few wordes.*] Cicer. ad Att. lib. 7: Breviloquentem jam me tempus ipsum facit.

Breviloquentia, f. p. sive Breviloquium, n. f. [βραχυλογία. Gall. *Bref & court parler.* Ital. *Il parlar breve & corto.* German. *Ein kurtze red.* Hispan. *El hablar abreviado.* Polon. *Krotkie mowienie.* Vng. *Rövid beszéd.* Angl. *Short speaking, breffnesse, wordes.*] Cic. de Repub. et Gell. lib. 12. cap. 1: Breviloquentiam in dicendo colat.

Breviloquus, Qui aliquid paucis scribit, aut dicit. [Vngar. *Rövid beszédű.* Ang. *Hat speaketh quickelie and briefelie.*]

Brevitas, tatis, f. t. Angustia, contractio. [קצר *kotser.* βραχύτης. Gall. *Brefueté.* Ital. *Brevità.* Germ. *Kürtze.* Hisp. *Brevedad ò cortedad.* Pol. *Krotkość.* Vngar. *Rövidség.* Ang. *Shortnesse, briefnesse.*] Cic. lib. 1. Offic 1. Brevitatis causâ uno exemplo contenti erimus.

Brevis item, & Breve, masculini & neutri generis, à quibusdam dicuntur in eo significato, quo vulgus usurpat, Breve Apostolicum. [ἐπιτομή. Pol. *Sztocem.*] Lampridius: Milites suos sic ubique scivit, ut in cubiculo haberet breves, & numerum, & tempora militantium. Flavius Vopisc. in Aurel. Breve nominum conscripsit.

Bris, Iucundum dicitur, inquit Cornutus. [Polon. *Wdzięczny.* Vng. *Gyönyörűséges.*] unde etiam quidam Briseida dictam, quòd ea jucunda fuerit Achilli.

Brisa, æ, f. p [Pol. *Brzeczka winna.* Vngar. *Törköly.*] Vinaceorum massa, ex qua vini vel aquæ infusione fit vinum secundarium. Colum lib. 12. cap. 39: Postea vinaceos calcare, adjecto recentissimo musto, quod ex aliis uvis factum fuerit, quas per triduum insolaveris: tum permiscere, & subactam bene iam prælo subjicere, passumq; secundarium statim vasis obsignatis includere, ne fiat austerius.

Briso, as, are. [Polon *Wyciskam winno wodą przylewszy.* Vngar. *Bort nyomok saytolok, borsajtolok.* Angl. *To presse or wring out.*] Exprimere est, inquit Cornutus in Persium unde Brisæum Liberum patrem dictum putat, de quo suprá. ¶ Puto quoq; Brisare idem antiquis fuisse quod Comedere & consumere. Itaque apud Nonium pro *Brasiare*, existimo legendum esse *Brisare* trãspositis literis quibusdam. Afranius Divortio: Qui conet noctu clanculùm brisare dotem.

Britannica, f. p. Plin lib. 25. ca. 3. Herba est foliis oblongis & nigris, radice item nigrâ, nervis & dentibus salutaris, & contra anginas, & serpentum morsus efficax remedium habens. Hujus flores Vibones vocantur, quibus ante tonitrua degustatis, milites adversus fulminum ictus prorsus securi reddebantur. Scribit Plinius loco jam citato, promotis à Germanico trans Rhenum castris in maritimo tractu fontem fuisse inventum aquæ dulcis, quâ potâ intra biennium dentes deciderent, cõpagesq; in genibus solverentur. Ei autem malo Britannicam herbam auxilio fuisse, à Frisiis Romano militi commonstratam.

Brocardia, Materia dicitur, quæ est contrariarum opinionum rationibus involuta.

Brochus, adjectivum est, idem significans, quod Bronchus. Vide suo loco.

Brochon, Arbor est nigra, magnitudine oleę, folio roboris, fructu caprifici, ex qua Bdellium manat: Hanc aliqui *Malachram*, alii *Maldacon* appellant. Autor Plin. lib. 12. cap. 9.

Bromos [βρόμος. Pol *Owies.*] Herba est folio & culmis tritico similis, in summo semen habens simile locustis duplici crure divaricatis, jumentorum potiùs, quàm hominum nascens pabulo. Latini Avenam appellant. Vide Plin. lib. 22. cap. ult.

Bronchus, [βρόγχος. Polo *Gardziel.* Vng. *Gége, torok.* Angl *Any thing of gristle, the winde pipe.*] Corpus quoddã est cartilagineũ, Galeno secundũ asperam arteriam, quod & βρόγχιον appellatur: ita dictũ παρὰ τὸ βρέχειν ἐν τῷ πίνειν ἢ πτύειν. ¶ Accipitur & pro gutture: unde βρογχοκήλη dixerunt pro gutturis tumore.

Bronci, m f. (ut Nonius scribit) Dicuntur qui producto ore, & dentibus prominentibus sunt. [Gall. *Qui a le menton & les dens de dessous plus avancées que celles de dessus* Ital. *Chi ha le labra di sotto molto grosse & infuore.* German. *Der ein langes Maul hat und dem die zeen weit herfür stecken* Belg. *Euytemuyl/dien de tanden voorren uit steken met een lange muyl.* Hisp *Hombre que tiene los labros baxo. mas gruesses que no tiene los s-breros.* Pol. *Geboszbarge* Vngar. *Kin, vöb fogu.* Ang. *Great lipped.*] Plin. lib. 11. cap. 37: Labra, à quibus Bronci Labeones dicti. Lucil. in Satyr. Broncus novit. Lanius dente eminulo. Hic est Rhinoceros. Varro de Re rust. lib. 1, non Broncos, sed Brochos canum vocat. Ex eo, inquit, enatis duobus dentibus, dextrâ & sinistrâ paulò eminulis superioribus, duc tis potiùs, quàm Brochis, & acutis. ¶ Hinc Brochi-

Brochitas. Plin. lib. 11. cap. 37: Senectus in equis & cæteris veterinis, intelligitur dentium brochitate, superciliorum canitie.

Bronchocele, [βρογχοκήλη. Polon. Gardzielny. Vngar. Golyua.] Tumor magnus & rotundus in cervice inter cutem & asperam arteriam, qua modò caro hebes, modò humor aliquis includitur: interdum etiam minutis ossibus pili immisti. Creditur gigni hoc vitium assiduo potu aquæ, quæ ex nivibus resolvitur: unde iis præcipue peculiare est, qui Alpibus sunt vicini: Sabaudis scilicet & Pedemontanis. Qui hoc vitio laborant, Gutturosi dicuntur.

Bronteum, βροντεῖον, Machina erat sub scenâ, æneum habens vas, in quod decidentes calculi & in eo circumacti, tonitrui sonum imitabatur: quod genus Claudiana tonitrua Festus appellavit, à Claudio Pulchro inventore.

Brontia, æ, βροντία Gemmæ nomen, quæ cum tonitruis cadere creditur, testudinis capiti similis. [Ang. A thunder stone.] Vide Plin. lib. 37. cap. 10.

Bruchus, m. s. [ילק jélek. βροῦχος. Gall. Chenille, vne vermine qui mange les herbes. Ital. Rugia che mangia le herbe. Germ. Ein rauy / heuschreck / käfer. Belg. Eenen cruytworm. Hispan. El pulgon que roe las vinas. Polon. Chrząszcz. Vnga. Tjere bogar. Angl. A worme that eateth hearbes.] Genus vermis, è locustarum genere, sine alis tamen, herbas & arborum frondes erodens: unde & nomen accepit. παρὰ τὸ βρύκειν τὸ ἐσθίειν. ¶ Hujus meminit Hieron. Malach.

Bruma, f. p. Dicitur dies solstitii hyemalis, qui est ad xviij. Kal. Ian. quo die fit in Capricorno hyemale solstitium. [תקופת טבת. χειμερινὴ τροπή. Gall. Les plus courts iours de l'an, le milieu de l'hyuer. Ital. I minori di di tutto l'anno. German. Der kürtzist tag im Winter. Hispan. Los menores dias de todo el anno. Polon. Nakrotszy dzien zimie. Vng. Tel. Angl. Winter.] Cicer. 2. de Divin. Nam & musculorum jecuscula brumâ dicuntur augeri, & puleium aridum florescere brumali ipso die. ¶ Et ponitur quandoq; pro hyeme, aut rectè pro frigidissimâ illa hyemis parte, qua dies brevissimi sunt. Virgil. Aeneid. 2: Frigida sub terrâ tumidū quem bruma tegebat. Martial. libro 11 At quum December canus & bruma impotens Aquilone rauco mugiret. ¶ Inde Brumalis adjectivum: ut, Brumale tempus, & Brumalis dies, apud Cic. de Divin. Dicta Bruma, quasi βραχυήμερος: id est, brevis dies. [Ang. Winterlik belonging to winter.

Brumalia, à Romanis dicebantur Bacchi sacra, quæ & Libertelia dicebantur: quæ bis quotannis celebrātur, semel ij. Cal. Martii, atq; iterum xvij. Cal. Septemb. Ἀγριώνια. Plin. Priora & posteriora Vinalia appellat. Brumalia autem à Brumo dicebātur: quo nomine Romani Bacchum appellabant. Vide Cæl. Rhod. lib. 28. cap. 25.

Brumus, Vide BRUMALIA.

Bruscum, [Polon. Gebka narośna. Vng. Az tölgy fának fodros ásomba, bötke. Ang. A knage, bunshe, or knot in woods.] Tuber est aceris arboris intortius crispum: nam quod simplicius sparsum est, Mollusceum dicitur. Autor. Plin. lib. 19. cap. 19.

Bruta, Arbor est soli Orièti cognita, cupresso fusæ similis, albicantibus ramis, odore cedri; citra Pasitigrin nascens, in finibus oppidi Sittacæ monte Zagro Vide Plin. lib. 11. cap. 17. ¶ Sunt qui hanc arborem hodie in Europâ passim nasci existiment, eandemq; esse cum secundo sabinæ genere. Vide Ruel. lib. 1.

Brutus a, um, adjectivum, Stupidus, gravis, tardus, hebes: ejus contraria sunt, Prudens acutus. [בער bâhar. ἀναίσθητος. Gall. Insensé, sans raison, bestial. Ital. Grosso, tardo, insensato. German. Unverstendig / toll / ungeschickt. Belg. Onverstandich / beestachtich / bot. Hispan. Bruto, bestial y sin seso. Polo. Bezrozumny, cielie, nieuk. Vngar. Oktalan, goromba. Ang. Brutish, dull, without reason, beastlie.] Cyprianus ad Demet. Nullus effectus offert lumen cæco, sermonem surdo, sapientiam bruto: quum nec sentire brutus possit, nec cæcus lumen admittere, nec surdus audire. Horat. lib. Carm. Brutam tellurem dixit, pro gravi & tardâ, quod terræ perpetuum est. ¶ Inde bruta animalia, pro tardis & irrationalibus. Plin. lib. 11. c. 37: Bruta existimantur animalia, quibus cor durum riget: ubi bruta animalia accipit pro hebetioris, tardiorisque intellectus. Inde Iunii Bruti cognomen, qui se stolidum simulavit.

Brya, æ, f. p. Pumilus quidam frutex, in Achaiâ appellatur. quem Dioscor. μυρίκην, Romani Tamaricen appellant. Vulgò Tamarices. [בערער harhár. Gall. Briere, de quoy on fait les verges à nettoyer les habillemens. German. Tamarisc. Hisp. Tamariz ò atarce. Pol. Tamaryszek. Vng. Hanga. Angl. A birche tree.] Ejus duo sunt genera, sativum, fructum ferens gallæ similem: & sylvestre, nihil ferès præter muscosum florem. Vide Plin. lib. 13. cap. 21.

Bryon [βρύον. German. Mies an den alten Eichbäumen Pol. Mech na drzewie. Vngar. Fa moh. Ang. Mosse, or mossinesse of trees.] Villosum quiddam est, in quercu præcipuè, in cedro, & in populo nascēs, quod Latini Muscum arborum appellarunt. Vide Dioscor. lib. 1. cap. 20. ¶ Est & Bryon herba quædam, quam Plinius Lupum salictarium, officinæ Lupulum appellant. [Ang. Hoppes hearbe.] cujus flore Galliæ aliquot & Germaniæ populi cervisiæ suæ saporem commendant. Vide Ruell. lib. 2. cap. 141.

Bryon marinum, βρύον θαλάσσιον, Herba est marina, lactucæ foliis, rugosa & veluti contracta, sine caule, exeuntibus è radice foliis. Nascitur in scopulis maximè, testisq; terrâ comprehensis. Vide Plin. lib. 27. cap. 8.

Bryonia, [βρυωνία. Gall. Tam, couleuvrée noire. Ital. Vite nera. Germ. Schwartze Stickwurtz. Belg. Swarte bryonie. Hisp. Nueza negra, con goma. Polon. Przestęp. Vngar. Földi tök.] Herba est sarmenta, capreolos, & folia habens sativæ viti non dissimilis, omnia tamen hirsutiora. Alio nomine Viti alba à nostris, & à Græcis ἄμπελος λευκὴ appellatur: à nonnullis etiam Psilothrū, quòd acinos ferat rubentes, quibus coriarii ad tergora depilanda utuntur. Vide Plinium li. 23. cap. 1. & Dioscorid. libro 4. capite 163.

Bryton, [βρῦτον. Pol. Piwo. Vnga. Arpa ser, Fejéd ser.] Potionis genus ex hordeo, cujus meminerunt Sophocles in Triptolemo, & Aeschylus in Lycurgo: Aristot. πῖνον vocat.

B ante V.

Bu, βου, Particulam solebant magnis & amplis rebus præponere, à magnitudine scilicet bovis: etiam Varrone teste. Hinc Bupædas, magnos pueros: Bupodas, magnos pedes: Bulimiam, magnam famem dixère.

Bua, f. p. Puerorum infantium potio est, βρῦν Aristophani. Varro: Quum cibum ac potionem Pappas & Buas vocent, & matrem mammam, & patrem Tatam. Lucil. lib. 8: Quum vinolentas diceret, vini buas designavit.

Bubalus, [יחמור jachmûr ברין meri. βούβαλις, βούβαλος. Gall. Buffle, beuf sauuage. Ital. Bufalo. German. & Belg. Ein Büffel. Hispan. Bufalo, animal conocido. Polon. Bawół. Vngar. Bial. Ang. A buffle, bugle, or wild oxe.] Animal est simile bovi vel sylvestris bos: colore niger, fortissimis cruribus, & brevibus, respectu sui corporis: cornua habet longe & inflexa, nigraque, parvipili, & parvæ caudæ, præterea est magnæ velocitatis. Plinii ætate bubali Romæ erant solo nomine noti, unde non mirum videri debet, si cervi aut vituli figurâ esse dixerit. Primi autem bubali creduntur ex Africâ esse advecti: nunc autem tanta eorum in Italiâ copia est, ut vix alio animali ad agriculturam utantur.

Bubalinus, a, um, ut Thorax bubalinus [βουβάλινος. Gall. Vaccles de buffle. Ital. Corazzo ò corazzina di bufolo. Germ. Das zu dem büffel gehört / oder von dem büffel gemacht ist. Hispan. Iubon de bufalo. Pol. Bawolowy. Vngar. Bialbol valo, bial. Ang. A breast plate or covering of the bodie of buffle.] Bubalina stragula à Iureconsulto dicta sunt, quæ equis insterni solebant: ex pellibus enim bubalinis fiebant antiquitùs stragula ed equos. Beysius.

Bubetia, Vide BUPETII.

Bubile, Vide Bos.

Bubino, as, act p. Menstruo mulierum sanguine inquino, cujus compositum est Imbubino. Lucil. apud Nonium: Hæc te imbubinat, at hic contrà te imbulbitat. Nam imbulbitare, βολβιτίζειν, est pueri stercore fœdare: tractum à fimo, quod βόλβιτον Græci vocant.

Bubo, onis. [כוס cos. βύας. Gall. Chathuant, hibou. Ital. Alocco. German. Ein mistfink hubu. Belg. Schuyfuyt, nachtuyl. Hisp. Buho. Polon. Puhacz, leli, sowa. Vngar. Bagoly. Ang. An owle.] generis masculini & fœminini secundum Priscianum. Avis feralis, debilis ad volandum, in cavernis commorans: à bovis mugitu quem imitari videtur, ita appellata. Ovid. li. 8. Metamor. Ignavus bubo dirum mortalibus omen. Virg. lib. 4: Solaq; culminibus feralis carmine bubo. ¶ Bubones, βουβῶνες, tumores quidam sunt, præter naturam in quacunq; corporis parte provenientes, sed maximè circa inguina, unde & nomen acceperunt: nam & inguina ipsa Græci βουβῶνας appellant. ¶ Bubo canit lusciniæ. Κὰξ ἐρίσαι τοὶ σκῶπες ἀηδόσι γηρύσαιντο: id est, Buboq; mōtanus philomelis occinnat ipsis. Quum infans suadere conatur eloquenti, aut ineruditus docere doctissimum.

Bubulo, as, are, βύζω. Autor carminis de Philomelâ apud Ovid. Bubulat horrendum ferali carmine bubo.

Bubo, is, ere, Verbum est, significans actum canendi, quem reddit butio avis palustris. Ovidius, aut quivis alius in libello de Philomelâ: Inque paludiferis butio bubit aquis.

Bubonium, [βουβώνιον. Germ. Klein Megerkraut / Megkrau oder Sternkraut.] [Herba est, quæ alio nomine, After Atticus, dicitur, à capitulis quibusdam, quæ in cacumine habet, stellæ in modum radiata. Latinis etiam Inguinalis appellatur eâdem ratione, qua à Græcis Bubonium, quòd scilicet præsentaneum sit affectorum inguinum remedium. Vide Plin. lib. 27. cap. 5.

Bubonocele, [βουβωνοκήλη. German. Ein Bruch / der sich neben den Gemächten ereigt und erhebt. Pol Przepuklina Vngar. Tökösség.] teste Manardo, herniæ species est, quum intestinum aut omentum non intra scrotum descendit, sed in inguine retentum tumefacit. Latini inguinis ramicem appellant.

Bucardia, βουκαρδία. Lapillus bubulco cordi similis in Babylone tantùm nascens Plin. lib. 37. cap. 10.

Bucca, æ, f. p. Oris concavitas intra malas à mento ad oculos, quæ spiritu à pulmone revocato & oppressis labiis retento inflatur. [פפה peh. γνάθος. Gall Bouche. Ital. Bocca. German. Die höle des mundes die man auffblasen kan. Belg. Kaken. Hispan. Boca. Polon. Wydecie geby, pogębek. Vngar. Pofa, száj. Ang. The cheeke.] Horatius libro 1. Serm. Quid causæ meritò quin illis Iuppiter ambas Iratus buccas inflet! Plaut. in Truculpro maxillis exterioribus posuit: Quæ istas buccas tam bellè purpurissatas habes: id est, ipsas malas. ¶ Et sonus ille, qui ex inflatione buccarum erumpit, fictitio nomine Scloppus dicitur. Persius: Nec scloppo tumidas intendis rumpere buccas. ¶ Buccas inflare est, τὰς γνάθους φυσᾶν, & apud Lucian. φυσιγναθεῖν. Quicquid in buccam venerit, ex tempore & impræmeditatè.

ἐσχάρας. Cic. ad Attic. Si rem nullam habebis, quod in buccam venerit, scribito. ¶ Item bucca, tuba dicitur. Iuvenalis Sat. 6. & Phrygiâ vestitur bucca tiarâ. Hinc Buccina.

Bŭccōnēs, m.t. Qui tumidioribus sunt buccis, & pro stultis accipiuntur. [Pol. *Odmigebowie.* Angl. *Which hath great cheekes.*] Plaut. Bacch. Stulti stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones, solus ego omnes anteeo stultitiâ. Hi à physionomis habentur leves & futiles.

Bŭccŭlĕntŭs, a, um. [Gall. *Ionesflu, ou goullard, qui à la bouche grande.* Ital. *Ch' ha le guancie infiate, ganassone.* Germ. Grossebacken/ oder der ein groß maul hat. Belg. Bolle wangen / grooт backhuys. Hispan. *Hombre de bouchettes grandes, carillado.*] Qui magnam habet buccam. Plaut. in Merc. Ego dicam tibi canum, vanum, ventrosum, bucculentum.

Bŭccŭlă, per duplex c, diminutivum à buccâ, oris parte: id est, pusilla bucca. [τὸ γνάθιον. Gall. *Petite bouche, bouchette.* Ital. *Bocchina.* Germ. Ein kleine bölebes munds/ein meule. Hispan. *Pequeña boca.* Pol. *Gebka.* Vngar. *Posatska, szayacska.* Angl. *A litle cheeke.*] Apuleius lib 6. de Asino: Tunc Iupiter perprensâ Cupidinis bucculâ, manuq; ad os suum relatâ combaliavit. ¶ Quandoque ponitur pro parte cassidis, per quam mittitur spiritus, ita dicta quòd buccá tegat: unde & Buccarum tegmen, à Cæsare appellatur. Cassis enim caput, buccula autem barbatas partes armat. Aut certè pro summo galeæ conio, in quo desiguntur cristæ, quòd buccæ parvæ habeat similitudinem. Iuvenal. Lorica & fractâ de casside buccula pendens.

Bŭccēllă, diminutivum à Buccâ, ψωμίον. Pol. *Skibka.* Vngar. *Falat.* Angl. *A bitte or morsell.*]

Bŭccĕa, æ, f.p. A' buccá fit, pro ore, & significat frustulum alicujus rei esui aptæ, quantum scilicet bucca cōmodè capit: quod & Bolus dicitur. [פת path. ἐνθεσις, ψωμὸς, βλωμός. Gall. *Bouchée, morceau.* Ital. *Boccone.* German. Ein Mumpffel/ Bisslin/ ein Mund voll. Belg. Een montvol/bete. Hisp. *Bocado que cabe en la boca.* Pol. *Stucząk, kabalek.* Vng. *Falat.* Ang. *A morsell of any meate, or a cheeke full of meate.*] Augustus Cæsar ad Tiberium: Ne Iudæus quidem, mi Tiberi, tàm diligenter sabbathis id jejunium servat, quàm ego hodie servavi, qui balneo demum post horam primam noctis, duas bucceas manducavi priusquam ungi inciperem. Martialis libro 7. Buccas dixit pro Bucceas, vel Buccellas: Buccis (*inquit*) placentæ sordidas linit mappas.

Bŭccellārĭi, m.f. Gallogræci vocabantur: & Buccellariorum regio Gallogræcia: ut est apud Suidam, citante Alciato. ¶ Sunt & Buccellarii equites Cataphracti per Orientem, qui suberant magistro militum.

Bŭccellātum n.f. Panis castrensis & frumentacei genus. [διπύριτος ἄρτος. Gall. *Biscuit, pain biscuit.* Ital. *Pan biscotto, pan biscottato, biscotto.* Germ. Brot das zwey mahl gebachen ist/ als man es etwan im Krieg braucht. Hisp. *Viscocho.* Pol. *chleb waiszni dwa razy pieczony.* Vngar. *Tabori kenyér.* Ang. *Bisket twise baked & made in cakes.*] de quo Spartianus scripsit: Pescennium Imperatorem prohibuisse pistores exercitum sequi, ac jussisse, milites omnes buccellato, in locis pacatis accepto, esse contentos. Ammianus vero sic scribit: Viginti dierum frumentum, ex eo quod erat in sedibus consumendum, ad usus diuturnitatem excoctum, buccellatum, ut vulgò appellant, humeris imposuit libentium militum. Vbi buccellatum accipere videtur pro pane nautico, quem vulgus *Bis coctum* appellat. Dictum est ex eo, quòd in buccellas, & quasi tessellata frusta confectum sit. In Codicis volumine legimus, milites expeditionis tempore buccellatum primis diebus, mox lardum, carnem vervecinam accipere debere.

Buccellātum, dicitur à buccâ, quod est frustulum panis, quantū commodè buccella capere potest. [Polon. *Skibke.* Vng. *Falat.* Angl. *A morsell or cheek full of meate.*] August. ad Tranq. Post horam primam noctis duas buccas manducavit. Inde sic buccella, Mart. in l. 1. C. de erog. mil. l. 12.

Bŭccĭnă, æ, f.p. Propriè est cornu recurvum, quod tubæ modo inflatur: ita dictum à Bucca: quum tubam significat. [שופר schophár. σάλπιγξ, βυκάνη. Gall. *Vn cornet.* Ital. *Corno, tromba.* German. Ein Zinckhorn / ein horn mit welchem man aussbläset/ als mit einer Trommeten oder Posaun. Belg. Basuyne/sincke/cornet. Hisp. *Bozina para tannar.* Polon. *Cornet, zinck.* Vng *Kürt, trombita.* Angl. *A blowing horne, a trumpett.*] Hieron. ad Dar. Bucca vocatur tuba apud Hebræos: deinde per diminutionem Buccina dicitur. Varro: Orphea vocari jussit: qui cùm eò venisset, citharâ cantare jussus, buccinam inflavit. Ovid. Cava buccina sumitur illi Tortilis in latum. ¶ Est quoque buccina pastoralis, quâ oves & porci appellantur. Columel. libro 7. capite 23: Ad quem saturæ pabulo libenter recurrunt, quum pastorali signo quasi receptui canitur: nam id quoque semper crepusculo fieri debet, ut ad sonum buccinæ, pecus, si quod in sylvis substiterit, septa repetere consuescat. ¶ Buccinas à tubis nonnulli sic distinguunt, quòd illæ ex recurvis animaliū cornibus, tubæ ex ære, argentóve confici soleant ad animos militum & equorum inflammandos. Apul. certè l. 3. Florid. buccinam manifestè à tubâ secernit, quum ait: Siquidem vox hominis & tubâ rudiore torvior, & lyræ concentu variatior, & tibiæ questu delectabilior, & fistulæ susurro jucundior, & buccinæ significatu longinquior. ¶ Sæpe tamen buccinam pro tubâ positam invenimus, aut certè pro instrumento tubæ simili, eundem in bello usum habente. Cic. pro Mur. Te Gallorum, illum buccinatorum cantus exsuscitat: tu actionem instituis, ille aciem instruit.

Bŭccĭno, n.p. Buccinâ cano. [הריע heráh. σαλπίζω. Gall. *Corner.* Ital. *Sonare di cornetto.* German. Hornblasen. Hispan. *Tannar con aquella bozina.* Polon. *Nakornecie gram.* Vngar. *Kürtölök, trombitálok.* Angl. *To sound the trumpett, to blow an horne.*] Varro 2. de Re rust. Primùm quum incluserunt, quum buccinatum est, aperiunt, ut exire possint, &c.

Bŭccĭnātŏr, m.t. Qui buccinâ canit ad incitandos ad prælium militum animos. [מריע merâh מחצצר machesir. σαλπιγκτής, βυκανητής. Gall. *Cornetur, trompetteur, ou trompette.* Ital. *Sonatore di cornetto.* Germ. Ein Hornblaser/Zinckenblaser. Belg. Zinckblaser/ hoornblaser. Hisp. *Tannedor de bozina.* Pol. *Trebacz.* Vngar. *Kürtös, trombitas.* Angl. *He that soundeth a trumpet or bloweth an horne.*] Cæsar 2. bel. Civil. Qua re animadversâ Varus & terrore exercitus cognito, buccinatore in castris, & paucis ad speciem castrorum in tabernaculis relictis, de tertiâ vigiliâ silentio exercitum in oppidum reducit. ¶ Per translationem Buccinatorem pro laudatore ponimus. Cic. Tironi: Quòd polliceris te buccinatorem fore existimationis meæ, firmo id, constantiq; animo facias.

Bŭccĭnum, ni, Buccina, cornu recurvum, quod tubæ modo inflatur. [σάλπιγξ, βυκάνη. Germ. Zinckhorn. Belg. Sinckhoren. Pol. *Traba.* Vng. *Kürt, trombita.* Angl. *A horne which soundeth lik a trumpett.*] ¶ Buccinum item conchæ genus purpurâ minus, quod petris adhærescit, & circa scopulos legitur. Plin. lib 9. cap. 36. uno in loco utranque significationem expressit. Buccinum, *inquit*, est minor concha, ad similitudinem ejus buccini, quo sonus editur: unde & causa nominis, rotunditate oris in margine incisâ.

Bŭcca, per simplex c, folliculus grani fabæ interior, qui albus est. [Polon. *Blankana bobu.* Vng. *Bab toka.* Angl. *The white inwarde huske or hull of a beane.*]

Būcentaurus, Βουκένταυρος, Bucentoro. Composita dictio à βου, quod magnum quiddam signat, & Centaurus: id est, magna navis Centauro insignita. Veteres enim solebāt magnis rebus βου syllabam præponere à magnitudine scilicet bovis.

Būcentes, Ταυρ... [Βουκέντης. Gall. *Taon.* Ital. *Tafano.* Germ. Bremen/ bomaessen. Hispan. *Moscarda que a uyenta las vacas ò reses.* Polon. *Gsik.* Vngar. *Barom kergetö fene ... varga légy.* Angl. *A flie sucking the blood of beastes, called a horse flie or dogge flie.*] A' pungendis bobus: κεντεῖν enim pungere significat. Latini hoc insecti genus asilum vocant. Græci alio nomine οἶστρον. Non dissimile est apibus, quamvis majore corpore, armentis præcipuè infestum. De quo ita Virg. in Georg.

> Est lucos Silari circa, ilicibusque virentem
> Pluribus Alburnum volitans, cui nomen Asilo
> Romanum est, œstrum Graii vertêre vocantes
> Asper acerba sonans, quo tota exterrita sylvis
> Diffugiunt armenta. Vide ASILVS.

Būcentrum, n.s. [βούκεντρον. Pol. *Kostürek ktorim popichaia woly.* Vng. *Ösztön.* Ang. *A goade to pricke forward catell.*] Stimulus, quo boves agitantur.

Bucephalus, m.s. Βουκέφαλος, Quasi bovis caput: quo nomine dictus est equus Alexandri, ab aspectu torvo, seu ab insigni taurini capitis, armo impressi. In cujus demortui memoriam, Bucephalam Indiæ urbem condidit. ¶ Est etiam Bucephalus herba eadem cum tribulo: ita dicta, quòd bubuli capitis imaginē referat, duobus cornibus & rictu. Vide Marcell. Virg. in Dioscor.

Būcerās, [βούκερας. Gall. *Fenegrec, senegrey.* Ital. *Fiengreco.* Germa. Fenigrec/ Bockshorn. Belg. Fenigriek. Hispan. *Alfornas, alholuas.*] Herba est Theophrasto, quæ notiore nomine Fœnugræcum appellatur: ita dicta à figurâ seminis, quod corniculorum similitudinem quandam præ se fert. Vide Plin. lib. 24. c. ult.

Būcrānium, Βουκράνιον, Herba est Galeno alio nomine Antirrhinon appellata. Vide Ruell. l. 3. c. 131.

Būfo, [φρῦνος. Gall. *Crapaut.* Ital. *Botta, rospo.* Germani. Ein Krott. Belg. Een Padde. Hisp. *Capo ò escuerço.* Pol. *Zaba krostawa.* Vngar. *Varas béka.* Ang. *A toade.*] Rana terrestris venenata. Virg. 1. Georg. Inventusque cavis bufo, & quæ plurima terræ Monstra ferunt. ¶ In bufonis capite invenitur lapis, qui batrachius dicitur. Hunc & hac arte evomit. Apponuntur panni plurimi diversi coloris, bufo omnes contemplatur, atque in placiti coloris pannum lapillum egerit, quem tamen avidè rursus vorat, nisi mox bufo interceptus insidiatis hominis spiculo transfigatur.

Buglōssum, n.s. sive buglossos, [βούγλωσσον. Gall. *Bourroches ou buglosse.* Ital. *Borana, borragine.* Germ. Borretsch oder Ochsenzung. Belg. Bruynagie/ boragie/ bernaedse. Hispan. *Borraja, yerva nota.* Polon. *Wo owi iezik, albo wielka miodunka.* Vng. *Ökör nyelv.* Ang. *Buglosse, borage.*] Herba est officinis & herbariis *Borraginis* nomine nota: diversa ab eâ quam vulgus hodie *Buglossam* vocat: nam ea Circion est, sive Buglossum majus. Dictum autem est Buglossum à linguæ bubulæ similitudine. ¶ Alio nomine Euphrosynum dicitur, propterea, quòd in vinum dejecta, animi hilaritatem gignere credatur. Vide Plin. libro 25. capite 8.

Būgōnēs, m.t. [βουγενεῖς. Germ. Bynle die von einem faulen Ochsen wachsen/ vand viel honigs machen. Polon. *Pszczoly.* Vngar. *Méh.*]

à Græ-

à Græcis dictæ ſunt apes, quoniam ex bove putrefacto naſci perhibeantur. Varro de Re ruſt. lib. 2. c. 5.

Bŭlăpăthum, [βουλάπαθον. Germ. Groſ Mangoltwurtz.] Herba eſt ex Lapathi generibus, ab oxylapatho ſolâ radicis altitudine differens. Vide Plin. l. 20. c. 21. & Ruel. l. 1. c. 49.

Bŭlbĭnē, es. [Germ. Ein gattung wildes Lauchs.] teſte Plin. lib. 20. cap. 9. Herba eſt, porraceis foliis, rubicundo bulbo, quę vulneribus mirum in modum utilis eſt. Officinæ Maurorum vocabulo Bolegerim appellant, teſte Ruell. l. 2. c. 100.

Bŭlbĭto, as, [βολβιτίζω. Polon. Pluczętam łaynem maze. Vng. Gyermek ganéval be kenlek.] Pueruli ſtercore fœdo. Vide in dictione BVBINO.

Bŭlbus [βολβὸς. Gall. Eſchalotte. Ital. Cipolla maligia. German. Eſchlauch. Belg. Scaloengie/Eſſtenchet Hiſp. Vn cierto genero de cebolla. Pol. Cebulka polny, vel zaiecze czoſnek. Vng. Pár hagyma. Ang. A litle onyon called a ſcalion, or wild garlicke.] Latinè Allium agreſte, ſive Allium marinum, caulem & folia habens lilio ſimilia: cæpæque genus eſt, non abſimile Aſcaloniæ, quod venerem impendio excitat. Mart. lib. 12: Quum ſit anus conjunx, quum ſint tibi mortua membra, Nil aliud bulbis quàm ſatur eſſe potes. Colum lib. 10: quæque viros acuunt, armantque puellas, Iam Megaris veniant genitalia ſemina bulbi. ¶ Generaliter verò apud idoneos authores bulbi ſunt radices rotundæ, membranis ſuis tunicatæ, ſive plurib. capitulis coagmententur, uno folliculo omnes ambiente, ſive quadantenus diſtinctæ ſeparentur: cuiuſmodi ſunt croci, narciſſi, colocaſiæ, ſcillæ, & arundinum. [Gall. Toute racine ronde ayant plusieurs tayes & pelures l'une ſur l'autre, comme lis, ſaffran, oignon. Ital. Scalogne che naſcono con più cipollette attacate inſieme. Germ. Allerley runde Wurtzlen/ die viel ſchelffen uber einander haben Hiſpan. Qualquier raiz como de cebollas. Polon Wſzelaka okragla cebula mająca łupine na wierzchu. Vng. Bimballás, feies, bojtos gyökér. Ang. All round kind of roote where many rootes groweth togither in one, as in garlicke.] Pallad. Nūc & liliorum bulbos ponemus, vel lilia antè habita ſarriemus ſummâ diligentiâ, ne oculos circa radices naſcentes, & minores bulbos ſauciemus, qui à matre ſubtracti, atq; in alios digeſti ordines nova lilieta formabunt. Idem: Violarum plantæ, & croci bulbi ſerendi ſunt. Varro & Apicius ita ſcribunt: Aquâ decoquant bulbos, qui veneris uſum quærunt. ¶ Ex bulborum genere Cato maximè celebravit Megaricos: ita dictos, quòd è Megaride Attici agri regiunculâ mittebantur. Alii Scillam nobiliſſimam faciūt medicamentis, & aceto exacuando natam. Vide Plin. lib. 19. c. 5. ¶ Bulbos quærit, βουλβὸν ζητεῖ, locus proverbialis in eos, qui juxta Perſium: Obſtipo capite defigunt lumina terræ.

Bulbōſus, adject. m. f. [βολβώδης. Gall. Ayant plusieurs petites teſtes comme oignon en la racine. Ital. Pieno di picciole coperte nella radice. German. Rundlecht wie ein runde kropffechtige wurtzel Hiſp. Coſa que tiene mucho de tal rayz. Polon. Okragło wſzelako korzen. Vng. Tsomos, fejes. Ang. That hath many litle heades, in ye rootes as garlicke.] ut, Radix Bulboſa, in qua bulbi conſpiciuntur, quales in radicibus arundinum. Plin lib. 21 c 17: Semipedali radice, bulboſâ, molli, tribus aut quatuor agnatis.

Bŭlĕūtă, æ, m. p. Conſiliarius, ſenator, decurio; [יועץ zakên. βουλευτὴς. Gall. Conſeiller de ville, Eſchevin. Ital. Conſigliere, Senatore. Germ Ein Rhatsherr/ Rhatgeb. Hiſp. Conſejero, Senador. Polo. Radziyca Vngar Tanátsbéli ember, tanáts. Ang. A conſailour, a ſenatour.] à βουλὴ, Senatus, Conſilium. Plin. in epiſt. Claudiopolitani quoque in depreſſo loco, imminente etiam monte, ingens balineum defodiunt magis quàm ædificant, & quidem ex ea pecunia quam Buleutæ addunt beneficio tuo.

Bŭlĕūtēriŏn, Locus conſiliis publicis deſtinatus, Senaculum, Curia. [בית מועצה beth dia. βουλευτήριον. Gall. Senat, Cour. Ital. Luogo dove ſi fanno i conſigli, corte. Germ. Rhathauß/ Richthauß. Hiſp. Senado lugar donde eſtà el conſejo. Pol. Ratuſz, radni dom. Vng. Tanátsház. Ang. A place appointed for to hold conſell in, a ſenate.] Cic. 4 Verr. Deinde ut curia Syracuſis, quem locum illi Buleuterion vocant. Plin. lib. 36 cap. 15: Inſigne buleuterion Cyzici fuiſſe tradit, ſine ferreo clavo, ita diſpoſitâ contignatione, ut eximerentur trabes ſine fulturis, ac reponerentur: quod item Romæ in ponte Sublicio religioſum fuit, poſteaquam Coclite Horatio defendente ægrè revulſus eſt.

Bŭlgă, gæ, f. p. authore Feſto, Sacculus erat ex corio, aut aliâ materiâ confectus, quo circumferebant peregrinantes pecuniam, aut alia viæ neceſſaria: à Græcis ab equis quibus ferebatur, ἱππόπηρα appellabant. [ילקוט jalkút. Gall. Bougette de cuir. Ital Bolgia, valigia. Germ. Ein Bulgen/ Wetſcher. Belg. Bouget/Male. Hiſp. Bolſa de cuero. Pol. Torba, taſka. Vng. Tarſoly. Ang. A bouget of leather.] Lucil. Satyr. lib. 6: Cui neque jumentum eſt, nec ſervus, nec comes ullus, Bulgam, & quicquid habet nummorum, ſecum habet ipſe: Cum bulgâ cœnat, dormit, lavit: omnis in unâ Spes hominis bulgâ: hâc devincta eſt cætera vita.

Bŭlīmĭă, [βουλιμία, ἡ βούλιμος. Gall Grand' faim. Ital. Gran fame. Germ. Groſſer hunger/ unmäſſig begierd zu eſſen. Hiſpan. Grande hambre. Pol. Żarłoczność, nienaſycona pożadliwoſć jadła. Vngar. Telhetetlenſég. Ang. Exceading great famine or hunger.] Immodica appetentia interpretari poteſt, quum ſcilicet cibo quantolibet ſumpto famęs non extinguitur. ¶ Componitur ex βου particulâ, quæ magnum quid indicat in compoſitione, & λιμὸς fames. ¶ Eſt & Bulimia, ſive bulimos, Galeno 2. Aphor. orificii ventriculi morbus, & caſus appetentiæ, ex frigiditate exteriore, qui à fame quidem inchoavit, ſed non habet eam ampliùs adjunctam. Et in hoc differt ab appetentiâ caninâ, quæ perpetuò cibum appetit, ſumptumque ſtatim evomit.

Bŭllă, f. p. [βοῦλλα. Germ. Ball/ rundgeſchloſſen Halßzierd/ als Wiſſemknöpff/ ic. Belg. Hertekin/ bruecke/ ronde bagghe. Polon. Czetka, bulla. Vng. Gomb.] Inſigne erat triumphantium, quam in triumpho præ ſe gerebant incluſis intra eam remediis, quæ crederent adverſus invidiam valentiſſima. Hinc deductus mos, ut prætexta, περιπόρφυρος, quæ magiſtratuum erat, etiam in uſu puerorum ingenuorum uſurparetur ad omen & vota conciliandæ virtutis, ei ſimilis, cui primis in annis munera iſta ceſſerant. Erat hæc bulla rotunda (ut Macrobius ſcribit) in cordis figuram formata, quam ante pectus annectebant in collo, ut bullam inſpicientes, ita demum ſe homines eſſe cogitarent, ſi corde præſtarent. Romani depoſitâ adoleſcentiâ eam exuebant. ¶ Dicta eſt autem bulla, teſte Macrobio, παρὰ τὴν βουλὴν: hoc eſt, à conſilio; quòd effrænis illius ætatis impetus cōſilio præcipuè eſſe regendus. Primus autem Tarquinii Priſci filius, quòd ſe in bello viriliter geſſiſſet, bullâ aureâ donatus eſt, & togâ prætextâ. Deinde omnibus pueris ingenuis facta eſt cōmunis. Libertinorum verò filii, lorum in collo pro bullæ decôre geſtabāt. Aſcon. Bulla ſuſpendi in collo infantib. ingenuis ſolet aurea, libertinis ſcortea, quaſi communiens pectus puerile. A cuius rei ſpecie (Plutarcho autore in Prob.) dicta bulla: [אבעבועה ababbuhah. πομφόλυξ. Gall. Bouteille, ou bouillon s'eſlevant ſur l'eau quand il pleut ou autrement. Ital. Ampolla, ſonaglino d'acqua. Germ. Ein Waſſerblater. Belg. Bobbelken/ Bellekens. Hiſp. Bambuja ò ampula. Pol. Bambolie nawodzie. Vngar. Buborik. Angl. A buble riſing in water when it rayneth.] tumor quidam extrelicens tam in aquâ quum bullit, quàm in urinâ quum ſpumam facit, & repentè evaneſcit. Ex quo etiam proverbialiter apud Varronem dicitur, Homo bulla, quòd ſcilicet ſimilis bullæ vita hominis ſit fluxa, & momento caduca. Plaut. in Aſin. Accepit bullam pro capite clavorum: Iuſſiſti in ſplendorē dari bullas has foribus noſtris: Nam clavorum capita more bullæ quaſi turgentia formata ſunt, & ſplendent ad fores decorandas. Sic Cic. tradit Verrem bullas aureas, ex valvis templi magnificentiſſimis abſtuliſſe. ¶ Bullæ etiam dicuntur ornamenta, quibus cingula decorantur. Calphur. in Bucol. Alternat vitreas lateralis cingula bullas. [Angl. A ſtudde on a girdle, the boſſe of a bridle.] Apud Apuleium lib. 6. accipitur pro ornamentis illis orbicularis extuberantibusque, quibus tanquam oculis ephippia equorum, & pectoralia, & habenæ exornari ſolent. [Pol. Czetka.] ait enim: Bullis multis aureis inoculatum, veluti ſtellis relucentem.

Bŭllŭlă, diminut. f. p. Parva bulla. [πομφολύγιον. Pol. Czetecka. Vng. Gombotska. Ang. A litle ſtud on a girdle, or boſſe of a bridle.] Celſ. lib. 2. de Vrinâ: Aut ſi quaſdam, inquit, maculas repręſentet, ut ſi bullulas excitet.

Bullārī, Verbum barbarum quo tamen Accurſiani utuntur pro eo, quod Imperator Conſtantinus in l. ſi quis in metallum. C. de Pœnis, translatè, nec omnino ineleganter dixit in facie ſcribere.

Bŭllātus, ta, tum, Bullâ inſignitus. [ἐμφολυγωμένος, πομφολυγώδης. Gall. Reſſemblant aux bouillons ou bouteilles d'eau, orne de bagues. Ital. Ornato di bolle. German. Woigeziert mit Bullen/ als mit Wiſſemknöpffen/ ic. Hiſpan. Coſa llena de bollones ò chatones. Pol. Bullamy obwieſzony, cżkami, obiii. Vng. Gombos. Ang. Garniſhed with ſtudes or lik blabes of water of bubbles.] Veſtis bullata, in qua erat bulla. ¶ Accipitur pro Inani, tumido, & inflato. [πομφολυγώδης, πομφολυγώδης. Polon. Nadmięcbo. Perſius: Non equidem hoc ſtudeo, bullatis ut mihi nugis Pagina turgeſcat. Bullatas nugas, proverbii ſpecie appellans inanem perſtrepentium vocum congeriem, in quibus nihil ſubſit ſolidioris ſententiæ.

Bŭllĭo, is, ivi, itum. n. q. Ferveo, bullas emitto. [רתח ratach. ἀναβράζω, ἀναζέω. Gall. Bouillir. Ital. Bollire. German. Sieden/ wallen/ ſtrudlen. Belg. Sieden/ opborrelen. Hiſpan. Bullir como lo que hierve. Pol. Wram, wrzeſzcie Vngar. Forrok, buzgok. Ang. To bubble as water doeth in ſeething.] Dictum à bullis, quas in aquâ fervidâ videmus. Celſ. lib. 5. c. 19: Aut ſpumæ argenti ſelibra, ex olei heminâ, & aquæ marinæ alterâ, coctâ donec bullire deſierit, cui paulum ceræ ſit adjectum. ¶ Hujus compoſitum eſt, Ebullire, ἐκφυσιοῦσθαι, effervescere, & inter bulliendum effundi, ſicut aqua in aheno calefacta ebulliens, non ſeipſam capit, ſed intumeſcit & effunditur. ¶ Per metaphoram accipitur pro Iactare, vel oſtentare. Cicer. 3. de Finibus: Dixerit hoc quidem Epicurus, ſemper beatum eſſe ſapientem, quod quidem ſolet ebullire nonnunquam Idem 3. Tuſc. Quæſt. Qui ſi virtutes ebullire volent & ſapientias, nihil aliud dicent. &c.

Bŭllo, as Bullio. [ἐκφυσιοῦμαι. Germ. Blateren auffwerffen. Polon. Wrám. Vngar. Forrok, buzgok. Ang. To bubble as water doeth in ſeething.] Cato de Re ruſtic. Vinum Græcum ſic facito: Muſti quadrantalia viginti in ahenum, aut plumbum infundito, ignem ſubdito, ubi bullabit vinum, ignem ſubducito. Plin. lib. 28. cap. 6. Magna ſigna ſunt urinæ bullantis, & craſſæ. ¶ Sic Ebullo: id eſt, erumpo, crepo. Perſius: O' ſi ebullet patrui pręclarum funus.

Bumamma, sive (ut apud Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 3. legitur) Bumammia uva, est eadem, quæ & Bumastos dicitur. [Germ. Trauben mit grossen beeren. Vngar. *Ketske tsötsu szölö.*] Vide in sequenti dictione.

Bumastos, idem quod Bumamma, fœm. gen. [βούμαστος. Polon. *Iagoda jako cycek nadeta.* Vng. *Ketske tsötsu szölö.*] Vvæ genus, crassioris mammæ cujusdam modo intumescentis: à βου augmentativâ particulâ, & μαστὸς, mamma: quasi magnam mammam dixeris. Plin. lib. 14. cap. 1: Tument verò mammarum modo bumasti.

Bumelia, βουμελία, Fraxini species in Macedoniâ amplissima & lentissima, cujus folia contra serpentes succo expresso ad potum, & imposita ulceribus maximè prosunt. Plin. lib. 16. c. 13.

Bunias, adis, f. r. [βουνιάς. German. Groß rund Rüben / Stickrüben.] Napi species est, diversa à Bunio. Plin. lib. 22. cap. 4. duas napi species facit, quarum altera, Bunion, altera Bunias vocatur. Bunion autem angulosis foliorum caulibus esse tradit, ejusque decoctum purgationibus fœminarum, & vesicæ, & urinæ utile esse: idque Dioscorides à Romanis *Scopam regiam* vocari asserit. ¶ Buniada autem idem Plinius raphano & rapo similem facit, cujus semen antidotis, quæ contra venena fiunt, admisceri tradit. Hodie Bunias, napi nomine nulli non cognita est. ¶ Bunium autem id esse, quod vulgus Gallorum *Carpentariam herbam* vocat, plerique suspicantur. Vtriusque autem generis appellatio à tumente radicis figurâ tractum videtur. Nam colles, terræque tumores βουνοὺς Græci appellant. Napum autem Buniadis nomine ne Columella quidem ignoravit, qui sic scribit li. 10: Atq; amiterninis defertur bunias arvis.

Bunion, Vide Bunias.

Bupædas, com. t. βούπαιδας. Magnos pueros dicunt Græci, qui fecerant finem extrescendi. [Polon *Dorosle dzieci.* Vng. *Meg állapodot.*] Latini vocant Exoletos.

Buphonum, n. f. βούφονον, Genus herbæ, quæ à bobus devorata anginam procreat, eosque necat. Græcè quippe φόνος, dicitur mors. Hanc herbam quidam Camæleontam vocât: alii Cynozolon, quòd fœtore ejus ricini è canum auribus decidant. κύων enim canis, ὄζειν fœtere. Vide Plin. lib. 22. cap. 18. ubi tamen *Hippophæum* legitur, non *Buphonum*. [Ger. Ein geschlecht des kreuts Chameleone oder Eberwurtz.]

Buphthalmus, [βούφθαλμος. German. Ein kraut wie Camillen: aber die Blum ist gantz goldgeel. Polon *Panny marii ziele*, vel, *S. Iana ziele, herba św. Swedko.*] Herba est, quam Romani *Boeriam* appellavêre, cauliculis teneris & subtenuibus, foliis fœniculi, floribus luteis, majoribus quàm anthemidis, & bubulorũ oculorum similitudinem referentibus: unde & nomen accepit. Vide Plin. lib. 25. ca. 8. ¶ Buphthalmos etiam apud Dioscoridem recensetur inter appellationes Sedi, sive Sempervivi majoris.

Bupleuron, [βούπλευρον. German. Wild Költkraut.] Herbæ nomen quam sic describit Plin. lib. 22. c. 22: Bupleuron in sponte nascentium olerum numero Græci habent, caule cubitali, foliis multis, longisq;, capite anethi, laudatum in cibis ab Hippocrate, in Medicinâ à Glaucone & Nicandro.

Buprestis, f. t. [βούπρηστις. Germ. Ein grüner stinckender Käfer.] Vt scribit Plin. lib. 30. c. 4: Animal est ex genere cantharidũ, scarabeo longipedi simile, venenatum, rarum in Italiâ: fallit inter herbas bovem maximè, unde & nomen invenit. Apud Iurisconsult. Titulo ad legem Corneliam scribitur: Si cui temerè pigmẽtarii dederint pytiocampas, aut buprestes, quæ ambo venenata sunt, teneri pœnâ legis Corneliæ de sicariis & veneficis. ¶ Est & Buprestis herbæ genus, quam in laudibus ciborum habuêre. Vide Ruell. lib. 2. cap. 127. [Germ. Ein wild Költkraut / dem Grass gleich.]

Bura, sive Buris, Pars aratri posterior, quæ manu bubulci tenetur: ita dicta, quasi βοὸς οὐρά, quòd ad similitudinẽ bubulæ caudæ sit incurvata. [ἐχέτλη. Gall. *Le bois de la charrue, la manche.* Ital. *Manica dell' aratro.* German. Das geihen hinden an dem Pflug / die Pflugsterzen. Belg. Een ploechsterte. Hispan. *La manga o cola del arado.* Pol. *Rekojesc v pługa.* Vngar. *Eke szarva.* Ang. *The plough tayle or handle.*] Varro lib. 1. de Re rust. Et sæpè fractâ burâ relinquunt vomeres in arvo. Virg. lib. 1. Georg. Continuò in sylvis magnâ vi flexa domatur in burim.

Burdo, m. t. Dicitur, qui ex equo & asinâ natus est. [פרד péredh, ἱππόονος. Gall. *Mulet né d'un cheval & d'une asnesse.* Ital. *Mulo nato di cavallo & asina.* German. Ein Maulesel / der von einem Ross und einer Eslin geboren wirdt. Hispa. *Burdegano, hijo de cavallo y asna.* Polon *Mul.* Vnga. *Öszver.* Angl. *A mule engendred of an horse and a she asse.*] Vtitur hac voce Vlpianus Iureconsult. de Leg. iij. item legato.

Burgi, quorum mentio in titul. C. de fund. rei privatæ. Qui collegio, vel curiæ, vel burgis cæterisq; corporibus servierit. Andr. Altham. vir eruditus, præcipuusq; Germaniæ illustrator Rhenani nostri sententias firmans, à Græco *pyrgo* deductũ putat, colligitq; haud absurdè ab hac voce eos, qui castellis, munitionibus, & turritis mœnibus habitant, Burger / quod cives significat, quasi dicat *pyrgios*, & Burggraf / appellatum præfectum atq; Comitem & arcis & castri. Constãs autem est opinio à Burgis Burgundos Germaniæ populos esse.

Burchanicum, Genus vasis, Festo.

Burrhanina, [Pol. *Serwatka.*] Genus Potionis, lac sapâ mistum, à rufo colore nomen ductum. Festus.

Burrhus, m. f. [אדמדם adhamdhám, Gall. *Rouge, vermeil.* Ital. *Rosso.* German. Rechtfarb. Hispan. *Roxo o bermejo.* Pol. *Rissawy.* Vngar. *Vörös.* Angl. *Having a swart redde.*] Color à veteribus dicebatur, qui hodie *Rufus* dicitur. Græci enim πυῤῥὸν rubrum, seu rufum vocant. Hinc burrhus vel burrha, sine, vel cum aspiratione, vestis genus, aliquantum vilioris, & pilis hirsutæ: qua indutus, Cyprianus fuisse scribitur, quum ad supplicium duceretur. ¶ Hinc Burrhæ, per translationem, pro rebus ineptis & nugis. Ausonius: At nos illepidum rudem libellum, Burrhas, quisquilias, ineptiasque.

Buselinum, n. f. βουσέλινον, Herba est sativo apio similis, foliaque caulis brevitate, & rufâ radice ab eo differens. Autor Plin. libro 20. cap. 12.

Busicon, βούσυκον, Ficus erat præcipuæ magnitudinis, sed fatuo sapore, quæ alio nomine Marisca dicitur. Ex Festo.

Bustuarii, m. f. Gladiatores dicti sunt, qui ante sepulchra, in honorem defuncti digladiabantur. [ἐπιτύμβιοι. Gall. *Spadassins, iouëurs d'escrime devant le sepulchre à l'honneur des morts.* Ital. *Spadacini.* German. Fechter die vor zeiten mit Schwerteren vor den Greberen fochten / zu ehren den abgestorbenen. Hispan. *Esgremidores de espada.* Polon. *Szermierze ktorzy przy grobiech umarlich szermowali.* Vngar. *Torban iáczo fég ynetesek.* Angl. *Skirmishers at the grave in honour of the dead.*] Cicero in Pison. Si mihi cum illo bustuario gladiatore, & tecum, & cum collegâ tuo decertandum fuisset.

Bustum n. f. Propriè dicitur locus, in quo mortui cadaver combustum est, & sepultum. [שרפה srephah. τύμβος. Gall. *Sepulchre, tombeau, le lieu où l'on brusle les morts.* Ital. *Tomba, sepolcro, sepoltura.* German. Ein Grab. Belg. Graf. Hispan. *La sepultura, sepulcro.* Polon. *Grob.* Vngar. *Temetö hely.* Ang. *A grave or tombe.*] Diciturque Bustum, quasi bene ustum. *Hæc Festus.* Servius verò in 12. Aen. Pyra (*inquit*) est lignorum congeries: Rogus, quum ardere cœperit dicitur: Bustum verò, jam exustum vocatur. Quem ordinem servat Poëta dicens: Constituêre pyras. Item: subjectisque ignibus atris, Ter circum accensos cincti fulgentibus armis Decurrêre rogos. Item postea: semiustaque servant Busta. Livius quoque lib. 5. scribit locum fuisse juxta Aequimelium, nomine Busta Gallica, quoniam illic acervatos cumulos suorum defunctorum ex pestilentiâ ussrant Galli. Cicero verò lib. de Legibus, Bustum appellavit tumbam, aut monumentum: Pœna (*inquit*) fuit Solonis lege constituta, siquis bustum aut violasset, aut dejecisset. Sueton. in Cæs. Iudæi, qui etiam noctibus continuis bustũ frequentârunt. Cicero ad Attic. Vnas video à te non esse redditas, quas L. Quintius familiaris meus quum ferret, ad bustum Basilii vulneratus, & despoliatus est. Apud Sosipatrum libro 1, legitur Bustar, quod ille, locum, ubi mortuorum corpora cremantur, interpretatur.

Buteo, m. t. Ex accipitrum genere avis est, quam Græci à numero testium τριόρχην vocant: ὄρχις enim testiculus dicitur. Huic avi Phemonoë, Apollinis filia, in auguriis principatum dedit. [Gall. *Busard.* Ital. *Sorte di vecello di rapina.* Germ. Ein Bussart oder Kuttein / ist ein raubvogel auß dem geschlecht der Habichten. Bel. Busart / buysart. Hisp. *Vn genero de aue acrebatadora.* Polon. *Kania.* Vng. *Vërse.* Ang. *A bustard or bustarde, a birde so called.*] ¶ Buteonum item nobilis Romæ familia fuit, ita dicta à Buteone ave, quæ prosperò auspicio in Fabii ducis nave consedit, referente Plin. lib. 10. cap. 8.

Buthysian, βουθυσίαν, Magnum sacrificium appellavêre, qualis est Hecatombe, & immolatio magnarum hostiarum. Suet. in Nerone: Inter Buthysiæ apparatum barbam primam posuit. Deducitur à βου augmentativâ particulâ, & θυσία, quod hostiam, vel sacrificium significat. Plautus Buthytas appellat Sacerdotes.

Butio, Vide Buteo.

Butomum, n. f. [βούτομον sive χαλαμαγρώστις. Diostor. Pol. *Szywielky.*] Frutex est in paludibus nascens, folia ferens iridis proxima, ex unâ radice non singulos scapos, sed plures veluti virgas emittens, ad vitilium nexus utiles. Frondibus autem boves maximè oblectantur: unde & nomen accepit. Vulgus hodie *Iuncum cabaceum* appellat, quòd ex foliis ejus sportulæ texantur, quibus ficus & uvæ passæ ad nos afferuntur. Vide Ruell. lib. 2. cap. 127.

Buttubata, [German. Es ist nicht einer bonen oder schnillen werdt. Pol. *Pierdolenie.*] Veteres usurpaverunt pro eo, quod nugatorium est, & nullius valoris. Festus ex Nævio. Vide ibi Scalig.

Butyrum, [חמאה chemáh, βούτυρον. Gall. *Beurre.* Ital. *Butiro.* Venetiis *Onto sottile.* Alibi *Smalzo.* German. Butter oder ancken. Belg. Botter. Hispan. *Manteca.* Polon. *Masło.* Vng. *Vay.* Ang. *Butter.*] Portio lactis pinguior, quæ frequenti agitatione, à sero separatur, dictum butyrum, quasi βοὸς τυρός: hoc est, bubulus caseus. Fit enim (teste Plin. libro 28. capite 9.) ex lacte bubulo ut plurimum. Habet autem penultimam syllabam indifferentem, quanvis apud veteres poëtas non temerè invenias. Macer & Serenus corripuerunt: Sidonius verò, aliique nonnulli produxerunt.

Buxus, f. f. [πύξος. Gall. *Bouys.* Ital. *Bosso.* German. Buchsbaum. Belg. Busboom. Hisp. *Box.* Polon. *Bukspan.* Vngar. *Puszpán fa.* Ang. *Boxe or the boxe tree.*] Arbor exigua, semper virens & tonsilis. Producit ex se viscũ, & semẽ, seu granũ, quod Cattegon dicunt, omnibus animalibus invisum. Lignũ habet adeò durũ, ut cariem non sentiat, & tàm ponderosum, ut in aquâ subsidat.

Hoc Bu-

Hoc Buxum appellatur. Nam in plerisque nominibus arbores sunt fœminini generis: fructus verò & ligna neutri. Virg. -dant arbuta sylvæ: Cruentaq; myrta: & Cerea pruna, Volubile buxum. ¶ Quandoq; tamen Buxus ditur pro ligno. Virgil. lib. 9: - buxosq; vocat Berecynthia mater. Ex Buxo fiunt tibiæ multiforatiles, & pectines ad capillos explicandos, & pyxides ad usus plurimos. Vnde buxus pro tubâ vel tibiâ buxeâ sæpe legitur apud poëtas, juxta eam figurâ (metonymiam videlicet) quâ materia ponitur, pro re, ex eâ confectâ. Statius 2. Thebaid. [illegible] Celenærâ committere prælia buxo. Claud. de Raptu Proserp. Si buxos inflare velim, &c. Id est, Si tibias inspirem. ¶ Buxum quidam non aliud esse quàm guaiacum lignum volunt, quòd pluries compertum sit, ejus decocto etiam felicius eos natos esse, qui Gallicâ lue affecti erant.

Bŭxĕus, a, um, Quod ex buxo est, vel quod buxi colorem imitatur. [πύξινος. Gall. De bouys. Ital. Di bosso. Germ. Buchsbaumin / auß Buchsbaumen gemacht. Hispan. Cosa de madera ò de color de box. Pol Bukspanowy Vng. Pusz pánbol valo, pusz páni. Ang. Of boxe or lik boxe.] Martialis Et tres sunt tibi Maximina dentes, Sed planè picei quæ buxei que.

Bŭxētum, n. f. Locus buxis consitus. [πυξών. Gall. Boscaige de bouys. Ital. Luogo oue sono multi bossi. Germ. Ein ort da Buchsbaum wachsen. Hispan. Boxedal, lugar de aquellos arbores. Polon. Miesce gdzie bukspan rosnie. Vngar. Az hol jok pusz pán sa vagyon. Ang. A place sett with boxe trees.] Martial. Non otiosis ordinata myrtetis, Viduaque platano tonsilique buxeto Ingrata lati spatia detinent campi.

Bŭxōsus, a, um, Quod buxo simile est: [πυξοειδής. Gall. Plein de bouys, ou fort ressemblant à bouys. Ital. Pieno di bossi simile al bosso. German. Das dem Buchs gleich ist. Hispan. Lleno de box, ò semejante al box. Polon. Podobny bukspanowy. Vng. Pusz pán sához hasonlatos. Ang. Full of boxe trees or lik boxe trees.] ut, Lignum balsami buxosum. Plin. lib. 12. cap. 25: Ex hoc Buxosum est optimum, quod est odoratissimum.

Buxĭfer, Ferens buxum: [πυξοφόρος. Angl. Which beareth boxe trees.] ut, Buxifer Cytorus, Catullo.

B ante Y.

Byne. [Polon. Slod. Vngar. Szalad] Ex conjecturâ Cornarii, qui in commentariis in 2. lib. Galeni de Compos. medic. secundum locos hæc scribit: Byne, velut nos ex Aetio vertimus, est hordeum madefactum quod germen emisit, & deinde unà cum enatis ligulis tostum est. His verbis Aetius planè describit hordei præparationem, quomodo per omnem Poloniam & Germaniam ad zythum sive cervisiam, ut vocant, coquendam parare solent. Neq; frio alium qui bynem, hunc parandi modum appellet, vulgo Polonis Slod appellatur, digno literis nomine, utpote cujus beneficio fit, ut Bacchi indignationem ac numen à nostrâ Poloniâ aversum mitiùs feramus. Alludit autem ad bynem appellatio Germanica ipsius cervisiæ. Vnâ enim literâ mutatâ Byre dicunt.

Byrsă, f. p. [עור hoc βύρσα. Gall. Cuir. Ital. Cuoio. German. Leder. Belg. Leer huyt oft vell. Hispan. Cuero. Polon. Skora. Vngar. Bör. Angl. The hide or skinne of a beast.] Corium ac tergus Græcis dicitur: unde & βυρσεῖς coriarium appellarunt. Hinc arx in mediâ Carthaginiensium urbe Byrsa appellata. Dido enim, quum fratrem fugiens in Africam pervenisset, emit ab Iarbâ rege tantum soli, quantum taurino tergore posset circundare. Dissecto deinde tergore in minutissimas laminas, tantum loci circundedit, quantum arci extruendæ sat esset. Ad hanc fabulam alludit Virgilius, quum ait:

Mercatique solum facti de nomine Byrsam,
Taurino quantum posset circundare tergo.

Byssus, [בוץ buts. βύσσος. Gall. Crespe, fin lin. Ital Bisso. German. Köstlich vnnd reine leinwat. Hisp Cierto genero de lino muy delicado. Polon. Plotno cienniuchne. Vngar. Bibor. Ang. Silk fine flexe.] Tenuissimi lini genus, proximam ab asbeto dignitatem obtinens, ex quo subtilissimæ fiunt vestes, quæ mulieribus olim præcipuè in deliciis erant. Plin. circa Elim Achaiæ nasci credidit. Pollux verò ex Indiâ & Aegypto gigni prodidit. Philostratus autor est, byssum ex quâdam arbore nasci, quæ altitudine populos æquat, foliis autem salicibus æquiparatur. Quam quum vidisset Apollonius, gavisus est, quòd fusco amictui, quem gestabat, non dissimilis admodum esset.

Byssĭnus, a, um, Quod ex bysso est: [βύσσινος. Gall. De crespe ou de fin lin. Ital. Che è di tal lino. German. Das auß köstlicher vnd reiner leinwat gemacht ist. Belg. Het fijn lijnwaet. Hisp. Cosa de materia de aquel lino. Polo. Zcienniuchne go plotnianego bionny. Vng. Biborbol valo. Angl. Of silk or fine flexe.] ut, Byssine vestes, quæ lutei coloris erant, & fulgore aurum imitabantur: quanquam posteà inventa est ratio, byssum quovis colore inficiendi.

C

C Litera muta est, quæ ante u, sequente vocali in eadē syllabâ ponitur, sed profertur sub voce g, ob cognationem literarum, ut Cnidius, Cneus. Transit etiam per compositiones & derivationes in g, ut Quadringēti pro quadrincenti. In s, ut Parco, parsi. In x, Duco, duxi, Noceo, noxa. Litera tristis appellatur, quòd nota cōdemnandi esset, quam Prætor in publicis judiciis dare judicibus solebat, in tabellâ cerarâ scriptam, ut si reus damnandus videretur, eam in urnam conjicerent. ¶ C tertio loco ponitur à Latinis, variato à Græcis & Hebræis ordine. Medium est inter G & CH. Vnius horum cognitâ naturâ, facilè noris reliquarum duarum. Dum profertur, extremæ linguæ pars anteriores dētes percutit, fitq; ex eo repercussu obtusior sonus. Diversæ regiones diversimodè pronunciant, aliæ ita proferunt, ut magis ad sonum S videatur acredere: aliæ verò nonnihil de sono G admixtum habent. Sed nil mirum, quando nulla apud nos est recta elementorum pronunciatio, ut facilè percipi potest. Sed diffusiùs ubi de elemento, H, verba feremus. Auget hæc litera sonum & minuit eadem ratione qua & B. In fine dictionis producit syllabam, præterquam in donec, nec & lac, quæ corripiuntur. ¶ In notis antiquorum C. comitia, comitialem diem. C. causa, causat, centum, con, contra, cum, cornibus, condemno, condemnatio, Caio. C. vel CA. A M. causa amabilis. CB. Corymbus. C. con, Caia, C. C. calumniæ causa. C.C.E. causa conventa est. CC. circum. CCC. DP. tercentum duplex. CCC. T. P. tercentum terræ pedes. C. C F. Caius Caii filius. C S. causa. CA. vel CAM. Camillus. CAE cæsar. CAES. AVG. vel A. Cæsar Augustus. CAES. AVG. Cæsaris Augusti. CAES. AVGG. Cæsares de tribus. CAR. COIV. carissimæ conjugi. CARIS. carissimus. C.B. commune bonum, civis bonus. CC. ducenti. C.CL. R causam clara regi. CR. contrarius. CC. consilium cepit. vel cessit calumniæ, causâ contractus. CS. cujus. C. D. C. Quadringentis condemnatus. CD. condignum.

Caballatio, sive Caballatio, onis, in Constitutionibus, munus alendi equos publicos, à caballis dicta. Festum autorem habet Alciatus, unde apparet exemplaria in hoc variare.

Căballus, m. f. Equus. [סוס sus. ἵππος. Gallice, Cheual. Ital. & Hispan. Canallo. German. Ein Roß / Gaul / Hengst / Pferd. Belg. Een peerd oft guyl. Polon. Kon, sladnik. Vngar. Kabala lo. Angl. An horse.] Lucil. lib. 2: Succussator tetri tardiq; caballi. Varr. in Parm. Alius caballum arboris ramo in humili alligatum reliquit. Seneca Epist. 27: O' quantum erat dies ejus seculi Imperatorium, triumphalem, Censoriumq; super omnia: hoc est, Catonem uno caballo esse contentum.

Caballus ab equo distat, quòd caballus ferè nunquam sine derisione dicitur: equus, verò semper de apto & probato. Pomponius de Fund. instrum. l. Si ita caballus, *ait*, qui in pistrinis esset: tanquam dicat malus.

Căballinus, um. [ἵππειος. Gall. De cheual, appartenant à cheual. Ital Di cauallo. German. Das zu dem Roß gehört. Hispan. Cosa de canallo. Polon Konsky. Vngar. Kabalábol valo. Ang. Of an horse, or belonging to an horse.] ut, Caballina caro. Plinius libro 28. capite 20. ¶ Caballinus fons, est in monte Helicone Bœotiæ, quem Pegasus in eo loco saxum feriens, aperuit. ἱπποκρήνη. Vnde & Pegasus vocatur. Autor Strabo. Vide infrà in dictione Helicon.

Cabus, Frumentaria est mensura: unde cabasi qui expiari nequeunt.

Căcăbo, Propriè est vocis perdicum. [κακκαβίζειν, κακκάζειν. Gall. Chanter la perdrix. Ital. Cantar de starne. German. Hühnern wie ein Rebhun. Hispan. Cantar de la perdiz. Polon. Tarlikanie przepiorcze. Vngar. Az fogoly madar szava moggyarasztlok. Ang. To sing lik a parrich.] Ovid. de Philomelâ (si modò id carmen Ovidii dicendum sit) Cacabat hinc perdix, hinc graciat improbus anser.

Cacabos lingua Pœnorum Solanum somniferum, apud Diosc. lib. 4. cap. 74. Carabulum.

Căcăbus, Vas æneum, in quo pulmentarium coquimus. [דוד dudh. λέβης, κάκκαβος. Gall. Chaudiere ou chaudron, marmitte. Ital. Laueggio, caldarone. German. Ein Kessel. Belg. Een coperen ketelken oft potteken. Hispan. Caldera para cozer al huego. Polon. Kociel. Vnga. Vasfazek, fozo. Ang. A great pan or pottage pot.] Plin. lib. 23. c. 6: Succus in cacabo novo coquitur mellis crassitudine. Paulus Iureconsult. Inter ahenum quod supra focum pendet, & cacabum non multum interest. Nam hoc pulmentarium coquitur, in quo aqua ad potandum calescit. Antiqui enim calidam & frigidam cœnis adhibebant. Apicius: Capita porrorum simul elixabis in cacabo novo, ut aqua ad tertiam deferveat.

Cacalia, κακαλία, Herba est quæ & Leontice vocatur, in montibus ferè nascens, folia ferens candida & magna, inter quæ semen dependet ejusdem nominis, minutis margaritis simile. Autor est Plin. lib. 25. c. 11. & Diosc. l. 4. c. 108. Officinis Cumi agresti vocatur teste Ruell. lib. 3. c. 128.

Căcemphăton, κακέμφατον, vel cacophaton, κακόφατον. Durior in

rior in oratione sonus, ex malâ ut plurimum compositione nascens: quale est illud :- numerum cum navibus æquat. Item illud: O' fortunatam natam me consule Romam. ¶ Huic contraria est Euphonia, εὐφωνία.

Căcĕxĭă, f. p. καχεξία, A' medicis appellatur malus corporis totius habitus, quo alimenta corrumpuntur: [Gall. *Mauuaise dispositiõn du corps.* Ital. *Cattiua dispositiõn del corpo.* German. Ein böse gestalt des leibs. Belg. Een groote siechte / als een die een quaet vel heeft. Hisp. *Assi que todo el cuerpo esta mal dispuesto.* Pol. *Zle wmiênie wyjadeku.*] quod fit, quum longo morbo vitiata corpora, etiamsi illo vacant, alimentum tamen in sui substantiam non convertunt. Qui hoc vitio laborant, Cacectici, καχεκτικοὶ appellantur.

Căchinnus, m. s. Solutus risus, à sono risus fictum vocabulum. [שחוק sechók. καγχασμός. Gal. *Ris desmesuré, moquerie, risée a pleine gorge.* Ital. *Riso immoderato.* Germa. Das ungstümich lachen / ein lachen / das gaffen. Belg. Een vnmanierlijck ghelach. Hispan. *Risa con carcajadâ.* Polon. *Smiechnie prusczny.* Vngar. *Kaczagás hahotálas.* Ang. *A lowde laughter.*] Iuvenalis, Sed facilis cujus rigidi censura cachinni. Persius: Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos. Hinc Seneca præcipit, ut risus sit sine cachinno, vox sine clamore. Apud antiquos non de riso tantùm dicitur, sed & de quovis alio sono vehementiore. Catullus: Procedunt, leviterq; sonant clamore cachinni.

Căchinnŏr, aris, d. p. & Cachinno, as, n. p Immoderatè rideo. [שחק sachak. καγχάζω. Gall. *Rire à pleine gorge ou desmesurément.* Ital. *Ridere immoderatamente.* German. Unzimlich / uber die maß lachen. Belg. Ick lache dat ick schêtere. Hispan. *Reir demasiadamente, è dar carcajadas de risa.* Polon. *Rzegoce sye.* Vngar. *Kaczagok.* Ang. *To laugh a lowde or vnmeasurablie.*] Cic 5. Verrinâ: Ridere convivæ, cachinnari ipse Apronius: nisi fortè existimatis, eum in vino ac luxu non risisse, qui nunc in periculo ac exitio suo risum tenere non possit. Lucret. libr. 4: Quam famulæ longè fugiant, furtumque cachinnant. ¶ Dicitur & de alio quovis sono vehementiore. Accius: Sæva sonando crepitu clangentes cachinnant.

Căchinnātĭo, f. t. Dissolutio risus. [καγχασμός. Gall. *Grand ris, risée.* Ital. *Riso dissoluto.* German. Das gaffen / das unmessig unfletig lachen. Hisp. *Reir demasiado.* Polon. *Smiech w elky.* Vng. *Kacagás.* Angl. *Vnmeasurable laughing.*] Cic. 4. Tusc. Vt ridere concessum sit, vituperetur tamen cachinnatio.

Căchlă, [Pol. *S. Ianasielic.*] Plin. lib. 25. cap. 8: Herba est, quæ alio nomine Buphthalmus appellatur. Vide suprà.

Cachryes, κάχρυς, Sunt oblonga paniculatum modo nucamenta: quæ squamatim compacta propendent è ramis. Crescunt hyeme, vere dehiscunt in flaventes squamulas, & folio procedente decidunt: qualia multa in abiete, piceâ, cæterisq; id genus arboribus conspiciuntur. Vide Plin lib. 16 cap. 7.

Căcĭă, f. p. [מרמה mirmá. κακία. Gall. *Astuce, malice.* Ital. *Astutia Vitiosita.* Ger. Boßheit / boßhafftigkeit. Hisp. *Malicia, astutia.* Pol. *Zlosc.* Vng. *Gonosság.* Ang. *Malice.*] Græca dictio in Latinorum usum non recepta, quam Cicero Vitiositatem interpretari mavult, quàm malitiam: quum vitiositas nomê sit generalius, ad omnia vitia pertinens; malitia specialius. Apud veteres malitia inter adiaphora: hoc est, indifferentia connumerabatur, quasi sit & bona & mala: ut, Dolus bonus & malus. Vnde apud Plautum dicitur cû laude: Te civem summâ omni malitiâ.

Căco, Alvum exonero, ventris onus depono, excerno. [נפנה הפך hesichraghláv. χέζω. Gal. *Chier, aller à la selle.* Ital *Cacar.* Germ. Scheissen / sein nottueſſt thun. Belg. Ick doe myn genoech. Hisp. *Cagar.* Polon *Wyproznia sye, kakam.* Vngar. *Szarom.* Ang. *To shyte.*] Mart. Veneris onus misero (nec te pudet) excipis auro: Basse bibis vitro, cariùs ergo cacas.

Căcātus, a, um, Excrementis fœdatus. κατακεχεσμένος. Catullus: Annales Volusi, cacata charta.

Căcātūrĭo, ris, n. q. desiderativum à Caco. [χεζητιάω. χεζίω. Gall. *Auoir faim de chier, vouloir aller à selle.* Ital. *Hauer voglia di andar del corpo.* German. Scheysseren / einem zu scheissen noth thun. Hisp. *Auer gana de cagar.* Pol. *Chcemi sye kakac.* Vnga. *Szarhatnam.* Angl. *To haue a desire to shyte.*] Mart. lib. 11. in Vacer. Cœnaturit Vacerra, non, cacaturit.

Căcŏchylă, sive cacochyma, κακόχυλα, & κακόχυμα, Dicuntur illa, quæ malum succum habent quibus côtraria sunt Euchyla, εὔχυλα, & Euchyma, εὔχυμα.

Căcŏdæmōn, Malus genius. [שד sched. κακοδαίμων. Gall. *Esprit malin, foullet, phantosme.* Ital. *Spirito notturno, spirito maligno.* German. Ein böser geist / ein böß gespenst. Hispan. *Fantasma que parece de noche, Angel malo.* Polon. *Zlyduch.* Vnga. *ördög, gonoz lélek.* Ang. *An euill spirit.*]

Căchŏēthes, dictio tetrasyllaba, neutrius generis, [κακόηθες. Gall. *Mauuaise nourriture, mauuaise coustume.* Ital. *Cattiua creanza, mala consuetudine.* Germ. Ein böse gewonheit / böse sitten. Hisp. *Mala costumbre.* Polon. *Zly zwiczay, zlinalog.* Vngar. *Gonosz szokás.* Ang. *Euill custome and maners.*] Mala & præpostera consuetudo. Nam κακὸς malum & ἦθος morem vel consuetudinem sonat. Iuvenalis pro ambitione sumpsisse videtur per translationem, quæ quum semel animo insederit, non facilè amoveri potest :- Tenet (*inquit*) insanabile multos Scribendi cacoëthes. Hermolaus in Castig. Bud. in Pandect. Politianus Miscel. cap. 49. Cacoëthe prætereà à medicis appellantur ulcera maligna, quæ quum omnia rectè atque ordine feceris, non tamê curantur: quia in ipso ulceris loco, Galeno teste, inest malignitas, sanari ea prohibês, quum in aliis ulceribus malorum humorum influxus aliunde recipiatur.

Căcŏstŏmăchŏs, [κακοστόμαχος. Gal. *Qui à mauuais estomac.* Ital. *Quello che ha debole stomacho.* Germ. Der ein blöden unnd bösen Magen hat. Hispan. *El que tienne estomago enfermo.* Polon. *Maiacy zly zoladek.* Vngar. *Gyenge gyomrú.* Angl. *That hat an euill stomack or diseased.*] Qui malum ac debilitatum stomachum habet. hoc est. ventriculum. Os enim ventriculi, qui stomachus dicitur, pro ipso ventriculo sumi solet. Cicer. ad Tironem: De medico & tu bene existimari scribis, & ego sic audio: sed planè curationes ejus non probo: jus enim dandum tibi non fuit, quum κακοστόμαχος esses.

Căcŏsynthĕtŏn, κακοσύνθετον, Mala, seu defotmis compositio: ut apud Virg. lib. 9 Aen. Terga fatigamus hastâ.

Căcŏtechnĭă, κακοτεχνία, Ars mala interpretatur, & ad perniciem inventa. Quint. lib. 20: Cacotechniam quidam nominaverunt artis pravitatem.

Căcŏzēlĭă, [κακοζηλία. Pol. *Zle náśladowanie.* Vnga. *Gonosz követés.*] Dicitur mala & indecora affectatio, quoties inscitè virtutem aliquam imitantes, in vitium labimur. Veluti siquis, Atticismum affectans; jejunus fiat & aridus: aut contrà copiæ studens, in ineptam incidat loquacitatem, Cacozeliæ genere peccare, Quint. lib. 2 c. 3.

Căcŏzēlus, κακόζηλος. Ineptus imitator.

Căctŏs, [κάκτος. German. Artischock / Welschdistel. Polon. *Włoski osets.* Vnga. *Gonosz köuető.* Ang. *Artechokes, an hearbe so called.*] Herba est teste Plin lib. 21. c. 16. in solâ Siciliâ nascês, quæ caules habet à radice emissos & in terrâ serpentes; quos etiam cactos vocant Athenæus eam esse credit, quæ Latinis Carduus, Græcis κινάρα vocatur.

Cacubalum, Herba acinos ferens nigros, quæ à Græcorum nonnullis *Strychnos*, à Latinis verò, quòd strumis medeatur, ab affectu Strumum appellatur. Vide Plin. lib. 27. c. 8.

Căcŭlă, m. p. Militis servus, fustibus, clavisque ligneis armatus ad tutelam dominorum. [נושא כלים nosé chelim. τῶν ὅπλων ἀκόλουθος. Gall. *Vn goujart d'homme de guerre.* Ital. *Ragazzo, seruitore massimamente in guerra.* German. Ein Quardyknecht / ein Troßbub. Belg. Een tote / eenen jongen. Hispan. *Moço ò rapaz del escudero.* Polon. *Giermek.* Vng. *Katona inas.* Ang. *A man of warres slaue.*] Dictus ἀπὸ τῶν ξύλων: hoc eit, à lignis quæ ferebat. Plaut. Video cacolam militarem me futurum. ¶ Vnde & Calones dicti.

Căcūmĕn, n. t. Summitas cujusque rei: [ראש rosch. κορυφή. Gall. *Sommet ou coupeau de quelque chose.* Ital. *Cima sommità.* Germ. Ein gipffel / das oberste theil eines jeden dings. Belg. Een eberste sop. Hispanice, *Cumbre ò altura.* Polon. *Wierzcholek.* Vngarice, *Tetö.* Angl. *The toppe or highte of any thing, the ridge of an house.*] ut, Cacumina montium, cacumina arborum. Cæsar. 7 bell. Gall. Itaq; trûcis arborum, aut admodum firmis ramis abscissis, atque horum delibratis atque præacutis cacuminibus, perpetuæ fossæ quinos pedes altæ ducebantur. Virg. 6. Aen. dehinc summa cacumina linquunt. Lucret. lib. 5: ad summû postquam venêre cacumen. Id est, Ad summam absolutionem & côsummationem. De artium inventione loquitur, quæ ex parvis initiis paulatim ad summum perfectionis fastigium pervenerunt.

Căcūmĭnārĕ, Acutum reddere. [ἀκροζυμόω. Gall *Faire pointu ou aigu.* Ital. *Far' acuto, appuntato.* Germ Spitz machen. Hisp *Encumbrar, ò alcar, ò empinar.* Polon. *Sśpiczować, Zaostrzyc.* Vng. *Tetözni, hegyezni.* Angl. *To make pointed and sharpe.*] Ovid. 3. Metam. Dat spatium collo, summasque cacuminat aures De Actæone loquitur in cervum mutato.

Căcūmĭnātŭs, a, um, adjectivum. [ἀποξυνθείς. Gall. *Aigu, pointu.* Ital. *Acuto, pentuto.* Germ. Gespitzt. Hisp. *Agudo, empinado.* Pol. *Spiczasty, Zaostrzony.* Vng. *Hegyes, tetős.* Angl *Pointed, sharped, that hath a sharpe toppe.*] Plin. lib. 10 c. 52: Avium ova ex calore fragilia, serpentium ex frigore lenta, piscium ex liquore mollia, aquatilium rotunda, reliqua ferè fastigio cacuminata.

Cădāvĕr, n. t. Corpus mortuum, à cadendo (ut inquit Hieronymus) ab eo, quòd post mortem ceciderit. Sic Hebræi נבלה nebeláh à radice נבל nabál, cecidit: & Græci πτῶμα παρὰ τὸ πίπτειν, cadere. deducunt, [τὸ νεκρὸν ἢ ὁ νεκρός, τὸ πτῶμα. Gall. *Vn corps mort, charongne.* Ital. *Corpo morto.* German. Ein todter Cörper. Belg. Een lijck / en doet lichaem. Hispan. *Cuerpo de animal muerto.* Polon *Trup.* Vngar. *Dög, holt test.* Ang. *A carcage, dead bodis or coarse.*] Cæsar. 7. bell. Gall. Quid hominum millibus octoginta uno loco interfectis, propinquis, consanguineisquê nostris animi fore existimaris, si penè in ipsis cadaveribus prælio decertare cogentur? ¶ Transfertur & ad alia, ut etiam de oppidis solo æquatis quandoq; dicâtur. Ser. Sulp. Ciceroni: Tot oppidorum cadavera projecta jacent. Servius enim à Carendo deducit. ¶ Vivum cadaver, ἔμψυχος νεκρός. Proverbiali figurâ dixit Sophocles in Antigone: οὐ ζῆν ἐγὼ ζῆν τοῦτον, ἀλλ' ἔμψυχον ἡγοῦμαι νεκρόν: id est, hunc ego vivere Haud arbitror, vivum at cadaver judico. In eos dicetur, qui sic vivunt, ut nihil dignum vitâ agant.

Cădāvĕrōsŭs, a, um, [νεκρώδης. Gall. *Pourri comme charongne, hideux.* Ital. *Pieno di carogne.* Ger. Das einem Cörper gleich ist. Hisp. *Cosa semejante à cuerpo muerto,* Angl. *Deadlie face or contenance, a cruell looke.*] Quod cadaveris similitudinem habet: ut, Cadaverosa facies, apud Terent in Hecyr.

Cădiscus, Vasculum quo suffragia colliguntur. [Græcè κάδισκος. Polon. *Dzban wiszerim na fortunne kladam.*] diminutivum à cadus. ¶ Fuerunt autem duo apud veteres cadisci, in quos calculos mittebant judices, alterum κύριος, in quem condemnationis, alterū ἄκυρος, in quem absolutionis calculos projiciebant. Hic τοῦ ἐλέου id est, misericordiæ, vocabatur, in quem οἱ σώζοντες mittebantur. alter θανάτου: hoc est, mortis erat, priore loco posita. Bud. Com. ¶ Est etiam Cadiscus mons Cretæ, Plin. lib. 4. c. 12.

Cădmītēs, καδμίτης, Gemma, quam cæruleæ interdum bullæ cingunt.

Cădmīă, καδμία, Corpus est metallicum: cujus duo sunt genera: alterum, quod in rivis & montibus reperitur earum regionum, in quibus æris sunt metalla: idque Cadmiam lapidosam vocat Galen. lib. 9. Simpl. Nam revera nihil aliud est quàm pyrites ærosus, ex quo excoquitur æs. Atq; hoc quidem cadmiæ genus etiam Plinio cognitum fuit: qui ejus sic meminit lib. 34 cap. 1: Fit & æs è lapide æroso, quem vocant Cadmiam. Item cap. 10, ejusdem libr: Namq; ipse lapis, ex quo fit æs, Cadmia vocatur. ¶ Alterum est genus cadmiæ, quod in ærariis officinis invenitur, idq; rursus duplex. Nam quod ex fuligine sive favillâ, quæ ex fornace perpetuò egeritur, sensim colligitur, altioribusq; ædium partibus, in quibus æs excoquitur, adhærescit, Botrytis appellatur, quòd uvæ quendam imaginem repræsentet. Alterum in fornacibus ipsis invenitur supra diphryges, crustæ similitudine: unde & Placitin appellavêre. Vide Gal. lib. 1. Simpl. & Agricolam de metallicâ.

Cădo, is, cecidi, casum, n. t. Concido, labor, corruo, præcipito. [נפל naphal. πίπτω. Gall. *Cheoir, tomber.* Ital. *Cadere morire, cascare.* Germ. Fallen. Belg. Vallen. Hisp. *Caer, morir, y acontecer.* Polon. *Vpadam.* Vngar. *El esöm.* Angl. *To fall.*] Cicer. in Orat. Si semel constiterit, nunquam cadet. Ponitur autem cum dativo. Plaut. in Menæch. Quid clamas? quin taces? Quot eras annos natus, quum te pater à patriâ avehit? Mem. Septenuis: nam tum dentes mihi cadebant primulùm. Plin. lib. 16. c. 22: Cadunt plurimis autumno, de foliis loquitur, quæ maximè illo tempore arbores amittunt. ¶ Cadere, idem quod Mori. Cæsar 3. belli civilis: Ad duorum millium numerum ex Pompejanis cecidisse reperiebamus. Virgil. 1. Aeneid. Multa tibi ante aras nostrâ cadet hostia dextrâ. Id est, occidetur, mactabitur, immolabitur. Idem: Cadit & Ripheus justissimus: pro Occidit, moritur. ¶ Oriri & cadere (de stellis) contraria. Ovid. 1. Fast. Quie vetat & stellas, ut quæq; oriturq; caditque, Dicere? ¶ Cum præpositione Ab. Plin. lib. 16. cap. 18, de avibus: Impingi putes aliquas; aut rursus ab alto cadere has, illas salire. Cicero per adverbiū dixit: Magnum tamen periculum non adibit: altè enim cadere non potest. ¶ Cum præpositione De. Cic. de Fato: Si Daphitæ fatum fuit de equo cadere, atq; ita perire. ¶ Cum præpositione Ex. Plinius libro 17. cap. 20: Perfringi solum debet suprà ex Novemb. mense in Februarium: quo solutæ sponte cadunt ex arbore, atque subnascuntur. Habet hoc verbum multas egregias & venustas translationes, locutionesque: Terent. in Adelph. Laudarier te audit libenter: facio te apud illum deum: Virtutes narro. Ctes. meas? Sy. tuas: homini illicò lachrumæ cadunt, Quasi puero, gaudio. Virg. Ecl. 1: Et jam summa procul villarum culmina fumant, Majoresque cadunt altis de montibus umbræ. ¶ Item Cadere commodè, opportunè, optatè: pro evenire, contingere. ¶ Cadere in suspicionem, in cogitationem, in deliberationem, in ostensionem: pro incidere, venire. ¶ Cadere causâ, vel à causâ: pro Amittere litem. ¶ Cadere formulâ: pro Rem ipsam per formulas non rectè explicare. ¶ Cadere animum, cadere oculos, vultus, verba, &c. pro frangi, debilitari, opprimi, perire. Et Cicer. in Orat. Quòd verba meliùs in syllabas longiores cadunt, pro: terminant, desinunt. Idem ad Atticum: Accedit illud, si maneo, & illum comitatum optimorum & clarissimorum civium desero, cadendum in unius potestatem: pro Venire, redigi, poni. Tracta esse metaphora à ludo talorum. Tunc enim talus feliciter cadere dicebatur, quum in summitate Venerem: hoc est, numerum septenarium ostenderet, aut etiam senionem; contrà sinistrè vel infeliciter cadere dicebatur, quum unionem, quem illi Caniculam vocabant, in summo latere ostenderet. ¶ Hinc etiam res nobis feliciter cadere dicuntur, quoties aliquid nobis pro voto obtingit. Cicer. ad Attic. Nihil mihi fœliciùs cadere potuit. ¶ Cadere in cursu, M. Tullius lib. de Clar. Orat. dixit, pro eo quod est, expetitâ laude frustrari. Metaphora sumpta est, à publicis certaminibus, pedibus aut equis currentium. ¶ Non cadit in alium tam absolutum opus. Id est, non potest ab alio tam absolutum opus perfici. Plin. lib. 35. cap. 10: Cadunt in malos omnia scelera. Quintil. lib. 7. cap. 3: Si cadit in sapientem animi dolor, qui profectò cadit. Cicer. de Amic. Id est, si sapientis est dolere. Idem in Orat. Iambus enim & dactylus in versum cadunt maximè. Id est, conveniunt. ¶ Hujus composita sunt, Accido, Decido, Excido, Incido, Intercido, Occido, Concido, Procido, Recido, & Succido. quæ habent penultimam correptam. ¶ Derivativa sunt, Caso, as, & Casito, de quibus infrà.

Cāsus, us, m. q. propriè idem quod ruina, à cadendo. [מפלה mappeleth ... πτῶσις. Gall. *Cheute, ruine, cas fortune.* Ital. *Caso, fortuna, ruina.* Ger. Ein fal oder zufal. Belg. Een gheval. Hispan. *Caso y fortuna, ò cayada.* Polon. *Trefi, przypadek.* Vng. *Eses.* Angl. *A fall, chance or fortune.*] Curtius: Inopinato rhedæ casu oppressus. ¶ Interdum idem quod Fortuna vel inopinatus eventus, σύμπτωμα, τύχη. Cicero de amic. Ut si in ejusmodi amicitias ignari casu aliquo inciderint. ¶ Modò Calamitas & infortunium, σύμβαμα. Virgil. 2. Aeneid. Sed si tantus amor casus cognoscere nostros. ¶ Casus temerarius à Græcis αὐτόματον dicitur: à Cicerone Temeritas. ¶ Item casus dicuntur vocabulorum formæ, quibus in aliam atque aliam cadunt effigiem. Hinc etiam veteres Cascum, antiquum dicebant, quasi jam cadentem. Casus item Latinus dicitur sextus, Ablativus, quo Græci carent, cujus vis apud Græcos per genitivum explicatur. Sic appellatur à Varrone, autore Diomede Gramm. libro primo.

Cāsuālis, [πτωτικός. Polon. *Przypadkowi.*] ut, Casuales declinationes apud Probum: & Casualis forma apud Diomedem, Grammatices lib. 1: In singulari numero nominum formæ Casuales sunt sex.

Căso, sas, are, Frequenter cadò: à quo fit aliud frequentativum Casito, as. [πυκνάκις ἢ πυκνῶς πίπτω. Gall. *Cheoir souvent, cheoir par le menu.* Ital. *Cadere spesso.* German. Stätig fallen/ Offt fallen. Hispan. *Caer muchas veces.* Polon. *Często vpadam.* Vngar. *Gyakran esöm.* Angl. *To fall often.*] Paul. Iureconf. de servit. urb. prædioc. l. Servientes: Si antea ex tegulâ casitaverit stillicidium, posteà vel ex tabulato, vel ex aliâ materiâ casitare non potest.

Cāsūră, ræ, f. p. [πτῶμα. Polon. *Vpadnienie.* Vngar. *Eses.* Ang. *Falling.*] Casus seu cadendi actus. Hieron. Totum amisit in casurâ, quod erat ædificatum in sabulo.

Cāsūrus, Particip. à Cado. Cicer. ad Senatum lib. 15. 1: Quid casurum sit, incertum est. Id est, eventurum. Apud Ovidium 1. Amor. eleg. 15. nomen nullo tempore casurum, pro perpetuo nomine.

Cădūcus, a, um, Fragilis, mobilis, mortalis, à cadendo [ἐπίκηρος. Gall. *Caduque, corruptible ruineux, allant en decadence,* Ital. *Caduco, mortale, fragile.* German. Hinfellig/ zerbrechlich/ zergenglich. Belg. Ongestandich/ verganckelyck. Hispan. *Debil, que ligeramente puede caer.* Polon. *Vpadly, szmiertelny.* Vngar. *Romlandó, veszendő.* Angl. *Falling into decaie, which falleth, which do not last.*] ¶ Item Caducus dicitur is, qui morbo eo laborat, qui hominem cadere facit. Firmic. lib. 7: Si luna in horoscopo fuerit inventa, stultos, lentos, fatuos & caducos efficiet. Plin. lib. 17: In drupis quoque, quæ maturescens te tunc sunt, præcipuè caducæ, id riguis magis evenit, etiamsi non ceciderint, fastidiendis. ¶ Quandoque Caducus, mortuus dicitur. Virgil. lib. 6: Hinc multum fleti ad superos, belloque caduci Dardanidæ. ¶ Caduca hæreditas dicitur, & caduca bona, quæ ab eo cui jure debebantur, in alium ciciderunt. ¶ Caduca auspicia, veteres dicebant, quum aliquid in templo excidit, veluti, de manu virgæ. ¶ Caducæ literæ, χάμηλα διαφαινόμενα, quæ obscuriorea sunt, & visum propemodum fugiunt. Plin. libro 13. c. 12: Scabritia lævigatur dente, concháve, sed literæ caducæ fiunt. ¶ Caduca aqua. Frontino dicitur, inquit Bud. quæ de lacu abundat. Sic Varro: Caduca aqua, quæ de canalibus defluit: hoc est, quę superfluit, & non continetur. id est, abundat. Ovid. verò 2. de Ponto, eleg. 7: -utque caducis Percussu crebro saxa cavantur aquis: Id est, cadentibus.

Cădūcĭtĕr, adverbium antiquum, teste Nonio, idem significans quod præcipitanter. [ἐπιπτωτικῶς. Polon. *Nagle.* Vng. *Veszendő ... romland ...* Angl. *Rashlie.*] Varro: Frigidos nimbos aquâ istâ caduciter ruentes pertimuerunt aquatiles querquedulæ natantes.

Cāvīvus, Quod per se cecidit: [αὐτόματος. Gall. *Qui cheoit aisément & de luy mesmes.* Ital. *Caduto da per se.* Germ. Das von jhm selbs hinfelt. Hispan. *Co'a que por si se cae como fruta.* Polon. *Sam przesfie vpadly.* Vngar. *Lendö.* Angl. *That falleth by the self, transitor r.*] unde Cadiva poma dicuntur, quæ non manu collecta, sed suâ sponte in terram cecidere, & Cadiva folia, quæ per se ex arboribus cadunt. Plinius: Colligi mala post æquinoctium autumnale, cadiva separari, stramentis, storiis, paleisve sterni.

Cădūcĕum, n. f. Mercurii virga fuisse fertur, quâ ille ad dissidia & discordias tollendas utebatur: à cadendo dicta, quòd contentiones & bella cadere faciat. [κηρύκειον. Gall. *Vne verge blanche que portoyent ceux qui alloyent en ambassade pour la paix.* Ital. *Vna verga picciola che portauano gl' ambasciadori & mediatori di pace.* German. Ein ruten oder stecken des Mercurii/ mit welchem er die streitigen befridiget hat. Belg. Een Heraultsroede. Hispan. *Vara del Embaxador.* Polon. *Laska ktora vderzenim ... ; item, Laska iaka marszalek naszimie nosij.* Vngar. *Békeség szerző pálcza, vessző.* Angl. *A white wand which messingers or ambassadours that goeth for pace do beare.*] Nam quemadmodum per Fæciales bella indicebantur, ita per Caduceatores finiebantur. Non immeritò itaque Mercurio, qui orationis deus, & deorum nuntius habebatur, assignatum est caduceum, quòd dissidentium animi oratione præcipuè sedentur. Caduceum Aegypti in speciem duorum draconum, maris & fœmininæ figuraverunt, qui parte mediâ sui voluminis, nodo, quem Herculeum vocant, sibi alligantur, primisque partibus reflexi, in modum circuli oscula jungunt. Hanc virgam Apollo dicitur invenisse, & Mercurio donavisse, lyrâ vicissim ab illo acceptâ. De draconibus

nibus autem caduceo additis hanc afferunt rationem: Mercurium, quum hanc virgam manu tenens in Arcadiam proficisceretur, duos serpentes pugnantes invenisse, virgâq; interpositâ dicto citiùs prælium diremisse. Ad cujus rei memoriam posteri caduceum duorum draconum similitudine fecerunt, quâ etiam in palęstrâ reliquisque certaminibus tollendis usi sunt ¶ Hasta caduceum, δόρυ κηρύκειον. Dici solitum, quoties aliquis simul & minaretur & ad concordiam invitaret.

Caduceātŏr, Dicitur legatus, qui pacē petebat: à caduceo quem manu gestabat. [ציר tsir. κῆρυξ. Gall. *Ambassadeur de paix* Ital. *Ambasciadore*. German. Ein Fridbott/ein Legat so man außschickt frid zumachen Belg. Vreedbode/paysbode/een Heraut. Hispan: *Embaxador*. Pol. *Legat pokoy sprawuiacy*. Vnga. *Békeség szerzeto követ, Bekeség végzö hordozo*. Ang. *An ambassadour of peace, an harauld*.] Cato: Caduceatori nemo homo nocet. Liv. 6. bel. Pun. Asdrubal, ut in arctiores esset, caduceatorem misit, *&c.*

Caducĭfĕr, Nomen, quo Mercurius vocitatus est. Quum enim Mercurius lyram in Cyllene monte Arcadiæ septichordem ad Atlantidem numerum instituisset, quòd Maja mater ejus illarum numero esset: ac non multò pòst deprehensus fuisset ab Appolline boves suas abigere, quò faciliùs veniam ab eo impetraret, Apollini traditur concessisse, ut lyram à se primò inventam prædicaret. Quamobrem Apollinem ferunt virgam quandam Mercurio dedisse: quâm quum manu tenens, in Arcadiam proficisceretur, inventos ab eo fuisse dracones duos simul ligatos, & inter se mutuò pugnantes: quo viso, virgam interposuisse, & dicto citiùs prælium diremisse. Qua re cōspecta, hujusmodi virgam, pacis gratiâ, creditum est, constitutam. ¶ Vnde factum est, ut legati pacis, Caduceatores dicerentur, posterique ejus rei exemplo Mercurio virgam deinceps duorum draconum similitudine ubique affinxerint. Hujus virgæ potestatem describit Virg. Aen. 4.

Tum virgam capit, hac animas ille evocat Orco
Pallentes, alias sub tristia Tartara mittit:
Dat somnos, adimitque, & lumina morte resignat.
Illâ fretus agit ventos, & turbida tranat Nubila.

Cadūrcum, n. s. [Ger. Ein Krämerdecke. Belg. Een deckfel der cramers. Polon. *Podnuchbienie: item, Namiotek nad loskiem*. Vngar. *Mosha/ködel, (angyi) födel*. Ang. *A curteine, a quilte a vaile*.] Tentorium, sive culcitra, qua merces teguntur: à Cadurcis Galliæ populis, ut inquit Plinius, apud quos lini præstantia palmam obtinet in culcitris. Iuvenalis: Institor hybernæ tegetis, niveique cadurci. Sunt qui putent esse vela illa pensilia, quæ lecto obtenduntur: aut etiam tegmen quoddam quadratum, quale est illud, sub quo principes in solennioribus pompis vehi videmus. Iuven. violato pœna cadurco. ¶ Cadurcum, item vas illud, quod ex piscinâ & puteo aquam haurit, jumento rotam versante. Solent ex his etiā fieri canales, in parietibus domorum, per quos aquæ ex tectis defluant in cloacas: etiam in quibusdam urbibus, per quos aquæ pluviæ cisternas impleant. Hæc Valla in Raudensem.

Cădus, [כד cadh. κάδος. Gall. *Vne caque*. Ital. *Barills, Botta*. Germ. Ein Weinfaß. Hisp *Vasija de vino*. Pol. Winna/faſſa. Vng. *Kad hordo*. Ang. *A winne vessel, a pippe, a barell*.] Vas vinarium, quo vinum conditur, ut vult Acron: cujus prima corripitur. Martialis: In Vaticanis condita musta cadis. Continet congios decem, vel (ut alii volunt) duodecim. Primi in Alpibus rustici cados ligneos circulis cinctos excogitarunt.

Cæcias, [καικίας. Gall. *Northouest*. Ital. *Maestro, ò maestro, vento maestrale*. German. Nordwind zum Westen. Belg. Noordewint ten Westen Hisp. *Viento maestro, viento maestral*] Ventus, qui ita flare dicitur ab Aristotele, non ut nubes propellat, sed ut ad se vocet. Flat inter Aquilonē & exortum Aequinoctialem. Plin. lib. 2. c. 47: Narrant & in Ponto Cæciam in se trahere nubes. De hoc vide multa apud Erasm. in Adagiis.

Cæcĭlĭă, f. p. Genus serpentis cæci, unde & nomen accepisse videtur. [German. Ein Blindschleiche. Polon. Wrzeczenica. Vng. *Kurta vak kigyo*. Angl. *A slowe worme being blinde*.] Colum. lib. 7: Est & magnorum animalium noxium virus. Nam & vipera, & cæcilia sæpè, quum pascua bos improvidè supercubuerit, lacessita onere morsum imprimit. Vide ejusdem cap. 17. libro 6.

Cæcŭbum. [καίκουβος. Pol. Winno przebrane.] Straboni Vinum generosissimum: sic dictum à Cæcubis Campaniæ populis, apud quos nascitur. Plin. l. 4: Setini & Cæcubi obtenduntur agri. His junguntur Falerni, Caleni. Mart. lib. 13: Cæcuba Fundanis generosa coquuntur Amyclis.

Cæcus, m. f. Oculis captus, visu carens. [עור hivvér. τυφλός. Gall *Aveugle*. Ital. *Cieco*. German. Blind. Belg. Blint. Hispan. *Ciego*. Polon *Slepy, nie widomy*. Vng. *Vak*. Ang. *Blinde*.] ¶ Quandoque idem est quod Insidiosus, occultè malus latens, tacitus, qui videri non potest. Colum. lib. 1: Ex quibus sæpe contrahuntur cæci morbi, quorum causas ne medici quidem perspicere queunt. Cicer. contra Rullum: Cur hoc est tam obscurum atque cæcum? Idem de Orat. Res cæcæ, & ab aspectus judicio remotæ Sic Virgilius etiam Vada cæca, & Cæcos scopulos vocat: qui ita sub aquis occultantur, ut oculos fallant. ¶ Transfertur etiam ad animum: ut quum aliquem Cæcum esse avaritiâ, furore, amore, aut odio dicimus, Cicer. pro Sexto Roscio: Ipsos cæcos reddit cupiditas, atque avaritia. ¶ Sic dicimus Cæcam noctem, in qua non videmus. ¶ Vestigia quoque cæca dicuntur, quæ in obscurâ aut incognitâ viâ versantur. Virg. 6. Aeneid. Cæca regens filo vestigia. ¶ Item Locus cæcus dicitur, in quo non videmus. Cæcę fossæ, cæci aditus, qui sunt obsepti. ¶ Cæcum vallum, in quo præacuti pali affixi herbis vel frondibus occuluntur. ¶ Item Cæcum intestinum, quòd inter ileon, & colon situm, parvo oblongoq; ventri simile est: cęcū appellatū ab eo, quod ingressum exitui adversum nō acceperit, sed hos tàm vicinos habeat, ut plerunq; in unum coire & exitu carere videatur. ¶ Vel cæco appareat, proverbialis hyperbole frequens apud autores, de re vehementer perspicuâ. ¶ Cæcus cæco dux, τυφλὸς τυφλῷ ὁδηγός. Adagium evangelicis quoq; literis celebratū, quo uti licebit, quoties indoctus indoctum docere, inconsultus imprudenti consilium dare conabitur. Allusit ad proverbium M. Tullius lib. de Finib. ultimo: Cæci præscriptio, τυφλοῦ κανὼν κινδύνου, dicitur absurda, quoties ipse qui præscribit, nō intelligit, quid dicat. Socrates apud Platonem in Theæteto ¶ Huic prorsus simile est, Cæca speculatio, ἀλαμπτότης. ¶ Neque cæcum ducem; neque amentem consultorem, μήτε τυφλὸν ὁδηγόν, μήτε ἄνουν σύμβουλον. Subaudiendum, adhibeas: Disce, sed à doctis: Consilium pete, sed à consultis. ¶ Quid cæco cum speculo? τί τυφλῷ κατόπτρῳ; Citatur à Stobæo versiculus ex Epicharmo: τί χρὴ κατόπτρου καὶ τυφλῷ κτήματος; id est, Luminibus orbo cū speculo quid est rei? Quorsum opus est libris illiterato? quò regnum juveni stulto? quò divitias ei qui nesciat uti? ¶ Cæcâ die emere aliquid. Plaut. Pseud. Eme die cæcâ hercle olivum, id vendito oculatâ die. Id est, eme non præsente pecuniâ, sed in diem pactâ, revende pecuniâ præsente. Vocant & iurisconsulti cæcam diem & cæca testimonia, quæ scripto perhibentur absentibus. Nam cæca sunt, non tantùm quę non vident, sed quæ non videntur & absunt. Erasmus in Chiliad.

Cæcŭlŭs, diminutivum à Cæcus.

Cæcĭtās, atis, f. t. Privatio visus: Tàm ad corpus, quàm ad animum refertur. [עורון hivvarón, τυφλότης. Gal. *Cecité, aveuglement*. Ital *Cecità, l'esser cieco*. Germ Blindheit. Hisp. *Ceguedad*. Polon. *Slepota*. Vng. *Vakság* Ang *Blindnesse*.] Cicer. de Aruspic. resp An tibi luminis obesset cæcitas plus, quàm libidinis? Idem pro Domo suâ: Pœna omnis occultorum ad cæcitatem mentis est conversa.

Cæcĭgĕnus, ni, m. f. Qui cæcus natus est [τυφλογενής. Gal. *Aveugle né*. Ital. *Nato cieco*. Germ. Ein geborner blinder. Hisp. *Nacido ciego*. Polo. *Slepo narodzony*. Vngar. *Vakon született*. Ang *Borne blinde*.] Lucr. lib. 2: Nam quum cæcigeni, solis qui lumina nunquam Aspexère, tamen cognoscant corpora tactu.

Cæco, as, act. p. Cæcum facio, excæco. [עור hivvér. τυφλόω. Gall. *Rendre ou faire aveugle*. Ital. *Accecare*. Germ. Blind machen/ Blenden. Belg. Verblinden Hisp. *Cegar à otro, hazer ciego*. Polon. *Oslepiam*. Vnga. *Meg vakitom* Angl. *To make blinde*.] Plinius de viris illustrib. Potitios Herculis sacerdotes pretio corrupit, ut sacra Herculea servos publicos doceret: unde cęcatus est. Cicer. 4. Philipp. Sed spes rapiendi atque prædandi cæcat animos eorum. Idem pro domo suâ, argenti & supellectilis meæ cupiditate esse cæcatum. ¶ Cujus composita sunt. Excæco, quod est valde, seu perfectè cæco. Plin: Vt quum lavatur, si oculos attingit, excæcet. Obcæco, de quo infrà.

Cæcūtĭo, is, n. q. Parum video. [ἀμβλυώττω. Gall *Estre aveugle, ne voir goutte, ou ne voir pas clair*. Ital *Vedere poco, esser lorsco*. Germa. Blöd oder nur ein wenig seh n/ ein blöd und abnemmend gesicht haben. Hispan. *Cegar ò ceguejar*. Polon. *Poco nam sleniec*. Vnga. *Vaksok*. Ang. *To be dimme sighted, to see but a litle or not clerelie*.] & Cæcutiens, quasi semicæcus. Varro: Vtrum oculi mihi cæcutiunt, an ego vidi servos in armis contra dominos? Hieronymus ad Paul. Vt rarus sit qui non earum cæcutiat lectione.

Cæcŭlto, as, Obtusum visum habeo, cæcos imitor. [ἀμβλυώττω. Gal. *Ne voir pas fort cler, Avoir les yeux comme esblouis*. Ital *Veder poco, contrafare i ciechi*. German. Ein blöd und schwach gesicht haben. Hispan. *Contrahazer à alguno ciego*. Pol. *Slepnie*. Vng. *Vaksok, homalyosan latok*. Ang. *To be dimme in sight*.] Festus: Cæculcare, est cæcos imitari. Plaut. Numnam mihi oculicæ culcant: est'ne hic noster Hermio?

Cædĭtĭæ tăbērnæ, Dictæ sunt à Cæditio quodam, qui eas in viâ Appiâ ædificavit.

Cædo, is cecidi, cæsum, act. t. Percutio, ferio, verbero. [הכה hichcháh. τύπτω, πλήσσω, κόπτω. Gall. *Frapper, couper, trencher, tuer*. Ital. *Percuotere*. Germa. Schlahen/streichen Belg. Slaen/ geesselen/dooden. Hispan *Herir ò matar ò hierro*. Polon. *Bije*. Vng. *Meg verem, el metszem, el törom, áldozatra le vágom*. Angl. *To beat, to whippe, to cutte, to strike, to kill*.] Terent in Andr. Verberibus te cæsum in pistrinum Dave dedam. ¶ Interdum idem quod amputo, præcido. Cicer. de Divin Arbores simul cum lunâ senescentes tempestivè cædi. Et paulò pòst Qui robur illud cecidit, dolavit, inscripsit. ¶ Item Occido. Virgil. 2. Aeneid. Cæduntur vigiles. ¶ Ponitur quandoque pro Immolo, sacrifico: ut apud eundem: cædunt binas de more bidentes. ¶ Item pro Frango. Cicero 3. Verr. Cædere januam saxis, instare ferro. ¶ Cædi testibus, apud eundem ad Quint. Fratrem, est testium multitudine urgeri, premi, convinci. ¶ Hujus composita sunt Abscido, Concido, Circuncido, περιτέμνω, Decido, Excido, Incido, Intercido, Occido, Precido, Recido. & Succido: quorum penult. producitur. ¶ At Cedo sine diphthon

go cessi præteritum, & supinum cessum facit, multaque significat. [[illegible] ἀναχωρεῖν. Gall. Se retirer, donner lieu, ceder, obeir. Ital. Ritrarsi, dar luogo, accordarsi con alcuno. German. Weichen. Belg. Wycken/plaetse geven. Hispan. Ir dar lugar libre. Polon. Ustepuie. Vngar. Engedek. Angl. To giue place, to obey.] Nam quandoque Cedere significat abire, & locum victori dare. εἴκειν. Cicer. Cui quidem exercitus nostri, imperator eisque cesserunt. ¶ Quandoque discedere, evitare atque subterfugere rem aliquam. [Pol. Strzegesie.] Plaut. Cedamus imbri. Hinc Cedere iræ, ὑπείκειν τῷ θυμῷ dare locum iræ, & quasi ab irâ discedere. Cedere bonis, Discedere à bonis, & quicquid nostrûm erat, tradere creditori, [illegible] ¶ Cedere in jure, Ius quod habemus alteri tradere: quod & De jure cedere, dicimus. ¶ Cedere item, Est in jus alicujus venire: ut Cedunt mihi ea bona: id est, in jus meû veniunt. ¶ Et cum accusativo, mediante In. Hier. super Mat. Ita fiebat, ut oblatio liberorum sub occasione templi & Dei, in sacerdotum lucra cederet. ¶ Cedere lite, pro victum se fateri, & à judicio victum abire. ¶ Item Cedere, ponitur pro accidere, evenire. Omnia ex sententiâ cedunt. In magnopere fortunatos, quibus & rectè & secus instituta feliciter cedunt. ¶ Item Cedere ponitur pro Dare. Enn. Salvete optima corpora, cedite manus vestras, measque accipite. ¶ Pro Concedere, obsequi, non repugnare παραχωρεῖν. Virgil. l. 2. Aeneid. Cedo equidem nec nate tibi comes ire recuso. ¶ Pro Succedere, seu in sortem contingere. Idem: Cesserit Ausonio si fors victoria Turno. ¶ Pro incidere. Plaut. Aulul. In hostem absolutus cedas. ¶ Invenitur & Cedo imperativum, Dic, φέρε δή, εἰπέ: nec habet aliam personam, nisi tantùm Cedite pluraliter, habetque primam correptam. Terent. in Andr. Cedò, cujum puerum apposuisti hic ante januam? Cicero in Caton. Cedò, qui vestram Rempub. tantam amisistis? id est, dic. Terent in Phorm. positum pro Da: Quin tu mihi argentum cedo? PHOR. imò uxorem tu cedò. ¶ Invenitur certe, pro cedite. Nævius, pro industriâ ne te regem prognatum patrem Lycurgum certe. Ennius in Medeâ: Salvete optima corpora, cette manus vestras, measque accipite. Vide Nonium. ¶ Cedere diem, χωρεῖν τὴν ἡμέραν, inquit Vlpianus, significat Incipere deberi pecuniam: sicut Venire diem, significat eum diem venisse, quo pecunia peti possit. ¶ Cedere è vitâ, est mori. Cicero de Clar. Orat. Hortensius è vitâ cessit. Hinc Cessicius tutor dicitur in jure, cui tutela cessa est, & cessitia tutela, quæ ita cessa in jure & translata est. ¶ Item Cessim ire, pro retrò cedere, vel retrò redire. Alfenus in L. c. 2. D. ad leg. Aquil. Item Iustinus lib. 2: Commisso prælio ite cessim, inhibete remos, &c. ¶ Hujus verbi composita sunt, Abscedo, Accedo, Antecedo, Concedo, Decedo, Discedo, Excedo, Incedo, Intercedo, Præcedo, Procedo, Recedo, ἀφίσταμαι, Retrocedo, & Succedo, quæ habent penultimam productam.

Cæsus, participium à Cædo: [κεκομμένος. Gall. Taillé, batu, tué. Ital. Tagliato, battuto. German. Geschlagen. Hispa. Cosa herida ò muerta. Polon. Bity, Zwalczoni. Vng. Levágatot, verettetöt. Angl. Cutt, killed, beaten.] ut, Cæsis copiis. Cicer. ad Brut. lib. 10. Cæsis victimis, Idem ad Attic. libr. 2. Cæsæ arbores, Plin. lib. 16. capite 12.

Cæsum, Vide CAESA.

Cæsūrā, ræ, f. p. Propriè incisura. [[illegible]] ἀποκοπή. Gall. Coupe, taillade, incision. Ital. Taglio. German. Erhauwung/Beschneidung. Hisp. Cortadura. Polo. Przyrznienie, odcięcie, obrzezanie. Vngar. El metczés, el vágás. Angl. A cutt, a gash.] Plin. lib. 17: Ante Calendas Martias crescit ad brumam usque, desinitque quum durescere incipit hoc signum, quod tempestivam habet cæsuram. ¶ Cæsura item in carmine dicitur, quum in medio versus vox pronuntiantis quasi inciditur, pedis alicujus principio fine dictionis terminante. Hæc quadrifariam dividitur, alia Penthemimeris dicitur, sive semiquinaria, alia Hepthemimeris, sive Semiseptenaria: tertia Trochaica: quarta Bucolica. ¶ Penthemimeris est, quum post duos primos pedes superans syllaba invenitur, quæ dictionem terminet: ut Arma virumque cano. &. Italiam fato: habet enim ex quinque dimidium. ¶ Hepthemimeris est, quum post tres pedes similiter syllaba dictionem terminans invenitur: ut, Arma virumque cano Troiæ. Continet enim septenarii medietatem. ¶ Trochaica est, quum post duos pedes trochæus partem orationis perficit: ut, Nil nostri miserere. Bucolica, quû post quatuor pedes syllaba superat in partem orationis terminans: ut, Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.

Cæsūrātim, Succinctè, breviter. [συντόμως. Gall. Succinctement, briefuement. Ital. Succintamente, breuemente. Germ. Beschneidung/kurtz/behawtich. Hisp. Cortando, breuemente. Polon. Krotce. Vng. Röuideden. Angl. Shortlie, in few wordes.] Vtitur hac voce Sidonius in Epist. quadam ad Claudianum.

Cæsim, adverbium, significat cædendo, sive per incisionem gladii: [κατὰ κομμάτων, κατὰ τομὰς, τμηδόν. Gall. Par membres. Ital. Appezzi à minuto, à brano à brano, di taglio. Germ. Durch beschneiden oder hawen. Belg. All houwende/al steckende/al slaende. Hispa. Cortando à cuchilladas de miembro en membro. Polon. Zuartsienim, cięciem. Vngar. Vágua, metzue. Angl. By cutting in partes or membres.] sicut Punctim, κατὰ νύξιν, pungendo. Liv. 2. bel. Pun. Hispano punctim magis quàm cæsim assueto petere hostem. Colum. lib. 5: Maior autem pars operis in vineam ductim potius, quàm cæsim facienda est: id est, cum maturitate potiùs, quàm uno impetu. ¶ Cessim verò gemino ss, & sine diphthongo aliud significat: de quo vide infrà suo loco.

Cæsĭo, onis, verbale, f. t. Incisio. [[illegible]] Gall. Coupeure. Ital. Tagliatura. German. Erhawung. Hisp. Cortadura. Polon. Nacięcie, narznienie. Vnga. Metczés, vágás. Angl. Cutting.] Col. lib. 4. c. 33: Et post quinquennium cæsa, more salicti recreatur, atque in pallum formata, ferè usque in alteram cæsionem perennat.

Cæsĭtium, tii, n. s. [Polon. Tub alba biala. Ang. A handkerch fe.] Linteolum erat purum & candidum: dictum quod ce [illegible] ad candorem perveniret: vel quòd oras circumcisas habeet. Plaut. in Epid Linteolum cæsitium. Ex Nonio.

Cædēs, dis, f. t. Mors ferro, aut aliâ vi illata, præsertim ab eo, qui occidere, aut ferire volebat. [[illegible] φόνος. Gall. Meurtre, tuerie. Ital. Vccisione, morte violenta. German. Todschlag/Mord. Belg. Eenen doodslag. Hispan. Muerte con fuerça, ò matança à hierro. Polon. Mord, Zabycie. Vnga. Halálos, fegyuer miatt valo halál. Ang. Slaughter, murther, killing.] Cicer. in Bruto: Nam quum in sylvâ ita facta sua cædes esset. Ovid. 8. Metamorph. modo vulnera fratrum Ante oculos mihi sunt, & tantæ cædis imago. Plin. lib. 14. c. 13. Invenimus inter exempla, Mecenti uxorem, quòd vinum bibisset è dolio, interfectam fuste à marito, eúmque cædis à Romulo absolutum. ¶ Inde dicimus, aliquem commisisse cædem. ¶ Cædes pro sanguine. Ovid. 4. Metamorph. Arborei fœtus aspergine cædis in atram Vertuntur faciem. Id est, sanguinis aspersione. ¶ Hujus diminutivum est Cædicula.

Cædēs, [Polon. Rąbanie. Vngar. Fa vágas.] de cæsurâ lignorum, taliumq; Gell. lib. 19. c. 12. Cur tantam ligni atq; frondium cædem faceret, percontatus est.

Cæduus, adjectivum, κόπιμος. ut Cædua sylva, quæ scilicet religiosa non est, sed quoties opus est, ad ignis vel ædificiorum usum cæditur. [ὑλοτομία, ὑλοτόμος. Gall. Taillis. Ital. Boschi da tagliare. Germ. Der zuhawen ist. Hisp. Bosq ue que se corta ò puede cortar. Polon. Kurabanim wolny. Vnga. Fago, az mit szabad le vagni. Ang. A wood that is cutt as often as neede is.] Plin. lib. 13. cap. 4. Cæduæ palmarum sylvæ. Servius Sylvam cæduam vocat, quæ succisa rursus ex stirpibus aut radicibus renascatur. ¶ Contra Incidua sylva dicitur, quæ non cæditur.

Cælātūrā, Vide CAELO.

Cælebs, com. t. Vir sine uxore, aut mulier sine marito vivens. [ἄγαμος, ἤϊθεος. Gall. Qui n'est point marié, sans femme. Ital. Huomo overo donna, non maritati. German. Der oder die ausserhalb dem Ehestand lebt/ ein Mann ohn ein Weib/ ein Weib ohn ein Mann. Belg. Een ongehoude persoone/ongebondene/leedich. Hispan. Varon soltero ò muger soltera. Pol. Mąż bezżony albo żona bez męża, niedziewice. Vngar. Özuegy, nötelen, ferü. Ang. Chaste, vnmaried, that is single.] Dictus cælebs (ut inquit Hieronymus) quod cœlo dignam vitam agat, qui coitu careat. August. Cælebs qui non habet uxorem, vel quæ non habet maritum, qualia sunt numina in cœlo, quæ absque conjuge sunt, si agapetas non attendamus. Hi accipiunt Cælibes non tàm pro uxore carentibus, quàm pro castis & omni venere abstinentibus. Sed propriè dicitur Cælebs, qui uxorem non habet, etiamsi concubinas habeat. Nam cælebs & maritus contraria sunt. Mart lib. 12: Corrumpis sine talione cælebs. Hoc est, corrumpis alienas uxores, quum ipse vivas in cælibatu, nec habeas uxorem, quam illi vicissim possint corrumpere. Quint. Num clarus an obscurus: magistratus, an privatus civis, an peregrinus: liber, an servus: maritus, an cælebs: parens liberorum, an orbus sit. Cic. de Legib. Cælibes esse prohibento. Inde dicimus Torum cælibem, & vitam cælibem, actam in cælibatu. Ovid. Quæ si non fuerat, cælebs te vita deceret.

Cælĭbātŭs, tus, m. q. Pro vitâ, quæ agitur sine uxore. [ἀγαμία. Gal. Estat de ni homme non marié. Ital. Lo stato di castità ò di non esser maritato. Ger. Der ledig stand ausserhalb der Ehe. Hispa. Soltería de no ser casado. Polon. Zywot bez żony, panieństwo, wdowstwo. Vngar. Özuegység, feleségteleség. Ang. Chastitie, singlenesse, or the estate of one vnmaried.] Martial. Constituit Mercurius pellere cælibatum. Sueton. Verùm amissâ uxore Lepidâ, duobusque ex eâ liberis mansit in cælibatu.

Cælĭa, Potus genus ex frugibus confecti: cujus meminit Plin. l. 22. c. 25.

Cælĭbāris hastă, dicebatur, qua caput nubentis comebatur, quæ in corpore gladiatoris occisi stetisset, ut sicut illa conjuncta fuerat cum corpore gladiatoris, sic cum viro nova nupta esset copulata. Festus.

Cælo, as, n. p. Sculpo, incido. [[illegible] pittach. γλύφω. Gall. Graver, ou esleuer. Ital. Scolpire, intagliare. German. Aufgraben/aufstechen/getruckte arbeit machen. Belg. Breisteken. Hispanicè, Labrar de buril ò sinzel sinzelar. Polon. Wyrzezuje, wyrywam. Vngar. Kimetczöm, kifaragom. Ang. To carue, graue or intayle.] Cicero 1. de Divin. Hanc speciem Praxiteles cælavit argento, & noster expressit Archias versibus. Virgil. cælataque in auro Fortia facta virûm. ¶ A quo Cælata vasa dicuntur, quæ veteres Ancæsa vocabant, quòd circumcidendo fiant: & cælum, γλυφεῖον, ipsum instrumentum, quo quippiam cælatur. Plinius libro 33. construxit hoc verbum instar eorum, quæ pretium signant: L. Crassus, inquit, orator duos scyphos habuit Mentoris artificis manu cælatos, sestertiis centum: confessus est tamen, nunquam se his usi

uti propter verecundiam ausum. ¶ Opus cælare, metaph. pro componere. Horat. 2. Epist. Carmina compono, hic elegos, mirabile visu, Cælatumque novem Musis opus. Vbi Porphyrio: Cælatum, variatum & quasi pictum.

Cælātūrā, f.p. Ars est cælandi, aut ipsa sculptura & incisio. [פתוח pittuach. γλυφή. Gall. *Graveure ou esleveure, mestier de graveur.* Ital. *Intagliamento, l'arte di tal lavoro.* German. Die kunst des ausgrabens / aufstechens / oder Bildwerck zumachen. Hispan. *Obra de finzelo ò la arte de finzelar.* Pol. Wirzezywanie, wirictie. Vng. *Metczés.* Angl. *The art of graving or carving.*] Plin libro 19. cap. 4. Superque pistrinarum operibus, & cælaturis vivere. Idem libro 35. c. 12: Qui plasticen matrem statuariæ, sculpturæque & cælaturæ esse dixit.

Cælātŏr, oris, m.t. [מפתח mephattach. γλύπτης. Gall. *Graveur ou esleveur.* Ital. *Scultore, intagliatore.* German. Ein ausgraber. Aufstecher. Hispan. *El que labra de finzel.* Polon. Wiriwacz. Vng. *Metczö, faragó.* Ang. *A graver, carver or imager.*] Quintil. libro 2. cap 4: Cælator cælum desiderat, & pictor penicilla. ¶ Argenticælatores, Plin. lib. 34. cap. 8.

Cælāmĕn, inis, idem quod Cælatura. [γλυφή. Angl. *Engraving, or carving.*] Ovid. 13. Metam. - neque enim clypei cælamina novit Oceanum & terras, cumque alto sydera cœlo.

Cællo, cællis, diphthongo, & gemino l, scriptum, Verbum antiquum, & quo solùm in compositis utimur, significat Percutio, aut frango, πλήττω, κλάω. Præteritum facit Cecull, vel culsi, & supinum Culsum. ¶ Hinc fiunt composita, Percællo, Procello, & Recello: Percello, idem est quod percutio, pulso: frequenter ad animum transfertur. Terent. in Andr. Perculsit illicò animũ. Procello idem est quod Propello, vel everto. Inde Procella: de quo suo loco dicemus: Item Recællo idem quod Reclino. Est & Cello, sine diphthongo scriptum, de quo vide infrà.

Cæltes, is, Est instrumentum ad sculpendum aptum. [Polon. *Dlutko.* Vng. *Vésü.*] Quidam à cælo, alii à cello deductum putant.

Cælum, Vlcus in oculi corneâ tunicâ, latiùs quàm bothrytum, sed profundum minus. Avicenna Lilimie vocat.

Cælius, Vide C E L S U S.

Cælum, n.f. Instrumentum, quo utuntur argentarii, dum vasa sculpunt, aut quo sculptores, aut statuarii utuntur in ligneis, aut lapideis simulachris scalpendis. [חרט cheret. γλυπτήριον, γλυφεῖον. Gal. *Burin ou autre instrument à graver.* Ital. *Scalpello.* German. Ein Aufstecher / ein Schrötteysen / ein Grabmeissel. Belg. Een steeckiser oft grafiser. Hispan. *Sinzel ò buril.* Polon. *Dloto kto-rym wirzezywiemy.* Vngar. *Vésü ponczolo vas.* Ang. *A graving or carving instrument.*] Vnde est illud: cælo fabricata Mytonis.

Cælum, sive cœlum, n.f. [שמים schamáym. οὐρανός. Gall. *Le ciel, les cieux.* Ital. & Hisp. *Cielo.* Ger. Der Hymmel. Belg. Den hemel. Polo. *Niebo.* Vnga. *Meny, Eeg.* Ang. *The heaven, the firmament.*] Vno nomine dicitur rota illa mundi pars, quæ est suprà elementum ignis, quam philosophi Aethera appellant ita dictum à celando: hoc est, occultando: quod inferiora omnia celet, & regat: sive à stellarum imagine, quæ in eo quodammodo cælatæ apparent. Ambrosius libro Hexam. Cælum, quòd impressa stellarum lumina habeat, quasi Cælatum appellatur: sicut argentum quòd signis eminentibus refulgit, cælatum dicimus. Varro Cœlum, quasi κοῖλον: hoc est, cavum, dictum putat: & sic per œ dipthongum scribendum videretur: Cicer. pro Pomp. Pompeium omnes, sicut aliquẽ non ex hac urbe missum, sed de cœlo lapsum intuentur. ¶ In cœlum ferre vel tollere, Est summis honoribus afficere, οὐρανίζειν. Cic. Attic. libro 3: Salaminii nos in cœlum decretis suis sustulerunt. ¶ De cœlo detrahere, Est de summo honoris gradu deturbari. Cic. 6. Philipp. Collegam de cœlo detraxisti. ¶ Philosophi, decem cœlos esse dixerunt, quorum septem à planetis appellavêre: octavum, sydereum seu stellatum; nonum verò, quum nescirent cujus conditionis esset, vocaverunt cœlum aqueum, crystallinum ve, non à frigiditate, sed transparentiâ, quod per illud sydera appareant, & pelluceant. Decimum locum sibi vendicat cælum illud, quod ultimum philosophi putantes, Primum mobile vocaveruot. Vndecimum cælum beatorum sedes, ab Ethnicis philosophis ignoratum, quod idcirco Theologi Empyreum vocaverũt, nõ quòd calore, sed splendore & claritate cæteris antecellat. ¶ Sunt igitur undecim cœli, scilicet cœlum empyreum, primum mobile, cœlum crystallinum, cœlum stellarum, cœlum Saturni, cœlum Iovis, cœlum Martis, cœlum Solis, cœlum Veneris, cœlum Mercurii, & cœlum Lunæ: Hæc fusiùs tractantur, in libro de Cœlo, ab Aristotele. Cicer. 4. Tusc. Cœlum hoc in quo nubes, imbres, ventiq; coguntur, quod & humidum, & caliginosum est propter exhalationes terræ. ¶ De cœlo ici, est fulmine afflari. Cic. libro 2. de Divin. Summatus de cœlo ictus: ¶ De Cœlo servare, Est cœli statu observato, auspicia inde sumere. Auspicia enim non nisi sereno cœlo rata erant: contrà fulmine aut pluviâ turbabantur. Cicer. in Vatinium: Quòd eo die scires, de cœlo esse servatum. Idem Attic. li. 2: Milo proscripsit se per omnes dies comitiales de cœlo servaturum. ¶ Plin. libro 11. capite 37, cœlum capitis, cranium videtur appellasse, eò quòd caput totum eo tegatur, ut inferiora hæc cœlo: Hoc (inquit) est viscerum excelsissimum, proximumque cœlo capitis, sine carne, sine cruore, sine sordibus. ¶ Interdum cœlum sumitur pro aëre. Virgil. 1. Aeneid. -maria ac terras, cœlumq; profundum. Idem Georg. 1: -& varium cœli prædicere morem. Vbi Servius: Cœli, id est, aëris Lucret.. in hoc cœlo qui dicitur Aër. Plin. libro 2: Et hoc cœlum appellavêre majores, quod alio nomine Aëra. Hinc grãdines sunt, & pruinæ, imbres, procellæ, turbines ventorum. ¶ Cœlum pro vivorum regione: id est, terrâ, sumitur etiam, ut in illo Virgil. lib. 6. Aeneid. Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia manes: quia sicut Dii nobis, ita nos inferis superi habemur. Macrob. in Somn. Scip. cap. 3. ¶ Cœlum οὐρανὸν antiquissimum deorum fingunt Poëtæ, qui Terrâ sorore in matrimonium ductâ, Saturnum, Bætillum, Dogana & Atlanta genuit: à cujus nomine formosissimum supremum corpus cœlum dicunt fuisse appellatũ. ¶ A' cœlo ad terram, ἀπ' οὐρανοῦ μέχρι γῆς, Proverbialis figura, perinde valens ac si dicas, quacunque de re, ab extremo initio usque ad supremum finem. Plaut. in Persa. ¶ Neque cœlum, neque terram attingit, Οὔτε γῆς, οὔτ' οὐρανοῦ ἅπτεται. De re vehementer absurdâ atque alienâ, quæque nullâ vicinitate pertineat ad id, de quo agitur. Lucian. in Pseudomante. ¶ Cœlum digito attingere, proverbiali hyperbole dicuntur, qui longè suprà mortalium conditionem, ac diis proximi esse videntur. Cic. ad Attic. libro 2. ¶ In cœlo esse aliquem, proverbiali hyperbole dicimus, qui est supra modum fortunatus ac gloriosus. Cic. ad Attic. libro 2. ¶ In cœlum exspuit, εἰς οὐρανὸν πτύεις: id est, Facis, quod in tuum ipsius recidat caput. Aut obloqueris iis, qui facilè possint lædere. ¶ In cœlum jacularis, εἰς τὸν οὐρανὸν τοξεύεις. Est apud Zenodotum & Suidam de iis qui frustrà laborant: aut qui audent eos lacessere, quos non possunt lædere: nihil enim ferire potest, qui in cœlum sagittã torquet, nisi quòd divus videtur petere. ¶ Cœlo, ac terræ loqui, proverbii specie dicuntur, qui frustra vociferãtur. Sic enim solet, qui diffidũt hominũ præsidiis, exclamare, ò cœlũ, ò terra. Theugnetus apud Athenæum. ¶ Mare cœlo miscere, Proverbialis hyperbole, pro eo, quod est, omnia perturbare, nihilque non facere. T. Livius: Quid est quòd cœlo terram, terræ cœlum misceant? Lucianus in Dialogo Promethei, & Mercurii. ¶ Cœlum territat: Proverbialis hyperbole apud Virgil. -& cœlum territat armis. Convenit in minaces & feroces, Thrasonesque magniloquos. ¶ Toto cœlo errare, proverbium est, in eos, qui vehementer aberrãt: quod usurpat Macrob. Saturn. lib. 3. ¶ Adhuc cœlum volvitur, Proverbium, quo uti licebit, quoties significabimus adhuc superesse spem, & nondum omne tempus, quod melioris fortunę solet occasionẽ adducere, exactũ esse. Theocr. in Charit. Οὔπω πάντα ἄγων ἐτέρα κέρα οὐρανὸς, οὐδ' ἐνιαυτός: id est, Nondum defessus provolvere desijt æther Menses atq; annos. Quod enim unus annus negat, alter ultrò defert. ¶ In masculino genere usus est Ennius: Quem cœlus genuit. Idem. Cœlus profundus. Autor est Sosipater lib. 1.

Cœlestĭs, ste, om.t. Divus, divinus, è cœlo proficiscens. [οὐράνιος. Gall. *Celeste, de l'air, du ciel, divin.* Ital. *Celeste.* Germ. Himmelisch. Belg. Hemelsch. Hisp. *Celestial.* Polon. *Niebieszky.* Vngar. *Mennyéi.* Ang. *Heavenlie.*] Virgil. 1. Aeneid. -tantæne animis cœlestibus iræ. Liv. 4. ab Vrbe: Siccitate eo anno plurimum laboratum est: nec cœlestes modò defuerunt aquæ, sed terra quoque ingenito humore egens. ¶ Cœlestes etiam substantivè dicimus, pro cœlitibus, & diis superis. Cic. 6. Philipp. Quid est, quod de voluntate cœlestium dubitari possumus? Idem. 3. Offic. Hercules, quem hominum fama, beneficiorum memor, in cœlestium concilio collocavit.

Cœlestissĭmŭs, superlativus. [Vngar. *Fölötte igen mennyei.*] Velleius Paterculus. Hist. 2: Cœlestissimorum eius operum pro captu mediocritatis meæ adjutor fuit.

Cœlĭcŏlă, com.p. Qui, vel quæ cœlum habitat. [οὐρανίων. Gall. *Celeste, qui habite au ciel.* Ital. *Habitatore del cielo.* Germ. Einwohner des Hymmels. Hisp. *Morador del cielo.* Pol. Wnebie mieszkaiacy. Vnga. *Mennyéi, egbe lakó.* Ang. *That dwelleth in heaven.*] Virgil. 2. Aen. Me si cœlicolæ voluissent ducere vitam.

Cœlĭcŭs, a, um, οὐράνιος, Cœleste: ut, Cœlica regna

Cœlĭfer, Atlantis epitheton est, quem poëtæ ob insignem Astrologiæ peritiam finxerunt sustinere cœlũ. οὐρανοφόρος. Virg. 6. Aeneid. ubi cœlifer Atlas Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.

Cœlĭtes, cœlitum, Dii cœlestes, qui cœlum inhabitant. [οὐρανίωνες. Gal. *Celestes, habitans au ciel.* Ital. *Dei celesti.* German. Die im Hymmel sind / die himmelischen. Hispan. *Los diosés ò sanctos del cielo.* Polon. *Niebieszy.* Vngar. *Menybeliek.* Angl. *Thay which dwelleth in heaven.*] Cœlum autem appellabant veteres, illam mundi partem, quam nos *Aethera*, sive *Aetherium mundum* vocamus hoc est, omne illud, quod est supra elementum ignis. Vnde Solem & Lunam, & cæteros planetas inter deos cœlestes numerabant. Cicero 2. de Divin. Ego Deûm genus esse semper dixi, & dicam cœlitum. Idem in Somn. Scipion. Et grates, inquit, tibi ago, summe Sol, vobisq̃ue reliqui cœlites. ¶ Legitur & apud Ovid. 5. de Ponto, singulare, Cœlite: Quale tamen potui de cœlite, Brute, recenti Vestra procul positus carmen in ora dedi. Vbi vocat Augustum Cœlitem.

Cœlĭtŭs, adverbium. Significat, è cœlo: sicut Divinitùs, à Deo. [οὐρανόθεν. Vngar. *Menyből.* Angl. *Frome heaven.*] Hieronymus: Tandem cœlitùs inspiratus præcisam morsu linguam in osculantis se faciem exspuit.

Cæmentum, n.f. [חמר chomer. χάλιξ. Gall. *Moilon, blocaille.* Ital. *Pietre & simile materia da murare.* German. Allerley ungewerckte

werckte Stein zu den Mawren. Belg. Metrosteen. Hispan. *Cimiento o pared de piedra manpuesta.* Polon. *Wijesiak y kamien do murowania spolobny.* Vngar. *Mészes kőfal eppületre valo egyéb szerszám.* Angl. *Morte, perget rubbishe.*] à Cedo, ut quidam putant. Sunt enim Cæmenta, omnis rudior materia, à qua ædificia construuntur, quales sunt rudes lapides, nullâ arte ad ædificium accommodati aut politi, sed quales inveniuntur temerè congesti. Fodinas quoq; rustici Campaniæ Cæmentarias appellant. Livius 1. bel. Pun. Nec erat difficile murum subruere, quòd cæmenta non calce ducata erant, sed interlita luto, structuræ antiquæ genere. Colum. lib. 9: Sub porticibus quadratæ aut cæmentis, vel etiam laterculis extruuntur. ¶ Aliquando ponitur pro ipso opere: id est, ædificio, quod structo lapide erigitur. Plin. lib. 26. cap. 22. E reliquis pallidus in cæmento tarò utilis: Globosus contra injurias fortis, ad structuram tamē infidelis est. ¶ Interpretes utitur in Bibliis pro calce, aquâ fabulóque fermentatâ. Habuerunt lateres pro saxis, & bitumen pro cæmento.

Cæmentārĭī, [χαλικολόγοι. Vngar. Kőmiwes. Angl. *Roughe masons.*] Dicuntur Cæmentorum: hoc est, ædificiorum, quæ ex lapidibus sunt, structores, quos Fabros murarios appellant.

Cæmentĭtĭŭs, a, um, Quod ex cæmento est: [χαλικινός. Gall. *Fait de moilon.* Ital. *Fatto di cemento di calce.* German. Von allerley zusammen gelesenen Steinen gemacht. Hispan. *Cosa edificada de tal manera.* Polon *Z wszelakiego kamienia zbudowany.* Vnga. *Mészbello.* Angl. *Made of morter or perget.*] ut, Parietes cæmentitii. Vitru. lib. 2. c. 8: Itaque pilis lapideis, structuris testaceis, parietibus cæmentitiis altitudines extructæ.

Cæpē, gener. neut. & indeclinabile, à capitis magnitudine dicitur: & primæ vocalis diphthongum accepit. [בצל batzal, κρόμμυον. Gall. Oignon Ital. *Cipolla.* Germ Zwybel. Belg. Aiuyn. Hispan. *Cebolla.* Polon *Cybula.* Vnga. *Veres hagyma.* Angl. *An onyon.*] Plin. lib. 19. cap. 6: Ergo omnibus annis separatim semen cæpe causâ seritur, separatim cæpe seminis. ¶ Dicitur & Cæpa, æ. Ovid. 4. Fast. Cædida est hortis eruta cæpa meis. ¶ Cæparum plura sunt genera, nobilissima Ascalonia, ab Ascalone oppido Iudææ. Nam ut refert Strabo lib. 16: Ascaloniensium regio præcipuè fert cæpes. Columella: Pompeiam vel Ascaloniam cæpam eligito, & compositio infidelia. Cæpa oculos mordet, unde à Græcis nomen impositum κρόμμυον, quasi pupillam oculi comprimi cogeret. sicut scribit Aristoteles in Problematibus. Vnde Lacrymosa dicitur à Columella. ¶ Cæpas edere aut olfacere, κρόμμυα ἐσθίειν, dicebantur joco proverbiali, qui lacrymari viderentur. Dictum est hinc proverbium, quod cæparum odor ut est acris, consueverit lachrymas oculis excutere. ¶ Quis usus cæpis putridis? πεχρεία σαπρῶν κρομμύου; De rebus aut etiam hominibus ridiculis, & quorum nusquam est usus. Etenim quum cæpe sit herba per se vilissima, simul atque computruit, nihil esse potest abjectius.

Cæpŭlă, f. p. diminutivum à Cæpa. [Vngar. *Veres hagymácska.* Angl. *A litle onyon.*] Pallad. Hoc mense cæpulas feris.

Cæpĭtĭŭs, a, um. [Vnga. *Hagyma fele* Angl. *Of onyons.*] & Cæpitium substantivum, secundum Priscianum: pro eo quod est, ex genere cæparum.

Cæpētum, [κρομμυών. Vnga. *Hagymafele.* Angl. *An onyon bed.*] Gell. lib 20. cap. 7 Cæpetum revirescit, & congeminat decedente lunâ. Quo loco legitur & cæpitum: id est, teste Prisciano, cæpe.

Cæpīnă, Est locus cæpis consitus, vel ipsarum cæparum uno in loco consitarum multitudo. [ὁ κρομμυὼν, κρομμύων πεδίον. Gall *Le lieu où croissent les oignons, oignonniere, cives, civots, oignons.* Ital. *Luoco seminato de cipolle.* German. Zwybelgarten/ ein ort da viel Zwybel stehn. Hispan. *Cebollino, ò simiente de cebollas.* Polon. *Ogrod cebulny.* Vngar. *Veres hagymás kert, ahol sok hagyma vagyon.* Angl. *A place planted with onyons, a bed of onyons.*] Columella libro 11. capite 3: Cæpina magis frequenter subactam postulat terram, quàm altiùs conversam. Et paulò pòst: Sed Cæpina vel sæpiùs, certè non minùs debet, quàm quater sarriri.

Cæpus, Facie Satyro similis, cætera inter canem & ursum, nascitur in Aethiopiâ. Strabo lib. 17.

Cæră & ejus derivata. Vide CERA. ¶ Malè enim quidam per æ scribunt, quum nec origo quæ est Græca, nec libri veteres id suadeant. Vide Manutii Orthographion.

Cærago, liquor vel succus ex favorum concavitatibus, saporis amari, Græci *Aerithricem* dicunt.

Cærēmŏnĭă, f. p [טקס chukkóth. θρησκεία, τελετή. Gall. *Ceremonies.* Ital. *Cerimonie.* German. Allerley heilige Brauch/ Kirchengepräng. Hispan. *Las cerimonias.* Polon. *Obrzedy.* Vngar. *Ceremonia.* Angl. *Ceremonies, rites.*] vel ab oppido Cære, vel à carendo dictæ sunt. Nam Vrbe à Gallis captâ, quum Vestales virgines simulachra deorum ex hostibus erepta traducerent, in oppidum Cære, potissimùm convenêre, ubi benignè fuerunt hospitio susceptæ, donec à Gallis civitas per Camillum liberata fuit. In cujus beneficii memoriam Romani præstiterunt, ut omnis divinus cultus Cæremoniæ à Cære diceretur. Livius lib 5. scribit, L. Albinum de plebe virum, virgines sacerdotes sacrasq; plaustro Cære pervexisse: unde Cæremoniis sit earum nomen. Macrob. lib. 2. cap. 3. innuit Cæremonias à carēdo dictas. Servius Sulpitius (inquit) Religionem esse dictam tradidit, quæ propter sanctitatem aliquam remota & seposita à nobis sit: quasi à relinquendo dicta, ut à carendo Cæremonia. In quo exemplo illud notandum est, dici etiam Cæremonia in singulari. Cæsar. 7. bell. Gall. Qui more eorum gravissimâ cæremoniâ continetur. ¶ Cæremoniam legationis, quasi sanctitatem & religionem, Cic. metaphoricè dixit, de mandati judicio loquens. pro Roscio Amer. Qui non negligentiâ privatum aliquod commodum læserit, sed perfidiâ, legationis ipsius cæremoniam polluerit, maculâque affecerit. Bod.

Cærŭlĕŭs, a, um, Quod cæli puri, & nubibus vacui colorem imitatur: quasi cæluleus. [κυάνεος. Gall. *De couleur bleuë comme le ciel.* Ital. *color verdone ò d'azurro.* German. Himmelblaw. Hispa. *Color verde ò azul escuro.* Polon. *Blawotny.* Vngar. *Kék, ég szinü.* Angl. *Skie coloured, or blew like azure.*] Vnde & mare, quod à cælo colorem suum accepit, propriè Cæruleum dicimus. Virgil. 12. Aeneid. Fontesque fluviosque voco, quæque ætheris alti Religio, & quæ cæruleo sunt numina ponto. Sic etiam Cic. lib. 1. de Nat. deor. Neptuni oculos dixit esse cæruleos, ad maris nimirum colorem respiciens.

Cærŭlĕātŭs, Cæruleo colore infectus. [Vng. *Megkékitett*] Velleius Paterculus Hist. 2: Cùm in omnia & in omnibus venalis, cùm cæruleatus & nudus genibus innixus glaucum saltasset.

Cærŭlŭs, a, um, Quod cærulei coloris est per se suâque naturâ. [ἰνδικοειδής. Vngar. *Kék, ég szinü.* Ang. *Which is skie coloured by nature.*] Catullus: Cærula verrentes abiegnis æquora palmis. Et apud Virgil. lib. 10. Aeneid. Freta cærula. ¶ Interest igitur inter Cærulum & Cæruleum, quòd Cærulus naturæ color est: Cæruleus naturam fingit & imitatur. Cornelius Fronto lib. de diff. vocab.

Cærŭlŭm, n. f substantivum, seu potiùs in plurali numero Cærula pro mari frequentissimè accipitur apud poëtas. Virg. 3. Aen. Adnixi torquent spumas, & cærula verrunt.

Cærŭlĕum, Arenæ genus est, quæ in auri atque argenti metallis nascitur, pictorum usui: cujus tria sunt genera, Aegyptium, Scythicum, & Cyprium. Vide Plin. lib. 34. c. 12. & 13.

Cæsă. Quæ & Incisa vocantur, sunt particulæ orationis, quæ Græci κόμματα vocant: differuntque à membris, quæ κῶλα. Membrum enim est pars periodi, ex pluribus verbis absolutè aliquid significans. hoc modo: Etsi vereor, judices, ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipientem. Cæsum autem pars orationis, ex duobus aut pluribus verbis, nondum quicquam absolutè significans, hoc modo: Etsi vereor, judices, ne turpe sit. Cæsa oratio dicitur, quum non efficiuntur membra ex cōnexione verborum, sed singula verba aliquid significantia proferuntur, hoc modo: Quis est ille Gellius? Armiger Cetiliaæ, stipator tui corporis, concitator tabernariorum, latrator fori. ¶ Veteres etiam Cæsa vocabant, quæ postea Cæsa dicta sunt: quæ erant tela Gallis pecularia, sicuti Romanis pila, & Macedonibus sarissæ. Varro: Qui gladiis cincti sine scutis, cum binis cæsis essent.

Cærālē. quod hic corruptè legebatur. Vide CASALE.

Cæsărĭēs, riei, f. q. Coma. A' crebrâ cæsione: ideoque propriè virorum est. [בלורית בלורית siseith שער פרע רוש השערות nozir, κόμη. Gall. *Perruque* Ital. *Zazzera.* Germ. Das haar der Manns personen/ welches man oft beschneidet. Belg. Haer/ t'haer van den hoofde. Hispan. *Cabelladura.* Pol. *Dlugie wlosy meskie.* Vng. *Wrhök.* Ang. *The heare, or bushe of head heare.*] Plaut. in Mil. Vide cæsaries quā decet ¶ Cæsaries promissa: id est, longa, apud Liv. bell. Pun. 8. ¶ Vnde Cæsariati, comati dicuntur. Plaut. in Mil. Qui miles admutiletur cæsariatus.

Cæsărĭātŭs. [Vng. *Wrhökös.*] Cum Plauto utitur ita Apuleius libr. de Mundo: Videas & vicidantibus comis cæsariatam esse comam.

Cæsion, Cæsim, Vide CAEDO.

Cæsĭŭs cŏlŏr, Oculorum proprius est, quem & Felineum à felium oculis nonnulli appellaverunt: [γλαυκὸν χρῶμα. Gall. *De couleur du ciel, pers.* Ital. *Color del cielo, azurro.* German. Himmelblaw farb/ der augen besonders. Belg. Hemmelsblaw/ irsuer. Hispa. *Turquesado, color del cielo.* Polon *Blawotny wzrok.* Vngar. *Macskaszem szin, avagy kékes.* Ang. *Gray of colour.*] quemadmodum & Græci γλαυκὸν, quòd nocturnorum oculorum similitudinem repræsentet. Est autem hic color subviridis, igneo quodam splendore intermicans: quelem in leonis oculis potissimùm conspicimus. Hujusmodi oculos Minervæ Poëtę tribuerunt, bellorum præsidi, utpote præfeccis animi indices: unde & γλαυκῶπις à Græcis, à nostris *Cæsia* peculiari epitheto appelletur. Est autem hic color diversus à cæruleo, manifestè eos distinguente Cicer. 1. de Nat. deor. ubi sic habet: Apollinem semper imberbem, cæsios oculos Minervæ: cæruleos Neptuni.

Cæsōnēs, Qui cæso matris utero nati sunt. Plin. lib. 7. capite 9. Primusque ex Cæsarum familiâ, à cæso matris utero dictus: quâ de causâ & Cæsones dicti.

Cæspēs, m. t. à Cædo fit, & significat terram cum herbâ avulsam, seu in modum lateris cæsam. [רגב régheb מגרפה meghraphâh. βῶλος. Gall. *Motte de terre, glazon, bitte de terre herbue.* Ital. *Cesso, cespite, zoppa.* German. Ein Wasen / ein Graßbusch. Belg. Stoene sodse / een groene rusch. Hispanicè, *Cespo, tierra con yerzes.* Polon *Darn.* Vngaricè, *Kafitos hant.* Angl. *A sodde, or turffe.*] Virgil. 1. Eclog. Pauperis & tuguri congestum cæspite culmen. ¶ Ex cæspite agger castrensis fit.

Lucan.

Lucan. lib. 1: Et subitus rapti munimine cæspitis agger Præbet securos intra tentoria somnos Docet Veget. lib. 3, quâ altitudine, ac latitudine cæspes circuncidi debeat.

Cæspititius, a, um. Quod fit ex cæspitibus. [ἐκ τῶν βώλων ...] Gall. *Fait de mottes de terre.* Ital. *Fatto di terra & di herba.* German. Das auß Wasen gemacht ist. Hispan. *Cosa hecha de cespedes.* Polon. *Darniany.* Vngar. *Az mi hantból áll.* Ang. *Of feddes or turffes.*] Vnde Tribunal cæspititium, vocatur suggestum ex cæspitibus factum. Flavius Vopiscus: Deinde concursus ad cæspititium tribunal. ¶ Aræ cæspititiæ, ex cæspite congestæ. Iulius Capitol. Centum aræ uno in loco cæspititiæ exstruuntur.

Cæspito, as, penult. corr. act. p. Pedem offendo, ut quasi ruere cogar, ad cæspitem offendo, vacillo. [שכל chaschal. ...] Gall. *Broncher, trebucher.* Ital. *Scappucciare, inciampare.* German. Stranchlen / sich mit den fussen stossen. Hispan. *Tropeçar andando.* Polon. *Szwankuie.* Vngar. *Botlom.* Ang. *To stumble, falter.*]

Cæspitatores. [Vngar. *Botlólonak.* Ang. *Which stumbleth which faltereth.*] equi, qui sæpè in cæspitem, vel lapidem, aut aliquid huiusmodi impingunt.

Cæstrum, n. f. Instrumentum, quo ebur cavatur. Plin. libr. 35. cap. 11: Lala Cyzicena perpetua virgo M. Varronis iuventa, & penicillo Romæ pinxit, & cæstro in ebore imagines mulierum maximè, &c. Ibidem: In encaustice pingendi duo fuisse antiquitùs genera cōstat, cera, & in ebore cæstro: id est, viticulo, donec classes pingi cœpere.

Cæstus, us, m. q. Genus clavæ pilas plumbeas loris bubulis appensas habens, quo Daretem & Entellum pugnasse legimus, à cædendo dictum. ... Virgil. libr. 5. Aen. Sic crudo fidit pugnam committere cæstu. ¶ Cestus verò, cesti, sine diphthongo sumitur pro cingulo, & zona illa virginea, quam maritus primâ nocte dissolvebat: & est fœminini generis, quamvis masculini reperiatur: à variis punctis sic dicta: κεντεῖν enim pungere est. Vnde cingulum illud Veneris, quo ipsa Martem & Iunio Iovem conciliabant, à poëtis Cestus, κεστὸς dicitur. Martialis: Vt Martis revocetur amor, summique Tonantis, A te Iuno petit ceston, & ipsa Venus. Vnde cestum Veneris, ... habere dicuntur, qui novis modis quemlibet in amorem sui pelliciunt. ¶ Sed & lorum, aut opus interpunctum, acûve pictum, commune ornamentum fœminarum, *Ceston* Græci vocant. [... chagorah.] Gall. *Ceinture d'espousée.* Ital. *Cintura di donna.* German. Zierlich hüpsche Band so die Weyber zu der zierd brauchen. Hispan. *Cerca de ... de la muger.* Vngar *Opaszanie, ...* Pol. *Gyrsáló.* Angl. *A brides girdle.*] ¶ Proinde Celsus Africanus contra quem scripsit Orig. 24. libros edidit, quos à rerum varietate κεστοὺς appellavit. Hinc incestus: & Cestillus diminutivum.

Cæsulliæ. A' vetustissimis dicti sunt, qui cæsiis sunt oculis. Festus.

Cæsum. Cæsi, Vide CAEDO.

Cæsura. Cæsuratim, Cæsus, Vide CAEDO.

Cætera, Cæterum, absque recto masculino in singulari numero usitato, ex Græco, ἕτερος, id est, & alter. [... acher ...] Gall. *L'autre, le reste.* Ital. *Il resto, l'altre cose.* Ger. Das vberig. Hisp. *Lo restante.* Pol. *Ostatek, ostatnie.* Vngar. *Az többi.* Angl. *The rest, that remaineth.*] Terent. in Hec. Quàm fortunatus cæteris sum rebus. Cic. 2. A'ad. Cætera sæpe deinde sequetur. Idem 6. Verr. Argentum illi cæterum purum apposuerat. ¶ Cætera doctus, figurata locutio, derivata à Græcis, qui κατὰ præpositionem frequenter subaudiunt. Cicer. 1. de Nat. deor. Non solùm enim poëta suavis, verumetiam cætera doctus, sapiensque traditur: in quo tamen Ciceronis loco in plerisque exemplaribus, *Cæterùm* legitur. Martialis: Visceribus bonus est, cætera vile sapit: id est, quantum ad cætera. ¶ Ad cætera, pro eodem, Gallicè *Au reste*: id est, quod ad cætera attinet Horat. 1. epist. 10: hâc in re scilicet unâ Multum dissimiles, ad cætera penè gemelli. ¶ De cætero, Cic. de Finib. De cætero vellem equidem, aut ille ipse doctrinâ fuisset instructior, &c. ¶ Cætera, absolutè positum. Cic. in Topic. In partitione quasi membra sunt, ut corporis, Caput, humeri, manus, latera, crura, pedes & cætera. ¶ Nominativo singulari Cæterus in masculino genere usus est Cato de Re rust. cap. 22. ubi sic habet: Cæterus ornatus domi Pompeii emptus est.

Cæterò, adverb. [... achar ...] Gall. *Au reste, au demeurant.* Ital. *Quanto al resto.* German. So viel das vberig. Hisp. *Allende de esto.* Pol. *Naostatek, ostatnie.* Vngar. *Egyéb ..., ...* Ang. *Moreover, as touching the rest.*] Plin. lib. 10. cap. 58: Palumbes fœmina incubat, post meridiana in matutinum, cæterò mas: hoc est, quod reliquum est temporis.

Cæteroquin, vel Cæteroqui, pro alioquin. [ἄλλως τε, ...] Gall. *Sans cela, autrement.* Ital. *Altramente, oltre di questo.* Germ. Sonst. Hisp. *En otra manera.* Pol. *Acz.* Vngar. *Egyéb aránt, azon kivül.* Ang. *Otherwise.*] Cic. de Orat. Illam autem concionatorem adhibet quidem hic subtilis: quem nisi quòd solum, cæteroquin rectè quidam vocant Atticum.

Cæterùm, [... abal ...] Gall. *Toutesfois, neantmoins.* Ital. *Ma quanto al resto* Germ. Aber Hisp. *Mas.* Polon. *Naostatek* Vng. *Tovább.* Ang. *Moreover: nevertheless.*] Coniunctio, significat Alioqui, aut Reliquum, sive in posterum. Salust. hist. 4: Scio equidem tibi magnas opes virorum, armorum & auri esse, & eâ re à nobis ad societatem, ab illis ad prædam peteris. Cæterùm consilium est Tigranis regno integro procul à domo per nostra corpora bellum cōficere: ubi scribit Sosipater, pro alioqui positum esse. Plaut. Pœn. Dehinc cæterùm valete: id est, in reliquum & postetum tempus.

Cætera, etiam quandoque adverbialiter capitur pro deinceps. [τὰ ἄλλα. Vngaricè, *Ez vtan.*] Virgil 9. Aeneid. Cætera parce puer bello. Curtius: Cætera opimam prædam fore: id est, in posterum.

Cæyx, cæyeis, κήϋξ, Genus avis. Plin. lib. 32. cap. 8: Fit in mari & halcyoneum appellatū, ex nidis (ut aliqui existimant) halcyonum & cæycum.

Calæ, [Angl. *Billets.*] teste Servio, à maioribus dicebantur fustes, quos portabant servi, sequentes dominos ad prælium: unde etiam Calones dicebantur. Nam cōsuetudo erat militis Romani, ut ipse sibi arma portaret, & vallum: vallum autem dicebant Calas Lucil. Scinde calam, ut caleas: id est, scinde lignum, & focum accende, ut calefias.

Calabra curia, Romæ erat proxima casæ Romuli, à calando: id est, vocando dicta, quòd ibi ante fastorum cognitionē Pontifex convocatâ plebe pronuntiabat, quot dies inter Calendas & Nonas intercederent. ¶ Hinc Curia ipsa, teste Macr. lib. 1 cap. 15, Calabra dicta est, quòd in ipsam populus calaretur.

Caladrius pro avis nomine, Vide CHALADRIUS.

Calama, æ, f. p. Est hasta seu spica ipsius frumenti: dicta ἀπὸ τοῦ ..., quod est lignum, vel ἀπὸ ..., sic appellatum, Suid.

Calamagrostis, καλαμάγρωστις, Graminis genus foliorum magnitudine ad arundineum, enè accedens, iumenta apud Babylonem (ut ubi iuxta vias copiosè nascitur) enecans, Latini Græcorum imitatione *Gramen arundinaceum* appellant.

Calamarium, n. f. Theca, sive repositorium calamorum, Theca calamaria. [...] Gall. *Calemar, ou escritoire.* Ital. *Pennarolo.* German. Ein Schreibzeug/ein Federrohr. Belg. *Kocker/schrijfgetuig.* Hispan. *Caxa de escrivanias.* Polon. *Kałamarz.* Vngar. *Penna tartó, penna vala.* Ang. *A pennar, a case for pennes.*] ¶ Calamariæ thecæ. Suet. in Claudio: Scriberem ac vix te ... sit, ne cuivis comiti, aut librario calamariæ & graphiariæ thecæ adimerentur. Mart. de his lib. 14: Sortitus thecam calamis armare memento.

Calamentha, pen. prod. apud Col. lib. 4. cap. 27. ponuntur pro fragmentis veterum calamorum: hoc est, pedamentorum, quæ ex calamis: hoc est, ex arundine fiebant.

Calametum. καλαμών, Colum. lib. 4 cap. 27: Sic deinde ordinata vineta festinabimus emendare, sarmentisque & calametis liberare.

Calaminthà, æ, [καλαμίνθη. Gall. *Pouliot sauvage, ou l'herbe au chat.* Ital. *Nepetella.* Germ. Bergmüntz, Steinmüntz / Katzenmüntz. Belg Katterkruyt/mynte Hispan *Lancuada* Polon. *Polei na ...* Vngar. *Lá ... menta.* Angl. *Wild pimiriall or pudomgrasse.*] Herba est montibus familiaris, folia habens ocymi iocata, surculos aridos, caules angulosos, & florem purpureum. Hoc autem calaminthæ genus officinæ, servata propemodum antiquâ appellatione, *Calamentum* vocant. ¶ Sunt & aliæ duæ Calaminthæ species; quarum altera pulegio est similis, & figurâ & odore, licet aliquâto maior sit: unde & *pulegium sylvestre* vulgo appellatur. ¶ Altera menthastro similis, foliis oblōgioribus caule & ramulis maioribus, quàm superior. Vide Dioscorid. lib. 3. cap. 34. Ruell. lib. 3. cap. 30.

Calamister, vel calamistrum, stri, Tenue ferrum, quo in cinere calefacto crispantur capilli, unde sunt illi tanquam annuli qui cincinni vocantur. [... charith ...] Gall. *Vn instrument ou fer pour griller ou friser les cheveux.* Ital *Ferro da ...* Germ Ein Pfriemb / mit dem man das haar kraus machet. Belg. Naelde oft Pfriem om't haer te croллen. Hisp. *Hierro para encrespar los cabellos.* Polon. *Szpilka ...* Vng. *Hay fodoritó vas.* Ang. *A frisling iron to frizle the heare with.*] Cicero in masculino genere usus est in Orat. id quod & Sosipater Grammaticus annotavit. Removebitur omnis insignis ornatus quasi margaritarum, ne calamistri quidem adhibebuntur. Et Varro de scenicis originibus, in masculino quoque posuit, teste eodem Sosipatro libro 1. In neutro genere usus est Plaut. in Curculione: Pecten, speculum calamistrum meum. ¶ Hinc Calamistratus, a, um, adiectivum id quod calamistro inustum, & ornatum est. [Ang *Frisled or crisped.*] Cicer. post reditum: Calamistratus saltator. Idem pro Sextio: Calamistrata coma. Plaut in Asin. Quidam istuc tibi accidat, cinæde calamistrate?

Calamitæ, f. p. [καλαμίτης. Gall. *Petites grenouilles* Ital. *Ranocchi piccioli* Germ. Ein Laubfrosch Hisp. *Ranas pequeñas que se hallan entre canaveral.* Polon. *Zielona żabka.* Vng. *Zöld béka, vagy ... kalaszin ...* Ang. *Litle frogges.*] Ranæ minimæ sunt, & viridissimæ, quæ à quibusdam Diopetæ vocantur: sic dictæ, quòd inter calamos versentur. Plin. l. 31. c. 7.

Calamites, Gemma, à Calamo nomen habens, quòd plures simul iunctæ inveniantur. Plin lib 37. c. 10.

Calamochnus. καλαμόχνους, ἀδάρκης. Est falsa quædam lanugo in locis palustribus calamis tenuioribus adnascens, ex aquâ dulci & marinâ, ubi se miscent. ¶ Alio nomine Adarca dicitur. Vide Plin. lib. 21. cap. 10.

Calamus, m. f. Frutex aquaticus, ex quo quum multæ res fierent, multa significat. [... kaneth. κάλαμος. Gall. *Roseau ou canne*

tuyau de blé, chenine, chalumeau, glous. Ital. *Canna sottile, penna da scriuere.* German. Ein Rohr/ein Schreibfeder. Belg. Reetriet/ Spaensch riet / een penne / schrijfveder / schacht. Hispan *Caña, ò paja como de trigo: canna para escriuir ò otra.* Polon *Piore, trzcina.* Vngar. *Nád.* Angl. *A reede, a stalk, a wheaten or oaten strawe, a pipe or whistell, a penne.*] primùm significat sagittam. Virgil. Eclog. 3: quum Daphnidis arcum Fregisti, & calamos. Plin. lib. 16: Calamis populi Orientis bella conficiunt. ¶ Deinde instrumentum quo scribi solet. Primi enim calami ex arundine conficiebantur. Martialis in distichis: Dat chartis calamos habiles Memphitica tellus, Texantur reliquâ tecta palude tibi. ¶ Ponitur aliquando pro fistulâ. Virgil. Eclog. 5: Nec calamis solùm æquiparas, sed voce magistrum. Hujus primum inventorem fuisse Pana, volunt poetæ. Idem Eclog. 2: Pan primus calamos cerâ conjungere plures Instituit. ¶ Calamus item est virga cui hamus filo longo alligatur ad capiendos pisces, similiter virga, ad capiendas aves visco illita. Martialis: Galbula decipitur calamis, & retibus ales. ¶ Aliquando accipitur pro stipulâ, & pro quâcunque re teneri, ac fistulosâ ob similitudinem arundinis. Unde arborum quoque ac vitium calamos dicimus: id est, teneres particulas & virgas ad serendum in terrâ aptas. Plin. Quòd si longiùs afferantur pomorum calami, rapis infixos optimè custodire succum arbitrantur. ¶ Est etiam calamus mensura sex cubitorum & palmi. ¶ Calamus odoratus, κάλαμος μυρεψικός. Dioscoridi arundini similis est aspectu, multis geniculatus nodis, salsæ sapore, tactu mollis, & quum frangitur, fissilis, intùs araneosus, locum, in quo nascitur, suavissimo replens odore. Provenit in Arabiâ, Indiâ, & in Syriâ juxta Libanum montem. Vide Plin. lib. 12, cap. 20. ¶ In officinis appellatione manet.

Călămĭtās, tis, f. & propriè significat calamorum fractionem, quæ fit grandine aut tempestate. [איד *edh* רעה *rahah* שואה *schóah* שממה *schemamah.* χάλαζα. Gal. *Calamité, malencontre, perte, malheur, misere, proprement gresse qui rompt le tuyau du blé.* Ital. *Grandine, calamità, miseria.* German. Ein Hagel der die saat zerschlecht/ Arbeitseligkeit / jamer/ Noth. Hispan *Danno que haze la tempestad, generalmente danno, ò desastre ò perdida qualquiera.* Polon *Nedza, pslota, grad ktory zyto tłucze.* Vngar. *Nyavalya, nyomoruság.* Ang. *Misery, calamitie, the breaking of the stalkes of cornes by tempest.*] Plaut. Casin. Profectò hercle non fuit quicquam olerum, Nisi quicquid erat: calamitas profectò attigerat nunquam. Terent. in Eunuch. Ipsa egreditur nostri fundi calamitas. ¶ Translatè, pro omni miseriâ, & pernicie ponitur. Cicero ad Attic. Nemo majorem calamitatem morte Parsæ accepit. Alterius calamitatem & afflictionem ut suam quenque putare debere, atque ferendo, quantum in se est, adesse decere Ethnicus poëta Euripides hoc voluisse versu admonere videtur, dum inquit: οἰκεῖος αὐτῷ πρᾶσσε τὸν ἄλλον χρεών. ¶ Calamitas dicebatur etiam in scenicis ludis, quum fabula exigebatur. Terent. in Prologo Hecyræ: Hecyram ad vos refero, quam mihi per silentium Nunquam agere licitum est: ita eam oppressit calamitas. Eam calamitatem vestra intelligentia sedabit. A' Græcis πταῖσμα dicitur. Budæus.

Călămĭtōsus, penult. prod. adjectivum, Quod calamitate lædi solet. [χαλαζοβόλος Gall. *Suiet à gresle & à estre gasté par le mauuais temps.* Ital. *Rouinata dalla tempesta, dalla gragnola & mali tempi.* Germ. Das vom Hagel mag zerschlagen werden. Hispa *Perdido per danno que haze la tempestad.* Polon. *Kieszwstka kiedy grad może potłuc.* Vnga *Nyavalyás alá vetteltt.* Ang. *Broken and cast downe by tempest.*] Plin. lib. 18 c. 7: Hordeum ex omni frumento minimè calamitosum: quia tollitur antequam triticum occupet rubigo. Calamitosus ager apud Catonem: & Calamitosum cœlum cap. 11. & 35. ¶ Calamitosus etiam ærumnosus est, malis calamitatibusque prægravatus inquit Nonius. [שמם *schemém* עני *aniáh.* ταλαίπωρος, ἀτυχής, ἄθλιος. Gall. *Miserable, poure malheureux, calamiteux, affligé d'ennuis & fascheuse.* Ital. *Pieno di miseria, disgratie, auersità.* German. Elendhafft/ Arbeitselig / jamerhafft/ Mit noth beschwert. Hisp. *Cosa perdida ò desastrada.* Polo. *Nedzny, vpadły, vtrapiony.* Vng. *Nyavalyás nyomorúságos.* Ang. *Miserable, full of miserie, wretched.*] Cicer. 1. Verr. Et honoris amplissimi puto esse, & accusare improbos, & miseros, calamitosos que defendere.

Călămĭtōsē, adverbium. Miserè. [δυστυχῶς, ἀθλίως Gall. *Malheureusement, miserablement, piteusement.* Ital. *Meschinamente.* Germ. Arbeitseligklich/ Jämerlich. Hispan. *Perdidamente.* Polon. *Nedznie.* Vnga. *Nyomorúlt ul, nyavalyás ságossan.* Ang. *Miserablie, wretchedlie.*] Cic. 3. Offic. Nam quod aiunt minima de malis: id est, ut turpiter potiùs, quàm calamitosè: an est ullum majus malum turpitudine?

Călantĭcă, f. p. Tegmen muliebre, quod capiti accommodatur. [צניף *tsenipháh.* ταινία. Gall. *Sorte de counrechef, ou chaperon de femme, usité en Champaigne.* Ital. *Cuffia di donna.* Germ. Ein Tüchle der Weiberen/ Schleyer. Belg. Caproen/ Keuvel. Hisp. *Vn cierto tocado de mugeres que se dize tofia.* Polon. *Kanisch, poawika.* Vng. *Kerty fôre valogyô is.* Ang. *An hoode or kerchief for a woman.*] Cic. in Clod. Tùnc, quum vinciebantur pedes fasciis, quum calanticam capiti accommodares, &c.

Călăsĭs, autore Festo, Vestis genus fuit apud Veteres, quod Græci γαλακτοχρόα vocant. Sunt qui dicant, tunicæ muliebris nodum esse, quo circa cervicem connectitur.

Călātă comitĭă, Vide in dictione Comitia.

Călăthus, pen. cor. ab aliquibus Qualus, & Quasillus: ab aliquibus Fiscella, Vas vimineum, secundum Porphyrionem, in quo mulieres pensa vel tramam revolvunt, aut in quo flores vel fructus, aut aliquid id genus ferunt. [סל *sal* סלסלה *salsilláh.* κάλαθος, πλόκος. Gall. *Panier de clisse ou d'osier.* Ital. *Sesto paniere.* Germ. Ein Korb/ ein Zeinen auß weyden oder gerten geflechten/ Spindelkrüblr. Belg. Spillenkorf oft Rack manden. Hispan. *Canastra de varas.* Polo. *Kosyk.* Vng *Kosár.* Ang *A panier, frayle, or basket.*] Virg. in Alexi: tibi lilia plenis Ecce ferunt Nymphæ calathis. Ovid. lib 4 Fastor: Hæc implet calathos lento de vimine nexos, Hæc gremium, laxos degravat illa sinus. Erat autem calathi forma supernè latior, paulatim in angustum desinens, qualem etiam in turbine conspicimus. ¶ Accipitur interdum pro calice ad sacrificium apto. Virgilius in Daphnide: Vina novum fundam calathis Arvisia nectar. Servius ait esse vas æneâ in quo lac, vel recens caseus distrahitur.

Călăthĭscus, diminutivum, [καλαθίσκος. Vngar. *Kosaratska, (avagy) kosárotska.* Ang. *A litle frayle, or basket.*] Parvus calathus. Catullus: Ante pedes autem candentis mollia lanæ Vellera, virgati custodibant calathisci.

Călăthĭānă vĭŏlă, Flos est præter violarum naturam Autumno proveniens, lutei coloris, foliis minutis, sine odore: à calathi signo ita appellatus. Vide Plin. lib. 21. c. 6.

Călātōrēs, καλήτορες, Dicebantur servi, ἀπὸ τοῦ καλεῖν, quod est vocare, quòd semper vocari possent ob necessitatem servituris.

Calbĕī, Autore Festo, dicebantur apud veteres armillæ, quibus triumphantes utebantur, & milites ob virtutem donabantur.

Călcendīx, Festo conchæ genus est.

Călcanĕus, Calcar. Vide Calx, cis.

Călcĭfrăgă æ. f. p. [Gall *Cetérach.* Ital *Ceteraco.* German. Miltzkraut Belg Steenvaren. Hispan *Doradilla.*] Herba est in maritimis petris ferè nascens, à calculis frangendis ita dicta; ἀσπλήνιον: de quâ vide Plin. lib. 27. c. 9. & Ruell. lib. 2. c. 129.

Călcĭŏlī, (quod hic corruptè legebatur) Vide Carpioli, & Carsioli.

Calco, & Calceus, Vide Calx.

Călcŭlus, m. s. Lapis brevis terræ admixtus: sic dictus, quòd molestiam calcantibus exhibeat: vel, quòd calcem: hoc est pedem offendat. [חצץ *mehah* צרור *tseror.* ψῆφος, ψηφίδιον. Gall *Petite pierre, granois, la pierre ou grauelle, mereau ou getton à compter ou iouer.* Ital. *Sasso picciolo.* Germa Ein Sandsteinlin. Belg. Een tefelsteen. Hispan *Pedrezita.* Polon. *Kamik.* Vnga. *Kövecske, láb fertô gető kövess.* Ang. *A pebble or grauell stone, the stone in the bodie, a chesse or table man counters.*] Virgil 2 Georg. Tenuis ubi argilla, & in dumosis calculus arvis. Cicer. de Orator. Demosthenes conjectis in nos calculis summâ voce versus multos uno spiritu pronuntiabat. ¶ Calculi pro difficultatibus. Plin. Junior lib. 2. Epist. Omnes quos ego movi in utrâque parte calculos pone, id est, difficultates. ¶ Est item calculus, Lapillus in renibus aut vesicâ generatus, meatum urinæ prohibens, asperrimumque gignens cruciatum: quod morbi genus Græci λιθίασιν appellant. Plin. libr. 11. c. 37: Sed hominum quibusdam diro cruciatu subinde nascentes calculi, & setarum capillamenta. ¶ Qui autem eo morbo laborant, Calculosi dicuntur. Plin. lib. 20. cap. 21: Hic & calculosis, & inflationi, & torminibus illinitur. Celsus lib. 7. cap. 26 de curatione calculosorum. A' Græcis λιθιῶντες, λιθιῶντες. Plin. lib. 21: Vtuntur ad alopecias, lithanicos, opistotonicos. ¶ Item calculus ψῆφος dicitur quem Latronem seu Latrunculum antiqui appellaverunt, vulgus *Scacum* vocat. Martialis: Hic mihi bisseno numeratur tessera puncto, Calculus hic gemino discolor hoste perit. ¶ Quoniam autem calculis subducere rationes solemus, calculus pro ipsis rationibus ponitur. Hinc Revocare, sive Reducere ad calculum, est aliquid exactiùs supputare. Cicer. de Amicitiâ: Hoc est quidem nimis exiguè & exiliter ad calculum revocare amicitiam, ut par sit ratio acceptorum & datorum. Idem: Itaque tibi concedo, ut si te alicujus dati pœnitet, ad calculum reducas. ¶ Calculis olim Græci sententias & suffragia colligebant, candidis absolutionem, nigris condemnationem significantibus, unde factum est, ut Calculum pro suffragio, sententiâ, & judicio ponamus. ¶ Calculum de se permittere. Plin. in Paneg. Quotannis diis ipsis tanquam judicibus calculum de te permittis, an dignus sis incolumitate. Id est, censendi potestatem facis & calculum ponendi: utque nunc loquimur, opinandi. Eundem autem ferè modum habent hi loquendi modi, Mittere in consilium, Censendi potestatem facere, Calculum permittere, Calculum porrigere, Calculum proponere. *Ex Budæo.* ¶ Dicitur etiam proverbialiter, Album calculum addere, λευκὴν ψῆφον προσθεῖναι, pro approbare, subinde legimus apud doctos. ¶ Connæ calculus, Κόννου ψῆφος. In hominem autem nihili nulliusq; momenti, Proverbium manavit à Connâ quopiam Citharœdo. ¶ Calculo mordere, ψήφῳ δάκνειν, dicuntur, qui suffragio lædunt aut ulciscuntur hominem. Aristoph. ἐν ἀχαρνεῦσι. ¶ Plurium calculus vincit, τῶν πλειόνων ψῆφος νικᾷ. Quoties in consilio creditur multitudini.

Călcŭlo, as, are. [ψηφίζομαι. Angl. *To compte, to cast accompte.*] Rationem facio. Inde

Călcŭlātŏr, A' Calculis: id est, lapidibus minutis, quos antiqui in manu tenentes numeros componebant. [חשב *mechaschéb.* λογιστής.

λογιστής. Gall. *Calculeur, conteur, dresseur de contes.* Ital. *Chi fa conte, calculatore.* Germ. Ein Rechenmeister. Hisp. *Contador como cantan te.* Polon. *Rachmistrz.* Vng. *Szam vető.* Ang. *Which calleth accomptes.*] Martial lib. 10: Nec calculator, nec notarius velox Maiore quisquam circulo coronetur.

Calculōsus, a, um. Calculis plenus. [λιθώδης, ψηφιδώδης. Gall. *Pierreux.* Ital. *Pieno di pietruccie.* Ger. Den steinigem. Hisp. *Pedregoso.* Polon. *Kamienisty.* Vng. *Köuecses.* Ang. *Full of grauell or small stones.*] Colum. Loca aprica, calculosa, glareosa, interdum & sa ... amar. Et apud Plin. l. 35. c. 14. Calculosum solum.

Calendæ, plur. num. f. p. [ראש חדש chodesch. νουμηνία. Plutarcho, Gall. *Le premier iour d'vn chascun mois.* Ital. *Il primo giorno del mese.* German. Der erste tag eines jetlichen Monats. Belg. Den eersten dach des Maents. Hisp. *El primero dia de qualquier mes.*] Primus dies mensis: ab eo, quod hoc die calentur dies mensis à pontifice, Nonæ, quintanæ ve an septimanæ sint futuræ. Quinque calo Iuno Nouella. Septem calo Iuno Nouella. Hæc Varro lib. 5. de ling. Lat. Macrobius autem in 1. Saturnal. totam hanc rem copiosè tradit. Priscis, *inquit*, temporibus antequam fast. à Cn. Flauio scribâ, inuitis patribus in omnium notitiam proderentur, pontifici minori hæc prouincia delegabatur, ut nouæ lunæ primum observaret aspectum, visumque regi sacrificulo nunciaret. Itaque sacrificio à rege & minore pontifice celebrato, idem pontifex calata, id est, vocata in capitolium plebe, quot numero dies à Calendis ad Nonas superessent, pronuntiabat, & quintanas quidem, quinquies dicto verbo Calo, septimanas repetito septies prædicebat. Et hunc diem qui ex his diebus, qui calarentur primus esset, placuit Calendas vocari. Hæc Macrobius. Eam autem ob causam populo, quónam dies Calendarum essent prædici necesse erat, ut sciret, quónam Nonarum dies esset futurus, quo confluere in Vrbem populus solebat ut addiscerent quid eo mense in diuinis, humanisq. rebus facto opus esset. ❡ Sciendum, quum dico Tertio Calendas, ... semper diem me significare. Ad tertium verò Calendas etiam incertum, ut qui est circiter tertium calendas. ❡ Græci autem calendas non habent, unde proverbiali formâ dicere solebat Augustus, ut refert Suetonius: Ad calendas Græcas solvturos eos, quos nunquam solutos significare volebat. cap. 87.

Calendāris, re. Quod ad calendas pertinet, ut Iuno calendaris dicta, quòd calendarum dies ei sacer esset. Macrob. lib. 1. c. 15: Illos, *inquit*, Iovi dedicatæ, calendæ Iunoni; unde Laurentes calendarem Iunonem appellavere.

Calendārius, a, um, idem est: ut calendarius liber, ἡμερολόγιον, ἐφημερίς.

Calendārium, [Ger. Kalender Büchlin vnd rödel der Kauffleuten / vnd anderer die etwas Gewerbs treiben. Ang. *Calendars, Almanaches.*] Dicebantur tabulæ, ab obseruatione singulorum mensium; ut Dani, à singulorum dierum ratione observatâ. ❡ Accipitur etiam Calendarium apud Iurisconsultos pro negotiatione nominum faciendorum. Vlpianus: Calendarii quoque curatio & quæstura in aliquâ ciuitate inter honores non habetur, sed personale munus est. Africanus: Itaque ipsæ pecuniæ, si adhuc calendario, id est, nominibus faciendis destinatæ essent, fideicommisso cedere solent. Bud.

Calēfactus, Vide CALIX.

Calendrum, n. f. [Gall. *Perruque.* Ital. *apello posticcio.* Germa. Gemacht haar. Belg. Ghemaeckt oft ontleent haer. Hisp. *Tocado alto de muger.*] Ornatus est muliebris capitis, vel certe coma assumta, ut interpretatur Acron in illud Horat. 1 Serm. altum Saganæ caliendrum Excidere, atque herbas, atque incantata lacertis Vincula cum magno risuq. iocoq. videres.

Căligă, penult. corr. f. p. Tibiarum tegumentum. [καλίγα. Gall. *Chausse, botine & chaussure de guerre iusques à my iambe garnie de clous.* Ital. *Armatura delle gambe, gambiere, calze.* Germ. Stiffel / hosen biß auff die waden. Belg. Kousen. Hisp. *calça ò cierta armadura ò vestidura de piernas.* Pol. *Nogawica, pancerzka.* Vng. *Haritsnya, salanári, Nadrág.* Ang. *An hoze or neather stock.*] cuius diminutiuum est Caligula. Cic. 2. Phil. Cum caligis & lacerna cucurristi. Plin. lib. 7. cap. 43: Quanquam Massurius autor est, bis in triumpho ductum, Ciceroni mulionem castrensem suffarraneum fuisse: plurimi iuventam inopem in caligâ militari tolerasse. ❡ Caliga Maximini, vulgò dictitatum est in homines insulsos & immodicæ proceritatis. Id Adagio refert Iulius Capitolinus in vita Maximini imperatoris. ❡ Caligas Epicratis oratoris lasciuas videtur Cicero accipere pro oratione lasciviusculâ, quum ad Atticum libro 2. 18, sic scribit: Valerius absolutus est Hortensio defendente. Id iudicium Attilio condonatum putabatur, & epicratem suspicor, ut scribis, lasciuum fuisse. Etenim mihi eius caligæ, ut fasciæ cretatæ, non placebant. Ita interpretes Bene Pius.

Căligātus, ta, tum, adiectiuum. Caligis indutus. [καλιγοφόρος. Gall. *Portans botines, chaussé de telle chaussure.* Ital. *Calzato di tali calze.* German. Mit sollichen hosen oder stiffeln angethan. Hisp. *Cosa armada de aquella armadura.* Pol. Wnogawicę obuty. Vng. *Harisnyás, nadrágos.* Ang. *That hath hoze on.*] Iuven. Ventum in caligatus in agros. ❡ Dicebantur autem milites caligati, tenuissimæ sortis, & postremarum classium milites, qui ocreas æneas gestabant. Autor est Liv. lib. 1. ab Vrbe conditâ.

Căligārius, a, um. Quod pertinet ad caligas. [ὁ τῆς καλίγας. Gall. *De botines, seruant aux botines.* Ital. *Che serue à tali calze.* Ger. Das solcher hosen oder stiffeln ist. Hispan. *Cosa para aquella armadura.* Polon. *Nogawiczny.* Vngar. *Azmy harisnyához való.* Ang. *Belonging to hoze or neather stockes.*] Plin. libro 10. cap. 18: In quibus pisces omnibus annis, Virgilitatum ortu existunt squamis conspicui crebris atque præacutis, clavorum caligariorum effigie. Idem libro 34: Aliud brevitate solâ placet, clavisque caligariis. ❡ Caligarius, artifex caligarum apud Lamprid. in Alex. Severo: Corpora omnium constituit vinariorum, lupantorum, caligariorum & omnino omnium artium. Iulius Firmicus Matheseos libro 3: Coriorum confectores, aut caligarii.

Căligāris, & hoc caligare. [Vngar. *Nadrághoz, harisnyához való.* Angl. *Belonging to hoze or neather stockes.*] Idem. Plin. libro 22. cap. 22. Si enim caligaris clavus, si ferri vel chalybis aliqua rubigo, &c.

Căligo, penult. prod. f. t. Tenebræ, obscuritas, opacitas, aëris spissitudo. [אפל ôphêl. ערפל haraphêl. ζόφος. Gall. *Obscurité, tenebrosité, eblouissement.* Ital. *Nebia, folta.* German. Finsternuß / Dunckle. Belg. Duysterheyt, donckerheyt. Hispan. *Escuridad ò ceguedad.* Pol. *Zaćmienie.* Vngar. *Homály.* Ang. *Darknesse, dimnesse like mist.*] Virgil. 4. Aeneid: Quis globus o cives, caligine volvitur atra?

Căliginōsus, a, um. Obscurus, caligine tectus. [אפל aphel. ζοφώδης. Germ. Dunckel, finster, wüst. Pol. *Ciemny.* Vng. *Homályos.* Ang. *Darke or verie obscure.*] Cic. 1. Tusc. Vt penetret & dividat omne cœlum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur, quod & humidum, & caliginosum est, propter exhalationes terræ.

Căligo, as. Cæcutio. [חשך chaschchâh. ἀμβλυώσσω. Gall. *Estre ebloui, ne voir guerres clair.* Ital. *Offuscarsi.* German. Finster sehen / Dunckle augen haben. Belg. Niet wel sien. Hisp. *Escurecerse, ò cegarse.* Pol. *Ćmić się.* Vngar. *Homályosodni, vakulok.* Ang. *To be darke or dimme.*] Plin. lib. 20. c. 22: Iungunt quoq. scabras genas, aut caligantes oculos cum melle. ❡ Caligare in sole apud Quint. lib. 1. 2, legitur, ut exeganter, ita & proverbialiter dictum, pro eo quod est in re clarissima cæcutire: id est, solet accidere vitiosis oculis, qui nihil vident in luce quàm maximè perspicuâ, videl. ex sensum debilem obruente vi splendoris. ❡ Caligare ad aliquid, Plin. l. 30. c. 1.

Căligāns, particip. [ἀμβλυώττων. Ger. Dunckel, finster. Angl. *Dim, or darke.*] Virgil. 4. Georg. Et caligantem nigrâ formidine lucum ingressus.

Căligātio, onis, verb. f. t. [סנורים sanverîm אפלה aphêlâh. ἀμβλυωπία. Gall. *Eblouissement.* Ital. *Offuscatione.* Germ. Verfinsterung / verdunckelung. Hisp. *Escuridad, ò ceguedad.* Polon. *Zaćmienie.* Vng. *Homályosság.* Ang. *Darknesse, or dimnesse of sight.*] Plin. lib. 20. c. 6: Aquilæ misto felle cum melle Attico iunguntur nubeculæ, & caligationes, suffusionesque oculorum.

Călim, Veteres pro Clām usurparunt. Autor Festus.

Călix, m. t. Poculum. [כוס chôs. κύλιξ. Gall. *Calice, coupe hanap.* Ital. *Calice.* Ger. Ein Trinckgeschirr, ein Kelch / ein Becher. Belg. Een Becker, drinckvat, kelck. Hisp. *Vaso, como de vidro para beuer.* Polon. *Kubek, kuflik.* Vngar. *Pohár, kelyeh.* Angl. *A chalice or cuppe.*] Ita dictum quòd eo calidam bibebant: nam & calidam & frigidam conviviis veteres adhibebant. Plautus in Captiv. Aulas calicesque omnes confregit, nisi quæ modiales erant. ❡ Quandoque ponitur pro maiori vase. Cic. l. 1. Tusc. Quid? si calix mulsi impingendus est, ut plorare desinat. ❡ Quandoque pro vase, in quo legumina & olera coquuntur. Ovid. l. 4. Fast. Stant calices, minor inde fabas, olus alter habebat. Varro: Calix à caldo, quòd in eâ calida puls apponebatur. ❡ Multa cadunt inter calicem supremaq; labra, πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου. Adagium est, quo monemur, nihil tam certum sperari, neque quicquam tam esse vicinum, quod non repentinus aliquis casus queat intervertere, adeoque non esse futurum venturis fidere, ut vix etiam illa sint certa, quæ manibus tenemus. ❡ Calices amatiores: Catullus Epigram. 24: Minister vetuli puer Falerni, Ingere mi calices amariores. Citat sic Gellius lib. 7. c. 20. Vinum vetus intelligit. Seneca Epist. 64: Quomodo in vino nimis veteri ipsa nos amaritudo delectat.

Călĭcŭlus, li, diminutiuum à calice deductum, quum vas pororum significat. [κυλίκιον. Gall. *Gobelet, petit hanap.* Ital. *Caliceto.* Germ. Ein Trinckgeschirrlin. Hisp. *Pequenno vaso.* Pol. *Kubeczek.* Vngar. *Poháracska.* Ang. *A little chalise or cuppe.*] Cato de Re rust. cap. 108: Vinum si voles experiri, duraturum sit nécne, polentam grandem dimidium acetabuli in caliculum novum indito.

Călla, Herbæ genus est aro simile, in arationibus nascens, usufque eosdem habens quos arum. ❡ Est altera callæ species, quam Anchusam nonnulli, alii Rinoclisiam appellant. Vide Plin. l. 27. c. 9.

Callæi, κάλλαιοι, Gallinaceorum barbæ dicuntur, eò quòd colorem purpureum, quâ κάλλαιον Græci dicunt, imitatur. Vide Cælium Rhodig. l. 1. c. 16. ❡ Sed melius sic scripsisset Rhodig. κάλλαια, ὧν, barba seu palea galli gallinacei. Nam κάλλαιον dicüt Græci, non κάλλαιος, & de colore quod addidit, autorem quæro.

Callăis, idis, κάλλαϊς, Gemma est ex viridi pallescens, oculis figurâ exuberans, leviterque adhærens petris, non ut agnata, sed ut eisdem apposita. Nascitur in finibus Indiæ, amplitudine cõspicua, sed fistulosa, & sordium plena. Vide plura de hac gemmâ apud Plin. l. 37. c. 8.

Callarias, Piscis est mari peculiaris, ex asellorum genere, ni minor esset. Vide Plin. lib. 32. cap. ult.

Calleo, Callens. Vide CALLUM.

Calliblepharon, καλλιβλέφαρον, Medicamen accommodatum vitiis oculorum, præsertim quum palpebræ cohærescunt, & ulcera oculorum male curata sunt. Plin. lib. 23. cap. 4.

Callicia. Herba, quâ Pythagoras aquam conglaciari tradidit. Vide Plin. lib. 24. cap. 27.

Callielæa, καλλιελαία, Olea sativa. Vide Ruell. l. 1. c. 104.

Callidus, Callide, Calliditas, Vide CALLUM.

Calligonon, [καλλίγονον. Germ. Wegtraß oder wegtritt] Herba est (quam nonnulli Sanguinariam dicunt) à multitudine seminis, & densitate fruticis sic dicta. Plin. libr. 27. cap. 32. Dicitur & Polygonon.

Callimus, κάλλιμος, Lapis est ex genere aëtitarum: de quo Plin. lib. 37. cap. 21.

Callion, κάλλιον, στρύχνος ὑπνωτικός, Herba est, quam aliis nominibus Salanum somniferum, Halicacabum, & Vesicariam appellant. Vide Plin. lib. 21. c. 31.

Callionymus, καλλιώνυμος, Genus piscis, cujus fel cicatrices sanat & carnes oculorum supervacuas consumit. Plin. lib. 32. c. 7.

Callescere, Vide CALLUM.

Callistephanos, καλλιστέφανος, Genus est oleastri, quo victores Olympiorum coronabantur: unde & nomen accepit. Author Pausanias.

Callistruthiæ, [ψυχρότατα. Germ. Ein geschlecht der Feigen.] Ficorum omnium frigidissimæ. Plin. lib. 15. c. 18.

Callitrichon, [καλλίτριχον. German. Schwartz oder rot Steinbrech / in der Apoteck Capilli Veneris genant. Polon. *Czyrwone włosky, matki bożey włoski, Paprotek.*] Herba est, quæ alio nomine Polytrichon dicitur, quòd multos & pulchros crines nutriat: nam in vino cocta cum semine apii, adjecto oleo copiosè, & fluere capillum prohibet, & crispum densumq; facit, Dioscor. Adiantum appellat: quo nomine & Plin. utitur lib. 22. cap. 21: Aliud (inquit) adianti miraculum: æstate viret: brumâ non marcescit: aquas respuit perfusum, mersumque sicco simile est tanta dissociatio deprehenditur: unde & nomen à Græcis alioquin frutici topiario. Quidam Callitrichon vocant, alii Polytrichon: utrunq; ab effectu. *Hæc ille* ❡ Legitur & nominativus Callitrix. Idem lib. 26. cap. 14: Astragali radix in pulverem trita, humidis ulceribus prodest: item callitrix decocta in aquâ.

Callithrix, icis, καλλίθριξ, Animal est ex genere simiarum, à pili pulchritudine ita dictum. Plin. lib. 8. cap. 54: Callithrices toto penè aspectu à simiis differunt: barba est in facie: cauda latè diffusa primori parte. Hoc animal negatur vivere in alio, nisi Aethiopiæ, quo gignitur, cœlo.

Callitrix, icis, Herba quæ decocta in aquâ, humidis ulceribus prodest. Plin. lib. 25. c. 14.

Callius, mas Tripolicum. Diosc. l. 4 c. 136.

Callos, κάλλος, Pulchritudo, honestas. [Vngar. *Szépség, ékesség.*]

Callus, in masculino genere, & Callum, li, n. s. (utroque enim modo dicitur) Est cutis labore viæ in pedibus, aut alio opere in manibus, partéve aliâ corporis densior facta, cujusmodi est in suis rostro, cervice bovis, animalium plantis, & duritia illa quæ in manibus ex labore nascitur. [τύλος, τύλη. Gall. *Cal, durillon, quand la peau est endurcie, comme ès mains par trop labourer, & aux pieds par trop cheminer.* Ital. *Callo, picciola durezza nelle mani per lavorare, ò nei piedi per caminare troppo.* German Harte / dicke / oder schwielechtige haut / die von viel gehn oder viel arbeit erhartet. Belg. Een weere / int ticheen / eelt Hisp. *El callo de pie ò mano ò de otra parte.* Polon *Twardość na rękach ed ciężkiey roboty.* Vnga. *Fól törés* Ang. *Hardnesse in the skinne through muche labour*] Plautus in Persa: Plus calleo quàm aprugnum callum callet. Est autem Callum aprugnum, caro apri callosior, & ob id saporis iucundioris. ❡ Et in Captivis: Quanta sumini absumedo? quanta callo calamitas? ❡ Vnde Callum obducere dolori, vel labori, per metaphoram dicimus, pro eo quod est longâ assuetudine ita nos comparare, ut laboris, vel doloris molestiam non admodum sentiamus. Cic. li. 9. epist. famil. Consuetudo diuturna callum jam obduxit stomacho meo. Idem 2. Tusc. Et ipse labor quasi callū quoddam obducit dolori πόνος.

Callus, est substantia lapidosa & rigida, compactaq;, alba, atque expiratione privata caro. Vnde etiam dolorem nō sentit: quippe quum neq; vena neq; nervus ipsam pertingat. Curationem ejus vide apud Paulum l. 6. c. 77.

Callosus, adjectivum, Durus, callis plenus. [τυλώδης. Gall. *Plein de cals & durillons, dur comme un cal, raboteux.* Ital *Pieno di calli.* Ger. Das hart und dick ist Hisp. *Cosa llena de callos.* Polon. *Twardy à mias sie* Vn *Fól törös, meg kóménycdös* An *Hard slended through labour.*] Colum. l. 3. c. 1: Humido loco sciet non rectè mandari fructus teneri & amplioris acini, sed callosi, & angusti. Autor Carminis ad Pisonem, quod Ovidio à quibusdam tribuitur: Humida callosâ quum pinseret hordea dextrâ.

Calleo, les, lui, propriè Callosus sum. [τυλόω. Gal. *Avoir des cals & durillons.* Ital *Far il callo,* Germ Harte oder schwielechtige haut haben an henden oder füssen. Hisp. *Hazer callos, Ser calloso ò tener callos.* Pol. *Poczynam twardzecna rekach.* Vng. *Fól törös taggal vagyok.* Ang. *To be hardned in the skinne through long use.*] Plaut. in Pseud. Neque ego homines magis asinos unquam vidi: ita plagis costæ callent: quos dum ferias, tibi plus noceas. ❡ Transfertur & ad animum. Cicer. Sulpitio: Aut qui non in illis rebus exercitatus animus callere jam debet. ❡ Interdum callere, est perfectè scire: [ידע jadháh. ἐπίσταμαι Gall. *Scavoir par experiēce quelque chose, l'entendre bien.* Ital. *Sapere perfettamente.* German. Ein ding wol können / eines handels wol bericht seyn. Hispan. *Saber muy bien.* Polon. *Vmiem prawie dobrze.* Vng. *Tudom, értöm.* Angl. *To know well, to perceive.*] quòd sicut pes vel manus ex longo labore callum acquirit, ita mens lōgâ experientiâ colligit habitum quendam rerum, in quibus versatur. Et sic neutrum transitivum est. Persius: Dicenda, tacendaque calles. Horat. in Arte: Legitimumque sonum digitis callemus & aure. ❡ Hujus compositum est, Occalleo: à quo Occallesco, de quo suo loco. ❡ Callere, cum infinitivo Horat. 4. Carm. 9. Ode: -qui deorum Muneribus sapienter uti, Duramq; callet pauperiem pati: Id est, ingeniosè novit. Acron. Sic Lucret. lib. 2: Multaq; de rerum naturâ dicere callent.

Callens, nomē. Plin. lib. 21. c. 31: Halicacabi radicem bibunt, qui sunt vaticinandi callentes. [Angl. *Which perceiveth and knoweth well.*]

Callicere veteres dixerunt pro callescere, sive occallescere. Cat. Aures nobis calliscunt ad injurias: id est, occallescunt. Nonius. [Ang. *To waxe hard in the skinne by labour.*]

Callidus per duplex l, Astutus: differtque à versuto, quòd callidus sit ille (ut scribit Cicero) cujus animus usu, ut manus operâ concalluit: Versutus, cujus mens celeriter versetur. [ערום harôm, πανοῦργος. Gall. *Fin, caut, ruzé, bien appris, praticien.* Ital. *Scaltrito, astuto.* Germ. Klug / Beschwind / listig. Belg. *loos / cloeck / leep.* Hisp. *Astuto y recatado.* Pol. *Chitry, bistrego rozumu.* Vngar. *Okos, ravasz.* Ang. *Wilie, guilefull, craftie.*] Cic. 4. Acad. Ego enim, ut agitator callidus priusquā ad finem perveniam, equos sustinebo. ❡ Callidus ad aliquid. Cicer. pro Cluentio: Quòd hi ad fraudem callidi sunt. ❡ Cum infinitivo. Horat. 3. Carm. Ode 11: Tuq; testudo resonare septem Callida nervis.

Callide, adverbium, Astutè, vafrè, malitiosè. [πανούργως. Gall. *Finement, par ruze.* Ital. *Astutamente, accortamente.* German. listiglich / behendiglich. Hisp. *Astuta y recatadamente.* Polon. *Chitrze.* Vngar. *Okossan, ravaszszan, ravaszúl.* Ang *Guilefullie or craftelie.*] Cic. 3. de Orat. Callidè, argutèque dicere. Idem 2. de Finib. Sed omnia callidè referentem ad utilitatem.

Calliditas, atis, f. t. Vafritia, astutia. [ערמה hormah. πανουργία. Gall. *Finesse, ruze.* Ital. *Accortezza, astutia.* Germ. Geschwindigkeit / listigkeit. Hisp. *Astucia y recatamiento.* Pol. *Chitrość.* Vngar. *Ravaszság, okosság.* Ang. *Guile, deceit, craftinesse.*] Cic. 1. Offic. Scientia, quæ est remota à justitiâ, calliditas potius quàm sapientia appellanda est.

Callis, lis, m. t. Via callo perdurata. [מסלול mesillâh τρίβος. Gall. *chemin frayé.* Ital. *Calle, strada.* Ger. Ein gebanneter weg. Hisp. *Camino hondo y estrecho.* Pol *Droga utorowana.* Vng. *Keménység, idrett, sörös út.* Ang. *A path, or footway.*] Virgil. libr. 8. Aen. Rara per occultos ducebat semitâ calles. Idem 4. Aen. prædamque per herbas Convectant calle angusto.

Calo, as, Verbum antiquum à Græcis deductum, idem significans quod voco. [קרא karâ καλέω Gall. *Appeller.* Ital. *Chiamare.* Ger. Rüffen / nennen. Hisp. *Clamar.* Pol. *Pozywam, mianuie* Vng *Hivom.* Ang. *To call.*] Hinc dicta sunt Comitia calata, quæ pro collegio Pontificum haberi solent, aut Regis sacrorum, aut Flaminum inaugurandorum causâ. Dicta autem sunt Calata comitia, quòd classes per ordinem calarentur: hoc est vocarentur. Equites enim vocabantur primi: octoginta deinde primæ classis centuriæ, & deinceps suo ordine cæteræ inferiores classes. Budæus. Itaq; omnia comitia Calata à veteribus appellabantur. Hinc & Calendæ dictæ sunt, ut Macrobius scribit lib. 1. Saturn. cap. 15.

Calator, pen. prod. m. t. Fest. Calatores servi ἀπὸ τοῦ καλεῖν, quia semper ob necessitatem servitutis vocari possent.

Calones, καλοπόδια, calcei ex ligno facti. Festus. [Gall. *Sabot ou galoche.* Ital. *Zoccolo di legno.* Ger. Holtzschuch. Belg. Platijnen / cloppers / holblocken Hispan. *Sabato hecho de madera.* Polon. *Trepki drzewiane.* Vngar. *Fatalpu czipelles.* Ang. *Petten, or shooes of woode.*]

Calones, penult. prod. m. t. [חוטבי עצים ושואבי מים chotebé hessim vesch'habe maiim ξυλοφόροι. Gall. *Les goujars des gēdarmes.* Ital. *Servitore di gente d'armi.* Germ Troßbuben. Belg. Troosboeven / tuyters jongben. Hisp. *Los leñadores que llevan leña al real.* Pol *Pacholikowie zolnierscy.* Vngar. *Tárborbeli rabotás szolgák* Ang. *Souldiours slaves.*] Servi militum castra sequentes dicuntur, qui clavas ligneas, & fustes gerebant, vel qui militibus ligna subministrabant. ξυλοφόροι. Horatius: Hunc permixerunt calones atq; caballi. Livius 3. Bell. Punic. Impedimenta subsequi jussit, calones, lixasq;, & invalidos milites vallum ferre. Quidam tamen Calones à calando derivant, quòd ad ministerium advocarentur: alii à Calendis, quod Calendarium die cibaria caperent pro toto mense.

Calophanta, m. p. [German. Speyvogel / verspotter] Plautus in Curc. Aedepol nugatorem lepidum, lepidè hunc nactu' est Phædromus, Calophantam an Sycophantam magis hunc dicam nescio. Videtur autem hoc nomine appellari qui in speciem apparet bonus quum sit malus, quales Græci χειρολόγους vocant. Alciatus παρέργων x 1.

Calopodion, καλοπόδιον, Calceamenti lignei genus est, quod alio nomine dicimus Soccum, & per diminutionem Socculum.

Calo-

Călopus, καλόπους, Animal Syriæ, juxta Euphratem habitans austerum ac velox, cornibus longis, quibus arbores dejicere fertur.

Călor, m.t. Căliditas, f.t. [חם chom. θέρμη ἀλέα. Gall. *Chaleur.* Ital. *Calore.* German. Wärme/hitz. Hispan. *Calor natural ò de fuera.* Polon. *Cieplość.* Vng. *Melegség, hév, hévség.* Ang. *Heat.*] idem significat: à calendo. Plautus in Milit. nam mihi nimius calor comburebat gutturem. ¶ Calor, pro festinatione operis. Virgil. 1. Georg. Magnaque cum magno veniet tritura calore. Vbi Servius, per calorem, festinationem operis significat: ut alibi, Fervet opus, ut ostendat, eo anno pro copiâ frugum festinatam & studiosam trituram futuram. Hactenus ille. Potest autem aliter exponi.

Călŏr, doris, idem quod Calor. [θέρμη. Vngar. *Hév, hévség, melegség.* Ang. *Heat.*] Varro libr. 1. de Re rustic. cap. 55: Olea lecta, si nimium diu fuerit in acervis, caldore fracescit, & oleum fœtidum fit.

Călĭdus, a, um, à calore fit. Modò ferventem significat. [חם cham חם chom. θερμός. Gall. *chaud.* Ital. *caldo.* Germ. Warm. Belg. Werm. Hispan. *Caliente.* Pol. *Ciepły, gorący.* Vng. *Meleg, hév.* Ang. *Heat, or warme.*] Virgil. Aen. 9 Volvitur ille vomens calidum de pectore flumen. ¶ Modò ferocem, inconsultum, Pacuvius: Cave fis, ne nimis calidè loquaris, & turbam concites. ¶ Modò velocem. Varro: Quum hæc dixisset, ecce calidus quidam navicularis irrumpit in curiam. ¶ Dicitur & Caldus per syncopen. Martial. Frigida non deerit calda petenti.

Căldārium, n.f. Ahenum, quo aqua calida hauritur: vel in quo aqua igni admovetur. דוד duan λέβης, χαλκεῖον. Gall. *Chaudiere.* Ital. *Caldaio.* Germ. Ein kessel. Hisp. *Caldera.* Pol. *Kocioł, saglan.* Vnga. *Melegitö víz.* Ang. *A cawdron or kettle.*] In balneis item Caldarium erat locus, in quo calidâ lavabantur: quemadmodum Frigidarium, in quo frigidâ: & Tepidarium, in quo tepidâ.

Caldārĭus, a, um ut, Caldaria cella, in qua calidâ lavabantur: Plin. lib. 5. Ep. Frigidariæ cellæ connectitur media: cui Sol benignissimè præstò est, caldariæ magis: prominet enim. ¶ Caldarium æs, ex quo caldaria: hoc est, ahena fiebat. Plin lib. 34. c. 8.

Căleo, les, lui, per simplex l, Ferveo, calidus sum. [חמם chamám חם jacham θέρμομαι. Gall. *Estre chaud.* Ital. *Scaldarsi.* Germa. Heiß oder warm seyn. Hisp. *Escalentarse.* Pol. *Ciepły iestem.* Vng. *Meleg vagyok, meg hevülök.* Ang. *To be hoate.*] Plaut. in Rud. Os tibi calet. Virgil. 1. Aeneid. Centum calent aræ. ¶ Calere dicitur res per translationem, dum adhuc recens est. Plaut. Poen. Atenim nihil est, nisi dum calet, hoc agitur. Tracta metaphora à fabris ferrariis, qui ferrum candens simul ac igni exemerunt, statim cudunt, ne morâ interpositâ durum fiat, & intractabile. ¶ Aliter tamen calere res apud Cic. accipitur 3. in Verrem: Posteaquam satis calere res Rubrio visa est: quæso (inquit) Philodame, &c. id est, ubi vidit eos inflammatos & accensos multâ compotatione. ¶ Calere, pro desyderare. Stat. 4. Thebaid. Arma, tubas audire calens. ¶ Fœminâ aliquâ seu puellâ calere. Horat. 4. Carm. Ode 11: Non enim posthac aliâ calebo Fœminâ. ¶ Composita sunt Concaleo, & Incaleo. ¶ Caletur, impersonale, à Caleo.

Călēsco, scis, n.t. Calidus, vel calidior fio. [חמם chamám חם jacham θερμαίνομαι. Gall. *S'eschauffer, devenir chaud.* Ital. *Scaldarsi.* German. Heiß oder warm werden. Hisp. *Escalentarse.* Pol. *Ciepłeie, zagrzewam się.* Vngar. *Melegwlök.* Angl. *To waxe hoate.*] Plin. lib. 20. capite 21: Succusque tribus modis exprimitur in fictili, calescitque in eo Sole modicè. Ovid. 6. Fast. Est Deus in nobis, agitante calescimus illo. A' quo Concalesco, & Incalesco.

Călĕfăcio, & Calfacio, Calidum reddo. [חמם chimmém. θερμαίνω. Gall. *Eschauffer.* Ital. *Scaldare.* Germ. Wermen/heiß oder warm machen. Hispan. *Calentar à otra cosa.* Pol. *Grzeie.* Vng. *Meg melegitem.* Ang. *To make hoat, to warme.*] Plin. lib. 21. c. 20: Chrysocho-mes radix calfacit & stringit Cic. 2. de Nat. deor. Partim ad calefaciendum corpus igni adhibito. ¶ Transfertur ad animum. Cic. ad Quint. Fratr. lib. 3: Eodem die Gabinium ad populum luculenter calefecerat Memmius: id est, vexarat, exagitarat. Hinc Excalfacio: à quo Excalfactorius, a, um, θερμαντικός. Idem excalfactorias habet vires. Concalfacio, calidum reddo. συνθερμαίνω Cic. 2 de Orat. Et ait idem: Quum brachium concalfecerit, tum se solere pugnare.

Călĕfactĭo, f.t. θέρμανσις, Calefactus, Plinio. [Vngar. *Melegités, hevités, fwtés.*] Scævola D. libr. 32. Tit. 1. l. 36: Videri testatorem super calefactionis & præbitionis onus, de his quoq; sensisse. Calefactiones thermarum, apud Hermogenianum D. lib. ult. Tit. 4. l. 1. & l. 4: Calefactio publici balnei.

Călĕfactus, particip. [מחמם mechummám. θερμανθείς. Gall. *Eschauffé.* Ital. *Scaldato.* Germ. Gewermbt/warm gemacht. Hisp. *Escalentado.* Polon. *Zgrzany.* Vnga. *Meg melegitetet.* Ang. *Made hoat or warmed.*] Ovid. in Ibin: Vtque petit primò plenum flaventis arenæ Nondum calfacti velitis hasta solum.

Calfactus, us, nomen, m q. [חמם chammáh. θέρμανσις. Gall. *Eschauffement.* Ital. *Scaldamento.* Germ. Erwermung/erhitzung. Hispan. *Escalentamento.* Pol. *Zgrzanie.* Vngar. *Melegités, hevités.* Ang. *Heating or warming.*] Plin. lib. 20 cap. 3. Cibo quot modis juvent, notum est, quum transmeent faucium tumorem, calfactuque obiter foveant.

Calfacto, as, are, frequent. [θάλπω ἐν θερμῷ. Vng *Gyakran melegitem.* Ang. *To make hoate, to warme often.*] Horat. 1. Epist. Sub noctem gelidam lignis calfactat ahenum.

Călĕfio, Calidus fio, sub voce neutrali passivam habet significationem. [חמם chamám חם jácham. θερμαίνομαι. Gall. *Estre eschauffé, devenir chaud.* Ital. *Scaldarsi.* Germ. Warm werden. Hispan. *Ser escalentado.* Polon. *Zagrzewam się.* Vng. *Meg melegwlök, melegszem.* Ang. *To be made hoat, to waxe hoat.*] Cic. ad Attic. lib. 2: Balneum calefieri jubebo. A' quo Concalfio, & Excalfio.

Călōrĭfĭcus, a, um, Quod calorem facit: [מחמם mechammém. θερμαντικός. Gall. *Chose qui eschauffe.* Ital. *Cosa que scalda.* Germ. Das hitz oder werme macht. Hisp. *Cosa que haze calor.* Polo. *Ciepło czyniący.* Vngar. *Melegitö, hevitö.* Angl. *That doeth heath, or warmeth.*] sicut à Frigore, Frigorificus. ¶ Gell. lib. 17. cap. 8: Oleum quoq; calorificum est.

Καλὸς λιμήν: id est, bonus portus: ita Græci nominarunt (à re scilicet, ut solent frequentissimè) Scythiæ Europeæ portum in Euxino super Tauricos. Pompon. lib 2.

Călŏtechnus, καλότεχνος, bonus artifex: cujus contrarium est Cacotechnus, κακότεχνος, malus artifex.

Călpăr, κάλπη, Dolium, & vini genus, quod sacrificii causâ è dolio emittebatur, priùs quàm degustaretur. Varro lib. 1. de vitâ pop. Rom. Quia antequam nomen dolii prolatum esset, quum etiam id genus vasorum Calpar diceretur, id vinum Calpar appellatum. ¶ Festus docet esse genus vasis fictilis.

Calthă, f.p. [καλθα Gall. *Soulcie,* quasi *solsie* Germ. Ringelblumen. Belg. Goutbloeme. Polon. *Kroc.* Ruellio *Chamæmelum.* Vng. *Peremin.* Angl. *Marigold.*] Viola est lutei coloris. Virgil. in Bucol: Mollia luteolâ pingit vaccinia calthâ. Vide latiùs apud Plin. li. 21. c. 6. Vulgus Gallorum *Solsiam* vocat, quasi solsequiam.

Călthŭlă, æ, f p. Vestis à calthâ violâ coloris lutei. Plautus: Indusiatam, paragiatam, calthulam, ac crocotulam.

Călvă, æ, f. p. Dicitur os capitis, ubi capilli esse consuevêre. [גלגלת gulgóleth. κρανίον. Gal. *Le test de la teste, ce qui couvre le cerveau.* Ital. *Geppa, o' la della testa.* Germ. Ein hirnschal/Hauptschädel. Belg. Hoofstschedel/de panne van t' hooft. Hisp. *La calauerna.* Polon. *Leb.* Vngar. *Hó kaponya.* Ang. *The scull or harte scalpe of the head.*] Martialis: Psilothro faciemque lavas & dropace calvam.

Calvărĭă, Totum caput carne nudum: & tàm de brutis, quàm de hominibus dicitur. [τὸ βρέγμα. Angl. *The scull of the head.*] Caper Calvam vocat. Palladius: Equæ calvaria, sed non virginis, intra hortum ponenda est, vel potiùs asinæ. ¶ Calvariæ descriptionem vide apud Celsum lib 8. c. 1. ¶ Et Calvariæ, loca sepulturæ publica, πολυάνδρια, seu loca in quibus supplicio afficiebantur damnati. ¶ Calvaria piscis etiam est, Plinio Orbis ὄρφος. Arist. Apuleius in Apologiâ: Tam ridiculum argumentum fore, quàm si dicas, venandis apris piscem Apriculum, aut eliciendis mortuis marinam Calvariam. Ennius in Phagitiis: Corcyræ polypus, Calvaria pinguis. A' carne. Sic enim legendum, teste Gesnero.

Călvastĕr, Subcalvus. cui capilli partim deciderunt. [ὑποφαλακρίας. Germ. Glatzig/kaal. Pol *Łysiak.* Vng. *Kopasz.* Ang. *A balde man.*]

Calvată vĭneă, In qua vites quidem sunt, verùm paucæ, raræq; ut in calvitio capilli. Plin. lib. 17. cap. 22: Cato de Re rust. ca. 33.

Călvĭtĭes, f. q. & Calvitium, n.f. Defluvium capillorum à capite: seu locus capitis, ex quo capilli defluxerunt. [קרחת karáchath. φαλάκρα, φαλακρότης Gall *chauveté.* Ital *Calvezza.* German. Kaalheit oder Haupts von des hars ausfallen. Belg. Caelheyt. Hisp. *Caluez de cabellos.* Polon. *Łysość.* Vngar. *Kopaszság.* Ang. *Baldenesse.*] Sueton. in Cæsare: Calvitii verò deformitatem iniquissimè ferebat, sæpe obtrectatorum jocis obnoxiam expertus: ideo deficientem capillum revocare è vertice consueverat. Cic. 3. Tusc. Proinde stultissimum Regem in luctu capillum sibi evellere, quasi calvitio mœror levaretur.

Călveo, es, n f. Calvus sum. [קרח karách φαλακρόω. Gall. *Estre chauve.* Ital. *Esser calvo.* Germ. Kaal seyn. Belg. Caet zyn Hisp. *Encaluarse.* Polo. *Łysieie.* Vng. *Kopaszulok, kopasz vagyok.* Ang. *To be balde.*] Plin. l. 11 c. 38: Et quedâ animalium naturaliter calvent, sicut struthiocameli, & corvi aquatici. ¶ Hinc cōponitur Recalveo, ἀναφαλαντόω, quod est, rursus in calvitiem revertor.

Călvescĕre, Est Calvum fieri [קרח karách φαλακρόομαι. Gal. *Devenir chauve.* Ital. *Divenir calvo.* Germ. Kaal werden/ein glatzkopff überkommen. Belg. Cael worden. Hispan. *Encaluecer.* Polon. *Łysieie.* Vngar. *Meg kopaszulni.* Ang. *To waxe balde.*] Plin. l. 11. c. 19: Propriam huic calvescere omnibus annis, quum seritur rapa. ¶ Dicitur & de agris. Col. lib. 5: Propter muros atque talpas sæpè novella castaneta calvescunt: id est, rarescunt.

Călvĕfio, fis Calvus fio. [ἀναφαλαντίας γίνομαι Vngar. *Meg kopaszulok.* Ang. *To waxe balde or pilde.*] Varro de Re rust. l. 11. cap. 37: Ego ista etiam, inquit Agrasius, non solùm in ovibus tondendis, sed in meo capillo à patre acceptum servo, ne decrescente lunâ tondens calvefiam.

Călvo, as, act. p Calvū facio: [Vng. *Meg kopaszitom.* Ang. *To make balde, or pilde.*] à quo Decalvo, & Recalvo. De quibus suis locis.

Călvo, vis, act. t Decipio, Frustror: [נכזב niphiáh נכזב nehekáb. ἐξαπατῶ. Gal. *Frustrer, tromper.* Ital. *Ingannare.* Germ. Betriegen. Hisp. *Enganar faltar en lo prometido.* Polo. *Oszukać.* Vnga. *Meg csalom.* Ang. *To beguile, to deceive.*] cujus passivum est Calvor: tractum à calvis militibus, qui omnibus solent esse frustratui. Salust. in 3. hist. Contrà ille calvi ratus. Hoc est, decipi.

Călvŏr, deponens. Plautus in Casin. Nam ubi domi sola sum, sopor manus calvitur: id est, decipit. Pacuvius: Sed quid conspicio? num me lactans calvitur aetas? Accius Eurysace: Sed memet calvor, vos istum, ut jussi, ocyus abstrahite: tractum à calvis mimicis, quòd fiunt omnibus frustratui.

Călvŭs, m. f. Dicitur à cujus capite capilli defluxerunt, sive qui sine capillis natus est. [קרח kereach. φαλακρός. Gall. *Chauve*. Ital. *Calvo*. German. Kaal/glatzecht. Belg. Caelhooft. Hisp. *Calvo de cabellos*. Pol. *Lysy*. Vngar. *Kopasz*. Ang. *Balde*.] Vnde Plin. lib. 11. docet esse gentes naturaliter calvas: quales Myconii, qui capillo carentes gignuntur. Sueton. in Caesare: Vrbani servate uxores, moechum calvum adducimus. ¶ Calvus comatus apud Martialem, haud dubiè figurâ proverbiali dicitur: convenietque in eum, qui veris bonis nudus, adscititiis se venditat. Veluti si quis indoctus, aliena pro suis ederet: aut si quis dissimulet esse se, quod est. ¶ Calvum vellis, φαλακρὸν τίλλεις. Vbi inanem operam quis sumit, aut ubi quis auferre conatur quo vacat is, à quo petitur. Veluti si quis à paupere conetur extundere pecuniam, ab indocto literaturam.

Călŭmnĭă, f. p. Vexatio alicujus in litibus per fraudem, & frustrationem: aut rei alicujus malitiosa interpretatio. [דבה dibbáh דפי dóphi בשחק böschek. διαβολή. Gall. *Calomnie*. Ital. *Calumnia*. German. Ein schmachred/ein falsche antlagung/afterredung. Belg. Smaet/valsche verstierdelinghen. Hisp. *Accusacion falsa, calumnia*. Pol. *Falszywe oskarzenie*. Vng. *Patvar*. Ang. *A false or craftie accusation, a forged crime*.] Nonius, malitiosam & mendacem infamationem interpretatur. Cic. 1. Offic. Existunt saepe injuriae, calumniâ quâdam, & nimis callidâ, atque malitiosâ juris interpretatione. Idem in Salust. Sed est quaedam calumnia, quam unusquisq; nostrûm, testante animo suo fert de eo, qui falsum crimen bonis objectat. ¶ Iurare calumniam in aliquem, dicitur de accusatoribus, quos priùs quàm audirentur, jurare oportebat se calumniae causâ ad accusandum non venisse. Caelius ad Cicer. lib. 8. Nam de divinatione, Appius quum calumniam jurasset, contendere ausus non est, Pilioque cessit. Liv. 3. bell. Maced. Itaq; diu repugnante Scipione Africano, quia parum ex dignitate suâ ducebant subscribere odiis, accusationibusque Annibalis, & factionibus Carthaginiensium inserere publicam autoritatem: nec satis habere, bello vicisse Annibalem, nisi velut accusatores, calumniam in eum jurarent, ac nomen deferrent: tandem pervicerunt, ut legati Carthaginem mitterentur.

Călumnĭŏr, aris, d. p. Significat, per fraudem & subdolam rationem, causâ vincendi, in litibus, mendaciis alios vexo: vel falsa crimina intendo. [הוציא דבה hotsi dibbáh. διαβάλλω, συκοφαντέω. Gall. *Calomnier, desguiser la verité pour blasmer quelqu' vn*. Ital. *Calunniare*. German. Schmähen/lesteren/ falsche nachreden treiben. Hispan. *Accusar falsamente, calumniar*. Pol. *Obelgnie, obmawiam falszywie*. Vngar. *Patvarkodom*. Angl. *To accuse falselie, to forge a crime*.] Cicero ad Varronem: Nam quod antea te calumniatus sum, indicabo malitiam meam. ¶ Domesticum thesaurum calumniaris, τὸν οἴκοι θησαυρὸν διαβάλλεις: hoc est, tua ipsius carpis laceras que: conveniet & in illos, qui sua ipsorum arcana non celant. ¶ Calumniari cum dandi casu. Asconius Paedianus in Divinat. Frustra calumniantur Ciceroni homines.

Călmŭnĭātŏr, m. t. Qui calumniam facit, qui falsum crimen objicit. [מוציא דבה motsi dibbáh. συκοφάντης. Gall. *Calomniateur*. Ital. *Calumniatore*. German. Ein schmäher/lesterer. Belg. Een lasteraer/valsch lasterer. Hispan. *Columniador, falso accusador*. Polon. *Obmowca falszywy*. Vngar. *Patvaros, patvarkodo*. Ang. *He that accuseth falselie, and forgeth crimes*.] Vnde in lege XII. Tabularum: Calumniator idem patiatur quod reus, si convictus fuerit. Cicer. pro Cluent: Est hic Ennius egens quidam calumniator mercenarius Oppianici.

Călŭmnĭatrix, f. t. Quae calumniam facit. [Vng. *Porpatvaros asszony*.] ἡ διάβολος. Vlpianus D. lib. 37. Tit. 9. l. 1: Nisi manifesta sit calumniatrix mulier.

Călŭmnĭōsŭs, Qui calumniam inferre solet. [συκοφαντικός. Ger. Voll Schmachreden. Ang. *Ready to accuse or forge crimes*.] Augustinus: Nemo illic calumniosus tendiculam verborum requirit.

Călŭmnĭōsē, adverbium. [συκοφαντικῶς. Ang. *By false accusing, by forging of crimes*.]

Calvo, calvus, Vide CALVA.

Călx, calcis, Pro calcaneo, extremâ pedis parte ponitur, qui & pes imus appellatur, à calcando dictus. [עקב hakéb. πτέρνα, σφυρόν. Gall. *Le dessous du talon*. Ital. *Calcagno*. Ger. Die Fersen des fuß. Belg. Hiele. Hisp. *Calcanar, ò coce, golpe del pie ò del calcanno*. Pol. *Pieta*. Vng. *Sark*. Ang. *The heele*.] Virgil. 5. Aeneid. -calcemque terit jam calce Diores. ¶ Vnde & pro fine metaphoricè ponitur: ut, A vertice ad calcem. Cicero: Quoniam sumus ab ipsâ calce ejus interpellatione revocati. ¶ Ad calcem pervenire, pro eo quod est, ad metam finemque. Proverbialem habet figuram, quoties ad aliud quippiam deflectitur, quàm ad corpus humanum. Cicero libr. de Amic. Vt cum aequalibus possis, quibuscum tanquam è carceribus emissus, cum iisdem ad calcem, ut dicitur, pervenire. Simile huic reperitur apud eundem lib. de Senect. Nec verò velim quasi decurso spatio à calce ad carceres revocari. ¶ Aliquando pro ictu calcis, & percussione pedum, plagâque, λάκτισμα. Terent. in Phorm. -nam quae in scitia est, Adversum stimulos calces. Iuvenalis: -aut dic a ccipe calcem. ¶ Et tàm pro calcaneo, quàm percussione, modò masculino, modò foemioino genere usurpari solet. Silius: Iam compos voti ferratâ calce cruentat Cornipedem. Virg. Cornipedemque citum ferrato calce fatigat.

Calcăr, aris, n. t. Ferreus stimulus ad urgendos equos: sic dictus, quod ad calcem alligetur. [מגהף magheghaph. πλῆκτρον, κέντρον. Gall. *Vn esperon*. Ital. *Sprone*. German. Ein Sporen. Belg. De spore. Hisp. *Espuela de hierro*. Pol. *Ostroga*. Vngar. *Sarkantyu*. Ang. *A spurre*.] Ovid. Non opus est celeri subdere calcar equo. Cicer. de Orat. Quod dicebat Isocrates doctor singularis, se calcaribus in Ephoro egere: contrà autè in Theopompo frenis uti solere. ¶ Currenti calcar addere, proverbialis metaphora, pro eo quod est, eum qui suâ sponte ad rem aliquâ satis incitatus est, vehementiùs adhuc inflammare, τὸν τρέχοντα ὀτρύνειν. ¶ Tolle calcar, αἶρε πλῆκτρον ἀμυντήριον: id est, tolle calcar ultorium. Aristoph. in Avib. -αἶρε πλῆκτρον, εἰ μάχῃ, tolle calcar, si pugnas. In eum dici solitum, qui jam ultionem parat. ¶ Calcaria, in gallinis. Colum. lib. 8. cap. 2: Geocrosissimaeque creduntur, quae binos habent digitos, sed ita ne cruribus emineant transversa calcaria. ¶ Calcar pro impetu. Varro Sesquiulysse: Ventus suo casu vehementiùs sufflare & calcar admovere. Nonius.

Călcānĕŭs m. f. & Calcaneum, n. f. (utroq; enim modo dicitur) Pars posterior pedis imi. [עקב hakéb. πτέρνα. Gall. *Le talon, le derriere du pied où se mettent les esperons*. Ital. *Calcanar*. Germ. Die fersen. Belg. De versen aen den voet. Hisp. *Calcanar*. Pol. *Podeszwa*. Vngar. *Sark*. Ang. *The heele*.] Virg. in Moreto: Continuis rimis calcanea scissa rigebant.

Călcĕŭs, m. f. à calce, Pedis indumentum, quod fit ex pellibus animalium. [נעל nahal. ὑπόδημα, ἐμβάς. Gall. *Souliers*. Ital. *Scarpa*. German. Ein schuch. Belg. Een schoen. Hispan. *Capato*. Pol. *Bot*. Vngar. *Saru*. Angl. *A Shooe*.] Cic. 1. de Invent. Si multus erat in calceis pulvis, ex itinere eum venire oportebat. Plaut. in Truc. Iam quos capiam calceos? ¶ Dextrum pedem in calceo, sinistrum in pedem, δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδόνιπτρον. Subaudi verbum ad sententiam accommodum, Mittit aut ponit. Suidas ex Aristophane citat, atque dici solere in eos, qui se norunt commodè ad rei praesentis conditionem applicare, proque loco, tempore, negotiis aliam atque aliam sustinere personam. ¶ Ne supra pedem calceus, μὴ ὑπὲρ τὸν πόδα τὸ ὑπόδημα: id est, ne majora viribus suscipias: aut ne magnificentiùs te geras, quàm pro tuâ conditione. Lucian. in imagin. & in Gallo.

Calcĕŏlŭs, diminutivum à calceus. [ὑποδημάτιον. Gall. *Petit soulier, scarpin*. Ital. *Picciola scarpa*. Germ. Ein schühle. Hisp. *Capatillo*. Polon. *Boczik*. Vngar. *Sarutska*. Ang. *Litle shooe*.] Cic. 1. de Nat. deor. Cum pelle caprinâ, cum hastâ, cum scutulo, cum calceolis repandis.

Calcĕārĭum, rii, n. f. In singulari numero pluralis vim habet: quemadmodum & Vestiarium, ὑποδήματα, ὑποδέσεις. Nam quũ alicui calcearium, aut Vestiarium legatum dicimus, non calceum unum, non vestem unam significamus, sed tantùm vestium, aut calceorum, quantum illi corpori honesteq; tegendo, pedibusque armandis fuerit satis. Vlpian. de alim. leg. Diariis, vel cibariis relictis, neq; habitationem, neque vestiarium, neq; calceatium deberi palàm est.

Calcĕōlārĭŭs, m. f. Qui calceos conficit. [ὑποδηματοποιός. Gall. *Cordonnier*. Ital. *Calceolaio*. German. Ein Schuster / Schuhmacher. Belg. Schoenmaecker. Hisp. *Capatero*. Polon. Szwiecz. Vngar. *Saro esinálo, varga*. Ang. *Shooe maker, a sower*.] Plaut. in Aul. Propôlae, linteones, calceolarii.

Calcĕāmĕn, & Calceamentum, pro ipso calceo. [נעל nahál. ὑπόδημα. Gall. *Chaussure*. Ital. *Scarpe, ò altro vestito del piede*. Ger. Geschůch. Hisp. *Capato ò qualquier calceado*. Polon. *Obuwie*. Vng. *Saru*. Ang. *A shooe*.] Plin. lib. 19: Hinc calceamina, & pastorum vestis. Cic. 5. Tusc. Mihi amictui est Scythicum tegmen, calceamentum solorum callum, cubile terra.

Calcĕātŭs, us, m. q. Idem quod Calceamẽ. [Vngar. *Saru*. Ang. *A shooe*.] Plin. Itaq; longo itinere fine calceatu atteruntur pedes. Idem l. 11. c. 45: Pes imus vestigio carnosa, quâ de causâ in longiore itinere fine calceatu fatiscunt.

Calcĕo & Calceo, as, Calceos induo. [נעל nahál ὑποδέω. Gall. *Chausser*. Ital. *Calzare, ò ferrar muli, ò cavalli ò asini*. Germ. Schuch anlegen. Belg. Schoeven andoen/schoeyen. Hispan. *Calcar los pies, ò herrar las bestias*. Pol. *Boty obuwiam*. Vngar. *Az sarut föl vonszom*. Ang. *To put on shooes, to shooes*.] Et modò accusativum habet ejus rei, quâ quis calceatur: modò ablativum. Accusativo junxit Plin. l. 36. c. 5: Arcesilaum quoq; (inquit) magnificat Varro, cujus se marmoream habuisse leaenam tradit, aligerosque ludentes cum eâ Cupidines, quorum alii religatam tenerent, alii è cornu cogerent bibere, alii calciarent soccos, omnes ex uno lapide. ¶ Ablativo autem idem junxit lib. 7. c. 20: Nos quoque vidimus Athanatum nomine, prodigiosè ostentationis, quinquagenario thorace plumbeo indutum, cothurnisque quingentorum pondo calciatum per scenam ingredi. Item Gell. Die feriato tunicis & lacernis indutos, & gallicis calciatos. ¶ Calciari item equi dicuntur, quum pedes eorum adversus saxorum injuriam ferramentis muniuntur. Testimonium vide apud Suetonium in Vespasiano. ¶ Hujus compositum est, Excalcio, de quo suo loco.

Calcĭtro, as, pen. corr. Pede percutio. [בעט bahat. λακτίζω. Gall. *Ruer*

ruer des pieds, regimber. Ital. Trare di calci. German. Mit den Füssen hindersich schlahen/schatten/stampffen. Belg. Ick slae achter we met wertin. Hispan. Acocear. Polon. Kopam. Vnga. Rúgok, rúgoldozok. Ang. To kicke, to spurne, to winse, to flinge.] Plin. lib. 30. c. 6. Mulas non calcitrare quum vinum biberint. ¶ Hinc Calcitrones dicti sunt equi, qui calcibus infestant. [[illegible]. Gall. Chevaux qui ruent & regimbent. Ital. Cavalli ò muli che tirano de calci. Hisp. Cavallos acoceadores.] Gell. l. 4. c. 2: Equus mordax aut calcitro, vitiosus, nō morbosus est. ¶ Calcitrare, per metaphoram. Cic. pro Cælio: Illum filiumfamiliâs patre parco & tenaci habere tuis copiis devinctum non potes: calcitrat, respuit, non putat tua dona esse tanti. ¶ Hujus compositum est Recalcitro.

Călcĭtrātŭs, us, nomē verbale m. q. Actus ipse calcitrandi. [[illegible]. Gall. Regimbement, ruade. Ital. Percosse con calci. German. Das hinden ausschlahen oder schatten mit den Füssen. Hispan. Obra de acocear. Pol. Odkopywanie. Vnga. Rúgás. Ang. A kicking, or winsing.] Plin. lib. 8. c. 44: Mulæ calcitratus inhibetur vini crebriore potu.

Călcĭtrōsŭs, Qui sæpè calcibus ferit. [[illegible]. Gall. Qui ad coustume de ruer & regimber. Ital. Solito a calcitrar. German. Der gern mit den Füssen hindenausschlecht. Hisp. Cosa acoceadora. Polo. Kopiacy. Vngar. Rugoldozo. Ang. That kicketh, or winseth often.] Colum. lib. 2: Iuvencumq; teste tractum calcitrosum reddit.

Călco, as, Propriè significat Pede comprimo. [דרך darach [illegible]. Gall. Fouler aux pieds, mettre le pied dessus. Ital. Premere col pie, calcar. Ger. Mit füssen tretten. Belg. Treden. Hispan. Hollar acocear con los pies. Polon. Depce. Vngar. Nyomom, taposom. Angl. To treade, to stampe downe, to trample, or go vpon.] Virgil. 2. Aeneid. —mistâque cruor calcatur arenâ. Ovid. 3. Trist. —ducum calcavimus æquor. Plin. Ita fercatis vectibus calcari solent, parietesque similiter. Carbones calcare, [illegible]. Calcare solum, terram, [illegible]. Pedibus calcare, [illegible]. Terra [illegible]mantium vestigiis calcata, [illegible]. ¶ Transfertur etiam ad animum: ut idem significet quod Contemno. Autor carminis ad Pisonem: Raraq; non humilem calcat fastosa clientem. ¶ Sic dicimus. Calcare voluptates, aut alias animi passiones. ¶ Cōposita sunt Conculco, Inculco, & Proculco. ¶ Tuā ipsius terram calca. Adagium est, quo jubemus cuipiam, ut in suo loco se contineat, neque se recipiat in nostra. Theoc. in Hedorpo: [illegible]: id est, Quin propriam calcans terram, quæ certa teneto. Cōveniet, ubi pacūm fidemus [illegible], nec volemus in domesticam recipere consuetudinem.

Călx, f. t. Lapis ustus, ex quo arenę admixtione fit intrita: ita dictus à calcando: nam ita lapides simul adstringit, ut calcari videantur. [שיד sidh גיר ghir. [illegible]. Gall. De la chaux. Ital. Calcina. Germ. Kalch. Belg. Calck. Hisp. La cal. Polon. Wapno. Vng. Mész. Ang. Lime for morter.] Cic. pro Mil. Repente lyntribus in eam insulam materiam, calcem, cæmenta, atq; arma convenit. Palladius: Calx quæ erit ex spisso & duro saxo, structuris convenit: ex fistuloso verò, aut molliore lapide, tectoriis adhibetur utilius. Vide Plin. lib. 36. c. 23.

Călcārĭă fŏrnāx, in quâ calx eoquitur: [[illegible]. Gall. Fourneau à chaux, chaufour. Ital. Fornace da calcina. Germa. Kalchofen. Hispan. Calera donde se cueze la cal. Pol. Wapienni piec. Vng. Mész kemencze. Ang. A lime fornace.] sicut Sulphuraria, in qua sulphur. Plin. l. 17. c. 9: Nuper repertum, oleas gaudere maxime cinere è calcariis fornacibus. ¶ Est autem adjectivum Calcarius, a, um. Calcacius verò substantivè, qui præest fornaci calcariæ. [[illegible]. Gall. Qui fait la chaux, chaufournier. Ital. Chi cuoce la calcina nelle fornaci. Hispan. El calero que haze la cal. Angl. A lime maker.] Cato de Re rust. Calcarius ligna conficit ad fornacem.

Călcātă ædĭfĭcĭă, Dicuntur calce contecta. [Polon. Tynkowana sciana. Vng. Mészelt ház. Ang. Buildinges parged and overdawbed with lime.] quam artem Loricationem & Tectoriam appellant, & præcipuè si læve politumve fuerit, ut superinduci possit peniculus vel albarium, vel pictura, vel aliud quippiam ad venustandam structuram.

Călcātōrĭum, n. s. [Angl. The place where thay stampe grapes.] apud Palladium l. 1. c. 18. videtur esse semita quædam editior in cellâ vinariâ, inter duos lacus. Verba ejus sunt hæc: Cellam vinariā Septentrioni debemus habere oppositam, ita instructam necessariis, ut non vincatur à fructu: sic autem dispositam, ut basilicæ ipsius formâ calcatorium habeat altiore loco constructum: ad quod inter lacus, qui ad excipienda vina hinc inde depressi sunt, gradibus tribus ferè aut quatuor ascendatur. Et paulò pòst: Quòd si cupis, locum suum deputabimus: is locus ad calcatorii similitudinem, podiis brevibus, & testaceo pavimento solidetur. ¶ Dictum autem videtur Calcatorium, sive à calcando: hoc est, eundo: sive ab opere calcato: hoc est, lorscato, quo conficiebatur.

Călȳptră, æ, [צעיף tsahiph. [illegible]. Gall. Faille. Germ. Ein weiberstürtz. Belg. Falie/hueyke. Polon. Rantuch. Vngar. Fédél, fátyol. Ang. A womans hoode or cappe.] Genus vestimenti, quo mulieres capita tegebant. à [illegible], tego.

Calȳx, m. t. [[illegible]. Gall. Bouton de rose ou autre fleur, ou la petite peau ou vellicre qui couvre le fruit, comme vne noix ou amande. Ital. Guscia ò pelle di qualche frutto come di noce ò mandole, bottone ò boccolo di rosa, cioè quelle parti che tengono chiuse prima che spanisca. German. Die bälgen oder die haut einer jeden frucht/als der Nüssen/Mandeln/Kisten. Belg. Schael van der fruyt. Hispan. El erizo como ci castanna ò bellota. Polon. Wszeliaka lupina ktora nakrywa owocy, iako iest orzech, zoladz. Vngar. Virágnak gyöm ölcsnekés mognak teke. Ang. The yonge bourgeon or bulde of a rose, or other floure, also the hull or shel of fruites.] Significat folliculum, quo primùm flos, & deinde semen herbarum, vel fructus arborum cooperitur: ut amygdalæ, nuces, & castaneæ habent suos calyces, [illegible]: hoc est, à contegendo. Plin. lib. 15. c. 22: Nec non & honor his naturæ peculiaris gemino protectis operimento; pulvinati primùm calycis, mox lignei putaminis.

Călĭcŭlus, diminut. Plin. lib. 16. c. 44: Quod verò in spinâ fulloniâ gignitur hypophæston, caliculis inanibus, foliis parvis.

Cama, Lecti quoddam genus breve & circa terram. D. Ambrosius in offic.

Cămbĭo is, psi, Commuto. [[illegible]. Gall. Changer. Ital. Cambiare. Germ. Wertauschen/wechslen. Belg. Wisselen. Hispan. Cambiar, ò troccar. Polon. Odmieniam. Vngar. Kiváltom, tserélöm. Ang. To change money.] Apud antiquos verò Cambire accipitur pro pugnare, iter inchoare, flectere: à quo Campso, as, quod est, iter flecto.

Cămellă, Genus vasis est apud Ovid. l. 4. Fastorū, ubi sic habet:

> Dum licet, appositâ, veluti cratère, camellâ,
> Lac niveum potes, purpureamq; sapam.

Cămēlŏpardălĭs, [[illegible]. Gall. Giraffe, beste ressemblant au chameau & panthere. Ital. Giraffa. Ger. Ein Greiff. Hispa. Girafa, animal raro. Pol. Gryff. Ang. A beast lik a camel and panthere.] Animal est cameli proceritate, colore pantheræ, maculis veluti florentibus variegatum: postremæ infra alvum partes humi subsidunt, sicuti in leonibus videmus: humeri pedesque priores, atque item pectus præter cæterorum membrorum rationem protera, tenuis cervix: camelo capite simile, pedibus & cruribus bovi. Plin. lib. 8. c. 18.

Cămēlŭs, sim, lici, l. m. s. [גמל ghamal. [illegible]. Gall. Chameau. Ital. Camelo. Germ. Ein Kamelthier. Belg. Kemel. Hispa. Camello. Polon. Wielbląd. Vnga. Teve. Ang. A camell.] Animal quadrupes, quod crura pro[illegible], collum oblungum habet. Sitim per triduum tolerat, sed quum invenit aquam, tantum bibit, ut & præteritæ, & futuræ siti satisfaciat. Bactri camelos mittunt & Arabes, ut scribit Diodorus: sed in hoc differunt, quòd Arabici in dorso bina habent tubercula (hos Dromedarios vocant) Bactriani singula. De camelis multa Plin. lib. 8. cap. 18. Cic. 2. de Nat. deor. Cameli adjuvantur proceritate collorum. Horat. 2. Epist. Diversum confusa genus panthera camelo. ¶ Camelus vel scabiosa complurium asinorum gestat onera, [illegible]. De iis qui usque adeò præcellunt quosdam, ut etiam senes, aut alioquin ægroti præstātiores tamen sint illis integris: aut de iis, qui rebus parùm prosperis, tamen plus valent ob pristinæ fortunæ reliquas, quam alii rebus integris. Usus est Synesius. ¶ Est & Camelus funis nauticus, quo anchoræ religantur. De quo aliqui intelligūt illud in Evangelio: Facilius est camelum per foramen acus intrare, quam divitem in regnum cœlorum.

Cămēlīnŭs, a, um, adject. [[illegible]. Gall. De chameau. Ital. Di camelo. Germ. Das vom Kamelthier ist. Hisp. Cosa de camellos. Pol. Wielbłądowy. Vng. Tevés, tevétöl valo. Ang. Of a camell.] ut Camelinum lac. Plin. lib. 28. cap. 9: Dulcissimum ab hominis camelinum, efficacissimum ex asinis.

Cămēlārĭŭs, m. s. [[illegible]. Gal. Celuy qui meine les chameaux. Ital. Gardiano di cameli. Germa. Ein Kamelthier/ein Kameltreiber. Hispan. El que cura los camelos. Pol. Wielbłądnik. Vng. Teve pásztor. Angl. A guider of camels.] qui custodit pascitque camelos. Bud.

Cămēlāsĭă, sive Camelaria, Camelorum curatio & præfectura: & Camelarii, ipsorum camelorum curatores. Arcadius in L. ultim. de muner. & honor. Camelasia similiter quoque personale munus est &c.

Cămēlēlāsĭă, productio camelorum. Arcad. D. lib. ult. Tit. 9. leg. 18 [illegible].

Cantilena, f.p. Carmen, canticum. [זמרה zemirâh שירה schirâh. μελῴδημα ᾆσμα. Gall. chanson. Ital. Canzone. Germ. Ein gesang/ ein lied. Belg. Sanck/een liedeken. Hisp. Cancion, canto. Pol. Piosnka. Vng. Enek. Ang. A songe.] Cic. 1. de Orat. Neque ex scholis cantilenam requirunt. ¶ Accipitur & pro verborum jactatione, denuntiatione, & rumore. [Ang. A speache or tale commonlie used, a rumour.] Brutus ad Cic. lib. 11. Nam de tuo periculo crede mihi jactatione verborum, & denuntiatione periculi sperare eos te perterrefacto, adolescente impulso, posse magna consequi præmia: & totam istam cantilenam ex hoc pendere, ut quàm plurimum lucri faciant. ¶ Cantilenam eandem canis, τὸ αὐτὸ τὸ ᾆσμα ᾄδεις. De eo qui molestus est sæpiùs eadem inculcans, nihil enim odiosius, quàm quod semper idem est. Dorio in Phorm. Terent.

Canticum, n. f. Propriè est elegans & lascivus cantus. [שיר schir ᾠδή. Vng. Ekesenekles. Ang. A ballads, the ditie or mater of a songe.] Quintilianus: Sit Poëtæ lectio cum suavitate quadam gravis, & non quidem prosæ similis (quia carmen est, & se Poëtæ canere testantur) non tamen in canticum dissoluta.

Cantor, m.t. & Cantrix, f.t. Verbalia: Qui vel quæ canit. [שר schar. ψάλτης ἀοιδός. Gal. Chantre. Ital. Cantore. Germ. Ein Sänger/oder Sängerin. Belg. Sangher. Hispan. Cantor. Pol. Spiewak albo Spiewaczka. Vng. Kantor, Aerále, ön ökie. Ang. Whiche singeth.] Plaut. in Trin. Cantrices, cistellatrices, nuntii, raptores panis, & peni. Cic. 1. de Orat. Ita & tibi Iurisconsultus ipse per se nihil, nisi leguleius quidam cautus, & acutus, præco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum. Mentiuntur multa cantores, πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί. In eos quadrabit, qui ad gratiam loquuntur, & auribus blandiuntur. Indè ductum; quòd cantores hoc modo spectantes ut delectent ac placeant, pleraque canunt in laudem auditorum falsè, Arist. lib. 1. Metaph.

Cantus, us, m. q. à Cano: Cantio, symphonia, vocis inflexio. [זמירה zemirâh זמרה zimrâh. μέλος. Gall. Chant, chanserie. Ital. Canzone. German. Ein gesang. Hispa. Cancion. Polon. Spiewanie. Vng. Enekles. Ang. A songe, singing.] Virg. 8. Aen. Tum Salii ad cantus incensa altaria circum Populeis adsunt evincti tempora ramis. Cic. de Orat. 2. Qui enim cantus moderata pronuntiatione dulcior inveniri potest? ¶ Cantus etiam pro incantatione, seu magicis carminibus accipitur. [Angl. A charme, inchauntment.] Tibul. nempe hæc eadem se dixit amores Cantibus, aut herbis solvere posse meos.

Canto, as, frequentativum à Cano. [שיר beschir שר schár זמר zimmer. ᾄδω. Gall. Chanter. Ital. Cantare. German. Singen/ eins singens. Hispan. Cantar. Polon. Spiewam. Vng. Enekelek. Angl. To singe.] Plin. l. 11. c. 26. Mares cantant in utroq; genere. Terent. in Eunuch. Cantatum provocemus Pamphilam. Plaut. in Epid. Conducta veni, ut cantarem fidibus seni. ¶ Item Cantare, pro incantare. [Ang. To charme, to enchaunte.] Virg. in Pharmac. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Ubi Servius: Cantando, dum incantatur: Nam gerundivus modus ab omni verbo similiter procreatur: unde modò cantando à passivo, ait, quum suprà ab activo dixerit: Cantando tu illum. ¶ Cantare item pro celebrare, tollere laudibus, ἐγκωμιάζειν. Cic. ad Attic. Nam, ut scis, jam pridem istum cantu Celatem. ¶ Cantare alicui aliquid, pro sæpiùs dicere, admonere, inculcare. Plaut. Trinum. Hæc dies noctesq; tibi canto ut caveas. Teren. Qui harum mores cantabat mihi. Ab hoc verbo fiunt Cantatio, ᾆσις. ¶ Composita sunt, Accanto, Excanto, Incanto, & Recanto.

Cantito, as, pen. corr. frequentativum à Canto frequentativo formatum. [τερετίζω, ᾄδειν. Gall. Chanter, souvent. Ital. Cantare sovente. German. Offt singen/ ohn underlässlich singen. Hisp. Cantar muchas vezes. Pol. Ustawicznie spiewam, prospiewule. Vng. Gyakrá eneklek. Ang. To singe often.] Terent. Adelph. Facturum credo, ut habeas qui cum cantites. Cic. de clar. Orat. Utinam extarent illa carmina quæ multis seclis ante suam ætatem in epulis esse cantitata à singulis convivis, &c.

Cantatus, particip. [ᾀσθείς. Ang. Which is songe, praised.] Statius 2. Syl. Asteris & Battis totam cantata per urbem.

Cantator, m.t. Qui consuevit canere. [שר schar משורר meshorer. ἀοιδὸς μακρηγός. Gal. Chantre. Ital. Cantore. Germ. Ein Sänger. Hisp. Cantor. Pol. Spiewak. Vng. Enekes. Ang. A singing man.] Martial. lib. 13. Cantator cygnus funeris ipse sui. ¶ Cantator fidibus, Fidicen, κιθαρῳδός. Gell. lib. 16. c. 19. Verus, inquit, & nobilis Arion cantator fidibus fuit.

Cantatrix, f.t. [משוררת meschorerah. ψάλτρια. Gall. Chanteresse, chanterelle. Ital. Cantatrice. Germ. Ein Sängerin. Hisp. Cantora. Pol. Spiewaczka. Vngar. Enekes asszony. Ang. A singing woman.] Claudian. Imploret citharas, cantatricesq; choreas.

Cantamen, inis, n.t. pro incantatione accipitur. [לחש lechaschi. γοητεία. Gall. Enchantement, enchanterie. Ital. Incantamento, incanto, incantesimo. Ger. Beschwerung. Hisp. Obra de encantar de palabras, encantacion. Pol. Oczarowanie. Vng. Bu-bay. Ang. Inchauntment, witcherie.] Propert. O utinam magicæ nossem cantamina Musæ.

Canocersea. Helxine apud Diosc. l. 4. c. 42.

Canon, [κανών. Gall. L'ordinaire, domaine. Ital. Entrata. Germ. Jährlich gut. Belg. Ordinarie/ Domeyne. Hisp. Renta.] Tributum erat frumentarium, quòd Aegyptus, Africa, & Sicilia statum populo Romano quotannis pendebant. Asconius Pædianus tria facit tributorum genera, Canonem, ut in portoriis & vectigalibus: Oblationem, ut in vini distractione, & Indictionem, quæ & Collatio, & collecta dicitur à Cicerone lib. 2. de Orat.

Canon, onis, pen. genit. corr. m.t. Latinè regula. [קו kav משקל mischkal. κανών. Gal. Reigle. Ital. Regola. German. Ein Regel/ ein Richtscheit/ Lineal/ Richtschnur. Hisp. Regla. Pol. Linia weldewną, ktorei sznur cieśielski. Vng. Regula szabot ravid. Ang. A rule.] Cicero ad Tiron. Sed heus tu, qui κανὼν esse meorum scriptorum soles, unde illud tam ἄκυρον, Valetudini fideliter inserviendo? Plin. lib. 34. cap. 8. Fecit & quem canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut à lege quadam. ¶ Canon etiam lorum scuti in quod brachium immittitur. [Pol. Pas u rotelle. Vng. Pais szij.]

Canonicus, a, um, Regularis. κανονικός.

Canonizo, as, act. p. ad regulam examino, regula & regulam tenta, κρίνω καὶ κανονίζω.

Canor,

Canor, Canorus, Canorosus, Vide Cano.

Canta, pro cantata veteres usi sunt. Festus.

Cantarus, Vide Cantharus.

Cantes, pluralis numeri tantùm, & fœminini generis, Fistulæ sunt organorum.] Vngar. *Organa sipiei.*]

Cantator, Cantatrix, Cantatio, Vide Cano.

Cantharias, Gemmæ species, quæ scarabæorum effigiem habet: quippe Græci κανθάρους vocant scarabæos. Plin. l. 37. c. 11.

Cantharis, cantharidis. [κανθαρὶς Gall. *Cantharide, ver ou mousche verde & venimeuse.* Ital. *Cantarella verde & lucida come oro, che si trova in rovistici.* Ger. Cantaride / sind grüne käfer / Meylandischer käfer / Goldkäfer. Belg. Groene vliege / Spaensche vlieghe / kever. Hisp. *Abadeje animal pequeño ponçonoso.* Polon. *Chrzasczik zielony na iesionnie albo oldrzewie gnowim.* Vngar. *Fán termö fonyes, és mérges pók.* Ang. *A grene worme venimouse and shyninglik gold.*] Vermis terrenus viridis, auri colore superlucens: in summitate ramorum fraxini & olivæ nascens: cujus succus in venas ingressus, & venenum interimit, & humano corpori applicitus, vesicas plenas humore facit. Ovidius: Chantharidum succos dante parente bibat. Plin. lib. 29. cap. 4. In cantharidibus magna quæstio: quoniam ipsæ venena sunt potæ, vesicæ cum cruciatu præcipuo. Cic. ad Pætum lib. 9: Cajus accusante L. Crasso cantharidas sumpsisse dicitur. ¶ Cantharis etiam à quibusdam appellatur herba, quæ καπνὸς Dioscor. Latinis Fumaria, & Officinis *fumus terræ* dicitur.

Cantharus, κάνθαρος, penultima correpta Poculum quod Baccho tribuitur, sicut Scyphus Herculi: à canthar o, navigii genere. Germ. Weinkanne. Belg. Wijnkanne. Vngar. *Kanna.* Angl. *A king or great pot to drinke in.*] Plin. lib. 33. c. 11. C. Marius post victoriam Cimbricam cantharis potasse Liberi patris exemplo traditur. Virgil. Eclog. 6: Et gravis attrita pendebat cantharus ansa. Vlpianus scribit Cantharos esse per quos aquæ saliunt. ¶ Et Cantharus, piscis nomen est apud Plin. l. 32. cap. 11. Columel. lib. 8. Nam & halecula modò capta, & cantharus, et [illegible] gobia. ¶ Ovidius: Cantharus ingratus succo tum concolor illi Orphus, &c. ¶ Est item Cantharus Græcis, quem Latini Scarabæum vocant, ex genere insectorum, qui circa animalium fimum ferè versatur, pilulas ex eo conficiens, aversisque pedibus volutans. De hoc multa Plin. l. 11. cap. 28. & Aristophanes in Cantharo. Vide Cælium lib. 8. cap. 5. ¶ Aetnæus cantharus, Αἰτναῖος κάνθαρος, De magnis & fœdis. Aristoph. ¶ Cantharus pilulam. Adagium est in eos, qui castigati sæpius, nihil proficiunt: sed quod pertinaciter semel arripuerunt, pertinacius fovent. Quod enim est animali ingenitum, nulla prorsum arte viceris. Ductum adagium à pilularum, id est, orbicularium stercorum illa volutatione, quæ est cantharis admodum familiaris. Cælius lib. 8. cap. 5. ¶ Est item Cantharus, cœleste signum in Aquario, ex tribus constans stellis. ¶ Cantharus item Comicus Atheniensis fuit, cujus scripta memorantur à Suida.

Cantherium, κανθήλιον. Vehiculi genus, de quo Seneca Epist. 87. M. Cato Censorius canthe rio vehebatur Aetiopico.

Cantherius, [κάμαξ τῆς ἀμπέλου. Gall. *Chantier ou chevron.* Ital. *Cantiero.* Germ. Ein gebeld der Raben. Hispan. *Percha de la parra.* Pol. *Podpora winnich lasarolsky szcka winna.* Vngar. *Lugas karó.* Angl. *A rayle or barre, a kind of instrument in a vineyarde.*] Genus [illegible] in vinea, de quo Columel. lib. 4. cap. 12. Itaque aut veteres, ne novæ radicem agant, arundines binas singulis vitibus applicabimus: aut si regionis conditio permittit, vetera deponemus hastilia, quibus annectuntur singulæ transversæ perticæ in imam partem ordinis: quod genus jugi *Cantherium* vocant rustici. ¶ Cantherius equus.] ἵππος ὁ ἐκτομίας. Gall. *cheval chastré, hongre.* Ital. *Cavallo castrato.* Germ. Ein Roß dem verschnitten ist / ein Münch. Belg. Een ruyn. Hisp. *Cavallo castrado.* Vng. *Herélt ló.* Angl. *A gelding or gelded horse.*] Cui testes amputati sunt, ut fiat mansuetior. Varro: & ideo quòd semine carent ii, Cantherii appellantur: distat ab equo, sicut capus à gallo. ¶ Cantherii item dicuntur, qui subjici solent à fabris materiariis, dum moles arborum secant: Vulgus *Caballos* vocat. ¶ Item Cantherii tigna dicuntur. Vitruv. lib. 5. Et Cantherii prominentes ad extremam suggrundationem. Supra cantherios templa. ¶ Item Cantherius, ut autor est Varro, mons est in Sabinis.

Cantheriolus, diminutivum, pro parvo pedamento. [κανθήλιον, χαμάκιον. Pol. *Ticzka.* Vngar. *Karóska.* Angl. *A litle rayle or barre.*] Columell. lib. 11. cap. 3. Deinde quum fecerint caulem, humilioribus quasi Cantheriolis interpolitis, rigorem stylorum cõservato, &c. ¶ Apud eundem Columellam sunt in cepinis: id est, Ceparum locis, munimenta quædam ceparum, ne thalli earum à ventis prosternantur. Sicut in rapinis etiam cantherii, quum operiuntur rapæ, ut à pruinis semina defendantur. Cælius lib. 8. c. 4.

Cantherinus, a, um, adject. Plaut. in Menæch. Certè hæc mulier cantherino ritu astans somniat. Solent enim equi stantes somniare, autore Plin. lib. 10. cap. ult. Cantherinum hordeum. Colum. lib. 2. cap. 9. Proximus est his frumenti usus hordei, quod rustici *hexastichum*, quidam etiam *cantherinum* appellant. ¶ Cantherinum lapathum, Latini Rumicem appellant. Plin. lib. 20. cap. 21.

Cantheriatus, a, um, Colum. lib. 5. Quæ pedaminibus adnixæ singulis jugis imponuntur, eas rustici *cantheriatas* appellant.

Canthus, thi, m. s. [[illegible] *chishishúk*, κανθός. Gall. *Le fer du tour d'une roue, les bandes d'une roue.* Ital. *Il ferramento che va intorno à una ruota.* German. Ein eysin Radschinen. Belg. D'beslach van t'rat / ratscheue / dat yser rontom t'rat. Hisp. *Cincho de la rueda de carreta.* Polo. Obwanu. Vngar. *Páns (abroncs) kerék talpan valo vas.* Angl. *The strake of a carte, the yron wherewith the carte wheeles are bounde.*] Ferrum quo rotæ extremitates vinciuntur. Persius: Verrentem sese frustrà sectabere canthum. ¶ Canthos etiam Græci angulos oculorum vocant.

Canticum, Cantilena, Cantio, Cantito, Vide Cano.

Canto, Cantus Vide Cano.

Canus, a, um. Cui canent, sive albent capilli præ senectute. [שב *sab*. πολιός. Gall. *Chenu grison, qui a ses cheveux blancs.* Ital. *Canuto, bianco.* Germ. Graw / der weisse oder grawe haar hat von seines alters wegen. Belg. Grijs / Graew. Hispan. *Blanco ò cano de los cabellos.* Polon. *Siwy.* Vngar. *Ösz vén.* Angl. *Hoare, gray for age.*] Plautus in Asin. Cano capite cuculum uxor ex lustris rapit. Idem in Bacch. Cano capite, atque alba barba. ¶ Transfertur & ad alia: ut, Cani montes, albi ex nive. Cana fides. Virg. 1. Aeneid. Cana fides & Vesta. Vbi Nonius: Canam fidem, veterem, & antiquã interpretatur. ¶ Cana veritas. Varro in Eudæ. Et ecce de improviso accidit cana veritas Atticæ philosophiæ alumna.

Cani, orum substantivè, pluraliter tantùm. [שיבה *sebáh*. πολιαί. Gall. *Blancs cheveux grisons, chenus.* Ital. *I capegli canuti.* Ger. Die grawen haar. Hisp. *Las canas de la cabeça.* Polon. *Siwe włosy.* Vng. *Ösz haj.* Angl. *Gray or whyte heares.*] Capilli albi in capitibus senum. Cic. de Senect. Non cani, non rugæ repentè autoritatem afferre possunt.

Caneo, es, ui, n. s. propriè de capillis dicitur in senibus, quum albescunt.] שב *sab*. πολιόω. Gall. *Grisir, grisonner, devenir chenu & blanc.* Ital. *Venir canuto.* Ger. Graw werden. Belg. Wit oft grijs worden. Hisp. *Encanecer.* Polon. *Siwieie.* Vngar. *Meg ösz ülök.* Ang. *To have gray heares.*] ¶ Per translationem de aliis etiam rebus quæ capillorum canitiem imitantur. Canent herbæ: hoc est, albæ sunt, matutino rore aspersæ. Virg. l. 3. Georg. Luciferi primo quum sydere frigida rura Campanus, dum mane novum dum gramina canent. Idem 2. Georg. & glauca canentia fronde salicta.

Canesco, is, n. 3. Canus fio; & propriè de senibus dicitur quũ capilli eorum in albedinem vergunt. [שב *sab*. πολιοῦμαι τὴν τρίχα. Gall. *Grisonner, devenir chenu & blanc.* Ital. *Devenir canuto.* Germ. Graw oder weiß alters halb werden. Hispan. *Encanecer.* Pol. *Siwieie siwieiam.* Vngar. *Meg ösz ülök.* Angl. *To waxe gray, or have white heares.*] ¶ Per translationem autem accipitur pro senescere; & de aliis rebus quàm hominibus dicitur. Cic. 1. de Legibus: Quercus huic loco non deerit, quæ Mariana dicatur: eaque (ut ait Scævola) de fratris mei Mario, canescet seculis innumerabilibus. Idem de Clar. Orat. Quumque ipsa oratio jam nostra canesceret, haberetque suam quandam maturitatem, & quasi senectutem.

Canities, f. q. & Canitudo, f. t. Capillorum albedo, qualem in senibus conspicimus. [שיבה *sebáh* πολιότης. Gall. *Blanchissure de cheveux, blanche vieillesse, quand l'homme est chenu & grison.* Ital. *Bianchezza, canutezza.* Germ. Gräwe des haars / bisonders von elte. Belg. Grijsheyt. Hisp. *Canas de los cabellos.* Pol. *Siwizna.* Vng. *Öszség, vénség.* Angl. Whitnesse of heare for age.] Plin. Et ipsa jam canitie venerabilis. Idem lib. 11. c. 37. Canities homini tantùm & equis. Plautus: Stultus est adversus ætatem & capitis canitudinem. Varro Aboriginum: Sed neque vetulus cantherinus, quàm novellus melior: nec canitudini comes virtus.

Capacitas, Vide Capio.

Capax, Vide Capio.

Capedo, inis, f. t. Vas in sacris usitatum, à capiendo dictum. [[illegible] κερχνεία. Gall. *Un grand vaisseau, qui n'estoit de grand valeur, & servoit aux sacrifices.* Ital. *Vaso da sacrifici.* Germ. Ein groß weit geschirr. Belg. Een nap met een hanthave oft oore. Hispan. *Vaso para sacrificar.* Polon. *Kuffel sierok y.* Vngar. *Aldozatboz valo edény.* Angl. *A great vessell of great value that serveth in sacrifices.*] Plin. l. 37. cap. 2: Sed Nero, ut par erat, princeps vicit omnes, quadringentis sestertiorum millibus capedinem unam parando. Cic. in paradox. Minúsne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles urnulas fuisse, quàm delicatas aliorum pateras arbitramur?

Capedunculã, f. p. diminutivum. [illegible]. Cic. de Nat. deor. Docebo meliura me didicisse de colendis diis immortalibus jure pontificio, & more majorum, capedines, capedunculis, quas Numa nobis reliquit.

Capella, Vide Caper.

Caper, pri. m. s. Mas castratus in genere caprino. [תיש *tais* [illegible] τράγος. Gall. *Un bouc chastré.* Ital. *Caprone.* Germ. Ein hellebock. Belg. Ghesneden bock. Hispan. *El cabron ò chibo castrado.* Polon. *Kozieł trzebiony.* Vngar. *Kecske, herélt kecske bak.* Angl. *A male goat gelded.*] Martialis: Dum jugulas hircum factus & ipse caper. Nam Virgilius impropriè caprum pro hirco posuit, quum dixit: Vir gregis ipse caper: sicut etiam impropriè brutum animal Virum appellavit. ¶ Dicitur Caper sive Capra à carpendis virgultis: rodit enim omne virgultum, & in primis vites, propter quod Baccho immolari caper solebat.

Capra, f. p. quasi carpa, quòd virgulta carpat: vel quòd captet aspera: vel à crurum crepitu. Vnde & crepas eas antiqui vocabant. [עז *hez* αἴξ. Gall. *Chevre.* Ital. *Capra.* Ger. Ein geiß oder geyß. Belg. Gheyte. Hisp. *Cabra.* Polon. *Koza.* Vngar. *Kecske.* Angl. *A she goate.*]

goate.] Pallad. de Re rust. li 2.c.3. Studiosè enim de agrestibus fruticibus pascuntur: atque in locis virgulta carpunt: itaq; à carpendo capræ nominatæ. ¶ Matris ut capra dicitur, τῆ μητρὸς ὡς αἶξ καλοῦμαι. In spurios dictum videtur, quorum pater incertus est, eaque gratia à matre denominantur. Dictum ab hœdis qui in caprilibus à matre dignoscuntur: nam à patribus haud quaquam possis. Potest & in jocum verti proverbium, veluti si quis per lusum neget se patrem agnoscere, matrem scire: τῆ μητρὸς ὡς αἶξ καλοῦμαι: id est, Matris velut capra vocor. ¶ Capra ad festum, αἶξ ἐν τὴν ἑορτήν. Dici solitum ubi quis in tempore ad negotium aliquod accederet: Aut, ubi quis commodè in suam perniciem offert sese. Nam in festis, maximè Bacchi, capram immolabant. Refertur à Plutarcho. ¶ Liberæ capræ ab aratro: ἐλεύθεραι αἶγες ἀπ' ἀρότρου. Hemistichum est heroici carminis proverbiale, dictum olim ab iis qui se ab onere quopiam aut molestia liberatos gloriarentur. ¶ Est etiam Capra signum cœleste, quæ (ut poëtis placet) Amaltheæ capra fuit, cujus lacte educatus est Iupiter: quare postea rerum potitus, inter astra eam collocavit. Columel. lib. 11. c. 2: Decimo Calend. Ianuar. Capra occidit manè tempestatem significat. ¶ Capram cœlestem orientem conspexerunt, αἶγα τὴν οὐρανίαν ἀνατέλλουσαν ἐθεάσαντο. Hoc dici solitum in eos quibus omnia feliciter, eque animi sententia succederent, propterea quòd antiquitùs opinione vulgi comprobatum est, qui capram illam Iovis altricem, & ob id in siderum relatam numerum, conspexissent, quicquid votis conciperent, ejus compotes futuros.

Căpēllă, æ, f. p. diminutivum à capra. [χίμαιρα. Gall. *Chevrette, petite chevre*. Ital. *Capretta*. Germ. Ein geißlin / ein gitzlin oder zicklin. Belg. Gheytken Hispan. *Cabra pequenna*. Polon. *Kozka*. Vng. *Kecskécske*. Angl. *A younge goate*.] Columell. lib. 7. cap. 6. Anniculæ, vel bimæ capellæ (nam utraque ætas partum edit) submitti hœdum non oportet. Virgil. Eclog. 3: Tityre pascentes à flumine, rejice capellas ¶ Est etiam stella. Plin. li. 18. cap. 31. Quinto Idus Septembris Cæsari capella oritur vesperi.

Căprārĭŭs. m. f. custos exercitorque caprarum. [αἰπόλος, αἰγονόμος. Gall. *Gardeur de chevres, chevrier*. Ital. *Capraro*. German. Ein Zigen oder Geißhirt Belg. Gheytenhirdes / Gheytendrijver. Hisp. *Cabrerizo que garda capras* Polon. *Kozi pasterz*. Vngar. *Kecskepásztor*. Angl. *A keeper or feeder of goates*.] Varro 2. de Re rustica cap. 3: Is enim quum in suburbano haberet agrum jugerum mille, & à caprario quodam, qui adduxit capellas ad urbem, denarios sibi in dies singulos dare audisset, &c. Columella lib. 3. cap. 10. ¶ Caprarius in æstu, αἰπόλος ἐν καύματι. In hominem insatiatæ, aut etiam intempestivæ libidinis dictitabatur. Nam his horis caprarii, dum seductis gregibus in umbra latitant lascivire soliti scribuntur Autores Zenodotus & Suidas.

Căprĕă, penult. corr. f. p. [צביה tsebijah. δορκάς ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι id est, à videndo. Gall. *chevre sauvage* Ital. *Capra salvatica*. Germa. Ein Rihe / ein rehrbock. Belg. Een Ree / ofte wilde gheyte Hisp. *Cabra montes* Polon. *Koza dzika*. Vngar. *Vad kecske*. Ang. *A wilde goate*.] Animal sylvestre non solùm videns, seu perspiciens acerrimè, sed & aliis visum præbens. ¶ Asserunt enim medici huic animali intra viscera humorem quendam inesse, qui caliginem depellat oculorum, & obtusiores quousq; visus exacuat. Martialis in distichis: Pendentem summa capream de rupe videbis, Casuram speres, decipit illa canes. Caprearum genera, vide apud Plin. ¶ Est & Caprea vitis, dicta (ut inquit Varro) quòd pariat Capreolum. ¶ Ne caprea contra leonem, μὴ πρὸς λέοντα δορκάς: hoc est, ne longè inferior cum potentiore decertes. Diogenian. & Suidas. ¶ Capræ prius jungentur lupis. De re dicitur incredibili. Horat. 1. Carm. Ode 33. prius Appulis jungentur capreæ lupis, Quàm turpi Pholoë peccet adultero.

Căprĕŏlŭs, diminutivum à Capreus. [צבי tsebi. δορκάδιον. Gall. *Petit chevreul sauvage*. Ital. *Capriolo*. Ger. Ein Rehböcklin / ein kleines böcklin. Belg. Een Reebock. Hispan. *El hijo de la cabra montes*. Pol. *Koziolek*. Vngar. *Vad kecskécske*. Angl. *A litle wild kid or roe, roebucke*.] Virg. Eclog. 2: Præterea duo, nec tuta mihi valle reperti Capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo. ¶ Sunt etiam Capreoli, claviculi intortilio vitibus, & veluti quidam cincinni in tenerioribus pampinis apparentes, quibus vitis, veluti manibus quibusdam adminicula complectitur. [αἱ ἕλικες ἀμπέλων. Gall. *Les petis tenons des vignes desquels elles se tiennent, & entortillent entour quelque chose pour s' aider à monter plus haut*. Ital. *I vitticci cioe tralci con the le viti si tegeno di pali & intorno se*. German. Die gablen so an den Weinräben wachsen. Hispan. *Carcillos o tijeretas de la vid*. Ang. *The tendrell of a vine wherewith it taketh holde or winneth about some thing*.] ¶ Præterea Capreolus, Instrumentum rusticum est bicorne [Gall. *Instrument de fer qui a deux cornes pour mouvoir & rompre la terre* Ital. *Instrumento à modo d' una zappa con doi denti da cauar à i piedi della viti*. Germ. Ein karst. Hisp. *Açada de dos dientes para cavar*. Polon. *Motyka*. Vngar. *Kecske, termeszto, kecsk fay*. Angl. *An instrument of yron serving vines to digge with and hath two forkes*.] Columel. lib. 11. cap. 3: Vere deinde prius quàm cœperit germinare, capreolis (quod genus bicornis ferramenti est) terra commoveatur. ¶ Capreolus est etiam dictio tectonica. Cæsar 2. bell. civil. Duæ primùm trabes in solo æquè longæ, distantes inter se pedes IIII. collocantur: inque eis columellæ pedum in altitudinem v. defiguntur, has inter se capreolis molli fastigio conjungunt.

Căprĭgĕnŭs a, um, pen. corr Quod est ex caprarum genere. [αἰγογενής. Gall. *Qui est du genre des chevres*. Ital. *Di specie di capra*. German. Von dem geschlecht der geissen. Hispan. *Cosa de linaje de cabras*. Pol. *Koziego rodu*. Vngar *Kecske fay*. Angl *That is of the kind of goates*.] Plaut. in Epid. Caprigenum hominum non placet mihi, neque pantherinum genus.

Căprīlĕ, pen. prod. Stabulum caprarum. Locus ubi capræ servantur. [αἰγών. Gall. *Le lieu & estable où les chevres logent, parc à chevres*. Ital. *Caprile*. Germ. Ein Zigen oder Geißstall. Bel. Een gheytenstal. Hispan. *Chibital è aprisco de capras*. Polon. *Koziarnia*. Vnga. *Kecske akol*. Angl. *A goates stable*.] Plin. l. 28. c. 10: Atque in totum difficilius se recolligentes à serpentium ictu, in caprilibus optimè convalescunt.

Căprīlĭs, adject. [Vngar. *Kecskéi*.] ut, Caprilis casa, apud Eutrop. lib. 5. in bell. civil.

Căprĭmulgŭs, Dicitur qui capras mulget. [αἰγοβότης, αἰγοάμολγος. Gall. *Tette-chevre*. Ital. *Quello che molge capre*. Germ. Ein Geißmelcker. Hispan. *Ordeñador o chupador de las cabras*. Pol. *Kozodoy*. Vng. *Kecske fejő*. An. *That milketh goates*.] Catul. Suffenus unus caprimulgus aut fossor Rursus videtur. ¶ Caprimulgi, Aves suot merolæ aspectu, aliquanto grandiores, fures nocturni, interdiu non videntur, nec ipsæ vident: intrant pastorum stabula, caprarumque uberibus propter suctum lactis advolant, qua injuria emoriuntur ubera. Hos Aristoteles à caprarum mammis αἰγοθήλας vocat Plin. l. 10. c. 40. [Germ. Ein Vogel der zu nacht die Zigen oder geissen saugt / ein Nachtraam]

Căprīnŭs, a, um, Capreus: [αἴγειος. Gall. *De chevres, des appartenances de chevres*. Ital. *Caprigno, di capra*. Germ. Geissin. Hispan. *Cosa de cabras*. Pol. *Kozly*. Vng *Kecskéből való, kecskéi*. Ang *Of goates, or belonging to goates*.] ut, Caprinus grex, Liv. 2. bell. Pun. Caprina pellis. Cic 1. de Nat Deor.

Căprĭpēs, pen. corr capripedis: [αἰγίπους, αἰγόπους. Germ. Das Geißfüß hat. Vn. *Kecske lábu*.] Qui pedes caprinos habet. Proper lib. 3. eleg 17. Capripedes calamo Panes hiante canent.

Căprĭcornŭs, Vide suo loco.

Căprĭfĭcŭs, Vide suo loco.

Căpĕrŏ, as, pen. corr. Frontem rugis contraho, & asperitatem vultus ostendo: [כהה chahah קמט kamát. συστέλλω τὴν ὀφρύν Gall. *Rider, refrongner*. Ital. *Crespar la fronte*. German. Die stirnen rümpfen / sawr und scheußlich sehen. Hisp. *Rugar la frente*. Polon. *Marszczę, kwaśno patrzę*. Vngar. *Az homlokomat meg komorítom*. Angel. *To make wrinckles on the forehead or browe, to frowne, to lowre*.] quòd à crispis caprorum frontibus, vel à coronum caprinorum similitudine tractum est. Vnde & Caperatum, rugosum dicitur συνεσταλμένον. Plautus: Quid illud est, quòd illi caperat frons severitudine? Varro Eumenidibus: Quin mihi caperatam tuam frontem Strobile omittis.

Căpesso, Vide Capio.

Caphura, καφουρά, Aetio & Actuario, Indiæ arbor est tantæ magnitudinis, ut sub singulis hominum centuriæ possint quiescere Nascitur in montibus mari vicinis, materie levi, & ferulacea: gummique exudat ejusdem nominis, quod à recentioribus unguentis admiscetur: cujus longè maximus est proventus, quum cœlum fulgetris coruscat. Officinæ *Camphoram* appellant.

Căpidum, n. f. Genus vestimenti (inquit Festus) quo caput tegebatur.

Căpīllŭs, m. f. Quasi capitis pilus. [שער sehár. κόμη. Gall. *Cheveu ou perruque, poil*. Ital. *Capello*. Germa. Haar des haupts. Belg. Hayr / t'hayr van den hoofde. Hispan. *Cabello de la cabeça* Pol. *Włosy na głowie*. Vngar. *Hay*. Angl. *The heare of the head, to bush*.] Cic. in Pisonem: Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ. Quamvis & Pro omni pilo sumatur θρίξ. Plin. lib. 7. cap. 2. Ossibus humanorum capitum bibere, cutibusque cum capillo pro mantilibus ante pectora uti. Gellius capillum pro hœdino pilo posuit, quum ait: Nam si ovium lacte hœdi, aut caprarum agni alerentur, constat fermè in his lanam duriorem, in illis capillum gigni teneriorem. Capillorum affectus novem sunt, scilicet Contorsio, decoloratio, quassatio, fractio, nutrimenti penuria, ἀτροφία, canities, alopecia, fluxio. Contorsio in extremitate ex capillorum habitus & connexio indivisibilis, adeò ut non possint augescere crines. Conquassatio autem hæc est, inæqualis crinium dissidentia, quæ fit forcipibus combinatis, aut tonsis non dissimilis. Atrophia: id est, nutrimenti indigentia, & vehemens ex defectu gracilitas, propter quam non possunt crines crescere: ξηρασία autem est quum lanuginosa est crinium superficies, similis his, qui sunt pulvere discissi & dissoluti. De fluvio capillorum est decidentia, sequens plerunq; deficientes, aut qui ex morbo longo convalescunt. Canities est mutatio crinium in alborem ante maturum ætatis tempus. Alopecia, mutatio crinium est in candorem, quum crines veteres radicibus excidunt. Ophiasis est mutatio coloris, similis suprà dictis, at multò densior, etiam tunc quum tortuosi fiunt, & caput dividitur.

Căpillācĕŭs, adjectivum, [τριχοειδής. Gall. *De cheveux, delié & menu comme cheveux*. Ital. *Di capello sottile como capelli* German. Hären von haar gemacht Hisp. *Cosa de cabellos*. Polon *Włosiasty*. Vngar. *Hay szabású* Angl. *Of heare, made small lik heare*.] Plin. lib. 12. cap. 25. Balsamum tenui & capillacea coma, quod vocant enatheriston.

Căpillo, as, are n. p. Est capillos facere. [τριχόω. Gal. *Faire avoir cheveux, produire cheveux* Ital. *Metterr capegli*. Germ Haar machen. Hisp. *Hazer cabellos*. Polon. *Włosy zapuszczam*. Vngar. *Meg hajasí-*

haissium. Ang. *To cause, to have heare.*] Plin. l. 37. c. 11. Polythrix in viridi capillatur, sed defluvia comarum facere dicitur.

Capillatus, a, um, Qui crines longiores habet. [פרע *sommim.* τριχωτός. Gall. *Chevelu, qui porte longs cheveux, qui a grosse perruque.* Ital. *Capigliuto, di longi capelli.* Germ. Haechtig / der viel oder lang haar hat. Hisp. *Cosa de luengos cabellos.* Pol. *Dlugowlos.* Vng. *Hajas.* Angl. *Hearie, long heared.*] Cic. de lege Agr. Non minus bene nummatus, quàm bene capillatus.

Capillamentum, n. s. Dicuntur ipsi capilli. [... τριχώματα. Gall. *Chevelure, perruque.* Ital. *Crini.* Germ. Die haar. Belg. Hayr. Hisp. *Los pelos.* Pol. *Wlosy.* Vng. Hay. Angl. *The bushe of head heare.*] Apul. lib. 2. de Asin. Tanta est capillamenti dignitas, ut quamvis auro, veste, gemmis, omniq; extero mundo exornata mulier in cedat tamen nisi capillum distinxerit; ornata non possit videri. Plin. lib. 21. Herba croci est folio angusto, penè in capillamenti modum. ❡ Transfertur quoque ad herbas & arbores. Colum. lib. 5. Qui non solùm in eo errabant, quòd primi anni capillamenta seminum intecta patiebantur, &c. ❡ Capillamentum, quod vulgus falsam petruquam vocat. Sueton in Calig. c. 11. Naturam tamen sævam atq; probrosam nec tunc quidem inhibere poterat, quin & animadversionibus pœnisq; ad supplicium datorum cupidissimè interesset, & ganeas atque adulteria capillamento celatus & veste longa noctibus ambularet. Galericulum aliàs Latini dicunt. *Ex Budæo.* ❡ Capillamentum in crystallo, timæ simile, oro eo quod gemmarii sellaturam vocant, accepit Plin. 37. c. 2. teste eodem Budæo.

Capillare, hujus capillaris, n. t. Reticum quo mulieres crines involvunt. [... κεκρύφαλος, ὁ ματεα. Gall. *Vne coiffe.* Ital. *Rescella.* Germ. Ein haarhauben. Hisp. *El hainavoya, ò capillejo de muger.* Pol. *Czepiec.* Vnga. Fökötö. Angl. *A caule to cover the heare as maidens doe.*] Martial. 5. lib. 3: Non erubescit murice aureo nomus Dividere mœcæ pauperis capillare. ❡ Capillaris & Capillata arbor appellatur, in qua tonsum capillum adolescentes suspendebant, quando deponebant comam, deo eam sacrantes. Erat & in urbe Roma, teste Festo, arbor antiquissima, quæ supra trecentos & septuaginta annos durasse compertum est, quæ capillata appellabantur, quòd Virginum Vestalium capillos ad eam deferre mos erat: cujus arboris meminit & Plin. l. 16 c. 44.

Capillitium, n. s. Capillamentum. [κόμη. Ger. Haaram haupt. Belg. Tˈhaar van den hoofde. Angl. *The bush of head heare.*] Sic enim à Capillo Capillitium dicitur, ut à Famulo, famulitium, à Satellite satellitium. ❡ Capillitium flavum. Apul.

Capillus Veneris, Herba sic dicta, quòd Pelapsos post alopeciam capillos recreat, sive quod capillorum fluores coërcet. [ἀδίαντον. Gall. *Capilli veneris.* Ital. *capil venere.* Germ. Mantiane ... Belg. Vrouwenhayr. Hisp. *Culantrillo de pozo.* Pol. *Czerwone wloski, vel marko bozy wloski.* Vngar. *A nus leany hay.* Angl. *The heare maidens heare.*] Plin. Adiantum, polytrichon, & calitrichon appellat.

Capio, is, cepi, captum, act. t. significat accipio, Comprehendo, Prehendo. [לקח *lakach* לכד *lachad* החזיק *hechil.* λαμβάνω Gall. *Prendre, retenir, comprendre, tenir.* Ital. *Pigliare.* German. Nehmen / empfahen / fassen. Belg. Nemen. Hispan. *Tomar.* Pol. *Przymuie, poiimam biore.* Vng. *Meg fogom.* Angl. *To take, to receive, to containe, to hold.*] Virg. li. 3. Georg.–cape sacra manu, cape robora pastor. Sed differunt: quia Capere est cum affectu: Accipere quis quæ non sic accipit, ut habet. Ideo, ut Vlpianus scribit, non videtur quis capere, quod est restituturus. Et capere & sponte, vel non sponte. Accipere tantùm, sponte. Vnde dicimus, Cepi labores, Cepi molestiam, Cepi vel suscepi inimicitias: Accepi calamitatem, cladem, contumeliam, vulnus. Valer. Max. Vt non coactus ensem accipere, sed sua sponte sumere videretur. Habet interdum reciprocum usum: ut idem fit, Cepi voluptatem: & Cepit me voluptas, Cepisti dolorem, ... Cepit te dolor, ... ❡ Quandoque significat facere. Terent. in And. Non si capiundos mihi sciam inimicos homines omnes. ❡ Quandoq; delectare, ..., inescare, irretire, ex translatione ferarum, venatuque. Horat. 2. Ser. Te conjunx aliena capit, meretricula Davum. ❡ Quandoque propitiari. Lucret. lib. 1. Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira. ❡ Quandoque decipere, ... Virg. 2. Aeneid.–captique dolis, lacrymisque coacti. ❡ Quandoque eligere, αἱρεῖν. Terent. in Heaut. Quum illum gnatum cepimus. ❡ Quandoque perpeti: ut apud eundem in Heaut. Dum abs te abiùm, omnes mihi labores, quos cepi, fuêre leves. ❡ Quandoque tenere ... ut in Evnuchio: Dii boni quid turbæ ædes nostræ vix capient ❡ Quandoque invadere, occupare, χειροῦν. Cic. Navem quandam piratarum præda onustam cepêre. Varro: Quid hic venator non capit? Hine vincti, Capcivi dicuntur, quòd non sui juris sint, sed in potestatem aliorum redacti, αἰχμάλωτοι. Quoniam autem qui ita capti sunt, non sunt, ampliùs sui juris, sed libertate privati, ideo Captos quandoque pro privatis, sive impeditis accipimus. ❡ Mente capti, amentes: hoc est, qui mentis compotes non sunt. Capti oculis, ..., qui officio oculorũ privati sunt. ❡ Aliquando Capi, est amore accendi: unde Capti amantes dicitur. Lucilius: Ne aspectu & forma capiare aliena. ❡ Item Capere usu, capere possessione, & præcisè capere, fine ulla adjunctione, pro acquirere ponitur à Iure cõsultis, l. ei à quo. & l. 23. D. de usurp. & usucap. & aliis multis in locis. ❡ Capere, verbum ad affectum acquisitionis magis refertur, quàm accipere. Nam plerunque accepisse dicitur, qui tamen adhuc non acquisivit. l. naturalit. §. 1. D. de præscrip. verb. Quanvis etiam capere dicimus eum qui rapit, vel simpliciter aufert. l. fi. de tutel. Sunt & qui accipere de manu alterius, capere verò propria autoritate intelligunt. Sed hæc confundi aliquando, monuit jam antea Alciat. Attamen fas est capere quàm accipere. l. aliud est capere, de verb. sign. ❡ In summa hoc verbum sua habet significata pro diversitate rerum, cum quibus jungitur: ut Capere manu, est comprehendere: Capere oculis, videre: Capere auribus audire: Capere mente, intelligere: Capere consilio, eligere: Capere astu vel dolis, decipere: Capere cantu aut voluptate, delectare. Virg. 4. Georg. Carmine quo captæ dum fusis mollia pensa Devolvunt. ❡ Capere consilium, est deliberare. Cic. Quum autem consilium hoc princeps cepisset. ❡ Capere rationem, est modum invenire, ... Plaut. Rationem cepi, ut & amanti obsequerer, & patrem non offenderem. ❡ Hujus verbi composita sunt, Accipio, à quo Præaccipio, Concipio, Decipio, Excipio, Incipio, Intercipio, Percipio, Præcipio, Recipio, Suscipio & usucapio, quæ antepenultimam correptam habent. ❡ Derivata sunt quæ sequuntur, Auceps, Forceps, Princeps, Municeps, Particeps.

Captus, us, m. q. Comprehensio, capacitas, intelligendi facultas. [לקח *lekach.* κατάληψις. Gall. *Capacité de porter.* Ital. *Capacità, la possanza ò possanza di alcuno à fare è intendere qualche cosa.* Ger. Das ergreiffen der verstandts. Hispa. *El tomo de algo para hazer ò entender alguna cosa.* Pol. *Poiecie rozumu.* Vng. *Ertelem, ... meg fogás.* Angl. *Taking, capacitie or perceiving.*] Cic. lib. 2. Tusc. Græci homines non satis animosi, sed prudentes, ut est captus hominum: quasi diceret, tam prudentes quàm capax prudentiæ est hominum natura. Apuleius dixit supra captum cogitationis, pro eo quod est, suprà quàm quispiam cogitatione capere & complecti possit. ❡ Accipitur item Captus pro sorte & conditione. Terent. in Adelph. Prætereà (ut captus est servorum) non malus: hoc est, ut se habet servorum conditio, sicut exponit Donatus.

Captura, ræ, f. p. Actus ipse capiendi feras, aves, aut aliquid ejusmodi. [מלקוח *malkiech* מקח *mikkach* לכד *lakad* מלכדת *malchodes.* ἄγρα, ἄγρευμα. Gall. *Prinse, proye, gain.* Ital. *Presa, gli a.* Ger. Ein fahung. Belg. Een vanck. Hispa. *El tomo.* Pol. *Lowiapanie.* Vng. *Fogás.* Angl. *Catching, taking.*] Plin. l. 19 c. 1. Accipitrum & alitum capturam. ❡ Interdum præda, quæ capitur. Idem lib. 10. c. 10. Placa nominatur advolans ad eas quæ in mari sese mergunt, & capita earum morsu corripiens, donec capturam extorqueat. ❡ Accipitur & pro quæstu. Suet. in Calig. c. 40: Ex gerulorum diurnis quæstibus pars octava, ex capturis prostitutarum, quantum quæque uno concubitu mereret.

Captio, f. t. Ipse actus accipiendi, seu id per quod quis capitur. [מלכדת *malchodeth* לכד *lechidh.* ἄγρευσις. Gall. *Prinse.* Ital. *Aquel ano da pigliar.* Germa. Ein fang. Hisp. *Aquella obra de tomar, assechança.* Pol. *Poimanie, jamolowka.* Vng. *Fogas.* An. *Taking.*] Cic. de clar. Orat. Quanta esset in verbis captio, cùm in cæteris rebus, tùm in testamentis. &c. ❡ Captio, deceptio. [מרמה *mirmah.* δόλος, ἀπάτη. Gall. *Deception, fraude.* Ital. *Fraude, inganno.* Ger. Ein betrug. Hisp. *Engaimo.* Pol. *Zdrada.*] Plaut. Epid. Verum si plus dederis, referam: nulla in re captio est.

Captio: id est deceptio, f. t. [Ang. *Deceyving.*] l. si fundo ff de Act. empt. Hanc in cõtractibus, insidias verò extra eos fieri receptum est. l. j. ff. de minorib. Captio item pro captatione bonorum. l. magistratus. ff. de mun. & hon. eum sum. l. Sed pro captura usurpatur, ut indicat Albertus.

Captiuncula, diminutivum. [... Pol. *Lapka.* Vng. *Amokgondolas, ...* Angl. *A captious cavill.*] Gell. Quid autem legis istius propugnatores in illa captiuncula facient, in qua hæc esse necessum est?

Captiosus, sa, sum, Quod capit, seu decipit, & dolis plenum est. [σοφιστικός. Gall. *Plein de tromperie, ... deceur.* Ital. *Captioso.* Germ. Betrüglich / voll list und betrug. Hisp. *Engannoso, e con assechança.* Pol. *Chytry.* Vng. *Tjalard.* Ang. *That deceiveth and is guilefull.*] Gell. Non esse captiosis quæstionibus respondendum. Cic. pro Quint. Rosc. Quo nihil captiosius, neque indignius dici potest.

Captiosè, adverb. Vafrè, callidè, argutè. [... δολιως. Gall. *Finement, trompeusement, par finesse & tromperie.* Ital. *Ingannevolmente astutamente.* Ger. Betrüglich / durch list. Hisp. *Engannosamente.* Pol. *Zdradliwie, chytrze.* Vnga. *Tjalárdul, álnokul.* Angl. *Deceitfullie.*] Cic. 4. Acad. Si me, *inquit,* antè sustinebo, nec diutiùs captiosè, interroganti respondebo.

Captivus, m. f. Qui in bello captus est, & in hostium potestate detinetur. [שבוי *shabui.* αἰχμάλωτος. Gall. *Captif, prins des ennemis.* Ital. *Captivo, prigione.* Germ. Ein gefangener. Belg. Een ghevangnet. Hisp. *Captivo, prisionero.* Pol. *Poimaniec.* Vng. *Fogoly, rab.* Angl. *Captive, taken in warre, a prisoner.*] Cic. 8 Philip. Diutiùs servitutem perpessi sumus, quàm captivi frugi & diligentes solent. Virg. 9. Aeneid. Prætereà bis sex genitor lectissima matrum Corpora, captivosq; dabit. ❡ Captivus sanguis, pro captivorum. Virg. 10. Aeneid. Captivoq; rogi perfundat sanguine flammas. Et Aeneid. 2.–captivaque vestis Congeritur. pro captivorum & est nota locutio. Servius.

Captivitas, f. t. Ipsa detentio. [שבי *shebi.* αἰχμαλωσία Gal. *Captivité, servitude aux ennemis.* Ital. *Cattivita.* Ger. Gefängnuß. Hisp. *Captiv-*

Cap:tividad. Pol *Poiecpie.* Vngar. *Rabság fogság* Ang. *Captivitie.*] Tacitus: Quocunque oculos Romanus inteoderet, captivitatem, clademq. & dira omnia oculis observari.

Căpto, act. p. frequĕtativum à Capio: licet à primitivi significatione nonnihil desciscat. [*pitáh* [illegible] *hissigh.* [illegible] Gall. *Guetter & tascher a prendre, cercher le moyen d'avoir quelquechose.* Ital. *Cercar via & modo da pigliar per inganno.* Germ. Mit begier nemmen/einem ding nachstellen. Belg. Na eentich dinck staen. Hisp. *Affechar para tomar.* Pol. *Podchwicham, zalapiam.* Vngar. *Hizelkedéssel valami után sindókodom,* Ang *To endevore to get or tak.*] Idem est quod blanditiis & illecebris aliquid venor: ut, Hic obsequendo captat auram & popularem. Cic. in Pis. Ioania sunt ista, mihi crede, delectamenta penè puerorum, captare plausus, vehi per urbem, conspici velle. Martial. Capto tuam (pudet heu) sed capto, Maxime, cœnam: Tu captas alias: jam sumus ergo pares. ¶ Aliquando Captare, est conari, decipere. [illegible] Terent. in Hecyr. Injurium est autē ulcisci adversarios aut qua via captent te illi, eadem ipsos capi? Martial. lib 9: Dum me captares, mittebas munera nobis, Postquam cepisti, das mihi Ruse nihil. ¶ A Capto rursus deducitur Captito, aliud frequentativum.

Căptātio, f. t. Venatio. [[illegible] Gall. *Le soin ou guet ou pour-chas qu'on fait avant quelque chose.* Ital. *Lusinghe, piacevolezze fatte per aver qualche cosa.* German. Das laustern etwas zu uberkommen. Hisp. *Affechanca.* Pol. *Lowienie lapanie.* Vng. *Hizelkedéssel való sindókodás.* Ang. *A diligent going abont or enacting to tak orget.*] Plin in Procem. li. 14: Postquam cœpit esse captatio in quæstu fertilissimo. ¶ Item ponitur pro nimia verborum exquirendorum diligentia. Cic. in part. Et illam disputandi prudentiam concertatio, captatioq; verborum imitatur.

Căptātŏr, m. t. Venator. [*mephatteh* [illegible] *massigh* [illegible] Gall. *Pourchassant & faussant le guet pour avoir quelque chose, amadoueur.* Ital. *Chi lusingha, adulatore per haver qualche cosa.* Germ. Ein nachjager eines dings Hisp. *Affechador para tomar algo.* Polon. *Lowiec myslowiec,* Vng *Fogó, fogdosó, vadász.* Ang. *He which a bout to get or tak any thing.*] Cicer. Captator ille popularis auræ. ¶ Et pro hæredipeta & inescatore senum orborum, quibus blanditur ut sibi hæreditas aut quidvis aliud relinquatur. Iuvenal. Sat. 10: Vbi adeò gravis uxori, natisq; se, sibique. Vt captatori moveat fastidia Cosso.

Căptātŏrius, a, um: [[illegible] Gall. *Frauduleux deceveur* Ital. *Fraudolente.* Germ. Des betrüglichen nachstellung zugehörig. Hispan. *Enganoso.* Polon *Chytry lowiec.* Vng *Hizelkedéssel sindókodó.* Ang. *Guileful, deceitfull.*] ut Captatoriæ scripturæ, & captatoriæ institutiones: id est, adulatoriæ, ut interpretatur Papinianus & Cajus Iurisconsulti: quæ scilicet ideo factæ sunt ut vicissim hæres scribaris, aut saltem legatum consequaris ab eo quem instituisti. Nam Captare, propriè est illecebris, donis, obsequio, & majorum spe aliquid aucupari.

Căpesso, is, ivi, itum, secundum Priscianum, verbum activum, Idem quod capio, sive ad capiendum eo. [*lakách.* [illegible] Gall. *Prendre, empoigner.* Ital. *Capere, pigliare.* German. Annemmen/ergreiffen. Belg Nemen/ontfangen. Hisp. *Tomar.* Pol *Biore, przyimuie.* Vng. *Fogadom.* Ang. *To tak or receave, to tak in hande.*] Salust. lib 2. Histor. Diversa, uti solet, rebus perditis capessivit. Livius lib. 21. Ergo ut segregeret pugnam, capessit fugam. Similiter Apuleius: Dum simul illi & gratias agerē, & dona capesserem. ¶ Virgilius posuit pro Exequendū suscipio mihi jussa capessere fas est. Cic. 1. Offic Capessere Remp. [illegible] i. Administrare, gubernare: defendere. Salust. Expergiscimini aliquādo, & capessite Rempub. ¶ Plaut. in Asin. pro immitto, recipio. Quò magis te in altum capessis, tàm æstus te in portum refert. Idem in Amphit. Nunc pergam hera imperium exequi, & me domum capessam. Cic. ad Attic lib. 10: Melitam capessamus: id est, proficiscamur.

Căpax, acis, om. t. Quod capit, seu cōtinet, aut continere potest. [*cholél* [illegible] *rachab* [illegible] *mechil.* [illegible] Gall *Capable, contenant.* Ital. *Capace.* German Fähig/Das etwas fassen oder begreiffen mag. Belg Begrypende/amemente/vattende. Hispan. *Cosa en que mucho cabe.* Polon. *Latwi da pojecia, szeroky.* Vngar. *Bw* Ang. *Able at apt to holde take or receave.*] Plin. lib. 10. c. 33: Hirundines utero capaci. Idem lib. 12. c. 1. Capax quindecim convivarum triclinium. Cicer. in Orator. Tamen non semper implet aures meas, ita sunt avidæ, & capaces, & semper aliquid immensum, infinitumq; desyderant.

Căpācitas, tatis, f. t. Spatium capiendi.] *ráchab* [illegible] *merchāb.* [illegible] Gall. *Capacité grandeur de lieu où il peut entrer beaucoup de choses.* Ital. *Capacità.* German. Weite/das etwas fassen mag Hisp. *Aquella capacidad de caber.* Pol. *Szerokosci.* Vng. *Bwseg.* Angl. *Capacitie, exstinesse or apinesse in receaving.*] Cicer. 1. Tusc. Verum capacitatem aliquam in animo putamus esse, quo tanquam in aliquod vas, ea quæ meminimus infundantur?

Căpis, idis, f. t. [[illegible] German. Ein gattung eines Trinckgeschirrs/daraus viel geht Pol. *Kubek szeroki.* Vng. *Kés sintó pohár, szeles nyelu edény*] Poculi genus in sacris usitatum est à capiendo. Liv. lib. 10 ab Vrbe: Qui Iovis Opt. Maxim. ornatu decoratus, curru aurato per urbem vectus in Capitolium ascenderit, si conspiciatur cum capide & lituo, capite velato victimam cædat.

Căpistĕrium. n. s. Genus vasis rustici, quod tamen (ut Georgius Merula inquit) Scaphisterium melius dicitur. [[illegible] Germ. Ein Wañ/sib oder reyteren. Pol. *Naliewka do czerpania.* Vng. *Tekenő.*] Colum. lib. 2. c. 9: Quicquid exteretur, capisterio expurgandum erit: & semper quod propter magnitudinem ac pondus in imo subsederit, ad semen reservandum.

Căpistrum, Capistro, capistras, Vide CAPVT.

Căpitātus, Capitellum, Capitium, Capito, Capitulatum, Capitulatim, Capitulum, Vide CAPVT.

Căpnĭas, [illegible], Gemma est ex Iaspidum generibus, quodam veluti fumo infecta, unde & nomen accepit. Plin. l. 37. c. 9.

Căpnĭon, Vide CAPNOS.

Capnitis, [[illegible] Pol. *Polnaruta.*] Herba est eadem cum fumo terræ. ¶ Est item Capnitis Cadmiæ species tenuissima, quæ è fornacibus flamma atque flatu egesta, cameris, lateribusque fornacum adhæret. Vide Plin l. 34. c. 10.

Căpnŏs, [*hasсhán.* [illegible] Gall. *Fumee.* Ital. *Fumo.* Germ. Ein rauch. Hisp *Humo.* Pol. *Para, Dim* Vngar. *Füst.* Angl. *Smoke.*] Fumus. Hinc [illegible], dicta sunt ligna sicca, quæ sine fumo ardent. Et, Vinum Capnias, [illegible]: hoc est, fumosum. ¶ Capnos etiam, sive Capnion, [illegible], Dioscoridi. Herba est, quæ & fumus terræ vocatur: nascitur in segete hordeacea. [Germ. Erdrauch oder tote taubenkröpflin.] Hæc lachrymas ut fumus provocat. Plin. l 16 c. 7. & l. 25 c. 13.

Căpnŏmantia, [illegible], Divinationis genus quod fiebat ex fumi dissectione, qui è thure in ara accenso emanabat Qui verò hoc augurii genere utebantur, Capnomantes dicti sunt.

Capo, Vide CAPVS.

Căppa, [illegible], Nomen literæ Græcæ, pro qua Latini utuntur c. Græci (ut Suidas docet) quum malum hominem volunt proverbio signare, unum cappa: quum pejorem duo: quum pessimum, tria habere cappa dixerunt, volentes eum intelligi esse Cretensem, Cilica, Cappadoca: qui singularis fuisse improbitatis existimantur. Vide Erasmum in proverbio: Tria [illegible] pessima, [illegible].

Cappăris, pen. corr f. t. [[illegible] Gall. *Des capres.* Ital. *Cappari.* Ger. Kappern. Belg. Cappers Hispan. *Alcaparra.* Pol. *Kappary.* Vngar. *Káporna.*] Frutex est firmioris ligni, sentieosus, & humilis, baccis oleæ, sed minoribus, quibus fatiscentibus emicat flos roseus, candidus, odoratusque: qui postquam decidit, glans exuberat oblonga, seminis acinosi plena. Nascitur præcipuè in parietinis: hoc est, muris veteribus, & splenetici prodest: seritur quoq; in locis siccis, area circumfossa parieteq; ex lapidibus circumducto, ne latiùs evagata, steriles reddat agros. Flos & baccæ in ciborum condimentis laudantur, eo quòd & appetentiam excitent, & lienem laxent, & pituitam per alvum exigant. Colum Capparis, & tristes inulæ, ferulæq; minaces. ¶ Dicitur & Cappar. Pallad. Hoc mense mentha & pastinaca, thymum, & origanum, & cappar.

Căprĭcornus, m. s. [[illegible] Gall. *Capricorne, une figure au ciel de vingt estoiles.* Ital. *Capricorno.* Germ. Ein Steinbock. Hispan. *Vn signo del cielo.* Pol. *Koziorozec.* Vngar. *Bak, egbeli egy.* Angl. *Capricorne, a signe in heaven.*] Cœleste signum, quod Pana fuisse existimant, qui in Aegypto repentino adventu Typhonis gigantis perterritus, posteriorem partem in effigiem piscis, priorem verò in formam hirci commutavit: cujus ingenium admiratus Iovem, ferunt hanc figuram in cœlum transtulisse. ¶ Alii volunt Capricornum Iovis fuisse collactaneum. Amalthea enim, cui Iupiter nutriendus datus erat, quum ipsa lac non haberet, aluit eum lacte capræ, quæ duos habebat hœdos, quos Iupiter unà cum matre in cœlum transtulit. Stellam habet in naso unam, in pectore duas, in pede duas, inter scapulas septem, in ventre sex, in cauda duas. Cicer. 2. de Nat. deor. Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans Corpore semifero magno Capricornus in orbe

Căprĭficus, ci, penult. prod. Ficus est ex sylvestrium genere, nunquam maturescens: sed quod ipsa non habet, aliis tribuens. [[illegible] Gall *Figuier sauvage.* Ital. *Ficaia selvatica.* Germ Ein wilder feigenbaum. Belg Een wilde vijgeboom. Hispan. *Cabrahigo.* Pol. *Fik we drzewo plone.* Vngar. *Vad füge fa, vad füge.* Angl. *A wilde figge tree.*] Gignit enim culices, qui ad ficus alias advolātes ipsis maturitatem conferunt. Vide Plin. l. 15. c. 19. Dictam autē volunt Caprificum à carpendo, quòd parietes & maceries, atque adeò saxa ipsa sibi obstantia discerpat. Mart. Marmora Messalæ scindit caprificus.

Căprĭfĭcāri. [Germ Ein wilden Feigenbaum zam machen. Angl *To husband or dresse wilde figge trees.*] Ficuum proprium est, quum culices ex caprifici fructu (quas Grossos appellant) ad ipsas advolantes, lacteum humorem in eis contentum absumunt, easq; ad maturitatē perducunt. [illegible]. Plin. l. 16. c. 27: In Cea insula caprifici triferæ sunt. Primo fœtu sequens evocatur, sequenti tertius: hoc fici caprificantur.

Castĕllum, n. f. diminut. à Castro, Parvus vicus muris circundatus. [ἐπιτείχισμα, φρούριον, πολίχνη. Gall. *Petit chasteau, forte place, bourg*. Ital. *Castello*. Germ. Ein Castell / ein kleiner Flecl vmbmauret. Hisp. *Castillo*. Pol. *Miasteczko murem obtoczone*. Vnga. *Kastelyocska*. Angl. *A litle castell, or tower*.] Cic. pro Cec. Ecce ipse Eburius in castellum venit. Cæs. bell. Gall. l. 2: Cunctis oppidis, castellisq; defectis. Dicebantur etiam Castella, quædam in aquæ ductibus receptacula, ex quibus ad omnes viarum anfractus, aqua per uncias & digitos dividebatur. Frontinus: Omne plumbū & omnes impensæ ad aquæ ductus, & castella, & lacus pertinentes, inde erogantur. ¶ Qui autem ejusmodi castellis præerant, castellarii dicti sunt.

Castĕllānŭs, a, um, quod ad castellum pertinet. [Gall. *De chasteau*. Ital. *Cosa de Castello*. Ger. Das zu dem Castell gehört. Hisp. *Cosa de castillo ò villa*. Pol. *Domiasteczka przynależący*. Vng. *Kastélhoz valo, kastélyos*. Angl. *Perteining to an castell*.] ut, Castellanus triumphus: id est, de castello capto actus. Cic. de Clar. Orat. Malim mihi L. Crassi unam pro M. Curio dictionem, quam castellanos triumphos duos.

Castĕllānī, dicti qui castellum habitant. [κωμῆται. Gal. *Qui demeurent au chasteau, ou qui en ont la charge*. Ital. *Habitatori de castelli*. German. Die in Bürgen wohnen / Burgvögt / Schloßherrn. Hisp. *Los que moran en los castillos, ò que los gardan*. Polon. *Obronli miasta, ludzie mieszkający nad miastem*. Vngar. *Kastélyos, kastélybalako, por kolah*. Angl. *That dwelleth in à castel and hath the charge of it*.] Livius 4. de bell. Maced. Decem millia populacium cum castellanis agrestibus in armis habuit. Salust. in Iugurt. Iter castellanorum angustum, undiq; præcisum. Dicti autem sunt Castellani à castello ea forma, qua ab oppido Oppidani, & à Vico vicani. Est & castellanus, qui castelli curam & defensionem suscipit, φρούραρχος.

Castĕllātim, adverb. quasi enematim per castella. [κατὰ φρούρια. Gall. *De chasteau en chasteau*. Ital. *Di castello in castello*. Germ. Von einer Burg oder Veste zu der andern. Hispan. *De castillo en castillo, de villa en villa*. Pol. *Od iednego miasteczka do drugiego*. Vng. *Kastélyonként*. Ang. *Frome castell to castell*.] Liv. l. b. 7: Vt hostes, & nocturno pavore attonitos, & circa collem castellatim dissipatos aggrederentur.

Castrāmĕtor, penult. prod. Castra loco, sive pono. [חנה *chanáh*. στρατοπεδεύω. Gall. *Camper, asseoir le camp*. Ital. *Accampare, attendare*. Germ. Das Läger schlahen. Belg. Een n Lager slaen. Hisp. *Assentar real*. Polon. *Namioty kłade, obozem stanąć*. Vngar. *Tabort ütök*. Angl. *To pitch the camp*.] Livius 9. ab Vrbe: Eo consules cum valido exercitu venerunt: & primò circa saltus, quum utrinque ad hostem iniqua via esset, cunctati, castrametatique sunt.

Castrēnsĭs, & hoc castrense, om. t. quod ad castra pertinet. [τὸ τῶν στρατοπέδων. Gall. *Du camp, des appertenances du camp*. Ital. *Cosa di campo*. Germ. Das zu dem Läger gehört. Hispan. *Cosa de real ò de la hueste*. Pol. *Do naminotow przynależący*. Vng. *Tabori, táborhoz valo*. Angl *Perteining to the campe*.] Vnde Castrenses vigiliæ, quæ castris disponuntur. ¶ Castrense peculium, est quod à parentibus vel cognatis in militia agenti donatum est, vel quod ipse filiusfamilias in militia acquisivit: quod nisi militaret, non acquisiturus fuisset. ¶ Et Castrensia bona dicuntur, quæ licet in militia filiofamilias non acquiruntur, ita tamen fiunt ipsius ac si acquisita in militia fuissent: ut sunt ea quæ ex officiis acquiruntur. ¶ Ordo castrensis, qui in castris servatur pro uniuscujusq; officio. Milites enim Centurioni parebant, Centuriones Tribuno, Tribunus legato, Legatus Consuli, & Magister equitum Dictatori.

Castŭlă, læ, f. p. Palliolum quo puellæ nudæ infra papillas præcingebantur. Varro: Castulam mulier sumpserat pro succula. Hæc & ὑπόζωμα, & præcinctorium appellatur. [Pol. *Cuasmocha*. Vng. *Pendelye, ing kebél*.]

Castŭs, a, um, Purus, continens, & à libidinis labe immunis. [טהור *tahór* נקי *naki*. ἁγνός, σώφρων. Gall. *Caste, qui n'est point corrompu*. Ital. *Casto, immaculato*. Germ. Keusch / rein / züchtig. Belg. Kuysch / suyver. Hisp. *Casto ò religioso*. Polon. *Czysty, nugamratny*. Vngar. *Szemérmes, tiszta* Ang. *chaste, not corrupted, nor decomed*.] Plant. in Pœnul. Eo fumus gnatæ fece: ut doceat nos esse à culpa castas. Virgil. 2. Georg. Casta pudicitiam servat domus. Vnde dicimus uxorem castam, & castum cantum in quo nihil est lascivæ: & castam manum, quæ se ab alienis continet. ¶ Item pro pio & religioso. Virgil. 5. Aeneid. Quique sacerdotes casti, dum vita maneret. Vbi servius: casti dum vita maneret: Id est, qui fuerunt casti dum in communione vitæ versarentur: Nam hi qui sacra maxima accipiebant, renuntiabant omnibus rebus, nec ulla in his nisi numinum cura remanebat. Herbis etiam quibusdam emasculabantur: unde jam coire non poterant.

Castus, hujus castus, per quartā declinationem, castitas. [Vng. *Szemérmesség*. Ang. *Chastenesse*.] Varr. & religiones & castus id possunt, ut ex periculo eripiant nostro.

Castē, castiùs, castissimè, Pudicè, cōtinenter, abstinenter. [ἁγνῶς. Gall. *Chastement, purement*. Ital. & Hisp. *Castamente*. Ger. Keuschlich / züchtiglich. Pol. *Powciagliwie, niegamratliwie*. Vng. *Szemérmesen, tisztán*. Angl. *Castelie, without corruption of the bodie*.] Cic. pro lege Manil. Castè, integreq; versatus est labor meus in privatorum periculis. Idem de Arusp. respon. Quod quum Dejotarus religione sua castissimè tueretur.

Castĭtās, f. t. Castimonia, virginitas. [טהרה *taharáh* נקיון *nikkaión*. σωφροσύνη, ἁγνεία. Gall. *Chasteté*. Ital. *Castitade, pudicitia*. Ger. Keuschheit / reinigkeit / zucht. Hispan. *Castidad*. Pol. *Czystość*. Vngar. *Szemérmesség, tisztaság*. Angl. *Castitie, singlenesse of life*.] Cic. 2. de Leg. Et colendæ virgines præsint, ut advigiletur faciliùs aut custodiam ignis & sentiant mulieres in natura fœminarum omnem castitatem pati.

Castĭmōnĭă, f. p. Castitudo, castitas. [ἁγνεία. Vng. *Szemérmesség tisztaság*.] Liv. l. 9. bel. Maced. Decem dierum castimonia opus esse. Accius: Ibi fas ibi cunctam antiquam castitudinem.

Castĭfĭcus, a, um. [ἁγνοποιός. Vng. *Tisztaváló, szemérmes*.] Seneca in Hippol. Expelle facinus mente castifica horridum: id est, quæ facit castum.

Cătăbăsis, κατάβασις. Inferior Solis meatus, vel descensus.

Cătachresis, pen. c. cod. f. t. κατάχρησις, Tropus, quem nos *Abusionem*, vel *usurpationem* dicimus, quum alienis abutimur perinde ac propriis, quum propria deficiunt: ut, quum piscinam dicimus pro natatione, in qua nulli sunt pisces. Simile est illud: faciesq; simillima lauro: nam facies propriè hominis est. Dicta Catachresis παρὰ τὸ καταχρῆσθαι, quod est abuti.

Cătăclĭstă, [κατάκλειστα. Pol. *Serdak*. Vng. *Merőfoho*. Ang. *A garment close round about, a frocke*.] Vestis undique clausa, dicta à verbo κατακλείω id est, undiq; claudo.

Cătăclysmus, m. f. [מבול *Mabbúl*. κατακλυσμός. Gall. *Deluge d'eau*. Ital. *Diluvio*. German. Ein grosser Wasserfluß wie der Sündfluß / vberschwall deß Wassers. Hispan. *Diluuio, rebossadura*. Pol. *Potop, rozlanie wody*. Vng. *Vízözön*. Angl. *A deluge a floude*.] Diluvium & inundatio dicitur Varr. 3 de Re rust. cap. 1: Thebæ, quæ ante cataclysmum Ogygi conditæ dicuntur. Frequens est cataclysmi mentio apud veteres philosophos. Illi enim magnum quendam annum imaginabantur, cujus hyems esset Cataclysmus: Ecpyrosis vero æstas.

Cătăcrĭsis. [דין *din* משפט *mishpát*. κατάκρισις. Gall. *Condemnation*. Ital *Condennaggione*. Ger. Verdamnuß. Hispan. *Condenacion*. Polon. *Ossądzenie, wirok*. Vng. *Kárhoztatas*. Ang *Condemnation*.] Condemnatio decretum, sanctio: à verbo Græco κατακρίνω, quod est condamno, statuo, sancio. Vtitur hac voce Cic. in Ep. ad Attic.

Cătădrŏmŭs, penult. corrept. Decursorium, locus in quo equi decurrunt. [κατάδρομος. Gall. *Lice, espace à courir*. Ital. *Vn luogo ò piazza da correre*. Germ. Ein Lauff oder Rennplatz. Hispan. *Carrera ò lugar donde corren*. Polo *Miesce dosiegania*. Vng. *Pállyafuto hely*. Angl. *A place where horses run in*.] παρὰ τὸ κατατρέχειν enim decurro. Sueton. in Ner. Notissimus eques Romanus elephanto supersedens, per catadromum decurrit: id est, per stadium, in quo equites decurrere solebant imaginario prælio: ut fit sæpe in Gallia principe spectante: *Licias* vocant. ¶ Est etiam, teste Vitruvio, machinæ genus hoc nomine, qua architecti utuntur ad sublevanda vel demittenda onera. quæ apud Iurisconsultos Catadromus γέρανος vocatur, quasi dicas Decursorium gruis, à figura fortassis, quòd collum haberet extensum more gruis: quales machinas etiam hodie videmus in maritimis emporiis, ad exoneranda navigia accommodatas, quas etiam hodie

hodie Græci vocamus. ¶ Fuit & alius catadromi usus, cujus meminit Iulius Pollux lib 4. cap. 19. quum ex sublimi theatri parte per machinam quis dilapsus aliquem rapit, & secum sursum asportabat: quum Aurora Memnonem rapiebat, aut Iupiter Ganymedem, aut Diana Endymionem. De hoc machinæ genere videntur intelligenda esse verba Pauli Iurisconsulti, lege penultimâ, de actionibus empti.

Catagnomicum, n. s. Est signum ex quo cognoscitur effectus interiorum & exteriorum.

Catagraphe, [illegible], Futuræ picturæ delineatio est, quam & Descriptionem vocant Latini. ¶ Catagrapha autem in picturis obliquæ imagines dicuntur, ex uno tantùm latere sese ostendentes, interprete Plin. l. 35. c. 8.

Catalecticum, metrum, [illegible], Dicitur cui una tantùm deest syllaba, ut apud Horatium, Mea renidet in domo lacunar. Est enim senarium iambicum perfectum, unâ syllabâ minus. Acatalecticum, [illegible], dicitur quod legitimo fine clauditur, cuique ad perfectionem nihil deest, ut, Nec fonte labra prolui caballino. Est enim iambicum senarium perfectum.

Catalepsis, f. t. [illegible], Occupatio, comprehensio, cognitio. Cic. 4. Acad. & lib. [illegible] de Finibus: Cognitiones autem, vel si hæc verba aut minùs placent, aut minùs intelliguntur, [illegible] appellemus licet. ¶ Est præterea Catalepsis medicis, affectus cerebri, & potissimum posterioris ejus partis, procedens ab humoribus frigidis, cerebri ventres præcipuè posteriores, occupantibus, respiratione tamen integra manente, oculisque ut in vigilia apertis.

Catalogus, m. s. [illegible] Gall. Vn role ou rolles. Ital. Catalogo, [illegible]. German. Ein Register/ein Rodel. Belg. Een rolle oft namen register. Hispan. Manicula de se escriven mucho. Pol. Katalog, [illegible]. Vng. Lastrom. Ang. A roll or bill of names.] Sermo vel scriptura quæ numerum vel ordinem recenset. Plautus in Milite: Si minus cum curâ, aut catalogo loquendi lectum fiet. ¶ Vltra catalogum vivere, [illegible]. Id est dicebatur, qui multum ætatis viveret, ut jam præscriptum aliorum [illegible] numerum præteriisse videretur. Est, ni fallor, apud Lucianum. Refertur à Suida.

Catamidiare, act. p. Verbum Græcum est, ad Latinam declinationem deflexum, quo, labescente jam tum linguæ Latinæ puritate, nonnulli usi sunt pro deridere. [[illegible]. Gall. Infamer quelqu'un publiquement. Ital. Beffare, dileggiare. German. Einem ein essent schand/ spott oder schmach anthun. Hisp. Poner a la verguença. Pol. [illegible]. Vng. [illegible]. Angl. To mock, to scorne, to defame.] Spartianus de constitutionibus Adriani loquens: Decoctores bonorum suorum, si suæ autoritatis essent, catamidiari in amphitheatro, & dimitti jussit: id est, deridendos omnibus, per theatrum præberi: à Græco [illegible], quod deridere & ludibrio habere significat. Vnde id propemodum ludibrii genus esse suspicor, quo polygami afficiuntur: id est, qui multis uxoribus abutuntur, quum in scalario suggestu lascivientis plebeculæ scurrilitates obaudire perfrictâ fronte ad aliquot horas coguntur: [illegible] id appellant. Cui non dissimile est illud, quod Traducere Latinè dicitur. Budæus.

Catamitus, m. s. Puer meritorius. [[illegible] kedhesch.] [illegible] Græci mercedem dicunt, quasi [illegible], id est, pro pretio. Cic. 2. Philipp. O hominem nequam! quid enim aliud dicam? magis propriè nihil possum dicere. Ergo ut te catamitum nec inopinatò quum ostendisses, præter spem mulier aspiceret. Ausonius: Aut Iovis Elysii tu catamitus eris.

Catanance, [illegible] Dioscoridi, Herba est, qua ad amorem veneficia Thessalæ mulieres utebantur: unde & Thessalam herbam nonnulli appellarunt. ¶ Gesneri judicio, limonium veterum. [Pol. [illegible].] Ejus duo sunt genera. Alterum folia habet longa, cornicis pedi similia, radicem gracilem, junceamque: capitula autem sex aut septem, in quibus ervo simile semen est, quod quum siccatur, ad speciem unguium exanimati milvi contrahitur. Alterum exigui mali magnitudinem habet, radicem autem exiguam, olivæ magnitudine: folia autem figurâ coloreque oleaginis similia. Posterius hoc genus Officinæ [illegible] appellarunt: nam superius Herbariis nostris est incognitum.

Catangelos, Rubus apud Dioscor. lib. 4. cap. 147.

Catanchusa, Idem quod Anchusa apud Diosc. lib. 4. cap. 26.

Cataphysis, [illegible], Herba est publicaris, quæ Psyllion Dioscoridi dicitur. Est autem ex iis nomenclaturis, quæ veluti nothæ à doctioribus ex Dioscoride abjectæ sunt.

Cataphractus, m. s. [[illegible] [illegible]. Gall. Gendarme armé de toutes pieces. Ital. Armato d'ogni parte. German. Allenthalben mit wehr und waffen wol bewart/ein Kürisser. Belg. Rontom bewaert oft ghebarnascht. Hispan. Hombre armada de todo. Pol. [illegible]. Vngar. [illegible]. Ang. A man of warre armed on all partes.] Vndique munitus, à verbo Græco [illegible], quod est obsepio, & munio. Vnde Cataphractæ naves dicuntur, quas nos constratas, aut tectas dicimus. Servius 11. Aeneid. Cataphracti equites, qui & ferro muniti sunt, & equos similiter ita munitos habent. Salustius: Et sequebantur equites cataphracti. ¶ Est etiam Cataphracta, [illegible], lorica, sive thorax militaris. Vnde Vegetius scribit exercitum Romanum pedestrem cataphractis & galeis fuisse munitum. ¶ Et Livius libro 37. Pedites loricatos cataphractos vocat.

Cataphractarii, qui cataphractis muniti sunt. Lamprid. de Alexandro: Cataphractarios, quos illi clibanarios vocant, decem millia in bello interemimus.

Cataplasma, atis. n. t. [[illegible]. Gall. Emplastre. Ital. Empiastro. Germ. Ein Pflaster. Belg. Een Cataplasme/plaester. Hisp. Emplastro. Pol. Plastr. Vngar. [illegible]. Ang. A Plaister made of grene hearbes.] Malagma quod constat ex floribus, eorumque surculis, & axungiâ. Plin. lib. 20. cap. 16 Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplasma imposuit cum opio.

Catapotia, n. s. [[illegible]. Gal. Pillules & autres medecines qu'on avale sans mascher. Ital. Pilole. Germ. Pillulen/oder andere Artzney die man isst oder trinckt. Belg. Pillen. Hisp. Pildoras que se tragan. Pol. Pigulki, [illegible]. Vng. Pilula. Ang. Pilles.] Pilulæ dicuntur, [illegible], quod est devorare, vel bibere propriè: quoniam neq; editur, neq; lingitur id genus, sed devoratur. Plin. lib. [illegible]. Est & semen in usu cum melle decoctum ad catapotia [illegible] vendæ alvi gratiâ.

Catapyxis, Cicuta apud Dioscor. lib. [illegible] cap. 8.

Catapulta, æ. f. p. [[illegible]. German. Ein Armbrust oder Kriegerüstung in die weite zu schiessen [illegible]. Pol. [illegible]. Vng. [illegible]. Angl. A sling, an engin [illegible] darter.] Machina bellica, qua tela, aut saxa excuti solent. Plaut. in Curc. Atq; ita te nervo torquebo, ut catapultæ solent. Cæs. 2. bell. Civil. Centones insuper injecerunt, ne aut tela tormentis emissa tabulationem perfringerent, aut saxa ex catapultis lateritium discuterent.

Catapultarium pilum: hoc est, sagitta, sive jaculum, quod catapulta emittitur. [Vng. [illegible].] Plaut. Curcul. Ex te hodie faciam pilum catapultarium.

Cataracta, f. p. sive Cataractes, sive etiam geminato r, Catarracta, vel Catarractas [[illegible] [illegible]. Germ. Ein gäh fallend Wasser das oben herab schiesst. Pol. [illegible]. Vng. [illegible]. Angl. A dammer [illegible].] Locus est abruptus, & præceps in flumine, unde aqua ruit potiùs quàm fluit. Plin. lib. 5. cap. 9. de Nilo flumine: Vectus aquis properantibus ad locum Aethiopum, qui Catadupi vocantur, novissimo cataracte inter occursantes scopulos, non fluere immenso fragore creditur, sed ruere. Dictæ autem sunt Cataractæ à verbo Græco [illegible], sive [illegible], quod inter cætera significat, cum impetu decido. ¶ Dicuntur item Cataractæ portæ quædam ex funibus aut catenis pendentes, quæ attolli, & demitti possunt, cujusmodi in urbium portis videmus, ad hostium irruptionem propulsandam accommodatæ: [illegible] in fluminibus quibusdam emittendæ, vel retinendæ aquæ idoneas. [Gall. La herse ou le gril de la porte d'une ville qu'on monte & laisse on cheoir quand on veut. Ital. Le saracinesche delle porte [illegible]. Germ. Ein schutzgatter den man auffzicht und hinab lest. Belg. Een valpoorte, oft valdeure, [illegible]. Hispan. La compuerta de la ciudad o fortaleza. Pol. [illegible]. Vngar. [illegible].] Livius: Pendulas & recidenteis portas cataractas. Idem: Porta cataracta dejecta clausa erat: eam partim vectibus levant, partim funibus subducunt in tantum altitudinis, ut subire recti possent. ¶ Est item Catarractes, Pamphyliæ fluvius post Olbiam, ita dictus, quòd magno cum impetu defluit. Strab. lib. 14. Post Olbiam est qui Catarractes appellatur, amnis magnus, & torrentis more rapidus ab alta petra descendens, adeò ut longissimè strepitus exaudiatur. Meminit hujus fluvii & Pomponius Mela lib. 1, in descriptione Pamphyliæ. ¶ Sunt præterea Cataractæ, aves quædam fulicis similes, sed deauratæ, oculosque habentes coloris ignei, cætero corpore candido, quæ nusquam terrarum apparent, nisi in insula Apuliæ adjacente, Diomedis tumulo nobili: ubi & advenas Barbaros clangore infestant, Græcis tantùm adulantur, miro discrimine, veluti genti Diomedis hoc tribuentes. Vnde plura de iis apud Plin. lib. 10. c. 44.

Catarrhus, m. s. Fluxus, destillatio. [[illegible]. Gall. Reume, catarrhe. Ital. Catarro, [illegible]. German. Ein [illegible] fluss des haupts so in dem schlund hinab fallet oder plubset oder schnuppen. Belg. Den [illegible] catarrhe, [illegible]. Hispan. Romadizo. Pol. [illegible]. Vngar. [illegible]. Ang. Destillation of humours into the throat, the catarrhe.] Differt à Coryza, & Brancho: [illegible] enim dicitur, quum pituita nares tantùm obsidet, Gravedo Latinè dicta: Catarrhus verò, quum fauceis, palatumque: at [illegible] quum & guttur, & arteria corripitur ob id & Arteriacum quandoque id vitium appellant. Omnia hæc tamen Hippocrates Coryzas vocat, nostri Destillationes, quia Græci [illegible] nominant in commune. Dictus est autem Catarrhus à [illegible], defluo, destillo.

Catarrhytus [[illegible] [illegible]. Gall. Baigné, arrousé. Ital. Bagnato, acquoso. German. Gewässeret/befeuchtiget. Hisp. Regado. Polon. [illegible]. Vngar. [illegible]. Ang. Watered, moistie.] Latinè Irriguus, à verbo Græco [illegible]. Vnde etiam Plin. lib. 5. cap. 4. Hipponem Africæ oppidum Catarrhytum vocatum fuisse tradit propter aquarum irrigua.

Catascopium, n. s. [[illegible]. Gall. Vn brigantin, petit navire pour espier & descouvrir pays. Ital. Fregata. German. Ein Spehschifflin. Belg. Een verspiede schip/een fuste/oft bergantiin. Hisp. Nave para atalayar. Polon. Lodka, [illegible]. Vngar. [illegible]. Angl. A brigantine, or barke.] Genus navigii exploratorii, quòd circunquaq; speculetur. Cicer. ad Att. [illegible] Rhodio-

rium, & dicrota Mitylenæorum habebam, & alind [illegible].

Cătăscŏpŭs, [מרגל meragghél. κατάσκοπος. Gall. *Espie, espion.* Ital. *Spia, spione.* German. Ein Außspäher. Hispan. *Atalaya, varon que atalaya.* Pol. *Speg[illegible]* Vngar. [illegible] Angl. *An espier.*] Latinè speculator. Est enim κατὰ τῆς specularis.

Cătăstă, [κατάστασις] Germ. Ein ort da man die knecht verkaufft: item, ein Stock oder Gefengknus der Knechten. Angl. *A cage or jell to punish bond servants.*] Lucian. Locus erat ubi venales servi exponebantur, à καθίστασθαι verbo Græco, quod significat statuo, colloco. Tibull. lib. 2. Eleg. 3:

> Nota loquor; regnum ipse tenet, quem sæpè coëgit
> Barbara gypsatos ferre catasta pedes.

¶ Est & Catasta machina lignea, longæ & magnæ compedis formâ, qua servi vincti tenebantur. Plin. lib. 35. cap. 18: Talem in catastâ videre Chrysogonum Syllæ.

Cătāstrōmă, n. t. [κατάστρωμα. Polon. *Burta.* Angl. *Hatches or deckes in a shippe where men stand to fight.*] Navis partem significat, per quam nautæ discurrunt. Latini Transtra vocant.

Cătāstrŏphē, [καταστροφή. German. Umbwendung. Angl. *A subversion.*] Latinè subversio, volumen, ἀπὸ τοῦ στρέφειν: id est, à convertendo. Vnde etiam extrema pars fabulæ καταστροφὴ appellatur, quòd in eâ res turbulentæ in lætum convertantur exitum, ut in Comœdiis fieri solet: aut contrà quòd res lætæ tristem sortiantur exitum, ut in Tragœdiis. ¶ Transsumitur etiam pro cujusvis rei exitu, & pro ipsâ etiam morte ponitur, quæ est extremus nostræ vitæ actus. [German. Ein außgang oder ende eines jedlichen dings. Angl. *The end of an comedie, the end of any thing.*]

Cătastrum, Extimum his, qui Latinas non callent literas.

Cătătўpōsĭs, κατατύπωσις. Figura est, quæ fit quum aliquid ad typum: hoc est, formam alterius describitur: ut apud Virg. lib. 4. Aeneid.

> Omnia Mercurio similis, vocemque coloremque,
> Et crines flavos, & membra decora juventæ.

Catax, à Veteribus dictus est, teste Festo, qui hodie *Claudus.* [Polon. *Kul[illegible].* Vng. *Sánta.*] Nonius antiquè catacem dici testatur, quem nunc *caxonem*, eamque in rem citat Lucil. Satyr. lib. 2: Hostilibus contra pestem perniciemque catax, quam & Manlius nobis.

Cătēchēsĭs, f. t. [חנוך chinnúch. κατήχησις. German. Ein mündtliche oder bericht. Polon. *Nauka wiary krześcijańskiej krótce zebrana.* Vngar. *Keresztyénségnek fundamentomira való tanitas.*] Dicitur institutio, vel instructio rerum sacrarū, quæ vivâ voce tradi solet iis, qui sacris mysteriis initiabantur. Nam Aegyptii theologi (à quibus hic ritus fluxisse creditur) nefas arbitrabātur arcana suæ religionis scripto committere: satiusq; illis visum est, eos qui illorū mysteriis vellent initiari, vivâ voce institui, & ita religionis suæ cæremonias veluti per manus ad posteros propagari. Ad hunc etiam modum in primitivâ Ecclesiâ, qui ad Baptismum admitti cupiebant, priùs fidei Christianæ mysteria ab Apostolis vivâ voce accipiebāt. Hujusmodi institutionis genus κατήχησιν appellabant, ἀπὸ τοῦ κατηχεῖν, quod est vivâ voce instruere. Illi autem qui ad hunc modum sacris mysteriis initiabántur, κατηχούμενοι dicebantur.

Cătēchīzo, as, are, act. p. κατηχίζω, Instruo, doceo, voce erudio. Erasm. cap. 6. ad Galat.

Cătēchŭmĕnŭs. [חניך chanîch. κατηχούμενος. Germanicè, Der mündtlich underwisen und bericht ist. Polon. *Gruntu sie wiary ucząci wyznania wiary.* Vngar. *Az ki az keresztyenségnek fundamentomara tanitatik.*] Qui sacris nondum est initiatus, sed adhuc imbuitur elementis religionis, necdum ad sacra spectanda introductus: cui mysteria fidei vivæ vocis ministerio concredebantur. Bod.

Cătēgŏrēmătă, n. t. κατηγορήματα, Prædicamenta. Cic. 4. Tusc. Distinguitur illud etiam, ut libido sit earum rerum, quę dicuntur de quodam, aut de quibusdam, quæ κατηγορήματα Dialectici appellant, ut Habere divitias, Capere honores.

Cătēgŏrĭă, f. p. [שטנה sitnáh. κατηγορία, ας. Gall. *Accusation.* Ital. *Accusa.* German. Antlagung. Hisp. *Accusacion.* Pol. *Skarga.* Vngar. *Vádolás.* Angl. *Accusation or accusing.*] Accusatio, à κατηγορεῖν, Accuso: unde & κατήγορος, Accusator. ¶ Categoriæ itē sive Categoremata Aristoteli dicuntur Prædicamenta. Quin & positiones quædam à Dialecticis Categoriæ nominantur, quas prædicatorias Latinè dicere possumus à κατηγορεῖν, prædicare. Sunt autem decem prædicamenta, circa quæ versari videtur omnis quæstio, οὐσία: id est, essentia, Qualitas, Quantitas, Ad aliquid, Agere, Pati, Vbi, Quando, Situs, & Habitus. Appellatas verò Categorias constat (ut inquit Augustinus in Dial.) propterea quòd non possunt nisi è subjectis agnosci. Quis enim quid sit homo possit agnoscere, nisi sibi hominem ponat ante oculos, quasi subjectum homini?

Cătellă, diminutivum à catenâ, Vide Catena.

Cătellŭs, Vide Catulus.

Cătēnă, f. p. Vinculum est ferreum, quo vel servos, vel captivos, vel animalia retinemus, ne effugiant. [רתוק rattók. ἅλυσις. Gall. *Chaine.* Ital. *Catena.* German. Ein ketten. Belg. Een keten. Hispan. *Cadena hecha de eslabones.* Polon. *Lancuch.* Vngar. *Láncz.* Angl. *A chaine.*] Ita dicta, quòd se capiendo teneat, quia in eâ anulus anulum capit. Liv. 1. ab Vrbe: Injectæ Turno catenæ. Cic. 7. Verr. Iste hominibus miseris, innocentibusque injici catenas imperat. ¶ Transsumitur etiam ad incorporea. Seneca ad Lucil. Vna est catena, quæ nos alligatos tenet, amor vitæ. Cicero pro Sestio: Hanc tetram immanemque belluam vinctam auspiciis, alligatam more majorum, cum strictam legum sacratarum catenis, solvit subitò legum curâ Consul, &c.

Cătēnātŭs, a, um. [רתוק rattúk. אסור asúr. ἁλυσιδωτός. Gall. *Enchainé.* Ital. *Catenato.* Germ. An ein ketten gebunden. Hispan. *Encadenado.* Polon. *Wlancuch poimany.* Vngar. *Meg lánczoltt.* Ang. *Bound with a chaine.*] Cæl. ad Ciceronem: Vellem quidem venere prognatus tantum animi habuisset in vestro Domitio, quantum ipse catenatus in hoc habuit. Martial. lib. 7: Nulla catenatis pila est præcincta lagenis. ¶ Catenatus janitor, Portæ adjacens canis. Columell. in Præfat. ¶ Catenati labores per translationem: hoc est, sese vicissim sequentes. Martial. lib. 6: Exspectant curæque, catenatique labores.

Cătēnātĭo, f. t. Conjunctio, & stricta arctatio. [התקשרות [illegible]. δέρμασις, σύζευξις. Gall. *Connection, liaison.* Ital. *Congiuntione, ligamento.* German. Ein zusammenfügung. Hispan. *Encadenamiento de cadenas, atadura.* Polon. *Spojenie.* Vngar. *Lánczozás.* Angl. *Binding or fastening with a chaine.*] Vitruv. lib. 2. cap. 9: Et in commissuris, & in coagmentationibus ab lentitudine firmas recipiunt catenationes.

Cătēnārĭŭs, a, um. Qui catenâ ligatus est. [ἁλυσίδιος, δέσμιος. Polon. *Lancuchem zwiazany.* Vngar. *Lánczal meg kötöztetett.* Ang. *Fastened with a chaine.*] Senec. lib. 3. de Irâ: Irasceris catenario cani, & hic, quum multum latravit, objecto cibo mansuescit. Canis catenarius, qui ad fores domus alligatur causâ custodiæ.

Cătēnŭlă, f. p. Diminutivum à Catenâ. [ἁλυσίδιον. Gall. *Chainette, petite chaine.* Ital. *Catenella.* German. Ein kettemle. Hispan. *Cadenilla ò pequeña cadena.* Polon. *Lancuszek.* Vngar. *Lánczotska.* Ang. *A little chaine.*]

Cătellă f. t. vel Catellum, n. s. aliud diminutivum. [ἁλύσιον. Vng. *Lánczotska.*] Liv. 9. bell. Maced. Quintius alter Prætor suos equites catellis & fibulis donavit. Plautus Curc. Delicatum te hodie faciam, cum catello ut accubes Ferreo. Horat. 1. epistol. Nota refert meretricis acumina, sæpè catellam, Sæpè periscelidem raptam sibi flentis.

Cătervă, Propriè Gallorum legio. [גדוד gedhudh. στῖφος. Gall. *Vne bande de gendarmes, vne multitude de gens.* Ital. *Compagnia.* Germ. Ein schaar Kriegsleuten. Belg. Een schare, een hoop volcks. Hisp. *Compaña.* Polon. *Woysko.* Vng. *Sereg.* Angl. *A band or companie of men of warre, or other folkes, a route.*] sicut Phalanx Macedonum: eaq; certo numero constabat. Nam autore Vegetio lib. 2. cap. 2, in catervâ erant sena militum millia. Horat. 1. epist. Dum fugiunt equitum turmæ peditumque catervæ. ¶ Plerunque tamen pro quavis multitudine sumitur. Cic. 1. Tusculan. Catervę contra dicentium. Idem pro Murænâ, Posthumus obviam cum benè magnâ catervâ suâ venit. Virg. 2. Aeneid. - magnâ comitante catervâ.

Cătērvārĭi, m. s. Catervatim conglobati. [οἱ σύμφωνοι. Gall. *Vnis en compagnie.* Ital. *Vniti in frotta.* German. Die auß den schaaren sind, Oder ohn ordnung mit schaaren zusammen gelossen. Hisp. *Ajuntadas en compaña.* Polon. *Kupami stojacy lud.* Vngar. *Öszue csoportoszlott.* Angl. *Gathered in a band or multitude togeather.*] Sueton. in August. Sed & catervarios oppidanos inter angustias vicorum temerè & sine arte pugnantes. Catervarios vocat vulgares, & non dispositos.

Cătērvātim, adverb. Per catervas. [ἰλαδόν. Gall. *Par bandes.* Ital. *In frotta,* Germ. Schaarweiß, hauffechtig, von schaar zu schaar. Hispan. *De compaña en compaña.* Pol. *Wkupie.* Vng. *Seregenként.* Ang. *By bandes and multitudes, by routes.*] Plin. lib. 10. cap. 24: Sturnorum generi proprium, catervatim volare. Liv. bel. Pun. 3: Iam primi conseruerant manus, quum alii catervatim currerent. [Gall. *Par bandes.*] Colum. lib. 5. cap. 19: Sed illud etiam dicendum est, an plurium generum vites habendæ sint, eæque separatæ, & distinctæ specialiter, an confusæ & mistæ catervatim.

Căthārmătă, n. t. [חטאת chattáth. καθάρματα.] Hostiæ, quæ pro peste, aliòve morbo expiando immolabantur diis. Romani *Piacula* vocabant. ¶ Erat autem interdum hostia humana, interdum ex brutorum genere, in cujus caput mala omnia, quæ civitati imminebant, sese credebant avertere.

Căthārtĭcŭs, a, um; Latinè Purgatorius. [מנקה menakkéh. καθαρτικός. Gall. *Purgatif.* Ital. *Purgativo.* German. Das reiniget oder purgieret. Hispan. *Purga para purgar.* Polon. *Czyszczący.* Vngar. *Tisztitó.* Angl. *Purgative, that cleanseth.*] Vnde medicamentum catharticum dici potest, quod nos *Purgationem* vocamus. Cels. lib. 20: Sed medicamenta stomachum ferè lędunt: ideoque omnibus catharticis aloë miscenda est.

Căthēdră, dræ. f. p. [מושב moschab. καθέδρα. Gall. *Vne chaire, vn siege.* Ital. *Sedia.* German. Ein stul, ein hoher sitz, ab welchem man list oder prediget. Belg. Een stoel oft setel. Hispan. *Cathedra ò silla.* Polon. *Kazalnica.* Vngar. *Zeke vel szék, predikálló szék.* Angl. *A chaire.*] Propriè est sella sublimior professorum, recitatorum, aut declamatorum. Martial. lib. 11: De cathedrâ quoties surgis. Iuven. Cujus apud molles minima est jactura cathedras. Horat. 1. Serm. Satyr. 10: Discipulorum inter jubeo plorare cathedras.

Căthēdrārĭos, Philosophos vocat Seneca, umbratiles illos, quibus sa-

bus satis est de virtute in cathedris garrire. [illegible]

Cathedralitii, orum: ut Cathedralitii servi, qui in cathedra herum deferunt. [illegible] Martial.

Quum cathedralitios portet tibi rheda ministros,
Et Libys in longo pulvere sudet eques.

Catholicus, [illegible]. [Gall. *Vniversel.* Ital. *Catholico, universale.* German. Allgemein. Hispan. *Vniversal.* Polon. *Powszechny, obecny.* Vngar. *Közbuseges.* Angl. *Generall, universall.*] Dici potest universalis, quasi circa omnia versetur. fit enim ex [illegible]: id est, circa, & [illegible] totum. ¶ Inde etiam Catholicon medicamentum, quod omnibus humoribus simul vacuandis utile est. Item præcepta universalia, vel perpetua, catholica vocant, ait Quintil. lib. 2 cap. 13.

Catillus, Catillones, Catillatio, Catillo, Vide CATINUS.

Catinus, m. s. quod & Catinum dicitur, vas immensum escarum, in quo pultem aut jurulenti quid ponebant à capiendo appellatum. [קערה kehar ah. [illegible]. Gall. *Vn plat ou escuelle.* Ital. *Catino, conca.* German. Ein Napff/ein grosse Blatten oder Schüssel. Belg. Een Commetem / ofte diepe Schotel. Hispan. *Plato, ò escudilla.* Polon. *Szeroka missa.* Vngar. *Tál.* Angl. *A dishe ò plate.*] Persius Sat. 3: positum est algente catino Durum olus, & populi cribro decussa farina. ¶ Catinus item dicebatur vas in quo metalla purgabatur. Plin. lib. 33. cap. 44: Quæ è catino jactatur spurcitia in omni metallo vocatur scoria. ¶ A Catinus fit diminutivum Catillus: à Catinum Catillum, vel Catillum. [illegible]. Colum. lib. 12. cap. 57: Hanc misturam quum in catillo composueris, oleum superfundito. Vide Bayfium de Vasculis.

Catillus, m. s. sive catillum, n. s. diminutivum. [[illegible]. Ang. *A little dishe.*] Parvum vas escarium. Colum. lib. 12. cap. 57: Hanc misturam quum in catillo composueris, oleum superfundito. ¶ Est etiam pars superior molæ molendinariæ, sicut Meta pars inferior. [רכב rèc eb. [illegible] Gall. *Le dessus d'vne meule de moulin.* Ital. *Macigno sorano.* German. Der oberst theil auff der Mülstein. Hispan. *Muela de encima para moler.* Pol. *Kosz mlynski.* Vng. *Tálatska.* Ang. *The upper part of a mill.*] Paulus in l. Quum de lanionis. §. idem consultus. ff. de fundo instructo.

Catinellus, à Catinus, Catinulus, catillus. [Pol. *Myska.* Vngar. *Tálatska.*] Diomedes Grammat. lib. 1.

Catillones, m. t. Qui catillos lingunt, & pro gulosis accipi solet. [[illegible]. Gall. *Leche-plats, gourmands, friands.* Ital. *Quelli che leccano i piatti, mangioni, ingordi.* German. Blatten und Schüsselschlecker/fräffige Leut. Hispan. *Golosos, los que lamen los platos.* Pol. *Lakotkowie, lakomcy.* Vngar. *Tál nyalok, nyalankak, tobzódok.* Ang. *Dishlikers.*] ¶ Catillones etiam dicebantur lupi Tyberini, inter duos pontes capti, quòd stercora circa ripas catillarent, id est, devorarent. Vide Macrob. lib. 3. Saturn. c. 16.

Catillo, as, are, Catinos lingo. [[illegible]. Gall. *Lecher les plats.* Ital. *Leccare i piatti.* Germ. Blatten schlecken. Hispan. *Lamer los platos.* Polon. *Polizuie mis, y.* Vngar. *Nyalánkozom nyalakodom.* Angl. *To lik plates or dishes.*] Plaut. in Cas. operam uxoris polliceor foràs, quasi catillatum.

Catillatio, f. t. Gravè opprobrium objiciebatur hominibus generosis, siqui provincias amicas populi Romani exspoliassent, quòd eorum bona ligurrisse viderentur. [λιχνεία. Pol. *Vijmanie [illegible].* Vng. *Nyalakodás föl nyalás.*] Festus.

Catoblepas, [illegible], Feræ genus est, solis Aethiopibus cognitum, solo visu hominem interficiens. Plin. lib. 8. cap. 21: Est apud Hisperios Aethiopes fons Nigris, Nili, ut plerique existimant, caput. Iuxta hunc fera appellatur Catoblepas, modica alioquin, cæterisque membris iners, caput tantum prægrave ægrè ferens, idque idque dejectum semper in terram: aliàs internecio humani generis: omnibus qui oculos ejus videre, confestim exspirantibus. De eadem vide & Aelianum lib. 7. cap. 5. apud quem, [illegible] dicitur.

Catoche, [illegible], Morbus est veterno similis: ex melancholicis & biliosis humoribus proveniens, cerebrum occupantibus, perpetuosque sopores invehentibus. Latini vigilantem soporem interpretantur. Differt à catalepsi, quòd in ea oculi maneant aperti, in catoche autem claudantur.

Catochites, [illegible], Gemma Corsicæ insulæ, impositam manum velut gummi retinens. Plin. l. 37. c. 10.

Catochus, Detentio seu captio insensibilis animæ cum punctione totius corporis. Species autem hujus sunt tres. Vna somnivulosa, cui lethargus inest. Alia vigilans, huic adest cetanus. Tertia autem species, quam neque perperam, neque inusitate Catochon Phreneticon aliquis dixerit. Fit autem ex mistione aggregatio Catochi, & phreniritidis, quemadmodum tiphonia, quæ aut lethargus, aut suffocans, aut lethargicus affectus dicitur. Gal. de Definit. Græcorum medici vetustiores vocaverunt, ἀπὸ τοῦ [illegible], quod est detineri & occupari: & in eo malo constitutos, [illegible] nuncupaverunt. Recentiores verò fœminino genere, sed non dissimili significato, [illegible], quasi detentionem & deprehensionem dicat aliquis, nominaverunt. Paul. lib. 3. cap. 20. Vide suprà CATALEPSIS.

Catocœlia, [illegible], a, us, inferior venter, in quo excrementum diutiùs remoratur.

Catogeum, n. s. [illegible], Domicilium subterraneum. [Polon. *Podziemne mieszkanie.* Vngar. *Föld alat valo haz.*]

Catomum, mi, n. s. Vinculum & catenam significat. Legitur in quodam in Iuvenalem scholio. ¶ Vsurpatur & à Laberico apud Sellium in versu catalectico: Tollet bonâ fide vos urcus nudus in catomum.

Catoptromantia, [illegible], Divinatio, quæ fit per speculum: de qua vide infrà in dictione MAGIA.

Catopyrites, [illegible], Gemma, quæ ex Cappadocia venit. Plin. lib. 37. cap. 10.

Catorthoma, [[illegible]. Vngar. *Io cselekedet.*] Opus virtutis rectum. Cicer. Perfectum officium interpretatur, & Rectè factum.

Catorthosis, [illegible], Recta effectio, [illegible], Egregiè cum virtute aliquid facio. Cic. 3. de Finib. Quæ nos aut recta, aut rectè facta dicamus, si placet, illi autem appellant [illegible], omnes numeros virtutis continent.

Catulus, Propriè significat caniculum: hoc est, minorem, vel juniorem canem: ab antiquo nomine catus, quod sagacem significat. [גור ghur. [illegible]. Gall. *Vn petit chien, ou vn petit de quelque autre beste.* Ital. *Cagnolo, picciol cane.* German. Ein jung Hündlin. Belg. Een ionck hondeken. Hispan. *El cachorro.* Polon. *Piesiek.* Vngar. *Kölyök.* Angl. *A whelpe.*] Varro: Catulus à sagaci sensu & acuto. Cic. 2. de Natura deorum: Benè igitur idem Chrysippus, qui similitudines adjungens, omnia in perfectis & maturis docet esse meliora: ut in equo, quàm in equulo: in cane, quàm in catulo: in viro, quàm in puero. ¶ Sed ponitur largè pro fœtu omnium animalium, præterquam avium, sive immanium, sive mitium: unde de colubro Virgilius: catulos tectis aut ova relinquens. Et de leonibus Plinius: Raptor appropinquante tigridis fremitu, abjicit unum ex catulis. Idem: Simiæ gestant catulos, quos mansuefactæ intra domos pepèrere. Idem: Murium quoque catuli ostentum faciunt. Idem delphinum catulos nominat. Lacertarum quoque & cæterorum serpentium soboles Catuli dicuntur. ¶ Accipitur quandoque Catulus pro ipso cane. Apuleius: Catulos secum ducens venaticos, atque sagaces. ¶ Interdum pro quodam vinculi genere, quod etiam canis dicitur. Plaut. Faciam te delicatum, catulo ut accubes ferreo.

Catellus, & Catella, diminutiva à Catulus, Parvus canis, vel canicula. [[illegible]. Gall. *Vn fort petit chien.* Ital. *Cagnolino, cagnolotto.* German. Ein gar jung Hündlin. Hispan. *Perrillo ò perro pequeno.* Polon. *Pstiaka, psiatko.* Vng. *Kölykötske, kutyetska.* Ang. *A little whelpe.*] Plaut. in Stich. Tantillum loci, ubi catellus cubet, id mihi sat est loci. Cic. de Divin. Erat autem mortuus catellus eo nomine.

Catellulus, Catillus à Catulus. [Vngar. *Kölykötske, kutyetska.*] Diomedes Grammat. lib. 1.

Catulinus, a, um, Quod est ex catulo. [[illegible]. Gall. *De petit chien.* Ital. *Di cagnolino.* Germ. Das von einem Hündlin ist. Hisp. *Cosa perteneciente à cachorro perro nuevo.* Vngar. *Kölyöktöl valo.* Angl. *Of a whelpe.*] Vnde Plin. Catulinam carnem clitavisse Romanos ostendit lib. 29. cap. 4: Genito manè catulo res divina fit: & in cœnis Deûm etiamnum ponitur catulina.

Catulire, n. q. Est gestire, & coitum maris appetere: [[illegible]. Gall. *Demander le masle.* Ital. *Domandare il maschio con gesti, essere in caldo.* German. Läuffig seyn, ist der Hunden oder Weibin. Hisp. *Cachonda estar la perra, y todos otros animales.* Pol. *Zbiegac sie, szukac chodzic.* Vngar. *Bagzásra kévanni[illegible].* Angl. *In bitches to desire the male, to go in rutter.*] & propriè de canibus dicitur, quamvis etiam ad alia transferatur. Varro: Fœturæ principium admittendi faciunt. Veris principio: tum enim dicuntur catulire: id est, naturæ instinctu in venerem rapi. Plautus: Quin meam uxorem vidi catulientem.

Catulitio, f. c. Propriè dicitur de canibus, quum statis anni temporibus ad venerem incitantur. [[illegible]. Gall. *Appetit du masle.* Ital. *Quando la cagna brama il cane.* German. Das lauffen der hunden auß samens begierd. Hispan. *Quando la perra esta cachonda.* Pol. *Psia pozadliwosc.* Vngar. *Bagzás.* Angl. *A desiring of the male in bitches, going a rutting.*] Plin. lib. 16. cap. 25, ad terram transtulit: Catulitionem (inquit) vocant, gestiente natura semina accipere, eáq; animam inferente omnibus satis.

Catulaster, stri, m. s. Catuli imitator, sicut ab Antonio Antoniaster. Catulaster etiam significat ipsum catulum: hoc est, parvum canem, sive filium.

Catus, a, um, Callidus, & sagax. [ערום harum. [illegible]. Gall. *Caut, fin, rusé, accort.* Ital. *Accorto, sagace.* German. Bescheiden/behutsam. Hispan. *Astuto y recatado.* Polon. *Ostrozny, chytry.* Vngar. *Okos, ravasz.* Ang. *Wilie, subtill, ware.*] Vnde etiam Catuli dicti sunt, teste Varrone. Horat. lib. 1. Carm. Qui feros cultus hominum recentum, Voce formasti catus, & decoræ More palæstræ. Idem in Serm. Posthæc ille catus, quantumvis rusticus ibit.

Catè, Cautè, callidè. [בערמה beharmáh. [illegible]. Gall. *Cautement, finement, accortement.* Ital. *Cautamente, prudentemente, scaltritamente.* German. Bescheidentlich/fürsichtiglich. Hispan. *Cautelosamente, astutamente.* Polon. *Ostroznie.* Vng. *Okossan, ravaszzon.* Angl. *Subtillie, warelie.*] Plaut. Men. Sic decet dari facetè verba custodi catè. Catum enim veteres acutum dicebant, teste Varr. de ling. Lat.

Cava, æ, f. p. [illegible], Foramen, in quo aves nidificant. [Polon.

Dup. pesse gniazdo. Vng. *Vdu.* Angl. *A hole wherein birdes builde there nestes.*] Plin. Multo tamen emcacissimè, ripariarum pulli, ita vocant in riparum cavis nidificantes.

Căvædĭum. dii, n.f. (ut Plinius Iunior in Epist.) dictione mutilata, sive Cavum ædium (ut Varro) duabus integris dictionibus. Locus est sub dio vacuus, cinctus undique porticibus, ad communem omnium usum. [חצר *chatsér* חצרה *hazaráh.* Gall. *Une basse cour.* Ital. *Corte, chiostro.* German. Ein hof in einem hauß der undre dem blossen himmel ist/ aber mit Gmachen unnd Gängen umbgeben. Hisp. *Cercadura ò encerramiento, corte.* Pol. *Sala abo dwor pod nie bem gma. hamq obtocjony.* Vngar. *hôrnyul rekeszbô, kôzön-séges ászék, (avagy) sétálo hely.* Angl. *A porche or broade place in the court of a house to stand in.*] Hujus tria sunt genera, Tuscanicum, Corinthium, Tetrastylon displuviatum, & testudinatum. Plinius Epistol. 41: A' tergo cavædium, porticum, aream, *&c.*

Caŭcălĭs, lis, Genus herbæ fœniculo similis, brevi caule, flore candido. Plin. lib. 22. cap. 22.

Caucōn, κώνος, Herba est, quæ etiam Ephedra, & Anabasis appellatur. ¶ Nascitur ventoso ferè tractu, scandens arborem, & ex ramis propendens, folio nullo, cirris numerosis, qui sunt junci geniculati, radice pallidâ. Hæc Plin. lib. 26. cap. 7. Vulgus *Prelam* appellat: quâ mulierculæ utuntur ad purganda vasa culinaria.

Caūdă, f. p. Quam veteres quàm Codam dicebant. [זנב *zanáb* οὐρά. Gall. *Queue.* Ital. *coda.* German. Ein schwantz. Belg. De steert. Hispan. *Cola.* Polon. *Ogon.* Vngar. *Fark.* Angl. *The taile of any beast.*] Cic. de Orat. Oculos autem natura nobis, ut equo & leoni setas, caudam, aures ad motus animorum declarandos dedit. Virgil. 3. Georg. extremæque agmina caudæ Solvuntur. Unde Caudati, & Codati, κέρκωτοι dicuntur, qui caudas habent. ¶ Interdum Cauda ponitur pro virili membro. Horat. in Sermon. Accidit ut quidam testes, caudamque salacem Demetere ferro. ¶ Caudâ blandiri σαίνειν σαίνειν, dicuntur, qui spe commodi cuipiam blandiuntur. Aristophanes in Equit. eodem modo Caudam gestare, blandiri & assentari est: quæ translatio sumpta est à canibus, qui quum blandiuntur dominis caudam movent. Pers. Satyr. 4. Quin tu igitur summâ nequicquam pelle decorus Ante diem blando caudam jactare popello Desinis. ¶ Ne gustaris quibus nigra est cauda, μὴ γεύεσθαι τῶν μελανούρων, Interpretatur Plutarch. in Commentario, De liberis instituendis, Ne commercium habeas cum improbis, & iis qui sunt nigris ac infamibus moribus. ¶ Cauda de vulpe testatur, ἡ κέρκος τῆς ἀλώπεκος μαρτυρεῖ, In eos dici solitum, qui pusillâ in re cujusmodi sint declarant. Est autem vulpi cauda pro corpore major ac pilosior, ut non sit facilè celare. ¶ Caudam trahere, Proverbium inquit esse Acron de illis dici solitum, qui pro deridiculo habentur. Solent enim, ut addit Porphyrio, pueri deridentes nescientibus à tergo caudam suspendere, ut velut pecora caudam trahant. Horatius 2. Serm. Satyr. 3: hoc te Crede modo insanum, nihilo ut sapientior ille, Qui te deridet caudam trahat.

Caudacus, significat suavem & mansuetum.

Caudĕcæ, Cistellæ appellatæ sunt ex junco, à similitudine caudæ equinæ factæ. Festus.

Caūdĕx, vel Codex. [גזע *ghezáh.* κορμός, στέλεχος. Gall. *Le tronc d'un arbre.* Ital. *Tronco d'albero.* German. Der stamm eines baums. Belg. Den stomp oft block van den boom/ de stame. Hispan. *Tronco de arbol.* Pol. *Pniak wktory sie sepiam.* Vngar. *E' fának derekà, tökkie, tôrt, tsutak.* Ang. *The stumpe, stock or bodie of a tree.*] Dicitur in fruticibus & arboribus, id quod à radice supra terram simplex attingit: sive in quod fruticis vel arboris à radice defertur alimentum: differtque in hoc à caule, ut caulis ad herbas, caudex verò ad frutices, & arbores pertineat. Lactantius: Caudice desecto lachrymat sua gaudia palmes. Virgil. lib. 2. Georgic. Quin & caudicibus sectis (mirabile dictu) Truditur è sicco radix oleagina ligno. ¶ Est præterea Caudex plurium tabularum contextus. Unde tabellæ Codices dicuntur, quasi caudices: & naves quibus commeatus subvehuntur, Caudicariæ appellantur. ¶ Sic etiam Appius Claudius Caudex cognominatus est, quoniam primus Romanis persuasit navem conscendere. Seneca de Brevit. vitæ: Claudius is Caudex fuit ob hoc ipsum appellatus, quia plurium tabularum contextus, Caudex apud antiquos vocatur. ¶ Ponitur & pro duro sedili, seu pro sede meretriciâ, quæ plerumque ex truncis fieri solet. Iuvenalis: Horrida quale facit residens in codice pellex. ¶ Hominem præterea stultum, metaphoricôs, Caudicem appellamus. Terent. in Heauton. Quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeus. ¶ Apud veteres Caudex & Codex pro eodem leguntur, sicut Plaustrum & plostrum. Et certè utriusque eadem debet esse significatio: quanvis hodie Codicem frequentiùs pro libro, Caudicem pro trunco accipiamus.

Caūdĕŭs, a, um, Quod ex caudice est. [στελέχινος. Gall. *Fait du tronc d'un arbre.* Ital. *Fatto di tronco d'albero.* German. Das von dem stammen eines Baums ist. Hispan. *Cosa hecha de tronco de arbol.* Polon. *Rzecz zrobiona z pnia drzewa.* Vngar. *Fá-ból sa tökè bô valo, törsbôl tsutakbol valo.* Ang. *Made of the stumpe or bodie of a tree.*] Plautus in Rud. Cistellam istic inesse oportet caudeam in isto vidulo.

Caūdĭcālĭs. [στελεχικός. Gall. *Propre à fendre bois.* Ital. *Cosa atta à fendere legno.* Germ. Das da zu dem zerschneiden der stammen gehört. Hispan. *Segueron para hender lena ò madera.* Pol. *Lin, ac) pniakow.* Vngar. *Tökè hasogatásra alkalmatos.* Angl. *That is meete and apt to cleave or cutte bodies of trees.*] Ad caudices scindendos inventum. Plaut. in Pseud. Te cum securi caudicali præficio provinciæ: id est, præpono te oneri scindendorum lignorū: quæ caudicis nomine appellantur.

Caūdĭcārĭŭs, a, um: ut, Caudicariæ naves, quæ commeatus per Tyberim subvehunt: quòd ex lignis crassioribus cavatis fierent. Fitque à caudice, dum pro trunco seu tabulâ ponitur: quæ & Codicariæ dicuntur. ¶ Seneca lib. de Brevitate vitæ, caudicatas vocat: Nunc quoque naves, quæ ex antiquâ consuetudine commeatus subvehunt, caudicatæ vocantur.

Căvĕă, Vide Cavus.

Căvĕo, es, cautum, n.f. Significat, cautionem, hoc est, diligentiam adhibeo, provideo, prospicio ne aliquid præter spem accidat. [נשמר *nischmar* נזהר *nizhar.* εὐλαβοῦμαι. Gall. *Se contregarder, se retirer, prevenir & donner de garde.* Ital. *Schiffare, procedere cautamente.* German. Hüten, mit fleiß sich fürsehen/ Sorg haben. Belg. Ik wachte ofte myde my. Hispan. *Huir proveer a alguna cosa.* Polon. *Strzege sie, ostrożny iest wem.* Vngar. *Et kerülöm, magam ôrizom, vigyázok.* Ang. *To be ware and circumspect to foresee least he be deceived.*] ¶ Varia hujus constructio est. Interdum absolutè ponitur. Plautus: Cave nemo id intelligat. Interdum cum dativo, Cicer. Famil. lib. 7: Tu qui cæteris cavere didicisti, in Britanniâ ab essedariis ne decipiaris, caveto. Quo in loco Cavere verbum proprium est, Iurisconsultis & patronis. Illis enim dicebantur cavere suis clientibus, quum prospiciebant ne circumscriberentur in contractibus, pactis & judiciis. Cic. in proœmio Topicorum ad Trebatium: Etenim quum tu mihi, meisque multa sæpe cavisses, veritus sum, ne si gravarer, aut ingratum id, aut superbum videretur. Terent. in Eunucho: Istuc est sapere: ut hosce instruxit, ipse sibi cavit loco. ¶ Cum dativo & accusativo. Plautus in Bacchid. Hæc ita memorat, tibi qui caveat, aliquem ut reperiam hominem, Isthoc milite ut ubi emeritum sibi sit, se revehat domum: id, amabo te, huic caveas. *Ph.* Quid isti caveam? *&c.* Et Cato de Rerustic. cap. 5: Scabiem pecori & jumentis caveto: id est, videto ne scabie inficiantur. ¶ Cum dativo & ablativo mediante præpositione ab. Plaut. in Pseud. Hercle, quin ut tu prædicas, Cavendum est mihi abs te irato. ¶ Cum accusativo. Terent. in Eunuch. Quod cavere possis, stultum est admittere. Cicer. ad Attic. Bibulus Pompeium fecerat certiorem, ut caveret insidias. Sunt aliæ quoque in hoc genere loquendi formæ: ut, Cave facias, pro Cave ne facias. Cave faxis, pro Cave ne feceris μὴ ποιήσῃς, μὴ ποιήσῃς. Cave responderis, pro Cave ne respondeas. Quæ omnia sine Ve aut Ne Latinè dixeris, aut etiam cum illis. Terent. in Andriâ: Eum id cavit, ne unquam infamiæ ea res sibi esset. Cum Ve: Plaut. in Bacchid. Quid isti ut caveam? ¶ Quin & in jure usus est hujus verbi, quum illi licet (ut tradit Alciatus) significat, securum facere. Is autem securus est, cui vel pignore, vel fidejussione consultum est. Itaque pignoribus & fidejussoribus cavere dicimur, cùm pignora & fidejussores damus. ¶ Item pro Cautionem exigere. Ulpian. in l. quod ad hæredem ff. de Magistratibus conveniendis: Nam magistratus si tantâ fuit negligentiâ, ut omnem cautionem omitteret, æquum est haberi eum loco fidejussoris, ut & hæres ejus teneatur. Si verò cavit, & tunc idonei fuerunt, & postea defecerunt, sicut ipse Magistratus probè recusaret hanc actionem, ita & hæres multò justiùs. ¶ Cavere aliquandò ponitur pro Statuere & jubere. Cicer. de Finib. lib. 2: Sed ut sit, etiámne post mortem coletur, idque testamento cavebit is, qui vobis quasi oraculum ediderit, nihil post mortem ad nos pertinere? ¶ Hinc componitur Præcaveo, quod est diligenter caveo. Terentius: Hoc tempus præcavere mihi me monet. ¶ Invenitur & Cavo, is, in eâdem significatione. Horatius in Serm. Vade, vale, cave, ne titubes, mandataque frangas. Ubi, ve, syllabæ brevitas satis arguit tertiæ Conjugationis imperativum esse, non secundæ, quæ necessariò produceretur.

Cĕlētes, penult. prod. m. t. κέλητες, Vocantur equi, qui ad cursum soli adhibentur, sine bigis, vel quadrigis. [Pol Lezny konie. Vng. Futtatni valo háras lovak. Ang. Postes, hor es for running.] Latinè dicuntur Desultorii, quòd ex his facilè desiliatur. Plin. libro 34 cap. 5. videtur Celetas posuisse pro statuis equestribus. Equestres (inquit) statuæ Romanā celebrationem habent, orto sine dubio à Græcis exemplo. Sed illi celetas tantùm dicebāt in sacris victores: posteà verò & qui bigis & quadrigis vicissent. ¶ Celetes item dicebantur navigia auctuaria, quæ unico remorum ordine agebantur, Latini Celoces appellant.

Cĕlētĭzontes, [κελητίζοντες. Polon. Wsiwod biegaiac. Vngar. Száguldók, lovaglók, futtatók.] à Græcis dicuntur equitantes, & equum celerem regentes. Qua voce usus est & Plin. lib. 34 capite 8. Hegiæ (inquit) Minerva, Pyrrhusque rex laudatur, & celetizontes pueri

Cĕleusmă, n. t. [הידד hedhádh. κέλευσμα. Gall. Cry de plusieurs personnes, chant des mariniers. Ital. Gr do vnito di più persone. Germ. Das zusamen schreyen / wann man einanderen ermanet etwas zu thun. Hispan. Canto di marineros. Polon. Zwolanie, ochutki fliszowka. Vngar. Fel kiáltás, unblsér. Angl. A shouting or crie of shipmen] Clamor nautarum & aliorum, quum uno aliquid jubente, omnes uniformiter respondent, quasi sibi invicem jubentes. Mart. lib. 3: Quorum per vada tarda navigantes Lentos figitis ad celeusma remos.

Cĕlĕustēs, celeustæ, m. p. [κελευστής. German. Ein ermahner und zuschreyer der Ruderknechten.] qui remiges hortatur, quasi navigationis moderator: qui à Plauto Latinè Hortator appellatur, quòd ea hortamenta faciat, quæ verbo Græco Celeusmata dicuntur etiam à Latinis. Budæus.

Celiă, Potus ex frugibus confectus, qui Hispanis præcipuè in usu erat sicut Cervisia Gallis. Plin. lib. 22. cap. ultim.

Cellă, f. p. Dicta est, quòd in ea celentur, quæ esse volumus occulta. [אוצר otsár. Gallic. Celier, gardemanger, dispense, chambre. Ital. Cella, gardaroba, dispensa, camera. German. Ein Keller / ein Speißkammer. Belg. Een Kelder. Hispan. La celda ò camara de bodega. Polon. Piwnica, spizarnia. Vngar. Terhetház, tárház, pincze. Angl. A buttrie, a storehouse.] Græci ταμιεῖον dicunt, in qua res esculentæ & poculentæ reponuntur: quanvis propriè ταμιεῖον cella vinaria sit Cic. Att. lib. 14: Atticam meam gratias mihi agere de matre gaudeo: cui quidem ego totam villam, cellamq; tradidi Capit autē Cella significationem, pro ratione adiectivorum, quæ illi junguntur: ut, Cella vinaria οἰνών: Cella olearia, ἐλαιών: Cella farinaria, Cella pomaria, Cella lignaria, Cellæ libraria, Cella casearia. Denique omnis locus, in quo quid reponitur, Cella dicitur. Cicer. de Senect. Semper enim boni assiduique domini referta est cella vinaria, olearia, mellaria, & pomaria. Terent. in Adelph. Nam me in cellam aliquam cum illa concludam. Virgil. item 4 Georg. favorum cavernas Cellas vocavit, quum ait: distendunt nectare cellas. κυψέλας ¶ Item loca in quibus lavamur, aut ungimur in balneis, Cellæ dicuntur. Vnde Caldariam cellam, frigidariam & tepidariam dicimus. ¶ Cella item pars templi erat sacratior, in quam ingredi cuivis fas non erat. ἄδυτον. Vnde apud Gell. legitur: Scipionem in Capitolium sæpè venisse, jussisseq; cellam Iovis aperiri, ibiq; solum demoratum fuisse. Liv. lib. 3: In cella Iovis optimi Maximi habitaret exul.

Cellŭlă, æ, f. p. diminutivum à cella. [τὸ μικρὸν ταμιεῖον, οἰκίσκος. Polonic. Pywnicżka. Vngaric. Pinczécske. Anglic. A litle buttrie.] Terent. in Eunuch. Quum in cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum. Colum. lib. 8. cap. 9: Receptacula non tanquam columbis loculamenta, vel cellulæ cavatæ efficiuntur.

Cellārĭă, Locus ubi conditur vinum. [אוצר יין otsár jájin. οἰνών. Gall. Celier. Ital. Cantina, canena del vino. Germ. Ein Weinkeller. Belg. Een Wijnkelder. Hispan. Cella para vino. Pol. Komora winna. Vngar. Pincze. Angl. A celler.] Plaut. in Mil. Ego ejiciar cellaria. ¶ Et cellaria, quæ præest cellæ. [מכנסת othénéth. ταμία. Homero. Gall. Despensiere, qui a la char e du boire & du manger. Ital. Donna che charda la dispensa. Germ. Ein Kellerin. Hispan. Dispensera, bottillera.] Plaut. in Mil. Iampridem, quia nihil abstulerit, succenset cellaria.

Cellārĭus, m. f. qui in cella præpositus est penui promendo vel condendo. [סוכן sochén. ταμίας. Gall Despensier, maistre d'hostel, qui a la charge du boire & du manger. Ital. Preposto alla mensa, dispensiere. Germ. Ein Kellermeister / Speißmeister. Belg. Een Kellerwaerder / Keukenmeester. Hispan. El cillero, botillero. Pol. Piwniczny, klucznick. Vngar. Koltjár Angl. To steward, that ruleth the celler.] Colum. Vt cibus & potus sine fraude à cellariis præbeatur. Plaut. in Capt. Prome quodvis, te facio cellarium. ¶ Hinc etiam Promum condum appellabant. Plaut. in Pseud. Promus & condus sum, procurator peni. Auson. Promusq; quàm condus magis.

Cellārium, rii, n. f. Cella, repositorium. [אסם asám אוצר otsár. ταμιεῖον. Gallic. Celier. Italic Ricostiglio. German. Ein Keller oder Speißkammer. Hispan. Cilla. Polon. Spizarnia, pywnica. Vngar.

Τὰν βάς.μινε. Angl. *Abutnie, a cellar.*] Videtur ea figura dici, qua Granarium, Penarium. ¶ Hanc & Cellam promptuariam, seu promptuarium appellant, in quo conduntur, & ex quo promuntur ad victum necessaria. Plinius lib. 36. cap. 15. Quorum agri quoque minorem modum obtinuere, quàm istorum cellana. Idem & Penatium, & Penaria, seu penaria cella à penu nuncupatur. Cicero in Verrem. M. Cato sapiens cellam penuariam Reipublicæ nostræ, nutricem plebis Romanæ, Siciliam nominavit. Hujus diminutivum est Cellariolum.

Cellāris, re, adjectivum: [ὁ τῷ ταμιῳ. Vng. *Pin iobbi bug hol valo.*] ut, Columbi cellares. Columel. lib. 8 cap. 8. Hæc eadem ratione palumbos, columbosque cellares, pinguissimos facere contingit.

Cello, is, fine diphthongo, Antiquissimis in usu fuit pro cedo: nunc compositis tantùm utimur, Excello, & Præcello, quæ significant Excedo, & Antecedo, Vide in dictione Caello.

Cēlo, as, act. p. Abscondo, clàm habeo. [חלם *halám* סתר *fathár* כחש *chiſſáh*. λανθάνω, κρύπτω. Gal. *cacher, celer, tenir secret.* Ital. *Absconder, coprire.* Germ. Verbergen/heimlich halten/verheelen Belg. Verhelen/swijgen] Hisp. *Encubrir, ò esconder.* Pol. *Taie, nakrywam.* Vng. *Eltéytöm, el augom.* Angl. *To hide, to keep close and secret.*] Construitur modò cum uno duntaxat accusat. Cic. de Nat. deor. Nec tu me celas, ut Pythagoras solebat alienos Lactant. lib. 5. Utrúmne profitebitur fugitivum se, vel pestilentem domum vendere, an celabit emptorem? ¶ Modò cum duobus. Plaut. in Bacch. Aedepol fecisti furtum ærati malum, cum isthæc flagitia me celavisti, & patrem. Eodem modo Græci λανθάνω σε τὶ λάθρᾳ. ¶ Interdum loco unius accusativi habet dativum. Teren. in Phorm. Si hoc celetur patri, in metu sum. ¶ Modò cum ablativo mediante præpositione. Cic. Trebario: Sed Bassus noster mede hoc libro celavit. ¶ At quum passivè ponitur, res sive persona, quam quis aliquem celavit, ponitur in nominativo. Ter. in Eunuch. Ubi est, diu celalari non potest.

Cēlātūs, particip. Occultatus, absconsus. [נעלם *nel elam* מכוסה *mechuſſéh*. λανθανόμενος. Gal. *Caché, celé,* Ital. *Nascosto.* Germ. Verborgen. Hisp. *Escondido, encubierto.* Pol. *Zakryty, sata ony.* Vngar. *El reytelet, el t s koltatot.* Angl. *Hidde, kepen close.*] Ter. in Andr. Ibi tum exanimatus Pamphilus bene dissimulatum amorem, & celatum indicat. Cic. pro Cluent. Non est profectò de illo veneno celata mater: nihil est ab Oppiano sine consilio mulieris cogitatum.

Cēlātim, adverb. Clàm, occultè [בסתר *beséther*. κρύφα, λάθρα. Gall. *Secretement, couvertement, en chachette.* Ital. *Ab consamente, celatamente.* Germ. Verborgentlich/heimlicher weiß. Hispan. *E condidamente.* Polon. *Skrytie, pocsichu.* Vngar. *Reytue, alattomban, titkon.* Angl. *Secretile, quietliche.*] Gell. lib. 12. cap. 15. Sisennam citans lib. 6. Historiarum: Quàm maximè celatum poterat, in insidiis duo disponit.

Cēlox, f. t. Navigii exigui genus fuit, quod uno remorum ordine agebatur, à celeritate nomen habens. [κέλης, κελήτιον. Germ. Ein Jagschiff Bel. Een Seynschip Pol. *Lodka poiezna.* Vng. *Sayka, foljo hajo.* Angl. *A brigantine.*] Plaut. in Asin. Quò hanc celocem conferam. Apul. lib. de Repub. Qui celocem regere nequit, onerariam petit. Eam Rhodii invenerunt.

Celsus, celsa, celsum, Altus, sublimis, excellens, elatus, excelsus. [רם *ram* גבוה *ghaboáh*. ὑψηλός. Gal. *Haut, eslevé.* Ital. *Alto, sublime, excellente.* Ger. Hoch. Hisp. *Cosa alta.* Pol. *Wysoky.* Vng. *Magas.* Angl. *High.*] Plin. lib. 13. c. 28: Firmiores, celsioresque infantes fore. Cic. 2. de Nat. deor. Quæ primum eos humo excitatos, celsos, & rectos constituit. Deducunt autem quidam volunt hoc nomen à Cello antiquo verbo. Festus à Græco κέλης, quod qui equo vehuntur, sublimes sint.

Celsitūdo, nis, f. t. pro excellentia. [רום *rum* רוממה *romáh* ὑπεροχή. Gall. *Hauteur, eslevement.* Ital. *Eccellenza grandezza d'animo* Ger. Hochheit. Hisp. *Alteza è grandeza de animo.* Pol. *Wysokość* Vng. *Magasság méltóság.* Ang. *Highenesse, excellentie.*] Valla in Herodoto.

Celsitās, tatis, f. t. Altitudo, excelsitas, elatio. ὑπεροχή. Cic. in Offic. Celsitas animi, & magnitudo.

Celtis, Est arbor insignis, magnitudine pyri, in Africa, & potissimùm circa Syrtes nascens, quæ Lotus appellatur. λωτός. Incisuræ in foliis crebriores, alioqui ilicis viderentur: fructui magnitudo fabæ color croci. Tam dulcis ibi cibus est, ut nomen etiam genti terræque dederit. Siquidem Lotophagi nominantur. Plin. lib. 13 c. 17. ¶ Loti sylvestris inodori genus, cui flores lutei sunt, specie columbarum ingluviem repræsentantes. [Pol. *Kaja.* Angl. *Achesill.*]

Celydrus, Lege Chelydrus.

Cementum. Vide Caementum.

Cēmus, κημός. Herba est apud Plin. lib. 27. c. 8. cujus descriptionem se idcirco prætermittere ait, quòd solus in amatoriis usum habebat. Diosc. lib. 4 eandem esse ostendit cum leontopodio. ¶ Cemus autem videtur appellata ex floris, sive calycis figura: quoniam pyxidicula Athenis ita nominabatur, per quam suffragia in subjectum vasculum, quod Cadiscum vocabant, demitti consueverant. Vide Ruell. lib. 3. c. 130.

Cēmās, Græcè κεμάς, hinnulus, cerva, sive idem quod νεβρός: quanquam κεμάδα volunt progredi in pascua. Cemum Græcè κεμάς, Aristoteles, & idonei ferè omnes à cervo non distinguunt. Alii primogenitos tantùm cervos procas vocant. Ab hoc animali Proconnesus quoque appellata est. Nam Ophion quod Sardinia quondam ferebat, interiisse creditur. Cervus nō erat, sed animal pilo ac dentibus simile cervo minus. Barb.

Cenchramides, [κεγχραμίδες. Polon. *Ziarnka figowe.* Vng *Kadás fuge mag.* Ang. *Kestielle.*] Ficorum grana, ita dicta à milii similitudine, quod Græci κέγχρον vocant. Plin. lib. 15. cap. 19. frumenta appellat: Ficis mollis omnibus tactus: Maturis frumenta intus.

Cenchris, hujus cenchridis, f. t. [κεγχρίς. Gall. *Quercelle, ou cercelle.* Ital. *Caninello, canibello, tristarello.* Germ. Ein wannenweher/ wandweche. Belg. Steenschmetter. Hisp. *Cernicalo.* Polon. *Kania.* Vngar. *Nyeritó kanya.* Ang. *Castrell.*] Avis ex accipitrum genere, quam Arist. lib. 6. de Animal. solum ex adunco genere, quaterna, & eo plura ova parere dicit. Plin. lib. 29. cap. 6: Turturis fimum albugines extenuat: item cochlearum cinis, fimum cenchridis. Dicta Cenchris, quasi militaria, Latini à tinnitu vocis Tinniculum appellant. ¶ Est item Cenchris serpens maculis plena, Thebano marmori similis. Lucanus lib. 6. Et semper recto lapsurus limite cenchris. Pluribus ille notis, variatam tingitur alvum. Plinius libro 20. capite 22: Serpillum adversus serpentes efficax, maximè cenchtin, & scolopendras.

Cenchrites, κεγχρίτης, Gemmæ species, quæ veluti sparsis milii granis distincta videtur. Plin. lib. 37. cap. 11.

Cenchron, Adamantis genus est, quòd sit milii magnitudine. κέγχρος enim milium dicitur. Plin. lib. 27. cap. 4.

Cenotaphium, n. f. [κενοτάφιον. Gall. *Une representacion de sepulchre, un sepulchre où il n'y rien dedans, mais seulement fetti de monstre.* Ital. *Sepolchro, avello, deposito vacuo.* Germ. Ein lår Grab/ Ehrengrab. Belg. Staetgraf. Hisp. *Sepulchro vazio y vano.* Polon. *Prozny grob.* Vngar. *Üres koporso.* Ang. *An herse sett vpon a solenne buriall.*] Vacuum sepulchrum. κενὸν enim vacuus dicitur, & τάφος sepulchrum: à θάπτω, sepelire. Est enim ut capsa, quæ ponitur in templo in exequiis mortuorum. Virgil. 3. Aen. describit Cenotaphium sic:

> Solennès tum fortè dapes, & tristia dona
> Libabat cineri Andromache, manesque vocabat
> Hectoreum ad tumulum: viridi quem cæspite inanem
> Et geminas, causam lachrymis, sacraverat aras.

Quo loco Servius tumulum inanem cenotaphium esse dicit. Cenotaphiorum autem usum ad'nvenit superstitiosa veterum opinio, qui credebant defunctorum animas, si honore sepulchri carerent, stygiam paludem tranare non posse. Unde à sacerdotibus inventum est exequiarum genus, quod Terræ injectionem vocabant: ut etiam iis, qui naufragio periissent, aut quorum corpora haberi non possent, Iusta persolverentur. Tumulum itaque ex cæspitibus, aut alia materia congerebant, ubi absenti defuncti cadaver, tanquam præsente, solenni quodam ritu exequiæ peragebantur. Hujusmodi autem sepulchrum, in quod nullæ illatæ erant reliquiæ, Cenotaphium: hoc est, inane sepulchrum vocabatur. Suetonius honorarium tumulum appellat, in Claudio, Cæterum, inquit, exercitus honorarium ei tumulum excitavit: circa quem deinceps stato die quotannis miles decurreret: Galliarumque civitates publicè supplicarent. Quibus verbis significat cenotaphium Druso in Germania extructum, quum corpus ejus Romam devectum esset. Sic vocari possunt hodie, quos *repræsentationes* in anniversariis exequiis vocamus. Budæus. Ulpianus l. vel quæ. ff. de Religiosis & sumptibus fun. Si adhuc monumentum (*inquit*) purum est, poterit quis hoc & vendere & donare: si cenotaphium sit, posse hoc vænire dicendum est, nec enim hoc esse religiosum Divi fratres rescripserunt.

Censeo, censes, censui, censum, pen corr. n. t. Existimo, puto, arbitror. [חשב *chaſchab* דן *dan* כחב *chas.* ἀξιόω, ἡγέομαι. Gall. *Penser, estimer, opiner, estre d'avis.* Ital. *Esti mare, pensare, giudicare.* Germ. Schetzen/ achten/ meynen. Belg. Schatten/ meynen. Hisp. *Estimar, juzgar ò pensar.* Pol. *Mniemam, sprodziewam sie.* Vngar. *Vélöm, itilöm.* Angl. *To thing, estheme, iudge.*] Terent. in Eunuch. Censen posse me obsfirmare, &c. Liv. lib. 6. Bell. Pun. Censent eò venturum obviam Pœnum ¶ Item constituere, deliberare, sententiam dicere, ἀποφαίνεσθαι γνώμην. Nam senator censet, quum sententiam dicit de eo, quod sibi videtur: assentitur, quum alienum approbat. Cic. in Catil. Quid senatus censuerit, exponam. Idem pro Flacco: Cujus patrem armis pellendum à suis mœnibus censuissent. ¶ Item Censere, succensere significat. Varr. Ne vobis censeam, si ad me referretis. ¶ Est item Censere, facultates æstimare, & in censum redigere: quod quinto quoque anno Censores Romæ facere solebant. Cic. de Legib. Censores populi, civitatis soboles, familias, pecuniasque censento. ¶ Item censere sua bona, idem est aliquando, quod profiteri apud Censores. Cic. pro Flacco: In quatribu denique ista prædia censuisti? loquitur enim non de Censore, qui censere civium facultates solebat: sed de Deciano quodam, qui apud Censorem quum Census ageretur, sua prædia profitebatur. ¶ Est etiam Censeor deponens, idem significans quod profiteri, & sua bona censere. Cic. pro Flacco: Verum esto: gloriosus fuisti: voluisti magnum agri numerum censeri. Et paulò pòst: Census es præterea numeratæ pecuniæ centum tria millia, &c. Census es mancipia Amyntæ. Ibidem: Ac primò pertimuit quum te audisset servus suos esse censum. ¶ Composita à Censeo sunt Accenseo, Percenseo, Recenseo, Succenseo.

Censuus,

Censuus, adject. ut Censui agri: qui emi & vænire jure civili poterant. Festus.

Censio, onis, f. t. Castigatio. [ענש hanesch מכסה michsáh. τίμησις. Gall. Punition & reformation, estimation, taxe. Ital. Castigatione, correttione. Germ. Ein straff. Belg. Een pene. Hispan. Castigamiento y corregimiento. Polon. Kara, winna. Vngar. Bűntetés, bűságolás. Ang. Chastisement, punishment.] Vnde Censionem facere dicebantur Censores, quum mulctam cuipiam irrogabant, vel equiti equum adimebant, vel senatorem senatu movebant, vel quempiam ex plebe ærarium faciebant. Plaut. in Rud. Assume quidem, ne censionem semper facias. ¶ Censio hastaria vocabatur, quum militi mulctæ nomine, ob delictum militare indicebatur, ut hastas daret.

Censitio, onis, f. t. idem est quod Census impositio. [Pol. Danpodaw. Vng. Adó vetés.] Spartianus in Nigro: Idem Palestinis rogantibus, ut eorum censitio levaretur, idcirco quòd esset gravata, respondit: Vos terras vestras levari censitione vultis, ego verò etiam aerem vestrum censere vellem.

Censitor, oris, verb. m. t. ab antiquo verbo Censio, is, quartæ declinationis, idem quod censor. Vlp. in l. Formæ. § Illam æquitatem ff de censib. Illam æquitatem debet admittere censitor, ut officio ejus congruat.

Censor, oris, m. t. Qui censuram gerit, præfectus morum. [מתחכך methachchên מחקן meshakkên מוכיח mochiach ספר sophêr. τιμητής. Gall. Censeur, ou reformateur des mœurs & de la police. Ital. Censore, correggitore. German. Ein Schetzer, ein Straffer, ein Zuchtmeister. Belg. Reformatoor, tuchtheere. Hisp. El juez de los censos y costumbres, corregidor. Pol. Dozorca sprawy, ... Vngar. Vissgáló, ... Ang. A reformer, or corrector of manners.] Censores magistri morũ erant, à censendo: id est, arbitrando dicti, quòd illis summũ arbitrium esset de civiũ moribus castigandis. Vel à censu, quòd quinto quoque anno populi Rom. censum agerent. Varr. Censor ad cujus censionem: id est, arbitrium censeretur populus. Cicer. 3 de Legib. ex Leg. xij. tab. Censores, populi ævitates, soboles, familias, pecuniasque censento: urbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuento. Fest. Censores dicti, quòd quisque tanti sua æstimaret, quantum illi censuissent: quod non absurdum videtur, quia & rerum & morũ censores erant. Vnde Plutarchus in Aemilio: Censura maximæ omnium magistratuum reverentiæ, plurimæ potestatis, tùm in aliis rebus, tùm maximè ad morum emendationem. Nam senatores è senatu removere potest, equitibus equos adimere, ex plebeis ærarios facere, notare infamiã, censum agere, lustrum condere. Erant autem duo Censores, qui quinto quoq; anno creabantur. Vide autem Titum Livium lib. 4. Decadis primæ, ubi docet Censores ab agendo populi censu nomen fuisse sortitos.

Censor, Quinquennale primùm fuit censorum imperium ea lege, quæ Geganio Macerino II, Quinctio Capitolino V. Coss. lata est: Qua simul illud sancitũ, ut è gente patriciã crearentur; sed eam legẽ sexennio pòst Mam. Aemilius dictator correxit, lege latã, ne plus quàm annua ac semestris censura esset: gravis enim omnis diuturna potestas in liberã civitate. Censorũ erat munus civitatẽ censere, vectigalia locare, vitia notare. notatio autẽ, & animadversio in improbos cives non ejusdem erat generis. senator senatu movebatur: eques equũ publicum perdebat: plebeius in Ceritũ tabulas referebatur, & ærarius fiebat: hoc est, ferẽdi suffragii, & capiendi muneris publici potestate omni privabatur, ut tantum ad æra pro suo capite, tributi nomine, pendenda civis esset. Cerites enim, inquit Gellius, pro sacris bello Gallico receptis, custoditisq;, municipes sine suffragii jure facti: concessumq; illis, ut civitatis Romanæ honorem quidem caperent, negotiis tamen atq; oneribus vacarent, hinc tabulæ Cerites appellatæ, in quas censores referri jubebãt, quos notæ causã suffragiis privabant. adimebant igitur censores, quod cuiq; ordini summum erat: senatori, ne in senatu esset: equiti, ne equitis insigne publicũ equum, & annulum aureum haberet: plebeio, ne suffragium ferret: quod enim prætereà posset adimi, nihil erat. suffragii porrò amissionem sequebatur amissio simul omnium munerum publicorũ, sicuti è suffragii jure concesso, scimus honorum simul ac munerum omnium partem esse datam. Erátne civi Romano senatori, dicet aliquis, præter ordinis amissionem, alia pœna? erat. nam interdum non modò aditu curiæ prohibebatur: verumetiam tribu movebatur, in ærariosque referebatur. moveri autem tribu, est, in tribum ignobiliorem trãsferri, ut ex rusticã in urbanam, vel in aliam rusticam minus honoratam. Aemilium quidẽ Mamercinũ, quòd censuræ tẽpus minuisset, à censoribus & senatu ejectum, & tribu motum, ærariumque etiam, censu octuplicato, esse factum, Liv. lib. XXIX. scriptum reliquit. eodemque modo cives Romanos ordinis equestris non modò equo publico privatos, verum etiam in ærarios relatos esse, ex Valerio Maximo, aliisq; dicimus. Censoriam autem notã, atq; ignominiam ii, qui succedebant, censores plerunq; solvebãt. atq; etiam, quod censor unus statuerat, id alter sæpe mutabat. prætereà, notatos à censoribus pristinum in locũ restituere vel judices, re cognitã & judicatã, suis sententiis, vel populus ipse suffragiis & poterat, & solebat. quòd si quis è senatu ejectus, neq; à censoribus sequẽtibus: neq; à judicibus, neq; à populo in integrum restitutus esset: unã habebat in senatum redeundi viam, si honores illos denuò populi suffragiis consequeretur, quos qui gesserant, iis, etiamsi lecti in senatum à censoribus non essent, parere tamen curiam leges jubebant. Causæ quibus cives Romani à censoribus notarentur, multæ traduntur, ut: si quis cõceptis verbis pejerasset: si, quum esset in provinciã, socios diripuisset: si pecuniam accepisse ob rem judicandã putaretur: si propter æris magnitudinem prædia mancipasset: si paulò esset insolentior in sumptu: quæ de re verba sunt hæc apud Gellium lib. IIII. Cornelium Rufinũ bis consulatu & dictaturã functũ, censor Fabritius senatu movit ob luxuriæ notam, quòd decẽ pondo argenti facti haberet: notabantur etiã qui strigosiores equos haberent. quibus equus publicus adimebatur. omnium denique rerum nomine malè audientes, ut furti, peculatus, captarum pecuniarum, pro socio, quorum criminum turpia judicia vocabantur, à censoribus notabãtur: ut tamen iidem illarum ipsarum rerum postea judiciis absoluti, jus suum, censorum animadversione ademptum, sæpe recuperaverint. neq; unquam iis, in quos animadvertissent, censores, propterea vel magistratum capere, vel judicem legi, vel alterum accusare non licuit. In cẽsis pœna fuit gravissima, bonorum, & libertatis amissio: eamq; significat quidem Livius, quũ ait lib. I: Servius censum maturavit metu legis de incensis latæ: ostendit autẽ apertè Dionysius: [illegible] ex nostro libro de Legibus, & ex libro de civitate Romanã.

Census. Egregia multa sunt, nec à multis animadversa, quæ de censu civium Romanorum à veteribus tradita licet colligere. Censebantur cives Romani, nõ ubi ad ætatem ferendis armis idoneam, hoc est, ad annos XVII. pervenerant: quod video quosdam existimasse; sed à quo primùm die nati erant: nam si robustiores tantùm censi essent: Serv. Tullio regnãte, qui censum instituit, Romæ fuissent hominum ducenta millia siquidẽ Livius octuaginta millia, Dionysius etiam plures in primo cẽsu cõmemorat: ut necesse sit, eos, qui nondũ per ætatẽ gestare arma possent (omitto senes affectã jam ætate ob infirmitatem vitiũ domi sedentes, aut in lectulis cubãtes) haud ferè pauciores ducentis millibus fuisse, tantõq; marium numero parẽ fuisse numerũ fœminarum, æquè necessarium videtur. quod certè ad æstimationẽ quidem judicii mei, vix est ut credi possit. demus, id quod verum est, urbem Romã quum, regum virtute, ac sapientiã rebus omnibus vehementer esse auctam. annorum verò CLXXIII. spatio (in illo enim regni principio Servius, sextus rex, censum instituit) incremẽta fuisse tanta, ut capitum ducenta millia, quam hodie multitudinem in unã aut alterã Europæ urbe vix, aut fortasse ne vix quidem inveneas, numerata sint, ita simile veri non est, ut monstri simile videatur. ipse etiã Liv. lib. IIII, quum ait: Qu. Fabio T. Quinctio coss. censa civium capita CXXIIII millia, CCXIIII, præter orbos, orbasq;: nullam ætatẽ, orbis exceptis, nullumq; sexum censu exclusum, satis indicat, idẽq; lib. LIX significat, quũ inquit: Censa sunt CCCVIII millia, DXIII, præter orbos, & viduas. Quæ si cui dubia videntur argumenta, Dionysii Halicarnassei legat historiam, nam ex ejus verbis, quæ sunt lib. I, non modò cujusq; rem esse æstimatam, quod unum Livius, scriptor quãdoque parum diligens, tradidit, verumetiam ætates omnium, uxores, liberos, locum ubi habitarent vel in urbe vel in agro, publicis in tabulis notatum, planissimè ostenditur. Quod autẽ ad libertinos attinet: eos item unà cum ingenuis esse censos, idem Dionysius eodem in loco significat. Vtrum verò, qui extra pomœrium, an soli qui intra pomœrium habitabãt, censerentur, dubitare nõ licet: quum ab eodem & de agro Romano fieri mentionem videamus. Et ut de rusticis Romanis censis ex Dionysio, sic de municipibus, postea quàm communicari cœpta civitas est, planè constat ex eo Pædiani loco: Convenerat ex municipiis cujuscunque modi multitudo, aut propter comitia, suffragiorum causã, aut ludorum, aut ut censeretur. nec tamen obscurè idem significãt illa verba pro Cluentio: Illũ tabulas publicas Larini censorias corrupisse, decuriones universi judicaverunt. certè enim de tabulis iis intelligit, in quas censores quũ civium Romanorũ censum agerẽt, municipũ nomina retulerant. Coloni ante bellũ Punicum secundũ non censebãtur. ait enim Livius sic lib. XXIX: Duodecim coloniarum, quod nunquam antea factum erat, deferentibus censoribus, censum acceperunt; ut quantum numero militum, quantum pecuniã valerent, in publicis tabulis monumenta extarent: Censebantur quinto quoq; anno lustro scilicet cõfecto, quod integrum quatuor annorum spatium fuit. tametsi, ultra quadriennii intervallũ, vel bello, vel domesticis discordiis, vel alio casu, sæpe productũ esse censum observabimus. Magistratus huic muneri præfuit, primũ, qui summus in urbe fuit, reges duo postremi, Servius & Superbus: ejectisq; regibus, consules: deinde quum consules bellis impedirentur, censores: qui ab re nomen acceperunt: Census in foro fiebat: lustrum in campo Martio cõdebatur, cæsis sue, ove, tauro. quod sacrificium & solitaurilia, & suovetaurilia vocãt. de lustro Livius, Dionysius, oẽs historiæ narrant. de censu inde cõjicio, quod equites trabeatos per medium forũ idibus Quinctilibus ante cẽsores suã manu equum traduxisse, Livius, Valerius, Suetonius, Plutarchus affirmãt: qua qua in re significandã, verbũ traducendi vel vehere, veteres historici libenter usurparũt: Cicero, traducere dixit. quòd si equites in foro censebãtur: de cæteris, nihil obstet quin idẽ putemus. A principio, è Servii regis instituto, in suã quisq; classe quæ in centurias

turias dispertitæ erant: hoc est, ex suo quisque censu, quæ rei familiaris erat æstimatio, censebatur: qui centum millia, æve amplius possideret, in primâ classe, qui infra centum usque ad septuaginta quinque, in secundâ inde ad quinquaginta millia, in tertiâ: inde ad viginti millia, in quartâ: ab eo ad undecim millia, in quintâ: infrà verò, in sextâ. ex quo sequitur, ut decuriones, equites, senatores omnes in primâ classe censerentur: quandoquidem neque decurio poterat esse, qui centum millia non haberet: neque eques, qui quadraginta millia: neq; senator, qui octingêta millia. Post expletas verò XXXV tribus, non in centuriis, sed in suâ quemq; tribu censum esse crediderim. senatores enim clarissimos viros, summis honoribus functos ipsos inquam, censores, M. Livium salinatorem, C. Claudium Neronem, in suis utrunq; tribubus, nullâ factâ classium mentione, censum esse. Livius libro XXIX. perspicuè demonstrat his verbis: Equitum deinde census agi cœptus est, & ambo fortè censores equum publicum habebant. quum ad tribũ Polliam ventum est, in qua M. Livii nomen erat, & præco cunctaretur citare ipsum censorem: Cita, inquit Nero, M. Livium, & sive ex residuâ & vetere simultate, sive intépestivâ jactatione severitatis inflatus, M. Livium quia populi judicio esset cõdemnatus equum vendere jussit. Item M. Livius quum ad tribum Narniensensem, & nomen collegæ ventum est, vendere equum C. Claudium jussit. Festus tamen videtur significare, post expletas etiam XXXV. tribus cẽsos esse cives Romanos in centuriis: ait enim sic. Niquiscivit cẽturia est, quæ dicitur à Serv. Tullio rege constituta, in qua liceret ei suffragium ferre, qui non tulisset in suâ, ne quis civis suffragii jure privaretur. nam, sciscito, significat, sententiam dicito, ac suffragium ferto: unde scita plebis: sed in eâ centuriâ neque censetur quisquam neque centuriæ præficitur, neque centurialis potest esse: quia nemo certus est ejus centuriæ est autem, Niquiscivit, nisi quis scivit. Pedianus etiam, cujusque civis nomen in albo suæ centuriæ scriptum fuisse, tradit: indeque exemptos, qui à censore ærarii fierent. itaq; hanc veterũ quasi controversiã ita dirimemus, ut nominatas quidem recognitas in censu singulas tribus, nomina tamen civium in suâ cujusq; centuriâ scripta esse dicamus. Et quoniam tria genera civium fuisse constat, senatores, equites, plebẽ &, plebi equites, equitibus senatores dignitate præstitisse, constat: ratio postulat, id quod etiam veterum exempla testantur, ut in censu primus ordinis senatorii locus, equitum secundus, plebis verò fuerit postremus. primùm igitur recitabantur omnium senatorum nomina. erat autem inter ipsos senatores primùm recitari, perhonorificum: isque princeps senatus vocabatur. id in arbitrio censorum positum erat: à quibus tamen neminem, nisi de consularibus, principem senatus esse lectum, animadvertimus. eodem modo princeps equestris ordinis dicebatur is, quem censores primo loco scripsissent in iis tabulis, quæ equitum nomina continebant. Ex nostris observationibus.

Cēnsōrĭŭs, ad hominem relatum, cum significat, qui aliquando censurâ fuerit functus, τιμητικός: quemadmodum Consularem, & Prætorium vocamus, qui aliquando aut Consulatum gesserit, aut Præturã. Cic. 2. de Orat. Quid enim poterit dicere? Consularem se esse hominem & Censorium. Et paulò pòst: Id autem committere, vide quàm homini Censorio conveniat. ¶ Dicitur & de aliis rebus omnibus, quæ ad Censores pertinẽt quæq; censorum sunt. Censorium dictum, quod est censoris, seu quod ad censorem pertinet, & Censoria virgula. Quintil. lib. 1. cap. 2: Veteres Grammatici non versus modò censoriâ quadam virgulâ notare, sed & libros, qui viderentur falsò inscripti, tanquã subdititios submovere familiã permiserunt sibi, &c. ¶ Censorium non est. Cic. pro Cluent. Hominum delictum fortunæ judicio committere, minimè censorium est. ¶ Censoriæ vestes dicebantur, quibus Censores meritò uti possent. ἱμάτια τιμητικά. ¶ Censoriam virgulam tritissimum est ab eruditis appellari judicandi autoritatem, præsertim cum supercilio, à magistratu Romano sumptum.

Cēnsūrā, ræ, f. p. Censoris dignitas, sicut à Prætore Prætura. [תוכחת tochâchath. τιμητεία, τιμητικὴ ἀρχή. Gall. *Reformation, censure l'office d'un censeur.* Ital. *Dignità di Censore, Censura, reprehensione.* Germ. Das Ampt des schetzens oder straffens. Hisp. *La judicatura de aquel Censor, corregimiento.* Pol. *Vrząd sprawiaci obyczaie.* Vngar. *Vizsgálás emendalás.* Angl. *The office of the Censour, reformation.*] Plin. lib. 14. cap. 5: Catonum ille primus, triumpho & censurâ super cætera insignis. Liv. lib. 4. ab Vrb. Alios magistratus annuos esse, quinquennalem Censuram gravem esse. ¶ Accipitur interdum pro severitate, correctione, decreto & lege. Plin. in Paneg. Nam vita principis, censura est, eaque perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc convertimur. Apud Græcos censuræ genus. ὀνομασία.

Cēnsŭs, us, m. q. [מכלה michlâh מכס mèches, τίμημα. Gall. *Taxe & estimation, revenu, rente.* Ital. *Censo intrata, rendita, tributo.* Ger. Schatzung die man einem nach seinem angezeigten Gut aufferlegt/ Steur. Belg. Een Schattinge. Hispan. *Pecha, cannama.* Pol. *Dan, szacunek.* Vngar. *A'do, marha ...* Angl. *A cessing, valuing, a subsidie, or yarlie revenewes.*] Dicebatur æstimatio rerum & bonorum facta, secundum quam tributa pendebantur. Vnde, Censum agere, est recensere hominũ facultates. Liv. 1. ab Vrb. Cẽsum instituit, rem saluberrimam tanto futuro imperio. ¶ Censui censendo bona esse dicebantur, quæ mancipi erant, & modis jure civili institutis acquisita. Cic. pro Flacco: Illud quæro sintne ista prædia Censui censendo? habeant jus civile? sint mancipi? subsignari apud ærarium, apud Censorem possint? ¶ Census item, annuus reditus, & quicquid fortunarum quis habet. οὐσία, τιμητόν. Iuvenalis: Protinus ad censum, de moribus ultima fiet Quæstio. Cic. 2. de Legib. A' quo iterum funerum sumptus præfinitur ex censibus, à minis quinque usque ad minam. Vnde qui censum millia æris in professionem detulissent, Censi dicebantur. Census equestris constabat ex sestertiis quadringentis.

Cēnsŭs, a, um, significat id, quod in censum relatum est. [τιμηθείς. Polon. *Oszacowani.* Vngar. *Szám, szám ..., ado ala vetetett.* Angl. *Cessed, valued, taxed.*] Cic. pro Archia, Illis temporibus nulla populi pars est censa. Idem in Verrem: Te prætore Sicilia censa denuò est. Cic. de Orat. Quæritur de eo qui domini voluntate census sit, si lustrum conditũ non sit: sitne liber. ¶ Censi etiam illi appellabantur, qui centum millia in bonis habebant, qui à Iurisconsultis appellantur Centenarii.

Cēnsŭs, si, m. f. Significat eum de cujus bonis factus est census, τιμηθείς. Cic. pro Archia: Eum qui sit census, se gessisse jam tum pro cive. ¶ Capite census, vide suprà suo loco.

Cēnsŭālĭs, le, Vlp. l. Forma. ff. de censi. Formâ censuali cavetur, ut agri sic in censum referantur. Vincula censualia. Idem ead. l. §. si quis inquil. Si quis inquilinum, vel colonum non fuerit professus, vinculis censualibus tenetur.

Cĕntaurēā, æ, f. p. sive centaurion, rii, κενταύρειον. Diosc. Herba est, quæ à Chirone Centauro nomen accepit, qui eâ curatus dicitur, quum Herculis hospitis sui arma pertractanti, sagitta decidisset in pedem. Ejus duo sunt genera, majus, & minus. Majoris radix, quæ sola in usu est. in Officinis pro Rheo Pontico magno errore ostenditur. [Gall. *Centaurée ou ceronnée.* Ital. *Reuponttico.* German. Tausend guldenkraut/ Erdgall/ Biberkraut. Belg. Cleene centorie/centauriaen. Hispan. *Reupontico.* Polon. *Centuryia.*] Minus verò Centaurion (quod à Plinio Centaurion lepton dicitur, & à nonnullis Limnesion, propterea quòd rigua amet loca) etiam hodie in officinis nomen retinet. tametsi à quibusdam Febrifugia, & Fel terræ dicitur. [Gall. *Fiel de terre.* Ital. *Biondella.* Hisp. *Hiel de terra.*] Virg. 4. Georg. Centaureum appellavit, pen. prod. Cecropiumque thymum, & graveolentia Centaurea. Vide Plin. lib. 25. cap. 6.

Cĕntaurĭs, Plinio, Tertia est centaurii species, cognomento Triorches, eò quòd qui eam secat, à triorche accipitrum genere dicatur impugnari. Hæc Plin. lib. 25. cap. 6.

Cĕntēnārĭŭs, Centenus, Centesimus, Centesimare, Centiceps, Centimanus, Vide CENTUM.

Cĕntĭfŏlĭa. Rosæ genus, in Campaniâ potissimùm proveniens: à foliorum multitudine ita appellatum: de quo vide Plin. libro 21. cap. 4.

Cĕntĭgrānum, Genus tritici, dictum quòd ferat centum grana. Plin. lib. 18. cap. 10.

Centinodia, Vide POLYGONON.

Cĕntĭpĕdă, Vermis est pilosus, multis pedibus arcuatim repens, ab aliquibus Multipeda, ab aliis Millepeda dictus. [ὀνίσκος. Pol. *Gąsienka.* Vng. *Hernyo.*] Differt à scolopendra, quæ & minor est, & perniciosior, neque arcuatim serpens. Autor Plin. lib. 29. cap. 6.

Cĕntĭpellĭo, onis, Plin lib. 28. cap. 9. de Cervis: Testes quoque ejus inveterati, vel genitale mari, salutariter dantur in vino: item ventres qui centipelliones vocantur.

Cĕntĭpēs, com. t. Piscis est alio nomine Scolopendra dictus. σκολόπενδρα, dicitur à terrestris scolopendræ similitudine. Hic hamo devorato omnia interanea evomit, donec hamum egerat: deinde resorbet. Autor Plin. lib 9. cap. 43.

Cento, onis, m. t. Velum laneum, lana, aut tomen confertum, qualibus olim in bello uti solebant, ad machinas obtegendas, ne tormentorũ missilibus perfringerẽtur. [כלונים beloîm. κέντρων, ἐπίσαγμα, σύρραμμα. Gall. *Vne chose faicte de pieces ramassées, amas de plusieurs pieces & morceaux.* Ital. *Schiauina.* German. Ein Wolline zusammen gebletzete Decke/ oder fätzeng. Belg. Een versetoorre gaderde Decken. Hispan. *Vestidura ò obra de remiendos.* Pol. *Wory natkane y na murze ..., ony, lazanina.* Vngar. *Ybido ...* *fodozot lasnok pok ócz.* Angl. *A hapharlat, a course covering of diverse shreds.*] Cæs. Centonesq; insuper injecerunt, ne aut tela tormẽtis missa contabulationẽ perfringerent, aut saxa in catapultis lateritium discuterẽt. Sisen. l. 3. Histor. Aceto madefactis centonibus integũtur. ¶ Quidã Centonẽ capiunt pro stragulî genere quod cubantibus insterni solet. Cato de Re rust. cap. 10. & 11: Culcitras octo, instragula octo, pulvinos sexdecim, operimẽta decem, mappas tres, cẽtones pueris sex. Similiter & Macrobius dum scioplã sub cẽtonibus jacẽre scribit, rusticum stragulũ esse declarat. Fieri aũt cẽtones cõstat ex pannis diversorũ colorũ, vel lanis in unũ cõdensatis atq; consutis. ¶ Vnde ad earũ similitudinẽ, Centonẽ vocãt carminis genus ex diversis carminũ fragmentis hinc atq; illinc accersitis, contextum, quasiq; consutũ: Græci κέντρωνας vocãt. ¶ Extãt adhuc Homerocentones. Ὁμηρόκεντρωνες: & Virgiliocentones, à Probâ Falconiâ consuti: itẽ alii ab Ausonio, qui etiã centonum legẽ præscribit his verbis. Variis (inquit) de locis, sensibusque diversis quædã carminis structura in unũ solidatur versum, ut coëant, aut cæsi duo, aut unus, & sequens cum medio: nam duos junctim locare ineptũ est. ¶ Vnde proverbialiter dicimus farcire

centones

centones. Plaut. Epid. Quid tu, inquit, alium quæras, cui centones farcias. id est, quem tu gloriosis mendaciis & consarcinatis fabulamentis expleas.

Centunculus, dim f. à Cento pro vili ac sordido stragulo. [illegible] Polon. [illegible] Vng. [illegible] Seneca lib. 11. Epist. Diutinum accipit, in centunculo dormit. ¶ Accipitur & pro viliori operimenti genere, quod clitellis substerni solet. Liu. 7. ab Vrb. Multis strata detrahi jubet, binis tantum centunculis relictis. ¶ Centunculus item, teste Dioscor. à Romanis vocatur herba, quam Græci *Gnaphalion*, & [illegible] vocant. ¶ Ratio nominis tracta videtur à molli foliorum lanugine, qua ad infarciendos centones tomenti inopia suppleri possit. Vide Diosc lib. 3. cap. 122. Plin. autem lib. 24. cap. 15. autor est: Centunculum Italis appellatum fuisse terrarum clematidis genus, costatis fulis, ad similitudinem capitulorum [illegible] jacens in arvis.

Centona is. Ruta sylvestris apud Diosc lib. 3. cap. 51.

Cent[illegible] id est. Absynthium marinum Diosc. lib. 3. cap. 26.

Centrinæ, Culices in ficub fucis apũ ignaviã militiaq; similes.

Centrum, n. f. Latinè Punctum in sphæra, orbe aut circulo, medium à quo lineæ rectæ ad extremitatem ductæ inter se sunt æquales. [illegible] Gall. *Centre, le point au milieu d'un cercle rond*. Ital. *Centro*, Germ Ein mittel punct, Hispan. *Centro*. Pol. [illegible] Vng. [illegible] Ang. *The midde point of a round thing.*] Apuleius in Cosmographia: Cardinem, [illegible] Mundi (sic enim dixerim centrum) habet tellus. Cicer. 1. Tusc. Persuadent enim Mathematici terram in medio Mundo sitam ad universi cœli complexum, quasi puncti instar obtinere, quod Centrum illi vocãt. ¶ Centra in marmore, sunt quidam veluti duriores nodi ad clavi similitudinem, inimica sectiri intima etiam lignorum parte inveniuntur. Plin. lib. 36. cap. [illegible] ¶ Inveniuntur & in quibusdam arboribus, sicut in marmore [illegible] est, duritia clavo similis, inimica ferris. Et quædam [illegible] lapide recoctæ, aut comprehensiu in corpus, [illegible] arboris ramo ¶ Est item Centron crystalli quoddam [illegible] durum & fragile. quod & sale appellant. Plin. lib. 37 cap. [illegible] Inficitur crystallis plurimis vitiis, scabro, ferrugine, maculosâ nube, occultâ aliquando vomicâ, præduro fragilig; centro, & sale appellato.

Centra[illegible] is. adjectivum. [illegible] Plin. lib. [illegible] Quindecies & plurius subter. quum terca centrali intervenat.

Centrosus, a, um: [illegible] Polon. [illegible] Vngar. [illegible] ut, Centrosa scobis: id est, limatura admodum dura, veluti centrum quod in marmore. vel junipero invenitur. Plin lib. 37. cap. 7: Adulterantur [illegible] simillimæ, sed cote deprehenduntur, sicut aliæ gemmæ tactitæ mollior enim materia & fragilis, & centrosa scrobe deprehenduntur: & pondere, quod minus est vitreis, aliquando pustulis argenti modo relucentibus.

Centum. Nomen numerale & indeclinabile. [illegible] Gall. *cent*. Ital. *Cento*. German. Hundert. Belg. Hondert. Hisp. *Cien*. Pol. *Sto*. Vngar. *Száz* Ang. *An hundred.*] Cicer. pro Mil. Hic centum dies penes accusatorem quum fuissent, ab eo ipso accusatore producti sunt. ¶ Accipitur aliquando Centum indefinitè pro pluribus. Sic Centum greges apud Horat. 2. Carm. Ode 16 & Centum juvenes apud eundem, lib. Epod. Centum puer artium. 4. Carm ¶ Composita tamen variantur. ut Ducenti, æ, ta. Trecenti, Quadringenti, Quingenti, Sexcenti, Septingenti. Octingenti, Nongenti.

Centies. adverb. [illegible] Gall. *Cent fois*. Ital *Cento volte*. Ger. Hundertmahl Hisp. *Cient vezes*. Polon. *Stokro[illegible]* Vngar. *Százszor*. Ang. *An hundred times.*] ut, Centiès circumf. scere prius quam, & Plaut Rud. Centies H. S reliquit Cicer. 2. Phil. Ducenties. Trecenties. Quadringenties Quingenties, Sexcenties, Septingenties, Octingenties, Nongenties.

Centenarius, [illegible] Gall. *De cent ans, de cent livres, ou autres choses*. Ital. *Di cento anni, di cento libre & cose simili* German. Das ein hundert jar/ oder pfund / oder dergleichen anders. Hispan. *Cosa de numero de ciento*. Polon [illegible] Vngar. *Száz fontos, mà s.* Ang. *Of an hundred yeeres in age, of an hundred pound weight, and such like.*] & similia in arius, denotant non multiplicationem sui, sed numerum aliarum rerum quæ non nominantur: ut, Lapis centenarius, non quòd centuplus sit, sed centum librarum. Homo centenarius, non quòd sit centum geminus, sed quòd habeat centum annos. Centenarius numerus gregum Varr. 2. de Re rust. cap. 5. [illegible] ¶ Centenariæ cœnæ dicebantur, in quibus lege Licinia non plus centussibus: hoc est, centum assibus impendebatur, qui erant nummi breves ex ære Festus. ¶ Centenarii item illi dicuntur à luteris insulteis, qui centũ millia H. S possident, qui à veteribus, ut aie Asconius, dicebantur Censi.

Centenus, a, um: [illegible] Gall. *De cent*. Ital *Di cento*. German. Das zu hundert gehört. Hispan. *Cada uno ciento*. Polon. *Stokrotny*. Vngar. *Százig valo*. Ang. *Of an hundred.*] Plin. lib. 11. cap. 37: Iecur maximæ vetustatis patiens, centenis durare annis, obsidionum exempla prodidère: hoc est, centum. Idem lib. 33. cap. 10: Non erat apud antiquos numerus ultra centum millia: itaque & hodie multiplicantur hæc, ut decies centena millia, aut sæpiùs dicantur. Virg. 10. Æn. It gravis Auletes centenâque arbore fluctum Verberat assurgens: hoc est, centum ingentibus remis.

Centesimus, a, um, Propriè ordinis numerus est, significãs postremum, vel unum ex centenarios [illegible] Gall. *Centiesme*. Ital. *Centesimo, cento per uno*. German. Der hundertest. Hispan. *Ciento puesto en orden*. Polon. *Sty*. Vngar. *Százaik*. Ang. *The hundreth.*] Plaut. in Milit haud centesimam Partem dixi: neque otium si sit, possem expromere. ¶ Interdum multiplicandi vim habet, & pro centuplo accipitur: ut quum dicimus, Centesimũ fructum ager attulit: hoc est, centies tantum quantum sementis acceperat. ¶ Centesima fruges, idem Plin. li. 5. ca. 4. Ita appellatur regio CCL M passuum fertilitatis eximiæ, cum centesimâ fruge agricolis fœnus reddente terrâ. ¶ Centesimas Calendas, Iurisconsulti vocant centesimũ mensem unde Centesimis Calendis aliquid dare: hoc est, intra annos octo, & menses quatuor: ut annotavit Alciat. in Parerg.

Centesimæ, simæ. [Polon. [illegible]] Genus usuræ, quæ centesimo mense explet sortem, utpote quum centum librarũ sors singulis mensibus libram unam usuræ parit: hoc est, duodecim libras singulis annis. [illegible] vide Bud. de Asse. Cicer. ad Attic. lib. 1: Nam à Cæcilio propinqui minore centesimis nummum movere non possunt. Plin. Epist. 205: Proinde primã quoque occasione mitte. appositis quidem usuris, quas ego (non possum parcius) centesimas computabo.

Centesimare, & Decimare exercitum, castrensia verba sunt, pro eo quod est, centesimum, vel decimum militem supplicio afficere. Solent enim Imperatores, quum gravius quippiam milites deliquissent, eam moderationem adhibere, ut neque universum exercitum delerent, neque facilitate veniæ alios ad similia invitarent. Convocatis itaque universis, centesimum, aut (si videretur) decimum quenque sorte proditum securi percutiebant, cæterosque metu liberabant ¶ Iulius Capitolinus in Macrino Et cùm seditiones militares parerentur: multos sæpiùs decimavit, aliquando etiam centesimavit, quod verbum proprium ijs est eùm se clementem diceret, quando eos centesimaret, qui digni essent decimatione atque centesimatione

Centiceps, pitis, om. t. Qui centum habet capita. [illegible] Gall. *Qui a cent testes*. Ital. *De cento capi*. German. Hundertköpfig/ das hundert häupter hat. Hisp *Cosa que tiene cien cabeças*. Polon. *Stogl[illegible]*. Vngar *Száz fo[illegible]*. Ang. *That hath an hundred heades.*] Horat. 2. Carm. Ode 13: illis carminibus stupens Demittit atras bellua centiceps Aures.

Centimanus, Qui centum habet manus [illegible] Gall. *Qui a cent mains*. Ital. *Di cento man*. German Der hundert hend hat. Hispan. *El que tiene cien manos*. Pol. *Storęczny*. Vng. *Száz kezu*. Ang *That hath an hundred handes.*] qualem finxit Briareum gigantem Virgil 6. Æn. refert. Ovid. 3 Metam Nec quo centimanum dejecerat igne Typhœa Centimanus Gyges. Horat. 2. Carm. Testis mearum centimanus Gyges Sententiarum.

Centumviri, Iudices centum Romæ, qui de causis quibusdam privatis cognoscebant & judicabant, ut de usucapionibus, tutelis, gentilitatibus, agnationibus, testamentis, &c. [Gall *Cent personnes ou plus qui anciennement à Rome iugeoyent des causes civiles*. Ital. [illegible] German. Hundert und fünff Richter vor zeiten zu Rom. Hispan. *Collegio era en Roma de ciento*. Angl. *An hundred and moe iudges that iudged of certaine civill causes in Rome.*] Nam quum essent Romæ triginta quinque Tribus, quæ & Curiæ sunt dictæ, terni ex singulis tribubus sunt electi ad judicandum, & Centum viri appellati: qui licet quinque supra centum fuerint, tamen quò faciliùs nominarentur, Centumviri dicti sunt. Festus. Cic pro Cæcin. Ex hoc loco Scævolam dixisti causam apud Centumviros non tenuisse. Idem 1. de Orat. Quid qua de re inter Marcellos & Claudios patritio Centumviri judicarunt?

Centumviralis, rale, Quod ad centumviros pertinet: ut, Iudicium centumvirale. Cic. 1. de Orat. Quid quod item in centumvirali judicio certatum accepimus! Centumvirales causæ, Centumviralia judicia, & Centumviralis hasta. &c.

Centuplex, icis, om. t. [illegible] Gall. *Centuple, double cent fois* Ital. *A cento doppi*. Germ. Hundertfaltig. Hispan. *Ciento tanto*. Pol. *Stokrotny* Vng. *Százszor fo[illegible]*. Angl. *An hundreth folde.*] Plaut. in Pers: Hæc misi inde abiecit, centuplex murus rebus servandis parvus est.

Centuplicatò, adverbium. [illegible] Gall. *En cent doubles, ou double cent fois*. Ital. *Raddopiato cento volte*. Germ. Doppelt/ hundertfeltig. Hispan. *Cient vezes tanto* Polon. *Sto pow[illegible]*. Vngar. *Száz k[illegible]*. Angl. *A hundreth folde doubled.*] Plinius libro 6. cap. 23: Quæ apud nos centuplicatò væneunt.

Centuplus, a, um, idem quod Centuplex.

Centussis, Pecuniæ genus fuit apud Romanos, centum asses, seu (quod in idem cecidit) quadraginta valens sestertios. Persius: Et centum Græcos curto centusse licetur. ¶ Centussis pro centusse: id est, assibus centum. Varr. apud Gell. lib. 15. cap. 18: Nunc qui illum norunt, volunt emere millibus centum: te quî novi nemo centussis.

Centumcapita, [illegible] Herba est ex aculeatarum genere, quæ alio nomine Eryngē alba, sive Fryngium dicitur, [illegible], caule & radice in cibos à Græcis recepta. Plin. lib. 22. cap 8.

Centum-

Cĕntūmpŏndĭum, n. f. Pro immani pondere legitur, etiam si centum pondo excedat. Plaut. in Asin. Ad pedes quando alligatus es, æquum centumpondium. Cato cap. 13: Cellas duas, trutinam unam, centumpondium incertum unum, & pondera certa.

Cĕntŭncŭlŭs, Vide CENTO.

Cĕntŭrĭă, f.p. numerus Centum. [ἑκατοντάς, ἑκατοστύς. Gall. *centeine, bande de cent hommes.* Ital. *Compagnia de cent' huomini.* German. Ein Rott von hundert Kriegsleuten. Belg. Een Rot ofte Bende van hondert Krijgsluyden. Hispan. *Compania de cient hombres armados.* Polon. *Rotta sto zolnierzow pod soba maiaca.* Vngar. *Százallya.* Angl. *A companie conteining an hundred men.*] In re militari centum continet homines, qui sub uno Centurione sunt, quorum centenarius justus est numerus. Cicer. 2. de Divin. Primùm vide ne in eum dixerint, qui rogator centuriæ fuisset. ¶ Centuriæ in agris, dicebantur ducenta jugera. Centuria à Centum jugeribus vocabatur: sed mox duplicata nomen retinuit, inquit Colum. lib. 6: Sicut Tribus dictæ, primùm à partibus populi tripartitò divisi, quæ tamē nunc multiplicatæ, pristinum nomen possident. Var. l. 4. de ling. Lat.

Centuria, vocabulum centuriis, ut ait Siculus Flaccus, ex eo datum est, quum antiqui Romani agrum ex hoste captum victori populo per bina jugera partiti sunt, centenis hominibus ducentena jugera dederunt, & ex hoc facto centuria jure appellata est.

Chīrīdŏtă. [χειριδωτός. Germ. Ein Rock mit langen Ermel biß auff die finger. Pol. Zupica. Vng. Hoszú ujjú ruha.] Tunica prolixa ultra brachia manus operiens. Alio nomine Macrochira dicitur. Vnde Scipio Galio homini delicato objecit, quòd cum chiridota tunica, id est, manicata accubuerit. Has vestes Plautus vocat manuleatas. ¶ Dicta est autem chiridota ἀπὸ τῶν χειρῶν: hoc est, à manibus quas tegebat.

Chīrŏgrăphum, n. f. [כתב יד chethab iad. χειρόγραφον. Gall. Escrit signé ou cedule de sa main, seing manuel. Ital. Scritto di mano. Germ. Ein Handtschrifft. Belg. Handschrifft / obligatie. Hisp. Escriptura de propria mano. Pol. Cyrograph, wyznanie. Vng. Kézírás. Ang. My awne handwriting.] Est quod nostra manu perscripsimus in fidem alicujus. Asconius scribit Chirographa dici, in quibus tantùm quæ gesta sunt, scribi solent. In syngraphis etiam contra fidem veritatis pactio venit, & non numerata pecunia, aut non integrè numerata pro temporaria voluntate hominum scribi solet. Iuven. Vana supervacui dicunt chirographa ligni. Cic. 3. de Nat. deor. Id quoq; L. Labienus fecit, quum chirographum sex primorum imitatus est.

Chīrŏgrăphārĭŭs, adject. [Polon. Ten który długo chirographem ...] ut Debitor chirographarius, qui suo chirographo scripsit se debitorem in codice. Vlpian. in l. Si ut certo. §. Idem denique ff. Commodati. Si tibi codicem commodavero, & in eo chirographarium debitorem tuum cavere feceris, &c. ¶ Itē Chirographarius creditor dicitur, qui sibi chirographo cavit. Paulus in l. pen. de privileg. credit. Respublica creditrix omnibus chirographariis creditoribus præfertur. Opponuntur autem hi creditores iis qui hypothecarii dicuntur. ¶ Dicitur etiam chirographaria pecunia, quæ sine pignore ex chirographo debetur.

Chiogrillus m. f. Echinus terrestris ut apud Levit. cap. 11.

Chīrŏmantīă, [χειρομαντεία. Pol. Znyes na rękach proso ...o. Ang. Palmestrie, telling of fortune by lines in the hand.] In manibus divinatio, quæ ex linearum, quæ in manibus sunt, inspectione fieri solet, à χεὶρ & μαντεία.

Chīrŏmantĭcŭs, vel Chiromantis. [χειρομάντις. Gall. Vn chiromancien ou ... la main. Ital. Chiromantico. German. Wahrsager auß den Henden. Belg. Een Handtdicter / ofte bestendet. Hisp. El que adevina por rayas de la mano.] Qui è manuum lineamentis futura prædicit.

Chīrōnĭŏn [χειρώνιον. Germ. Ein Kraut gemeiniglich Rhapontica genant.] Tertium panacis genus, ab inventore Chirone Centauro ita dictum, folium lapatho simile, florem aureum, radicem parvam habens. Plinius lib. 25. cap. 4. ¶ Est præterea Chironium herba eadem cum centaurio majore: ita dicta à Chirone Centauro quòd ea curatus esse dicitur, quum Herculis arma pertractando telum in pedem decidisset. Vide suprà in dictione Centaurea.

Chīrōnĭă vitis, [χειρωνία ἄμπελος. Polon. Czernika.] Herba est smilacis foliis, claviculis suis arbores vitis modo conscendens, pro semine acinos habens uvæ modo dependentes, initio herbaceos, postea nigricantes, radice foris atra, intus buxei coloris. Alio nomine Vitis nigra, ἄμπελος μέλαινα appellatur. Dicitur à Chirone inventa. Vide Plinium libro 23. capite 1.

Chīrōnŏmus, m.f. [χειρονόμος. Gall. Ioueur de moresques, ou celuy qui apprent à mouuoir les mains & à faire la contenance. Ital. Giuocatore di mano, danzatore di moresche con menare di mano. Germ. Der im Tanz mit den henden wunderbare und vielerley bossen treibt. Hispan. El que dança por personajes. Polon. Plessacz. Vng. Tapsoló, szökö. Angl. A morrishe dauncer.] Propriè qui inter saltandum manibus gesticulatur: quanvis etiā ad reliqui corporis gestus transferatur. Iuven. Sat 6: Chironomum Ledam molli saltante Batillo, Tuccia vesicæ non imperat. ¶ Inde χειρονομεῖν Græcis idem est quod manibus gesticulari: cujus verbi participio usus est idem Iuven. Satyr. 5:

Structore interea (nequa indignatio desit)
Saltantem spectas, & χειρονομοῦντα volanti
Cultello, donec peragat dictata magistri
Omnia, nec minimo sanè discrimine refert
Quo gesto lepores, & quo gallina secetur. Vbi χειρονομοῦντα dixit, quasi manibus gesticulantem, & certo quodam manuum gestu escas dividentem.

Chīrōnŏmĭă, f.p. [χειρονομία. Gall. Science de faire gestes des mains, moresque. Ital. Moresche con menare di mano. Germ. Das fechten possen treiben mit den henden / oder ein abentheuriger bossechtiger Tantz. Hisp. Dança por personajes. Polon. Plessy. Vnga. Tapsolás kez hányas. Ang. The art of playing morishes.] Manuum gesticulatio inter saltandum, vel saltationis quoddam genus quod manuum gesticulationem habebat adjunctam: cujusmodi olim fuit Pyrrhice. Quint. lib. 1. cap. 19. legem gestus interpretatur: à χεὶρ manus, & νόμος lex: sunt enim manuum motus quidam præscripti, quibus saltantes utuntur: quod potissimum in Græcorum usu fuit. Apud Romanos autem, integris adhuc urbis moribus, saltatio in solo theatro exercebatur, & maximè pyrrhica.

Chīrōthēcă, f.p. [בית היד beth je hajad. χειροθήκη. Gal. Gant. Ital. Guanto. Germ. Handschuch. Belg. Handtschoen / Wants. Hispan. El guante. Pol. Rękawica. Vng. Keszkeno. Ang. A gloue.] Manuum vagina, quæ etiam manica sive manutheca, & manipulus dici solet. Cic. in Philipp. Solet enim citò ipse accipere manicas Græci etiam Dactylothecam vocant.

Chīrūrgŭs, m.f. [χειρουργός. Gall. Chirurgien. Ital. Cerusico. Germ. Ein Wundartzet. Belg. Wondenmeester / oft chirurgijn. Hisp. Chirurgiano que cura con manos. Polon. Balwierz. Vng. Borbély, czi̇ellikus. Ang. A surgean, a chirurgion.] Medicus vulnerarius, à manuum operatione sic dictus. Mart. lib. 2. Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus.

Chīrūrgĭcŭs, a, um, χειρουργικός: ut Ars chirurgica, Instrumentum chirurgicum.

Chīrūrgĭă, f.p. [χειρουργία. Gall. Chirurgie. Ital. Chirurgia. Ger. Die kunst der Wundartzney. Hispan. Aquella arte de curar con las manos, chirurgia. Polon. Vmiemiętność goienia ran. Vngar. Borbélyság. Angl. The art of surgerie.] Licet nomen generale sit ad omnem artem, quæ actionem habet manuum cum cognitione conjunctam: propriè tamen dicitur de ea parte medicinæ, quæ sectione, vel ustione, aut alia quavis ratione, quæ manu administretur, morbos curat. Cicero ad Atticum: Sed ego diæta curari incipio, chirurgiæ tædet. ¶ Eadem & Chirurgice appellatur. Celsus in procemio libri primi Medicinæ: Iisdemque temporibus in tres partes medicina diducta est, ut una esset quæ victu, altera quæ medicamentis, tertia quæ manu mederetur. Primam Diæteticen, secundam Pharmaceuticen, tertiam Chirurgicen Græci nominaverunt. ¶ Chirurgia est scientia medicinæ altera pars, quæ per consuetas tùm sectiones, tùm adustiones, & quæcunque alia manu fiunt, humana corpora restituit. Chirurgia quum sit vetustissima, magis tamen ab illo parente omnis medicinæ Hippocrate, quàm à prioribus exculta est, deinde posteaquam deducta ab aliis habere professores suos cœpit, in Aegypto quoque excrevit, Philoxene maximè autore, qui pluribus voluminibus hanc partem diligentissimè comprehendit: Gorgias quoque & Sostratus & Hieron & Apollonii duo, & Hammon Alexandrinus, multique alii viri, singuli quędam repererunt. Ac Romę non mediocres professores, maximéq; nuper Tryphon pater & Evelpistus, & ut ex scriptis eorum intelligi potest eruditissimus magis, quibusdam in melius mutatis, aliquantum rei disciplinæ adduxerunt. Ex Celso.

Chlămys, ydis, f.t. [בגד מעיל mehil. χλαμύς. Gal. Manteau ou cape, habit de gendarme au temps passé. Ital. Sopraueste militare. Germ. Ein Kriegskleidung. Belg. Een Ruyters Mantel / een Crijchsmans volte capps. Hisp. Vestidura redonda como manto. Polon. Zoln erska szata. Vng. Kurta mante, kurta köntös. Ang. A cloke or a spanish cappe, a man of warres habite.] Propriè vestis militaris, pallio brevior multo ac strictior. Virgil. 8. Aeneid.-ipse agmine Pallas In medio chlamyde & pictis conspectus in armis. Plautus: Puer cape chlamydem, & da pallium. Idem ad ornatum militis ait opus esse chlamyde, machæra, & petaso. Similiter Iul. Pollux inter apparatus militares, numerat chlamyda. Iureconsult. verò inter vestimenta puerilia numerant chlamydes. Vnde Vlpianus in l. vestis. ff. de auro & argento legatis: Puerilia sunt quæ ad nullum alium usum pertinent nisi ad puerilem: veluti togæ prętextæ, aliculæ, chlamydes, pallia quæ filiis nostris comparamus. Macrobius: Veteres, inquit, omnem habitabilem terram extentæ chlamydi similem esse dixerunt. Hoc dicit significans similitudinem ejus arctam esse. Budæus. A Numa Romanorum rege chlamydem repertam Suidas autor est. Quidam deducunt à χλιαίνειν, tepefacere.

Chlămydātus, adiectivum, Qui est chlamyde indutus. [χλαμυδωτός. Polon. Wdziany w płaszcz obleczony. Vngar. Kurta mentés. Angl. That weareth a spanish cappe or cloke.] Plautus in Pseud. Quis hic homo chlamydatus est? aut unde est? aut quem quæritat?

Chlămydŭlă, diminut. [χλαμύδιον. Vngar. Kurta mentécske. Angl. A litle cloke with a hoode, or spanish cloke.] Idem: Tu sume chlamydulam.

Chlænă, æ, f.p. χλαῖνα, Vestimenti genus quod palliis, hyberno præsertim tempore superinduebatur: [Polon. Kopieniak. Vnga. Szuba.] Latinis Læna appellatum. Vnde natum est apud Græcos proverbium: ἐν θέρει τὴν χλαῖναν κατατρίβεις, ἀεὶ τοῦ μὴ πρὸ ὥρας δὶς ἀναγκαίοις χρῆσθαι. Hoc est, Aestate lænam deteris. In eos dici solitum qui alieno tempore rebus necessariis abutuntur. ¶ Dicta est autem Chlæna, ut putatur, ἀπὸ τοῦ χλιαίνειν: hoc est, à calfaciendo, propterea quòd densitate sua & pondere gestantes calefaceret.

Chlōrĭōn, χλωρίων, Avis est lutei coloris, perpetuas cum corvo inimicitias exercens, altero alterius ovis insidiante. Vide Plin. lib. 10. cap. 29. & 74.

Chlōrītēs, χλωρίτης, Gemma est herbacei coloris, quæ in scyllæ avis ventre inveniri creditur. Hanc magi ferro includi jubent, tanquam ad prodigiosa quædam miracula utilem. Vide Plin. ultim. cap. 10.

Chŏă, sive Chus, χοῦς ἢ χοεύς, Mensuræ genus fuit apud Græcos, Romanum capiens congium: hoc est, sextarios sex, sive cotylas Atticas duodecim. Vide Budæum de Asse.

Chŏāspītēs, χοασπίτης, Gemma est viridis, auri fulgore intermicante: ita dicta à Choaspi fluvio, in quo invenitur. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Chœnix, chœnicis, χοῖνιξ, Nomen mensuræ duos capientis sextarios. Hac mensura servis olim frumentum in cibum admetiebantur domini. Vnde Pythagoreum ænigma est: Super chœnice non sedendum: hoc est, per inertiam & ocium alienum cibum non esse sectandum, sed sua quenque industria sibi vitæ necessaria debere parare. ¶ Chœnix, quæ & major libra apud Athenienses vocatur: fuit mensura tritici, quantum quisq; uno die comederet: pendebat earum drachmas C L: hoc est, V I I. & XX. uncias Græcas: nostra autem mensura sesquilibram. Ejus Chœnicis dimidium drachmarum L X X V. libra seu libella dicebatur, cujus fit mentio in l. judices C. de Episc. aut qua jubent Imp. Honor. & Theodos. duas libellas & Chœnicem victualis substantiæ custoditis præstari.

Chœnīcĭōn, χοινίκιον, Instrumentum est chirurgorum, quo minora ossicula extrahunt. Latini Modiolum vocant. Celsus libro octavo, capite 3: Exciditur verò os duobus modis: si parvulum est, modiolo, quem χοινίκιον Græci vocant: si spatiosum, terebris.

Chœrades. [χοιράδες. Gall. Escrouelles. Ital. Scrofole. German. Kröpff. Hispan. Lampazones. Polon. Sadżel, gruczoł. Vngar. Merigo. Angl. The kinges euill.] Nihil aliud sunt quàm indurati adenes in collo præcipuè, in alis, & inguinibus nascentes: Latino vocabulo Stroma appellatæ. Chœrades autem dictæ videntur, ἀπὸ τῶν χοίρων: hoc est, à suibus, qui hoc malo peculiariter infestantur.

Cholas, Lapis est ex genere smaragdorum, quem Iuba tradit in Arabia ædificiorum ornamentis includi, referente Plin. libro 37. cap. 5.

Chŏlĕră, choleræ, f.p. [Gall. Cholere. Ital. Colera. German. Ein kranckheit die von der Gallen her kompt. Bel. Buyckwee / oft crevelinge. Hisp. El humor colera. Pol. Kollera, albo, chorobá gwałtowna [illegible]. Vng. Sár. Ang. cholere.] Morbi genus est præcipitis, in quo vomitus, & dejectio simul fiunt. Corn. Cels. lib. 4. cap. 11: Primò facienda est mentio choleræ, quia commune id stomachi atque intestinorum vitium videri potest. Nam simul & dejectio & vomitus est, præterque hæc inflatio est: intestina torquentur: bilis suprà infraque rumpit, primùm aquæ similis: deinde ut in ea recēs caro lota esse videatur: interdum alba, nonnunquam nigra & varia. ¶ Accipitur pro bile, ut ait Lamprid. Alexander, inquit, Cæsar iudices, qui furtorum fama laborassent, si casu aliquo videret: commotione animi & stomachi choleram evomebat.

Chōlĭambī, χωλίαμβοι, Qui & Scazontes dicuntur, dicti quasi claudi iambi. Græci enim χωλὸν claudum dicunt. Versus sunt Iambici trimetri, nihil à rectis Iambicis distantes, quàm quòd in quinta semper habeant iambum, in sexta verò spondæum.

Cholopœon, Abrotonum, apud Dioscoridem libro quinto capite 27.

Chōmă, atis, n.t. [סוללה solelá. χῶμα. Polon. Grobelia. Vngar. Tölts. Ang. A dike, a sluce.] Agger, sive tumulus Bud. in Pandectas: Chomata sunt aggeres, qui terra aggesta facti sunt, quibus-

quibusque Nili aqua coërcetur. Vlp. de extraor crim.l.Sacculariis in Aegypto qui chomata rumpit.

Chōndrōs xiphoides. χόνδρος ξιφοειδής, A' medicis appellatur corpus quoddam cartilagineum, quod ab extremo pectoris osse dependet, ventriculi orificio superiori respondens:ita dictum quòd acuminatum sit,& gladioli figuram quodammodo imitetur.

Chōndrōs [חסחס bedhál. χόνδρος. Gall. *Cartilage,tendron,ou tendrillon.* Ital. *Cartilagine,tenerume,come è quel de l' orecchi.* Ger. Crospelbein. Hisp. *Ternilla.* Pol. *Chrząstek.* Vnga. *Porczogó.* Angl. *The gristle.*] Græcis est pars similaris, in corpore animalis, ex semine generata, mediam inter ossa & carnem duritiem obtinens, quam Latini cartilaginem vocant.

Chōndrōsyndĕsmōn, vocant constitutionem illam, quæ est ex ligamentis & cartilaginibus in homine. Galen.1.de Temperamentis à fine.

Chōrāgium, Choragus. Choraules, Vide CHORUS.

Chōramnæi, [χοραμναῖοι. Pol. *Szybgacze.* Vngar. *Erdei emberek.*] Genus quoddam hominum sylvestre in Perside, tantæ velocitatis ut cervos comprehendant cursu. Steph.

Choramos, appellant utrosque linguæ sinus & cavitates.

Chordūs, da, dum, Quod serotina fœtura natum est: [חשב ha-shaph. ὄψιγονος. Pol. *Pozny plod.* Vng *Vtó vtan szewle.*] ut Chordi agni, qui post tempus debitum nascuntur: quos vulgus vocabulo inde deducto *Chordiscos* vocat. Varr. libro secundo de Re rustic. capite 1, Dicuntur agni chordi, qui post tempus nascuntur, & remanserunt in volvis intimis: vocant χόριον: inde Chordi dicti. Plin. lib. 8. cap. 47, de ovibus loquens: Gerunt partum diebus CL, postea concepti invalidi: Chordos vocabant antiqui post id tempus natos. ¶ Dicitur & de hominibus unde pleriq; serius nati, Chordorum cognomen traxerunt. ¶ Vnde Chordi cujusdam Cremerii meminit Suetonius: item altarius Iulius Capitolinus in vita Gordianorum. Quintilianus quoq; libro primo, à diligenti præceptore exigit, ut nominum origines curiosè scrutetur: cujusmodi sunt Agrippa, Opiter, Chordus & Posthumus. ¶ Transfertur & ad inanimata: unde Chordum fœnum dicitur, quod autumno secatur. Columel. libro 7. c. 3: Aluntur autumnali fœno quod Chordum vocatur. ¶ Sic & Chorda frumenta dicuntur, quæ serò maturescunt. ¶ Apud plerosque animadvertimus Cordum scribi sine aspiratione: quæ tamen scriptura repugnat etymo, quod paulò antè è Varr. adduximus.

Chōrdă, dæ, f. p. Funiculus in instrumento musico, fides. [יתר yether. χορδή. Gall. *Corde à instrumens de musique.* Ital. *Corda de gli instrumenti musicali.* Germ. Ein seitten. Belg. Ein snare. Hisp. *Cuerda.* Pol. *Strona.* Vngar. *Hur.* Ang. *A chorde in a musicall instrument or a string.*] Cic. 3. de Orat. Nam voces, ut chordæ, sunt intentæ, quæ ad quemque tactum respondeant, acuta, gravis, cita, tarda, magna, parva. Ovid. Metam. Calliope querulas prætentat pollice chordas, Atque hæc percussis subjungit carmina nervis. ¶ Eadem oberrare chorda, proverbialiter dicuntur, qui vel in simili re crebrius peccant, vel culpam eandem iterum atque iterum committunt. Horat. in Arte poet. & citharœdus Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem.

Chōrdapsŭs, m. f. [χορδαψός. Gall. *Iliaque passion.* Ital. *Dolor di viscere, do fianco.* German. Die kranckheit des krimmens in den därmen. Hisp. *La colica dolencia.* Polon *Skrecenie kiszka we wnatrz.* Vng *Has szkerés, bel fasás.* Ang *Torment or gripping of the entralles.*] Morbus est intestinorum, quem Latini ab ilibus Iliacum vocant. Eadem etiam ratione à Græcis χορδαψός vocatur, παρὰ τὴν χορδήν: ita enim intestinum vocant, quod peculiariter hoc morbo infestatur.

Chōrdum, Vide CHORDUS.

Chŏrēă, reæ, Choraules, Choreuma, Vide CHORUS.

Chŏrĭāmbūs χορίαμβος, Pes ex prima & ultima productis, duabus mediis brevibus: ut filĭŏlīs. Dictus Choriambus, quod ex choreo: hoc est, trochæo, constet, & iambo.

Chŏrīūs sive Choreus χορεῖος, Pes qui alio nomine dicitur Trochæus, constans ex duabus syllabis, prima longa, & secunda brevi ut Mūsă.

Chŏrŏbătēs, pen. corr. [χοροβάτης. Pol *Zwatwnad Iudnia.*] Est regula longa circiter pedes XX. quæ habet transversaria aquarum librationibus dicata ut est videre apud Vitruv. lib. 8 c. 6.

Chŏrŏcĭthărĭstă, Chorodidascalus, Chorostates, Vide CHORUS.

Chorodanon. Spondylon apud Diosc. lib. 3. c. 88.

Chŏrŏgrăphĭă, f. p. χωρογραφία, Regionis alicujus particularis descriptio: Geographia verò, est totius terrarum Orbis descriptio. ¶ Hinc fit Chorographus, regionis alicujus descriptor.

Chorroci Interpretantur furores.

Chōrs, Chortalis, vide CORS.

Chōrtŏs, ti, m. f. χόρτος, Gramen in commune significat, sed præcipuè fontium.

Chŏrŭs ri, m. f. [מחול machól. χορός. Gal. *L' assemblee des danses.* Ital. *Coro, moltitudine di quelli che cantano overo saltano.* Germ. Ein viele verein die singen oder tanzen. Hispan *Corro, compana de personas que dançan ò bailan.* Pol. *Zgromadzenie taniecznicy, albo szpiewacze.* Vnga. *Kar.* Angl. *A companie of daunsers.*] Propriè multitudo est canentium aut saltantium. Nam multorum vocibus, & concentu cōstat, ut Seneca & Macrobius tradunt. Et apud priscos ex servis symphoniacis comparabatur. Vnde apud Iureconsultos lib. 3, de Legatis: Si chorus legatur, perinde est, ac quasi singuli homines legati sint. ¶ Et à χαρᾷ (secundum Platonem l. 2. de Legibus) quæ est lætitia, deducitur. Festus à corona derivat, habetq; primam correptam. Vir. 6. Aeneid. Illa chorum simulans, ovantes orgia circum Ducebat Phrygias. Vbi Servius Chorum, hoc est multitudinem in sacro collectam. Idem 1. Georg. Omnis quam chorus, & socii comitantur ovantes. Vbi rursus Servius: Chorus propriè est coævorum cantus atq; saltatio. ¶ Transsumitur & ad res incorporeas, sumiturq; pro consentienti rerum aliquarum multitudine. Cic. 3. Offic. Potest igitur quicquam utile esse, quod sit huic talium virtutum choro contrarium? Hieronymus ad Dardanium scribit: Chorum esse musicum instrumentum ex simplici pelle, cum duabus cicutis æreis, quod per primam inspiratur, & per secundam sonus emittitur. ¶ Tertiū chorus, ἀρχομένου χορός. De cœtu lascivientium dicebatur. ¶ In alieno choro pedem ponere, εἰς ἀλλότριον χορὸν πόδα τιθέναι: est sese miscere negotiis alienis, & aliorum sibi vendicare partes. Extra chorum saltare, ἐκτὸς χοροῦ ὀρχεῖσθαι, dicitur qui dicit aut facit à re quam proposuit alienum aliquid. Etenim qui choros agunt, certis limitibus, certisq; numeris adstricti moventur ut liberū non sit quò libet evagari. ¶ Chori pro aciebus. Virg. 5. Aeneid. Olli discurrere pares: atq; agmina terni Diductus solvêre choris. Servius.

Chŏrāgĭŭm, gii, n. f. [χορηγεῖον. Gal. *Le lieu ou est l' equipage des ioueurs de farces, comedies ou tragedies, seut ornement ou appareil.* Ital. *Ornamento, apparecchio da representare comedie ò tragidie.* Germ Das ort/der platz/oder die rüstung/zu einem tanz oder schawspyl. Hispan. *Lieno instrumento para la dança.* Polon. *Miesce do gry albo tanca sprawione.* Vng. *Iáték ruha tarto ház, fársáng ruhá tarto ház.* Ang. *Stuff wherwith the places of interludes ar adorned.*] Propriè ædificium amplum post scenam, unde promebantur omnia ad ludos necessaria. Vitruvius libro 5: Post scenam porticus sunt constituendæ, uti quum imbres repentini ludos interpellaverint, habeat populus quò se recipiat ex theatro: choragiaque laxamentum habeant ad chorum parandum, uti sunt Porticus Pompejanæ. ¶ Festus Choragium interpretatur ipsum scenicum instrumentum, quo scena instruitur & apparatur: cujus præfectus dicitur Choragus: χορηγός. Plaut. in Trinummo: Ipsa ornamenta à Chorago hæc sumpsit suo periculo. ¶ Transfertur item Choragium ad quemlibet alterius rei apparatum. Autor ad Herenn. libro quarto: Aut aliquod fragile falsæ choragium gloriæ comparetur. Apul. lib. 5. de Asin. Iam feralium nuptiarum miserrimæ virgini choragium struitur. ¶ Dictum Choragium à verbo Græco χορηγῶ, quod est suppedito, subministro.

Chŏrāgŭs, gi, [χορηγός Gall. *L' entrepreneur de ieux publiquer, celuy qui fournis tout, & meine la danse.* Ital. *Chi a cura di giuochi publici, chi menala danza.* German. Der ein offen Spyl oder Tanz führet / unnd regieret. Hispan. *El guiador de corro ò dança.* Polon. *Sprawcan tancu albo gry.* Vngar. *Iáték mester.* Ang. *A setter forth of playes, a leader of the daunce.*] Dux chori & suppeditator instrumenti ludicri, & expensarum inquit Budæus. Plautus in Persa, sed ποῦ ornamenta? T. abs chorago sumito. Sueton in Augusto:

> Quum primum istorum conduxit mensa choragum,
> Sexque deos vidit, Mallia sexque deas.

Chŏraūlēs, vel etiam Choraula, com. t. [חלל cholél. χοραύλης. Gall. *Celuy qui sonne de la fleute aux ieux, menestrier, qui fait dancer au son de la fleute.* Ital. *Suonatore de instrumenti come piffari.* German. Ein Spylmann/der zu dem Tanz pfeiffet Belg Pijper ofte speelman daerman danst. Hispan *El que tanne enel corro o en la dança.* Pol. *Gracz do tanica piszczałacy.* Vng. *Hegedős, musikás.* Ang. *A minstrell, piper, or fluter.*] A' choro & tibiis dicti sunt, qui modulantur ad choros, vel qui in choro fistulas inflant. χορὸς nanque chorum, & tripudium significat, αὐλὸς verò fistulam, seu tibiam, unde Choraulæ dicti, quòd tibiis ad choreas canunt. Martial. lib. 11: Non sit quum citharœdus aut choraules. Plin. lib. 37. c. 1: Preterquam Ismeniam choraulem, multisque, fulgentibusque uti solitum. Apuleius: Erat quidem juvenis satis corpulentus, choraula doctissimus. Iuven. Satyr. 6: Accipis uxorem de qua citharœdus Echion, aut Glaphyrus fiat pater Ambrosiusque choraules. ¶ Choraules monumentarii, ἐπικήδειοι αὐληταί, sunt tibicines qui ad sepulchra defunctorum canebant, quales prisci *Siticines* vocant, qui apud sitos: id est, defunctos canunt.

Chŏraūlă, [χοραύλη. Pol. *Piszczenie.*] appellatur ars tibicinum. Vnde Strabo culpat Ptolem. Aegypti regem, quòd præter alia flagitia etiam choraulam exercuerit.

Chŏrēă, reæ, f. p. [מחולה mecholah. χορεία. Gall. *Dance.* Ital. *Ballo.* German. Ein Tanz. Hispan. *Dança ò baile.* Polon. *Taniec.* Vnga. *Tánz.* Angl. *A daunce where many danse together.*] penultima in differente, à χορεύω, salto, pro ipsa saltatione usurpatur. Virgil. 6. Aeneid. Pars pedibus plaudunt choreas & carmina dicunt. Idem: Immemores nostri festas duxêre choreas.

Chŏreūtēs, χορευτής, Quilibet ex choro vocatur.

Chŏreūmă, [χόρευμα. Angl. *Dauncing and singing together.*] à Platone vocatur canticum, quod à choro canitur & saltatur.

Chŏrŏcĭthărĭstæ, [חלל cholél. χοροκιθαρισταί. Gall. *Chantres ou menestriers qui chantent, ou sonnent aux danses.* Italic. *Quelli che can-*

che cantans, & suonano in coro. Germ. Die auff den täntzen die harpffen schlagen. Hisp. Los tannadores de corro ò dança. Polon. Do tanca na harffie grawcy. Vngar. Karba, sokasag ... hegedolò. Ang. Minstrelles or singers to daunsers.] Qui in choro citharizant: sicut psallo citharistæ qui psallunt: id est, canunt ad citharam. Sueton. in Domit. Certabatur etiam prosa oratione Græcè, Latinéque ac præter citharœdas chorocitharistæ quoque & psallocitharistæ.

Chŏrŏdĭdascălus, li, [χοροδιδάσκαλος. Gall. Maistre de cantions de la chapelle. Ital. Maestro di coro. German. Ein spielmeister / der die personen des Spyls anführet / vnderweiset. Hispa. Maestro de dança. Polon. Sprawca komedy. Vngar. Kar mester, kar igazgato. Angl. Maister of the company of daunsers.] Magister est chori Aristoteli & Platoni. Bud.

Chŏrostătēs, [χοροστάτης. Polon. Ten który zaczyna spiewanie. Vnga. Kar igazgato, kantor, kerato.] Chori præceptor est, quem vulgus Intonatorem vocat, qui scilicet chorum symphoniacum moderatur.

Chrēsis, f. t. χρῆσις, Latinè usus dicitur. Vnde κατάχρησις, abusio.

Chrestŏn [χρηστόν. Germ. Wegwart / oder zamer Endivia. Pol. Podroznik, nawroc. Ang. Cicoria, Katang koro.] quòd circum agat se cum sole, ut ortum ejus manè spectet, & eius iter ad occasum usque etiam nubilo die sequatur. Intubi erratici species, quæ Aegyptio nomine Cichorium, Romano Ambubeia appellatur. Chreston appellatur ab insigni utilitate, teste Plin. lib. 20. cap. 8.

Chrīa, [χρεία. Germ. Ein schöner Spruch hübscher Reden vnd auch herrlicher Thaten.] Est commemoratio alicujus dicti vel facti, vel utriusq; simul, celebrem habens demonstrationem: ut Isocrates dicebat, Virtutum radices amaras, fructus verò dulces. Est autem una ex quatuor exercitationibus, quas Fabius Grammaticorum tractandis præcipit. Aphthonius in Progym. definit χρείαν hoc modo χρεία ἐστὶν ἀπομνημόνευμα σύντομον, εὐστόχως ἐπί τι πρόσωπον ἀναφερόμενον: hoc est, Chria brevis est commemoratio, commode ad personam aliquam relata. ¶ Chriæ usum & genera latiùs exequitur Cælius Rhodigin. lib. 26. cap. 27. Dicta Chria, quòd maximè fit utilis & necessaria: χρεία enim & usum & necessitatem significat.

Chrīsmă atis n. t. [משחה mischchâh. χρῖσμα. Polon. Krzyzmo, pomazanie. Vng. Kenet. Ang. Oyntment or anoyting.] Vnguentum sive unctio: à verbo χρίω, ungo: unde & CHRISTUS, χριστὸς unctus.

Christiānus, De homine Christiano sic præclarè D. Hieronymus loquitur: Nihil (inquit) Christiano felicius, cui promittitur regnum cœlorum: nihil laboriosius, qui quotidie de vita periclitatur: nihil fortius, qui vincit diabolum: nihil imbecillius, qui à carne superatur. ¶ Lactantius Christianos vocat Immortalitatis candidatos, lib. 6. c. 18 in fine.

Chrōmătă, n. t. [χρώματα. Polon. Ozdoby. Vnga. Szin, ekesseg.] Præter vulgatam illam apud Græcos significationem, qua colores denotantur, quæ propriè visus sunt objecta, etiam accipiuntur pro ornamentis & luminibus artium, qui & colores à Latinis appellantur. ¶ Vnde Chromaticum melos ab antiquis dicebatur una ex tribus Musicæ partibus, quæ ob nimiam mollitiem infamiæ nota non caruit: quam tamen Agathon tibicen in primis amplexus fuisse traditur. ¶ Chromatiarii, inquit Cornutus, in Satyr. 4. Persii dicuntur colorarii, vel qui toto die in arena sunt vel sole. Antiqui enim ungebant se, & in sole erant, ut oleum corpus imbiberet. Vnde Iuven. lib. 4 Satyr. 2: Nostra bibit vernum contracta cuticula solem, Effigiatq; togam.

Chrōmbūs, Genus piscis est, cujus tres enumerantur species, Cyprinos, Chalcis, & Cobio. Plin. lib. 32. cap. 11.

Chrōmis apud Plin. lib. 32. c. 11, Piscis est in aqua nidificans.

Chrŏnĭcă, orum, n. t. [דברי הימים dibre haijamim. χρονικά. Gall. Chroniques, annales. Ital. Cronica, annali. Ger. Geschichtbücher / Cronicken. Hisp. Cronica ò historia de tiempos. Pol. Kronika, księga mająca w sobie sprawy postępne. Vgar. Kronica, historia ... Angl. Chronicles, histories of thinges done frome yeare to yeare.] non chronica, cæ, (ut indocti usurpant) Annales, sive historiæ temporum memoriam conservantes, quibus scilicet res gestæ, secres gestæ, servato temporum ordine digeruntur. ¶ Invenitur & Chronicus, ca, cum. Gel. lib. 17. cap. 21: Excerpebamus ex libris, qui Chronici appellantur, quibus temporibus floruissent Græci, simul atq; Romani viri. ¶ Chronici, qui de temporibus scribunt. Plin. lib. 35: Quod & ipsius Timagoræ carmine vetusto apparet, Chronicorum errore non dubio.

Chrŏnĭsso as, [התמהמה hithmahmâh עכב echab χρονίζω. Pol. Poliegam. Vng. Mulatoz, kesedek.] Græcum verbum idem significans quod moror subsisto, & ex intervallo identidem quiesco. Quo verbo usus est Lucret. libro 2: Et satiati agni ludunt blandeque chronissant.

Chronologia, χρονικὴ sive χρονολογία an sit pars quoq; philosophiæ consule Bibliand. in suæ Chronologiæ principio, ubi hanc quæstionem latiùs disputat.

Chrŏnŏs. [זמן zemân. χρόνος. Gall. Temps. Ital. Tempo. Germ. Die zeit. Hisp. Tiempo. Pol. Czas. Vng. Idö. Angl. Tyme.] Latinè tempus dicitur. Cic. 2 de Natur. Deor. Saturnum autem eum esse voluerunt, qui cursum & conversionem spatiorum, ac temporum contineret: qui Deus Græcè idipsum nomen habet: Κρόνος enim dicitur: qui est idem χρόνος: id est, temporis spatium. Hinc factus est locus fabulæ, Cronon: hoc est, Saturnum, filios suos devorare, & eosdem rursus evomere: qua nihil aliud significatur, quàm temporis successu omnia gigni & cursus consumi.

Chrȳsălĭs, dis, χρυσαλλίς, Erucæ genus est ex core nascens, quæ rupto cortice, cui includitur, fit papilio. Vide Plin. lib. 11. c. 23.

Chrȳsanthĕmŏn, χρυσάνθεμον, Genus est anthemidis sive chamæmeli, luteis per ambitum foliis à leucanthemo distinctum, de quo separatim agit Dioscorides lib. 4, meminit Chrysanthemi & Plin. lib. 26 cap. 8.

Chrȳsaspĭdēs, [χρυσάσπιδες. Pol. Zolnierze swietno vbrani.] Appellati sunt milites armati clypeis auro cælatis.

Chrȳsēlectrum, n. s. χρυσήλεκτρον, Electri species in colorem luteum declinans: de quo Plin. lib. 37. c. 4.

Chrȳsendĕtŏn, pen. coc. [χρυσένδετον. Polon. Kubek złoty, czasza. Vnga. Aranyas virágos pohár.] Vasis genus aureis crustis illigatum. Martial. libro 6: Si vidisse potes miseri chrysendeta Cinnæ.

Chrysisceptrum, Chamæleo albus, Diosc. lib. 3. c. 9.

Chrysippea, æ, Herba à Chrysippo inventore dicta: cujus meminis Plin. lib. 26. c. 9.

Chrȳsītēs, χρυσίτης, Gemma est in Aegypto nascens, quæ alio nomine Philogynus dicitur, ostreæ similis Atticæ. Plin. lib. 37. cap. 10. Numeratur etiam Chrysites inter genera lapidis mortariorum à Plin. lib. 36. c. 22.

Chrȳsĭtis, χρυσῖτις, quæ dicatur docet Plin. libro 33. cap. 6. his verbis: Fit (inquit) in iisdem metallis & quæ vocatur spuma argenti, genera ejus tria, optima, quam Chrysitin vocant: secunda, quam Argyritin: tertia, quam Molybditin. Et plerunq; omnes hi colores in iisdem tabulis inveniuntur. Probatissima est Attica, secunda Hispaniensis. Chrysitis ex ipsa vena fit: Argyritis ex argento: Molybditis plumbi ipsius fusura, quæ Puteolis fit: unde & nomen habet. ¶ Est item Chrysitis herbæ genus, quæ alio nomine Chrysocome appellatur: de qua vide paulò pòst in dictione CHRYSOCOME.

Chrȳsŏbērȳllī, χρυσοβήρυλλοι, Berylli quidam pallidiores, sed colorem aureum fulgore prae se ferentes. Est autem Beryllus gemma proxima smaragdis. Plin. lib. 37. cap. 5.

Chrysitis, Mercurialis, Diosc. lib. 4. cap. 202.

Chrysocolis, [χρυσοκόμης. Pol. Maruna.] A quibusdam vocatur herba, quæ notiore nomine Parthenium appellatur. Est autem ex iis nomenclaturis quæ inter notha Dioscoridis à doctioribus rejiciuntur.

Chrȳsŏcarpum, χρυσόκαρπον, Hederæ species est, ab aureo acinorum colore ita appellata. Autor Plin. lib. 16. c. 34.

Chrȳsŏcolla, [χρυσοκόλλα. Gall. Colle d'or, soudure d'or. Ital. Saldadura dell' oro. German. Berggrün / Steingrün. Belg. Berchgroen. Hispan. La atincaduca del oro] Humor qui in Metallis per venas defluit, crassescente limo, rigoribus hybernis, usque in duritiam pumicis: laudatissima est in æratiis metallis: proxima in argentariis: tertia in aurariis: deterrima in plumbariis. In omnibus autem iis metallis fit & cura, multùm infra naturalem illam, immissis in venam aquis leviter hyeme tota, usque in Iunium mensem, deinde siccatis in Iunio & Iulio: ita ut planè intelligatur, nihil aliud esse chrysocollam quàm venam putrem. Nativa autem ab hac duritia multùm distat, quam luteam vocant. Tingitur tamen & factitia herba quadam, quàm luteam appellant, ut nativam ementiatur. Hæc autem duo genera in usu sunt pictoribus. ¶ Est tertium Chrysocollæ genus, quod aurifices sibi vendicant ad glutinandum aurum: unde & nomen accepit. Temperatur autem Cypria ærugine, & pueri impubis urina, addito nitro. [Gall. Colle d'or, soudure d'or, Borax. Ital. Borras. German. Burris mit welchem die Goldschmid löten. Belg. Borax. Hispan. Borrax à atincar. Polon. Buris ... Vngar. Glet, arany glet. Angl. Gold soulder wherewith gold is souldred.] Vide plura de hac re apud Plin. libro 33. cap. 5.

Chrȳsŏcŏme, f. p. [χρυσοκόμη. Polon. Parsięgidls.] Herba est, quæ alio nomine Chrysitis appellatur, Latinam appellationem nõ habens, palmi altitudine, comantibus fulgore auri corymbis, radice nigra, ex austero dulci, in petrosis opacis; nascens.

Chrysŏcŏmus, pen. corr. [χρυσοκόμης. Pol. Zlotowlos. Vng. Arany haju] Comas aureas habens: quo nomine dictus Apollo, à fulgore radiorum, quæ comæ sunt Solis aureæ.

Chrysogonum, n. s. χρυσόγονον, Herba est folio querno, flore coronario verbasci, radice rapi, vehementer intùs rubente, foris nigra: quæ trita & imposita cum aceto muris aranei morsibus auxiliatur Autor. Dioscor. lib. 4. cap. 46: Nomen autem accepit ab aurei seminis colore.

Chrysolachanon, χρυσολάχανον Dioscoridi, herba est eadem cum atriplice. [Gall. Herbe nommée arroche, ou bonnes dames. Ital. Armola, atreplice. Germ. Wilde melten / Scheißmelten. Hispan. Armuelles. Pol. Loboda.] Plin. verò lib. 27. c. 8, duo facit Chrysolachani genera: unum in pineis nascens, lactucæ simile: alterum flore aureo, & foliis oleris.

Chrȳsŏlampis, χρυσόλαμπις. Lapillus in Aethiopia nascens noctu ignei coloris, licet die pallescat. Plin. lib. 37. cap. 10.

Chrȳsŏlectrum, Vide CHRYSELECTRUM.

Chrȳsŏlĭthus, [תרשיש tharschisch. χρυσόλιθος. Gall. Hyacinthe. Ital. Hyacintho. German. Hiacynth. Belg. Jacynth. Hisp. Iacinto.] pen. cor.

pen.cor. Lapis preciosus, aureo nitore transluc ens: χρυσ⊕- aurum. λίθος lapis, quasi aureus lapis. Ovid. 2. Metam. Per juga chrysolithi, positaq; ex ordine gemmæ. Vide Plin. lib. 37. c. 9.

Chrysōmă, atis. n. t. [χρύσωμα. Polon. Pozłotka. Vng. Fölmozott arany.] Græci vocant, quod nos eurum fectum, quod scilicet in vasa, aut alium usum leboratum est.

Chrysomallos, χρυσόμαλλ⊕-, Epithetou est arietis illius, quo Phryxus trans Hellespontum vectus est: ab aureo nimirum vellere, quod illi Poëtarum fabulæ tribuerunt. Nam μαλλὸς vellus significat, five lenam.

Chrysomēlă, pen prod n. f. [χρυσόμηλα. German. Goldfarbige Küten. Belg. Goutgeele queen. Pol. Morelki. Vng. Bisalma.] Mala funt ex genere cydoniorum, ad auri colorem inclinata, & in ei-sferis quibusdam crispata: eandem, ut opinor, cum iis quæ Virgil. Aurea mala appellet. Vide Plin. lib. 15. c. 11.

Chrysos. Piscis aurei coloris, cujus Ovidium in Halieuticis meminisse eutor est Plin. 32. cap. 32. cap. 11. Sunt qui suspicêtur eundem esse, quem nunc *Auratam* dicimus.

Chrysopastus, [Χρυσόπαστ⊕-. Pol. Złotem posypani.] Auro aspersus. πάσσω enim spargo significat.

Chrysoplycium, n. f. [Germ. Die Kunst das Gold zu wäschen.] est auri lavandi officina. Huius est id artificium, ut vi aquæ medicatæ quam chrysulcam appellant, quantulamcunq; auri partem argento aut cuivis metallo illirem aut confusam, nullo dispendio abstrahat, ita ut inauraturis nihil jam depereat, nisi quod usu intercetur. Chrysoplytes autem est qui hujusmod: artificium exercet. Budæus in lib. de Asse. [Gem. Goldwäscher oder Krätzwäscher.]

Chrysoprasus pen. cor. χρυσόπρασος, Gemme est ex genere topaziorum, à porracea viridicate nonnihil in aurum declinans. πράσον enim Græci Porrum vocant. Inde Prasinus color: id est, porraceus. Vide de hac gemma Plin. lib. 37. c. 8.

Chrysospermon, χρυσόσπερμον, A' quibusdem appellatur herba, quæ notiore nomine *Sempervivum majus* appellatur.

Chrytulion Psylleum. Diosc. lib 4. cap 73.

Chrysulca, Aqua ille est, qua mixta metella dicuntur. Vulgò *Aquafort*, cuius vim ignorasse veteres colligit Alciat. ex Vlpiani verbis in l. Idem Pomponius scribit versus, sed si d'duci-de rer vend.

Chūs χοῦς, five Choa, Genus mensuræ humidorum apud Atticos, Romanum congium capiens, nempe sex sextarios, five cotylas Atticas duodecim Bud.

Chymūs. [χυμός. Pol. Pokarm obracaiaci sie w krew] quamvis apud Græcos quemvis succum significet, à medicis temen peculiariter accipitur pro massa sanguinea, quæ fit in hepate ex chylo è ventriculo per mesenterium attracto, quæ deinde exactiùs in venis excocta, & per earum orificia ad universas corporis partes delapsa, vertitur in illarum alimentum, instauratq; quod à calore naturali fuerat dissipatum.

Chytră, f. p. [כד קדרה dudi כדר parúr. χύτρα. Gall. Vn pot. Ital. Pentola. Germ. Ein haf oder topff. Belg. Een pot. Hispan. La olla. Polon. Garniec oriaco nagach, kociel. Vngar. Fazék. Ang. A posnet or skillet.] & Chytrou, vel etiam Cnutrou, Latinè olla. Inde Chytropos, odis Olla quæ habet pedes, vel instrumentum ferreum, super quod olla atque ignein collocatur. [χυτρόπους. Gall. Pot à trois pieds. Ital. Pentola con i piedi. German. Ein dreyfuß Hispan. Olla con sus pies para cozer. Polon. Dryfus.] Cato: Vbi in Chutra fervefeceris id lotium, sub sellam supponito pertusam.

C ante I.

C.M. In notis antiquorum, centum millia. CIC. Cicero. C.I.C. Cajus Iulius Cæsar. C III.IN. Cubitur tres inveniens. CS. CIPP. Cippus: id est, terminus, ut ad tertiū cippum, seu lapidem. CIV. Civis vel civitas. C.IV. Causa justi. C.II.IV.P. cubitos duos inveniens plumbum.

Cibale. Cibarium Cibo. Vide CIBUS

Ciborium, n. f. κιβώριον, Dioscorides interpretatur utriculos quosdam in feba Aegyptia (quam & Colocasiam vocet Plinius) vesparum favis similes, in quibus fabæ sunt bullarum modo emergentes Idem & Cibotium appelleri testatur, quasi scriniolum: propterea quòd feratur feba hæc indito in madentem glebam semine, sicque in aquam projecto. Hebet autem febe Aegyptie folia latissima, petasi, five galeri similitudine, quibus Alexandrini pro poculis & catinis utebentur, testibus Pliu. lib. 20. cap. 15. & Strabone lib. 17. ¶ A' quorum etiam similitudine Poculi quoddem genus Cibotium, five Ciborium vocari autor est Atheuæus. In qua etiam significatione usus est hac voce Horat. lib. 2. Carm. O de 7: Oblivioso lævia Massico Ciboria exple.

Cibus, m. f. Omne id quo vescimur. [אכל ócbel מזון mazon. σῖτος ἢ βίος. Gall. Viande Ital. Cibo. German. Speiß. Belg. Spyse/cost. Hispan. Cevo, mantenimiento, manjar. Polon. Pokarm iadlo. Vnga. Etek. Angl. Meat, foode, sustenance.] Donctus cibum distingoit à victu, quod Cibus etiam delicatis præbeator: Victus in parvis, aridisque alimoniis constitutus sit. Terent. in Andria: Lana ac tela victum quæritans. Idem in Eunucho: Viden' otium & cibus quid feciat alienus? Ibidem: Cibum nonnunquam capiet cum ea. ¶ Deorum cibus. θεῶν τροφή. De prælautis epulis dicebatur, propterea quòd Homerus fingit deos uectare atque ambrosia victitare, nec ob id unquam senescere. Sueton. in Nerone. ¶ Cibum in matellam ne immittas, σιτίον εἰς ἀμίδα μὴ ἐμβάλλειν. Interpretatur Plutarchus: Ne sermonem urbanum immittes in animum hominis improbi. Nem oratio cibus est animi: is corrumpitur & putrescit si in animum insyncerum inci lerit. ¶ E' flamma cibum petere. Terent, in Eunuch. dixit in parasitum, pro quidvis cibi causa pati ac facere.

Cibo, as. Cibum infero, alo, nutrio: [הבחיל hebhil. σιτίζω. Gall. Nourrir, fervir de viande, bailler à manger. Ital. Nutrire, cibare. German. Speysen. Hisp. Criar y mantener. Polon. Karmie Vnga. Enni adok, etetem, tapla tom. Ang. To feede.] Colum lib. 6: Atque ea genera, quæ intra septe villæ cibantur, ferè persequuti sumus.

Cibaria, orum, n. f. Alimenta non modò hominum, verùm etiam quorumvis animalium. [מאכל maachál. ὁ βίος, τὰ ἐδώδιμα, ἡ τροφή. Gall. Nourriture, viande, pension, despense vivres. Ital. Nutrimento, cibo. Germ. Allerley Speiß der Leuten und des Viehs. Hispa. Mantenimiento, cevo. Pol. Pokarmy wszelakie. Vng. Etek, eledel Ang. Meat, foode, sustenance. Cicer. ad Attic. libro 6: Respondi me non instituisse iis dere cibaria, quorum opera non essent usus. Cic. pro Sext. Rof. Anseribus ciberie publicè locantur. Cato de Re rust. cap. 60: Bubus ciberia aonue in juga singula lupini modios CXX. &c.

Cibarius, Quod ad cibum pertinet. [τρόφιμος, σιτικός. Gal. Appartenant à nourriture, bon à manger. Ital. Cosa che appartien al cibo. Germ. Das der speyß zugehörig ist. Hispan. Cosa de mantenimiento. Polon. Pokarmowy. Vngar. Etekhez valo. Angl. Perteaning to meate.] Macrob. lib. 3. Satur. Sylla mortuo, Lepidus Consul legem tulit & ipse cibariam. Cato enim sumptuarias leges, cibarias appellat. ¶ Cibarius panis, συγκομιστὸς ἄρτος Aeginetæ, dicitur penis secunderius, qui fit ex farina secunderia ex qua flos ante excussus est. Cornelius Celsus lib. 2. cap. 17: Firmius est triticum quàm milium: id ipsum quàm hordeum, & ex tritico firmissima siligo: deinde simila: deinde cui nihil ademptum est, quod αὐτόπυρον Græci vocant. Infirmior est ex polline: infirmissimus cibarius Panis. *Hæc ille*. Cic. l b. 5. Tuscul. Cui cùm peragranti Aegyptum, comitibus non consequutis cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane jucundius. [Gal. Gros pain, pain de mesnage, pain bis duquel on n'avien tiré. Ital. Pane grosso, secundario. German. Rauch/schwartz Brot. Hisp. Pan baço. Polon. Chleb domowy, powsiedni. Vngar. Fekete, korpas kinyer. Angl. Gray breade.] ¶ Cibarium vinum pro ignobili. Verro: Potus meus vinum cibarium. ¶ Sic & cibarius homo, ab eodem dicitur pro sordido & plebeio: ait enim: Tuus frater cibarius fuit Aristoxenus. ¶ Cibarium oleum. Col. lib. 12. cap. 50: Cavendum est itaque ne ex eo fiat oleum cibarium.

Cibatus, hujus cibatus. m. q. Idem ferè quod Cibus. [אכל óchel. σιτίον, βίος. Gall. Nourriture, mangeaille. Ital Cibo, rifiacimento. Germ. Speysung. Hisp. Mantenimiento cevo. Pol. Karmia. Vng. Etek. Ang. Feeding, nourishing.] Plin. Truncos quidem gratissimo in cibatu habent. Plautus in Mil. Interclude inimicis commeatum: tibi muni viam, Qua cibatus commeatusq; ad te & legiones tuas Tutò possit pervenire

Cibalis, & hoc cibale, Quod ad cibum pertinet. [σιτώδης. Pol. Zipni. Vng Etekhöz valo. Ang Belonging to foode.] Varro: Est enim lac omnium rerum, quas cibeli causa capimus liquentium maximè alibile, & id ovillum, inde caprinum. Sic enim hactenus lectum est in omnibus quotquot videre contigit, Dictionarii hujusce editionibus: quum temen in emendatioribus Vartonis exemplaribus. Cibi causa legatur. non cibali. Locus Varronis est de Re rust. lib. 2 cap. 11: quem ideo indicare visum est, ut & lectori diligentiæ nostræ fidem faceremus & ne quippiem, animi potiùs nostri somnio, quàm optimorum exemplarium fide freti viderentur emendasse.

Cibicida, æ, Qui cibum cædit: hoc est, comedo, five lurco. Lucil. lib. 27: Viginti domi an triginta vel centum cibicides alas. Ex Nonio. [Ang. Which carneth meat.]

Cibilla, æ, [Gal. Table ronde. Ital. Mensa. Germ. Ein tisch auff dem man isset / ein scheib tisch. Hisp. Mesa redonda. Pol. Stol okrągły. Vng. Asztal, kerek asztal. Ang. A ronde table.] teste Verrone lib. 4 de ling. Latina: Mensa erat escaria à cibis dicta, quæ primùm quadrata fiebat, & postea rotunda. ¶ Festus item Cibillam interpretatur mensæ rotundæ genus: apud quem temen *cillibam* corruptè legi putaverim, pro *Cibilla*.

Cicada, f. p. [τέττιξ. Gal. Cigale. Ital. Cicala. German. Ein thierlin das im Sommer auff den bäumen singt / Etlich nennen es Hewschreck. Belg. Eenen crekel. Hispan. Cigarra ò chicharra. Polon. Szmurszek. Vnga. Prucsök. Angl. A grashopper.] Insecti genus canorum, aculeatum quiddam habens in pectore, quo rorem lembit, nonnisi æstivis mensibus apparens. unde & Cicadem quidam dictam volunt, quasi citò cadentem: hoc est, evanescentem. Virg. 3. Georg. Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ. Idem Eclog. 2: At mecum raucis (tua dum vestigia lustro) Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis. Pliu. lib. 11. cap. 26. autor est, cicadam ex omnibus quæ vivunt, sine ore esse, pro eo aculeatum quiddam in pectore habere linguæ simile, quo rorem lambit. & pectus ipsum fistulosum, quo vocem emittit. Cicaderum autem duo genera: minores, quæ primæ proveniunt, & novissimæ pereunt: mejores, quæ canunt, vocantur Achetæ. ¶ Cicadæ apem compares, τέττιγα τῇ μελίττῃ συγκρίνεις Coovenit in res supra modū impares, propterea quòd cicada cùm major,

major, tùm canora quum sit, non modò minuto corpusculo, verumetiam penè muta. Lucianus. ¶ Cicadis pleni, τεττίγων μεστοί. In gloriosos ac stultos olim dicebatur, aut obsoletis ac jam desitis utentes. Antiquitùs enim Atticis mos erat, capillorum cincinnis aureas cicadas addere. ¶ Cicada vocalior, τέττιγος ἀδικώτερος. Dici solitum in hominem impendio garrulum aut admodum musicum: propterea quòd hoc insectum ore duntaxat vivens, cantu potissimùm delectetur.

Cĭcātrix, cis, f. t. Propriè, est signum vulneris obducti, quasi circa cutem, vel quasi occæcatrix. [צלקת aru hâh. οὐλή. Gall. *Cicatrice, la marque qui demeure apres la playe.* Ital. *Il segno della ferita ò piaga.* German. Ein wundmal/ein schramm/Ist ein zeichen die nit verwachsenen wunden. Belg. Een litteecken / lidteecken. Hispan. *Senal que queda de la herida.* Polon. *Szram, blizna.* Vngar. *Seb hely, vak seb.* Angl. *The scarre of a wounde.*] Est enim callosa caro pro cute inducta, ubi hiatus vulneris, quod jam coivit, fuerat. Terent. in Eunuch. Neque pugnas narrat, neque cicatrices suas ostentat. Cicer. 7. Phil. Luculentam tamen ipse plagam accepit, ut docet cicatrix. ¶ Hinc Cicatricare, teste Festo, pro eo quod est cicatricem ducere. ¶ Cicatrix refricari dicitur: quũ dolor temporum spatio jam mitior, renovatur. Cic. in Rullum: Ne aut refricare obductam jam Reip. cicatricem viderer.

Cĭcātrīcŭlă, Diminut. Celsus lib. 2. cap. 10: Ideoque protinus brachium deligandum, habendumque ita est, donec valens cicatricula fit, quæ celerrimè in vena confirmatur.

Cĭcātrīcōsus. Cicatricibus plenus. [οὐλώδης. Gall. *Plein de cicatrices.* Ital. *Pieno di segni di feri.e.* German. Voll wundmäleren. Hisp. *Lleno di sennales de heridas.* Polon. *Szramowaty.* Vng. *Seb helyö, vak sebbö.* Angl. *Full of scar.es or gashes.*] Colum. de Arb. cap. 11: Tum etiam vitis minus cicatricosa fit. Quintil. lib. 4. cap. 1: Turbari memoria, vel continuandi verba facultate destitui, nusquam turpiùs: quum vitiosum prooemium possit videri, ut cicatricosa facies.

Cĭccum Dicebant antiqui membranam tenuem, quæ est malo punico velut cellularum discrimen. [German. Ein dünn subtil heutlin / als in den Granatöpffeln zwischen den kernen. Pol. *Lupina w pomarancz.* Ang. *The thinne skinne of a pomegarnette.*] Festus: Ciccum membrana tenuis malorum Punicorum. Varr. lib. 6. de ling. Lat.

Cĭcer, ris, n. t. Genus leguminis. [ἐρέβινθος. Gall. *Pois chiche.* Ital. *Cece.* Germ. Kichern, zisererbs. Belg. Ciceren. Hisp. *Garuanco.* Pol. *Włoski groch.* Vng. *Bagoly borsó, czizzer borsó.*] Plin. lib. 18. cap. 12: Ciceris natura est gigni cum salsilagine: ideo solum urit, nec nisi madefactum priùs seri debet. Vide ibidem plura ciceris genera. Horat. 1. Serm. Sat. 6: inde domum me Ad porri, & ciceris refero, laganique catinum. Idem in Arte poët. dixit: Ciceris & nucis emptor, pro infimæ sortis homine, deque ima plebe quempiam significans.

Cicer arietinum, aliud à sativo vulgari. Vide Diosc. lib. 2. Plin. lib. 18. Theoph. lib. 9. Paul. lib. 4.

Cicer erraticum, serpillum.

Cĭcĕră, f. p. [Gall. *Cicerole, vne sorte de poix chiches.* Ital. *Cicercola.* Germ. Schwartzlecht kichern/graw erbs. Hisp. *La galgama, legumbre.* Pol. *Wyka.* Vng. *Lödnök.*] Leguminis genus, à Columella inter pabula annumeratus, à cicercula solo differens colore. Est enim obsoletior & nigro propior. Græcis ὤχρος dicitur, si Theodori versioni credimus: quanquam idem pro ochro nõnunquam & erviliam vertit.

Cĭcerbĭtă Leonicenus dicit illam esse, quam Dioscorides Sonchon appellat.

Cĭcĕcŭrlă, æ, f. p. Leguminis genus ciceri nõ dissimile, sed minucius, inæquales angulos habens, veluti pisum. [λάθυρος. Gall. *Cerres, pois cornes.* Ital. *Cicerchia.* German. Kleine kichern. Hisp. *Cicercha.* Polon. *Szczerbica.* Vng. *Vad borsó, szeges borsó.*] Plin. lib. 18. cap. 12: Est & Cicercula minuti ciceris, inæquales angulos habens veluti pisum. Colum. lib. 2. cap. 10: Cicercula, quæ piso est similis, mense Ianuario, aut Februario seri debet, læto loco, cœlo humido.

Cĭcercŭlum, n. s. Genus sinopidis. Plin. lib. 35. cap. 6: Species sinopidis tres, rubra, & minus rubens, & inter has media. Pretium optimæ in libras tredecim denarii. Vsus ad penicillum, aut si lignum colorare libeat. Ejus, quæ ex Africa venit, octoni asses: Cicerculum appellant.

Cĭchōrium, penult. prod. κιχώριον Dioscoridi, Herba est, quam alio nomine intubum erraticum vocant [עולש morér. Gall. *De la crechorée.* Italicè *Cicoria, radichio.* Germ. Wegweiß / Sonnenwirbel. Belg. Wilde Cicoreye. Hispan. *Chicoria, yerua conocida.* Polon. *Podroznik, nawroт.* Vng. *Katáng kóro.* Ang. *Wild succory or endyue.*] Plinius libro 20. capite 8: Cichorium refrigerat in cibo sumptum. Idem libro 19 capite 8: Est & erraticum intubum, quod in Aegyptum Cichorium vocant. Horatius dictionis hujus penultimam syllabam producit, corripuit autem antepenultimam perinde ac si apud Græcos κιχώριον scriberetur. Me (inquit) pascunt olivæ, Me cichoria, levesque malvæ. Posterior versus est Dactylicus. Alcimanius. Acatalecticus, constans duobus dactylis, & duobus spondæis.

Cici, [קיקיון kikaión. κίκι, ἢ κρότων. Pol. *Skoczek wielky.*] Frutex est parvæ fici magnitudine, folia habens platano similia, majora tamen nigrioraque, & majore lævore mollia, semen autem in racemis asperis, quod cortice nudatum ricino veri simile est: ex quo colligitur id, quod Ricinium oleum vocant, lucernarum luminibus, & emplastris utile. Ab hujus seminis similitudine Romani ipsum etiam fruticem *Ricinum* appellant, quemadmodum & Græci κρότωνα. Vide Diosc. lib. 4. cap. 145. & Plin. 15. cap. 7. Vulgus Herbariorum hodie *Catapuciam majorem* vocat.

Cicinus, a, um, adjectivum: ut, Oleum cicinum, ἔλαιον κίκινον Dioscoridi, quod & Ricininum appellari paulò antè documus. Plin. lib. 23. cap. 4: Oleum cicinum bibitur ad purgationes ventris cum pari caldæ mensura.

Cicina, (quod hic pro ave nocturna legebantur) Vide Cicuma.

Cĭcindēlă, penult. prod. f. p. [πυγολαμπίς, Arist. Gall. *Ver ou mousche luisante de nuict, au temps que les bleds sont meurs ou sciez.* Ital. *Mosca picciola detta luciola, che luce di notte.* German. Mücke oder käferle die zu nacht scheinen. Belg. Een licht ofte nachtmugge. Hisp. *Luciernaga.* Polon. *Złotnik, chrząszczik wnocy świecący.* Vng. *Eyel vonádkló bogaracska, villanto.* Ang. *A globerd or glowwme.*] Genus muscarum, quod noctu lucet ignium modo, laterum & clunium colore: à Græcis λαμπυρὶς dict. Quidam Noctilucam, alii Nitedulam vocant. Non ante matura pabula, aut post desecta conspicitur: nũc pennarum hiatu refulgens, nunc compressu obumbrata. Ab hac lychnus pensilis, quem vulgò *Lampadem* vocant, Cicindela appellatur, quæ nocte tota servatur accensa, & lampyridis instar lucet.

Cĭcōnĭă, f. p. Avis quæ serpentibus pullos nutrit, teste Plinio libro 10 capite 23. [חסידה chasidháh. πελαργός. Gall. *Cigogne.* Ital. *Cigogna.* German. Ein Storch. Belg. Ooyevaer / eenovaer. Hispan. *Ciguenna.* Pol. *Bocian.* Vng. *Esztrag.* Angl. *A storke, a birde so called.*] Iuvenal. Satyr. 14: serpente ciconia pullos Nutrit, & inventa per via rura lacerta. Vbi Iuvenalis Romanos arguens, quorum liberi tales evadebant, quales à parentibus instituebantur, alludit ad naturam ciconiæ ejusque pullorum. Hi enim à teneris assuefacti colubris vescuntur. Ovid. 4. Metamorph. sumptis quin candida pennis Ipsa sibi plaudat crepitante ciconia rostro. ¶ Quo etiã nomine ab Hispanis vocatur lignum rostratum, quo è puteis hauriri aqua solet: quod & *Telonem* agricolæ vocant. ¶ Item Ciconia mensuræ genus est, sive instrumenti, quo rustici uti solent in sulcis & fossis ducendis, ne qua pars aliis aut profundior esset, aut latior Colum. lib. 4: Sed huic operi erigendo, quasi quandam machinam commenti majores nostri, regulam fabricaverunt, in cujus latere virga prominens ad eam altitudinem, qua deprimi sulcum oportet, cõtingat summam ripæ partem. Id genus mensuræ *Ciconiam* vocant rustici. ¶ Ciconia etiam sannæ & irrisionis species est. Irrisores etiam apud veteres digitis colligatis, & ad inferiorem partem inclinatis ciconium rostrum formabant, quod quum præsentarent post tergum nutantes, deridebant. Vnde Persius Sat. 1: O' Iane à tergo quẽ nulla ciconia pinxit.

Cicuma, æ, Avis est nocturna, teste Festo. [Pol. *Lielek.*] Cælius lib. 17. cap. 11, nycticoracem interpretatur.

Cĭcŭr, cicuris, penult. corr. adjectivum, Animal mansuetum: [לימוד limmúdh. ἡμερος. Gall. *Apprivoisé, privé, qui hante avec les hommes.* Ital. *Animal di salvatico fatto domestico.* Germ. Zam / gewenet. Begl. Tam. Hisp. *Cosa domestica, duenda y mansa.* Polon. *Oggłaskan, łaskawy.* Vng. *Szelid.* Ang. *Tame.*] ut Aper, cervus, leo, & quicquid cicurari: id est, mansuefieri potest. Quod enim à fero discretum est, id Cicur dicitur. Cicer. 5 Tusculan. Earum ipsarum solivagas, partim congregatas, immanes alias, quasdam autem cicures, nonnullas abditas, terraque tectas. ¶ Cicur ingenium dicitur mite, ac mansuetum. Varr. de ling. Lat. lib. 6.

Cĭcŭro, as, Mansuefacio, verbum vetus, quod alio verbo dicitur Exarmo. [לימד limmádh. ἡμερόω. Gall. *Apprivoiser.* Ital. *Domesticare.* German. Zam machen. Hispan. *Amansar los animales fieros.* Pol. *Ogglaskuie.* Vng. *Meg szelediteni.* Ang. *To tame, or to make tame.*] Varr. de ling. Lat.

Cĭcūtă, penultim. product. f. p. [κώνειον. Gall. *Cigue, herbe venimeuse.* Ital. *Cicuta herba.* German. Schierling / Wüetterling. Belg. Scheerlinck / dulle kervel / pijpcruyt. Hisp. *La cecuta planta nota.* Pol. *Swiniawesz.* Vngar. *Bürök.* Angl. *Hemlocke.*] Herba venenosa, teste Plinio libro 25. capite 13, caule viridi & geniculato, altior sæpe binis cubitis, in cacuminibusque ramosa, foliis coriandri tenuioribus, gravi odoratu, semine aniso crassiori, radice concava, nullius vsus: nam semini tantùm & foliis refrigeratoria vis est. Cicutæ famam Athenienses auxerunt, succo ejus capitali judicio damnatis necem inferentes. Iuvenal. Satyr. 7: hunc inopem vidistis Athenæ, Nil præter gelidas ausæ conferre cicutas. ¶ Est item Cicuta (ut Servius docet) in cannis calamisve, quod interceptum est inter duos nodos. Virgil. 2. Eclog. Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula.

Cĭdărĭs, ris, pen. corr. [צניף tsaniph. κίδαρις. German. Ein Turbant. Belg. Een Tuelf. Polon. *Zawoi.* Vng. *Patyólat, süvegh.*] Tegumentum capitis, quo Persarum reges peculiariter utebantur, albis maculis in cærulei coloris fascia intermicantibus. Quintus Curtius libro 3: Cidarim regum capitis vocant insigne. Hieronymus item autor est, Hæbræorum Pontifices cidari uti solitos, in qua Dei nomen habebant inscriptum.

Cidonium malum, idem quod cotoneum. [Gall. *Pomme de coing.* Ital. *Pomo cotogno.* German. Küttenapffel. Belg. Queappel. Hispan. *Membrillo, marmello.* Polon. *Pigwa.* Vng. *Bisalma.* Ang. *A quince peare.*] Hinc Cidonium vinum, ex ejus mali succo cōfectum. Vlp. de trit. l. si quis: Cidonia (*inquit*) si qua alia sunt vina quæ non ea vineo fiunt.

Cĭĕo, es, Cio, is, ambo civi, citum faciunt: sed à Cieo, es, fit Citum penultima correpta, à Cio verò producitur. Ovid. lib. 1. Metamorph. Nec fruitur somno vigilantibus excita curis. Idem lib. 1. Trist. Accitus toties in genus omne joci. ¶ Et Cieo quidem, significat turbare, commovere. [קעיר *hehir* ירפהמ *phemah.* ... Gall. *Provoquir, esmouvoir.* Ital. *Movere, turbare.* Germ. Bewegen/betrüben. Belg. Bewegen. Hispan. *Mover, turbar y llamar.* Pol. *Zamecam, pobudzam.* Vngar. *Fel mozditom, inditom, borzgatom.* Ang. *To sturre, or raise vp, to call or name.*] Virgil. 4. Aeneid. tonitru cœlum omne ciebo. ¶ Cio verò, voco propriè. Propriè autem dixi, quoniam Cire aliquando movere est: sicut & Ciere vocare, adeò ut alterum pro altero quandoque sumi posse videatur. Virgil. 6. Aeneid. Misenum Aeolidem, quo non præstantior alter Aere ciere viros, Martemque accendere cantu. Colum. lib. 7. cap. 5. Cio, is, posuit pro commoveo. Nullo (*inquit*) tempore, & minimè æstate utile est, boves in cursum concitari: nam ea ter cit alvum. Livius lib. : Principes utrinq; pugnam ciebant. Similiter à Cieo fiunt Concieo, & Excieo, & si qua sunt alia composita. Primum significat cōmoveo vel convoco. Liv. Galli, quos prædæ populat omnium que concivetat spes. Secundùm, foras moveo & excutio. A' Cio fit Excio, evoco. Stat. lib. 4 Theb. ...suus excit in arma Antiqua Tirynthia Deus. Accio sive Arcio: de quibus suprà. Præcio, provoco Percio, pulso, tango, percutio, valde commoveo. Concio, simul voco congrego. Hinc Concio, onis quod tria significat, autore Gellio: populum ipsum, qui ad audiendum convenit: orationem ipsam quæ coram multitudine habetur: & locum, sive suggestum, ex quo habetur oratio. A' Concio, Excio, Procio, rursus fiunt, Concito, Excito, Procito, frequentativa. Porrò quòd præterita & supina eadem amborum simplicium sunt, ideoque compositorum, orta est non parva interpretandi ea verba difficultas. Nam Cito, as, frequentativum est amborum primitivorum. Cio & Cieo ideò aliquando vocito, aliquando frequenter moveo, significat. Pro vocito, ... Cic. in Verr. Act. 4. Citatur reus, causa agitur. Pro ciebrò moveo. Colum. lib. 8. Ne immaturis herbis citetur alvus. Igitur non somniculosè spectandæ sunt frequentativa, composita, præterita, participiaque compositorum, ut quæ convocationis magis proprietatem habent à Cio, quæ verò motionis, è Cieo sumantur.

Cĭtŭs, a, um f. Celer velox. [מהיר *mahir.* ὠκύς Gall *Soudain aisé* Ital. *Veloce.* Germ. Schnell/behend. Hispan. *Muy ligero.* Polon. *Prędki, wartki.* Vng. *Gyors.* Ang *Swift, speedie.*] Liv. 6. bell. Pun. Eques citus ab Roma venit. ... Modò citus, modo tardus incessus ejus. ¶ Hinc Citior, citissimus. Plaut. Nullam ego rem citiorem apud homines esse, quàm famam reor, Citissimus omnium redit. ¶ Est & Citus participium à Cieo, pro citatus vel agitatus. Virg. lib. 8. Aeneid. Haud procul inde citæ Metium in diversa quadrigæ Distulerant.

Cĭtō, adverb. [במהרה *bimherah.* ὠκέως, ταχέως. Gall. *Tost, soudainement.* Ital. *Subito, tosto, presto.* German. Geschwind/bald/flucks. Hispan. *Presto ò ligeramente.* Pol. *Prędko, ochotnie.* Vng. *Gyorsan, hamar.* Ang. *Soon, speedie.*] Terent. in Eunuch. Cito hanc deduci ad militem. Cic. Var. lib. lib. 4: Quid ergo potissimùm scribam? quod velle te puto, citò me ad te esse venturum.

Cĭtĭŭs, comparativum. [Pol. *Rychlei.* Vng. *Gyorsabban, hamarbb.*] Terent. in Hecyra Qui me propter exanimatum citiùs educi foras. Virgil. Aeneid. 1. Hæc ait, & dicto citiùs tumida æquora placat.

Cĭtĭssĭmē, superlativum. [Vngar. *Igen gyorsán.*] Plin. lib. 17. cap. 4: Citissimè ascias retundit.

Cĭto, as, frequentativum à Cieo. In jus voco, adesse jubeo diem alicui dico, accuso. [קרא *kará* ... Gall. *Appeler, baster, faire avancer.* Ital. *Citare, chiamare.* German. Beruffen/citieren. Hispan. *Llamar.* Polon. *Pozywam, cituie.* Vng. *Bé idézem.* Ang. *To call to iustice, to summond, to sett a day of comming to iustice.*] Cicer. Antequam iret: Non citatur reus audaciæ, sed virtutis reus citatur: id est, accusatur. Cic. pro Cluent. Cognoscite nunc ita reum citatum esse illum, ut se semel atque iterum præjudicata, condemnatus in judicium venerit. Et in Verrem 4: Citat reum, non respondet: citat accusatorem, citatus accusator M. Pacilius, nescio quo casu, non respondit, non adfuit. ¶ Aliquando videtur poni pro laudare. Idem de Natur. Deor. libro 2: Tu ipse paulò antè, quum tanquam Senatum Philosophorum citares, summos viros desipere dicebas. ¶ Citare etiam, Incitare, provocare. [העיר *hehir* הקים *hemah.* ... Gall. *Inciter, provoquer.* Ital. *Incitare, commovere.* German. Bewegen/ anhetzen/treiben. Hispan. *Mover.* Polon. *Pobudzam, przymuszac.* Ang. *To stirre vp, to anger or prouoke*] Cæsar 3 bell. civil. Prorsusque equo citato, Luriliam contendit. Livius lib. 1. ab Vrbe: Age sanè omnes citatis equis advolant Romam. Columelle. lib. 8: Ne immaturis herbis citetur alvus. Alia composita sunt Concito, quod est ad iram provoco. Item Excito, suscito, &c. ¶ Vultus citatus ira: Id est commotus ira. Senec. Medea: quod impotenti facinus parat furore? Vultus citatus ira Riget.

Cĭtātŭs, participium, sive nomen ex participio. Acceleratus, vel citus, aut velox. [מהיר *mahir.* ὠκύς. Gall. *Esmeu hasté, avancé, leger, viste.* Ital. *Chiamato, citato, veloce.* German Schnell/ behend. Hispan. *Llamado, ligero.* Polon. *Pobudzony, ochotny, wartky.* Vngar *Gyors, hamaria.* Ang. *Stirred or moved vp, speedie.*] Apuleius. Citato, non testudineo gressu. Liv. lib. 8 bell. Pun. Citato gradu in hostem ducebant. Idem: Citato vadere equo. Liv. 7. bell. Pun. Nero ea nocte quæ sequuta est pugnam, citatiore quàm inde venerat agmine, die sexta ad stativa atque ad hostem pervenit. Ibidem lib. 6: Quàm citatissimo poterant agmine sese abripuerunt.

Cĭtātim, adverbium, Celeriter, velociter. [במהרה *bimherah.* ταχύ Gall. *Hastivement, vistement* Ital. *Presto.* German Schnelliglich/eine wegs/bald. Hisp. *Prestamente, presto.* Pol. *Hned, wskok.* Vng. *Gyorson, hamarsággal.* Ang. *Hastelie, speedelie.*] Hirtius de bell. Afric. Ipse cum expedita copia in eum locum citatim cōtendit.

Cĭlĭcium, cii, n. f. à Cilicibus populis dictum est, apud quos (ut inquit Varro 2. de Re Rust. cap. 11.) Cilicia primùm confecta sunt. [שק *sak.* κιλίκιον, ... Gall. *Une haire, une estamine.* Ital & Hisp *Cilicio.* Germ. Ein kleid das auß bockshaar oder grobhaar gemacht ist. Pol. *Włosiennica, ... gunka:* item, *Włosienka.* Vngar. *Gúba.* Ang. *A cloth made of heare, a strainer.*] Cicer. 3. in Verrem: Quum iste civitatibus frumentum, coria, cilicia, saccos imperaret. Fiunt autem ex villis hircorum atq; caprarum: adhibenturque (ut Vegetius inquit) ad excipiendum impetum sagittarum. ¶ Asconius scribit Cilicia tecta esse ex pilis, in castrorum usum atque nautarum. ¶ Inde Ciliciina vestis, quæ ex Cilicio est, vel ei similis. [ἡ ἐκ τοῦ κιλικίου ἢ τριχίνου ἐσθής. Gall. *Une haire, vestement de poil de cheure ou de bouc.* Ital. *Vestimento tessuto di diversi animali.* German. Ein hären kleid. Hisp. *Vestidura de pelos como de cabras y otros animales.* Ang. *The hairie clothe of heare.*]

Cilindrum, Plaut. Pseud. Genus herbæ: vel leguminis. Sunt qui legant *cicilindum*

Cĭlĭum, n. s. [βλέφαρον. Gall. *La peau qui couvre les yeux dessus & dessous en les clignant.* Ital. *Ciglio.* Germ. Die böhe oder der reyff ob den augliederen/ Augbrawen haar. Belg Het haer aen d'ooghe-/ooghebrauwe. Hispan. *La pestaña o parpado del ojo* Polon *Powie.* Vngar. *Szém heá, szém szőr.* Ang *The eye lid.*] teste Plin. lib. 9. cap. 37: Antiqui vocaverunt extremum superioris genæ ambitum: unde & Supercilia. Genas autem intelligit Plinius folliculos quibus oculus integitur, & à quibus palpebræ: hoc est, pili dependent. ¶ Alii Cilia intelligunt folliculos ipsos quibus oculus integitur. Nam quas Græci vocant βλεφαρίδας, Theodorus Cilia vertit. Lactantius quoque de Opific. oculos ciliorum tegminibus occultatos scribit. ¶ Cilium (inquit Festus) folliculus, quo oculus tegitur: unde & Supercilium. Idem alibi: Supercilium dicitur, quòd super cilium sit: id est, integumentum oculi superius.

Cĭllĭbæ, pen. corr. Vide CIBILLA.

Cĭllo, Antiqui usurpaverunt pro moveo. [קרץ *karáts.* ... Gall. *Mouvoir.* Ital. *Movere.* German. Bewegen. Hispan. *Mover.* Polon. *Poruszam.* Vngar. *Pillogatok, mozgatom* Ang. *To moue*] unde etiam Fucillæ appellatæ sunt. Autor Servius libro 2. Georg.

Cillibantes κιλλίβαντες, Instrumenta erant tribus pedibus fulta, quibus in bello scuta imponebant fatigati: ut ex Aristophane annotavit Cælius lib. 8. cap. 16.

Cillibantum, Vide CYLIBANTUM.

Cilones. [φοξοί Polon *Kukłiastogłowonie.* Vng *Hoszszu fejü, kinek ó homloká.*] Dicti sunt quorum capita oblonga, & compressa sunt: vel quibus frons eminentior est, ita ut à dextra sinistraq; recisa videatur. Cicer. in Salust. Quicquid impudicorum, cilonum, parricidarum, sacrilegorum, debitorum fuit in urbe, &c.

Cima Vide CYMA.

Cimacia, Vide CYMATIA.

Cimeliarchium, n. s. Locus est, ubi reponitur thesaurus. Vnde Cimeliarcha custos vasorum & aliarum rerum Ecclesiæ.

Cīmex, m. t. Vermiculus est odore fœdus, ex ligno nascens, chartisque & paleis [κόρις. Gall. *Punaise.* Ital *Cimice* German. Ein wantzen/wentel. Belg. Want oft walluys / weegluys. Hispan. *Chisme.* Polon. *Pluskwa.* Vngar. *Palaczk féreg, tsimaz.* Ang. *A wallouse.*] Mart. lib. 11: Nec toga nec focus est, nec tritus cimice lectus. Plin. lib. 27. cap. 9: Folia cimicem necant. Idem lib. 29 c. 4: Veluti cimicum animalis fœdissimi, & dictu quoque fastidiendi natura, contra serpentum morsus, & præcipuè aspidum, valere dicitur.

Cīmōlĭă crētă, Vide in Onomastico CIMOLUS.

Cinædiæ, Lapilli qui inveniuntur in cerebro cinædi piscis, maris habitum colore præsagientes. Plin. lib. 37. c. 10.

Cĭnædŭs, cum æ, diphthongo. [קדש *kadhésch.* ... Polon *Niewieściuch, ten który się niewieście obraca.* Vng. *Az mely gyermekkel természet ellen élnek, sodomai gyermek.*] Qui muliebria patitur ... Catullus Epigramm. 22: Cinædus mollior cuniculi capillo, vel anseris medulla, vel mola molicella. Gellius: Nihil interest, quibus membris cinædi sint posterioribus, an prioribus. ¶ Alii Cinædos, quasi pudore vacuos appellant. κενὸν enim vacuum. αἰδὼς pudor. Alii interpretantur saltatores, vel pantomimos. ...

τὴν κινεῖν, quòd libidine omnibus antecirent, qui choros ducebant, & nimia agilitate se exercerent. Hos alio vocabulo Petauristas vocant, eo quòd saltibus levioribus moverentur, ut nulla durities in corpore videretur. Plaut. in Aul. in fustibus sum mollior magis, quàm ullus cinædus. ¶ Cinædus etiam genus piscis, de quo Plin. lib. 32. cap. ult. Cinædi, *inquit*, soli piscium lutei: ubi lege pro soli, toti, ex autoritate Athenæi. Piscis est marinus saxatilis, totus luteus, excepto dorso, quod purpurascit, mænis figura similis. *μαινίδας* ... dictus Aristoteli ob indivisas spinas.

Cĭnædĭcŭs ca, cum, pen. corr. adjectivum *κιναιδικός*. Plaut in Sticho, Lepidam & suavem cantationem aliquam occipito Cinædicam.

Cĭnædĭŏr, in comparativo. [Pol. *Wszeteczniejszy*. Vng. *Szömtelenb soromiagyermek*.] Catull in Epigram. de Vari scorto: Hic illa ut decuit cinædiorem: id est, impudentiorem.

Cĭnædŭlŭs, diminutivè à Cinædus. [Pol. *Wszeteczniczek*. Vngar. *Szotomiagyermökösk*e.] Macrob. Satur lib. 3. c. 14: Testis est Scipio Africanus Aemilianus, qui in oratione contra legem judiciariam Tiberii Gracchi sic ait: Docentur præstigias inhonestas cum cinædulis, & sambucca psalterioq; eunt in ludum histrionum.

Cĭnara, Vide CINARA.

Cĭnăræ, Cardui sunt majores, qui primùm ab Italis, mox etiam à Gallis inter præcipuas mensarum delicias habiti sunt. [*σκόλυμος*. Gall. *Artichaux*. Ital. *Carciofoli*. Germ. *Klein Wilsch distlen die kein stacheln haben*. Hispa. *Cardos que se labran y comemos*. Pol. *Wloskyosset*. Vng. *Bogács kóró*. Angl. *Artechokes*.] Colum. lib. 10. Hispida ponatur cinara, quæ dulcis Iaccho Potanti veniat nec Phœbo grata canenti, *&c.* Nominis originem referunt ad Cinaram puellam, in harbam sui nominis mutatam. Alii à cinere deductum putant, quòd cinere in primis hæc herba gaudeat stercorari.

Cĭncinnī, per duplex n. m. f. [קוצות kevutsóth ציצית tsitsith מחלפות machlaphóth. *κίκιννοι*. Gall. *Cheveux entortillez & frizez ou regillez passefillõ*. Ital. *Capelli crespi*. Ger. *Gekrauste haarlock*. Belg. *Gecrolt haer*. Hispan. *Guedejade los cabellos*. Polon. *Kedziery, wlosse skrecone*. Vnga. *Be sont haj, fodoritot haj, kitaban sont haj*. Angl. *Bushes of browded heare*.] Sunt crines intorti, qui etiam Calamistrati dicuntur Iuven. Altior hic quare cincinnus? Hos capillos Martialis Anulos vocat; ait enim: Vnus de toto peccaverat orbe comarum Anulus. Varro: Is est coliculus viteus intortus ut cincinnus. Solent autem cincinni oleo perungi Cic. in Pisonem. Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ.

Cĭncĭnnātŭs, adject. qui capillos intortos gestat, calamistratur. [ὁ σγουρόθριξ, ὁ κικίννους ... Gall. *Tressonné, & ayans les cheveux regillez*. Ital. *Con capelli ricci*. German. *Die krumme oder krause haarlock tregt*. Hispan. *Cosa con aquellas guedejas*. Polon. *Kedzierzawi*. Vng. *Be sont haiú fodoritot haiú*. Angl. *That hath heare browded in bushes*.] Cicero post reditum in Senat. Quo vultu cincinnatus ganeo non solùm civium lachrymas, verumetiam patriæ preces repudiavit? Plautus Capt. Subrufus aliquantum, crispus, cincinnatus. ¶ Hoc cognomen fuit L. Quintio, qui ab aratro ad Dictaturam vocatus, æquos victos sub jugum egit, & decimosexto die à quo magistratum acceperat, Dictatura se abdicavit.

Cĭnclŭs. [κίγκλος, Suidæ. Gall. *Oiseau qui tousiours remue la queue*. Ital. *Codatremola*. German. *Wasserstelz*. Hisp. *Vna cierta ave que siempre muene la cola*. Polon. *Pliszka*. Vnga. *Barazda billegető*. Ang. *A water swallow, a wagtaille*.] Avis est exigua, perpetuò caudam movens, unde & Mortacilla à nonnullis appellatur. Hanc posteriore sui parte tam debilem esse ajunt, ut nidum struere non possit: sed in alienis nidis ova pariat. Quæ res fecit locum proverbio, ut omnium rerum inopia laborantes, Cinclo pauperiores dicamus. Autores Suidas, & Aelian. lib. 15. cap. 28.

Cĭnctŭs, Vide CINGO.

Cĭnĕr, Cĭniflōnēs, Vide CINIS.

Cĭngo, is, xi, ctum, act. t. Coërceo, comprehendo. [אזר azár עגל ... *ζώννυμι*. Gal. *Ceindre, environner, entourer*. Ital. *Cingere*. Germa. *Umbgürtten/umbgeben*. Belg. *Ombgorten/omringhen/ omvangben*. Hispa. *Cenir*. Polon. *Opasuie, obtaczam*. Vnga. *Környül vetzöm, meg szorsom*. Angl. *To girde or compasse about*.] Ovid. 5. Fastor. Sustulit hoc Nymphe, cinxitq; decentibus armis. Idem 2 de Ponto: Vos ego complectar, Geticis si cingar ab armis. Cicer. 3. de Nat. deor. Diligentiusque urbem religione, quàm ipsis mœnibus cingitis. ¶ Per translationem Cingere ponitur pro circuire, & circunsepire, περιβάλλειν. Liv. lib. 1: Nam & muro lapideo, cujus exordium operis Sabino bello turbatum erat, urbem quam nondum munierat, cingere parat. Plinius: Quum eum saltum venatores cinxissent. Dictum cingo, quasi circumago. ¶ Cingere arborem veteste pro deglubrare, sive delibrare ponitur, ut tradit Paulus in L. 5. de arborib. furtim cæsis: in qua significatione apud Vlpianum semel iterumque invenitur. ¶ Cingi venenis, Instrui, muniri. Valer Flacc. lib. 6. Argonaut. Cingitur arcanis Saturnia læta venenis. ¶ Cingere, pro Veste tegere. Sil. lib. 3: -vestigia nuda, sinusque Cingere inassuetum, & rubræ velamine vestis. ¶ Cingere pro Circum habitare. Valer. lib. 6. Argonaut. Misit in arma Darabs: acies quem Martia circum Gangaridum, potaque Getus quos effetat unda: Quique lacum cinxère Bicen. ¶ Cingi cum aliquo id est, conjungi. Claud. 2. Paneg. -unoque receptæ Pectore diversos tecum cinguntur in usus. ¶ Hujus composita sunt Accingo, circumcingo, Discingo: de quibus suis locis. Incinctus, idem quod cinctus. Liv. 10. Incinctum Gabinu cinctu super telum stantem. Intercingo. Plinius: Thebaicus intercinctus aureis guttis invenitur in Africæ parte. Præcingo, idem quod cingo διαζώννυμι. Plaut. in Bacch. Iude de hippodromo & palæstra ubi revenisset domum Cincticulo præcinctus, in sella apud magistrarū assideres. ¶ Interdum præcingere, est præparare, παρασκευάζειν, unde Præcinctos, εὐζώνους, strenuos & expeditos dicimus. Procingo, cingo, apparo: à quo procinctus, apparatus bellicus. Vnde dicimus, aliquid nos fecisse in procinctu, quum ad expeditionem, aut ad iter essemus parati & accincti. Ovid. Hæc in procinctu carmina facta puta. Plin. Vinum curas, vigoremq; animi impedit ad procinctum tendentibus. Et procincta classis vocabatur, quum exercitus cinctus erat confestim pugnaturus. Recingo, quod cinctum erat, discingo. Ovid. 1. Metam. -velantque caput, tunicasq; recingunt. Subtingo, subtus cingo, & ad cingulum alligo, παραζώννυμι, ὑποζώννυμι. Cic. 11. Phil. Sceg. Galbam eodem pugione succinctum quo in castris videtis. Et succingere id est, cincta vestes ita colligere, ut breviores videantur, fiatq; homo ad agendum promptior. Vnde & succinctam orationem, brevem dicimus, & Succinctè, breviter, συντόμως. Hinc succingulum, balteum dicimus, ζωστήρ. Succinctorium, vestis genus brevissimæ, quo venter & verenda teguntur: quod & semicinctium vocatur, quòd medium hominem cingat: id est, vestiat.

Cĭnctus, participium. [חגור chaghúr. ἐζωσμένος, περιεζωσμένος. Gal. *Ceint, environné*. Ital. *Cinto*. German. *Umbgeben/umbgürtet*. Hispan. *Cennido*. Polon. *Obtaczony*. Vngar. *Környül vetett, meg szoritatot*. Angl. *Girded or compassed about*.] Cic. pro Flac. Equidem existimo in ejusmodi regione atque provincia, quæ mari cincta, partibus distincta, insulis circundata esset, *&c.* Gellius: Scuto pedestri & gladio Hispanico cinctus, contra Gallum constitit. ¶ Cinctus etiam simpliciter sine adjectione, qui ad militiam conscriptus, miles factus est. Marcel de testam. Titius priusquam tribunus legionis factus esset, testamentum fecit, & postea cinctus manente eodem testamento discessit: quod inde introductum, quòd prælium inituri præcingerentur. Ex Hotomano.

Cĭnctŭs, us, m. q. A Cingo, sicut Cingulum. [אזור ezór, חגורה chaghorah מזח mézach. διάζωμα. Gal. *Ceinture*. Ital. *Cinto, cintola*. Germ. *Gurt/gürtel/umbgürtung*. Belg. *Eenen riem/oft gordel*. Hisp. *Cinto, cennidura*. Pol. *Pas, tasma*. Vnga. *Szorító saurez, elöbötő*. Ang. *A girdle*.] Varro de ling. Latina: Cinctus, Cingulum à cingendo: alterum viris, alterum mulieribus attributum. Quanvis & pro vestitu sumatur. Virgil. lib 7. Aen. Ipse Quirinali trabeo cinctuque Gabino Insignis. Porphyrio docet Cinctum tunicæ genus esse infra pectus aptatæ, à quo Cinctutos Cethegos Horatius nominavit. Cinctum Gabinum esse dicunt, togam sic in tergum rejectam, ut una ejus lacinia revocata, hominem cingat. Hoc genere vestimenti Consul Romanus utebatur bellum indicturus. Hoc item vestis genere indutos fuisse duos Decios, quum se pro exercitu devoverent, autor est Livius. ¶ Cincti, pro viris militaribus & quasi ad militiam accinctis dicuntur. Contrà Discincti, ad pugnam imbelles atque imparati accipiuntur.

Cĭnctūră, æ, f. p. Sueton in Cæs. cap. 45: Nec ut unquam aliter, quàm super eum cingeretur & quidem fluxiore cinctura.

Cĭnctĭcŭlŭs, m. f. diminutivum. Amiculi genus, quòd ferè sub umbilico præcingitur, & ad dimidium crus porrigitur [διαζωμάτιον. Gall. *Petite ceinture*. Ital. *Cinturetta*. Ger. *Ein umbgürtung/ oder umbschurtz des undern theils am Leib*. Hisp. *Pequenna cinta*. Pol. *Podwiaska, tasiemka*. Vng. *Szoritó bötske jmarczouska, előkötőske*. Ang. *A litle girdle or fardingall*.] Plautus in Bacch. Cincticulo præcinctus in sella apud magistrum assideres.

Cĭnctūtŭs, a, um, pen. prod. Cinctu indutus: quod vestis genus antiquissimis Romanis in usu fuit. Vnde Horatius in arte, quum antiquissimos illos denotare vellet, Cinctutos Cethegos dixit. Verba ejus sunt hæc: -si forte necesse est Indiciis monstrare recentibus addita rerum, Fingere cinctutis non exaudita Cethegis Continget. Hoc est, iis seculis nunquam audita, quibus Romani cinctu utebantur. ¶ Alii Cinctutos intelligunt bellicosos, quasi ad militiam accinctos: sicut contrà Discinctos, molles & imbelles. Prior tamen interpretatio Horatii loco magis videtur convenire.

Cĭngŭlum, n. f. Hominis cinctorium dicitur, & propriè mulierum. [חגורה chaghoráh. ζώνη. Gall. *Ceinture*. Ital. *Cintola, cintura*. German. *Ein Gürtel*. Belg. *Eenen Gordel oft riem*. Hisp. *Cinta de la muger*. Pol. *Pas*. Vng. *ö*. Ang. *A girdle*.] Varro 4. de lingua Latina: Cinctus & Cingulum à cingendo: alterum viris, alterum mulieribus attributum. Festus: Cingulo nova nupta præcingebatur, quod vir in lecto solvebat. ¶ Cingula, pro Veneris cæsto ponit Valerius lib. 6. Argon. -fœcundaq; monstris Cingula: non pietas quibus aut custodia famæ: Nun pudor at contra levis & festina cupido, Affatusq; malus, dulcisq; labantibus error. ¶ Ita cœlo quoq; Cingula dicuntur, quæ & zonæ Cicero in Somnio Scip. Cernis autem terram eandem, quasi quibusdam redimitam & circundatam cingulis. ¶ Quandoque pro anulo ponitur, quod digitum circuit.

Cingu-

Cingula, læ, f. p. qua cinguntur jumenta [עגנה habôth. ζώνη. Gall. *Ceinture pour ceindre les bestes*. Ital. *Cigna*. German. Gurt der thieren. Hisp. *Cincha del albarda*. Pol. *Poprag*. Vng. *Heveder*. Ang. *A girdle or bande to bind beastes with*.] Ovid de Remed. Et nova velocem cingula lædit equum.

Cingriæ. Tabulæ dicebantur, quæ licet breviores essent, subtilioribus tamen modis insonabant. [Pol. *Fletnia*. Vng. *Vékony szavu trombita, car ogato sip*.]

Cinis, cineris, ab antiquo nominativo Ciner, hodie mascul. generis, olim etiam fœmini. [אפר épher דשן déschen, τέφρα. Gall. *Cendre*. Ital. *Cenere*. German. Esch. Belg. Asschen. Hispan. *Ceniza*. Polon. *Popiol*. Vngar. *Hamu*. Ang. *Ashe*.] Pulvis in quem materia usta resolvitur. Stat. libro 3. Thebaid. Veteris quum regia Cadmi Fulmineum in cinerem montis Iunonis iniquæ Consedit. Idem 10. Aeneid. Non satius cineres patriæ insedisse supremos? Idem 6. Aeneid. Postquam collapsi cineres & flamma quievit. ¶ Sumitur & pro manibus & reliquiis funerum, sive memoria. Cic. 3. in Verrem: Homo importunissime, cur tantam injuriam P. Annio mortuo fecisti! cur hunc dolorem cineri ejus atque ossibus inussisti? Virgil. 4. Aeneid. Nec patris Anchisæ cinerem, manésve revelli. ¶ Antiqui hoc nomen etiam fœminino genere efferebant. Calvus apud Nonium: Quum jam fulva cinis fueris. ¶ Minxisse in patrios cineres, olim dicebatur, qui in temporiis ageretur, cuique cunctaredederent infelicitet, ac si monumentum patris violasset. Horat. in arte poëtica. ¶ Ne cinerem vitans, in prunas incidas, μὴ πῦρ φεύγων, εἰς ἀνθρακιὰν ἐμπέσῃς. Nec sic defugiat malû hoc aut illud, ut in aliud longè majus incurras.

Cineraceus, a, um, Cineris colorem referens. [אפרור amúst cômpeth, τεφρώδης. Gall. *Cendreux*. Ital. *Di color di cinere*. German. Eschfarb. Hisp. *Cosa de ceniza*. Pol. *Popielasty*. Vng. *Hamu szinu*. Ang. *Ashie or gray coloured*.] Plin. lib. 33: Terra est atra, rufa, albâs cineracea.

Cinereus, a, um. [Pol. *Szari*. Ang. *Grayas ashes*.] Quod è cinere est, vel quod cinereum refert colorem.

Cinerarius, Qui calamistror, ut inquit Varro libro 4. quibus in cinere calefactis capilli ornari solebant, administrabat. M. Cato, ut autor est Sosipater lib. 1. cum esse in originibus scripsit, qui unguenta ex cinere composita, quibus mulieres capillum ungitabant, ut rutilior esset crinis, conficiebat. Catul. Nunc tuum cinerarius Tondet os: miser, ah miser, Concubinæ nuces da.

Cinericius, a, um: ut, Panis cinericius: [ἐγκρυφίας ἄρτος. Polon. *Placek w popielu upieczony*. Vng. *Hamuas, hamuba, sult*. Ang. *Gray bread and ashie coloured*.] qui coctus est sub cinere.

Cinefacio, cinefacis, cinefacere, In cinerem reduco. [דשן dischschên, τεφρόω, τεφρίζω] A quo Cinefactus, a, um, In cinerem dissolutus. [τεφρωθείς Gall. *Reduit ou mis en cendre*. Ital. *Ridotto in cenere, incenerito*. Germ. Zu eschen gemacht. Hisp. *Hecho ceniza*. Pol. *Obracam w popiol*. Vng. *Hamuá perra tessem, é bggé pperá te. zôm*. Ang. *To make ashes of any thing*.] Figuratio est (inquit Nonius) ut, Tepefactum & Labefactum. Lucil. lib. 3: At nos horrifico cinefactum te propè busto insatiabiliter defleb imus.

Ciniflones, m. t. qui & Cinerarii dicti sunt. Qui calamistris in cinere calefactis capillos crispabant. [Pol. *Włosy fryżownie*. Vng. *Fodoritos bainik*. Ang. *Frizlers of heare*.] Horatius Custodes lectra, ciniflones, parasiti. οἱ τὰς τρίχας ἀναθερμαίνοντες, ἐν τῇ σποδῷ χρησάμενοι.

Cinira, nomen est oleris, cui inditum videtur nomen à cinere quoniam huic herbæ id genus stercorationis est aptissimum plura in hortis. Dol. lib. 1 trap. 3.

Cinnabari, sive Cinnabarim, κιννάβαρι Plin. lib. 33. cap. 7 saniem putavit esse draconis elisi elephantorum morientium pondere, permisto animalis utriusque sanguine. Quod tamen falsum esse, manifestius est, quàm ut debeat refelli. Dioscorides à minio diversum esse ostēdit, quòd Cinnabari ex Libya, miniû ex Hispania afferatur: quid tamen re vera esset, non indicavit. Hoc tantùm testatur, tam exiguam ejus copiam afferri solere, ut vix variandis in pictura lineis pictoribus sufficeret. Quod autem hodie *cinnabrium* vocant, ex sulphure & argento vivo simul ustis conficitur. [German. Zinober.]

Cinnamomum, n. f. [קנמון kinnamón. κιννάμωμον. Polon. *Cynamon*. Vng. *Fahéy*.] Frutex duorum cubitorum altitudine amplissimus, palmique minimus, quatuor digitorum crassitudinis, statim à terra sex digitis surculosus, arido similis, quum viret non odoratus, folio origani, siccitate gaudens, sterilior imbre, ceu diræ naturæ. Gignitur in planis, sed densissimis in vepribus rubisque difficilis collectu. Plura apud Plin. libro 12. cap. 19. Theophrastum lib. 9. cap. 47. Genera ejus plura esse, inquit Dioscor. libro 1, patrium sibi nomen vendicantia. Præfertur tamen Mosyllion, quod Casiæ, cui Mosylitis nomen est, aliquam refert effigiem. Plura loco citato. Malumus enim hæc ex fontibus ipsis petas, ne nos librum immensum gravemus. Barbaris tamen Corollarium, quoniam rem ferè omnem in compendio explicat, adscripsimus. Cinnamomum in partes quinque concidunt: præcipua bonitas tenuissimis ad longitudinem palmi, paulóve amplioribus, secunda proximis breviore mensura. Vilissimæ quæ radicem antecedunt, quoniam ibi minimum corticis, in quo summa gratia, qua de causa præferuntur cacumina, ubi plurimus cortex. Ipse frutex duorum cubitorum altitudine amplissimus, palmique minimus, quatuor digitorum crassitudinis, statim à terra sex digitis surculosus, arido similis, quum viret non odoratus, folio origani, siccitate gaudens, sterilior imbre, ceu contraria cæteris natura. Gignitur quidem in planis, sed densissimis in vepribus rubisque, difficilis collectu. Verior sententia est, nasci in Aethiopia, Troglodytis connubio permixta: non ut Herodotus, quo situ Liber pater educatus esset, ex inviis rupibus aviumque nidis peti, & privatim Phœnicis: neque ut alii, in Arabia. Igitur mercantes illi à contermini[s] v[e]hunt per maria vasta ratibus, sine gubernaculo, sine remis [ac] velis, sed hyberno per brumam, Euris tum maximè flantibus. Primus hic portus Gebanitarum Ocila, sive Arila, ut Strabo, Ptolemæus Ocelis. Produntur vix quinto anno reverti mercatores, & interire multos. Contrà revehunt vitrea & ænea, vestes, fibulas, cum armillis ac monilibus. Ipsum lignum in fastidio est propter Origani acrimoniam. Xylocinnamomum vocatur. Pretium in libras 10. Quidam Cinnami (nam & Cinnamum dicitur) duo genera tradidêre, candidum, nigricánsque. Et quondam præferebatur candidum. Nunc contrà nigrum commendatius, autore Plinio: atque varium etiam præferunt candido, certissimo argumento, si sit scabrum: atque ut invicem tritum contumaciter se teratur & inhorrescat. Improbatur molle in primis, aut cui albicat cortex. Ius ejus à Gebanitarum rege solo proficiscitur. Is edicto mercatu vendit. Pretio quondam fuêre in libras denariorum mille. Auctum id parte dimidia est, incensis (ut ferunt) sylvis ira barbarorum: aut etiam fortè fortuna, quoniam Austri tam ardentes ibi afflare solent, ut æstatibus sylvas accendant. Coronæ veteribus fiebant ex Cinnamomo, interrasili auro inclusæ. Radicem ejus magni ponderis aureæ pateræ in positam vidisse, Plinius meminit, ex qua guttæ editæ, annis omnibus in grana durabantur. Pseudocinnamomum. Galenus Cinnamomi idam quoque appellari scribit. ¶ Cinnamomum etiam hodie in Officinis nomen retinet: Vulgus à quadam canalium figura *canellam* appellat.

Cinnamum, penult. corr. n. f. κίνναμον, Frutex, sive arbuscula nascens apud Gebanitas, in finibus Troglodytarum, præstantissimum exsudans odoramentum, quod & ipsum Cinnamomum dicitur. Vide Plinium libr. 12. cap. 19. Ovid. 3. Fastor. Cinnama tum primùm captivaque thura dedisti.

Cinnaris, f. t. [Polon. *Wlaski oset*.] Herba est, autore Plinio, quæ cervis adversus venenata pabula est remedio. Plin. libro 8. cap. 7. Cervus herba cinnare venenatis pabulis resistit.

Cinnus, per duplex n. Est plurimarum rerum, præsertim liquidarum, commistio: nam ab aliquibus potionis genus ex multis liquoribus confectum putatur, quod κυκεῶνα, Græci appellant. [Gall. *Entortillement de cheveux, ou meslange de plusieurs choses*. Ital. *Vna mescolanza ò meleng[o] de più cose*. German. Ein vermischung von vielerley dingen. Hispan. *Mezcla ò composicion de cosas diversas*. Polon. *Mieszanina rozmaitych rzeczy*. Vng. *Sokfele elegyitesbol*, *vegyes bor*. Ang. *The rolling together of the heare in plaites, or mingling of many thinges*.] Cic. de Orat. Cinnus nit[i] utriusque particeps, vel utriusque, si verum quærimus expers. Et eleganter Picus Mirandula ad Angel. Polit. Tu ita utrumque imples, ut utrum magis, haud satis constet, qui & Græcam, & nostram Minervam pulchrè amplectaris, quasi cinnus utriusque linguæ: ut quæ insititia sit, quæ genuina, non facile discernip[o]ssit.

Cinnomyron, Vnguentum [I]liorum.

Cio, cis, civi, citum. Vide Cieo.

Ciperum, (quod hic corruptè legebatur) Vide Cyperos.

Cippus, Columnam significat, quæ cum inscriptione, ad conservandam rei alicujus memoriam soleam erigi. [ציון tsijún. ἀνθρώπου σῆμα amúr. Vng. *Faghâl* rûm. Gall. *La pierre du sepulcre*. Ital. *Il sasso de la sepoltura*. Ger. Ein Creutz oder Stein auff einem Grab. Belg. De Sarck oft steen van den grave. Hispan. *La piedra de la sepultura*. Polon. *Slup na znak pamiatke po smierci*. Vng. *Emlekezetre fôl à jut oszlop, kop orsokr*. Angl. *A litle hill or marck called a barrow or geall*.] cujusmodi etiam in defunctorum monumentis erigi consueverunt. Horat. 1. Serm. Satyr. 8: Hoc miseræ plebi stabat commune sepulchrum, Pantolabo scurræ, Nomentanoque nepoti. Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum Hic dabat: hæredes monumentum ne sequeretur. ¶ Cippus item instrumentum erat ligneum, quo servorum & captivorum pedes colligabantur. [Gall. *Vn cep*. Ital. *Ceppo*. Germ. & Belg. Stock. Hispan. *Grilos*.]

Circa. Præpositio est accusativo serviens casui, Iuxta, circum. [סביב sabíb. עבל hál. ἀμφί. Gall. *Environ, pres*. Ital. *Intorno*. German. Bey oder umb/in ringsweiß. Belg. Ontrent. Hispan. *En derredor*. Polon. *Okolo*. Vngar. *Kornyule, mellette*. Ang. *About, or nigh by*.] Cic. de Lege agrar. contra Rullum: Quum Rullus Capuam & urbes circa Capuam occupârit. Idem 3. in Verr. Ajebat multa sibi opus esse, multa canibus suis, quos circa se haberet. ¶ Ponitur & pro Circiter, ut tempus denotet. Plin. lib. 8. cap. 18. Nec amplius, quàm circa eum mensem visuntur. ¶ Pro adversus. Plin. Epist. 9. libi. 3: Circa Hispanum & Probum multum sudoris. ¶ Pro apud Curtius lib. 3: Circa regem erat & Phrygum turba & Macedonum. ¶ Pro de Plin. lib. 8. cap. 16. Varia circa hæc opinio. ¶ Pro juxta Plin. lib. 8. cap. 33. Circa caprificos ferus, innoxius alioqui. ¶ Pro in. Quintilian. in Procem. libro 8. Præcipuè circa partis hujus præcepta elaboravit. Hor. a. Carm. Ode 5.

Ode.5. Circa virentes est animus tuæ Campos juvencæ. ¶ Circa Demetrium, pro Circa Demetrii tempora. Quintil. libro 1. cap. 4: Circa Demetrium Phalereum institutam ferè constat. ¶ Invenitur etiam adverbialiter positum, & sine casu. Cicer. ad Atticum lib. 2: Nostram ambulationem, & Laronicum, eaque quæ circa sint, velim, quum poteris, invisas. ¶ Hinc fiunt composita, Quocirca. & Circuncirca: de quibus suis locis.

Circānēa, Avis dicitur, quæ volando circuitum facit. Festus.

Circæa, f. p. κιρκαία, Herba est strichno sativo similis, flore nigro & pusillo, semine milii magnitudine, nascente in quibusdam corniculis, radice semipedali. Autor est Plin. lib. 27. cap. 8. ¶ Fuerunt qui eandem crederent cum Circæo, quod tamen falsum esse ex utriusque descriptione facilè deprehenditur.

Circæium n. f. Herba quæ & Mandragora dicitur. [German. Alraun. Belg. Mandragora. Pol. Pokrzyk. Vng. Kerek helyben valo [illegible]] Vide Plin. lib. 25. cap. 13.

Circensēs, ludi, vel Circenses, sine adjectivo, Certaminis cultuis genus erat, in honorem Consiliorum dei institutum: ἱπποδρομία, ita dictum, quòd in circo peragebatur, non autem ab ensibus (ut Servius nugatur) in circuitu dispositis. Livius: Tum primùm circo, qui nunc maximus dicitur, designatus est locus, divisi loca Patribus, Equitibusque urbis, ut spectacula sibi quisque facerent. Virgil. 8. Aeneid. Nec procul hinc Romam, & raptas sine more Sabinas Consessu caveæ, magnis Circensibus actis Addiderat. ¶ Circensium ludorum, septem erant curricula solennia. Gell. lib. 3. cap. 10. ex Varrone. ¶ Circense tomentum dicitur quod fit ex summitatibus palustrium arundinum mollibus, lanæ similibus. Ma t. lib. 14: Tomentum concisa palus circense vocatur: Hæc pro Lingonico, stramina pauper emit.

Circerūs, pen. prod. Navis Asiana prægrandis, ut inquit Nonius. Plaut. in Stich. Quum percontor portitores, ecquæ navis venerit ex Asia, negant venisse. Conspicatus sum interim cercurum, quo ego me meliorem non vidisse censeo.

Circinūs, penult. corr. m. f. Instrumentum quo circuli vertendo designantur [מחוגה mechughah. διαβήτης. Gall. Compas. Ital. Sesto, compasso. German. Ein zirckel. Hispan. El compas. Polon. Cirkiel. Vngaricè, Czirkalom. Ang. A paire of compasse.] Plin. lib. 2. cap. 15. Omnia autem hæc constant ratione circini semper indubitata.

Circino as, pen. cor. Rotundum facio: [חוג chogh. κυκλόω. Gall. Circuir, estendre en rond, tournoyer à l'entour, faire vn cercle avec le compas. Ital. Rotondare, compassare, circuire. German. Cirkeln. Belg. Ront maken. Hispan. Rodear ò compassar con compas. Polon. Cirkluie, okrażam. Vngar. Czirkalmozom, mog kerekitem, gömbölitém. Ang. To make round about, to measure with a compasse.] vel Circino circulum facio. Plin. lib. 16. cap. 38: Cætera mensarum genera fissis arboribus circinantur in pulpam. ¶ Significat etiam Circumeo: ut Circinare auras apud Ovid. 2. Metamorph. Sic super Actæas agilis Cyllenius arces Inclinat cursus, & easdem circinat auras.

Circinātio, onis, verbale, f. t. [מחוגה chughah. κυκλωσις, κύκλωσις. Gall. Entournement, environnement, tour, circuition de compas. Ital. Circuitione, circuito. Germ. Ein cirkelung oder umbgang des cirkels. Hisp. Rodeo, obra de rodear ò compassar. Polon. Okrążenie. Vngar. Czirkal[illegible]. Ang. A turning round about, measuring with a compasse.] Plin. & Bud. ut, Circinatio Solis.

Circinātò, adverbium, [בסבוב sabib, χυκλόθεν, κυκλωδῶς. Gall. En rond, en maniere de rond. Ital. Circondatamente. Germ. In cirkels weiß. Hispan. En rodeo, en cerillo. Polon. Wkrag. Vng. Czirkalmosan, kerekön. Angl. By round turning, in maner of a compasse.] Plinius.

Circiter, à Circa fit, Idemque significat: & refertur modò ad tempus. [סביב sabib. περὶ, ἀμφὶ, κατα. Gall. Environ, pres ou environ. Ital. Intorno. German. Umb, herumb. Hispan. Cerca, poco mas ò poco menos. Polon. Oblo. Vngar. Egymint, iüt. Angl. About.] Plaut. in Most. Redito huc circiter meridiem. Cæsar 1. bel. Gall. Ita dies circiter quindecim iter fecerunt. Cic. ad Attic. Nos circiter Kalendas aut in Formiano erimus, aut in Pompeiano. Modò ad numerum. Salust. in Catil. Sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis instructa. Modò ad locum. Plaut. in Cistel. Loca hæc circiter excidit mihi. ¶ Circiter adverbium. Cic. ad Attic. Verùm hæc in Arpinati ad sextum circiter Idus Majas non deflexamus. Cassius Hemina: Lapidem fuisse quadratum circiter in media arce iunctum.

Circĭtĕr, ad tempus solùm pertinere Priscianus existimavit. Contrà Valla (quod verius est, nec latuit etiam interpretes nostros) ad numerum frequentiùs refert. Adrian. Card. de offic. ord. lib. 6. & Specul. de Dupur. & Alleg. § 4.

Circĭtēs, pen. corr. Circuli ex ære facti, teste Festo. Est & genus oleæ apud Culum. lib. 5. cap. 7.

Circĭus, Ventus nulli violentia inferior: sic dictus, quòd omnia turbet, ac circumvertat. Hic peculiaris est Galliæ Narbonensis, de quo Gellius: Galli ventum ex sua terra flantem, quem sævissimum patiuntur, Circium appellant à turbine, opinor, ejus ac vertigine. Lucan. Solus sua littora turbat Circius & tuta prohibet statione Monœci. Venius Circius, quum loquare, buccam implet armatum hominem, & plaustrum oneratum percellit. Cato Cercium, non Circium appellat.

Circitōres, Vide CIRCUITORES.

Circos, κίρκος, Avis est ex Accipitrũ genere, altero pede claudo, prosperrimi augurii in nuptialibus negotiis, & re pecuniaria. Autor Plin. lib. 10. cap. 8. Vide infrà CIRCUS.

Circuĕo, ablato m, vel circumeo, Circundo, eo circum. [סבב sabab. κυκλεύω. Gall. Aller à l'entour, environner, circuir, tournoyer. Ital. Andare intorno. Germ. Rings weiß umbgehn. Belg. Omgaen/rontom gaen. Hisp. Andar ò cercar en derredor. Polon. Obeo odże, wkolo. Vng. Kerülöm kerengöm. Ang. To go about, to campasse, to enuironne.] Cic. Att. lib. 4: Antonii consilia narrabat illum circuire veteranos. Rectiùs scribitur per m: quæ tamen inter pronunciandum eliditur. Vide CIRCUMEO.

Circuĭtor, Circuitio, Circuitus, Vide CIRCUMEO.

Circŭlātor, Circulo, Circulus, Vide CIRCUS.

Circum, præpositio. [סביב sabib. περὶ. Gall. A l'entour, autour. Ital. Intorno. Germ. Umb, herumb. Belg. Rontom. Hispan. En derredor. Polon. Wkolo. Vng. Körül. Ang. About.] & componi solet, & separari. Separata locum tantum significat, sicut & composita: ut, Circum theatrum. Quandoque loco adverbii ponitur. Virgil. 4. Aeneid. An'ne vides toto properari littore circum? ¶ Pro circa, adverbialiter. Tacit. lib. 4: Itaq; quanquam diversis super rebus consulerentur, aram Clementiæ, aram amicitiæ, effigiesque circùm Cæsaris, ac Sejani censuere. ¶ Apud Livium lib. 2. Decadis 5. motum significat. Inde legatio sub idem tempus in Asiam circum insulas missa. Componitur verò cum dictionibus ab a, incipientibus, ut Circumago: e, ut Circumcido: d, ut, Circumduco: e, ut, Circumeo: f, ut Circumfluo: i, ut Circumjacio: à quo Circumjectus: l, ut Circumlinio: m, ut, Circumunio: n, ut Circunnafcor: p, ut, Circumpono: q, ut, Circunquaque: s, ut, Circunscribo: t, ut, Circuntuli: u, ut, Circumvenio. Verùm juncta vocalibus integra scribi, sed non proferri debet, ut circumago, circumeo scribantur, sed proferatur circuago, circueo. Vnde Priscianus ait, Circumeo, & circumago, & similia non paterentur elisionem in pronuntiatione, si transiret in sequentem syllabam. Si verò jungantur cum c, d, f, q, t, mutatur m, in n: ut, Circuncido. Circundo, Circunfero, Circunquaque, Circuntuli. Cum aliis remanet integra: ut, Circumscribo, Circumvolo. ¶ Differunt autem Circa, Circiter, & Circum, quòd Circa temporis est & loci: Circiter temporis & numeri, & rarò loci: Circum semper loci: quemadmodum ex exemplis, quæ posuimus, apertè intelligitur. Nam differentia à Sosipatro tradita lib. 1. nimis est angusta.

Circŭmaggĕro, as, act. p. [περιχώννυμι, περιχώννυμι. Gall. Assembler autour, amonceler à l'entour. Ital. Adunare, ammuchiare. Ger. Umbschütten/umbschantzen/ [illegible] herumb verbollwerken. Hisp. Amontanar en derredor. Polon. Okopuie, obsipuie, osanctuie. Vngar. Környül töltöm. Ang. To heape or cast a heape about.] Plin. lib. 19. cap. 5: Terra minuta, fimoque circumaggeratas resistere frigori radices.

Circŭmăgo, gis, significat, circunduco. [סחב sbhigh περιάγω, περιάγειν. Gall. Mettre autour, tournoyer çà & là, faire tourner en rond. Ital. Menare intorno, in volta, d'ogni intorno. German. Umbtreiben. Belg. Omdryven. Hispan. Traer en cerco. Polon. Wkolo ugamam. Vngar. Környül vonszom, környül viszem. Angl. To driue or turne about.] Liv. 1. ab Vrb. Prius penè quàm Romulus, quique cum eo equites erant, circumagerent frænis equos, terga verterunt. Plin. lib. 2. c. 3: Circum igitur orbis viginti-quatuor horarum spatio. Apuleius: Nudumque hominum circumagens omnibus ostendebat. ¶ Interdum interquor, fugo, ἐλαύνω. Curtius: Nec vulneratum, & ferè semineceın circumagere destiterunt. ¶ Circumagere aliquando est Liberare, manumittere. Seneca: Philosophiæ servias oportet, ut tibi contingat vera libertas. Nam qui se illi subjecit, circumagitur nam philosophiæ servire libertas est. Circumagebantur autem olim servi: id est, vertebantur à lictore, quum vindicta apud prætorem manu mitterentur. Persius Satyr. 5. 8: -heu steriles veri quibus una Quiritem Vertigo facit. Et: Verterit hunc dominus, &c. ¶ Inde Circumactus verbale, Conversio sive motus in gyrum: περιαγωγή. Plinius: In ponte prætenui duabus capellis obviis è diverso circumactum angustiæ non caperent, nec reciprocationem longitudo.

Circŭmactio, [περιαγωγή, περίοδος. Pol. Obtoczenie. Vng. Környül hordozás.] Gell. lib. 17. c. 20. Ἐστρόμμενα, crebrum, & coruscũ, & connexum, brevibus, & rotundis numeris, cum quadam æquabili circumactione devinctum.

Circŭmambŭlo, as, Circumeo, circundo. [περιπατέω. Gall. Aller ou cheminer à l'entour. Ital. Andare ò caminare intorno. Germ. Herumb wandern. Hisp. Andar ò ir en derredor. Polon. Obchodzę. Vng. Környül iárom. Ang. To go or walke about.] Paul. in l. possideri, in princ. ff. de acquir. possess. Vt qui fundum possidere velit, omnes glebas ejus circumambulet.

Circŭmăro, as, are, act. p. Arando circundo. [περιαρόω. Gall. Labourer autour, arer tout à l'entour. Ital. Arare, lavorare intorno il terreno. German. Umbären. Hispan. Labrar la tierra en derredor. Polon. Wokoło orzę. Vng. Környül szántom. Ang. To plough, till or ere about.] Plin. lib. 18. cap. 3: Quantum quis uno die plurimum circumarasset.

Circŭmaspĭcio sis, act. t. [περιβλέπομαι. Gall. Regarder tout à l'entour, jetter sa veue de costé & d'autre. Ital. Guardar intorno. German. Hin und her sehen/rings herumb anschawen. Hisp. Mirar en derredor. Polon. Wkoło sie oglądam. Vng. Körnül nézök, szemlélök. Angl. To look about, to cast his sight hither and thither.] Plin.

Plin. lib. 8. c. 33. Nec pupillæ motu, sed totius oculi versatione circumaspicit.

Circumcelliones, Dicti sunt, qui circumcellas vagantur. [ἀλῆται. Pol. Tułacze.] Solent enim ire hâc atqueillac, nusquam habentes sedes.

Circumcido, dis, act. t. Circum, vel per circulum incido & amputo, demo, reseco. [מל mal. περιτέμνω Gall. Couper tout en tour, cerner. Ital. Tagliare intorno. German. Buttings umb beschneiden / umbhauen. Belg. Besnyden. Hisp. Cortar en derredor Pol. Obrzezuię, wkoło obrzynam. Vng. Környül metelem. Ang. To cutt about.] Colum. lib. 3. Ejusdem spatii corticem circumcidito, & materiem delibrato. ¶ Circumcidere vinum, pro eo quod est, vini usu intercidere. Celsus lib 4 cap. 20. Deinde ubi ad se redit, circumcideodum vinum est in totum annum. Idem lib 6 c. 9. In dentium autem dolore, qui ipse quoque magnis tormentis annumerari potest, vinum ex toto circumcidendum est. Id est, vinum omnino non est bibendum. ¶ Circumcido absolutè positum: Cic. 5. de Finib. Quæ sit scientia atque ars agricolarum, quæ circumcidat, amputet, erigat.

Circumcisus, participium, resectus, amputatus. [נמול mul. περιτμηθεὶς, περιτομής, ἀπότομος. Gall. Circoncis, coupé tout entour. Ital. Circonciso o tagliato di intorno. Germ. Beschnitten / beschnitten. Hisp. Cortado en derredor, circuncidado. Pol. Obrzezany, obcięty. Környül metéltetett Ang Circoncised, cut about.] Plin. lib 14 cap. 19. Quod circumcisis vinaceis profluxerit. Cic. 2. de Finibus: Vi sapiens solùm amputata, circumcisaque inanitate, & errore, naturæ finibus contentus.

Circumcidaneus, a, um, περιτομαῖος, ἀπότομος: ut Vinum circumcidaneum, quòd scilicet postremò exprimitur vinaceis, ubi fluere desierint, circunquaq; accisis. [ὁ δεύτερος οἶνος, ἤγουν ὁ μετὰ τὴν τοῦ πατουμένου βότρυος ἐκ νέου ... Gal. Vin de pressurage. Ital. Vin di torcol. Germ. Der Nachtruck. Hispan. Ellagopie Pol. Poślednie prasowanie winna.] Cato cap. 23. Tortivum mustum circumcidaneum suo cuique dolio dividito, additoque pariter.

Circumcisitius, a, um, ut Circumcisitium vinum, idem quod circumcidaneum. Varro de Re rust. lib. 1. c. 54. Quum desiit sub prælo fluere, quidam circumcidunt extrema, & rursus premunt: & rursus quum expressum, circumcisitium appellant: ac seorsum quod expressum est servant, quod relipit ferrum.

Circumcisè, adverb. [ἀποτόμως. Polon. Krótko. Vng. Környül metélve.] Suet. de Clar. Rhet. Tunc ne usquequaque scholasticus existimaretur, circumcisè, ac sordidè, & tantummodo trivialibus verbis egit, verùm rariùs.

Clāncŭlūm, n. s. diminitivum est à Clàm. [בסתר beséther. λάθρα, κρύβδην. Gall Secrettement en cachette. Ital. Di nascosto, celatamente. Germ. Heimlich. Belg. Secretelick Hispa. A escondidillas. Polo. Pocichu, potaiemnie. Vnga. Titkon, alattomban. Ang. Secretlie, privelie.] Terent. in Eunuch. In cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum. Ibidem: Venisse clanculùm per impluvium. ¶ Clanculùm accusativo junxit. Terent. in Adelph. postremò alii clanculum Patres, quæ faciunt, quæ fert adolescentia: Ea ne me celet, consuefeci filium.

Clāncŭlārĭŭs, a, um Occultus, latens. [נסתר nistár. κρυφαῖος, κρύφιος. Gal Secret, caché incognu. Ital. Occulto, secreto. Germ. Verborgen. Hispan. Escondido, segreto. Polon. Taiemni Vng Alattombavalo, titkon valo Ang Secret, privat.] Martial. lib. 10. Vernaculorum dicta, sordidum dentem. Et fœda linguæ probra circulatricis, Poëta quidam clancularius spargit. Et vult videri nostra &c.

Clāndēstīnō, pen. prod. Occultè, secretò latenter. [בסתר beséther. κρύβδην, κρύφα, κρύφα. Gall En cachette, secrettement. Ital. Secretamente, occultamente. Germ. Heimlich/verborgenlich Hisp. Escondidamente, ò escondidillas. Polon. Cicho, potaiemnie. Vngar. Titkon, alattomban. Ang. Secretlie, closelie.] Lucilius: At enim dixit, clandestinò tibi, quod commissum fuerat. Plaut in Mil. Nam hoc negotii clandestinò, ut agerem mandavit mihi.

Clāndēstīnŭs, a, um penult. prod. Occultus, secretus: [כלסתר nebelám. κρυφαῖος. Gal. Secret, caché. Ital. Occulto, secreto. Germa. Heimlich/verborgen. Hispan. Escondido secreto. Pol. Cicho, Lakrni. Vngar. Titkon valo, alattomban valo. Angl. Secret, privie.] Liv. 4. ab Vrbe: Quum patres clandestina denuntiatione revocati ad diem certam essent. Manilius libro 1. Et clandestinis surgentia fraudibus arma. Sil. lib. 7: Ceu clandestino traheretur fœdere bellum.

Clāmŏr, m. t. Vox intensa, & majore cum impetu prolata [קול kol צעקה zeháka. זעקה zeakáh. κραυγὴ βοὴ Gall. Clameur, cri, bruyment. Ita. Grido. Germ. Ein geschrey Belg. Een ghecrijsch/gheroep. Hisp. Clamo ò voz grande. Polon. Krzyk. Vnga. Kiáltas wolt. Angl. A lowde crying.] Plin. in Epist. Turbidoque clamore postulaverat simul & oppresserat. Cic 6. in Verr. Interea ex clamore fama tota urbe percrebuit, expugnari deos patrios. Virg. 5. Aenei. resonat clamoribus æther. ¶ Antiqui etiam Clamos dicebant, sicut Arbos.

Clāmo, as, are, n. p. Vocifero, clamorem edo, clamorem facio, voce contendo. [קרא kará צעק zakák זעק zaák. βοάω, κεκράγω Gall. Crier, huyer, braire. Ital. Gridare, chiamare Germa. Schreyen. Belg. Roepen. Hispa. Llamar dando vozes. Polon. Wolam, krzycze Vng. Kiáltok, wobitok. Ang. To crie lowde.] Plaut. in Mercat. Nec tolerant, ut æquum est, patres: sed clamant, indecenter obstrepunt. Cic. ad Attic. libro 5 Id clamare omnes, qui aderât, nihil impudentius, &c. Terent. in Adelph. Clamant omnes, indignissimè factum esse. ¶ Clamare item pro dicere, & affirmare accipitur Cic. 3. in Verr Quum tutores HS LXXX. millibus id opus, ad illius hominis iniquissimi arbitrium se effecturos esse clamarent. ¶ Quandoque vocare καλεῖν, φωνεῖν Virgi 4. Aen. Per medios ruit, ac morientem nomine clamat. Ovid. 2 Meta. Aspicit hanc, visamque vocat, clamata refugit. Idem 6. Metam. Ipsa videbatur terras spectare relictas. Et comites clamare suas. ¶ Clamare conqueri. Terent. in Adelph Mihi quidè nô placet: Et clamo sæpè. Liv. 3 ab Vrbe: Clamant fraude fieri, quòd foris teneatur exercitus. Cic. pro Cluent Quû & de suo & de uxoris interitu clamaret, testamentumq; mutare cœpisset, &c. ¶ Hujus composita sunt, Acclamo, Conclamo, ut Vasa conclamo, συσκευάζομαι. Item, Declamo, Exclamo, Proclamo, Reclamo & Succlamo, quæ habent penultimam productam.

Clāmĭto, as, are, n. p. frequentativum [צעק zeák. κεκραγέναι, συχνῶς τι ποιεῖν κραυγὴν. Gal. Crier souvent, ou crier a haute voix Ital. Gridare spesso. Germ Hefftig oder offt schreyen Hispan. Llamar dando vozes Pol Pokrzykuie, wolam, Vng Kiáltoz, wobitok Ang. To crie often and lowde] Terent in Andr. clamitent Me sycophantam hæreditatem persequi. Cic 2 Tusc. Nam quû ex renibus laboraret, ipso in ejulatu clamitabat falsa esse, quæ antea de dolore sensisset ipse Terent. in Adelph. Venit ad me sæpè clamitans, Quid agis, Mitio?

Clāmātŏr, verbale, m. t. Qui clamat, voce contendit [צעקן zoakán. κράκτης, κεκράκτης Gall Un crieur ou criard braynd, criayneur. Ital. Chi grida e clama alzuno German Ein schreyer/rüffer Hispa. Strepitoso, pieno di gridi, Llamador Polo Wołacz, krzykacz. Vngar. Kiálto, wobito Ang. That crieth lowde] Cicer. 3. de Orator Quare Coracem istum vestrum patiamur nos quidam pullos suos excludere in nido, qui evolent clamatores odiosi ac molesti. Mart. lib. 12 Non venit ablatis clamator verna lacernis.

Clāmātōrĭŭs, a um, κραυγαστικός: ut, Clamatoria avis, in auguriis dicebatur, quæ alio nomine Clivina, & Prohibitoria appel abatur, ab eff. ctu impediendorum auspiciorum. Hanc Plin. lib. 9. ca. 15. numerat inter aues seculo suo incognitas. Clamatorium genus, Cic ad Quint. Frat. lib. 3.

Clāmōsŭs, a, um à nominativo Clamos, quod clamore obstrepit, vociferaturque. [κραυγαστικός. Gal. Criard, plein de crierie Ital. Strepitoso, pieno de gridi. German. Schreyig/prallechtig. Hispan. Gritador. Polon Krzykliwy wrzaśliwy. Vngar. Nagy kiáltását tevő

Ang.

Anglic. *Wich cryeth very lowde*] Iuvenalis: Secutum jubeant clamoso insistere circo. Quint. Non turbidus, non clamosus sit altercator.

Clăngo, is, xi, vel gui, n.t. Tuba cano, vel increpo. [תקע בשופר *takáh bascheschophár* יבב *iavéah*, κλάζω. Gallic. *Faire resonner, resonner comme faict vne trompette.* Ital. *Trombettare, suonare di tromba.* Ger. Trommeten/erklingen Belg. Trompetten. Hispan. *Sonnar la bozina ò trompeta.* Polo. *Brzmie.* Vng. *Trombitalok.* Angl. *To sowne a trompet, to crie lik an egle.*] Valerius Flac. Interhorruit æther, Luctisonum clangente tuba. ¶ Clangere idem dicuntur anseres, ut est videre apud Columel. lib. 8. cap. 13. ¶ Aquilis item clangorem tribuit autor Philomelæ apud Ovidium: Dum clangunt aquilæ.

Clāngŏr, m.t. Sonus tubarum est. [תרועה *teruháh*, κλαγγή. Gall. *Son de trompette.* Ita. *Il suono delle trombe.* German. Der Trommeten schall. Belg. Clanck/cimckende Hispa. *Son, ò sonido de trompeta.* Polo. *Dźwiek od trabi.* Vnga. *Trombuagarsoga, zengés.* Ang. *The sowne of trompettes.*] Virgil. 2. Aeneid. Exoritur clamorque virûm clangorque tubarum. Licet etiam dicatur de sono anserum, & aliarum rerum clarè strepentium. Cic. 2. Tusc. de Promethe: Jovis satelles (intelligit aquilam) pastu dilaniat fero. Tum jecore optimo farta & satiata affatim, Clangorem fundit vastû. Colum. de anseribus lib. 8. c. 13. Ejusque generis anser præcipuè rusticis gratus est, quòd nec maximam curam poscit, & solertiorem custodiam præbet, quàm canis: nam clangore prodit insidiantem.

Clārĕo, Clarifico, Clarigo, Claritas, Vide CLARUS.

Clārŭs, a, um. Planus, apertus, perspicuus, dilucidus: [נכח *nécah* טהור *tahór*, αἴθριος, λαμπρός. Gal. *clair.* Ital. *Chiaro, lucente.* Ger. Heiter vnd schön. Belg. Claer Hisp. *Claro.* Polon. *Jasny.* Vng. *Nyilvan valo, vilagos.* Ang. *Cleare bright.*] ut, Clara dies. Cicer. in Somn. Scip. Ostendebat autem Carthaginem de excelso, & pleno stellarum, illustri, & claro quodam loco. Virgil. 1. Geor. Et claro sylvas cernes Aquilone moveri. ¶ Figuratè pro insigni atque excellenti accipitur. [נכבד *nichbadh* ἐνδοξος, ἀοίδιμος. Gall. *Manifeste, noble, qui a grande renommee, illustre.* Ital. *Nobile, illustre.* Germ. Berümpt/nammhafftig Hisp. *Noble y esclarecido en fama.* Polon. *Zacny, slawny.* Vngar. *Neuezetes, hires neues.* Angl. *Well knawen, noble, famous renowmed.*] & eo, qui veluti fulgore quodam famæ resplendet, qui & Inclytus dicitur quamvis plus sit Inclytus quam Clarus, propter In, quæ ibi auget. Cic. 1. de Finib. Claris & fortibus viris commemorandis. Plaut. in Trin. In occulto tacebis quum te maximè clarum voles. ¶ Interdum ponitur pro audibili aut sonoro: ut Clara vox, εὔφωνος. Cic. pro Syl. Atque ut idem omnes exaudiant, clarissima voce dicam.

Clārē, adverbiū. Clara voce, explicatè, enodatè, manifestè, planè. [σαφῶς. Gal. *Clairement* Ital. *Chiaramente* Germa. Klar/vnd heiter. Hispan. *claramente.* Pol. *Jasnie.* Vnga. *Magyaran, nyilvan.* Angl. *To reade with a shrill voce.*] Terent. in Andr. Vnde est? dic clare. Cic. ad Attic. lib. 2 Varietas in re nulla sit, apertèque loquantur, & jam clarè gemant. Cælius Cic. lib. 8. Et quò propiùs ea contentio, quam fieri necesse est, accedit, eò clariùs id periculum apparet.

Clārĭsŏnŭs, a, um, Clarè sonans, canorus: [ὀξύφωνος. Gall. *Qui sonne clair.* Ital. *Di chiaro suono* Germa. Das hälthönet. Hisp. *Cosa que suena claro.* Pol. *Glosny* Vng. *Hangos szauu, nagy szauu.* Angl. *That sowneth shrille.*] ut, Voces clarisonæ. Catull. Clarisonas imo fudisse è pectore voces. Cic. in Arat. Nunc à clarisonis auris Aquilonis ad Austrum Condens.

Clārĭtās, f. t. Luciditas, splendor [צחצחה *tsachtsacháh* זהר *tóhar.* λαμπρότης, λαμπηδών. Gall. *Clarté splendeur.* Ital. *Chiarezza, splendore.* Germ. Klarheit/heitere. Belg. Claerheyt. Hispan. *Clareza ò esclarecimiento de fama.* Pol. *Jásnosc.* Vng. *Vilagossag fenyesseg.* Ang. *Clearenesse, brightnesse*] ut Claritas Solis, Plin. l. 2. cap. 8. Claritatis tantæ est vesper. Idem lib. 18. c. 11: Emicantq; fontes Oraxi oculorum claritati ¶ Aliquando pro excellentia: [δόξα. Pol. *Zacznosc.* Vngar. *Neuezetösseg.*] ut, Claritas generis, Claritas rerum gestarum. Cicer. 1. Offic. Facilior & tutior, & minùs aliis gravis, aut molesta vita est otiosorum: fructuosior autem hominum generi, & ad claritatem amplitudinemq; aptior, eorum qui se ad Rempublicam, & ad magnas res gerendas accommodaverunt. Idem ad Sulp. Quæ, quanquam ex multis pro tua claritate audiam, tamen libentissimè ex tuis literis cognoscam. ¶ Interdum facilitas, perspicuitas: ut Claritas orationis.

Clārĭtūdo, dinis, f. t. idem quod Claritas, Festo ac Nonio testibus. Pol *Zacznosc.* Vngar. *Vilagossag, neuezetösseg* Angl. *Clearnesse, brightnesse.*] Salust. Quum præsertim tam multæ variæque sint artes animi, quibus summa claritudo paratur. ¶ Claritudo vocis, εὐφωνία. Gell. libro 7. c. 5. Histrio in terra Græcia fuit fama celebri qui gestu & vocis claritudine & venustate cæteris antestabat.

Clāro, as. act. p. Clarum facio. [זהר *tihár.* δοξάζω. Gall. *Monstrer manifester, declarer.* Ital. *Far chiaro.* German. Hell vnd heiter machen/ Erkläret Hisp. *Esclarecer, y aclarar, hazer claro.* Polon. *Objasniam.* Vngar *Meg Hiresitöm, neuezetösse teszöm.* Ang. *To make plane and manifest.*] Ausonius: Pollet Aristides, veteres qui clarat Athenas. Cic. 1. de Divin. ex antiquo poëta Iuppiter excelsa clarabat sceptra columna. Horat. -illum non labor Isthmius Clarabit pugilem. Lucr. lib. 4: Multaque in his rebus quærendum, multaque nobis Clarandum est, planè si res exponere avemus. ¶ Hinc Declaro, as.

Clārĕo, es, ui, Clarus sum vel manifestus, seu notus sum, eniteo. [נכח *nach* זהר *tohar*, εὐδοκιμέω, φαίνομαι Gal. *Estre clair ou en bruit & renommée.* Ital. *Esser chiaro, illustre, noto manifesto.* German. Hell oder heiter seyn/oder weit berümpt seyn. Belg. Vermaert syn / oder vermaempt syn/ claer syn Hispan. *Esclarecerse, hazerse esclarecido ò famoso.* Polon. *Jasnicie, slawnym firstane.* Vng. *Hires neues vagyok.* Ang. *To be cleere or well knawen, to be famous and renowmed.*] Ennius apud Cic. 3. Officior. Ergo postque magisque viri nunc gloria claret. Idem de Senect. Turpilius Pædio, cujus adventu insula hodie claret Cypros. ¶ Claret lumen, Ennius Telamone (ut citat Nonius.) Nam ita mihi Telamonis patris, atque Aeaci proavi Iovis grata est, atque hoc lumen candidum claret mihi. Cic. in Arato: Propterea quòd ad æstatis primordia clarent. ¶ Claret, pro clarum est. Lucret. lib. 6: -quod in primo quoque carmine claret. ¶ Claret mihi, id est, intelligo. Claud. in Paneg. ventura potestas Claruit Ausonio, subita quum luce comarum Innocuus flagraret apex.

Clārēsco, scis, à clareo: Clarus fio. [נכח *nach.* ἐμφαίνομαι. Gal. *Devenir clair & manifeste.* Ital. *Farsi chiaro manifesto.* Germ. Heiter vnd scheinbar werden/oder berümpt werden. Hispan. *Esclarecerse.* Polo. *Slawnym sie staie.* Vnga. *Elhiresedöm.* Angl. *To waxe cleere and manifest.*] Quint. lib. 6. c. 4: Neque tantum hoc ipsis monitoribus clarescit: quidam faciunt apertè quòd rixemur. Virgil. 2. Aeneid. Clarescunt sonitus, armorumq; ingruit horror. ¶ Hinc fit compositum Inclareo, quod est clareo: à quo fit Inclaresco, quod est valde clarus fio. περιφαίνομαι. ¶ Clarescit pro clarū fit. Macrob. Comment lib. 2. cap. 12: Et hæc sit præsentis operis consummatio, ut animam non solum immortalem, sed deum esse clarescat.

Clārĭfĭco, as, act. p. Clarum facio, illustro. [זהר *tihár.* λαμπρύνω. Gall. *Clarifier, esclarcir.* Ital. *Far chiaro.* Germa. Heiter vnd scheinbar machen. Hisp. *Esclarecer y aclarar otra cosa.* Pol. *Objasniam.* Vngar. *Hiresse teszöm, dicsöitöm.* Angl *To make cleor.*] Plin. lib. 20. cap. 13: Alterum est nigrius quod capitis vitia purgat, visum clarificat.

Clārĭgo, as pen. corr. act. p. Res clarè repeto, Bellum indico. [ἐπαγγέλλειν τὸν πόλεμον. Gal. *Denoncer la guerre aux ennemis s'ils ne veulent faire raison* Ital. *Intimar la guerra.* German. Ein ding heiter vnd offentlich wider erforderen item, heiter einem Krieg vnnd Vnfrid ansagen lassen. Hispan *Demandar lo robado* Pol. *Iawnie sie o mie upominam: item, Iawnie wojne albo pokoj opowiadam.* Vnga *Hiruetöm, hadat hirdetök.* Angl *To announce warre.*] A vocis claritate dictum, quasi clarè ago, sicut Litigo, litem ago Lævigo, læve ago Mitigo, mite ago. Plin. libr. 22: Hac semper & legati quum ad hostes clarigatumque mitterentur, usi, id est, res raptas clarè repetitum. Erat autem Romanis in more, quum bellum indicere alicui populo volebant, ut Paterpatratus proficisceretur ad eum, & præfatus quædam solennia verba clara voce diceret, se bellū indicere ob certas causas quòd scilicet pecus abegissent, nec reddidissent, quòd noxios receptassent, quòd agrum vastassent, quòd socios læsissent, aut aliquid simile. Formulam belli indicendi vide apud Gellium, lib. 16 c. 4.

Clārĭgātĭo, f. t. Belli indictio [προαγγελία τοῦ πολέμου πρὸς τοὺς ἀδικοῦντας ἀγωνιζομένων. Gal. *Denonciement de guerre à ceux qui ont fait tort, s'ils ne veulent venir à raison.* Ital. *Generale concessione di pigliare prigioni, & fa li pagare pena o taglia, intimatione di guerra.* Germ. Ein heitere/vnnd offentliche Absagung: item, ein offentliche treibung so einem wider sein Schuldner fürzunemmen zugelassen ist. Hispan. *Aquella demanda de lo robado.* Pol. *Iawne ogłoszenie wojny...* Vng. *Had hirdetés, zsakmanytas.* Ang. *Denouncing or proclayming of warre*] ¶ Accipitur & pro exactione nummaria, maximè quæ principis, vel Reipublicæ edicto conceditur. Livius lib. 8: In Veliternos veteres cives Romanos, quòd toties rebellassent, graviter sævitum, & muri dejecti, & Senatus inde abductus, jussique trans Tyberim habitare: ut ejus, qui cis Tyberim deprehensus esset, usque ad mille passus 200 pondo clarigatio esset nec priùs quam ære absoluto, is qui cepisset, extra vincula captum habere.

Clāssis, f. t. Aequivocum est significat enim navium multitudinem. [στόλος, ἀπὸ τοῦ στέλλειν. Ger. Ein Schiffzeug. item ein ordnung vnd stand der Menschen. Belg. Een vlote schepen Polo. *Armata morska.* Vngar. *Sereg hajo.* Ang. *A naue of shippes.*] hoc est, à lignis, vel potius rudentibus veli: quamvis abusivè pro una tantùm navi ponatur. Virgil. lib. 6: Lyciæ ductorem classis Orontem. ¶ Significat & civium partes pro censius ratione distributas. τάγματα. Nam Liv. de Serv. Tull. rebus gestis scribit, urbem in quinque classes divisam, censumque ab eo institutum fuisse, rem saluberrimam tanto futuram imperio. quò pacis bellique munia non viritim, ut antea, sed pro habitu pecuniarum fierent. Tum classes centuriasque ad hunc ordinem ex censu descripsit. Qui centum millia æris, aut majorem censum haberent, inter primarios numerabantur, & sub primæ classis titulo. Ex his octoginta fecit centurias, quadraginta senum, quadraginta juvenum. Seniores, ad urbis custodiam: juniores, ut foris bellum gererent. Arma his, galea, clypeus, ocreæ, lorica, omnia ex ære. hæc ut tegumenta corporis essent. Præterea tela in hostem, hastæ, & gladius. Additæ sunt fabrorum duæ centuriæ, quæ sine armis stipendia facerent. datum munus, ut machines in bello ferrent. ¶ Hinc Classici, hujus primæ tantùm classis homines dicebantur, qui (ut docet Gell. libro 7. cap. 13.)

centum

centum & viginti quinque millia æris, ampliúsve censi erant. ¶Hinc etiam Classici testes: hoc est, assidui, & locupletes: qui (ut inquit Festus) signandis testamentis adhibebantur: hoc est, primæ classis homines, quasi primæ autoritatis, & idonei veritatis censores. ¶Et metaphoricôs Classicus autores vocat Gell. lib. 19. c. 8, Quasi primæ notæ scriptores, Latinæq; elegantiæ testes idoneos, cujusmodi sunt, Cicero, Cæsar, Salustius, Virgilius, Ovidius, Horatius, T. Livius. ¶Ex iis verò, qui intra centum ad septuagintaquinque millia erant censi, viginti seniorum, & totidem iuniorum centurias conscripsit; quibus pro scuto clypeus & reliqua omnia arma, præter loricam, sunt imperata. ¶Tertia classis à septuagintaquinque ad quinquaginta millia. Arma, ut in superiore præter ocreas. ¶In quarta classe à quinquaginta ad vigintiquinque millia, centuriæ viginti seniorum, viginti iuniorum. Arma mutata, nihil præter hastam, & verutum datum. ¶Quinta classis centurias triginta habuit, fundas lapidesque missiles gerentes. Et homines quintæ classis, pro tenuibus, & minimæ autoritatis dicuntur, οἱ τὸ ἔσχατον τελοῦντες. In his erant accensi, cornicines, tubicines in tres centurias digesti, qui non ultra undecim millia censebantur. ¶Et infra classem & extremæ classis viros infimæ notæ licebit appellare. Creata est præterea una centuria, quæ fuit immunis militia. Infra classem autem esse dicebantur, secundæ classis, cæterarumque omnium classium, qui minore summa æris, quàm classici illi censebantur. ¶Significat & classis, equitum ordines. Virgil. 3. Aeneid. Scio me Danais è classibus unum. Vnde & Classis procincta, παρεσκευασμένη στρατιά, dicitur exercitus instructus. ¶Apud antiquos Classes clypeatæ dicebantur, quos nunc exercitus vocamus. ¶Classes quoque in scholis sunt ordines discipulorum. Quint. lib. 1. cap. 2. autor est, à præceptoribus suis pueros olim in classes distributos, ordinemque discendi secundum vires ingenii datum. ¶Latinis in sua classe manere dicuntur, qui non deserunt vitæ institutum: &, Classem suam deserere, qui mutant.

Clāssĭcŭla f. p. Diminutivum apud Cic. Ad Attic. lib. 16. Cassius cum classicula sua venerat.

Clāssĭcŭs, a, um Quod est classis, vel quod ad classem pertinet: [ναυτικός. Polon. Do by wi morskiej przinależący. Vng. Hajos, hajohoz valo. Angl. Belonging to a nauie of shippes.] ut Classicum bellum, bellum navale. Propert. lib. 2 Et canerem Siculæ classica bella fugæ. ¶Classici, qui in navibus remis incumbebant: apud Curtium libr. 4: Tandem remis pertinacius everberatum mare, veluti eripientibus navigia classicis, cessit, appulsaque sunt litori lacerata pleraque. ¶Et Classici, οἱ ἐν τέλει, οἱ τελοῦντες, οἱ ἐν τιμήματι, primæ tantùm classis homines, de quibus paulò antè. ¶Etiam Classici dicebantur Præcones, κήρυκες. Qui tuba vel cornu jussu magistratum ex arce, vel circum muros populum ad comitium vocabant, dicti à Calando: id est, vocando, sive à clangore. Vnde Classica pro ipsis tubis, σάλπιγξ, βυκάνημα. Virgil. lib. 7. Classica nanque sonant. Vbi Servius, classicum dicimus, & ipsam tubam, & sonum. ¶Classicum autem est flexilis tuba. Livius lib. 5 Vocatis classico ad concilium militibus. ¶Classicum item ineundæ pugnæ signum appellatur, quod tuba dari solet: unde Classicum canere, σημαίνειν τὸ πολεμικόν: hoc est, signum dare, quo milites pugnam ineant. Contrà, Canere receptui ἀνακαλεῖν, est à pugna revocare. ¶Arripitur etiam latiùs Classici vocabulum pro quovis tubæ sono, qui prodeunte imperatore, aut ejus jussu in castris fieri solet. Cæsar. 3. bell. Civ. Pompejus paucis pòst diebus in Thessaliam pervenit: suum cum Scipione honorem partitur, classicúmque apud eum cani, & alterum illi jubet prætorium tendi. Virg. 1. Georg. Nec dum etiam audierant inflari classica.

Clāssĭārĭi, m. f. Propriè dicuntur classis milites, qui scilicet in classe stipendia merent. [ἐπιβάται. Polon Z Inierz morscy. Vng. Hajon viselo vitézek.] Hirtius lib. 3. bell. Civil. Itemq; per equites dispositos aqua prohibere classiarios instituit. Sueton. in Galba: Nam quum classiarios, quos Nero ex remigibus justos milites fecerat, ad pristinum statum redire rogeret. Apuleius usurpavit pro tubicine, aut eo qui classicum canit, quum ait: Et laudum ejus classiarius: atque assiduus præco. Vbi pro eodem penè videtur accepisse Præconem laudum & classiarium. Quo in loco Perottus mentem Apuleii non satis assequutus, arbitratur Classiarios pro potentioribus accipi, quos alio nomine vocabant Assiduos.

Clāthrŭs. & Clathrum, utroque modo dicitur, ligna transversa quibus aliquid munitur, ut fenestræ quæ vulgò Ferratæ dicuntur. [סבכה sebachah, κλεῖθρον, à κλείω, claudo. Gall. Barre, barreau, treillis, laye. Ital. Stanga. German. Das holtz darauff man die gätter machet/Gätter. Hispan. La red ò rexa o verja para cerrar lugar. Pol. Mrzeza, krata. Vngar. Szegző fa, beuedar fa. Ang. A barre or lattise.] Orat. Objectus caveæ valvis si frangere clathros. Columella posuit pro lignis cancellatim compactis, quibus glebæ contunduntur. Hirpicem Varro appellat.

Clāthro, as, significat clathris claudere. [κλειθρόω. Gall. Barrer, fermer de barres ou treillis. Ital. Stangare, mettere la stanga. German. Vergättern/versperrenden. Belg. Tralien. Hispan. Cerrar lugar con rexas ò verjas. Polon Zakracam, zagradzam. Vngar. Keresztfa bé szegezem. Angl. To shut vp in lattises or with barres.] Columell. lib. 9: Satis est autem vacerras inter pedes octonos defigere, fenisque transversis ita clathrare, ne spatiorum laxitas, quæ foraminibus intervenit, pecudi præbeat fugam. ¶Hinc fenestra clathrata apud Plaut. in Milite: Nam certò neque solarium apud nos est, neque hortus ullus, neque Fenestra nisi clathrata.

Clāvă, f. p. Fustis teres ad clavi similitudinem capitatus. [κορύνη, ῥόπαλον. Gall. Vne Massue. Ital. Mazza. Germa. Ein Kolb. Belg. Een Kolue/stooßt. Hispan. La porra. Polon. Pálica bul awa. Vnga Buzgány sele bot. Angl. A clubbe.] Cic. 6. in Verrem: Qui primo quum obsistere ac defendere conarentur, malè mulctati, clavis ac fustibus repelluntur. Idem de Senect. Sibi igitur habeant alii arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clavam, sibi pilam, &c. Plin. de lino. Interdum deinde in filo ponitur, illisum crebrò in silice ex aqua, tectumque rursus tunditur clavis, semper injuria melius. ¶Hinc clava Herculis, qua ille utebatur, quam quis Herculi extorquere proverbialiter dicitur, qui sibi vendicare conatur, quod alius jam potentior occupavit.

Clāvātŏr, m. c. Qui hujusmodi clava utebatur, inquit Festus: servus scilicet qui clava armatus dominum comitabatur. [κορυνηφόρος. Polon Zbulawa chodzący. Vng Buzgány hordozó inas. Angl. Whiche that beareth a clubbe.] Plaut. Merc. Egomet mihi comes, calator, eques, agaso, armiger. Idem Rud. Aedepol eccum clavator advenit.

Clāvĭgĕr Qui clavam fert. [κορυνηφόρος. Polo Ten który z bulawa chodzi. Vng. Buzgány hordozo. Angl. That beareth a clubbe.] Ovid. 7. Metamorph. Claviger invidit Vulcani occumbere prolem. Idem 15. Metamorph. Illic lavêre Bimembres Vulnera, clavigeri quæ fecerat Herculis arcus.

Clāvārĭŭs Vide Clavis.

Clāvātŭs, Vide Clavus.

Clāudĭco, Vide Claudus.

Clāudo, is, si, sum act. t. Obstruo, obsero, includo, intercludo. [סגר sagar, κλείω. Gal. Clorre, fermer. Ital. Chiudere, serrare. Germa. Beschliessen. Belg. Sluyten. Hispan. Cerrar. Polon Zawieram. Vng. Bé szegezem. Ang. To shutte or shutte in, to close or inclose.] Virg. lib. 3. Georg. Autumnus clausos saturæ ad præsepia servant. ¶Interdum ponitur pro Circuire, sive circundare, περιλαμβάνειν: ita enim interpretatur Nonius illud Virgil. Eclog. 6: Dictææ Nymphæ nemorum jam claudite saltus. ¶Interdu pro obsistere, arcere: apud eundem lib. 10: Ecce maris magno claudit nos obice pontus. ¶Innumeras claudere perdices apes, greges dicitur, qui harum rerum multitudine est apprimè dives. Valer. lib. 1. Argò. ¶Claudere cœnam dicitur cibus, qui sumitur in fine cœnæ. Martial. lib. 13 Claudere quæ cœnas lactuca solebat avorū, Dic mihi cur nostras inchoat illa dapes?

Clāusŭs, a, um. Reconditus sub claustris positus: cui opponuntur apertus, promptus. [סגור sagur. ἀποκεκλεισμένος, ὁ κλεισθείς. Gall. Clos, fermé. Ital. Chiuso serrato. German. Beschlossen. Hispan. Cerrado. Polon Zawarty. Vng. Bé szegezett. Ang. Shut vp, inclosed.] Cic. Act. in Verr. Statuerunt se nihil tàm clausum neque tàm reconditum posse habere, quod non istius cupiditati apertissimum promptissimumque esset. Vlpian. l. si quis gravi. §. Subvenitur autem. D. ad Senatusc. Syll. clausos (ἐγκλεισθέντας) pro vinctis accipit, si modò vincti sint, ut omni modo erumpere non possint.

Clāusŭs, Reconditus sub signo, & claustris suppositus: huic contraria sunt patens, apertus, promptus, expositus. [Vngar. Bé szegezett.]

Clāusum, substantivum, n. f. pro tecto, sive loco cōcluso. [מכנס mighereth. κλεῖθρον. Gal. Enclos, un lieu fermé, ou voisé. Ital. Luoco chiuso, serrato stabile. Germ. Ein beschlossen ort. Hisp. Lugar cerrado. Polon Zawarte miejsce. Vnga. Rekesz hely. Ang. A close place.] Col. lib. 9 c. 8: Nam diebus requies danda est, & infundendi grati apibus, liquores, quibus intra clausum alantur. Virgil. 4. Georg. Sic positum in clauso linquunt.

Clāustrum, n. f. Clausura, sive quo aliquid clauditur, valvæ, fores, loca clausa. [מסגר mesgheret, סגור seghor, κλεῖθρον. Gallic. Closture. Ital. Chiostro, claustro. Germa. Ein schloß damit man etwas beschleust. Belg. Een sloet. Hispa. Cerradura ò encerramiento. Polon. Zawora. Vngar. Szegező fa. Angl. A close place to inclose or shutte vp any thing.] Plaut. in Curc. Nam sonitum, & crepitum claustrorum audio. Virg. 7 Aeneid. portarum ingentia claustra. Cicero pro Flac. Omnes sinus, promontoria litora, insulas, urbes maritimas claustris imperii nostri contineri. ¶In plurali tàm masculini quàm neutri generis est. Apud Antiquos Clostra pro Claustra dicebantur.

Clāustrā, ius Qui ferra, & cætera ad claudendum opera facit. [κλειδοποιός. Ger. Ein Schlosser. Belg. Een Sloetmaker.]

Clāustrārĭus à, um, apud Lamprid. in Heliogabalo ita fertur, ut exigitur. Mulionem curare jussit, & cursorem jussit & Cocum, & Claustrarium artificem, & ....

Clāusŭlă, f. p. Dicitur id quod aliquid finit: hoc est, finit [סוף sof, τέλος, ἀπὸ τοῦ κλείω. Gal. La fin & l'achevement de quelque chose. Ital. ... Germ. Das end, beschluss/Beschluss. Hisp. Cerradura. Polo. Zamknienie, koniec. Vnga. Vég, bé rekesztés Ang. The clause and end of any thing.] Plinius libr. 11. cap 45. Vngues, qui clausulæ nervorum summæ existimantur omnibus his, quibus & digiti. ¶Item pro exitu. Cic. pro Cælio: Mimi ergo est jam exitus, non fabulæ: in quo quum clausula non invenitur, fugit aliquis è manibus: deinde scabella concrepant, aulæum tollitur. ¶Hinc etiam Clausula pro sententia accipitur, quam Græci κῶλον dicunt, ita dicta, quod sententiam claudat. ¶Nonnunquam etiam accipitur pro

pro sententia, quæ epistolam vel carmen claudit, quàm vulgò *Conclusionem* vocamus. Cicer. Famil. 2: Quoniam mihi nullum scribendi argumentum est, utar ea clausula, qua soleo. ¶Clausulam imponere finem imponere. Senec. epist. 67: Non potest dici hoc non esse par maximis bonum, quod beatæ vitæ clausulam imposuit, cui Epicurus extrema voce gratias egit. ¶Clausula pro parte edicti. Vlp. in l. sed etsi. D. ex quibus causis, &c. Hæc clausula ad eos pertinet, quos more majorum sine fraude in jus vocare non licet &c.

Claūsūræ, vel potiùs clusuræ, sunt τὰ ἰσχυρώματα, quæ imperatores Romani in limitibus habuerunt. Posteriorum temporum scriptores Clausas, & Clusas vocarunt.

Claūdūs, m. f. quasi pedibus clausus: id est, impeditus. Qui ex pedibus aut cruribus femoribúsve vitiatis, æquis passibus incedere non potest. [פסח pisséach. χωλός. Gal. *Boiteux*. Ital. *Zoppo* Germ. Hinckend. Belg Hinckepoot/mand/kreupel Hispa. *Coxo*. Pol. *Chromy kulhawy*. Vngar. *Santa, bénna*. Ang. *A criple, Lamed, that haulteth.*] ¶Vnde etiam Appius Claudius, à quo Claudia familia originē traxit, primùm Appius Clausus dicebatur. Plaut. in Aulul. Quasi claudus sutor domi sedet totos dies. ¶Si juxta claudum habitaris, claudicare disces, ἂν χωλῷ παροικήσῃς, ὑποσκάζειν μαθήσῃ. Plut. de liber. educ. Proverbium admonet, perniciosam improborum hominum consuetudinem fugiendam esse, propterea quòd cum corporis, tum maximè animi vitia & contagio serpūt in vicinum. ¶Claudi more tenere pilam, proverbialiter in Pisonem dixit Cicero, pro nullo delectu nulloq; judicio tenere ac sequi quicquid doctū indoctumque sit. ¶Claudus optimè virum agit, ἄριστα χωλὸς οἰφεῖ, sive ut alii legunt, ὀχεῖ. Dici solitum ubi quispiam suam sortem vel parum egregiā anteponit alienæ, tametsi præstantiori.

Claūdĭco, as, ava, n. t. Altero tantùm pede incedo, vel alterum pedem infirmum, & instabilem, aut curtum habeo, Vacillo non rectè incedo. [פסח paséach צלע tsaláh. χωλαίνω. Gal. *Clocher, boiter*. Ital. *Zoppicare, andar zoppo*. Germ. Hincken. Hispa. *Coxquear*. Polon. *Chramie* Vnga. *Sántikálok, santálok*. Ang. *To criple, to hault, to be Lame.*] Cic. lib. 2. de Orat. Nam quod Spur. Carvilio graviter claudicanti ex vulnere ob Rempublicam accepto, & ob eam causam verecundanti in publicum prodire, &c. Translatè dicitur de omni eo, quod suis partibus rectum non est. Cic. 1. de Finibus: Qui verentur, ne si amicitiam propter nostram voluptatem expetendam putemus, tota amicitia quasi claudicare videatur. Liv. 2. bel. Punic. Si altera parte claudiret Respublica malis consiliis ac bonis, idem juris & potestatis erit.

Claūdĭcātĭo, verbale, f. t. [צלע tseláh. χωλότης. Gall. *Boitement, clochement*. Ital. *Esso andar zoppo* Germ. Das hincken. Belg. Hinckinge. Hispan. *Coxedad*. Polon. *Chramanie*. Vngar. *Sántikálas, sántalás*. Angl. *A haulting, lamenesse.*] Columell. lib. 6. cap. 12: Sanguis demissus in pedes claudicationem affert. Cic. 1 de Nat. Deor. In quo stante atq; vestito, levitec apparet claudicatio non deformis.

Claūdĭtās, f. t. idem: hoc est, ipsum claudicandi vitium. [צלע tseláh. χωλεία. Polon. *Chramota*. Vngar. *Sántaság*. Ang. *Lamenesse or haulting.*] Plin. Repulsu durioris materiæ claudicatem illicò affert.

Clāvĭcŭlă, Claviculus. Vide Clavus.

Clāvĭs, f. t. Est qua ostia, arculæ, & id genus multa, & clauduntur, & aperiuntur. [מפתח maphtéach. κλεὶς. Gall. *Clef*. Ital. *Chiave*. Germ. Ein schlüssel. Belg. Een sleutel. Hispan. *La llave*. Polon. *Klucz*. Vngar. *Kölis*. Ang. *A key*] à Clàm, quòd quæ celare volumus, hac claudere soleamus. Cato de Re rust. c. 13. Seriam vinariam unam, clavam torculario unam. Cic. pro Domo sua: Scilicet tu helluoni spurcissimo, &c. omne frumentum privatum & publicū, omnes provincias frumentarias, omnes mancipes omnes horreorū claves lege tu tradidisti. ¶Habet & clavim in accusativo. Plaut. in Most. Clavim mihi harumce ædiū nunc jam jube afferri. ¶Vnde Conclavia, loca quæ sub una eademque clave clausa sunt: & Conclavatus locus, una clava clausus. Clavem Theodorus Samius primò monstravit: à quo Faber clavicularius, κλειδοποιός. ¶Clave findere ligna, & securi fores aperire conaris, τῇ κλειδὶ τὰ ξύλα σχίζεις, τῷ δὲ ἀξίνῃ τὴν θύραν ἀνοίγειν πειρᾷς. Quum res præposterè geritur, veluti siquis metu liberos studeat emendare, servos beneficiis sibi adjungere.

Clāvĭcŭlă, f. p. diminutivum à clavi, vel à clava virga. [κλαδίσκος. Gall. *La vrille ou tendon de la vigne dequoy elle se lie & s'attache à ce qu'elle rencontre.* Ital. *Capelli della vite con i quali s'appiglia à quello che rencontra.* German. Ein schlüsselin. Hispan. *El carcillo ò tixereta de la vid.* Polon. *Kluczyk, item, Cylonek od ktorego się wiaże wino, latoro, winna albo szczepowa.* Vngar. *Kölis oska, az szöllőnek az kaccsa.* Anglic. *The boughe of a wine wherby it is coupled to an other wine.*] ¶Dicitur quoque Clavicula capreolus, sive pampinus in vite. Cic. de Senect. Vitis quidem, quæ natura & caduca est, & nisi fulta sit, fertur ad terram, eadem, ut se erigat, claviculis suis, quasi manibus, quicquid est nacta, complectitur.

Clāvĭcŭlārĭŭs, m. f. Qui claviculam: id est, virgam vel clavem gerit, κλειδοῦχος. Julius Firmicus Matheseo: lib. 3: Aut clavicularii, aut carceris custodes. [Polon. *Kluczink*. Vngar. *Kölsár.*]

Clāvārĭŭs, Appellatus est Suetonii pater, ab eo quòd præfectus fuerit donativo imperatorio inter milites dispertiendo. Vnde Corn. Tacitus scribit, Clavarium donativi nomen esse, qui ait Seditiosæ militum voces terrebant Clavarium: donativi nomen est.

Clavola, læ, f. p. Surculus arboris vel fruticis utrinque præcisus, & plantationi aptus: quam & Taleam vocant Latini. [נצר nétser יונקת jonéketh נטע néthah ... schetil. ξυλάριον, ξυλύφιον, κλάδος. Gall. *Vn lauceau, rejetton, ou greffe d'olivier*. Ital. *talamo*. Germ. Ein schoß das man pflantzen will. Hispa. *El estaca propria para plantar* Polo. *Latorosl, ktora się szczepi*. Vngar. *Palanta vessző, (a nagy) oltó ág*. Ang. *A greffe, a slipe of a tree, a young sett or shoote*] Varro lib. 1. de Re rust. cap. 40. Demum in oleagineis seminibus arboris videndum, ut sint de tenero ramo ex utraque parte æquabiliter præcisa, quas alii clavolas, alii taleas appellant, ac sac unt circiter pedales.

Claustrārĭŭs, Claustrum, Clausula, Vide Claudo.

Clāvŭs, m. f. dictus est quòd claudat, figat, atque contineat: à claudendo: nam ideò clavum figimus, ut claudat seu contineat aliquid [מסמר masmér יתד jathéah. ἧλος. Gall *Clou ou coing*. Ital. *Chiovo*. Germa & Belg Ein Nagel. Hispan *clavo*. Pol. *Gwozdz*. Vngar. *Szeg* Ang. *A nayle*] Cæsar 3 bell. Gall. Transtra ex pedalibus in altitudinem trabibus confixa clavis ferreis, digiti pollicis crassitudine. ¶Clavum clavo pellere ἥλῳ τὸν ἧλον ἐκκρούειν. Lucianus in Philopseude: ἧλον, φασὶ, ἐκκρούεις τὸν ἧλον: id est, Et clavo, quod ajunt, extundis clavum. Locus erit proverbio, non modò quum vitium vitio, malum malo, dolum dolo, vim vi, audaciam audacia, maledicentiam maledicentia retundimus: verùm etiam quoties rem utcunque molestā diversa molestia profligamus: ut quum libidinum incitamenta laboribus obruimus, curam amoris aliis majoribus curis domamus. ¶Clavus item navis est gubernaculum, sive temo, quòd eam dirigat, rectamque teneat. πηδάλιον. Cic. de Senect. Ille autem clavū tenens, quietus sedeat in puppi. ¶Hinc proverbium, dum clavum rectum teneam. Significat autem non imputandum eventum minùs prosperum artifici, modò is præstiterit quod artis est. Quin. li. 2 Inst. ¶Vinū claret clavo, τὸν οἶνον οὐκ ἔχει πηδάλιον. Quo significatur ebriatatem nihil consultè, neque moderatè vel dicere vel facere. Obruitur enim ratio, quæ clavi vice sobrios moderatur ac gubernat. ¶Purior clavo, ἁγνότερος πηδαλίου. Comparatio proverbialis de re vehementer inculpata aut moribus undequaque integris, & incontaminatis. Clavus enim nauticus assiduis fluctibus abluitur, ut nihil sordidum possit hærere. Adagium refertur à Suida. ¶Item Clavus genus tuberculi, quod & ἧλον Græci appellant, rotunda specie, coloris albi: fit in plantis digitisque pedum maximè: sic appellatum, quia ita pungit, ut quasi clavus ferreus infixus videatur. Nam caro durescit in callum semper ferè pungentem. ¶Alii Clavum intelligunt, quem δοθιῆνα Græci: Celsus, Furunculum appellat, sola duritie à phymate differentem: Aegyneta definit esse tumorem cum abscessu, à crassis humoribus genitum, qui in carnosis præcipuè locis consistit, mitis alioqui nisi profundior fit: nam tunc malignitatem habet coniunctam. Eo morbo Silius Italicus interiisse fertur. Plin. epist. 51: Erat illi natus insanabilis clavus, cujus tædio ad mortem irrevocabili constantia decurrit. ¶Fiunt & callosa quædam in candido oculi tubercula, quæ Clavi nominantur oculorum. ¶Arbores quoq; clavum hujusmodi patiuntur, qui & Fungus, & Patella dicitur, ut inquit Plin. li. 17 cap. 24. Idem scribit clavos innasci natibus, & purgari succo pyxaranthi. ¶Sunt & Clavi caligares, à caligis militaribus quibus suffigebantur. Idem l. b. 9. c. 8: In quibus piscas omnibus annis Vergiliarum exortu existunt, squamis conspirni crebris atque præacutis, clavorum caligarium effigie. ¶Præterea Clavus est vestimenti genus veluti quibusdam clavis aureis distinctum: quod & à palmarum similitudine Palmatum vocabatur, & à verrucis clavo similibus Verrucata vestis: quòd si latior ipsa vestis erat, Latusclavus dicebatur, πλατύσημον. Hac soli Senatores & patricii induebantur. Horat. lib. 1 Serm. & latum demisit pectora clavum. ¶Vnde Laticlavos appellari Senatores legimus. Suet. de Nerone: A' laticlavo, cujus uxorē attrectaverat, cæsus. Vide Latus clavus. ¶Ab Ovidio Clavus simpliciter dicitur pro Senatoria dignitate, illo versu: Curia restabat, clavi mensura coacta est. Sueton. de Aug. Clavo nec lato, nec angusto.

Clāvātŭs, a, um, Quod est aculeis clavorum modo prominantibus circundatum. [ἡλωτός. Pol. *Obiti godzdziami*. Vng. *Tsipkés, szeges.*] Nam & clavatæ vestes, πλατυσημοπορφύρια, hinc vocantur: quas vulgus à verrucis clavo similibus, *Verrucatas* appellat, etiamsi non ex auro, sed aut ex cocco, aut aliis coloribus verrucas habeant. Lamprid. in Alex. Convivium, neq; optimū, neque nimis parcum, sed nitoris summi fuit: ita tamen ut puta mantilia mitterentur sæpiùs cocco clavata, aurata verò nunquam. ¶Hinc etiam Clavata dicuntur vestimenta clavis intexta, vel calceamenta clavis confixa. Et clavati socci, quòd soleas habeant clavis intertextas. Clavata verò sunt vestimenta, quæ ex auro aut ex cocco, aut aliis coloribus clavos & verrucas habent. Quæ autem ex auro, Auroclavata dicuntur, & Auroclavatæ vestes, à textura aureorum clavorum. ¶Clavus annalis, qui figebatur in parietibus sacrarum ædium, per annos singulos ut per eos numerus colligeretur annorum. Apud Livium scribitur Dictatorem creatum fuisse causa tantùm figendi clavi ad pestilentiam sedandam. Hinc Clavo trabali beneficium figere, proverbiali metaphora dicitur, pro eo quod est alta

alta mente beneficium reponere, & inextinguibili memoriæ commendare de quo vide infrà in dictione TRABALIS. ¶ Præclavium, pars vestis, quæ ante clavum texitur. Afranius apud Nonium: Tertium diem præclavium unum texere.

Clāvātŏr, m. f. appellatur servus qui ad tutelam domini fustibus, clavaque armatus est.

Clāvĭcŭlŭs, m. f. diminutivum à clavo. [γομφίον. Polonic. *Faczek.* Vnga. *Szegetske* Angl. *A litle nayle.*] Significatur etiam hoc nomine Capreolus in vite, qui ἕλιξ Græcè, & *Pampinus* à nostris dicitur.

Clāvĭcŭlātŭs, a, um, Claviculis instructus. [ἐλιγματώδης, ἑλιγμένος. Vnga. *Szegetskekkel bwnbs.* Ang. *Nailed.*]

Clāvŭlŭs, Diminutivum, Parvus clavus. Varro de re Rust. cap. 9. Ne vulnerentur à bestiis, imponuntur iis collaria: id est, cingulum circum collum ex corio firmo, cum clavulis capitatis. Cato c. 21: Imbrices medias clavulis figito.

Clēmă, [κλῆμα. Polon. *Sojnka, mlecz, swiny.* Vngar. *Eb tej.*] Herba est tithymali generibus assignata, Cyparissiæ non absimilis, quæ Dioscoridi Pityusa, Officinis *Esula* dicitur. Vide Dioscor. l. 4. c. 148. & Ruell. lib. 3. c. 246. ¶ Hujus varia genera à perito linguæ Polonicæ, & rei herbariæ, distinguenda erunt. Evonymus vulgò apud Barbaros, item Italos & Gallos, fusaria vel fusanus appellatur ab usu fusorum, propter materiæ soliditatem: à nonnullis Gallicè *scerta sacerdotum*, à figura fructus. Tragus Tomo 3. fusariam nulla ratione evonymum esse negans, carpinum facit. Gesn. in capra lit. C. *Trzmiel* Polonis dicitur quibusdam *swidwina.* ¶ Clema item Plinio inter nomenclaturas polygoni herbæ commemoratur.

Clēmătĭs dăphnŏīdēs. [κληματὶς δαφνοειδής. Gall. *Pervenche.* Ital. *Provenca.* Ger. *Ingrün / Magdpalmen* Belg. *Vincoorte maeghden/palm/ingroen* Hisp. *Pervinca.* Polon *barwinek.* Vng. *Szulák.*] Herba est sarmenta habens prælonga, junceæ crassitudinis, folia autem lauri: unde & Daphnoides cognominata est. Notiore nomine *Vincapervinca* dicitur, quæ & clematis Aegyptia appellatur. ¶ Vnde locus factus proverbio: Clematis Aegyptia, κληματὶς αἰγυπτία. Phalereus Demetrius refert id joco dici solitum in eos qui corpore præter modū procero atq; atro colore essent. ¶ Est & altera Clematis, ramis rubentibus quibus se arboribus circumvolvit, ut smilax: unde ab Officinis *Volubilis major* appellatur. [Gall. *Liseron.* Ital. & Hispan. *Flammola.* Ger. *Weiß winden/ Jaunglocken*] ¶ Commemoratur & tertia Clematidis species à Plin. lib. 24. cap. 15. Italis *Centunculus* appellata, eadem fortasse cum ea, quam Dioscor. Gnaphalium appellat.

Clēmēns, tis, om. t. Lenis, mitis, mansuetus, humanus, qui remittit de eo quod possit prosequi. [חנון *chennún* רחום *rachúm* סידח *chasidh.* πρᾶος, ἐπιεικής. Gall. *Doux humain, mis entendieux, passible, clement.* Ital. *Clemente, piacevol, liberale, mansueto.* Germa. *Sanfftmütig / mild / barmhertzig.* Belg. *Sachtmoedig / goedertieren.* Hisp. *Manso, mansueto y templado* Polon. *Miłosierny, dobrotliwy.* Vng. *Kegyelmes.* Ang. *Mercifule, gentle meek.*] Cic. 2. de Finib. Etsi satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subirasci. Differt à Placido, quòd Clemens sit circa rectè agentes, Placidus circa delinquentes: & clementes est nullos lædere, placidi arridere omnibus: clemens animo, placidus vultu Terent. in Adelph. Ille suam semper egit vitam in otio, in conviviis, clemēs, placidus, nulli lędere os, arridere omnibus. ¶ Clemens mare dicitur: id est, mite & tranquillum, cui mare iratum asperum, ac sævum opponitur. Gell. lib. 2. c. 21: Nox fuit & clemens mare, & anni æstas, cœlumque liquidè serenum.

Clēmēntĭă, f. p. Lenitas, benignitas, misericordia animi, moderatio. [חנינה *hanínah* חסד *chésedh* רחמים *ráchem.* πραότης, ἐπιείκεια. Gal. *Clemence, douceur, quand la personne ne se courrouce pas aisément* Ital. *Clemenza, benignità.* Germ. *Sanfftmütigkeit / mildigkeit / gütigkeit* Hisp. *Aquella mansedumbre y templança.* Polon. *Dobrotliwość, miłosierdzie.* Vngar. *Kegyelmesség.* Ang. *Mercifulnesse, meekenesse.*] Cic. de Inventione: Clementia est, per quam animi temerè in odium alicujus invectionis concitati, comitate retinentur. Terent. Adelph. Facilitate nihil homini esse melius, atque clementia. Cic. 7. Verr. Illam clementiam, mansuetudinemque nostri imperii in tantam crudelitatem, inhumanitatemq; esse conversam.

Clēmēntĕr, adverb. Modestè & moderatè. [πράως. Gal. *Doucement sans courroux gracieusement.* Ital. *Benignamente, dolcemente* German. *Gütigklich / sanfftmütigklich.* Hisp. *Mansa y templadamente.* Pol. *Laskawie.* Vngar. *Kegyelmessen, irgalmassan.* Angl. *Mercifullie, meekelie.*] Cic. 6. Verr. Leniter hominem, clementerque accepit. ¶ Clementer & moderatè jus dicere, apud Cæs. 3. bell. Civil. ¶ His contraria sunt, Inclemens, Inclementia, & Inclementer.

Clēmēntĭssĭmē, adverb [Pol. *Barzo Laskawie* Vngar. *Igen kegyelmessen, engedelmessen, irgalmassan.*] Gell lib. 1. cap. 18: Hæc Varro scripsit de ipso Lælio clementissimé.

Clĕŏnĭcĭŏn, [Κλεονίκιον. Germ. *Wider wolgemuth.*] Herba eadem cum clinopodio, teste Plin. lib. 24. ca. 15.

Clĕpo, is, psi, ptum, Furor, surripio. [גנב *ghanáb.* Gal. *Desrober, oster & destourner secrettement & en cachette.* Ital. *Rubare, furare.* Germa *Stälen / rauben.* Hispan. *Hurtar.* Pol. *Kradnę, obieram, ksobie ciągnę.* Vngar. *Lopok.* Ang. *To steall or tak away secretlie.*] à verbo Græco κλέπτω. unde Cleptum, furto subtractum. Liv. Siquis clepsit, ne populo scelus esto, néve cui cleptum erit. Plaut. Rape, clepe, tene, harpaga. Cic de Rep. Non modò ut Spartæ rapere, ubi & pueri clepere discunt. ¶ Clepere verba alicujus aut sermonem, observare est, & aucupari. Pacuv. Sermonem hic nostrum ex occulto clepit, quantum intelligo. Accius Epigram: Eaq; hoc causa, ut ne quis nostræ auribus verba cleperet. Ex Nonio.

Clĕpsȳdră, pen. corr. Vas è quo aqua paulatim effluens horas distinguebat, horologium. [κλεψύδρα Gall. *Vn certain vaisseau lequel perit à petis ietsois l'eau par bas, duquel on se servoit pour horloge.* Ital. *Horologio di acqua.* German. *Ein wasserstund / wie bey uns gemeinigklich die sand uhren.* Hispa. *El relox de agua que fue antiguamente.* Pol. *Zegarek cziekacy.* Vnga *Foly ora.* Ang. *A diall measuring houres by running of water.*] Dicta est autem Clepsydra ab aquæ furto quòd aquā aut celet, aut furetur. Cic. 3. de Orat. At hunc non declamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat. Martialis lib. 6: Septem clepsydras magna tibi voce petenti Arbiter invitus, Cæciliane, dedit. ¶ Consimilia sunt hoc tempore clepsydris vascula illa apud nos usitatissima, quæ in medio instar duorum turbinum coarctantur: ex quibus pulvisculus per foramen minutum sensim delabitur ex parte superiore in inferiorem, atque ita legitimum tempus horæ metitur. Apud veteres oratoribus acturis causas forenses præscribebatur tempus dicendi datis clepsydris, quibus exhaustis, ampliùs dicere vetabantur. Plin in Epist. Dixeram horis penè quinque: nam tribus clepsydris, quas spatio sissimè acceperam, sunt additæ quatuor. ¶ Est item Clepsydra astronomicum organum, sydera dimetiens. Martianus: Clepsydris lunæ magnitudo cognoscitur. ¶ Est item Clepsydra nomen fontis, in arce Messeniorum, in Arsinoēn alterum fontem influens. ¶ Fuit & Athenis in arce ejusdem nominis fons, ita dictus, quòd flate incipientibus Etesiis abundet, iisdem desinentibus exarescat. Vide Cæl. Rhodig. lib. 18. c. 39.

Clērŏmāntĭă, æ, f. p. κληρομαντεία, Divinationis genus, quod fit per sortes.

Clērŭs, ri, m. f. [κλῆρος. Pol. *Mol vlowi.* Vngar. *Meh moly.*] Vermiculus est, teste Aristotele, in alveorum pavimentis nascens, quo excrescente, velut Aranea obducitur alveus, & favi carie pereunt, ipsis scilicet unà cum fœtu putrefactis: quòd virii genus Clerum quoque eruditiores appellant hoc est, favi fœtusq; putrefactionem. Plin. lib. 11. cap. 16, clerum interpretatur abortum & quandam amaræ ceræ duritiem, quum inde fœtum apes non eduxerint, morbo impeditæ, aut ignavia, aut infœcunditate naturali. ¶ Græcis item κλῆρος sortem significat, vel hæreditatem: unde Cleronomus, κληρονόμος, hæres: & Cleronomia, κληρονομία hæreditas.

Clĭbănŭs, ni, m. f. [תנור *tannúr.* κλίβανος. Gal. *Vn four.* Ital. *Teggh -, testo.* Germ. *Ein ofen* Belg. *Een oven.* Hispa. *Horno.* Pol. *Piec* Vngar. *Kemencze* Ang. *An ouen, a fournaise.*] Instrumentum placentis potiùs, & id genus cibis, quàm panis coquendo dicatum, quod antiquitùs ex testa, seu opere figlino fieri solebat, postea etiam ex ferro, vel ære. Colum. lib. 3: Scrobem clibano similem esse debere, ut imus, quàm summus, patentior fit, ut latiùs radices agantur. Plin. l. 19. Cortices quoq; decussi clibanis & furnis præbent usum. Differt autem Clibanus à furno, quòd hic major sit, & immobilis. Clibanus autem minor, ut quocunque vitium fuerit possit transferri. ¶ Hinc κλιβανίτης ἄρτος à Græcis appellatur, qui non in furno, sed in clibano coctus est: quem Varro lib. 4. de Ling. Lat. Testuaceum appellat, quòd scilicet in calido testo (sic enim clibanum testuaceum appellat) coqueretur.

Clĭbănārĭus, m. f. Qui bene ferro & armis munitus certamen init. [κατάφρακτος. Polo. *Zolnierz wzbroie do potrzeby vbrani.* Vng. *Fegyverbs vitéz.*] Nazarius in Panegyrico ad Constant. Operimento ferri, equi, atque homines obsepti: clibanariis in exercitu nomē est. Dicti Clibanarii, quoniam more testudinis arcuatis armis (quæ clibani forma est) utebantur Ammianus Marcellinus Clibanarios eosdem esse tradit, cum iis, qui Greco nomine appellantur *Cataphracti.*

Clīdĭum, κλείδιον, Thynni jugulus est, qui præcipuè in recenti hoc pisce commendatur. Plin. lib. 9. c. 15. Thynni membratim cæsi cervice, & abdomine commendantur, atque clidio, recenti duntaxat, & tum quoque, gravi ructu, cętera parte plenis pulpamentis sale asservantur.

Clīdūchŭs, κλειδοῦχος. Polon *Klincznik.* Vngar *Kolsták.*] Græcis clavigerum significat. ἀπὸ τῆς κλειδὸς: hoc est, à clave. Plinius lib. 34. cap. 8 Fecit & quadrigas, bigasque, & cliduchon eximia forma.

Clĭēns, com. t. Qui in fiducia & tutela alicujus est, & patronum habet: [בן חנן *ghannún* פבל *hebédh* חסיד *chasidh.* πελάτης, ὑπήκοος. Gall *Vassal de quelque seigneur, celuy qui s'est mis en la protection & defense d'vn autre.* Ital. *Cliente.* German. *Das under einem Bogtmann ist / under eines anderen schirm / ein Bogtkind / underthan.* Belg. *Onderstaen / een die des voorspraecken hulp en bystant versoeckt.* Hispan. *Encommendado à alguno, auogado.* Polon. *Sjierota, tenktory iest w piecze.* Vngar. *Valaki gongya viselője alat valo.* Ang. *A reteiner to some noble or gentle man.*] nam Patronus defensor causæ est dictus, quasi pater: Cliens autem defensione indigens: id est, litigator, qui patronum colit & sequitur, ut ab eo defendatur. Sed ut rectiùs vim vocabuli intelligas, scio quemadmodum Budæus in Pandect. scribit, moris fuisse apud antiquos, ut provinciales & socii populi Romani in Clientelam sese darent proceribus Romanis, quos patroni sibi adoptabāt,

non

non modò publicè, sed etiam privatim: iidq; ut clientes eorum dicerentur, inter se verò hospites. Ferebat autem id hujusmodi necessitudo, ut clientes perpetuò patronorum suorum patrocinio, caput ac fortunas suas tuerentur: vicissimque ipsi patronos suos omni observantia atque obsequio colerent, & venerarentur. Cicer. in Divinat. in Verrem: Clarissimi viri nostræ civitatis temporibus optimis, hoc sibi amplissimum pulcherrimumque ducebant, ab hospitibus, clientibúsve suis, ab exteris nationibus, quæ in amicitia pop. Rom. ditioneque essent, injurias propulsare, eorumque fortunas defendere. Quinetiam (ut idem scribit) quos *Vasallos* vocare solent, Clientes appellare possumus: & Clientelam, observantiam ipsam: & obseqnium, quod *Homagium* dicunt, Clientelaris officii sponsionem, agnitionemque.

Clientă, tæ, fœmininum, quo usus est Plaut. in Mil. Habeo eccillam clientam meam, meretricem adolescentulam. Idem in Rud. Iam clientas reperi. Afranius similiter in Pompa: Interim tua clienta. Et Horatius: Nec laconicas mihi Trahunt honestæ purpuras Clientæ. Sosipater lib. 1: In quo tamen Horatii loco nostra exemplaria *Clientes* habent, non *Clientæ*.

Clientēlă, Clientum multitudo, qui potentem aliquem civem, principémve favore prosequuntur, & cujus dignitatem factionemq; tuentur, ducti aliqua mercede, vel beneficio. [מגן maghin חסד chésedh. πελατεία. Gall. *Le domaine, la protection & sauvegarde des Seigneurs envers leurs vassaux & sujets.* Ital. *Sicurtà, clientela.* Germ. Viele der Vogtkindern: das ist / deren die Schirmvögt haben. Hispan. *Aquella encommendacion, y securidad,* Pol. Opieka. Vngar. *Valaki-ek párt tortoi (avagy,) Otalom.* Angl. *The protection and defence of lordes towardes their subiectes.*] Cic. ad Attic. lib. 14: Scis quàm diligam Siculos, & quàm illam clientelam honestam judicem. ¶ Item Clientela dicitur fides, tutela: unde Committere, vel conferre se in clientelam alicujus, est sese alterius clientem profiteri, & ejus patrocinio, sive (ut Gallorum vulgus loquitur) *Salvegardiæ* se committere. Terent. in Eunuch. Thais patri se commendavit in clientelam & fidem.

Clīmă, atis, n. t. [פאה peáh. κλίμα. Gall. *Climat, region, & air du pays.* Ital. & Hispan. *Clima.* Germ. Ein clima / ein ausgezeichnet theil des Himmels oder Erdbodens. Pol. Wimierzona czesc nieba albo ziemie. Vng. *Az egnek tartomani, bizonyos darab részei.* Angl. *A climat, the trait and draught of a contree.*] Græca dictio, quæ spatium significat, duobus respondens parallelis, quo diei longitudo ad dimidiatam horam variatur. Vitruv. lib. 1. cap. 1: Disciplinam verò medicinæ novisse oportet propter inclinationes cœli, quas Græci κλίματα dicunt.

Climax, [סלם sullám מדרגה madhregháh. κλίμαξ. Gallic. *Eschelle, degré.* Ital. *scala.* Germ. Stägen / Leitern. Hisp. *Escalera.* Pol. *Drabina, schod.* Vngar. *Garadits, lajtorja.* Angl. *A ladder, or the steppes of a ladder, or stare.*] Latinè scala vel potius scalæ: est figura, quæ dicitur Gradatio: qua paulatim veluti per scalas ascendimus: ut apud Ovid. Viderat hanc, visamque cupit, potiturque cupita.

Climactēricŭs, ca, cum, [κλιμακτηρικός. Polon *Stopniowani, stopniowan.* Vngar. *Grádisos.*] Latinè dici potest Scalaris, ἀπὸ τῶν κλιμακτήρων, quo nomine Græci scalarum gradus significant. Vnde numerus climactericus dicitur, ad quem per gradus, & veluti scalas quasdam paulatim ascendimus: qualis est numerus, qui ex novem novenariis resultat. Nam unitas ter sumpta conficit ternarium. Ternarius in se ductus, novenarium. Novenarius autem novies sumptus conficit unum & octoginta, qui est numerus Climactericus. Hunc autem numerum in humanæ vitæ annis maximè formidabilem esse, à veteribus proditum est, quippe qui rarò sine vitæ, aut fortunarum periculo soleat transmitti. Hoc enim anno ætatis Plato Philosophus, Diogenes Cynicus, Dionysius Heracleotes, Eratosthenes geometra diem suum obierunt: alii annum ætatis sexagesimum tertium in primis periculosum judicarunt, qui constat ex septies tribus ter multiplicatis, quem etiam Climactera vocabant. Vnde Augustus Cajum nepotem lætum natalem diem suum celebrare jubet, quòd annum illum omnibus senibus periculosissimum evaserat. Fuerunt etiam qui annum undequinquagesimū maximè formidarent: partim quòd sit numerus quadratus, quem potentissimum credidit antiquitas: partim etiam quòd ex septenario septies multiplicato resultet: cui inter omnes numeros veteres plurimum detulerunt: adeò ut per omnem vitam septimum quemque annum periculosum & crisimum esse voluerint, sed quum præcipuè qui per ternas hebdomadas ascenderet, qualis est annus primus & vigesimus, qui ex tribus septenariis constat: item quadragesimus secundus, & sexagesimus tertius, & omnium maximus octogesimus quartus. ¶ Climactericum tempus, pro arduo, difficili, contrario, authore Plin. epist. 44: Habes climactericum tempus, sed evades.

Clingo, Veteres pro Cingo usurparunt: à Græco κλάγω. Festus.

Clinĭcē, ces, κλινική, Medicina, quæ victu, & pharmacis corporibus medetur. Dividitur enim Clinice in duas partes, in Diæteticen, quæ victu medetur: & Pharmaceuticen, quæ medicamentis curat. Plin. lib. 29. cap. 1: Is quum fuisset mos, liberatos morbis scribere in templo ejus Dei, qui auxiliator fuisset, ut postea similitudo proficeret, exscripsisse ea traditur: atque (ut Varro apud nos credit) jam templo cremato instituisse medicinam hanc, quæ Clinice vocatur.

Clinĭcŭs, penul. corr. m. f. [κλινικός. Polon *Lekarz przy lożu vzdrawiajacy.* Vngar. *Orvos, beteghöz járó orvos.* Ang. *Beddred, one so si ke that he can not rise.*] Medicus qui dixtra curat, aut medicamentis dictus à lectis ægrotantium, quos frequentare solet, quasi Lecticularius. Martialis: Sote filia clinici: id est, medici. ¶ Dicuntur & Clinici, qui ita morbo affecti sunt, ut surgere è lecto non possint, nullaque ampliùs de eorum salute spes sit. Plin. li. 25. c. 5: Medetur ita morbis comitialibus, ut diximus, vertiginis, melancholicis. Et paulò pòst: Stomachicis, spasticis, clinicis, &c.

Clīno, as, Inclino [נטה natáh. κλίνω. Gall. *Incliner.* Ital. *chinare.* German. Neigen / biegen. Hispa. *Inclinar ò abaxar.* Polon. *Nachiliam* Vngar *Hayton, meg hajlok.* Ang *To bowe.*] Græcum est: & licet non sit in usu, ejus tamen composita usurpantur, quæ sunt Acclino, Declino, Inclino, & Reclino: de quibus suis locis.

Clīnāmĕn, inis, n. t. Inclinatio [מוט mot. ἔγκλισις. Gall *Destournement & inclination à costé.* Ital. *Inchinatione.* Germanic. Neigung. Hispan. *Inclinacion.* Polon. *Nachilenie, naklonienie.* Vngar. *Meg hajlas.* Angl. *Bowing or turning to a syde.*] Lucretius de inclinatione elementorum & primorum corporum: -sed ne res ipsa necessum Intestinum habeat cunctis in rebus agendis, Et devicta quasi cogatur ferre, patique: Id facit exiguum clinamen principiorum, Nec regione loci certa, nec tempore certo.

Clīnē. [κλίνη. Ger. Ein Betth. Polo. *Lożko.* Vngar. *Agy.* Ang. *A bed to rest in.*] Latinè lectus, lectica mensa, ἑξάκλινος, torus discubitorius, qui sex capiebat. Martial. Et testudinem mensus quater hexaclinon.

Clīnĕdĭŏn, κλινίδιον, lectulus. [Vng. *Agyatska.*]

Clīnŏpālē, les, f. p. κλινοπάλη, palæstra lecti dicitur: κλίνη, Græcè lectus πάλη, palæstra sive lucta. Suet. in Do. Assiduitate concubitus velut exercitationis genus clinopalem vocabat. Sic Virg. nocturna bella vocat colluctationes venereas: & ab Apuleio militia amatoria dicitur Clinopale, immodica fruitio, & venerearum rerum usus, apud Paulum lib. 1. c. 17.

Clīnŏpŏdĭŏn, κλινοπόδιον. German. Ein kraut dem wilden weigen mut und polen nicht ungleich.] Herba est serpillo similis, surculosa, palmi altitudine. Nascitur in petrosis, orbiculato florum ambitu, speciem lecti pedum præbens: unde & nomen accepit. Hæc Plin. lib. 24. cap. 15. putatur esse eadem quam officinæ *Pulegium montanum* appellant.

Clītellæ, arum, Dicuntur, quibus sarcinæ colligatæ mulis, & id genus veterinis, portantur: qui vulgò *Basti* vocantur. [כר char. σάγμα, ἐπισάγματα, ἀστράβαι σαλμάγια. Gall. *Le bas qu'on met sur vn mulet, asne, ou autre beste pour porter fix.* Ital. *Basti.* German. Saumsattel / sind darauff die Maulthier schwäre last tragen. Hisp. *Las albardas ò enxalmas.* Polon *Siodlo nakiorim to e ... na mulach albo oslach.* Vngar. *Terch hordox nyereg.* Angl. *Packe saules.*] Horat. in Satyr. hinc muli clitellas tempore ponunt. Cicer. ad Attic. lib. 5 Clitellæ bovi sunt impositæ: hoc est, homine inepto, & nequaquam idoneo delegata est provincia. vide Erasmi Adagia. ¶ Hoc etiam nomine significatur locus Romæ, teste Festo, propter similitudinem clitellarum, & in via Flaminia loca quædam devexa subinde, & acclivia. ¶ Item quoddam tormenti genus teste eodem.

Clītellārĭŭs, Qui clitellis utitur. [ἐπισαγματοφόρος, σκευοφόρος. Gall. *Qui porte faix dessus on dos auec vn bast.* Ital. *Che porta la basta.* German. Der mit einem solchen Sattel schwäre burdinen tregt. Hisp. *Cosa de albarda.* Polo. *Ten ktori nagrzbiecie takie siodla ...* Vngar. *Terch hordozo.* Ang. *That beareth any thing on his backe in a loot ... le.*] Vnde clitellarii muli dicuntur, qui neque ephippiati sunt, neque desultorii: nec bigas, aut quadrigas, aut currus ducunt, sed clitellati ferunt onera. Plaut. in Most. Muliones, mulos clitellarios Habent, ego habeo homines clitellarios: Magni sunt, oneris quicquid imponas vehunt.

Clītŏrĭum, muliebre pudendum, quod & Scandrus dicitur.

Clīvĭŭs, a, um, adjectivum. Difficilis, arduus: [קשה kaschéh Pol. Wyssoki. Vnga. *Nehéz.* Angl. *Vneasie to go vp.*] ut, Clivia auspicia. οἰωνοὶ δυσκατάπρακτοι, quæ aliquid (inquit Festus) fieri prohibebant: nam & omnia difficilia & ardua nominabantur Clivia: unde & Clivi.

Clīvīnă ăvĭs. in auguriis dicebatur, quæ alio nomine vocabatur Prohibitoria & Clamatoria: à clivis auspiciis dicta, quæ, teste Festo, dicebantur adversa, quibusque aliquid fieri prohibebatur. Hanc avem suo seculo fuisse incognitam, autor est Plin. lib. 9. cap. 15.

Clīvŭs, vi. m. f. Collis, locus arduus. [גבעה ghibhháh. γήλοφος. Gall. *Vne petite montagne qui n'a pas grand pente, la pente & ascente d'vne montagne.* Ital. *Scesa da vna montagna all' ingiu, pendente, collina.* Germ. Ein Bühel / ein ort das fein langsam haldecht oder stötzig ist. Hisp. *La cuesta arriba, ò la cuesta abaxo* Polo. *Pagorek przydlny sy a pochely.* Vng. *Heg y meredekség.* Angl. *The pitch of an hill, the bending downe of a thing.*] Virgil. 9. Aeneid. -qua se subducere colles Incipiunt, mollique jugum demittere clivo. ¶ Clivus Capitolinus. Cicer. ad Attic. lib. 2. Quem ego in clivo Capitolino te signifero à principe collocatam. ¶ Hujus composita possunt esse tàm secundæ quàm tertiæ declinationis: ut, Acclivus, a, um, & Acclivis, & hoc acclive. Declivus, & Declivis:

Pro-

Proclivus, & Proclivis: quæ habent penultimam productam. Dictus clivus à clino pro inclino. Vide Vallam lib. 4. c. 43.

Clivulus, li, diminutivum à Clivus. [γεωλοφία. Gall. *Une petite montagnette, un petit tertre.* Ital. *Picciol collina.* German. Ein kleinen oder böhelin. Hisp. *Pequeña cuesta.* Polo. *Gorka.* Vnga. *Meredekecske.* Ang. *A litle pitche of an hill.*] Colum. lib. 6. c. 36: Duos parietes adverso clivulo inædificatos habet.

Clivosus, a, um, adject. Clivis abundans: [βουνώδης. Gall. *Qui à plusieurs montagnettes, inegal, ayant plusieurs pentes & descentes.* Ital. *Pendente, montuoso.* German. Das viel Bühel oder Rhein hat. Hispa. *Cosa llena de cuestas.* Polo. *Miesce gdzie gesto pagorky.* Vngar. *Meredekes hely.* Ang. *That hath many litle montanes and pitches.*] ut, Clivosa loca. Col. de arboribus cap 4: Curandum autem est, ut locis aridis & clivosis altiùs vites deponantur, quàm si humidis & planis. Virg. 2. Georg. Nam jejuna quidem clivosi glarea ruris. Vix humiles apibus casias, roremq; ministrat.

Cloacæ, per. prod f. p. Loca cava, sive ea publica sint, sive privata, quò sordes confluunt. [מוצאות mots'aóth, ἀφεδρῶνες. Gallic. *Vn esgout, par où s'en vont les immondices de quelque lieu.* Ital. *Cloace, chiaviche.* German. Ein Graben oder Dolen / dardurch der unflat einer Statt hinweg fleußt. Belg. Kyole/oft Gootr onder d' aerdt. Hispa. *El albañar à do acuden las privadas.* Polon. Wichod, albo miesce gdzie plugastwo zgromadzaia. Vngar. *Kamara szék, arnyék szék.* Angl. *A chanell, a sinke.*] Vnde arcem facere ex cloaca, dicit Cic. in Orat. pro Plancio, pro eo quod est, rem humilem & nullius ferè momenti supra modum extollere. Fistulæ quoque, fossæ & viæ illæ subterraneæ parietibus in modum aquæductus munitæ, per quas aquæ pluviæ extra urbem vel in fluvium dilabentes, urbis sordes secum rapiunt, Cloacæ dicuntur, ὀχετοὶ, quòd urbem immunditiis purgent. ¶ Dicta est autem Cloaca (ut putatur) à colluendo, quasi colluaca. Festus à Cloacando: hoc est, inquinando derivat: quum tamen potiùs contrà, Cloacare verbum à Cloaca deductum videatur. Cic. pro Cecin. Qui de fossis, de cloacis, de minimis aquarum, itinerumque controversiis interdicit. Plautus verò in Curcul. - stomachum immundæ vetulæ & alvum. Cloacam nominavit. Age, *inquit*, effunde hoc citò in barathrum, Properè prolue cloacam.

Cloacula, f. p. diminutivum, [Pol. Wichodek. Vng. *Arnyik székecske.*] Lamprid. in Heliogab. Additaque injuria cadaveri est, ut id in cloaculam milites mitterent.

Cloacale flumen, Cato dixit, pro cloacarum omnium colluvie: ut annotavit Festus.

Cloacare, Inquinare: [טמא timmé. κηλιδόω. Gall. *Souiller.* Ital. *Imbrattare, macchiare.* Germa. Besudlen / verunreinigen. Hisp. *Ensuziar ò manzillar.* Polon. *Poplugawic.* Vngar. *Meg undokitani.* Ang. *To defile, to mak foul.*] unde Cloacam dictam putavit Festus.

Cloacarius, adjectivum, ut cloacarium vectigal. [Polo. Wychodowi chedoziaci, Vng. *Arnyig székhez valo.*] Vlp. D. lib. 30. Tit. 1. l. 39: Hæres cogitur legali prædii solvere vectigal præteritum, ut tributum vel solarium, vel cloacarium vel pro aquæ forma. Sic.

Cloacarium, pecunia est purgandis cloacis attributa. Vlpianus in l. 27. D. de usufruct. Si quid cloacarii nomine debeatur, vel si quid ob formam aquæductus. Ex Hotom.

Clodicare, χωλεύειν, veteres pro claudicare dixerunt. Cic. 2. de Orat. Præclarum & grave est, quòd Caludino Glaucia claudicanti, ubi est vetus illud: Num claudicat? at hic clodicat. Hoc ridiculum est: & utrumque ex eo quod in claudicatione animadverti potuit, est ductum.

Clostrum, n. s. idem quod claustrum. [מסגרת misghéreth סגור seghór. κλεῖθρον. Germ. Ein Rigel. Vnga. *Szegezõfa.*] Cato de re Rust. cap. 13. Trullas ligneas duas, claves cum clostris.

Clucidatus, a, um, Antiqui dixerunt pro dulci & jucundo, γλυκύς, τὸ γλυκύ. מתוק mathók ערב hareb. Polon. Roskoszny. Vng. *Edes.* Ang. *Swete.*] Festus. Varro lib. 6. de ling. lat. citans antiquum poëtam in Agidone: Clucidatus, suavis est, tametsi à magistris accepimus mansuetû. Ita enim doctissimè legit Scaliger, quum antea Caudatus legeretur.

Cludo, is, act. t. idem quod claudo: quo verbo veteres utebantur. [סגר saghár. κλείω. Gal. *Clorre, enclorre, enuironner, entourer.* Ital. *Chiudere, serrare.* Ger. Beschliessen. Hisp. *Cerrar.* Polon. *Zawieram.* Vngar. *Béfzegezõm.* Ang. *To shut in, to inclose.*] Cic. 2. de Nat. Deor. Ipsum autem mare sic terram appetens littoribus cludit. Martial. lib. 11: Sed mors vocis iter properavit cludere blandæ. In veteribus quoque numismatibus legimus, *Ianum clusit.*

Clusus, a, um, Particip. Circundatus. [German. Umgeben.] Valer. Flac. lib. 1. Argon. - Cleonæo jam tempora clusus hiatu Alcides. Id est, habens tempora circundata pelle hiantis leonis Cleonæi.

Clusilis, & hoc clusile, [Ger. Das sich gern beschliessen lest.] Quod facilè clauditur. Plin. lib 9. cap. 37. Inest iis esca, clusiles mordacesque conchæ, ceu nitulos videmus.

Clueo, es, ere, n. s. Perhibeor, putor, nominor. [נשמע nechschâb. κλύω. Gal. *Estre reputé, avoir le bruit.* Ital. *Essere stimato, nominato.* Germ. Genennet oder geachtet werden. Hisp. *Ser estimado y nombrado.* Polon. *Mianuie, za tego sie glosze.* Vnga. *Hirdettetém, neveztetém.* Ang. *To be in reputation, to have a renowme.*] Plautus in Trin. Ita sis, ut nomen cluet. Idem in Epid. Senati qui columen cluent: id est, habentur, & reputantur columen Senatus. Idem in Pœn. Vt volupe est homini mea soror, si quod agit, cluet victoria: id est, victoriæ tribuatur. ¶ Dicimus etiam Cluo, is, per tertiam inflexionem, quod sæpè pro splendeo accipitur. Prudentius: Qui patria virtute cluis. Cicer. de Clar. orat. Tum duo Cæpiones multùm cluentes consilio, & lingua, plus autoritate tamen & gratia sublevabant. ¶ Interdum etiam pro purgare. Plin. lib. 15. cap. 29. Depositis armis in eo loco, qui nunc signa Veneris Cluacinæ habet. Cluere enim antiqui purgare dicebant.

Clumæ, f. p. Sunt folliculi hordei. Festus. [ἔλυτρα, ἄχυρα. Polo. *Plewy iaczmienne.* Vng. *Arpa mag teka.*]

Clunadum, Culter sanguinarius: quòd ad clunes dependeat, vel quia clunes hostiarium dividat. Autor Festus.

Clunis, nis, sæpiùs in plurali Clunes, clunium. Nates, sive natium tumor: tàm masculini, quàm fœminini generis. [שת sheth, πυγαί. Gall. *La fesse.* Ital. *Natiche.* German. Der arßbac. Belg. Een eers bille. Gal. *Las nalgas.* Polon. *Zadek, Dupa.* Vngar. *Far.* Ang. *The hippe or buttocke.*] Iuvenalis: - tremulo descendunt clune puellæ. Plaut. Quasi lupus ab armis valeo, clunes infractos gero. Horat. Quòd pulchræ clunes, breve quòd caput, ardua cervix. Hinc Simias clunes appellatas volunt, quòd clunes tritas gerant.

Clunicùlus, diminutivum. [τὸ πυγίδιον. Pol. Hudzik. Vng. *Farécske.*] Gellius: Cæterarum avium atq; altilium nisi tantum apponatur, ut à cluniculis inferiore parte saturi fiant, convivium putabant inopia sordere.

Clusinum far, [Pol. *Swietla maka.* Vng. *Lisztláng.*] Adorei sive farri genus est candidum: ita dictum, à Clusio Hetruriæ urbe. Colum. lib. 2. c. 6: Adorei autem vidimus in usu, plerunque genera quatuor. Far, quod appellatur Clusinum, candoris nitidi. Far, quod vocatur Vermiculum, rutilum: atque alterum candidum: sed utrunque majoris ponderis, quàm Clusinum. Semen semestre, quod dicitur Alicastrum.

Clusios, Galli nominant dæmones quosdam, quos nonnulli existimant spiritus esse elemento aëreo compositos.

Clusura, Vide suprà in CLAVDO.

Clymenos, sive Clymenon, κλύμενον, Herba est fabæ caulem ferens, quadratum folia plantaginis, folliculis supra caulem in se inflexis, ut in polypodum cirrhis. Ita dicta à Clymeno rege, teste Plin. lib. 25. cap. 7. Vulgus hodie partim *Cyprium*, partim *Saponalim* appellat.

Clypeus, m. s. & Clypeum, sive Clupeus, y, in u, conversa. [מגן maghén. ἀσπίς. Gal. *Bouclier, targe, rondelle.* Ital. *Scudo.* German. Ein Schildt den man in Krieg zum schirm braucht. Hisp. *Escudo o paves.* Pol. *Tarcza, pawesa.* Vngar. *Pais.* Ang. *A Schield, targe, or buckler.*] Scutum majus, & tantùm peditum, sicuti Scutum equitum, Servio autore. Liv. li. 6: Clypeis antè Romani usi sunt: deinde postquam stipendiarii facti sunt, scuta pro clypeis fecêre. Dicti Clypei, ἀπὸ τοῦ καλύπτειν, quòd celent totum corpus: vel à clepere, quod est furari ab ictibus. Plin. lib. 35. cap. 3. ἀπὸ τοῦ γλύφειν: hoc est, sculpendo, cælandoq; deduxit: ut dicatur clypeus quasi γλυπτὸς: id est, sculptus, g, in c, mutata. Scutis, *inquit*, qualibus pugnatum est apud Trojam, continebantur imagines. Vnde & nomen habuerunt clypeorum: non ut perversa Grammaticorum subtilitas voluit, à cluendo. ¶ Clypeû quoque (ut Festus scribit) Antiqui ob rotunditatem etiam corium bovis appellarunt, in quo fœdus Gabiorum cum Romanis fuerat descriptum. ¶ Clypeus vel clypeum, imaginem quoque significavit, ut veteres Grammatici voluerunt: fortassis inde quòd clypei imaginibus pingi & ornari solebant. Vide Sosipatrum lib. 1. suæ Gram.

Clypeo, as, are, Clypeo munire est. [Polon. *Tarczam sie zastawiam.* Vng. *Paisozom.*] Pacuvius in Harmonia: Currum liquit: chlamyde contorta astu clypeat brachium. Nonius citat ex Pacuvio, & Varro lib. 4. de ling. Lat.

Clypeatus, Clypeo munitus. [נושא מגן nosé maghén. ἀσπιδοφόρος, ἀσπιδοῦχος. Gall *Garni de boucliers.* Ital. *Armato di brocciero.* Germ. Der mit einem Schilt bewaret ist / ein Schiltman. Hispa. *Escudado, armado de escudo.* Polo. *Tarczam okryty.* Vnga. *Paisos.* Ang. *That is armed with a buckler or shield.*] Plaut. in Curcul. Clypeatus elephantum ubi machæra diligit. Sic apud Virg. 7. Aen. Clypeata agmina. Ennius: Inequitur nimbus peditum, clypeataque totis Agmina densatur campis.

Clysmus, [שטיפה shetipháh, κλυσμός. Vngar. *Mosodás, tisztogatás.*] Latinè purgatio, sive lotio dicitur. Vnde Cataclysmus, de quo suprà.

Clyster, eris, ven. prod. m. t. κλυστὴρ quod & Clysterium, κλυστήριον dicitur, ἀπὸ τοῦ κλύζειν, quod est abluere: nam clystere alvum ægrotantium lavare, seu purgare solemus. [Gall. *Clystere.* Ital. *Cristero.* German. Ein clistier. Belg. Een Clisterye. Hisp. *Cr Hel.* Pol. *Klystera.* Vng. *Kristély.* Ang *A clester.*] Plinius Cucurbita infusa clysteribus intestinorum omnium vitiis medetur. Marer tamen hujus nominis penultimam corripit: Appositis digitis aut intus clystere fusis: quem ea in re non imitabimur. ¶ Accipitur item Clyster pro ipso instrumento, quod ad proluenda ventris recrementa sedi infertur, quoq; intestinorum (ut ita dicã) lavamentum alvo injicitur. Vlp. l. Itê si obstetrix. ad leg. Aquil. Si quis per vim, vel per suasum alicubi medicamentum infundit, vel ore, vel clystere ¶ Orticularius clyster. Celsus li. 7. c. 27: Idem humor rosa mixtus in ipsum vulnus orticulario clystere agendus est.

Cante

C ante N.

CN. In notis antiquorum, Cneus, vel C. Nevius. C.N.ES.C.C. credimus non esse causam convictam. C.N. Cajus noster, vel Cæsar noster, vel civis noster. CN.ARR. Cneius Arrius. CN.L. Cnei libertus.

Cnecion. [κνίκιον. Polon. Maieran. Vng. Maiorána.] Quibusdam herba est, quam notioribus nominibus *Sampsuchum*, & *Amaracum* vocamus: quanquam non desunt, qui hanc nomenclaturam adulterinam existiment, & inter eas numerandam, quas inter Dioscoridis notha rejiciunt doctiores.

Cneoron, κνέωρον, Frutex est coronarius, cujus duo sunt genera, nigrum & candidum: utrunq; germinat post æquinoctium autumnale, diuq; floret, Hyginus Casiam interpretatus. Vide Plin. lib. 21. c. 9. Dioscorides item thymelæam herbam Cneorum, & Cnestum appellat.

Cnicus, vel Cnecus, κνῆκος Dioscoridi, nonnullis κνῖκος, Herba est, oblonga habens folia, incisuris diversa, aspera, & aculeata, ex cujus ramulis divulsis sanguineus effluit liquor. Ruellius Cartamum sativum vocat. ¶ Officinis *crocus hortensis*. [Gall. *Saffran bastard & iaunage*. Ital. *Zaffrano Sarracinesco*. Germ. Wilder Saffran Belg. Wild saffraen. Hisp. *Cartamo, alacor, semiente de papagayos* Pol. *Krokot, albo domowy szafran*. Vng. *Sáfrány*.]

Cnipologus, κνιπολόγος, Aristot. Hist. lib. 9. c. 1. dicta quod κνῖπας id est, Cossos venetur. Gazę Culicilega. Avicula est achantylis magnitudine, coloris cinerei, ac distincti maculis.

C ante O.

Co. In notis antiquorum, conjugi. C.O. civitas omnis. C.O. controversia. COM.OB. comitia obdriaca, vel obaurata, vel obchiaca. CON. consularis. CON.SEN.E.OR.PQ.R. Consensu Senatus, equestris ordinis, populique Roman. CONS vel CS. Consiliarius. COL. CL. Colonia, vel coloniæ, vel coloni. COLL. collegæ, vel collegia, vel collegium. COL. collega, vel colonia, vel columen. COLL. FABR. collegium fabrûm, vel fabrorum. COH. cohors. CONIV. côjunxit CONIV. OBSQVE. conjugi obsequentissimæ CONIVG. M. conjugi Mercurii. CONX. conjunx. CONLIB. conlibertus, conliberta. CONTVB. contubernalis. COR. Cornelius. CORP. corpus. CNEL. R. F. Corneliæ regis filiæ. COR. N. AVRS. coronas aureas: COS. consul COS. QVAR. vel IIII. consul, quartùm vel quartò. COS. TER. consul tertiùm vel tertiò. COSS. DESIG. consules designati. CSS. Consules, vel consiliarii. COS. DES. consul designatus. C.P. civis publicus. CPS. capsa. C.PT. causa petitionis, vel causam posuit. CPRSS. cupressi.

Coa vestis, sive substantivè Coa, in plurali numero, subtilissimum erat vestis genus ex bombyce, adeò tenue, ut corpus pelluceret. [Βομβύκινος ἱμάτιον, Polon. *Rąbek iedwabny cyeniuchy*. Vng. *Ots vékony bársonyruha, az ki által ember testé meg latczik*. Ang. *A thinne kind of cloth of silk*.] Dictum à Co insula, vulgò Lango, in qua & bombycem nasci solere, sicut in Cea insula, autor est Plin. li. 11. c. 23. Ovid. de Arte amandi: Sive erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus, Sive erit in Cois, Coa decere puta. Fuerunt qui etiam Cois in nominativo dici putarent pro hac veste, decepti autoritate Horatii in Satyr. Altera nil obstat, Cois, tibi penè videre est, Vt nudam. Qui profectò error nimiùm est puerilis, quum Cois ibi non nominativus sit, sed ablativus. Eædem & Ceæ vestes dicuntur, à Cea insula, in qua Pamphila Laoi filia prima tationem invenit bombycum telas retorquendi, easque rursum texendi: ut testatur Plin. libro 11. cap. 22.

Coaccedo, dis, Simul accedo. [συμπροσέρχομαι, συμπαραγίνομαι. Gal. *Aprocher avec les autres, estre mis avec*. Ital. *Accostarsi insieme*. Ger. Sampt andern herzu komen. Hisp. *Allegarse, ò acercarse juntamente*. Polon. Wespol przystępuię. Vng *Egygyütt hozzá iárulok, megyek*. Ang. *To come to with others*.] Plaut. Curc. quia de illo emi virginem Triginta minis, vestem, aurum, & decem pro his coaccedunt minæ.

Coacervo, as, Cumulo, congrego, addo, cogo. [אסף asaph צבר tsabar, ἐπισωρεύω, συμφορέω. Gall. *Entassen ensemble, amonceler monceau sur monceau, accumuler*. Ital. *Accrescere, congregare, amassare, ammare*. Germ. Zusammen hauffen. Hisp. *Amontonar ò ayuntar*. Pol. Pgromadzam, do kupy zbieram. Vngar. *Egy rakásba gyüytöm*. Ang. *To gather in heapes together*.] Liv. 5. ab Vrb. Armorumq; cumulos, ut mos illis est, coacervare. Cæs. 2. bel. Gal. His dejectis & coacervatis cadaveribus. Cicer. 2. pro leg. Agrar. Antè pecuniæ coguntur, & coacervantur, quàm gleba una ematur.

Coacervatio, nis, f. t. Coactio, cumulatio. [צבור tsibbur. συμφόρησις, ἐπισώρευσις. Gall. *Entassements, & amoncelements ensemble*. Ital. *Accumulatione, ammassamento*. Germ. Zusammen hauffung. Hisp. *Amontonamiento*. Polon. *Zgromadzenie*. Vng. *Egy rakásba gyüytés*. Ang *Heaping together*.] Cic. in Part. Atque hæc quidem utrique maximè in peroratione facienda: alteri frequetatione argumẽtorum & coacervatione universa: alteri si planè causam redarguendo explicarit.

Coacesco, n. t. ex Con & Acesco, sed n abijcitur: significat simul vel totum acidum fio [חמץ chamets. συνοξύζω. Gall. *S'enaigrir, devenir aigre. Devenir acide*. German. Gantz herb oder sawr werden. Hisp. *Azedarse*. Pol. *Ocżycieie*. Vng. *Meg eczetesülök*. Ang. *To waxe sower tasted*.] Cic. in Cat. Vt enim non omne vinum, sic non omnis ætas vetustate coacescit.

Coactilia, Involucra dicuntur vestibus involvendis, circumferendisq; idonea. [Polon. *Tłomoczek* Vngar. *Bőrtáska*.] Vlp. l. argumento, de Auro & argento l. Aristo etiam coactilia vesti cedere ait, & tegumenta subselliorum, huic legato cedetur. Bayfius coactilia eas vestes interpretatur, quæ ex lanis & villis coactis fiunt, quas vulgò *Feltrosa* appellamus. Lanæ, inquit Plinius, & per se coactæ vellem faciunt.

Coacto, Coactura, Coactor, Coactus, Vide Cogo.

Coacum, emplastrum nigrum: quanquam legendum suspicatur Cæsarius *Choacen*, aut *Chiacum*, ut apud Georg. Vall. de Cura oculi. Nisi Coacon quod inter Hippocratis opera liber habetur, qui inscribitur de Coacis prænotionibus. Inde nomen deductum videri potest; Cels lib. 4. cap. 19.

Coaddo, Simul addo. [הוסיף hosiph συμπροστίθημι. Gall. *Adiouster avec, mettre ensemble*. Ital. *Aggiungere insieme* German Mit einander herzu thun. Hisp. *Ayuntar en vno*. Polon. *Przydaie*. Vng *Hozzá adom*. Angl. *To put or ioyne together*.] Cato cap. 40: Sumito tibi surcum durum præacuto: salicem Græcam discindito, argillam vel cretam coaddito.

Coaduno, act. p. In unum cogo. [יחד jichhedh. συνάγω. Gall. *Assembler ensemble faire tenir l'vn à l'autre* Ital. *Adunare* Germ. Vereinigen, zusammen fügen Hispan. *Ayuntar diuersas cosas en vno*. Polon. *Ziednoczam, społam*. Vng. *Egybe gyüytöm egybe ragasztom*. Ang. *To gather together in one*.] Plin. de Viris illustribus: Ipsi coaduntatis pastoribus, civitatem condiderunt. ¶ Brachium statuæ coadunare, Iulianus in l. Tigni appellatione. §. idem est, ff. ad exhib.

Coædifico, act. p. Arctè ædifico, ædificiis frequento: [συνοικοδομέω. Gall. *Edifier ensemble, a'iouster bastiment pres l'vn de l'autre* Ital. *Fare insieme più edificij*. German. Zusammen bawen / oder in einander bawen Hispan. *Edificar juntamente*. Polon. *Naabuduię, ciasno buduię* Vng. *Gyakran és szorosan épitek*. Ang *To build together or nigh other buildinges*.] ut, Coædificatus locus, cui opponitur Vastus, Cic. in Part. Culti an inculti: celebres an deserti, coædificati an vasti.

Coæquo, as, are, act. p. Aequo [השוה hischivvah. ἐξισόω, ὁμαλίζω. Gal. *Egaler*. Ital *Agguagliare*. German. Vergleichen / gleich machen. Hispan. *Ygualar vna cosa con otra*. Pol. *Rownam*. Vng. *Meg egyenlitöm, hozzá igyengetöm, igyenlöué teszöm*. Ang. *To make one thing equall with another*.] Salust. Sed quoniam coæquare gratiam omnium difficile est. Col l. b. 3. c. 16: Duabusq; gemmis supra terram eminere passi, reposita humo cætera coæquant.

Coæqualis, le, Aequalis, similis, par. שוה schoveh. ἴσος, ὁμαλής. Gall. *Egal, pareil*. Ital. *Vguale*. Ger Gleich. Hisp. *Ygual* Pol. *Rowny*. Vng. *Egy ideiü, igyenlö*, Ang. *Equall, alike*.] Colum. l. 8. cap. 14: Atque ubi se paulùm confirmavit, in gregem coæqualium compellitur.

Coæquus, a, um, Aequus. [ἴσος, ὁμαλής. Pol. *Rowny*. Vng. *Igyenlö*. Ang. *Equall*.] Plin. lib. 6 c. 29: Mirumque dictu ex innumeris populis pars coæqua in commerciis, aut latrociniis degit, quo tamen loco in castigatioribus exemplaribus *Aqua* legitur, non *Coaqua*.

Coætanei, Qui eadem ætate vixerunt. [ἡλικιῶται. Gall. *D'vn mesme aage*. Ital *D'vna medesima età*. German. Die eines alters oder zu einer zeit gelebt haben. Hisp. *Cosa de vna mesma edady tyempo*. Pol. *Iednochliath, iednego czasu zyact*. Vng. *Egy idöben elök*. Ang. *Of one age, of the same tyme*.] Portius Latro in decl. in Catil. Marco siquidem Catoni, aut Scipioni coætaneo suo. Vide suprà in dictione Aequalis.

Coævus, Ejusdem ævi, eadem ætate præditus. [ὁμῆλιξ. Gall. *D'vn mesme aage*. Ital. *D'vna istessa età* German. Eines oder gleiches alters Hisp. *Cosa de vna mesma edad*. Polon *Iednochliath*. Vng *Egy idös*. Ang. *Of the same age*.] Cicero in Vatin. Hunc tu morem ignorabas? nunquam epulum videras? nunquam puer aut adolescens inter coævos fueras.

Coæstimare, [συντιμάω. Pol. *Cenie*. Vng. *Egygyüt meg böcsülni*.] Celsus D lib. 47. tit. 2. l. 67: Furti actione hoc quoque coæstimabitur.

Coagitatio, onis, f. t. Agitatio. [συγκίνησις, κίνησις, συνδόνησις Gall. *Emotion & demenement de l'vn auec l'autre*. Ital. *Smouemento* German. Bewegung Hispan. *Obra de acossar è agujar*. Pol. *Poruszanie* Vng. *Mozgatás* Ang *Mouing or stirring together*.] Cic. 2. de Natur. Deor. Anima primùm calescit ab ipso spiritu, deinde coagitatione pulmonum. Ita quidem legit Budæus: sed quædam exemplaria legunt *contagione*.

Coagmento, as, Conjungo, compono, constituo, stringo [חבר chibber חדבק hidhbik συνάπτω, συναρμόζω, καταρτίζω. Gall. *Assembler & ioindre l'vn auec l'autre, coler ensemble*. Ital. *Coniungere*. Germ Zusammen fügen / an einander setzen. Belg. *Tesamen voegen*. Hispan. *Trauar vno con otro*. Pol. *Zgromadzam, spaiam*. Vng *Öszve foglalom*. Ang. *To ioyne or glue together*.] Cicer. de Senect. Vivendi finis est optimus, quum integra mente, certisq; sensibus opus ipsa suum, eadem quæ coagmentavit, natura dissolvit. ¶ Et translatè apud eundem de Orator. Verba enim verbis quasi coagmentare negligat: id est, ne nimiùm diligens sit in verbis conjungendis. Plinius Passivum protulit: Mox pluribus coagmentatur nucleis, & his separatim vestitis.

Coagmenta, n. f. Conjunctiones arctæ & compares, à cogendo: id est, stringendo. [חבר chibbir. συναφαί, συνοχαί, συγκολλήματα, συνάμματα. Gall. *Assemblemens, assemblees*. Ital. *Coniuntioni*. Germ. Enge zusammen fügungen etlicher dingen. Hispan. *Aquelles trauazones*

r

jones. Polon. *Ypoiena, Zezisʒynienie.* Vng. *öszue foglalás.* Ang. *Any streict conioyning of thinges together.*] Plaut. Most. Viden' coagmenta in foribus?

Cōagmentātĭo, f.t. Compositio, constructio. [מחברת *machbéreth* פדק *debék*, σύμπηξις. Gall. *Assemblement, assemblage, collement.* Ital. *Vnione, assambramento.* Ger. Zusammenfügung. Hisp. *Engrudamiento, travazon.* Pol. *Zlaczenie.* Vngar. *öszue foglalas.* Ang. *Gluing or ioyning together.*] Cic. de Nat. Deor. Quæ est enim coagmentatio non dissolubilis.

Cōāgŭlo, as, Cogo, constringo, [קפא *kepha* πήγνυμι. Gall. *Faire prendre avec pressure.* Ital. *Far' attacare & appigliare insieme.* Germ. Zusammen tringen / dick machen. Belg. Rinnen. Hisp. *Cuajar con cuajo.* Pol. *Zga szam, vsiadlo czinie.* Vngar. *öszue fontalom, meg altom, öszue altom.* Ang. *To crude and growe together.*] Gel. Semen in utero mulieris primis septem diebus conglobatur, coagulatur, fitq; ad capiendum figuram idoneum. Plin. l. 12. c. 25: Summa probatio est ut lac coagulet.

Cōāgŭlātĭo, verbale, f.t. Coactio, copulatio. [קפאון *kippaón.* [illegible]. Gall. *Prinse & coniunction, congelation espessissement.* Ital. *Preso, congionsione.* Germ. Zusammen wallung. Hisp. *Aquella obra de cuajar, contuajo cuajamiento.* Polon. *Ga szenie.* Vng. *öszue kapisolás, oltás.* Ang. *Growing thick, cruding.*] Plin lib. 18. cap. 10: Nam id quoque venenum est in prima lactis coagulatione.

Cōāgŭlum, n. s. à cogendo: id est, densando sive stringendo, dicitur illud quo ad densandum lac utimur. [קפאון *kippaón.* Gall. *Pressure.* Ital. *Caligasino, coagulo, omaglio.* Ger. Die rennen / geringen / tüppr. Belg. Rinninge. Hisp. *El cuajo.* Pol. *Sergiko.* Vng. *Oltó.* Ang. *Chese lope, chese courde.*] Tibul. Et miscere novo docuisse coagula lacte. Ovid. 13. Metamorph. Lac mihi semper adest niveum: pars inde bibenda Servatur, partem liquefacta coagula durant. ❡ Per metaphoram, quicquid connectit ac conjungit, Coagulum dicitur. Gell. lib. 12. c. 1. Vinculum illud coagulum animi atq; amoris. ❡ Coagulum translatè de semine atq; conceptu ἔμβρυον κύημα. Gellius lib. 3. c. 16: Conceptum in utero coagulum conformatur.

Cōālĕo, Cohæreo, concresco. [גדל *ghadhál*, συνίσταμαι, συμφύομαι. Gall. *S'adioindre & complir avec quelque chose, se nourir & croistre avec.* Ital. *Crescere, aumentare.* Germ. Zusammen wachsen. Belg. Tesamen opwassen. Hispan. *Crecer una cosa con otra.* Pol. *Zrostam sie.* Vng. *öszue fornadok, eg yben megyök.* Angl. *To growe together.*] Plin. lib. 15. cap. 1: Ut nisi pinguissimo solo coalere non possit. Gell. lib. 12. c. 1: Cujus in corpore cujusque ex sanguine concretus homo & coalitus sit. Tacit. Vetustate imperii coalita audacia.

Cōālesco, is, coalui, Concresco. [גדל *ghadál*, συνίσταμαι, συμφύομαι. Polon. *Zrastam sie.* Vngar. *öszue fornadok, eg yben megyök.* Ang. *To growe together.*] Col. de Arbor. Sic interposito triennio coalescet ficus olivæ. Livius lib. 1: Vocata ad consilium multitudine, quæ coalescere in populi unius corpus nulla re, præterquam legibus, poterat, jura dedit. Salust. Hi postquam convenerunt in una mœnia, dispari genere, dissimili lingua, alii alio more viventes, incredibile memoratu est, quàm facilè coaleverint. ❡ Ejus simplex protulit Varro libr. 1. de Re rust. Quemadmodum quicquam seri aut coalescere, aut meti possit.

Cōallŭĕrĕ, Est per alluvionem aliquid augere. Pomp. de acq. rer. dom. L. ergo: Paulatim aliquid coalluendo locum eminentem supra alveum fecit, & eum alluendo auxit.

Cōămīcŭs, ci, [συμφίλος. Gall. *Amis ensemble, qui s'entraiment.* Ital. *Amico dell' amico.* Germ. Ein mitfreund. Hispan. *Amigos juntamente con otros.* Polon. *Spolni przyiaciel.* Vngar. *Barát, tars.* Ang. *Frendes together.*] Cic. de Amic. ex Comœdia quadam antiqua: Hodie me ante omnes coamicos stultos senes Versaris atque luseris lautissimè.

Cōangŭsto, as, Coarcto, contraho. [בצר *bètsar.* συσφίγγω. Gall. *Estrecir, restraindre & faire plus estroit.* Ital. *Stringere.* Germ. Zusammen zwingen oder tringen. Hispan. *Iuntamente, y con otros estrechar.* Pol. *Zciskam.* Vng. *Megszoritom.* Ang. *To mak narrow or streict.*] Cicer. 3. de Leg. Atque hæc lex dilatata in ordinem cunctum, coangustari etiam potest.

Cōangŭstŏr, aris, pass. συσφίγγομαι. Cels. lib. 7. c. 27: Quò faciliùs claudatur, vel certè coangustetur.

Cōarctārĕ, Constipare, coangustare. [דחק *dachák* [illegible]. Gall. *Estrecir, enserer, presser ensemble.* Ital. *Stringere, comprimere.* German. Zusammen tringen / conzwingen. Belg. Tesamen tringen. Hisp. *Iuntamente estrechar, ensangostar.* Pol. *Zciskac.* Vngar *öszue szoritani, nyomni.* Ang. *To presse together and mak streist.*] Cic. 1. de Orat. Sed tu hoc nobis da Scævola, & perfice ut Crassus hæc quæ coarctavit & angustè refersit, in oratione sua dilatet nobis, atq; explicet.

Cōarctātŭs, Particip. passivum. Cicer. ad Atticum lib. 7. Cn. noster quid consilii ceperit, capiátve nescio: adhuc in oppidis coarctatus.

Cōarctātĭo, f.t. Constipatio, coagmentatio, compressio. [מצר *metsár.* [illegible]. Gall. *Estrecissement, enserrement.* Ital. *Stringimento.* Ger. Ein zwingung / zusammen tringung. Hisp. *Estrechamento ò angustura.* Pol. *Sciskanie.* Vng. *öszue szoritás, nyomás.* Ang. *Straining, pressing together.*] Dictio frequens apud Physicos. Liv. 7. bel. Pun. Coarctatio plurium in angusto tendentium facilior futura erat.

Cōarguo, is, act. t. Reprehendo, redarguo, judico. [הוכיח *hochiach*, ἐλέγχω. Gall. *Reprendre, convaincre.* Ital. *Riprendere, manifestare.* Germ. Straffen / schelten. Hisp. *Redarguir, descubrir la secreto.* Polo. *Karze, strofuie.* Vn. *Meg dorgalom, meg fedhöm.* Ang. *To re-, reone and conuicte.*] Cic. de Invent. Aut aliis quoq; constitutionibus factum coarguetur. Liv. 2. ab Vrb. Sed eam occasionem ut literæ legatis darentur, quæ deprehensæ rem coarguere possent expectabat. Plin. lib. 11. c. 19: Quam probabilem aliàs sententiam furorem eventus coarguit.

Cōaspernŏr, aris, atus sum. d.p. [ἅμα τοῖς ἄλλοις περιφρονέω, [illegible]. Gall. *Mespriser avec les autres.* Ital. *Sprezzar con altri.* Germ. Sampt anderen verachten. Hispan. *Meno spreciar con los otros.* Pol. *Przedrugich wzgardzam.* Vnga. *Eggyütt meg vidlom, meg vetöm.* Ang. *To sets lighi by with others.*] Tacit. lib. 17: Laudata olim & militari fama celebrata severitas ejus augebat coaspernantes veterem disciplinam.

Cōasso, as, per duplex ss, quod & Coaxo dicitur pro contabulo. [σανιδόω. Gal. *Assembler ais, entabler.* Ital. *Intavolare, tavolare.* Germ. Zusammen täfelen / bretter zusammen fügen. Hispa. *Entablar con tablas.* Polon. *Tarczicam pokladam.* Vngar. *Be deszkázom, meg pagymontomozom.* Ang. *To planke or floore with border.*] ❡ Vnde Coaxatio, vel Coassatio, [σανίδωσις. German. Zusammen täfelung.] contabulatio à baxibus: quamvis revera asseres tabulæ non sint, teste Vitruvio, sed crassior & angusta in modum parvæ trabis materia, ab assidendo parietibus atque tignis appellati: ut inquit Festus. Plin. libro 36. capite 15: Necessarium binas per diversum coassationes substerni. ❡ Est Coaxare proprium vocis ranarum. [κοάζειν. Ang. *To croke a frogge.*] Autor Carminis de Philomela: Garrula limosis rana coaxat aquis.

Cōaxo, Coaxatio, Vide Coasso.

Cobio, Piscis quidam ex genere chromborum. Plin lib. 32 cap. 8: Chromborum genera Cyprinus, Chalcis, Cobio.

Cobion, septima tithymali species est apud Plin. libro 26. capite 8, quæ δενδροειδής: hoc est, arborescens Dioscoridi cognominantur.

Cōccum, ci, n. s. vel Coccus. [שני *schani*, κόκκος. Gal. *Le graine de quoy on fait l'escarlate.* Ital. *Grana, cocco.* Ger. Ein körnlin da auß man den scharlach ferbt. Hispan. *La grana para tennir.* Pol. *Ziarnko, ktorym szarlat farbuia.* Vngar. *Eár-[illegible] festö mag.* Ang. *Grane to dis with.*] Est granum ex arbuscula ilici simili, vel ex rubenti gramine nascens: Vulgò *Granum* dicitur: quod ad purpuram tingendam adhibetur. Plin. l. 21. c. 8: Luxuria vestibus quoq; provocavit eos flores, qui colore commendantur. Hos animadverto tres esse principales: unum in cocco, qui in rosis micat: gratius nihil traditur aspectu: & in purpuras Tyrias, dibaphasque, ac Laconicas. ❡ Coccum à Dioscoride κόκκος βαφική dicitur: hoc est, granum tinctorium. Frutex est fullonius cui adhærent grana, quibus fit color lanarum præcipuus: cujus copia summa in ea parte Hispaniæ, quæ *Turdetana* appellatur: ut est autor Strabo lib. 10. Ardenti cocco radiare, Splendida veste indutum esse. Silius lib. 17: At contrà ardenti radiabat Scipio cocco.

Cōccĕus, sive Coccineus, a, um, Quod cocci: hoc est, grani tincturii colorem habet: [κοκκοβαφής, κόκκινος. Gal. *D'escarlate.* Ital. *Di grana, granatino.* Ger. Das die rot scharlach farb hat. Hisp. *Cosa de grana.* Polon. *Szarlatnowy farby.* Vng. *Bibor szinü.* Ang. *Of scarlet or so the colour of scarlet.*] ut Coccinei acini apud Plin. & Coccea indumenta apud Lampridium.

Cōccĭnum, penul. corr. n. s. substantivum. Vestis coccinea. [κόκκινον χιτών. German. Scharlachen kleid. Belg. Een scharlaten cleet. Pol. *Szarlatowi.* Vng. *Bibor ruha.* Ang. *Scarlet in grame.*] Marc. Coccina famosæ donas adianthina mœchæ. Idem: Si fuerit sævus coccina quid facient?

Cōccĭnātus, m. s. Dicitur qui coccineis vestibus est indutus. [ὁ κόκκινον [illegible]. Gal. *Vestud escarlatte.* Itali. *Vestito con habito di scarlato.* Germ. Mit scharlach bekleidet. Hisp. *Cosa vestida de grana.* Polon. *W szarlat obleczony.* Vngar. *Bibor ruhában valo.* Ang. *Cladde in scarlet.*] Mart. libro 5: Clamat coccinatus Euclides.

Cōccĭnus, a, um, pen. corr. Quod cocco tinctum est, sive quod cocci colorem refert. [κόκκινος. Gal. *D'escarlate.* Ital. *Di grano, granatino, di, carlato.* Germ. Das eintweders auß rot scharlach beren gefarbt ist, oder im gleich sicht. Belg. Scharlaten verbe. Hisp. *De grana.* Pol. *Rumiany.* Vng. *Skárlát (avagy) bibor szinü.* Ang. *Of scarlet.*] Hic color exuberantiam quandam ac splendorem ruboris ostendit, qui & Spadiceus & Phœniceus & Roseus vocatur. ❡ Coccina vestis, cocco infecta.

Cōccĭnĕus, a, um, aliud adjectivum, κόκκινος, η, ον: ut, Coccinei acini Plin. l. 21. c. 31: Quos invitat hederæ florum similitudo, in duobus ejus generibus: quorum alterum, cujus acini coccini, granosi folliculi, halicacabum vocant. Coccineum autem colorem non eundem esse cum purpureo ostendit. Vlpian. l. Sicut lana: de leg. 3: Purpuræ autem appellatione omnis generis purpuram contineri puto: sed coccum non continebitur: buccinum, & janthinum continebitur.

Cōccis, pars ex lateribus sacri ossis, apud Gal. l. 2. Anatomiæ.

Cōccyx, ygis, m. t. [κόκκυξ. Gal. *Vn oiseau appellé cocu ou coucou.* Ital. *Cucco.* Germ. Ein Kackuck / Gugguck. Belg. Een Cockuut / Koekoeck. Hispan. *Cuclillo.* Polon. *Gzegzolka.* Vngar. *Kakuk.* Ang. *A cuckow.*] Avis ex genere accipitrum quanvis aduncis unguibus careat,

careat, verno tempore procedens, & sub Caniculæ exortum sese occultans, Latini Cuculum appellant. Ova parit singula in alienis nidis, & maximè palumbium; cujus rei causa putatur, quòd sciat se reliquis avibus esse invisam. Vide Plin. lib. 10. c. 9. Hinc κοκκύζειν Græci dicunt pro eo quod est coccycis more candem semper ingerere cantilenam, quam & κόκκυγος ᾠδὴν appellat. ¶ Astutior coccyce, πανουργότερος κόκκυγος, dicebatur qui astu sibi consuleret. ¶ Est & coccyx piscis cujusdam nomen, apud Græcos, quem & Latinorum nonnulli Cuculum vertunt.

Cocetum, n. f. Edulii quoddam genus ex melle & papavere confectum: [Pol. *Makowa policewka*. Vng. *Mézes mákos*.] sic dictum, quod ad ignem coquatur.

Cochlacæ, Dicuntur lapides ex flumine rotundi ad cochlearum similitudinem Festus ad ignem coquatur.

Cochlea, f. p. [שבלול *schablul*. κόχλος, ὁ κοχλίας. Gal. *Vn limasson auec coquille, ou coquille de limasson, Escargot*. Ital. *Lumaca, bumbo*. German. Ein Schneck oder Schneckenhäuslein. Belg. Een slecke, slecken huysken. Hisp. *Caracol*. Polon. *Slimacza skorupka, Zolw*. Vng. *Tsiga*. Ang. *A snaile or shellfish*.] Ex genere est limacum, & propriè is, qui testam habet. Nam limax, quanvis aliquando generis nomen sit, propriè tamen de iis dicitur, qui testa carent. Cochleæ autem nomen iis propium est, quæ domicilium suum circunferunt (sive ex terrestres sint, sive aquatiles) bina prætendentes cornua, quibus iter explorant, quòd oculis sint destitutæ. Plaut. in Pœn. Vicisti cochleam tarditudine. Idem in Cap. Quasi quum caletur cochleæ in occulto latent. Plin. l. 18. c. 17. Limaces nascuntur in vicia, & aliquando è terra cochleæ minutæ erodentes eam. ¶ Cochleæ vita, κοχλίου βίος. De iis qui parcè parvoque vivunt, aut contenti negotiis luce, forensi sermoti. Plutarch. ¶ Cochlea etiam in torculari vocatur lignum erectum, strias habens paulatim ascendentes, quod dum vertitur, attollit trabem preli, aut demittit. Galli sua lingua *Vism* vocant. ¶ Est prætereà Cochlea haustorum organum, quod vulgò Tympanum vocant: cujus machinæ conficiendæ rationem Vitru. l. 10. c. 11. describit, sic inquiens: Est autem cochleæ ratio, quæ magnam vim haurit aquæ, sed non tam altè tollit quàm rota. ¶ Cochlea etiam est genus ostii. Varr. de Re rust. Ostium habere humili & augustum, & potissimùm ejus generis quod Cochleā appellant, ut solet esse in cavea, in qua tauri pugnare solent. ¶ Cochleæ etiam lapides sunt ex flumine rotundi ad cochlearum similitudinem, quæ & cochlacæ. [שבלול. κοχλάδες, ὁ κοχλάκες dicuntur. ¶ Similiter Cochlea, sive Cochlis, idis, turris dicitur, sive scalæ rotundæ, ad cochleatum similitudinem, quibus in editiorem partem ædium per circuitum cōscendimus: quemadmodum torcularia instar cochlearum facta, Cochleæ nominantur. Hujus diminutivum est Cochlearia.

Cochlearium, rii n. f. Mensura minima rerum liquidarum, quæ duodecies sumpta explet cyathum. Cyathus enim cōtinet mystra duo. Mystri tertia pars est cyame, quę capit duo cochlearia. Plin. l. 21. c. 27: Arida tusa hydropicis datur in aqua, cochlearii mensura. ¶ Est & Cochlearium, cochlearum vivarium, in quo cochleæ propagationis ergò asservantur. Varro 3. de Re rust. c. 14: Nam & idoneus sub dio sumendus locus cochleariis, quē circum totum aqua claudas, ut quas ibi posueris ad partum, non liberos earum, sed ipsas quæras.

Cochleare, & per apocopen Cochlear instrumentum quo cochleæ, & alia hujusmodi vescendo sumuntur. [כף *caph*. ὀχλιάριον. Gal. *cuillier ou culliere*. Ital. *Cocchiaio*. Germ. Löffel. Belg. Een lepel. Hisp. *Cuchara*. Pol. *Lyzka*. Vng. *Kanál, kalán*. Ang. *A spoone, a ladle*.] Martial. in distichis: Sum cochleis habilis, sed nec minus utilis ovis: Num quid scis, potiùs cur cochleare vocer? ¶ Cochleare crescet, ὀχλίαρ αὔξει, Chrysippus apud Zenodotum & Aristophanis interpretem ait, hanc parœmiam dici solere in pusillos homunciones per ironiam: nam cochleare & pusillum est, & contortum.

Cochlidium, n. f. quod & Cochleam & Cochlidem vocamus. [שבלול, κοχλίδιον. Gall. *Vne vis*. Ital. *Scala a modo di lumaca*. Ger. Ein Schneckenstiegen. Hisp. *El caracol para subir al altura*. Pol. *Kręcony schod*. Vngar. *Kerengő garádits*. Ang. *Round ladders or an staire to go vp to high house a trappe, or turne pike*.] Scalæ rotundæ, per quas in turrim, vel in æditiorem ædificii partem conscenditmus. Strab. lib. ultim. Hæc est etiam altitudo quædam manufacta, turbinea, petrosæ tipę persimilis in quam per cochlidium ascenditur.

Cochlites, Gemmæ sunt, quæ in Arabia ingentibus glebis nascuntur, & septem diebus tum melle coquuntur, donec terrenum vitiosumq; pulverem amittant. Vide Plin. l. 37. c. 12.

Coclites, pen. cor. Luscos dixerunt antiqui: hoc est, qui unum tantùm haberent oculum, quasi Oclites. [μονόφθαλμοι. Gall. *Borgnes, qui ne voyent que d'vn oil*. Ital. *Loschi, ch'anno vn'occhio solo*. Germ. Einäugig. Hisp. *Menguados de vn ojo*. Pol. *Oczlo, iednooki*. Vng. *Egyszömü, kandits*. Ang. *Halfblind, that hath one eye*.] Nam & Cyclopas Coclites legimus, unum oculum in fronte habentes. Plaut. in Curcul. Vnocule salve. Ex Coclitum prosapia te esse arbitror: nam hi sunt monoculi.

Cocolobis, Hispanis uvæ genus est, quam Dyrrachini Basilicam vocant. Ejus duo sunt genera, quæ vide apud Plin. libro 14. cap. 2.

Coctibilis, Coctilis, Coctivus, Coctus, Coctiatorius, Cocus, Vide Coquo.

Coculum, Vas æneum coctionibus aptum. [יורה *jir*. χαλκεῖον. Pol. *Miedziani garnice, kocziełek*. Vng. *Fözö vas fazék*.] Plautus: Aeneis coculis excocta est mihi omnis materia. ¶ Alii Cocula accipiunt pro lignis minutis, quibus facilè decoquuntur opsonia. Autor Festus.

Codam, veteres dicebant, quam caudam dicimus. [Pol. *Ogon*. Vng. *Fark*.] Varro: Sed ut canis sine coda Nonius.

Codex, qui & caudex, m. c. Truncus, vel stipes arboris, cui cortex detrahitur. [גזע *ghézáh* κορμός. Gall. *Le tronc d'vn arbre*. Ital. *Tronco*. German. Der stamm an einem Baum. Belg. De stamme. Hispa. *El tronco del arbol*. Polon. *Pien*. Vngar. *Fa töke, fanak az derekà, (anaga) tőre*. Angl. *The bodie or stumpe of a tree*.] Colum. l. 4. cap. 8: Nec tam celeriter radiculæ inveterato jam codice enascuntur. ¶ Codex robustus, pro supplicii genere apud Plautum in Pœnulo: Ego jam detrudam ad molas, Inde porrò ad puteum, atq; robustum codicem. Locus dicitur Festo Pompeio, quò deiiciebantur malefactores. ¶ Codex etiam dicitur liber. [Gall. *Conte de la recepte & dispense*. Ital. *Libro di conto, giornale*. Germ. Ein Rechenbuch des so man einnimpt vnd außgibt. Belg. Een rekenboeck oft boeckhouder. Hispan. *Libro de cuenta, libro de caxa, libro de rationes & de testamentos*. Polon. *Księga*. Vngar. *Könyv*. Ang. *A booke*.] Cic. in Verr. Itaq; L. Piso multos codices implevit earū rerum, in quibus ita intercessit, quòd iste aliter atq; ut dixerat decrevisset. ¶ Codex item dicitur tabulæ accepti & expensi in quas transferuntur omnia quæ in adversariis ad tempus scribebantur. Cic. pro Roscio: Non habere se hoc nomen in codice accepti & expensi relatum confitebatur, sed in adversariis patere contendit. Litura codicis, Cic. 5. Verrina. Legere codicem, Cic. in Vatin. Referre in codicem, Cic. pro Sylla. Scribere codicem, Cic. pro Roscio Com.

Codiculus, [Pol. *Księżeczka*. Vng. *Köny, vetske*. Ang. *A little booke*.] diminutivum à Codex, dum pro libro ponitur Parvus codex Budæus.

Codicillus, m. f. diminutivum à diminutivo Codiculus. [פנקס *ménghillah*. χαρτίδιον. Gal. *Lettres missiues, brieues, lettres*. Ital. *Codicillo*. Germ. Brieff, büchle. Belg. Brieven. Hisp. *El codicillo del testamento*. Pol. *Lyst poznaczenie summarnie*. Vng. *Könyvetske, cedula, testamentum levél*. Ang. *A little book, letters*.] Sunt autem codicilli literæ, sive epistolæ. [Ang. *Letters patents*.] Cic. ad Qu. Fratrem lib. 2: Epistolam hanc convitio efflagitarunt codicilli tui. Idem Lepæ li. 6. Simul ut accepi à Salenco tuo literas, statim quæsivi è Balbo per codicillos, quid esset in lege. ¶ Codicilli item apud Iureconsultos accipitur pro scriptura, qua testator absque omni solennitate voluntatem suam testatus est, de eo quod post mortem suam fieri vult.

Codicillaris, re. adjectivum: [ὁ διὰ τῶν διπλωμάτων. Pol. *Księgowi*. Vng. *Könyvetskéhöz tartózó, valo*. Ang. *Belonging to letters patents*.] ut Potestas codicillaris Lampridio, est potestas conficiendi codicillos, quæ beneficio principis & diplomate regio obtinetur, vel qua mandatur munus publicum l. judices, C. de dignit. lib. 12.

Codicariæ naves, Erant naves graviores & firmiores, à codicibus hoc est, crassioribus truncis confectæ. [Pol. *Komiegi*. Vng. *Borhas, terhes, hajo*.] Varro: Antiqui plures tabulas conjunctas Codices dicebant: à quo naves codicarias in Tyberi appellamus. Salustius: Et quanquam ad id naves codicariæ occultæ per hyemem fabricatæ aderant.

Codiaminon, Plin. l. 21. c. 11. Herba est bis quotannis florens, vere & Autumno, æstates atq; hyemes fugiens. Ruellius bulbi genus esse existimat, cujus flos Codion appellatur. Vide ipsum lib. 2. cap. 100.

Codion, Flos est bulbi initio veris atq; iterum sub æstatis exitum erumpens, frigus simul & æstum fugiens. Ruell. libro 2. cap. 100.

Codonophori, κωδωνοφόροι interpretantur Tintinabula gestantes: quos Anteambulones atratos, & Ferales præcones Latine appellare possumus. Sunt autem funerum indictores, & qui funebres pompas cum tintinnabulis crepitantibus antecedunt. Budæus.

Codratremula Vide Motacilla.

Cœliacus morbus. [κοιλιακὸς. Germ. Ein kranckheit, wañ entweder der Stulgang verstopfft, oder zu streng laufft.] Qui inferius stomachi orificium infestat, quòd à Græcis dicitur πυλωρός. ¶ Hunc morbum Celsus lib. 4. c. 12. describit his verbis: In ipsius verò ventriculi porta consistit is, qui & longus esse consuevit, κοιλιακὸς à Græcis nominatur. Sub hoc venter indurescit, doloręq; ejus est. Alvus nihil reddit, ac ne spiritum quidem transmittit: extremæ partes frigescunt, difficulter spiritus redditur. Qui hoc morbo laborant, etiam Cœliaci, κοιλιακοὶ appellantur. Plin. l. 23. c. 1: Decoctum eorum veteres dysentericos & cœliacos juvat. ¶ Medicinæ etiam, quibus huic malo occurritur, Cœliacæ dicuntur. Varro: Quin ex floribus nucis Græcæ & cornu cœliacas fieri, atq; urina pota refici. Plin. l. 20. c. 18. Ego tamen damnaverim collyriis addi: multoq; magis, quas vocant lexipyretas, quasq; perpeticas & cœliacas.

Cœlostomia, κοιλοστομία, Vitium pronunciationis, quum vox ex recessu oris velut è cavo quodam auditur.

Cœlum, li, Vide Caelum.

Cœmeterium, n. f. [בית הקברות *beth hakkeburoth*. κοιμητήριον à κοιμάω, sopio. Gall. *Cimetiere*. Ital. *Cimiterio*. Germ. Ein Kirchhof, ein Gottsacker, in welchem der abgestorbnen leib schlaffen. Belg. Een Kerckhof. Hisp. *Cemeterio de muertos*. Pol. *Smentarz, Sileżys ku rchow*

 Vng.

Vng. *Czintorem.* Ang. *Achurche yarde.*] Idem est quod dormitorium. Vnde locum sepulturæ destinatum vocant Cœmeterium, quia ibi mortui dormire dicuntur, quasi mortuorũ dormitorium. A' quibusdam dicitur Sepulchretum.

Cōĕmo, mis, act. t. Emo, coemptionem facio [[illegible] Gall. *Achetter ensemble.* Ital. *Comprare.* Ger. Zusammen kauffen Hisp. *Comprar junto.* Pol. *Skupuie* Vng. *Vészek, meg veszem.* Angl. *To bie together.*] Terent. Coëmisse, hinc quæ illuc veheres, multa. Cic. 5. Ver Deinde ipsos sibi frumentum coëmisse.

Cōēmptĭo, f. t [[illegible], Pol *Skupienie.* Vng. *Meg vétel, vénes*] verbale quo Iureconsulti fere utuntur pro imaginario venditionis genere quo uxor veniebat in jus mancipiumque mariti. Cic. 2 de Orat Nam neq; illud est mirandum qui, quibus verbis coëmptio fiat, nesciat mulieris quæ coëmptionem fecerit, causam possit defendere

Cœnă, cœnæ, f. p. Apud antiquos dicebatur (Autore Festo) quod nunc est prandium. Vesper autem dicebatur, quam nunc cœnam dicimus: à κοινὸν, quod est communis quia multi in commune cœnare consueverunt. [ארוחת ערב *arnchath heb.rebe* Gall. *Vn soupper* Ital. *Cena.* Ger. Ein Abendmal / oder Nachtessen Belg. Avontmael. Hisp. *La cena.* Pol. Wieczerza. Vng. *Vacsora.* Ang. *The supper.*] Plin. in Epist. Apponitur cœna non misera. Cic 5. Tusc. Vbi quum tyrannus cœnavisset Dionysius, negavit se jure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum. Quæ sit cœna recta, vide in dictione RECTA. ¶ Deorum cœnæ pro dulcibus & gratis dicitur, quod illi ambrosia victitare crediti sint, Horat. 2 Serm. Satyr. 6. Pontificum cœnę, Sumptuosæ dicuntur & opiparæ, Horat. 1 Carm. Ode 14 ¶ A' cœna fit domicœnium, de quo in dictione DOMVS. ¶ Cœna Dialis: id est, lautior, optima, adjicialis, quales Pontificum Cœnæ apud Horatium. Opponitur frugali & sine arte mensæ. Seneca Epist. 114: Hæc qualiscunq; Cœna Diali jucundior erit. Cœnæ fundus & fundamentum Gellius lib. 17. ca. 8: Ejus Cœnæ fundus & fundamentum omne erat in olla una lenticis Aegyptiæ. ¶ Cœna pro loco in quo cœnatur. Plin. lib. 12. cap 1: Aliud exemplum Caii principis in Veliterno rure mirati unius tabulata, laxisque ea- morum trabibus scamna patula, & in ea epulati, quum ipse pars esset umbræ, quindecim convivarum ac ministerii capace triclinio, quam cœnam appellavit ille nidum:

Cœnŭlă, f p. diminutivum. [[illegible] Gall. *Petit soupper.* Ital. *Cena piccola.* Germ. Ein nachtmalle Hisp. *Cena pequenna.* Pol. Wieczerzunka. Vng. *Vacsoracska.* Ang. *A litle supper.*] Cic. 5. Tusc. Quid vos hesterna, *inquit*, cœnula non intellexistis me peculia non egere? Mart. lib. 10: una ponetur cœnula mensa.

Cœno, as, avi. & cœnatus sum Cœnã sumo [[illegible] Gall. *Soupper.* Ital. *Cenare.* Germ. Zunacht essen. Belg Avontmael eten. Hisp. *Cenar.* Pol. Wieczerzam. Vng *Vacsorálni.* Angl. *To suppe, et be at supper.*] Plaut in Most Hic apud nos hodie cœnes. Cicer. ad Qu Fratrem: Eo die cœnavi apud Crassipedem Idem 5. Tusc. Socratem ferũt, quum usq; ad vesperum contentiùs ambularet, quæsitumq; esset ex eo, quare id faceret, respõdisse, se quò meliùs cœnaret, opsonare ambulando famem. Cœnare me doces [illegible] Proverbiali figura dictum ab Aristophan. in Ranis. Tempestiviter usurpabitur siquando doceret præire, aut etiam refellere conatur aliquem imperitus negotii de quo disceptatur.

Cœnātŭs, Qui cœnavit. [[illegible] Gal. *Qui a soupé.* Ital. *Che a cenato.* Germ Der zunacht gessen hat. Hisp *El que a cenado.* Pol. *Ten ktory iuz wieczerzal.* Vng. *Vacsorált* Angl. *Thet hath supped.*] ut, Pransus, Potus, Lotus, qui prãdit, potavit, lavit. Cic. pro Dejot. Quid igitur causæ excogitari potest, cur te lautum voluerit, cœnatum noluerit occidere.

Cœnātum est. Liv. 2. ab Vrb. Nam quum pridie quàm legati ad Tarquinios proficerentur, & cœnatum fortè apud Vitellios esset, *&c.*

Cœnātŭrĭo, n. q. Cupio, vel appeto cœnare. [[illegible] Gall. *Avoir faim de soupper, appeter le soupper* Ital. *Desiderare di cenare.* Ger. Begierd haben zu dem Nachtessen Hispan. *Aver gana de cenar.* Pol. *Pożadam wieczerzey.* Vng. *Vacsorálhatném.* Angl *To desire to suppe.*] quam significationem habent ferè in rio desinentia: ut Mulier parturit: id est, nititurut pariat. Martial In omnibus Vacerra quòd conclavibus Consumit horas & tota die sedet, Cœnaturit, non cacaturit: id est, laborat ut cœnet.

Cœnĭto frequentativum, Frequenter cœno. [[illegible] Gall *Soupper ou manger souvent.* Ger. Offt zu Nacht essen. Hisp. *Cenar o comer muchas vezes* Pol. *Często wieczerzam.* Vng. *Gyakran vacsorálom* Angl. *To suppe often.*] Cic lib. 9 epist. Itaq; non desino apud istos, qui nunc dominantur, cœnitare. Idem Treb. Ego si forte cœnitarem, Cn. Octavio familiari tuo non defuissem.

Cœnācŭlum, n f à cœnando nomen assumpsit, Locus ad cœnandum idoneus. [עליה *haalijah.* [illegible] Gall *Le lieu ou on souppe, chambre haute.* Ital. *Luogo da cenar, cenacolo* Germ. Ein ort in welchem man zu nacht isset Belg. Een opper camer / ofte salet om eeten. Hisp *La sala para cenar.* Pol. *Miesce do wieczerzania nagnaczone sala* Vngar. *Vacsorálo helye, tornácz.* Ang. *A place to suppin, a parlor.*] Varr Sicut Panarium, ubi panis: ubi cubabant, Cubiculum: ita ubi cœnabant, Cœnaculũ. Sed postquam in superiori parte cœnitare cœperunt, superior domus universa Cœnaculum dicta est, quod scalis sive cochleis ascenditur, ut scribit Festus. Hæc autem incolebant tenuiores, & inquilini, ut Iuven. Satyr. docuit: Lateranorum obsidet ædes Tota cohors, rarus venit in cœnaculum miles: id est, ad inquilinos & pauperes, qui in conducto habitant Cic. de lege Agr. Romam in montibus positam, & cœnaculis sublatam atq; suspensam, *&c.* Solet tamen cœnatio, & Cœnaculum, & Diæta accipi pro loco in quo æstate cœnatur.

Cœnātĭo, f. t. Locus ad cœnandum aptus, qui in imo domus, & hortis potentiorum erat: [[illegible] Gall. *Le lieu où on souppe.* Ital. *Luoco da cenare.* Germ. Ein ort unden im Hauß / in welchem man zu Nacht isset. Hisp. *La sala baxa para cenar.* Pol. *Gmach do wieczerzania, sala.* Vngar. *Vacsorálo helye, tornácz.* Ang. *A place for supping.*] unde Iuvenal. & algentem rapiat cœnatio solem. Suetonius Neron. Præcipua cœnationum rotunda, quæ perpetuò diebus ac noctibus vice mundi circumageretur.

Cœnātĭuncŭlă. f. p. diminutivum. [[illegible] Pol. Wieczerzalnica. Vng. *Vacsorálo helyetske.*] Plin. in Epist Fons oritur in monte, per saxa decurrit, excipitur cœnatiuncula manufacta: ibi paulum retentus, in Larium lacum decidit.

Cœnācŭlārĭŭs, m. t. Qui cœnaculum conducit, vel qui cœnaculariam exercet. L. 31, de pign. act.

Cœnācŭlārĭa, æ, f. p. Quæstus qui fit ex cœnaculorum ablocatione. [[illegible] Polon. *Zisk z naięmnych sal.* Vngar. *Vacsoralo hely bér.*] Vnde cœnaculariam facere: sive exercere dicebantur, qui domus totas cõductas per singula cœnacula inquilinis locabant, ut inde quæstum facerent, pluris in summam locando. [illegible] Vlp. l. Si verò. §. sed & si quis. ff. de his qui deiecerunt vel effuderunt. Si quis cœnaculariam exercens, modicum hospitium sibi retinuerit, reliquum locaverit pluribus, omnes tenebuntur, *&c.* ¶ Sic cœnacularius homo, [illegible], qui cœnaculum conduxit Idẽ l. Solutum §. planè ff de pignor. act Videtur autem tacitè, & cum domino ædium hoc convenisse, ut non pactio cœnaculariũ proficiat domino, sed sua propria.

Cœnātĭcŭs, a, um, Quod ad cœnã pertinet [[illegible] Gal. *Chose appartenante au souper.* Ital. *Cio que s' appartien à cena.* Germ. Das zu dem Nachtmal oder Abentmal gehört. Hisp. *Cosa de cena o para cenar.* Pol *Do wieczerzey przynalezacy.* Vng. *Vacsorához való.* Angl. *Belonging to the supper.*] ut, Apparatus cœnaticus, Sermo cœnaticus. Varr. Cœna cœnatica, & spes cœnatica: id est, spes cœnandi. Plaut. Capt Nunc ibo ad portum hinc: est illic mihi una spes cœnatica.

Cœnĭpĕtă. pen cor. com. p. Qui ambit alienas cœnas & parasiti sæpe personam induit [[illegible]. Pol. *Dziżurnik.* Vngar. *Mas asztalan ni alakodo, vacsora vadász.* Angl. *Which wait eth on others suppers*]

Cœnātōrĭŭs. a, um, Quod ad usum cœnę pertinet. [[illegible] Pol. Wieczerzni. Vngar. *Vacsorára.* Angl. *Belonging to the supper*]

Cœnātōrĭă, orum, plurali numero, n. t. pro veste cœnatoria, cũ qua discumbere in convivii solebãt, quæ & alio nomine Triclinaris toga dicebatur. [[illegible] Vngar. *Vacsoralo ruha* Pol. *Suknia w ktorey wieczerzamy*] Martial lib. 10 Pugnorum reus, ebriæq; noctis, Cœnatoria mittat advocato.

Cœnŏbĭum. n. f. [κοινόβιον. Gall. *Monastere, lieu où on vit en commun.* Ital. *Cõuento de frati, doue si viue à commune* Ger Ein gemein leben / als in einem Closter da man gemeinschafft des lebens mit einander hat. Belg. Cloester / Convent. Hisp *El monasterio.* Pol. *Klasztor, miesce gdzie spolnie zyą.* Vngar. *Klastrom, monostor.* Ang. *An abby, a monasterie.*] Locus ubi communis vita dicitur. κοινὸς enim communis, βίος vita. ¶ Hinc Cœnobitæ, pen. prod. qui in commune vivunt.

Cœnum, n. f. Lutum. [בץ *bots* טיט *tit.* βόρβορος. Gall. *Bourbier, fange, boue.* Ital. *Fango.* Germ Koth / dreck. Belg Slijck Hisp. *El cieno.* Pol *Bloto.* Vng. *Sár iszap.* Angl. *laie, myre.*] Plin. lib. 14. c. 12: Ad hæc pertinent peregrinæ exercitationes & volutatio in cœno. Cic. 4 Tusc. Sic se dicere omnes stultos insanire, ut malè olere omne cœnum ¶ Per metaphoram ponitur pro abjecto & nullius dignitatis homine. Cic pro Sestio: Habeo quem opponam labi illi atq; cœno. ¶ Cœno puram aquam turbans, nunquam invenies potum, [illegible]. Dici solitum ubi quis ea quæ sunt per se pulcherrima contaminat, admistis iis, quæ sunt turpissima.

Cœnōsŭs, a, um, Plenus cœno, Cœno abundans. [[illegible] Gall. *Bourbeux, fangeux, boueux.* Ital. *Pieno de loto, fangoso spesso.* Germ. Kohtechtig / dreckechtig. Hisp *Lleno de cieno.* Pol. *Błotny.* Vngar. *Sáros.* Angl. *Full of clay, dirtie*] Colum. libro 7 capit. 10: Nec ulla magis gaudet, quàm rivis atq; cœnoso lacu volutari.

Cŏĕo, cois, coivi, itum, n. q. ex Con, & Eo: sed n abjicitur, Convenio, conjungor, congrego, coitionẽ facio, ineo congredior. [בא *ba*, יעד *jaad* התחבר *hithchabber* שגל *schagal* שכב *schachab.* [illegible] Gall. *Convenir, s' assembler ensemble.* Ital. *Congiungere, essere ensieme* Ger. Zusammen gehn / oder zusammen kommen. Belg. Tesamen gaen / heymelick vertsamen / overcomen. Hisp. *Juntarse.* Pol *Schodzę się, społam się.* Vng. *Egyue gyülök.* Angl. *To convenire, assemble, and go together*] Terent. in Eunuch. Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræeo. Virgil. li 11. Aen. coëant in fœdera dextræ Quà datur Lactãtius de Ira: Deniq; si atomorum & coitio & cõglobatio efficere omnia. ¶ Cicer. cum accusativo usus est, pro inire, 2 Philip. Vtinam Cn. Pompei cum C. Cæsare societatem aut nunquam coisses, aut nunquam

quam diremisses: κοινωνίαν κοινωνεῖν ζωῆς. Gellius protulit passivum: Coibatur societas inseparabilis. Nam propriè Coiri societas dicitur. Sic ab Vlpiano Societas coita, pro contracta & collecta accipitur Lactant lib. 3. Quid ego de Cynicis loquar, quibus in propatulò coire cum conjugibus mos fuit? ¶ Terent. in Phorm. vide quid agas: prima coitio est acerrima. Si eam sustinueris, post illam jam, ut lubet, ludas licet. Vbi una translatio à prælio: nam & Congredi milites, & Coire dicuntur. ¶ Coire in alienam litem, qui alicui calumniosè litem struunt, ut quod ex condemnatione redactum fuerit, inter eos communicetur. Plin. Epist. lib. 5: Quæstus est venire advocationes, venire prævaricationes, in lites coire. Ex Hotomano.

Cŏĕns coeuntis. Particip. ut Ripæ vadi coëuntes: id est, vadum angustum. Sil. lib. 1: Teque vadi dubium coëuntibus Aufide ripis. Senec. Troad. Repentesque ditem mersus ingentem specum Coëunte terra junxit: Id est, hiatum conjungente se terra clausit.

Cŏĭtŭs, m. s. pro concubitu. [משכבה mischcháb. ὀχεία. Gall. *Assemblee, amas.* Ital. *Assembramento carnale.* German. Beyschlaffung eines Weibs. Hispa. *Ayuntamiento, conjuncion.* Pol. *Lezenie z biała głową.* Vngar. *Hozzés.* Ang. *Going together, doing the act of generation.*] Gell. lib. 9. c. 2: Hippocrates autem divina vir scientia de coitu venereo ita existimabat, partem esse quandam morbi teterrimi, quem nostri comitialem dixêre. ¶ Coitus humoris. Celsus lib. 5. c. 18: Potest verò ea compositio etiam ad parotidas, phymata, strumam omnemque coitum humoris emolliendum. ¶ Coitus Lunæ, pro eclipsi, quando scilicet Soli opponitur. Plin. lib. 2. cap. 13.

Cŏbĭlĭŭs. adverb. Aptiore cohærentia. [Pol. *Zgodniei.* Vngar. *Egyezőb ... tuéblben; illendőbben.*] Apuleius in Apologia: Præsertim cùm ordinatius, & coibilius, eadem Græcè & Latinè adnitar conscribere.

Cŏĭtĭŏ, Conspiratio, congregatio ob malam rem facta. [קשר kescher. σύστασις. Polon. *Taiemne zmowienie.* Vngar. *Part ütés, összetámadás.*] Cicero pro Planc. Dubitabis an coitio facta sit?

Coĭtĭŏ pro coitu. [συνουσία. Vng. *Nősülés.*] Macrob. Saturnal. lib. 7. c. 16: Omni enim genere animantium, quæ ex coitione nascuntur, invenies omnium aliquorum esse principium instar elementi.

Cœpi, verbum defectivum, à Cœpio, pro incipio, quod apud antiquos in usu erat. [החל hel. החל hechél. ἄρχομαι, ἐγχειρέω, ἐξάρχω. Gall. *Commencer.* Ital. *Cominciare.* Germ. Anfahen/anheben. Begl. Ick beghinne/oft ick heb gegost. Hisp. *comencar.* Po. *Początem.* Vng. *El kezdém.* Angl. *To beginne.*] Cato: Cœptam seditiosa verba loqui. Nunc tantùm præterito ejus tam pro suo tempore, quàm pro præsenti utimur cum suis derivatis, Cœperam, Cœpissem, Cœpero, Cœpisse, Cœptum ire. Terent. in Adelph. Prius olfecissem, quàm ille quicquam cœperit. Sal. in Catil. Sed ea tempestate cœpère se quisq; magis extollere. Virg. 3. Georg. Sin in processu cœpit crudescere morbus. ¶ Cœptus sum, pro Cœpi. Cic. de Clar. Orat. Hortensius igitur quum admodum adolescens orsus esset in foro dicere, celeriter ad majores causas adhiberi cœptus est. Ibidem idem: Qua in urbe primum se orator extulit, primumque etiam monumentis & literis oratio est cœpta mandari.

Cœptum ti. n. s. Institutum, propositum. [תחלה techilláh. τὸ ἐγχείρημα, ἀρχή. Gall. *Commencement, entreprise.* Ital. *Comminciamento, impresa.* Germ. Ein anhab/anfang. Hisp. *Comienco.* Polon. *Początek.* Vnga. *El chezdet dolog.* Ang. *Interprise, begining.*] Ovid. 1. Metamorphoseon: -dii cœptis (nam vos mutastis & illas) Aspirate meis.

Cœptŭs, hujus cœptus, m. p. Idem. [תחלה techilláh. ἀρχή. Polon. *Poczęcie.* Vng. *El kezdés, kezdet.*] Gel. lib. 2. cap. ultim. Nos verò ut cœptus noster.

Cœpto, as, are, Incipio. [הוחיל hol. החל hechél. ἐπιχειρεῖν, ἐγχειρεῖν. Gall. *Commencer.* Ital. *Cominciare.* Germ. Anfahen/anheben. Hispa. *Comencar.* Pol. *Poczynam.* Vng. *Valamihez kezdők, fogok.* Ang. *To enterprise.*] Plaut. in Mercat. Cur istuc cœptas consilium? Terent. in Eunuch. Quid cœptas Thraso?

Cŏĕquĭto, as, are, [συνιππεύω. Gall. *Chevaucher ensemble.* Ital. *Cavalcar insieme à paro.* Germ. Mitreiten. Hispan. *Cavalgar juntamente.* Polon. *Iade społem.* Vng. *Együtt lovaglok.* Ang. *To ridde together.*] Livius in libr. bell. Maced. Coëquitaverant autem sex millia equitum.

Cŏercĕo, es, act. s. ex Con, & Arceo, sed n, abjicitur, & a, in e, mutatur, Restringo, contineo, refræno, inhibeo. [עצר hasár. חשך chasák. מנע manáh. יסר jasár. κατέχω, συνέχω. Gall. *Restraindre, reprimer, serrer.* Ital. *Restringere, constringere.* Germ. Einen hinderhalten/wehren. Belg. Vasthouwen/toebouwen. Hispa. *Restrinnir, refrenar.* Pol. *Powsciągam, bronia.* Vnga. *Megh zabolázom, meg empibidem.* Ang. *To restreine, to holdin, to bridle.*] Cicer. in Læl. Quem serpentem multiplici lapsu, & erratico ferro amputans, coërcet ars agricolarum. Lactantius libro 3: Illud satis est ad coërcendum furiosi hominis errorem. ¶ Ponitur etiam pro circundare, sive simul stringere. Ovidius libro primo Metamorphos. Vitta coërcebat positos sine lege capillos. Lucan. lib. 4: -camposq; coërcet Cinga rapax: hoc est, cingit, aut circundat. ¶ Item pro compellere lib. 3. ad Herennium: Prudentiæ partibus utemur in dicendo, si commoda cum incommodis conferemus: quum alterum vitare coërcemur. ¶ Aliu ita significationem hujus verbi distinguunt, ut aliquando vim in se contineat, atq; castigationem, aut certè reprehensionem, atque animadversionem, & pro repellere; sive puniri ponatur: aliquando simpliciter sine vi pro Continere, complecti, comprehendere: propriè tamen de iis, quæ aut diffluunt, aut prætermodum erumpunt.

Cŏërcĭtĭo, f. t. verbale à Coërceo. Cohibitio, castigatio. [מעצר mahássér. מוסר musár. κωλύσις. Gall. *Resserrement, empeschement, arrest, restrainte.* Ital. *Castigo.* Germa. hinderhaltung straff. Hispan. *Refrenamiento ò repression.* Polon. *Powsciągnienie, kazn.* Vnga. *Meg zabolázás, meg enyhités.* Ang. *Restreining, holding in, bridling.*] Livius lib. 4. ab Vrbe: Pronuntiaveruntque ex collegii sententia; C. Valerio cos. se damnum, aliámve coërcitionem, adversus intercessionem Collegæ delectus causa, detrectantibus militiam inhibenti, auxilio futuros. Fit autem hoc verbale regulariter à supino Coërcitum. ¶ Vnde etiam participium Coërcitus. Ovid. in Epistola Heroid. Clausa domo teneor, gravibusque coërcita vinclis. ¶ Legitur & verbale Coërtio, & fortasse sæpiùs quàm Coërcitio: quod dici potest aut per syncopen factum esse à verbale Coërcitio, abjecta media syllaba: aut (quod verisimilius videtur) ab antiquo verbo Arcio: quod etiam apud Festum legitur, quod ratione analogiæ facere debet supinum Artum, sicut Farcio Furtum, & Sartio, Sartum. ¶ Inde compositum Coercio mutatione primæ vocalis in secundam, sicut à farcio, Refercio, & supinum Coërtum, sicut à Refercio, Refertum. Itaque invenimus regulare verbale Coërtio: quanquam Arcio, & Coërcio nunc non sunt in usu. Poterimus itaque utrovis modo scribere Coërcitio, sive Coërtio.

Cŏĕrro, as, are, est unà cum aliis oberrare. [Pol. *Pospołu się bląkać.* Vng. *Együtt bujdosom.* Ang. *To wander with other.*] Paul. l. 3 D. de off. præfect. vigil. Sciendum est, inquit, præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere, & coërrare, calciatum cum hamis & dolabris. Ex lexico Hotomani.

Cœtŏn, κοιτὼν, Græci dicunt thalamum: unde procœton antithalamum, Cecil. in Epist.

Cœtŭs, cum œ. diphthongo, m. q. Conventus, congregatio, à coëundo: id est, conveniendo. [עדה hedháh. חבר chebór. συνουσία, σύνοδος. Gal. *Assemblee de gens, amas.* Ital. *Conuento, congregatione.* German. Ein versammlung/ein menge Volcks. Belg. Vergaderinge oft menschen vom Volck. Hisp. *compannia, conuento.* Polo. *Zgromadzenie, obiezdka.* Vng. *Gyülés, gyülekezet.* Ang. *A companie, multitude or congregation of peopl.*] Cic. de Senect. O præclarum diem, quum ad illud divinum animorum concilium cœtumq; proficiscar quumque ex hac turba & colluvie excedam. Idem 2. de Finibus: Quid enim necesse est tanquam meretricem in matronarum cœtum, sic voluptatem in virtutum concilium adducere? Seneca lib. 3. Declamation. Cœtum esse ait nomen magnæ multitudinis coëuntis ex censu quodam. ¶ Cœtum Lucretius vocat connexionem & copulam membrorum cum humoribus, & spiritu; omnibusque ex quibus humanum corpus compactum & constitutum est, ut lib. 2. cap. 199: Cedit item retrò de terra quod fuit antè, In terras, & quod missum est ex ætheris oris, Id rursus cœli relatum templa receptant. Nec sic interimit mors, ut materiai Corpora conficiat: sed cœtum dissipat ollis.

Cŏexercĭtātŭs, [συγγεγυμνασμένος. Germa. Mit einander geübt. Pol. *Ćwiczony.* Vng. *Együtt gyakollattatot.* Ang. *Exercised or wonted with others.*] Quint. lib. 1. c. 17: Artem constare ex perceptionibus consentientibus & coëxercitatis ad finem utilem vitæ.

Coggygria, Arbor est adrachnæ non absimilis, fructum lanugine, quam Pappum vocant, amittens: quod nulli alii arbori evenit. Vide Plin. l. 13. c. 22.

Cōgĭto, as, frequentativum è Cogo, propterea quòd mens plura in unum cogit: unde quæ sibi videntur optima, vel utilissima eligere possit: Meditor, contemplor, mente complector, mente agito. [חשב chaschàb הגה haghàh. ἐννοέω, διανοοῦμαι. Gal. *Penser.* Ital. *Pensare.* Germ. & Belg. Gedencken/betrachten. Hispa. *Pensar.* Polon. *Myślę, rozważam.* Vng. *Gondolkodom, gondolom.* Ang. *To thinke, to muze, to cast in mynde.*] Nam Cogo & Cogito, sic se habent ut Ago & Agito, Facio & Factito. Veruntamen sic modò animus hoc verbum sibi vendicavit, ut non quod alibi, sed quod in animo colligitur, cogitari propriè jam dicatur. Cogitare itaque est sensus interiores ad originem suam revocare, sive mentem agitare, & veluti in mora esse consilii explicandi. Cic. lib. 5. Tusc. Vivere docto viro, est cogitare. Idem l. 2. de Leg. Nam illo loco libentissimè soleo uti, sive quid ipse mecum cogito sive aut scribo aut lego. ¶ Cogitare de aliquo, Eum in memoria habere. Terent. in Eunucho: Me expectes, de me cogites. ¶ Cogito in Tusculanum: hoc est, quod barbari dicunt, Existimo & dilibero ire. Cic. ad Atticum l. 2: Ludi Antii futuri sunt à 4. Kalend. ad Prid. Non. Mai. eos Tullia spectare vult: inde cogito in Tusculanum. A' Cogito fiunt composita, Excogito, quod propriè est perfectè cogito, ἐνθυμέομαι, ἐπινοεῖν, licet pro invenio sumatur: quod idcirco fit, quòd quisquis perfectè cogitat, aliquid ex eo quod cogitat, elicit & invenit. Cicero primo Tusculanarum quæst. Quid illa vis, quæ tandem est quæ investigat occulta, quæ inventio atq; excogitatio dicitur? Præcogito, priùs cogito, & cogitando prævideo, προνοοῦμαι. Quint. lib. 12: Licet tamen præcogitare plura, & animum ad causas non componere. Recogito, iterum atq; iterum cogito.

Cōgitātĭo, f.t. Quæ est velut Coagitatio: id est, longa consilii explicandi agitatio, mentis agitatio, animi motus, commentatio. [מחשבה machaschabah. διανόησις, διάνοια. Gal. *Pensement, pensée.* Ital. *Pensiero, pensamento.* Germa. Gedanck/betrachtung. Hispa. *Pensamiento.* Pol. *Myślenie, rozważanie.* Vng. *Gondolkodás, gondolat.* Ang. *Thinking, muzing.*] Plin. lib. 11. c. 37: Sic magna cogitatio obcæcat. Cic. ad Attic. Meas cogitationes omnes explicavi tibi superioribus literis.

Cōgitātō, Cogitatè & Cogitatim Festo, adverbia pro Consultò, data opera. [ἐκ προνοίας. Gal. *Auisément, apres y auoir pensé.* Ital. *Pensatamente.* Germ. Auß betrachtung/bedächtlichen. Hispan. *Adrede y à sabiendas.* Pol. *Chcąc, rozmyślnie.* Vng. *Gondolkodua, szándékkal.* Ang. *Aduisedlie, after aduisement was taken.*] Cic. pro Archia: Quæ verò accuratè cogitatéq; scripsisset, ea sic vidi probari, ut ad veterum scriptorum laudem perveniret. Idem 1. Offic. Sed in omni justitia permultum inter est, utrum perturbatione aliqua animi, quæ plerunque brevis est, & ad tempus: an consultò, & cogitatò fiat injuria.

Cōgitābĭlis, le. [נחשב nechschab. νοητός. Gall. *Qu'on pense.* Ital. *Cosa de pensare.* German. Betrachtlich. Hispan. *Cosa digna de pensar.* Polon. *Rozmyślny, myśląci.* Vng. *Meg gondolható.* Angl. *Which one thinketh vpon.*] Senec. Epist. 59: Cogitabile est quod est generale.

Cōgitātum ti, n. f. substantivum. [מחשבה mechschabah. διανόημα, νόημα. Gal. *Vne chose que nous pensons.* Ital. *Cosa pensata.* German. Betrachtung/ein betracht ist ding. Hisp. *cosa pensada.* Pol. *Rzecz rozważana.* Vng. *Gondolat, gondolt dolog.* Ang. *A thing muzed on.*] Cic. 1. de leg. Age. Verum cogitata sapientum, an optata furiosorum videntur.

Cognātī, m. f. Sanguine conjuncti, qui cognatione tenentur, dicti quasi unà communitérve nati, vel ab eodem orti progenitore. [אחים מולדת achim modhahlim. συγγενεῖς. Gall. *Prochains & alliez parens.* Ital. *Parenti.* Germ. Verwandts/nahgefreundts. Belg. Bloetvriendt, neeve en maghs die een ander bestaet. Hisp. *Los parientes.* Polon. *Powinowaczy, krewni.* Vng. *Rokon ság, atyafiak.* Ang. *Kinsmen by bloode or birth.*] Plaut. in Pœn. Vos meæ estis, filiæ ambæ. Et hic cognatus vester hujusce fratris filius. Cic. pro reditu: Pompilii nulli cognati & affines deprecati sunt. ¶ Plinius per translationem posuit pro simili, & ejusdem generis: Eadem (*inquit*) causa est ut pleraque alitum oculos hominum potissimum appetant, quòd effigiem suam in iis cernentes, velut ad cognata sua desideria tendant: id est, sibi proxima & suæ naturæ quodammodo similia. ¶ Cognatorum autem significatio latiùs extenditur, quàm Agnatorum. In cognatis enim agnati continentur, non autem contrà cognati in agnatis. ¶ Consobrini cognati quidem dicuntur, quum agnati tamen non sint. Illi enim soli qui paterna linea nobis conjunguntur, Agnati vocantur: Cognati etiam qui materno genere nobis sunt conjuncti.

Cōgnātĭo, onis, f.t. Agnatio, sanguinis conjunctio. [מולדת modhabath. συγγένεια. Gall. *Parenté, alliance.* Ital. *Parentela.* German. Verwandtschafft. Belg. Maghschap. Hisp. *Parentesco.* Polon. *Krewnosczy.* Vnga. *Rokonság, atyafiúság, fogorság.* Angl. *Kindred by bloode.*] Cic. 7. Verr. Nulla tibi Quinte cum illo cognatio est. Idem 4. Verr. Vt quisq; te maximè cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat, ita maximè manus tua putabatur. ¶ Transfertur etiam ad res inanimatas. Cicero pro Archia: Etenim omnes artes quæ ad humanitatem pertinent habent quoddam commune vinculum, & cognatione quadam inter se continentur.

Cōgnĭtĭo: vide COGNOSCO.

Cōgnōmĕn, n. t. Cognomentum quod vel à corporis quodam vitio, vel ab alio quodam eventu solebat imponi. [כנוי chinnui. Gal. *Surnom, soubriquet.* Ital. *cognome.* German. Ein zunamm/nachnamm. Belg. Eenen toenamen. Hispan. *El sobrenombre.* Polon. *Przezwisko.* Vngar. *Vezeték név.* Ang. *A surname.*] Cic. 1. de Finib. Neque eum Torquatum, qui hoc primus cognomen invenerit, aut torquē illum hosti detraxisse, &c. Idem 7. Verr. Quid? de Apollonio Dioclis filio, Panormitano, cui Gemino cognomen est, præteriri potest? Liv. 1. ab urbe: Mansit Sylvius postea omnibus cognomen, qui albæ regnarunt. Expedit plura habere cognomina, ὁ ἀγαθὸς ἐστ' ἐπωνυμίας πολλὰς ἔχει. Convenit in eos qui multa simul profitentur, quò quæstum faciant uberiorem, aut qui diversarum sunt partium. ¶ Cognomen necessitas primùm excogitavit, quum prænomen & nomen quandoq; non satis esse videretur ad homines distinguendos: pòst usus & cōmoditas custodivit & propagavit. Qui verò agnomen aliud à cognomine esse tradiderunt, ii mihi satis quod sentiunt non probant: ex eorum verò numero Grammatici veteres exiſtūt, qui cognominata appellant ea quæ tertio loco: quæ verò præterea adjiciuntur, ea omnia agnomina nuncupant: ut Africanum & Asiaticum: ejusmodi verò opinio facilè locupletissimi autoris Ciceronis verbis refellitur, apud quem animadvertere possumus: ea omnia cognomina dici, quæ etiam quarto loco ponuntur. Sic enim ait pro Muræna: Quam laudem ille Africa oppressa, cognomine ipso præ se ferebat, eandem hic sibi ex Asiæ nomine assumpsit. & in Somnio: Eritque cognomen id tibi ex te partum, quod nunc habes à me hæreditarium. Idem Divitem cognomen vocat lib. 2. de Offic. in M. Licinio Crasso, quod tamen quarto loco erat. Ex lib. Caroli Sigonii de nominibus Romanorum.

Cōgnōmĕntum, n. f. [כנוי chinnui. ἐπωνυμία. Pol. *Przezwanie.* Vng. *Vezeték név.* Ang. *A surname.*] Cic. pro Mil. Cassinius cognomento Schola. Idem 2. de Finib. Si aut de industria facias ut Heraclitus cognomento, qui σκοτεινὸς perhibetur, &c.

Cōgnōmĭnēs, com. t. Qui ejusdē nominis sunt. [ὁμώνυμοι. Gall. *Qui ont vn mesme nom ou surnom.* Ital. *Che hanno medesimo nome.* Ger. Die ein zunammen/oder vbernammen haben. Hispan. *Los que son del mesmo nombre.* Pol. *Druzbowie, jednego miana.* Vngar. *Egy vezeték nevük, jászok.* Ang. *That hath one name, or of the same surname.*] Sic à Plaut. duæ sorores Bacchides nominatæ vocantur cognomines. Declinaturq; hic & hæc cognominis, & in genitivo hujus cognominis. Nam apud Plautum legitur: Illa mea cognominis fuit. Idem Bacchid. Quid agunt germanæ duæ meretrices cognomines. Plin. lib. 6. cap. 2: Quo loco Henetos adiicit Nepos Cornelius, à quibus in Italia ortos cognomines eorum Venetos credi postulat.

Cōgnōmĭno, as, act. p. Cognomen impono. [כנה chinnah. ἐπονομάζω. Gall. *Surnommer, donner vn soubriquet.* Ital. *Mettere sopranome.* Germ. Zunammen geben. Belg. Toenamen. Hisp. *Dar sobrenombre.* Pol. *Przezwiska dawać.* Vng. *Vezetéknevet adok.* Ang. *To giue a surname, to surname.*] Fit autem ex con & nomino, n, in g. mutata. Pli. l. 21. c. 3: Suario cognominabatur, propter similitudinem Suarii cujusdam negotiatoris. Idem lib. 33. cap. 10: Postea divites cognominati, dummodò notum sit eum qui priùs acceperit hoc cognomen decoxisse creditoribus suis.

Cōgnōsco, is, act. t. Nosco, agnosco. [ידע jadhah. יכר hicchir. γινώσκω. Gal. *Cognoistre, entendre, auoir cognoissance, sçauoir.* Ital. *Cognoscere, intendere.* Ger. Erkennen/wol vnd eigentlich wissen. Hisp. *Conocer de nueuo.* Polon. *Znam, wiem pewnie.* Vngar. *Megesmerem.* Ang. *To know, to haue knowledge or vnderstanding.*] Est autem Cognoscere, noscere eos qui priùs incogniti erant: quum Agnoscere, ἀναγνωρίζειν dicatur propriè de olim notis. Virg. 4. Eclog. Incipe parve puer risu cognoscere matrem. Varr. Vereor, ne me quoque dum revertero, præter canem agnoscat nemo. Confunduntur tamen hæc sæpenumerò. Donatus: Cognoscere est diligenter, attentéq; cōsiderare. Terent. in Hecyra: Postquam ipse sese, & illam & hanc quæ domi erat, cognovit satis. ¶ Cognoscere ex literis, nuntiis, & id genus, idem est, quod certiorem fieri. Cicer. ad Atticum lib. 2: De me Imperatore scribis te ex Philotimi literis cognovisse. Idem lib. 1. Epistolarum familiar. Quæ hîc agantur, quæ acta sint, ea te ex literis multorum & nuntiis cognovisse arbitror. ¶ Interdum idem quod intelligere. Cicer. in Horten. Vnde autem facilius quàm ex annalium monumentis, aut bellicæ res, aut omnis Reipub. disciplina cognoscitur? Terent. Eo pacto & gnati vitam & consilium meum cognosces. ¶ Interdum concumbere, verecundiæ causa: ut in Evangelio: Et non cognovit eam. ¶ Aliquando ad forum pertinet, & significat judico, inquiro, judicium exerceo: ut Cognoscere de hæreditate, est judicium de hæreditate exercere, *Auoir la cognoissance.* ¶ Cognoscere de actis alicujus: id est, de actis ejus inquirere, *S'enquester d'aucun.* ¶ Cognoscere causas: id est, in causis judicis officio fungi, *Juger des causes.* Cic. lib. 2. Offic. Adhibuit sibi in consilium quindecim principes cum quibus causas cognovit. ¶ Cognoscite, pro attentè audite Cic. 4 Verr. Verùm ut totum genus amplexamini judiciorum, priùs jura Siculorum, deinde istius instituta cognoscite. Et paulò pòst: Quantum potestatem habuerit: quas res gesserit, cognoscite. ¶ Divos præsentes cognoscere, Auxilium divorum sentire. Virgil. 1. Ecloga: -neq; servitio me exire licebat, Nec tā præsentes alibi cognoscere divos. ¶ Hujus verbi composita sunt, Præcognosco, προγινώσκω, antè scio. Plane Cic. Quod si latro præcognito nostro adventu rursus in Italiam se recipere cœperit. Percognosco, διαγινώσκω. Plaut. in Trucul. Vtrosque percognovi pro bé. Recognosco, de quo alibi.

Cōgnĭtĭo, f. t. Agnitio, notitia, intelligentia. [דעת dahath. γνῶσις. Gal. *Cognoissance.* Ital. *Conoscimento, conoscenza.* Germa. Erkanntnuß. Belg. Bekentisse. Hispa. *Conoscimiento.* Polon. *Znaiomość, wiadomość.* Vng. *Ismeret, ismerés.* Angl. *Knowledge.*] Cic. 1. Acad. Cœlestia autem vel procul esse à naturę cognitione censeret. Idem 2. de Nat. deorum: Quæ primùm eos humo excitatos, celsos & erectos constituit, ut deorum cognitionem cœlum intuentes capere possent. ¶ Aliquando ponitur pro judicio sive judicatione. Cic. pro Cluent. Quum dies cognitionis adesset: id est, judicii. Idem pro Flac. Verum hîc tandem disceptationem & cognitionem veritatis, an innocentiæ labem aliquam fore putatis.

Cōgnĭtŏr, oris, m. t. Qui cognoscit. [ידע jodheah. ὁ γνώστης. Gall. *Cognoisseur, cognoissant, qui cognoit.* Ital. *Cognoscitore.* Germa. Ein erkenner/dem etwas wol zuwissen vnd kund ist. Hispan. *Conocedor.* Polo. *Wiadomy.* Vngar. *Megismerő.* Ang. *He which knoweth.*] Cicero de Aruspicum respons. Quum in me cognitorem harum omnium rerum illa flamma conjiciebatur. Idem 6. in Verrem: Homines tenues plerunque ad ea adveniunt loca, quæ nunquam antea viderunt: ubi neque noti esse iis, quò venerint, neque semper cum cognitoribus esse possunt. ¶ Est & cognitor forense verbum, quo olim appellabantur qui hodie *Procuratores judiciales* dicuntur. [Ang. *A proctour, a lawyer that defendeth ones cause.*] Cic. prima in Verrem: Me defensorem calamitatum suarum, me ultorem injuriarum, me cognitorem juris sui, me actorem causæ totius esse voluerunt.

Idem pro Sexto Rosc. Quid interest inter illum qui per se litigat, & qui cognitorem dat? Quanvis propriè Cognitor is dicatur, qui præsentis causam defendit, procurator absentis: [illegible], Asconius & Budæus in posterioribus annotationibus.

Cognĭtŭs, ti, Notus, [ידוע ja[illegible], γνωστός. Gall. *Cogneu*. Ital. *Cognosciuto*. Germ. Erkant. Hisp. *Conocido*. Pol. *Poznany*. Vng. *Meg ismertetet, ismeretes*. Ang. *Knowen*.] Cic. 1. Offic. Incognita pro cognitis ne habeamus vitandum. ¶ Cognitior id est, magis notus. Ovid. 5. Tristium: Sed magis hæc quò sunt cognitiora, gravant. ¶ Cognitissimus, superlativus. Catullus: Tibi hæc fuisse & esse cognitissima Ait Phaselus.

Cognitūræ, Suetonius in Vitellio: Cujus (*inquit*) filius sectionibus & cognituris uberius compendium nactus. Ita rectiùs legitur, quod libri veteres confirmant. Cognituras enim dicit procurationes, cui hominum in foro esset cognitor & procurator. Cognitiones non dixit, sed cognituras, ne de judice loqui videretur.

Cognōbĭlis om. t. Qui cognoscitur. [נודע nodhah. Γνωστὸς. Gal. *Chose qui se peut cognoistre*. Ital. *Che si cognosce*. Germ. Erkantlich/den man erkennt. Hispan. *Cosa que se puede conocer*. Pol. *Ktory sie poznawa*. Vng. *Meg ismerhető (annyi) ismerendő*. Ang. *That may be knawen*.] Gellius: Gil solis cognobiles fuerunt.

Cōgnōbĭlior, [Pol. *Znaiomszy*. Vng. *Esmerendőb*. Gell. lib. 20. c. 4: Hoc ego verbum [illegible], quærens uno itidem verbo dicere, aliud non reperi quàm quod est scriptum à Marco Catone in sexto Originum: Itaq; ego, *inquit*, cognobiliorem cogitationem esse arbitror.

Cōgo, is, coactum, act. t. ex con & ago, in quo a & n abjiciuntur, nisi in supino, ubi servatur a: Coacervo, congrego. [אסף asaph כנס canas, συνάγω. Gall. *Faire venir ensemble, assembler, amasser & amasser*. Ital. *Ammassare, accumulare*. Germ. Sammlen/zusammen treiben. Belg. T'samen brengen/ost dwingen. Hisp. *Ajuntar*. Pol. *Przymuszam, zgromadzam*. Vng. *Egybe gyüjtöm*. Ang. *To gather together in heapes*.] Cic. 1. Tusculanarum: Cœlum hoc in quo nubes, imbres ventiq; coguntur. Terent. in Heaut. Quæ talenta ad quindecim coëgi. ¶ Quandoque Vrgere, compellere, vim adhibere. [אנס [illegible] [illegible], ἀναγκάζω, βιάζω. Gall. *Contraindre*. Ital. *Spingere dentro, constringere sforzare*. Germ. Treiben/zwingen/nöhtigen. Hispa. *Constreñir*. Pol. *Przymuszam*. Vng. *Kenszeritem*. Ang. *To constrayne, to compell*.] Idem libro 3. Offic. Diogenes contra: Num te emere coëgit? ¶ Quandoque mulgere, ἀμέλγειν. Sic enim interpretatur Nonius illud Virgil. 3. Eclog. Cogite oves pueri, si lac perceperit æstus: Et nuper frustra pressabimus ubera palmis. ¶ Quandoque coagulare, densare, sive durum facere, πηγνύειν. Idem lib. 4 Georg. - nam frigore mella Cogit hyems eademq; calor liquefacta remittit. ¶ Quandoq; imprimere, seu interponere: ἐμβιβάζειν. Idem: Quadrifidam quercum cuneis tum forte coactis Scindebant. ¶ Quandoq; in ordinem ponere, [illegible]: ut Omnes arbores in sulcum cogendæ sunt. ¶ Cogere aliquem in ordinem, est eum cæteris parem facere, neq; plus ei deferre quàm cæteris, & quasi coërcere intra ordinem & statum reliquorum. [Gal. *Mettre au rang des autres*.] Liv. l. 5 bell. Pun. Nunquid videtis, *inquit*, vos in ordinem coactos esse? Idem Decad. 5. lib. 3: Eo facto, evocatam à se concionem questus Tribunus, & in ordinem se coactum, ex Capitolio ubi erat concilium, abiit.

Cōactio, onis, f. t. Congregatio, convocatio: [שבור shibbur אסף [illegible], συναγωγή, ἀνάγκασις, σύνοδος. Gall. *Amas, contraincte*. Ital. *Accumulatione*. Germ. Versamlung/zusammen treibung/zwang. Hispa. *Ajuntamiento*. Polon. *Zgromadzenie, zegnanie*. Vng. *Egybe gyüjtés*. Ang. *Gathering and heaping together*.] ut, coactio argentaria, munus ipsum cogendi pecunias. Suet. in Vesp. Vbi deinde venia & missione impetrata coactiones argentarias factitavit. Cic. de Arusp. Veruntamen nocturnis vigiliis & coactione hominum institutum illud conceptum & conflatum est.

Cōactŏr, oris, m. t. [אוסף oseph, συναγωγεύς, ἀναγκαστής. Gall. *Amasseur, collecteur*. Ital. *Chi constrigne, i ragunа, come danari*. Germa. Ein zusammentreiber/ein versamler. Hisp. *Constreñidor, ò cogedor como de pechos ò monedas*. Polon. *Zgromadzacz, zbieracz*. Vnga. *Adószedő*. Ang. *A gatherer together of money*.] Qui pecuniam cogit hoc est, colligit: quo nomine dicebantur qui nunc Receptores particulares. Cic. pro Clu. Ne multa, perquiritur à coactoribus: invenitur ea serrula ad Stratonem pervenisse.

Cōactus, hujus, coactus, m. q. Impulsus. [אנס ônes German Ein zwang. Pol. *Przymuszenie*. Vng. *Kénszerités*. Ang. *Constrayning*.] Cic. lib. 4. Verr. Eum quoque ostendam, si quando judex sit datus, coactu istius quod non senserit judicasse. Idem ad Brutum: Coactu tuo scribam quod sentio.

Cŏhærĕo, res, Adhæreo. [דבק dabák. συγκολλάομαι. Gall. *Tenir avec ou contre quelque chose, tendre à telle s'entretenir*. Ital. *Accostarsi*. Germ. An etwas hangen. Hisp. *Allegarse alguno con otro*. Pol. *Zgadzam sie, trzymam sie drugiego*. Vngar. *Hozzá ragadok*. Angl. *To sticke to, or to be fasten together*.] Cicer. lib. 1. Academ. Neque enim materiam ipsam cohærere potuisse, si nulla vi contineretur neque vim sine aliqua materia. ¶ Cohærere dicitur res aliqua, quando negotio convenit & concordat. Teren. in Andr. Hem. Paululum opsoni, ipsus tristis, de improviso nuptiæ: Non cohærent.

Cŏhærĕsco, scis, idem. [Vngar. *Hozzá ragadok*. Ang. *To stike or cleaue to*.] Cicero de Natura deorum: Quæ interjecto inani cohærescunt tamen inter se, & aliæ alias apprehendentes continuantur.

Cŏhærentĭă tiæ, f. p. Compositio, connexio. [דבק [illegible] מחברת machbereth, συναφή, σύμπηξις. Gall. *Vnion & connexion, entretenement*. Ital. *Vnione, coniongimento*. Germ. Vereinbarung/zusammenfügung. Hisp. *Allegamiento*. Pol. *Zgodzenie*. Vng. *Öszve foglalás, ragaztás*. Ang. *Sticking or cleaving together*.] Cic. de Nat. deor. Iam verò circuitus Solis & Lunæ, reliquorumque syderum quanquam etiam ad Mundi cohærentiam pertinent, tamen & spectaculum hominibus præbent.

Cŏhærārĭŭs, rii, Qui cohæret, & alicui ad aliquod murus adjunctus est. [Gall. dici potest *Attenant*. Germ. Ein Geschossen oder zugefüget. Polon. *Przyprzężony*. Vng. *Tarsbéli [illegible]*.] Cic. 3. de Legib. At si quid erit quod extra magistratus cohæratio usus sit, qui cohæret, populus creato, eique jus cohærendi dato.

Cŏhærēs, huius cohæredis, com. t. Qui simul hæres institutus est. [συγκληρονόμος. Gall. *Coheritier, heritier en partie*. Ital. *Herede insieme*. German. Ein Miterb. Hispan. *El que es heredero con otro*. Polon. *Spółdziedzic*. Vngar. *Örökös társ*. Angl. *That is heir of one parte*.] Plin. Epist. 116: Libertos ejus, eosdemq; cohæredes suos, falsò, ut veneficii reos detulebat ad principem. Idem in Panegyr. Qui si cohæredem non à filio acceipiat? Cic. l. 13. ad Att. Dolabellam video Liviæ testamento cum cohæredibus esse in triente.

Cŏhĭbĕo, es, ex Con, & Habeo quasi mecum habeo, act. f. Retineo, subibeo, refræno. [כלא cala כבש [illegible] מנע manah. ἐπέχω, κατέχω. Gall. *Contenir, arrester, restraindre, reprimer*. Ital. *Constringere, reprimere, raffrenare*. German Zusammen halten/verhüten. Belg. T'samen houden/bedwingen. Hisp. *Refrenar, ò reprimir*. Pol. *Pomiarkuję, hamuję*. Vngar. *Meg tartóztatom, el tiltom, meg zabolázom, meg tiltom*. Angl. *To restraine, to hold in*.] Plin. Et impetum furentis blanda oratione cohibuit. Plaut. in Mil. Cohibete intra limen etiam vos parumper: hoc est, continete. ¶ Cohibere animam, manus, oculos ab alieno, Non concupiscere, non furari aliena. Plaut. & Cic.

Cŏhĭbĭtĭo, verbale, f. t. interdū. [מעצור mahatsor, κώλυσις, ἀναγκασμός. Gall. *Contraincte, prohibition, deffense*. Ital. *Restringimento*. Germ. Die zusammen haltung oder zwingung. Hisp. *Refrenamiento*. Pol. *Powściągnienie*. Vng. *Meg tartóztatás, tiltás*. Ang. *Forbidding, holding in*.] Cic. l. 5 in Verr. Cohibitio tollendi, nisi pectus esset, vim adhibeat pactioni, non voluntatem.

Cŏhĭbĭtŭs adjectivum, [illegible] repressus: [Pol. *Powściągniony*. Vngar. *Meg tartóztatott, zabolázott*.] ut apud Gellium libro 7. capite 14: Subtile in Menelao dicendi genus & cohibitum.

Cŏhŏnesto, stas, stare, act. p. Honesto, decoro. [כבד chibbedh, τιμάω, κοσμέω. Gall. *Faire honneur, honorer, mettre en honneur*. Ital. *Far honore, honorare*. Germ. Ehren/Ehr beweisen. Hispa. *Hazer honra, ò honrar*. Pol. *Poczciwie*. Vng. *Tisztelem, böcsüllöm*. Ang. *To make honest or honorable*.] Cic. Antequam iret in exil. Tanctùm à vobis illud Equites Romani & peto & rogo, ut quem sæpenumerò vestra laude cohonestatis, eundem in dubiis vitæ periculis vestra virtute conservetis.

Cŏhorrĕo, es, n. s. vel Cohorresco, scis, t. Magno horrore afficior. [סמר samár, φρίττω. Gall. *Avoir grand peur & frayeur, trembler de peur*. Ital. *Spaventar tutto, tremar di paura*. Germ. Ein grausen vor forcht ankommen/ein abscheuhen mit schaudern tragen. Hispa. *Espeluzarse, ò temblar de miedo*. Polon. *Lękam się*. Vngar. *Elrettentem, elszonyodom*. Ang. *To tremble through feare*.] Cic. in Somn. Scip. Quem ut agnovi, equidem cohorrui. Idem 3. de Orat. Namque tum latus ei dicenti condoluisse, sudoremque multum consecutum esse audiebamus: ex quo cùm cohorruisset cum febri domum rediit, dieq; septimo est lateris dolore consumptus.

Cŏhors, f. t. Militum manus, A cohortando dicta est, quòd Tribunus eam ut sequatur hortari soleat: seu quòd ipsa se mutuò frequenter ad pugnam hortetur. [גדוד chedhudh, σπεῖρα, τάγμα. Gal. *Bande de gens de guerre ou autres gens*. Ital. *Compagnia di fanti à piedi*. German. Ein schaar oder rott/der Zußknecht besonder. Belg. Een schaer/een hop Krijchsvolck. Hisp. *La batailla ò esquadra de hombres de pie*. Polon. *Rota piszego ludu*. Vng. *Sereg*. Ang. *A bande of men of warre or other folkes*.] Cæs. 3. bell. Gall. Illi eductis quatuor cohortibus, quæ præsidio castris relictæ, integræ ab labore erant. Est autem propriè Cohors peditum sicut Turma equitum. Cic. pro Marcel. Hujus gloriæ, Cæsar, quam es paulò antè adeptus, socium habes neminem: nihil tibi cohors, nihil turma decerpit. Hoc est, neque pedites tibi quippiam decerpunt, neq; equites. ¶ Cohors etiam pro congregatione quorumcunque hominum ponitur. Suet. in Galba: Per hæc gratissimus Claudio, receptusque in cohortem amicorum magnæ dignationis est habitus. Horat. 1. Epist. Quid studiosa cohors operum struit? ¶ Item pro comitatu & satellitio magistratus, qui ibat in provinciam. ¶ Vnde cohors prætoria, quæ Consuli aut Prætori in Provincia præstò semper erat, quasiq; latus ejus cingebat. Cic. in Ver. Quæ cohors, & qui comitatus fuerit, meministis. Erant autem duæ Prætoriæ cohortes: una evocatorum, altera voluntariorum, qui Proconsules in expeditionem comitabantur, ut usu rerum peritiores domum redirent. ¶ Est & cohors, locus cinctus parietibus, quo gallinas, anates & id genus volatilia habere in illa solemus, ἔπαυλις. Ovi. Abstulerat, multas illa

cohortis aves. Vnde etiam militares cohortes dictæ videntur. Var.5.de ling.Lat.Cohors,quòd ut in villa ex pluribus tectis cõjungitur,quiddam fit unum,sic ex manipulis plurib. copulatur cohors. In villa verò Cohors dicitur, quòd circa eum locū pecus coërceretur. ¶ Hinc Cohortales gallinæ, vocantur apud rei rusticæ scriptores, quæ in cohorte domi aluntur. Possunt etiam dici Cohortes ab horto:nam quum veteres Hortos,vicos dicerent, quòd qui arma ferre possent,ibi nascerentur,inde cohortem dixerunt, manum hominum ex eodem vico ad pugnam exeuntium: quòd illi essent ex eodem horto:id est,vico geniti. Nam & Galli (ut est apud Cæsarem)hoc modo pugnabant: quisq; enim pagus per se pugnam capiebat. ¶ Dicitur & Cors pro avium septo. Varro:in urbana quoq; domo, cortem facere poterimus, in qua pascere ciconias, grues, pavones, gallinas, anseres, & similia dabitur, ad usus quotidianos. Mart. Rancæ cortis aves. ¶ Cortalis,le,ut Gallina cortalis, in corte nutrita. Col.in Præfatione totius operis: Et ut à pecoribus recedam, quorum in parte avium cortalium & apium cura posita est.

Cŏhortŏr,aris,ari,Hortor,adhortor. [Gall. *Enhorter, admonester, remonstrer.* Ital. *Essortare* Germ. Ermanen / ermundert . Hispan *Exhortar o atraer por razones.* Pol. *Napominam.* Vngar. *Intim, intok.* Angl. *To exhort, to encourage.*] Cic. ad Teren.lib. 14: Eum ut potui,per literas cohortatus sum.

Cŏhortātio,onis,verbale,f.t Hortatio. [Gall. *Exhortation,exhortement.* Ital. *Essortatione.* Ger. Vermanung. Hisp. *Inducimiento con razones.* Pol. *Napominanie.* Vng. *Intes, nogatás.* Ang. *Exhorting.*] Cic.ad Brutum: Erectior Senatus erat,non sententiis solùm nostris, sed etiam cohortationibus excitatus.

Cŏhum. Lorum est,quo temo buris cum jugo colligatur. [Pol. *Chomat.*] à cavo dictum, inquit Varro, sive (ut Festus mavult) à cohibendo. ¶ Cohum etiam poëtæ cœlum dixerunt,teste eodem Festo,à chao ex quo putabant cœlum esse formatum.

Coinquino, nas, pen. corr. Inquino. [Gall. *Souiller avec soi, diffamer, gaster ensemble.* Ital. *Imbrattare.* Germ. Verunsauberen/versudlen/besiecken. Belg. Besmetten Hispan *Ensuziar.* Pol. *Plugawie, naplugawie.* Vng. *Megfertoztetem jutitom.* Ang. *To defile, to pollute to staine.*] Col.l.8: Totam progeniem coinquinat: siquidem celeriter tùm alia pecora, tùm præcipuè oves contagione vexantur. Hor. merdisq; coinquinet albis. Cic.de Nat.deor. Periculum matres coinquinari regias.

Cois vide COA vestis.

Cŏix,cis. Genus stirpis, cujus folia ad texendum sunt utilia, similia juncis, atq; palmeis. [Pol. Wicki. Angl. *An osier tree.*] Autor Strabo. ¶ Est item Coix, vas farinarium ex arborum corticibus contextum quod Dores appellant.

Cŏlăphus,m.f.& Colaphū, pen.corr.n.f. Alapa. [Gall. *Vn souffler ou coup de la main ou du poing sur la ioue.* Ital. *Guanciata, mastaccino, punzone.* Germ. Ein backen streich. Belg. Eenen kinnebackslach/muulpeere/oft souffletie. Hispa. *Bofetada.* Pol. *Pogelak, policzek.* Vngar. *Orczal tsápás, ököl.* Ang. *A buffet or blowe.*] Terent.in Adelph. Colaphis tuber est totum caput. Sic Colaphos infringere alicui, pro illidere, infligere apud eundem: & Colaphos incutere, apud Iuvenalem.

Cŏlăphizo,as. Pugno, verbero, colaphum impingo. [Gall. *Souffleter, donner soufflet.* Ital. *Dar de pugni, dar punzoni.* Germ. Backenstreich geben/mit feusten schlahen. Belg Met vuysten slaen. Hisp. *Dar bofetadas.* Pol. Wgebe bue policzkuie. Vng. *Orczul tsapdosom, ököllel verem.* Angl. *To boxe or buffet.*] Græcum verbum est, quod apud Latinos extra Sacras literas haud temerè reperias.

Cŏlăris,ris. Aristoteli Hist.lib.1.c.9: Avis est quam ulula cæteræq; aduncis unguibus rapiunt, unde his bellum oritur.

Cŏlăsis, Genus pœnæ est, quod adhibetur castigandi vel emendandi gratia. Eustath. in 3. Ethicorum interpretatur refrænationem affectuum.

Cōlăx. [Pol. *Pochlebca.* Angl. *A flatterer.*] Latinè assentator dicitur. à adulor.

Item pro diligere. [אהב *ahab*. φιλεῖν. Gall. *Aimer avec honneur.* Ital. *Amare con honore.* Ger. Einen lieben vnd in ehren halten. Hisp. *Amare con honra, honrar.* Pol. *Miłuję*. Vng. *Szeretöm*. Ang. *To love or honour.*] Terent. in Heautont. Quippe forma impulsi nostra, nos amatores colunt. ¶ Item pro agere, ἄγειν. Virgil. libro 3 Georg. Hanc olim veteres vitam coluêre Sabini. Item pro arare. [עבד *habadh* חרש *charâsch*. γεωργεῖν. Gall. *Labourer.* Ital. *Lauorare.* Germ. Das Feld bawen. Hisp. *Laborar la tierra.* Polon. *Orzę.* Vng. *Mivelöm.* Angl. *To till or husband.*] Colum. lib. 1: Nam ubi sedulò colitur ager. Hinc Agricultor, Agricultura, Agricolatio, & Colonus, de quibus suis locis. ¶ Item pro ornare, καλλωπίζειν. Plautus: Quin tu te colis antequam exeas domum? Cicero: Erat enim non tàm gravis, quàm elegans & faceta & culta oratio. ¶ Hujus composita sunt Accolo, Circumcolo, Incolo, Excolo, Percolo, Intercolo, & Recolo, pen. corr.

Cultus, cultior, cultissimus, adiectivum. [נעבד *nehebadh*. εἰργασμένος, τεθεραπευμένος, γεωργηθείς. Polon. *Ozdoba*. Vng. *Ekessen mivelitetöt.* Ang. *Neate, feate, tricke.*] Col. li. 8. c. 8 Nam quantò est cultior, tantò lætior avis conspicitur. Idem lib. 1 c. 1: Nam is demum cultissimum rus habebit, qui & colere sciet, & poterit, & volet. Animus cultus, Cic. 2. Tuscul.

Cultus tus, m. q. verbale est à verbo Colo, unde etiam totidem penè habet significata, quot suum primitivum. Interdum enim Colo significat terram ad suscipiendum semen præparo. Inde Cultus, est hujusmodi terræ præparatio. [עבודה *habodhah*. γεωργία. Gall. *Labourage, labeur, cultivement.* Ital. *Lauoro.* Ger. Ein Feldbaw. Hisp. *La laborança.* Pol. *Oranie, roli sprawowanie.* Vn. *Mivel s.* Angl. *Husbanding or tilling.*] Cic. 2. de Legib. Nullius agricolæ cultu stirpes tam diuturnæ seminantur. ¶ Cultus idē quoq; significat quod ornatus, sive curatio. [עדי *hadhi*. κόσμησις, κόσμος. Gall. *Ornament.* Ital. *Ornamento.* Germ. Zierd. Hisp. *Honra y a atamiento al mejor.* Pol. *Chedoßtwo vzdoba.* Vng. *Ekesség.* Ang. *Decking or trimming.*] ut, Cultus corporis, cultus animi. Cic. 1. Offic. Ob easque causas studeat parare ea, quæ suppeditent & ad cultum, & ad victum. Plin. lib. 33 c. 1: Fabricarē etiam Deûm tabulas, & alia muliebris cultus. ¶ Cultum etiam deorum dicimus: hoc est, venerationem Græci λατρείαν vocant. Cic. 1. Tuscul. Hæc (philosophiam intelligit) nos primùm ad illorum cultum, deinde ad jus hominum erudivit.

Cultio, ōnis, f. t. Cultus. [*Mivelés.* Ang. *Husbanding or tilling.*] Cicer. 5. in Verr. Quid est enim Sicilia, si ei agri cultionem sustuleris?

Cultum, ti, n. C substantivum: ut, Pinguia culta, Claudianus in laude Serenæ.

Cultor, oris. verbale, m. t. [עבד *hobedh*. λατρευτής, ἐργάτης, γεωργός. Pol. *Oracz.* Vng *Mivelö.* Angl. *A labourer, a worshipper.*] Liv. 4. ab Vrbe: Famem cultoribus agrorū timentes. Cic. 2 de Nat. Deor. Quid jam de hominū genere dicam, qui quasi cultores terræ constituti, non patiuntur eam nec immanitate beluarum efferari, &c. Idem 1 Offic. Sunt his alii multum dispares, simplices & aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex insidiis agendum putant, veritatis cultores, fraudis inimici.

Cultrix verbale, f. t. [γεωργίς, ἐργάτις. Polon. *Tá ktora orze.* Vng. *Mivelö.*] Cic 5. de Finib. Earumq; augendarum & alendarum quandam cultricem esse, quæ sit scientia, &c.

Cultura, ræ, f. p. cultus: [עבודה *habodhah*. ἐργασία, γεωργία. Pol. *Oranie.* Vng. *Mivelés.* Ang. *Husbanding.*] ut, Cultura agri. Cic. 5. in Verr. Deinde quum audierit ea res, quibus fundi fructus & cultura continetur, &c. Idem 2. Tusc. Ager quamvis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest.

Colonus, ni, m. f. à colendo, Qui agrū colit. [עבד האדמה *hobedh haadhamah* תושב *toschab*. ἄποικος. Gall. *Metayer, laboureur, laboureur, celuiqui habite en certain lieu où il a esté envoyé par son superieur hors son pays.* Ital. *Contadino, habitatore.* Germ. Ein Bawersmann/oder ein Einwohner. Belg. Een pachtenaer/een lantbouwer. Hispan. *Poblador nuevo de algun lugar morador, ò laborador de la tierra.* Pol. *Kmieć, nowak.* Vngar. *Iobbagy, szántó ember.* Ang. *That laboureth the ground, a farmer, ... in a place.*] duo significat. Nam aliquando coloni dicuntur, qui à metropoli (sic enim civitas dicebatur quæ coloniam emittebat) in alium locum habitandi causa deducebantur: iique non propriis, sed metropolitarum videbantur legibus. Cicero 3. de Natura Deorum: Quantum Circen quoque coloni nostri Circeienses religiosè colunt. Virgil. 1. Aeneid. Vrbs antiqua fuit Tyrii tenuêre coloni. Ascribere colonis novos, Cic. 2 Philip. Assignare agros colonis, Cic. 1. de Lege agrar. Deducere colonos. Cic. 2. de Lege agrar. ¶ Quandoque verò Coloni agrorum cultores dicuntur, γεωργοί. Cic. pro Cæcin. Qui colonus habuit conductum de Cesennia fundum. Virg. 1. Aeneid. Vt quanvis avido parerent arva colono. Colum. lib. 1: Comiter agat dominus cum colonis, facilemq; se præbeat.

Colona, æ, dicitur coloni, hoc est, agricolæ uxor. [Pol. *Siodłka, wieśniaczka.* Vng. *Szántó.* Angl. *A hus and mans wife.*] Ovid. de Nuce: Et cōdit lectas parca colona nuces. Idem 4. Fast. Habebat Rus breve cum duro parca colona viro.

Colonus a, um, adjectivum, Quod culturæ idoneū est. [γεωργικόν. Gall. *Donné à quelqu'vn pour labourer.* Ital. *Cosa da lavorare, ò affittata.* Ger. Das des Ackerbaws ist. Hisp. *cosa para labrar.* Pol. *Rolny.* Vngar. *Mivelésre alkolmatos.* Ang. *That may be manured or hus and ... ed*] Cic. 3. Phil. ... C. Pansa, A. Hirtius Consules, alter, ambove cognoscerent, qui ager colonus esset.

Colonia f. p. Oppidum in quo Romani magistratus ex urbe cives traduxerant, vel quod sine traductione coloniarum jure donatum erat. [גולה ... Gall. *Metairie, ... Lieu ou on a envoyé gens pour habiter.* Ital. *colonia, habitatione.* German. Ein zahl der leuten die man in ein ort hinauß sendet daselbst zu wohnen/ oder das ort der wohnung selbs. Hisp. ... *poblacion de algunos estrangeros.* Pol. ... Vng. ... Angl. *A grange or farme.*] Cæsar 8. bell. Gal. In togatam Galliam mittit ad colonias civium Romanorum tuendas. Cicer. de lege Agraria contra Rullum: Hoc in genere, sicut in cæteris Reipublicæ partibus, est operæpretium diligentiam majorū recordari, qui colonias sic idoneis in locis contra suspicionem periculi collocarunt, ut non oppida Italiæ, sed propugnacula imperii esse viderentur. Idem 1. Offic. In alias domos, tanquam in colonias exeunt. ¶ Coloniarum aliæ Latinæ, aliæ civium Romanorum dictæ sunt, aliæ ex utriusque conflatæ: nonnullæ ex peditibus vel equitibus, quum in agrum bello captum stirpis augendæ causa mitterentur. Bononia, Latina colonia est. Mutina & Parma, Romanorum civium. Erat & aliud genus coloniarum, quales olim Pompeius Strabo trans Padum traduxerat. Non enim novis colonis eas constituit, sed veteribus incolis manentibus jus dedit Latii, ut possent habere jus quod cæteræ Latinæ coloniæ: id est, ut jus petendi magistratus in civitate Romana adipiscerentur. Coloniarum autem hujusmodi ratio erat. Quum in urbe Roma multos ex veteribus novisque incolis paupertate premi intellectum erat, adeò ut censui solvendo non sufficerent, Triumviri à Senatu creabantur, qui locis primùm consideratis, in quibus Reipublicæ expediret propugnaculum constitui, nova edicta proponebant, dandā esse nomina ab illis, qui in novam coloniam deduci vellent: sicque urbs pauperibus exonerabatur, & rei familiaris pondere gravati ad novas, quibus indigerent, divitias gratis datas cum familia accedebant. Accipiebant enim duo, quatuor, sex aut septem agri jugera, & quandoque plura. ¶ Colonia etiam dicitur agricolationis locus, & aratoris officium, à colenda terra. Paulus: Servius qui coloniæ adscriptus est, ad periculum coloni pertinebit. Græcè γεωργία. Plaut. in Pseud. Der nomen ad molariam coloniam.

Colonia. Duo genera coloniarum fuêre Romanæ, & Latinæ, omnes constabant è civibus Romanis, in colonias euntibus. Romanæ dicebantur eæ, quæ jura civitatis Romanæ possiderent. itaque cives Romani erant, & ferendi suffragii potestatem habebant. cujus generis erant coloniæ multæ in Gallia togata: propterea que dixit Cic. in epist. 1. ad Att. Videtur in suffragiis multum posse Gallia. Latinæ verò coloniæ dicebantur eæ, quæ jus Latii haberent: quod infra jus Romanæ civitatis erat. itaque & in oratione pro Balbo, & alibi legimus, multos ex coloniis Latinis cives esse factos. quod item non legitur de coloniis Romanis. nec enim eis dari oportebat, quod habebant. Coloniam his verbis mentio fit apud Hyginum de limitibus. Finitis bellorum operibus, augendæ reipub. causa, illustres Romanorū viri urbes constituerunt, quas aut victoribus populi Romani civibus, aut emeritis militibus assignaverunt, & ab agrorum novæ dedicatione culturæ colonias appellaverunt. victoribus autem assignatæ coloniæ iis, qui temporis causa arma acceperant. non enim tantum militum incremento respub. populi Romani habuit erat nunc pretium terra, & pro emerito habebatur, multis legionibus contigit bellum feliciter transigere, ad laboriosam agriculturæ requiem primo tyrocinii gradu pervenire. nam cum signis & aquila, & primis ordinibus, ac tribunis deducebantur modus agri pro portione officii dabatur.

Coloniensis, a, um, Quod est coloni, seu quod ad coloniam pertinet. [γεωργικός. Polon. *Kmiecy.* Vngar. *Iobbágy ház valo.* Ang. *Belonging to a farmer.*] Varro: Atque etiam leges colonicas tollis.

Colonicum pecus, Dicitur hirsutum, quum molle dicatur tectum. Plinius libro 8. capite 47 Ovium summa genera duo, tectum & colonicum: illud mollius, hoc in pascuis delicatius, quippe cùm tectum rubis vescatur. Cohortes colonicæ Cæsar: Cohortes duas quæ colonicæ appellabantur, quum eò casu venissent, tuendi oppidi causa apud se retinuit. ¶ Decuriones colonici. Suet. in August. Excogitato genere suffragiorum, quæ de magistratibus urbis Decuriones colonici in sua quisque colonia ferrent.

Colonarium, vel (ut ab aliis scribitur) Columnarium. Cælius libro 11. cap. 55: In epistolis (*inquit*) ad Atticum. Colonarium esse arbitror vectigal, quod pro re penderetur rustica. De aquæductu, inquit Cicero, probè fecisti: colonarium vide ne ullum debeamus: quanquam audio Cæsaris lege commutatam esse legem. In eundem sensum dixit Cæsar lib. 3. belli Civilis. Hactenus Cælius enarrans eum quem citat Ciceronis locum ex epist. ad Attic. libro 13. Verba autem Cæsaris ex 3. lib. de bello Civili, hæc sunt: In capita singula servorum ac liberorum tributum imponebatur: colonaria, ostiaria, frumentum, milites, remiges, arma, tormenta, vecturæ imperabantur. Sciendum tamen à plerisq; scribi columnaria, quod Cælius ipse scribit colonaria: neque videatur à nomine colonus derivari.

Colobium, n. s. sive colobum. [Polon. *Sukna poczina*, Ang. *A jacket or cote without sleeues.*] vestis genus honestius, cujus fit mentio in principum constitutionibus & à Servio, qui servos neque colobia neque calceos habuisse scribit. Vide COLLOBIUM.

Cŏlŏcăsĭă, f. p. [κολοκασία. Faba Aegyptia, latissima habens folia, ex quibus Alexandrini sibi pocula conficere solebant. Pallad. Hoc mense colocasiæ bulbos ponemus. Amant humidum locum, pinguem, maximè irriguum. Frondere propè semper possunt, si tanquam tecta tegumentis defendantur à frigore.

Colŏcāsĭum, neutro genere dixit Virg. in Pollion. Mistaque ridenti colocasia fundet acantho. Vide suprà in dictione CIBORIUM.

Cŏlŏcynthis, idis. [κολοκυνθίς. Gal. *Courge sauuage, coloquinte.* Ital. & Hisp. *Coloquintida.* Germ. Coloquint/wilder Kürbs. Belg. Appel coloquint/coloquint. Pol. *Coloquinta, iabłko zamorskie.* Vng. *Sártök.* Ang. *A wilde gourde.*] Sylvestris cucurbitæ genus est, sativa minus, mediocris pilæ magnitudine fructum ferens, purgationibus alvi accommodatum. Vide Plinium li. 20 c. 3. Vulgus Herbariorum *Coloquintam* vocat.

Colomestrum, Romani appellaverunt secundam aconiti speciem teste Dioscoride, quam idem & Cynoctonon, & Lycoctonum, à canibus & lupis necandis cognominat.

Cōlŏn, pen. prod. [κῶλον. Gal. *Vn intestin ou boyau depuis le roignon dextre iusques au senestre, passant sur le fond de l'estomach.* Ital. *Vno intestino & budello che cinge i fianchi sotto i rognoni, & passa inverso il fondo dello stomacho.* Germ. Der groß Darm. Hisp. *La tripa ancha.* Pol. *Jelito wielkie prod żołądkiem leżące, przytyka jane nerce prawey.* Vng. *Öreg burka az kiben az kólika kerdetik.* Ang. *An of the entrailles or puddinges.*] Est crassius intestinum, tubulatum, ex quo excrementa cum accipiunt colorem, quo egeruntur; plurimas cellulas atque cavernas habens, ad renem sinistrum religatum. Gellius lib. 17. cap 11, alvum vocat: Ac deinde, *inquit*, acidiora ex iis excrementa in alvum convenire, quod Græcè κῶλον dicitur. Celsus lib 1. cap 8. Laxius intestinum vertit: Etsi, *inquit*, laxius intestinum dolore consuevit, quod κῶλον nominant, quum id nihil nisi genus inflationis sit, id agendum est, ut concoquat aliquis, ut lectione & aliis generibus exerceatur: utatur balneo calido, cibis quoque & potionibus calidis: denique omni modo frigus evitet: itemque dulcia omnia, leguminaque, & quicquid inflare consuevit. Est autem Colon, quintum in ordine intestinorum, medium inter Cæcum, & Rectum locum obtinens. Primùm per jecoris cava obrepit, ubi folliculum bilis attingens, illique nonnunquam annexum, amarorem coloremque luteum contrahit: indeque paulùm exurgens, ventriculi fundo insternitur: & rursus ad sinistrum hypocondrium contendens, lieni accumbit: posthæc in posteriora demergitur, cohæretque reni sinistro: à quo demum laxius apud coxam sinistrum eminet. ¶ Serenus dictionis hujus priorem syllabam contra artem corripuit, quum ait: Quum colon invisum morbi genus intima carpit, Mande Galeritam volucrem quam nomine dicunt, Aut pavidi leporis madefacta coagula pota: Nisi quis fortè *Colum* ibi malit legere, Latina terminatione, ut posterior syllaba per ellipsim absumatur. ¶ Est item Colon Græcis, quod Latinè Membrum vocamus, unde per translationem etiam membra orationis nuncupantur, quòd ex iis, veluti membris constet periodus. Cic. de Claris Orator. Comprehensio & ambitus ille verborum (si sic periodum appellari placet) erat apud illum contractus & brevis, & in membra quædam, quæ κῶλα Græci vocant, dispertiebat orationem libentiùs. Hinc Monocolon carmen dicitur, quod unimembre est: hoc est, simplex & ex uno tantùm carminis genere constans: Dicolon: hoc est, bimembre, quod ex duobus versuum generibus constat: & sic de aliis.

Cŏlĭcŭs, ca, cum, adject. [κωλικός. Pol. *Kolczie we wnątrzu.* Vng. *Kólika burka beli.*] ut, Colicus dolor, qui in loco generatur, & Colicus homo Plin. lib. 20 cap. 4: Praxagoras & ileosis dandos censet: Plistonicus & Colicis. Colicum medicamentum ad dolorem intestini plenioris. Celsus lib. 1. c. 14.

Cŏlōnŭs. Colonia, Vide COLO.

Cŏlŏphōnĭă, æ, κολοφωνία, Herba est notiore nomine Scammonia appellata. Succum habens ejusdem nominis Colophonia dicta à Colophone Ioniæ urbe, unde laudatissima advehebatur. Vide Diosc. lib 4 c. 152.

Cŏlŏr, oris, m. t. Objectum proprium visus, pigmentum. [צבע tsebah ברודיי. χρῶμα. Gal. *Couleur.* Ital *Colore* German. Ein farb. Belg. Een verwe/coleur. Hispan *El color.* Pol. *Farba.* Vngar. *Szín.* Ang. *Colour.*] Cic. 2. de Leg. Color autem albus præcipuè decorus Deo est, cùm in cæteris: tùm maximè in textili. Terent. Eunuch Color verus, corpus solidum, & succi plenum. Ibidem: Qui color, nitor, vestitus. Cic. 3. Verr. Iste color mutatus est, vultus, oratio, mens. Duo sunt principes colores. Albus scilicet & Niger: alii non dicuntur colores, nisi per participationem. ¶ Nullius coloris, proverbialiter à Plauto in Pseudolo is dicitur, qui modis omnibus ignotus est. ¶ Colores item appellantur ipsa pigmenta, quibus pictores rerum imagines delineant: cujusmodi sunt cretula, purpurissum, cæruleum, auripigmentum, cerussa, sinopis, & similia. Plin. libro 35 cap. 6: Sunt autem colores austeri aut floridi: utrumque natura aut mistura evenit. Floridi sunt, quos dominus pingenti præstat, minium, armenium, cinnabaris, &c. Et paulò post, capite 17: Sed & in officina imperitè multa differenti silentium comiter suadebat, rideri eum dicens à pueris qui colores tererent. ¶ Colores etiam apud Rhetores dicuntur ornamenta orationis: id est, figuræ, quæ à Græcis σχήματα dicuntur, & τρόποι. Nam (ut scripsit Cicero) sunt actori, ut pictori, colores ad narrandum. ¶ Hinc aliquem suis pingere coloribus, est talem describere, qualis est. Cicero ad Attic. lib. 5: Si ego hunc omnibus à me pictum artis coloribus, subitò deformatum, non sine magno dolore vidi. Horat. in Arte: Nec sic enitar tragico differre colori, Vt nihil intersit, Davúsne loquatur, an audax Pythias. ¶ Accipitur item Color pro velamento, fuco, sive prætextu, quo veritas obscuratur, aut culpa excusatur. Iuven. Satyr. 6: Sed jacet in servi, complexibus, aut equitis: dic, Dic aliquem sodes, dic Quintiliane colorem: Hæremus, Dic ipsa. Olim convenerat, *inquit*, Vt faceres tu quod velles, nécnon ego possem Indulgere mihi. ¶ Dicitur & Colos, sicut Arbos & lepos.

Cŏlōrŏas, penult. prod. act. p. Colorem induco: huic opponitur decoloro. [צבע tsabah. χρώννυμι. χρωματίζω, χρώννυμι. Gall. *Colorer, bailler & donner couleur.* Ital. *Colorare, dar colore* Germ. Ferben. Belg. Verwen. Hispan *Colorar de algun colore.* Polon. *Farbuie.* Vng. *Megfestöm, szint adok néki.* Ang. *To die or colour.*] Cicero 1. de Nat. deor. Formare, fucare, colorare, animare non posset. Decoloratur id, cujus color vitiatur, non mutatur. ἀποχρῶσθαι, ut est videre in facie ægroti, quæ palloiem contrahit, aut litorem: coloratur id, cujus alia fuit, quàm sit, facies. Colorare, pro inducere prætextum. Valer. Max. lib. 8 capite 1: Libidinosam liberalitatem debito nomine colorando. ¶ Coloratæ uvæ, Columel. libro 11. capite 2: Quum coloratas & perlucidas uvas animadvertissent. Colorata oratio, coloribus oratoriis decorata & ornata. Cicer. de Claris orator. Quòd non est eorum urbanitate quadam quasi colorata oratio. ¶ Coloratus, pro fucato, Seneca Epist. 15: Quæ scribit unde veniant, scio: non sunt ficta, nec colorata. ¶ Coloratior. Plin. lib. 16, c. 12: Quidam arbitrantur in montosis copia præstantiorem fieri at coloratiorem.

Cŏlōrĭus, a, um, adject. ut, Coloriæ vestes, quæ ex lana non tinctæ: hoc est, nativo colore factæ sunt. Valla l. 6. c. 53.

Cŏlŏs, κόλος, Fera est Scythiæ peculiaris, magnitudine inter cervum & arietem, albicante corpore, eximiæ levitatis ad cursum, naribus potum attrahens. Autor Strabo lib. 7.

Cŏlossŭs, m. s. [κολοσσός. Gall. *Statue d'vne forme grande.* Ital. *Colosso, statua grande.* German. Ein grosses Bild oder Saul. Belg. Groot beelt. Hispan, *Estatua grande.* Polon. *Slup wielki a fozmny.* Vngar. *Oszlop.* Ang. *An image of immeasurable lenght.*] Dicebatur statua immodicæ proceritatis, qualis Rhodi facta fuit à Charete Lysippi discipulo ex ære, altitudine LXX, cubitorum. Vnde etiam inter septem orbis miracula numeratur. ¶ Hinc Colossi magnitudine, κολοσσιαῖος τὸ μέγεθος, Proverbialis apud Lucianum hyperbole: in homines prægrandi corporis mole.

Cŏlossēŭs, adject. ad Colossi formam factum, colossi magnitudine. [κολοσσιαῖος, ὁ ὑπερμεγέθης. Gal. *Enormement grand, de grandeur enorme.* Ital *Di forma di gran statua* Germ. Das in eines grossen Bildstocks form gemacht ist Hisp. *Cosa asi grande.* Pol. *Wielki posławiony.* Vng. *Oszlopb, z baj mió.* Ang *That is unmeasurable great.*] Quod significat altum, & ad colossi formam factum. Plin. lib. 35. c. 7: Nero princeps jusserat se colosseum pingi CXX. pedum in linteo. ¶ Pro eodem etiam legimus Colossicus. Plin. 34 c. 8: Item duo signa quæ Catulus in eadem æde posuit palliata: & alterum colossicum nudum.

Cŏlossĭnŭs cŏlŏr, κολοσσινὸν χρῶμα, à Colosse Troadis urbe nomen accepit, ubi lana tingebatur, florem referens cyclamini, inter candorem fulgens & purpuram. Vide Thylesium in libello de Coloribus.

Cŏlostrum, n. s. & Colostra, æ, f. p. Spongiosa lactis densitas à partu prima [πυετία. Gall. *Caillé ou caillebot, laict espez, comme le premier qui viens aux mammelles, laict troublé.* Ital. *Capo di latte, fior di latte.* German. Die erste Milch nach der geburt. Hispan *Colostro de le che nueva.* Polon. *Siara po porodzeniu pierśi.* Vng. *Első napi téy, először fejt téy.* Angl. *The first milk in the theates after the birth.*] Martial. lib. 13: Surripuit pastor, quæ nondum stantibus hœdis, De primo matrum lacte colostra damus. Palladius: Colostram vocant pastores illud exiguum lactis, in quo est spissior natura.

Cŏlostrātĭo, tionis, f. t. Morbus est quo lactantes tentantur, si biduo à partu maternum lac gustaverint, densato in casei speciem lacte. Ideò infantibus statim à partu nutricis non matris lac exhibere convenit, quia matris extiosum est. Plin. lib. 11. c. 31: Pullis eorum, ubi pingue pabulum, biduo à partu maternum lac gustasse lethale est. ¶ Genus mali vocatur colostratio. Qui hoc mali genus patiuntur, Colostrati dicuntur. Plin. lib. 28 cap. 9.

Cŏlōtēs, κωλώτης, vel Cōlōtēs, κωλώτης, pen. prod. Aristoteli lacertæ genus est, quod Latini Stellionem vocant, Itali *Tarantolan.* Pol. *Iaszczurka zielona.* Vng. *Tarka gyik.*] Nomen habet à pedum magnitudine. Nam quæ nos crura & lacertos dicimus, Græci κῶλα dicunt.

Cōlpŏs, [κόλπος. Polon. *Cecjek.* Vngar. *Téy tartó edgy.*] à rei anatomicæ peritis appellatur ea uberum pars, quæ in se, tanquam

quam in sinu quodam, lac continet, unde & nomen accepit. Nam [illegible] Græci sinum vocant: hoc est, littoris obliquitatem, quibusdam veluti brachiis mare amplectentem. Vide Cælium lib. 4. c. 4.

Cŏlŭbĕr, pen. corr. m. t. Serpens qui umbras nemorum incolit. [[illegible] nachasch, [illegible]. Gall. *Couleuure.* Ital. *Serpe serpente, biscia.* Germ. Ein Schlang Belg. *Huysslange.* Hisp. *Culebra.* Polo. Wąż. Vng. *Kurra kigyo.* Ang. *A serpent lying in the shadow of woodes.*] Anguis & Hydrus, qui in aqua: Serpens, qui in terra serpit: Draco, templi: sed sæpè confunduntur. Plin lib. 32. cap. 5: Coluber est in aqua vivens: hujus adipem & fel habentes, *&c.* Ovid. 15. Metamorphos. niveisque frequens Sinuessa colubris. Hieronymus ad Præsid. Coluber ad bibendum veniens, in aqua venenum deponit, ne eum venenum aqua concretum occidat. Nudum hominem timet, vestitum persequitur, caput tamen suum celat, ubi scit esse mortem suam. Serpens quidem si semel calamo percutiatur, moritur: sin verò iterum percutiatur, confirmatur. Brumali tempore infirmior efficitur, & à foricibus vincitur. Igitur ante hyemem circa se colligit segetes, ut illæ sibi escam præbeant. ❡ Colubrum in sinu fovere, [illegible] dicitur qui complectitur amore, studioque persequitur hominem ingratum, & aliquando per occasionem nociturum. ❡ Colubram fœminino genere dici probat Nonius ex Lucil. lib. 20. Satyr.

Iam disrumpetur medius, jam ut Marsus colubras
Disrumpit cantu, venas quum extenderit omnes.

Cŏlubrĭfĕr, Adjectivum, Qui colubros fert, ut, Colubriferum monstrum. Ovid. 5. Metamorph.

Cōlum, pen. prod. n. s. Vas est ex viminibus contextum, ad vinum colandum aptum. [ἰθμός. Gall. *Vn couloir.* Ital. *Colatoio.* German. Ein seichten / ein geschirr durch welches man seihet. Belg. Stroyat / cleynser. Hisp. *Colador para colar cosa liquida* Pol. *Durchslak przetak.* Vng. *Borsszwrô kosar.* Ang. *A colander or strayne.*] Virgil. 2. Georg. Colaque prelorum fumosis diripe tectis. Colum nivarium, vas ex lapide spongioso factum ad colandas nives. ❡ Colum etiam est genus morbi, quem primus in Italia sensisse Tiberius princeps dicitur quum priùs ignotus esset. Plin lib. 26 cap. 1.

Cŏlŭmbŭs, m. f. & Columba, f. p. Avis nota. [יונה jonáh. [illegible] Gall. *Coulon ou pigeon* Ital. *Columbo, columba* Germ. Ein Taub. Belg. *Duyve / stadtduyve.* Hispan. *Paloma.* Pol. *Gołąb* Vng. *Galamb.* Angl. *A doue.*] Virgil. 2. Aen. Præcipites atra ceu tempestate columbæ. Martial. Nec violes teneras praduro dente columbas. Varro lib. 3. cap. 7. duo facit columbarum genera, quæ in peristerotrophio esse solent: unum agreste, ut alii dicunt saxatile, quod habetur in turribus ac culminibus villæ, à quo appellatæ columbæ, quæ propter timorem naturalem summa loca in tectis captant: alterum columbarum genus clementius, quod cibo domestico intra limina pascitur. Columbæ agrestes à colore Liviæ dicuntur, quasi lividæ: domesticæ verò, Cellares. Ex columbo agresti & columba domestica, vel contrariò, nascitur genus tertium columbarum: à nostris *miscella* dicuntur, ob duorum generum commistionem. Columbos esse in tutela Veneris ideo fictum putant, quia coitui semper indulgent. Distinguuntur autem columbæ à palumbis, quòd hi feri, & majores sint, & in arboribus aut sepibus nidificent: columbæ minores, & mansuetiores, ut quæ cibo domestico intra limina pascantur. Vnde proverbialiter dicimus, Mitior columba, [illegible], de homine incredibili mansuetudine prædito. Huic simile est, Sedens columba, [illegible]. Nam columbæ quum avolant, fallunt cæteras pernicitate volatus: quum sedent, nihil mitius ac simplicius. ❡ Sunt præterea palumbes, columbis longè vivaciores; vivunt enim (ut quidam tradiderunt) in trigesimum, & quadragesimum annum, quum columbarum vita octo ferè annorum sit conclusa. Vide Plinium libro 10. capite 34. & 35.

Cŏlŭmbārĕ, [Polon. *Całować.* Vng. *Galamb modra tsokolgatni.*] Oscula columbatim conferere, collabellare. Seneca Epist. 115, in versibus Mecænatis; Quid si quis fœminæ cirro crispatæ, labris columbatur.

Cŏlŭmbārĭŭs, rii, m. s. Qui columbas curat. [[illegible]. Gall. *Qui a la charge des coulons ou pigeons.* Ital. *Chi ha cura di columbi.* Germ. Der mit Tauben umbgeht Belg. Een duyven meester / duyfer Hispan. *El que cria las palomas.* Polo. *Gołębiarz.* Vng *Galamb gazda.* Ang. *That hath charge of doues.*] Varro 3. de Re rust. cap. 7: Ipse propter pullos, quos habent, utique redeunt, nisi à corvo occisæ, aut ab accipitre interceptæ, quos columbarii solent interficere.

Cŏlŭmbārĭum, rii, n. s. Locus ubi habitāt colūbę [[illegible] arubbáh. [illegible]. Gall. *Columbier, trou ou bouge ou chasque pigeon loge.* Ital. *Palumbaia.* German. Ein Taubhauß. Belg. Een duyfshuys. Hispan. *Palomar, lugar donde crian las palomas.* Polon. *Gołębnik, gołębieniec.* Vngar. *Galambos, galamb búg.* Ang. *A doue house or doue cote.*] Palladius: Columbarium potest accipi sublimis una turricula in prætorio constituta, lævigatis & dealbatis parietibus. Propriè tamen Columbarium loculamentum in peristerotrophio, singulis columbarum paribus præparatum. Varro libro 3. capite 7: Singulis paribus columbaria fiant rotunda, in ordinem crebra. Columbaria singula esse oportet, ut os habeant quo introire & exire possint. Columella libro. 8. c. 8: Paxillis adactis tabulæ superponantur, quæ vel loculamenta, quibus aves nidificent, vel fictilia columbaria recipiant, præpositis vestibulis, per quæ ad cubilia perveniant.

Cŏlŭmbīnŭs, a, um, Quod est ex columbis [[illegible]. Gall. *De pigeon.* Ital. *Cosa de colombi.* Germ. Das von den Tauben ist. Hisp. *Cosa de palomar.* Pol. *Gołębi.* Vng. *Galambol valo* Ang *Of doues.*] Plin. Columbinus fimus in aqua decoctus. Columbinum ovum. Horat. 2. Ser. Sat. 4: Pulli columbini. Varro 3. de Re rust. Qui solent saginare pullos columbinos, quò pluris vendant, secludunt eos, quum jam pluma sunt tecti. ❡ Columbinum venenum. Sueton. in Caligula: Columbo victori leviter tamen saucio, venenum in plagam abdidit, quod ex eo Columbinum appellavit.

Cŏlŭmbārĭs, re, adjectivum, Columbinus: [[illegible]. Ang. *Of a doue or pigeon.*] ut Columbare stercus, & columbaris cella. Columell. libro 9: Cæterùm cibos juxta parietem convenit spargi: quoniam ferè partes hæ columbari carent stercore.

Cŏlŭmbātim, adverb. Ad similitudinem columbæ. [illegible]. Vnde, Columbatim oscula jungere frequens est apud Catullum. ❡ Vtitur etiam Marius in Mimiambis: Sinuque amicam recipere frigidam caldo Columbatimque labra conserens labris.

Cŏlŭmbăr, n. t. Genus vinculi. [Ang. *The pillory*] Plaut. in Rudens. Illic in columbam cerdo leno vertitur. Nam in columbari collus haud multò pòst erit

Cŏlŭmbŭlŭs Diminutivum, Parvus Columbus. Plin. Epist. 202: Tu passerculis & columbulis nostris inter aquilas vestras dabis pennas Vtitur & Catull epigr. 27.

Cŏlŭmellă. Vide COLVMNA.

Cŏlŭmellārēs dentēs. Caninis proximi, [illegible]. Varr. lib. 2. de Re rust. c. 7: Incipientes quartum agere annum iisdem ejiciunt, & totidem proximos eorum quos amiserunt, & incipiunt nasci, quos vocant Columellares.

Cŏlŭmĕn, penul. corr. n. t. à Columus: id est, Culmus, culmen, fastigium. [ראש rosch משען mischhán [illegible]. Gall *Support & appuy sur quoy est soustenue & appuyee que que chose.* Ital. *Colmo, sorta, summita de alcuna cosa* Germ Ein Saul / understüz Belg Een noet / een pilaerne. Hispa *Columbre de cosa alta* Polon. *Podpora slup, wierzch.* Vng. *Tetô.* Ang. *A proppe, or toppe.*] Varr. de Re rust. cap. 7: Quod habetur in turribus, ac columinibus villæ. ❡ Per translationem accipitur pro sustentatione, ornamento, & salute. Terent. in Phorm. Bone custos salve, columen nostræ familiæ, Cui commendavi filium hinc abiens meum. Vbi Donatus: Columen familiæ, sustentatio, decus: unde Columnæ dictæ. Plaut. in Cist. Sed eccum egred tui senati columen, præsidium populi.

Cŏlŭmĭs, me, pen corr. Sanus integer. [[illegible]. Gal. *Sain, entier.* Ital. *Sano, salvo.* Ger. Frisch / gesund Belg Gesont. Hisp. *Entero, sano, y rezio,* Po *Zdrowy,* Vng *Egésséges.* Ang. *Whole, in good health*] Plautus in Trin. Neque ita, ut sit data, columem te sistere illi & detraxisse autument. Inde incolumis pro eodem: quòd est usitatius.

Cŏlumnă f. p. Dicta est quòd culmina sustineat [עמוד hammúdh [illegible]. Gal. *Colomne, piller, pilastre.* Ital. *Colunna, pilastro.* German. Ein Saul / pfeyler oder stud. Belg. Een pilaer / een ronde Colomne. Hispan. *columna pilar.* Polon. *Słup na którym dom stoi.* Vng *Oszlop, ágas* Ang *A piller*] Pilaria vulgò à nostris vocatur. Inter columnas, [illegible], & Pilas, [illegible], hanc differentiam esse volunt, quòd columnæ uno scapo constant: id est, lapide oblongo perpetuo: Pilæ autem structura constant aut lapidea, aut cæmentitia, aut lateritia. Non rarò tamen etiam structiles columnas apud veteres legimus. ❡ A' columna fit Intercolumnium, [illegible], quod est spatium inter columnas. Lib. 4. ad Heren. Aedes, intercolumnium, angulum, fornicem. Columnarum tria sunt genera: teretes, quadrangulæ, striatæ. Quæ superponuntur columnis, Epistylia: hoc est, Capitella: quæ supponuntur, Bases, sive Spiræ dicuntur. Ipsum autem columnæ corpus Scapus vocatur, teste Budæo. Antiqui, teste Quintiliano, Columam dicebant, detracta n, litera, pro Columna. Vnde per diminutionem Columella dicitur, pro Columnella. Cæsar 2. bell. Civil. Primùm trabes in solo æquè longè distantes inter se pedes quatuor, collocantur: inque eis columellæ, pedum in altitudinem quinque, defiguntur, *&c.*

Cŏlŭmnātŭs, adjectivum, Columna sustentatus. [[illegible]. Pol. *Podparty.* Vng. *Oszloppal meg tamaszatott.*] Varro 3. de Re rust. cap. 5: Inter eas piscinas tantum modò accessus semissa in tholum, qui est ultrà rotundus, columnatus, ut est in æde Catuli, si pro parietibus feceris columnas.

Cŏlŭmellă, pen. prod f. p. diminutivum est à columna. [[illegible]. Gal. *Petite colonne* Ital. *Colonnella.* German. Ein Seulin. Hisp. *Pequenna columna.* Pol. *Słupina.* Vng *Oszlopotska, ágasotska.* Ang *A little piller.*] Cic. 1. de Legibus: Nam super terræ tumulum noluit quid statui nisi columellam tribus digitis altam. Cato c. 10: Trapeti columellam ferream quæ in milliario stat. ❡ Appellatur præterea Columella à medicis quædam veluti pellicula, in fine palati dependens, ut in hiante homine conspicitur: quæ si inflammetur, & teretem nacta fuerit figuram,

Columella,

Columella, κίων: si verò rotundam, Vva σταφυλὴ, appellatur. ¶ Inveniur etiam scriptum Columnella pro Columella.

Cŏlumnātĭo, f.t. Columnarũ extructio. [στύλωσις. Pol *Slupienie.* Vng. *Agasolas, ágasok fölásása, oszlop emelés.* Ang. *Building or propping with pillers.*] Apuleius lib.3. Florid. Quid igitur superest ad statuæ meæ honorem: pavimenti marmoratio: proscenii, contabulatio: scenæ columnatio?

Cŏlumnārium, Vide COLONARIUM.

Cŏlumnellī, volunt quidam Columnellos dici dentes illos, quos caninos appellamus, quod rotundi, ac ad instar columnellarum extent & emineant.

Cŏlŭmŭs, A' veteribus dicebatur, qui nunc *Culmus.* [Polon. *Klos.* Vngar. *Teté.* Ang *The stemme of corne from the roote to the eare.*]

Cŏlŭrnŭs, a, um, κορύλινος, dicitur quod est ex materia corilli, teste Servio in illud Virgilii: Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis. Festus tamen à corno arbore facta potiùs, quàm ex corylo.

Cŏlūri, m. f. Duo sunt circuli in sphæra: sese mutuò ad angulos rectos sphærales secantes ad polos Mundi, & Zodiacum ita transeuntes, ut alter per principia Arietis & Libræ feratur: alter per principia Cancri & Capricorni: ita dicti ab imperfecta sui conversione: à κόλος, quod est mutilum, mancum, imperfectum, & οὐρὰ, cauda: quòd imperfecti omnibus qui sub æquinoctiali non sunt, & tanquam cauda præcisa appareant. Boëthius de Arith. libro 2. & Macrob in Somn. Scip. ¶ Colura quoque animalia sunt caudam non habentia, vel mutilã caudam habentia, quæ in sacrificiis non offerebantur.

Cŏlŭs, coli, masculini generis, Tormenti genus, quod fit ex corio: sicut scribit Festus.

Cŏlŭs, li, fœm. gen. tàm quartæ, quàm secundæ declinationis, Instrumentum quod pensa continet, à quo fuso fila ducuntur, habetque penultimam correptam, [ἠλακάτη, ἀτρακτυλὶς. Gall. *Vne quenouille* Ital. *Rocca da filare, conocchia.* German *Ein Kunckel oder Rocken.* Belg. *Spinrocke.* Hispan. *Rueca para filar.* Pol. *Kadziel, kr͏ązel.* Vng. *Gusal, gusal szár, rokka szár.* Ang. *A distaffe.*] Ovid. lib 4. Metamor. Et colus, & fusus digitis cecidere remissis. Cicer. 2. de Orat. Quid tu Aegilia mea, quando ad me venis cum tua colu, & lana?

Cŏlŭtĕă, f. p. [κολουτία. Pol. *Senes.*] Arbor sylvestris apud Theophrastum 3. de plantis, fructum ferens in siliqua, magnitudine lentis: quæ Alexandri Magni ætate haud temerè alibi, quàm in Lipata insula nascebatur: hodie etiam in Gallia passim provenit, *Baguenaude* nomine vulgò nota. Vide Ruell. lib. 1. cap. ¶ Coluteum autem neutro genere Plautus in Persa videtur appellasse quoddam mali genus. Commiscæ (*inquit*) mulsum: struthea, coluteaque appara.

Colycæ, rum, Sperus quædam, in quibus aphronitrum invenitur, teste Plin. lib. 31. c. 10.

Cŏ'ymbădēs. [κολυμβάδες. Gall. *Olives confites, qui nágent en saumure.* Ital. *Oliue condite.* Germ. *Eingebrühte Olinen* Hisp. *Azeytunas.* Polon. *Oliwe nassolone.* Vng *Sós olay mag.* Ang *confected oliues which swimme in the sauce.*] Vocabantur olivæ quædam conditiiæ ἀπὸ τοῦ κολυμβᾶν, quod innatare est: propterea quòd propter suam levitatem salsilagini innatabant. Plin lib. 23 c. 3: Colymbades sordida ulcera purgant, inutiles difficultatibus urinæ. Qua autem conditura ratione hoc olivæ genus soleat parari, vide apud Ruell. lib. 1. cap. 104.

Cŏ'ymbus, κόλυμβος vel κολυμβὶς & κολυμβὰς, Avis est, quæ à Gaza Vrinatrix vocatur apud Aristot. Gallis *Cotee.* Est ex palmipedũ numero, circa lacus amnesq; versatur, sed foris parit. Ejus meminit Athenæus lib. 9. c. 19. cui μικρὸς κολυμβὶς est inter omnes aves aquaticas minima, atri & sordidi coloris, rostri acuti, cujus oculi spectãtur, mẽbra verò merguntur. Vide VRIA.

Cŏmă, æ, f. p. Capillus, interprete Festo, aliqua cum cura compositus. [פאה *tsammah* שערות *sehaloth.* κόμη. Gall *Perruque ou cheueleure.* Ital. *Chioma, zazzera.* German. *Das haar.* Belg. *Hayr.* Hispan. *Cabelladura.* Polon. *Dlugie wlosy.* Vng. *Esfélöt hay, bé font hay.* Ang *The bushe of head heare.*] ἀπὸ τοῦ κοσμεῖν: hoc est, ab ornando dictus: unde & Comete Latini deduxerunt. Cicer. 3. Tuscul. Scindens dolore identidem intonsam comam. Ovid. 2. Metam. Permulcetque comas, chlamydem ut pendeat aptè Collocat. ¶ Circuntondere comam, περικείρειν τὴν κόμην, Græcis in proverbio est, pro eo quod est ludibrio habere. Nam id lusus gratia fieri solet stupidis, ut eis non sentientibus, cæsaries circuntondeatur. Lucianus. ¶ Servus quum sis, comam geris, δοῦλος ὢν κόμην ἔχεις. De eo qui præter decorum quippiam faceret. Aristoph. in Avib. & Suidas. ¶ Coma metaphoricos etiam de arboribus, fruticibus, arundinibus, atque etiam herbis dicitur. Virgil. 4. Georg. Ille comam mollis jam tum tondebant acanthi. Ovid. 2. Amorum: Frigida quæ arboreas mulceat aura comas. ¶ Transfertur & ad faces: Catullus in Epithalam. Viden' ut faces splendidas quatiunt comas. Sic sol à poëtis dicitur Auricomus.

Cŏmāns, antis, participium sine verbo, qui longiorem habet comam. [κομῶν. Polon. *Dlugowlos.* Vng. *Hoszszú hajú.*] Plin libro 10. cap. 63: Equæ comantes gloria superbiunt. Virgil. 2. Aen. sic fatus, deinde comantem Androgei galeam, clypeique insigne decorum Induitur. Equorum colla comantia apud Virgil. 12. Aeneid.

Cŏmātŭs, a, um, participium sine verbo, Qui longiorem habet comam. [κομήτης. Gall. *Cheuelu, ayant longs cheueux.* Ital. *Capelluto con gran chioma.* German *Das viel haar hat, mit langen haaren.* Hispan. *Cosa de luengos cabellos.* Pol *Maiacy dlugie wlosy.* Vngar. *Hoszszú hajú.* Ang. *That hath long heare.*] Mart. lib. 1: Calvus quum fueris, eris comatus. Sylva comata, Car. Epig. 4. Vnde

Cŏmātŭlŭs, penult. corr. diminutivum à Comatus. [Vngar. *Hoszszúcske hajacska.*] Vnde Hieronymus, Comatulos pueros dixit.

Cŏmōsŭs, a, um, Coma magna præditus: [πολύκομος. Gall. *Fort cheuelu, ayant force branches & fueilles.* Ital. *Capelluto, con gran chioma.* Germ. *Haarechtig* Hispan *Cosa de luengos cabellos.* Polon. *Wlosiasty.* Vng. *Hajas* Ang. *That hath a great bushe of heade heare.*] Pli. li. 16. c. 6: Hemeris vocatur, brevior, & in orbe comosa.

Cōmă, atis, [κῶμα. Polon. *Spyk.* Vng. *Mély álom hozó betegség hozzá álmélkodás, nyughatatlanság pedig.*] Morbus gravem ac diuturnum inducens somnum, quem Latini. *Veternum* interpretantur. ¶ Est & altera Comatis species, quam Vigilantem soporem nonnulli appellant, quum neque lumina urgente somno, attollere, neque tranquillè dormire possumus, aliis atque aliis imaginationibus somni tranquillitatem identidem interpellantibus. Autor Galenus in eo Commentatio, qu m de Comate nominatim inscripsit.

Co'mo, is, Vide suo loco.

Cōmāgēnē, Herbæ nomen, de qua in Propriis, in dictione CAMAGENA.

Cŏmărŏs, [κόμαρος. Gall *Arbosier.* Ital. *Corbezzolo.* German. *Ertbeer,* Hisp. *Madroño arbol conocido.* Vng. *Vad alma fa.* Ang. *A wilding tree, or crabbe.*] Arbuti genus est, cujus etiam pomum Græci κόμαρον appellant, Latini Vnedonem. Plin. lib. 15 cap. 24: Duobus Vnedonem nominibus appellant Græci, *Comaron* & *Memecylon.* Ex quo apparet, totidem esse genera & apud nos.

Cŏmbĕnnŏnēs, Interprete Festo, dicti sunt in eadem benna sedentes. Benna autem vehiculi genus fuit, Gallis præcipuè usitatum.

Cŏmbĭbo, bis, n.t simul bibo, compoto, bibo, imbibo. [συμπίνω. Gall. *Boire ensemble.* Ital *Beuere in compagnia.* German. *Mit einander trincken.* Hispan. *Beuer juntamente.* Polon. *Spolem pije.* Vng. *Együtt iszom.* Ang. *To drink together.*] Plin. lib. 17. cap. 11: Vt Solem pluviasque combibant, Columell. lib. 12. cap. 10. Quæ quum jus combiberit, simili mistura vas suppleatur. Ovid. Epistol. 11: Et cogor lachrymas combibere ipsa meas. ¶ Combibere artes per translationem. Cic. 3. de Finib. Sed tamen infici debet his artibus, quas si, dum est tener, combiberit, ad majora veniet paratior.

Cŏmbĭbo, combibonis, masculi generis, Compotor. [συμπότης. Gall *Compagnon à boire.* Ital. *Compagno à bere.* Germ. *Ein trinckgesell* Hisp. *Beuedor con otro.* Pol. *Zemnapiyacy.* Vng. *Ivó társ.* Ang. *A cuppe companion*] Luc. lib. 6: Quandoquidem reperi magnis combibonũ ex copiis. Cic. Pæto, lib. 1: In his controversiis quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis.

Cŏmbīno, as, pen. prod. Conjungo, conglutino, [συνδυάζω. Pol. *Spaiam.* Vng. *Öszve forrasztom, enyvezem.* Ang *To soulder or glue together.*] Sipontinus.

Cŏmbĭnātĭo, f. t. quam Græci ἐπίζευξιν vocant, quum in oratione eadem dictio sine medio duplicatur. Virg. 9. Aen. Me me adsum qui feci.

Combinatus, & compositus apud Diomedem Gram. lib. 3. cap. de Pede.

Combretum, Herba est baccari similis, sed procerior, foliorum exilitate usque in fila extenuata. Autor est Plinius libro 21. cap. 6.

Cŏmbūro, is, penult. prod. act. t. ex con & uro, b, interposita, simul cum aliis uro: uro, cremo, exuro, inflammo, incendo. [צרף *saraph* בער *behér.* ἐμπίμπρημι, συγκαίω. Gall. *Brusler tout, faire ardre ensemble.* Ital. *Abbruciare, consumare.* Germ *Verbrennen* Hispan. *Quemar, ò quemar juntamente.* Pol. *Palie.* Vng. *Meg égetem.* Ang. *To burne all together.*] Cic. pro Cluent. Puer ante noctem mortuus, & postridie antequam luceret, combustus est. Idem de Nat. deor. Libri Protagoræ in concione combusti. Et ad Qu. Fratr. lib. 1: Fumo ut combureretur, tota plaudente provincia. ¶ Et per translationem. Plaut. in Mil. nam mihi nimis calor Comburebat gutturem.

Cŏmbustĭlĭă, sunt quæcunque meatus hujusce modi, ut ignem introrsus admittant: atque in hisce meatibus, qui per rectum dispositi sunt, minus valentem, quam ignem continent humorem, 4. Meteor.

Cŏme, [German. *Bocksbart* Polon. *Kozia broda.*] Herba est, quã Barbam hircinam vocant, à comæ similitudine quòd folia in circuitu spargat. τραγοπώγων. Plin. lib. 21. c. 15, & lib. 27. cap. 13.

Cŏmĕdo, is, penult. corr. n. t. & Comedo, comes, comest, in infinitivo Comedere, vel Comesse, Edo. [אכל *achal* ἐσθίω, κατεσθίω. Gall. *Manger.* Ital. *Mangiare.* German. *Essen.* Belg. *Eten* Hispan. *Comer.* Polon. *Iem.* Vng. *Eszem.* Ang. *To eat.*] Mart. Scævola tu comedis apud omnes, nullus apud te. Plaut. in Trin. Quod ebibit, quod comest, quod facit sumpti. Cic. Sed ad extremũ pollicetur prolaturum se quæ comest. ¶ Supinum Comesum & Comestum. Salust. Comesa matrimonia. Comesa patina. Vbi translatè ponitur pro consumere, dissipare.

Cŏmĕdim, pro Comedam, scripserunt veteres: quod & Nonius observa-

observavit. Plaut. in Bacchid, Quod dem scortis, quodq; in lustris comedim, congerat er pater. Cicer. ad Patum: Cura, si me amas, ut valeas: ne ego te jacente bona tua comedim.

Comĕdo, onis, m. t. & comedus, di, pen. corr. Qui bona sua consumit, ut interpretatur Festus. [זולל zolél. ὀψοφάγος. Gal *Gentilzglouton, qui despend tout son bien.* Ital *Vn gran mangiatore, diuoratore, che mangia tutto ad vn tratto.* German. Ein fraß / ein schlemmer Hisp. *El comilon ò tragon.* Pol. *Zarlok, viratnik.* Vngar *Nagy ethető, tekozlo.* Angl. *A glutton, a great spender.*] Varro apud Nonium: Putat fore hoc, quod hinc comedonibus convenit usu, quibus, nota voluptate quum edunt, duntaxat gula gaudet.

Cōmĕstūră, pen. prod hujus comesturæ, ἐδωδή. Cato c. 157: Sed quæ vocatur *ἐλαιωδής*, hæc septem habet bona in comestura. De brassica loquitur.

Cōmēssŏr, aris, intempestivis conviviis indulgeo. [סבא *sabà* שכר *schachàr.* κωμάζω. Gall. *Manger & banqueter dissoluément.* Ital. *Banchettare far conuiti.* German. Prassen / schlemmen / zechen. Belg Bancketeren. Hispan. *comer come en boda ò confradia y demasiadamente.* Polon. *Vczawam przez obzarstwo.* Vng. *Vendégès kedôm, takozom.* Ang. *To make good cheere, to feast vntymonslie.*] Suet. in Domit. Convivabatur frequenter & large, sed penè raptim, certè non ultra Solis occasum, nec ut postea ut comessaretur. Liv. libro 10. Bell. Macedon. Demetrium post cœnam qua sodales acceperat, dixisse. Quin commessatum ad fratrem imus? Intromittere commessatum, Cic. & Terent.

Cōmēssās, tis, Comessator. [זולל zolél ἐπίκωμος, κωμαστής, κωμάζων. Gall. *Banqueteur dissolu, & à heure indeuë.* Ital. *Chi fa banchetti.* German. Ein prasser / schlemmer. Hisp. *Comilon.* Polon. *Kolaciamy sie bawiacy.* Vng. *Vendégeskedô, takozo.* Angl. *An vntymenslie banketter.*] Curt. lib. 9: Siquid victis saltem adversus comessantes animi fuisset, mille herclè viri modò sobrii septem dierū crapula graves in suo triumpho carpere potuerunt. Modo comessantium aliquid agere. Liv. 3 ab Vrbe.

Cōmēssātĭōnēs, Convivia sunt nocturna post cœnam, & alia intempestiva: sicut Merenda, cibus qui ante cœnam sumitur, & lentaculum ante prandium. [δεῖπνος, κῶμος. Gall *Banquenterie dissolue comme apres souper & heure indeuë.* Ital. *Mangiamento.* Germ. Schlafftrunck / schlemmereyen / fressmalt / Banckettierung. Hisp. *Comida demasiada.* Polon. *Pawieczorek, syostrunk.* Vng. *Vendégeskedés, takozas.* Ang. *Vntymemous banketting as after supper.*] Sueton. in Vitell. Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in jentacula, prandia, cœnas, & comessationes. Cic in Catil. Quòd si in vino & alea comessationes solùm & scorta quærebat, essent illi quidem desperandi, sed tamen essent ferendi. Legitur hic & Comessatores. Idē pro Cæl.

Cōmēssābūndī, & Comessatores, qui comessationibus indulgent. [ἐπίκωμοι, κωμάζοντες. Pol. *Tuczbrzuchowie.* Vng. *Vendégeskedôk, takozok.*] Cic. pro Cæl. Non idem judicium comessatorum que conspectus. Liv. 9. ab Vrbe: Temulento agmine comessabundus incessit. Habet autem hoc nomen primā productam, Mart. Non Albana mihi sit comessatio tanti.

Cōmēssātŏr conjurationis. Cic. lib. 1. Ad Attic. Vt nostri ipsi comessatores conjurationis barbatuli juvenes illum in sermonibus Cn. Ciceronem appellent. Quibus verbis significat reliquos & seros conjuratos, ut qui post cœnam comessatum veniunt. Idem tamen lib 3 de Orat. Eam improbat translationē, quæ aut major est, quàm res postulat, ut tempestas comessationis: aut minor, ut comessatio tempestatis. In quod præceptum ipse videtur comisisse loco jam citato.

Cŏmĕs, itis, comm. gen. 3. qui vel quæ alterum sequitur, assectator, assecla & propriè majoris. [נלוה el ablr. ἀκόλουθος, συνοδοιπόρος, ὀπαδός. Gall *Compagnon de chemin, celui qui tient ou fait compagnie, comme l'inferieur au superieur* Ital. *compagno.* Germ. Ein geferte / ein gisell. Belg. Wechgesel. Hispan. *compañero menor, que sigue à otro mayor.* Polon. *Towarzisz podrozny.* Vngar. *Vti tars.* Angl. *A companion or follower on in the way, that beareth an other companie.*] Cic. de Amic. Neque se comitem illius furoris, sed ducem præbuit. Lucan lib. 8 Scire Senatus avet, miles te Magne sequatur, An comes. ¶ Aliquando tamen comitum appellatio partibus convenit, ut quum plures idem iter arripientes, sibi mutuò comitatum præstant. *συνέμποροι.* Plaut. Epid. Age, age, absolve, atque argentum numera, ne comites morer. Autor ad Herennium: Qui quum ante lucē surrexisset, comitem suum inclamavit. Prius enim dixerat: Et secum aliquantum numorum ferentem est comitatus. ¶ Differt enim Comes à Socio & Sodali, quòd Comes dicatur, qui quovis modo alterius sequitur dictum: Socius plerunque in negotiis seriisque rebus & fortunæ arbitrio subjectis. Sodalis, ἑταῖρος in levioribus ac sæpè voluptuosis, utpote qui ejusdem erant colegii, unaque epulabantur. Vnde Cic. Norbanum Quæstorem suum appellat Sodalem. Idem de Senectute: Epulabar cum sodalibus omninò modicé. ¶ Comes verò pro dignitate, etiam generis communis est, quanvis apud vulgus fœmina Comitissa dicatur. ¶ Ab Ammiano Largitionum comes dictus est, qui præerat largitionibus imperatoriis. ¶ Alii pro dignitate Comarchum *κώμαρχον* usurpant. ¶ Comes domorum, is à Iustiniano dicitur, quo in domesticos Principis præfecturam habebat. Comes horreorum, cujus & mentio est in posterioribus Codicis libris, pristini Principis curator fuit, habuitque mancipia quædam purgandis horreis ascripta, coquendoque pani Principis Comes laborum, qui & præpositus laborum, cui mediastini omnes, aliiq; domus Imperatoriæ artifices atq; opifices subditi erant. Comes Andreas Medicus citatur ab Aetio Serm. 14. c. 5. Comes rerum privatarum, procurator erat Cæsaris, cui omnis res familiaris commissa, qui quicquid egisset, ratum apud Cæsarem erat. Comes sacrarū largitionum, olim is erat per quem Cæsaris stipendia militibus erogaverunt. Comes Sacri patrimonii erat is, qui præerat patrimonio Cæsaris. Comites Palatini, cur à principibus constituantur, doctissimus Viglius explicat Instit. de exhæred. lib Comites Scholarum, qui & Tribuni Scholarum à Scholis Palatinis atq; militaribus dicti: quorum munus in tribus posteriorib. libris Cod. describitur: ut sint qui præsint epulis imperatoriis, & bello & pace opsonia curent: quod tamen Pyrrho absurdum visum est. Comitem Stabuli voce etiam à Iustiniano usurpata, nonnulli eum intelligunt, qualis olim fuit magister militum. Budæus item Conestabularium, Magistrum militū vocat. Procopius, ut Pyrrhus refert, Protospatarium appellari dixit. Comitem Labeo definit eum, qui frequentandi cujusque causa, ut sequeretur, destinatus fuit Nunc verò dignitatis nomen est, vel quòd ipse regem comitetur, vel quòd eum multi comitentur: ut Pyrrho visum est, Iure consulto nostra tempestate valde docto, nec infausti: Nonnulli à comitate ne etymum desideret, appellatum volunt, quod comis esse debeat. Callistratus in l. Observandū, de Offic. præsid. cēsuit. ut præses in adeundo quidem facilem se præbeat, sed contemni se non patiatur.

Cŏmĭtŏr, penultima correpta, d. p. Sector, assector, comitem me exhibeo: [הלך יחד halach jáchadh שלח schilléach. συνακολουθεῖν. Gall. *Accompagner, suyure, tenir ou faire compagnie à quelcun* Ital. *Accompagnare.* German. Beleyten / das gleyt geben. Hisp. *Accompañnar al mayor.* Polon. *Odprowadzam.* Vngar. *Kônetôm, kisérem.* Angl. *To accompanie to keepe fellowship, to follow.*] & propriè est minorum erga majores. Plinius: Quicunque eum comitati fuerant. Idem: Funerantū more comitantur exequias. ¶ Pro eodem & Comito, as, activè dicitur. Ovid. lib. 2 de Ponto: Quem pia nobiscum proles comitavit euntem. Et lib. 14. Metam. Nostraque adulantes comitant vestigia. Idem 8. Metamorph. Et nostros comitare gradus, & in ardua montis Ire simul. ¶ Comitor etiā in passiva significatione nonnunquam invenitur, *προπεμπόμενος*: unde non malè inter verba communia potest numerari: quod etiam ex participio præteriti temporis Comitatus potest deprehendi, quod tàm eum significat, qui alterum honoris aut officii causa deducit: quàm eum qui deducitur. Cic. de Invent. In itinere quendam proficiscentem ad mercatum est comitatus. idem in Catilin. Molestè fero, quòd parum exierit ab urbe comitatus.

Cŏmĭtātŭs, participium à Comitor, activè & passivè accipitur. [משלח meschalléach משלח meschullách. προπεμψάμενος. καὶ προπεμπόμενος. Gall. *Accompagné.* Ital. *Accompagnato* German. Beleytet. Hispan. *Accompañnado* Polon. *Odprowadzacz przez dnik.* Vngar. *Kônetô, kônetetôs, kisirô.* Angl. *Accompanied.*] Activè. Plinius: Quicunq; eum comitati fuerant. Passivè Cic. Invect. 2. in Catil. Illud etiam molestè fero, quòd ex urbe parùm comitatus exierit Virgil. 1. Aeneid. ipse uno graditur comitatus Achate. ¶ Idem in significatione passiva Incomitatus posuit, quum ait:

Sæpiùs Andromache ferre incomitata solebat.

Cŏmĭtātĭŭs, Comitatior, comitatissimus. Cic. 5. Tusc. Puero ut uno esset comitatior. Plin. lib 10. cap. 37. Est enim ars illis inter se blandiri, & corrumpere alias, furtoque comitatiores reverti. Sic Comitatissimum hominem dicemus, quem vulgò vocant *Bene associatum*: dicit Bud.

Cŏmĭtātŭs, us, m. q. Assectatores, comitum multitudo. [חברה chebràh שלוח schillúach. προπομπὴ, συνοδία. Gall. *Compagnie, accompagnement, train.* Ital *La compagnia, il seguito.* Germ. Beleitung / gute gesellschafft. Belg. Een gheleydinge Hispan. *El compañnamiento.* Polon. *Towarzistwo, przewodu.* Vng. *Kisérés.* Ang. *Accompaning, the multitude of them which accompanieth an great man.*] Cicero ad Lepidum: Ejus Falernum mihi semper idoneū visum est diversorio: si modò tecti satis est ad comitatum nostrum recipiendum Salust. in Catil. L. Valerio Flac. C. Pontinio Prætoribus imperat ut in ponte Milvio per insidias Allobrogum comitatus deprehendant. Cic. 2 de Legib, Auspicia, ut multos inutiles comitatus probabiles impedierent moræ quasi sæpè comitia populi temerè essent coacta, obnuntiatione Augurum disturbata fuerunt.

Cōmēssāns. Comessatio, Comessator, Comessabundus, Vide COMEDO.

Cŏmētēs, vel Cometa, pen. prod. generis masculini, Stella crinita [κομήτης. Gall. *Vne comete.* Ital. *Comete.* Germ. Ein Comet. Belg. Een Comete. Hispan. *Cometa del cielo.* Polon. *Miotla cometa.* Vngar. *Wsiôkôs csillag* Angl *A blasing starre.*] Lucan. libro 1: Ignota obscuræ viderunt sydera noctes, Ardentemque polum flammis, cæloq; volantes Obliquas per inane faces, crinemq; timendi Syderis & terris minitantem regna cometem. Cicer. 2. de Nat. deor, Tum facibus visis cœlestibus, tùm stellis his quas Græci *cometas*, nostri *cincinnatas* vocant, quæ nuper bello Octaviano magnarum fuerunt calamitatum prænuntiæ. Virgil. 1. Georg. nec diri toties arsere cometæ. ¶ Est etiam nomen proprium unius ex Argonautis apud Valer. Flaccum, pater Asterionis.

Cŏmĭcŭs, Vide COMOEDUS.

Cōminŭs, adverb. quod scribitur & duplici m. De propinquiore loco. [מקרוב mikkarób. ἐγγύθεν, συστάδην, συσταδὸν, ὅσοι ὁμόσε. Gall. *De pres.* Ital. *Da presso.* German. Von nahem/ in die nähe. Belg. Van by. Hispan. *cerca y quasi con las manos* Polon. *Zblisko.* Vngar. *Szömbül szöm. e.* Angl. *Nigh at hand, hand to hand.*] Non est idem quod propè, sed (ut si dicam) à propè: quemadmodum Eminùs, à longè: ut, Cominùs te incessabant lapidibus: hoc est, è propinquo loco. Cicer. secundo De Divin. Nunc cominùs agamus, experiamurque, *&c.* Idem pro Cecin. Neque conflictu corporum, neque ictu cominùs, neque conjectione telorum. ¶ Significat etiam Statim, sine intermissione. Virg. lib. 1. Georg. Quid dicam? jacto qui semine cominùs arva insequitur.

Cominia, Genus olivæ apud Plin. libro 15. c. 3.

Cōmis, com. t. Humanus, benignus, facilis & suavis. [ענו hanav. ὁ ἀνθρωπος. Gall. *Doux gratieux, courtois, affable, humain.* Ital. *Benigno, facile piacevole, humano, soave.* Germ. Lieblich/ freündtlich/ holdselig. Belg. Goeder tieren. Hisp. *Cortes tratable, humano.* Polon. *Wdzięczny, ludzky, vkladny.* Vngar. *Nyájas, kegyes* Ang. *Gentle, meek, humain.*] Cic. 2. de Fin. Quasi quis illum neget & bonum virum, & comem, & humanum fuisse. Idem pro Corn. Balbo: Comes, benigni, suaves, faciles homines dicũtur. ¶ Comior comparativum. Cic. pro Muræna: Quis verò C. Lælio comior? quis jucundior eodem ex studio isto?

Cōmĭtās, f. t. Humanitas, & morum suavitas. [ענוה hanavàh. φιλοφροσύνη. Gall. *Douceur, gracieuseté, courtoisie, humanité* Ital. *Gratiosità, piacevolezza, cortesia.* Germ. Freundtligkeit/ holdseligkeit. Hispan. *Humanidad, cortesia.* Pol. *Ludzkość, uczynność.* Vng. *Nyájasság, emberség, kegyesség.* Angl. *Gentlenesse, meeknesse, courtousie.*] Cicero de Amicit. Sed amicitia remissior esse debet, & liberior, & dulcior, & ad omnem comitatem facilitatemque proclivior.

Cōmĭtĕr, Suaviter, mansuetè. [φιλοφρόνως. Gall. *Gracieusement, courtoisement, doucement, humainement.* Ital. *Cortesemente piacevolmente, affabilmente* Germ. Freündtlich. Hisp. *Cortes y humanamente.* Polon. *Vkladnie, wdzięcznie.* Vngar. *Nyájassan, kegyessen.* Angl. *Meekely, gentlie, humainlie, courteouslie*] Comiter. ac benignè appellare aliquem. Liv. 2. ab Vrbe. Ovid. 2 Fast. Comiter excipitur, sanguine junctus erat. ¶ Comiter alterius populi majestatem conservare formula quæ in fœderum sanctione adjiciebatur, qua alterum populum esse superiorem intelligebatur. De qua re Cicero in Corneliana: Quum alterius, *inquit*, populi majestas comiter conservari jubetur, de altero siletur, certè ille populus in superiora conditione causaque ponitur, cujus majestas fœderis sanctione defenditur. Id autem quod Cic. dicit comiter defendere, Livius, Sine dolo malo.

Cōmĭtĭă, orum, plurali numero, n. s. Conventus populi ad creandos magistratus, leges ferendas, & alia cum populo agenda: à comeundo appellata ita enim veteres loquebantur, vel coëundo [קהל kahal. ἀρχαιρεσίαι, ἡ τῶν ἀρχαιρεσίων. Gall. *Assemblee ou congregation du peuple ou magistrats pour consulter & deliberer de quelque chose* Ital. *Congregatione, consiglio, ragunanza.* Germ. Reichstag/ landtag/ Versammlungen/ wann man Oberkeiten erwehlen will/ oder sonst etwas zu rathschlagen hat Belg. Eenen Rijcxdach/ eenen Dachvaert Hispan *Los dias que se aparta el cuerpo de dignidad.* Polon. *Seym, zjazd.* Vngar. *Orszag gywlése, az bírságos gywlés.* Ang. *The assemble of the people or magistrats to advise and consult of any thing.*] Leguntur autem comitia Consularia, Prætoria, Quæstoria. Tribunitia, Aedilitia: quibus scilicet Consules, Prætores, Quæstores, Tribuni Aediles creabantur. Tria autem genera comitiorum fuerũt, Curiata, Centuriata, Tributa Nam quæ Calata comitia legimus, ea sunt vel Curiata, vel Centuriata: ex eo quòd primis temporibus Calandi verbum pro vocandi usitatum erat unde æstimare licet veteribus omnia Comitia Calata fuisse. Curiata quum curiatim, κατὰ φυλὰς, populus Rom. suffragia ferebat. Centuriata, quum per cẽturias, sive centuriatim. Tributa, quum tributim sive per tribus. Dionys. lib. 7. Histor. scribit in comitiis curiatis omnẽ potestatem creandi magistratus fuisse penes populum, in centuriatis penes divites ¶ Comitium, tii, singulari numero, locus erat Romæ juxta forum & curiam, ita dictus à coëundo (teste Varrone) eò quòd populus tùm litium, tùm curiatorũ comitiorum causa eò soleat coire. Cic 4. in Vert. Quid? hoc ferendum cuiquam putas? hujus argento domus vestras, hujus signis & tabulis forum, comitium ornari? Idem pro Sextio: Quum forum, comitium, curiam multa de nocte armatis hominibus ac servis plerisq; occupavissent, impetum faciũt in Fabricium. Tempus comitiorum habendorum id erat, quod augures designabant. ¶ Antiqui præterea cõmune, & amplissimum concilium Comitium appellabant Vnde est illud in XII tabulis, De capite civis, nisi per maximũ comitium, ne ferũto. Ex Cic. 3. de Leg.

Comitia comitiorũ tria genera Romæ diversis temporibus instituta: curiata primùm à Romulo, cẽturiata deinde à Ser. Tullio, sexto Romanorum rege: postremò tributa: à tribunis pl. De curiatis comitiis illa significantur quæ scripta sunt apud Põponium jurisconsultum. Romulus, *inquit*, populo in triginta partes diviso, quas curias appellavit, quòd tũc reipub. curam per sententias earum expediebat, leges quasdam curiatas ad populum tulit: tulerunt & sequentes leges. Centuriata Servius rex, ut diximus, majorum rerum, patriciorumq; magistratum causa induxit: iisque comitiis ad extrema reipub. tempora patricios magistratus creatos esse legimus. Tributa, regibus ejectis, tum primùm instituta, quum Coriolanus in judicium populi vocatus est, posteaque cum Volerone Publilio Lætorius legem tulerunt, ut tributis comitiis plebeii magistratus fierent, quia antea curiatis geri solebant. Tributorum autem comitiorum aucta maximè vis est ea lege, quam L. Valerius, & M. Horatius coss. tulerunt, ut, quod tributis comitiis plebs sanxisset, eo Quirites omnes æque tenerentur, ac si centuriatis comitiis perlata lex esset: ita centuriatis tributa sunt æquata; &, quod ait Livius, tribuniciis rogationibus acerrimum telum, hac lege datum est: quum, quidquid tribuni pl. ferrent, id deinde ab omnibus civibus servari necesse esset. Quanquam & Publilius dictator, lege lata, centuriata, quæ patriciorum causâ instituta diximus, imminuit: sanxit enim, ut omnium legum, quæ comitiis centuriatis ferentur, ante initum suffragium patres auctores fierẽt: nec scilicet roboris minus haberet, si quid populares, patribus invitis, latum esset. De jure autem & tempore comitiorum ita cognosci poterit si, quæ duarum legum, Aeliæ, & Fusiæ, fuerit sententia, consideretur, quare loca ipsa proponemus, ac primùm, quod ait in ea pro Sextio: Iisdem consulibus sedentibus, atque inspectantibus, lata est lex ne auspicia valerent, ne quis obnunciaret, ne quis legi intercederet, ut omnibus fastis diebus legem ferre liceret, ut lex Aelia, lex Fusia ne valeret dicendum est quatuor illas partes, de auspiciis, de obnunciatione, de intercessione, de fastis diebus, omnes duabus legibus, quæ subjiciuntur. Aelia, & Fusia, comprehendi, sed tres priores Aelia, posteriorem autem Fusia: rursus è tribus prioribus, ejusdem generis: & quasi naturæ duas esse; tertiam separatam, & tanquam alienam. Nam auspicia ideo erant, ut esset obnunciatio, quum enim de cœlo servatum esset, tum ferentibus legem obnunciabatur. Itaque auspiciatorum quasi partus quidam erat obnunciatio, nec unquam servatum est de cœlo, quin obnunciatum sit, sive prospera, sive adversa signa essent quum prospera confirmarent id, quod cum populo ageretur, adversa impedirent propterea sublatum esse à Clodio morem de cœlo servandi, ut scripsit Dio. lib. XXXVIII. quum tamen antea ita diligenter auspicia servata essent, ut M. Drusi legibus, quia contra auspicia latæ judicarentur, senatus decreverit populum non teneri, quod Cicer. lib. II. de legibus. & Pædianus in commentario Cornelianæ tradidit ergo cum hoc auspiciorum genere quasi cognatione quadam cohæret obnunciatio: at intercessio nihil habet commune cum auspiciis, auspicia enim ad religionem referebãtur: quòd à cœlo: id est, à deorum numine, pendere viderentur. intercessio autem humanæ potestatis erat, & cùm à voluntate semper, nulla religionis observatione, manabat tum ab ea voluntate nonnunquam, quæ ab omni religione dissentiret & cum ipsa quasi deorũ voluntate pugnaret. præterea, servare de cœlo, augurum, atque omnium planè magistratuum fuit; quod suprà notavimus: intercedere verò, dũtaxat ad tribunos pl. tum veteri sacratarum legum jure, tum, ut ego existimo, legis Aeliæ jussu pertinuit. loquor autem de intercessione ad populum, quum lex ferretur. nam in senatu, quum S. C. fieret, non tribunos pl. tantum, sed omnes, qui eadem potestate, qua ii, qui S. C. facerent, majoreve essent, intercedendi facultatem habuisse, diximus in libro de Senatu atque etiam, quod in eo libro non diximus, forensis ut ita dicam, erat intercessio, quum prætori de privata controversia decernenti prætor, intercedebat. cujus generis idoneus locus erit in libro de judiciis. nunc persequamur institutum Dixi legis Aeliæ fuisse tria illa membra, de auspiciis de obnunciatione de intercessione, quæ Clodius sua lege sustulit: quartum de fastis diebus Fusia lege sancitum itaq; in oratione de provinciis consularibus, in extremo paulò distinctiùs locutus est Cicero. quum caput illud, de fastis diebus separatim à reliquis posuit: reliqua verò tria separatim quidem & ipsa ab eo capite, sed ipsa tamen inter se conjuncta, ut dubitandum minimè sit, quin hæc in una lege simul fuerunt, sicuti simul sunt à Cicerone pronunciata quòd si in una lege, ne illud quidem dubitandum de duabus legibus, Aelia scilicet, & Fusia, utrum intelligamus, nam si de tribus conjunctis unum aliquod in Aelia lege fuisse docuero; Aeliæ legi & reliqua duo tribui debere, concedendum, ut opinor, erit. docebo autem Pædiani verbis obnunciationem Aeliæ legis fuisse. nam illud in Pisonem A P. Clodio, fatali portento prodigioque reip. lex Aelia, & Fusia eversa est. ipse sic interpretatur: Legem tulit P. Clodius tribunus pl. ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cœlo servaret. propter quam rogationem, ait, legem Fusiam, & Aeliam, propugnacula, & muros tranquillitatis, atque otii, eversam esse. obnunciationem, quæ perniciosis legibus resistebat, quum Aelia lex confirmaverat, erat sublata. miror autem, cur eo loco nihil de sententia Fusiæ legis addiderit Pædianus, quum tamen ipsam legem simul cum Aelia nominàrit. non enim tantùm tulit Clodius, ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cœlo servaret, quod contrà lex Aelia jubebat; sed etiam, ut omnibus fastis legem ferri liceret ut apertè demonstrant illa, quæ sunt à nobis ex oratione pro Sextio recitata, & hæc in ea de provinciis: Aut statuendum nobis est, legem Aeliam manere, legem Fusiam non esse abrogatam, non omnibus fastis legem ferri licere: quum lex feratur de cœlo observari, obnunciari, intercedi licere. Verùm ut fortasse mutilus Pædianus, quia pretermiserit id, quod

Fusia

Fusia lege sancitum Clodius abrogavit, non item mendosus in eo, quod de lege Aelia posuimus. satis enim planè loquitur, atque ita, ut cur de mendo suspicemur, causam esse nullam videamus. quare habemus quod volumus, obnunciationem ad legem Aeliam pertinere. quòd si hoc ergo & illud auspicia quoque, a quibus obnunciatio derivatur, & intercessionem ad eandem legem pertinere. &, si haec tria ad legem Aeliam, unum illud, quod reliquum est, de fastis diebus, ad Fusiam pertinere, necesse erit, eandem utriusq; legis sententiam, nisi fallor, attigit in epistola, Quaeris, lib. 1. ad Atticum, quum ait: Lurco autem tribus pl. qui magistratum simul cum lege Aelia iniit, solutus est & Aelia, & Fusia, ut legem de ambitu ferret: inibant enim veteres Romani magistratum auspicato: neque omnino quidquam publicè, nec domi, nec militiae, sine auspiciis gerebatur. quod autem in tribunatu pl. Lurconi mandando factum erat, ut auspicia servarentur; id ut ipse in lege de ambitu ferenda ne servaret, neque auspiciorum ullam omnino rationē haberet, decretum est à senatu, neq; hoc solùm, sed illud simul, ut omnibus fastis legē ferre posset, quod lex Fusia vetabat. ideo enim solvit eum senatus & Aelia lege, & Fusia, ut neque auspiciorum religio, neq; dierum ratio impedimento esset, quo minus primo quoq; tempore perferri lex de ambitu posset. Has ipsas leges & in oratione pro Sextio lege Clodia significat abrogatas, quum ait: Mitto eam legem, quae omnia jura religionum auspiciorum, potestatum, omnes leges, quae sunt de jure, & de tempore legum rogandarum, una rogatione sustulit. Nam & si non nominat, legem tamen Aeliam significari certum est, quum ait: Quae sunt de jure: Fusiam autem, quum subjicit: Et de tempore. jus enim intelligit auspicandi, obnunciandi, intercedendi, quae sanxerat Aelia lex: tempus autem, quo legem perferri non liceret, fastos videlicet dies, de quibus caverat Fusia lex. nec dubito, quin, quum dixit: Omnia jura religionum, auspiciorum, potestatū, ad sententiam potius Aeliae legis, quàm Fusiae, spectaverit, nihil enim horum video, quod ad Fusiam referri possit. nam eo quidem, in verbo, Potestatem obnunciationem, & intercessionem significari puto, quae legis Aeliae fuisse, jam diximus. &, quanquam Auspiciorum, Potestatum, dixit, ad interpretationem antecedentis verbi, Religionum, quod saepè facit: & in dictione, Potestatum, & obnunciatio, & intercessio simul includitur, solam tamen obnunciationem ad religionem refero. nam intercessioni cum religione nihil erat commune: quod paulò antè demonstravi. Ex iis, quae attulimus, satis opinor, constat, auspicandi, obnunciandi, intercedendi morem apud Romanos fuisse; quae pertinent ad jus comitiorum: quo de genere lex Aelia loquebatur. constat illud quoque, fastis diebus non licuisse haberi comitia legum ferendarum causa, sed comitialibus tantùm. quod Fusia lege sancitum erat. Impediebantur autem comitia multis modis, primùm Iove fulgente & tonante: deinde, si sinistrum fulmen esset: tū si quis eo morbo, qui insputatur, corruisset; ex quo comitialis morbus dictus est. postremò si tribunus pl. intercessisset quod fiebat hac voce prolata, Veto. Notavimus etiam illud apud Gellium, lege cautum esse, ut, quo die auspicia capta essent, eodem ea de re, cujus rei causa auspicatum esset, comitia absolverentur, alioqui infirmum & inane populi jussum erat. Haec ex libro nostro de legibus Romanis.

Comitialis, le, quod ad comitium pertinet: [ἀρχαιρεσιακός. Gall. *Des appartenances des assemblées du peuple ou des magistrats.* Ital. *Pertinente al assimbramento.* German. Das zu solcher Versamlung eines Reichs oder Lands gehört. Hisp. *Cosa pertenesciente à tales ajuntamientos ò congregaciones.* Polon *Do sejmu przynależący.* Vng. *Orszàg gyűlésbez valo.* Ang. *Perteining to the assemble of the people or magistrats.*] ut, Dies comitialis, quo cum populo agi licebat, ut inquit Macrob. & quo populus Romanus convenire solebat ad suffragium ferendum. Cicer. ad Quint. Frat. Consecuti sunt dies comitiales, per quos senatus haberi non poterat. Iove autem tonante aut fulgurante, comitia populi habere nefas erat. ¶ Comitialis morbus: [ἐπιληψία. Gal. *Maladie qu' on appelle vulgairement le mal S. Ian, epilepsie, mal caduc.* Ital. *Mal caduco.* Venetiis, *la brutta*: Germ. Die hinfallende Sucht/ das Böß weh. Belg. *De vallende siecte / Jans vel.* Hispan. *Gota coral, ò morbo caduco.* Vngar. *Kórsàgos.* Angl. *The falling sicknesse.*] Qui cum totius corporis convulsione principes cerebri operationes tollit, toto cerebro, vel duobus ejus ventriculis affectis. Gignitur ex crassis humoribus, spiritus meatum in cerebri ventriculis obstruentibus, nervorum principio seipso concutiente, ut quod noxium est, excutiat. ¶ Dictus Comitialis, quòd comitia vitiare diceretur. Interrumpebantur enim comitia, quoties aliquis ex hoc morbo concidisset. Cato, quod comitia prohibere solet, nec id quidem mihi vitium fuit. Serenus: Est subiti species morbi, cui nomen ab illo, Quod fieri nobis suffragia justa recusat. Saepè etenim membris acri languore caducis Consilium populi labes horrenda diremit. Ipse Deus memorat dubiae per tempora lunae Conceptum, talis quem saepè ruina profudit. ¶ Hic morbus alio nomine dicitur sacer, & morbus major, propter gravitatem: quoniam homo subitò concidit, & spumae ore moventur. Docet etiam Aristoteles hunc morbum à priscis Herculeum fuisse nominatum, quia Hercules laborasse eo fertur: idque ex atra bile plerisque contingere tradit. Plato & Apuleius, divinum nuncuparunt, quòd animi partem rationalem, quae longè sanctissima esse videtur, obsideat. Graeci ἐπιληψίαν vocant, à verbo Graeco ἐπιλαμβάνεσθαι, quòd sensus comprehendat & vincat, ita ut eo correpti à mortuis non magnopere differre videantur. ¶ Comitialis homo, ἐπίληπτος, qui hunc morbum patitur. Plinius Fel testudinum naribus illitum comitiales erigit, attollitque. ¶ Plautus tamen Comitiales homines in Poenulo appellat litigiosos, qui in comitio propter lites quasi habitare videntur, qui si nihil litium, litem ferunt.

Cōmĭtĭālĭtĕr, adverb.] ἐπιληπτικῶς. Vng. *Ószve vonyás, ingerodás képpen.*] Plin. lib. 22. cap. 21: Folia heliotropii contractionibus medentur, etiamsi id comitialiter accidat: id est, etiamsi contractiones fiant ex morbo comitiali.

Cōmĭtĭārĭŭs, adject. [ἀρχαιρεσιακός. Vngar. *Gyűlés meggyára valo.*] ut, Comitiaria statio, quae in modum cōmitiorum celebratur. Liv. 3. bel. Pun. In hac commitiaria jam duorum exercituum statione, principes Nolanorum nuntiant Marcello, nocturna colloquia inter plebem & Poenos fieri.

Cōmĭtĭātŭs, us, m. q. [ἀρχαιρεσία. Vngar. *Orszàggyűlésben valo sokasàg, nép gyűlekezet.* Ang *An assemble of people.*] Dicitur populi in comitio congregatio. Cicero tertio de Legibus. Tum leges praeclarissimae de XII. tabulis translatae duae: quarum altera privilegia tollit, altera de capite civis rogari, nisi maximo comitiatu, vetat.

Cōmĭtĭāti, Tribuni militares, qui dicantur, docet his verbis Asconius Paedianus in 2. contra Ver. Tribunorum militarium duo genera, Primum eorum, qui Rufuli dicuntur: hi in exercitu creari solent. Alii sunt comitiati, qui Romae comitiis designantur.

Cōmĭto, & Comitor, Vide Comes.

Cōmmă, atis, n. t.] גזרה *gezérah.* Gal. *Incision, couppure.* Ital. *Incisione, taglio, distintione.* German. Zertheilung/underscheidung. Hisp. *Cortadura, medio punto en la scriptura.* Polon. *Rozdział.* Vngar. *Virgola, meg vàlasztó nota.* Ang. *A cutting, or cutting in an oration.*] per duplex μ, κόμμα incisio: à κόπτω, incido, minutissimae distinctionis genus est, quod incisum à Latinis dicitur, à Cicerone etiam Caesum, eo quod incidat Cola & Periodos. Constat enim periodus omnis ex commatibus & colis, tanquam partibus. Ex his cola, dicuntur partes majores periodi, quum scilicet oratio penè est perfecta, ita tamen ut animus audientis nondum conquiescat. Commata verò dicuntur minimae periodi particulae, in quas cola rursus, velut in partes dissecantur. ¶ Commata etiam dicuntur aquarum emissaria, & incilia, primùm in Aegypto ad hoc inventa structaque, ut pro arbitratu accolarum. Nilus vicissim admittatur in campos arvales, aut intra alveum contineatur. Vlpian. de extraordinar. crimin. I. Saecularis: Commata (inquit Budaeus) & Diacopi, qui in aggeribus fiunt. ¶ Comma praetereà (teste interprete Aristophanis in Pluto) est genus vilissimi numismatis. Vnde ortum Adagium: Mali commatis, κακοῦ κόμματος, subaudiendum, ἄνθρωπος, homo. Dicebatur de improbo, contempto & rejiculo homine. Aristoph. in Pluto, Ἐκεῖνος ἐστὶ τοῦ κακοῦ κόμματος: id est. Videtur esse non probi commatis.

Cōmmăcŭlo, as, act. p. Maculo. [טמא *timmé* טנף *tinneph.* μολύνω. Gall. *Se maculer du tout, souiller.* Ital. *Macchiare.* German. Vermasgen/verwüsten/versudlen. Hispan. *Ensuziar.* Polon. *Mazę, plugawię.* Vngar. *Megfertőztetöm, megrutitom.* Ang. *To make fowl, to steyne.*] Commaculare se ambitu, metaphoricè. Cicer. pro Caelio: Nunquam enim tam amens Coelius fuisset, ut si se isto infinito ambitu commaculasset, ambitus alterum accusaret. ¶ Commaculare manus sanguine alicujus, Virgil. de Medea, Eclog. 8: Saevus amor docuit natorum sanguine matrem Commaculare manus. Id est, polluere nece filiorum suorum.

Cōmmădĕo, mades, n. f. Madeo. רטב *ratáb* βρέχομαι, ὑγρὸς εἰμι. Gal. *Estre trempé ou mouillé tout àutre.* Ital. *Esser humido.* Germ. Nass seyn. Hispan. *Mojarse.* Polon. *Mokrę.* Vng. *Még àzom, vizesülök.* Ang. *To be wette, to be moist.*] Cato cap. 156: Coquito usquedum ea commadebit bene, aquam defundito.

Cōmmălaxo, as, are, est exercere ac maturè facere. [Vng. *Gyakorlom.*] Varro: Nec dolorem adiaphoron esse, quod philosophia commalaxarem eam partem, neque irato mihi habenas dedi unquam, neque cupiditas mihi imposuit fraenos. Ex Nonio.

Commandūcārĕ, act. p. Dentibus molere, quod Cic. Mandere dicit. [לעס *laás*, μασάομαι. Gall. *Mascher fort & tout ensemble.* Ital. *Mangiare, masticare.* Ger. Zerkeuwen. Hisp. *Comer ò mascar.* Pol. *Żuię.* Vng. *Megrágni.* Ang. *To chew all together.*] Plin. lib. 29. cap. 8: Quum priores ob religionem eam minimè commanducarent. Valerius: Protinusque dentibus abscissam, & commanducatam linguam in eum expuit.

Cōmmandūcātūs cĭbūs, dicitur à Plin. lib. 20. cap. 3, multa iteratione mollitus, ac propè liquefactus. quem Mansum Quintilianus vocat: [μεμασημένον βρῶμα. Vng. *Rágos.* Angl. *Chewing of the cudde.*]

Commāndū cātūr, deponens, apud Lucilium lib. 4. legitur pro comedit, vel devorat. Assequiter (inquit) nec opinantem, in caput insilit, ipsum commanducatur totum complexum. Idem lib. 25: Villicum Aristocratem mediastinum, atque bubulcum Commanducatur, corrupit, ad incita adegit. Nonius.

Cōmmāndūcātĭŭs, us, q. [μάσησις. Gall. *Maschement entre ses dents.* Ital. *Il masticamento intra i denti.* German. Zerkeuwung Hisp. *Ma-*

Hisp. *Mascadura è comida.* Polon. *Zzuy.* Vngar. *Rágás.* Ang. *Chewing.*] Plin lib.24 cap.4: Vlcera commanducatu, impositúque efficacissimè sanat.

Commăněrě, [*συμμένειν.* Polon. *Spolu przemieszkiwać.* Vngar. *Egyut maradni.* Ang. *To tarie with another.*] Macrob. Satur. lib.6. cap.6. Referunt enim non ad eos qui adveniunt, sed ad illos qui in domo commanent.

Commănĭpŭlārēs, Spartiano commanipulones, Ciceroni contubernales. [*συμμάχιται*, vel *σύλλοχοι.* Polon. *Spolni żolnierze.* Vng. *Azon hadbeli tars, azon szed allyal.*] Milites ejusdem manipuli, Cornelius Tacitus libro 20: Prensare commanipulatum pectora cervicibus injecti.

Commănĭpŭlōnes, qui sunt ejusdem manipuli. [Polon. *Spolni żoldacy.* Vngar. *Azon hadbeli tars, azon szed allat.*] Spartianus in Nigro: Idem ob unius gallinacei direptionem decem commanipulones, qui raptum ab uno comederant, securi percuti jussit.

Commănĭpŭlātĭo, [Polon. *Spolne żoł downie.* Vng. *Azon hadbeli, szebeli tarsaság.*] Spartianus in Nigro: Vt tota in expeditione, in commanipulatione nemo fucum faceret.

Commăscŭlārē, ut Commasculare frontem, masculi frontem attollere virginali verecundia relegata, & quasi perfricta fronte aliquid facere: Macrob. l.7. c.11. de Servio naturali verecundia predito Commascula frontem, & sequestrata verecundia quam in te facies rubore indicat, confer nobiscum liberè.

Commĕdĭtŏr, aris, d.p. Meditor. [הגה *haghâh* *μελετᾷν.* Gall. *Penser diligemment à quelque chose.* Ital. *Pensare, imaginare.* Germ. *Betrachten/besinnen.* Hispan. *Pensar, imaginar.* Polon. *Rozmyślam, rozmyślam.* Vngar. *Gondolkodom, lelki döbom.* Ang. *To thing and muse diligentlie.*] Autor ad Heren. l.3: Quare placet & ex ordine locos comparare, & locos quos assumpserimus, egregie commeditari oportebit, ut perpetuo nobis hærere possint. Lucret. lib.6: Et fragiles sonitus chartarum commeditatur: id est, exercet, facit, reddit.

Commĕmĭnī, Memini. [זכר *zachár.* *μέμνημαι.* Gall. *J'ay encore souvenance.* Ital. *Mi è sovenuto.* German. *Ich bin eyngedenck.* Hispan. *Recordarse.* Polon. *Pamiętam.* Vngar. *Emlekezöm reá.* Ang. *To haue remembrance.*] Cicer. t. Tuscul. Ego autem non commemini, antequam sum natus, me miserum. Idem 1. de Orat. Idem Qu. Sergium Galbam (quem hominem probè nosse & commeminisse se ajebat) pergraviter reprehendere solebat.

Commĕmŏro, penult. corr. Commonefacio, in memoriam reduco, recenseo, dico. [הזכיר *hizchîr.* *ἀπομνημονεύω*, *διηγέομαι*, *λέγω.* Gall. *Faire memoire, & mention, raconter, amenteuoir.* Ital. *Ricordare, narrare in memoria.* German. *Erzehlen / wideräfern / wider in gedechtnuß bringen.* Belg. *Verhalen.* Hispan. *Recordar.* Polon. *Przypominam, wspominam.* Vngar. *Eló számlálom, elo hozom.* Ang. *To report, to make mention, to bring in memorie.*] Cicer. in Catone: Pythagoreorumque more, exercendæ memoriæ causa, quid quoque die dixerim, audierim, commemoro vesperi. Idem pro Quintio: Nam quid hoc indignius, aut iniquius C. Aquili dici aut commemorari potest?

Commĕmŏrārē pro admonere. Pomponius in l. in vendendo, ff. de contrah. empt. & vend. Si quum servitus venditis prædiis deberetur, nec commemoraverit venditor, sed sciens reticuerit.

Commĕmŏrātĭo, verbale, f.t. Mentio, recordatio. [זכרון *zichârón* *ὑπόμνησις.* Gall. *Mention, recit.* Ital. *Ricordanza.* German. *Erzehlung / widerăferung / widergedechtnuß.* Hispan. *Recordacion.* Polon. *Przypominanie.* Vng. *Elószámlálás.* Ang. *Mentioner making report.*] Terent. in Andr. nam isthæc commemoratio, Quasi exprobratio est immemores beneficii.

Commĕmŏrāmentum, n. f. antiqui pro commemoratione dixerunt. Cæcilius Plotio: Pudebat credo, commemoramentum stupri.

Commĕmŏrābĭlis le, om. t. dignus qui commemoretur. [נזכר *nizchár* *ἀξιομνημόνευτος*, *ἀξιόλογος.* Gall. *Digne de memoire, ou d'estre raconté.* Ital. *Degno che sene faccia memoria.* Ger. *Der würdig ist, daß man sein gedencke und meldung thue.* Hisp. *Digno de ser recordado.* Polon. *Do przypomnienia godny.* Vngar. *Emlekezetre méltó.* Ang. *Worthie to be mentioned.*] Cicer. 2. de Nat. deor. Multaque alia in aliis locis commemorabilia perferre possum. Plaut. Pseud. Dabo aliam pugnam claram & commemorabilem.

Commendo, as, act. p. ex Con, & mando, Laudo: [הפקיד *hiphkid* שבח *schibbách* הלל *hillél.* *ἐπαινεῖν*, *συνίστημι.* Gall. *Recommander, louer, bailler en garde.* Ital. *Laudare, racommandare.* German. *Befehlen/loben.* Belg. *Bevelen/loven.* Hisp. *Encommendar ò alabar.* Polon. *Zalecam, chwalię.* Vngar. *Ajanlom.* Ang. *To commend, to loue and praise.*] & sic duobus ferè constitui solet modis. Nam quandoque accusativum tantùm habet. Cicer. post red. Quum eum, præter simulatam tristitiam, nulla res commendaret. Valer. Max lib.10: Quapropter non ludicram artem commendavit. ¶ Quandoque ultra accusativum construitur cum alio accusativo mediante Apud, aut hujusmodi præpositione: ut, Commendavi te apud prætorem. ¶ Quandoque post accusativum jungitur dativus, & significat, fidei alicujus committo, & quod charum est mihi, alicui concredo, *παρατίθημι*: sed non recedit à significatione verbi Laudo. Semper enim fit cū charitate & laude ejus, qui commendatur. Cic. Quint. Fratri: Quàm multos me cum egisse putas, ut se Statio commendarem? Plautus: Qualine an ico mea commendavit bona: Probo & fideli & fido. Cic. 3. de Finib. Quorum uterque tibi testamento liberos suos commendavit. Terent. in Eunuch. Ego me tuæ commendo & committo fidei.

Cōmmēndātŭs, a, um, particip. Commissus, laudatus, aut fidei alicujus concreditus. [מפקד *muphkádh* משבח *meschubbách.* *συνεστηκώς.* Gall. *Recommandé & loué.* Ital. *Laudato, tenuto in gran stima.* German. *Befohlen / oder gelobt / einem anderen vertrawt.* Hispan. *Encomendado y alabado.* Polon. *Zaleconý.* Vngar. *Ajánlatott.* Ang. *Commended, praised.*] Cicer. pro Rosc. Amer. Cui famæ mortui, fortunæ vivi commendatæ sunt atque concreditæ. Plancus Ciceroni: Meam dignitatem commendatam habeas rogo.

Cōmmēndātŭr, nomen ex participio. [*ἐπαινετός.* Pol. *Zaleconi.* Vngar. *Ajánlás.* Cic. pro Corn. Balbo: Quis est enim nostrûm cui non illa civitas sit hujus studio, cura, diligentia commendatior? Idem ad Brut. Quum ipsi per se tibi commendatissimi sint.

Cōmmēndātĭo, onis, verbale, f.t. Laus, laudatio, commissio. [פקדון *pikkadhón.* *ἐπαινεσις.* Gall. *Recommendation, lonange.* Ital. *Racommandatione.* German. *Befehlung.* Hispan. *Encomienda.* Pol. *Zalecenie.* Vngar. *Ajanlas, kommendalás.* Ang. *Commending, praising.*] Cic. ad Lent. lib.1: Nostra cæterorumq; amicorum commendatione gratissimus in provincia fuit. Idem: Magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna memoria Consulatus tui.

Cōmmēndātŏr, m.t. Commendatrix, f.t. qui & quæ commendat. [מפקיד *maphkidh,* *ὁ συστατικός, ἡ συστατική.* Polon. *Zalecacz.* Vngar. *Ajánló.*] Cic. 1. de Legib. Sed profectò ita se res habet, ut quoniam vitiorum emendatricem legem esse oportet, commendatricemq; virtutum, ab ea vivendi doctrina ducatur.

Cōmmēndātĭtĭŭs, a, um, ut Commendatitiæ literæ, in quibus aliqui commendatur. [*συστατικὰ γράμματα.* Gall. *Lettres de recommendation.* Ital. *Lettere di racommendatione.* German. *Fürdernuß brieff.* Hispan. *Letras de encommendar.* Pol. *Zalecenia listy.* Vng. *Ajánló, kommendáló.* Ang. *Letters of commendacion.*] Cicer. Anton. lib.5: Etsi statueram nullas ad te literas mittere, nisi commendatitias.

Cōmmēndābĭlis, le, dignum quod laudetur. [*ἐπαινετός.* Gall. *Digne d'estre loué.* Ital. *Che è degno di esser laudato.* German. *Das fürderens oder befehlens wol werd ist.* Hisp. *Digno de ser encommendado y alabado.* Polon. *Godni chwaly.* Vngar. *Ajanlásra, vitsiretre méltó.* Ang. *Worthie to be praised*] Colum. lib. 5. cap 6: Sed ut deinsum arbustum commendabile fructu & decore est, sic ubi, &c.

Cōmmēntācŭlum, culi, n.f. (inquit Festus) virga qua in sacris utebantur ad sacrificia euntes, ut à se obvios homines amoverent.

Cōmmēnsus. vide COMMETIOR.

Cōmmēntŏr, Commentitius, Commentum, vide COMMINISCOR.

Cōmmĕo, as, n. f. ex Con, & Meo, Eo, iter facio. [הלך *halách* התהלך *hithhallêch* עבר *abhár.* *φοιτᾶν.* Gall. *Aller & faire un voyage, passer d'un lieu en autre, voyager.* Ital. *Andare, venire.* Germ. *Etwan hingehn der meinung wider zu kommen.* Belg. *Gaen.* Hispan. *Passar por algun lugar, yr venir.* Polon. *Ide abosniß, z wrocznem, wedchodze.* Ang. *To go, to walk, to make an iourney.*] Colum. lib. 1. cap.3: Qui libentiùs commeaturus sit, si vexationem viæ non reformidet. Plaut. in Rud. Eum ad carnificem est æquius, quàm ad Venerem commeare. ¶ Aliquando ponitur pro Convenio. Cic. pro Leg. Man. Insula Delos quò omnes undiq; cum mercibus commeabant. ¶ Aliquando pro Venio & redeo. Idem: Sol ab ortu ad occasum commeans. ¶ Inde Commeatus dari dicitur: id est, tempus quo ire & redire commodè possis. ¶ Veteres etiam commetare dixerunt, pro commeare, ut citat Nonius ex Nævio: Quum ad lupam nostram tam multi crebrò commetant lupi. Afran. Quò tu commetas? ubi confixus desides? Ex Nonio.

Cōmmĕātŏr, m.t. qui commeat, idque ultrò citroque, ut internuntius: qualis Mercurius apud Apul. in Apolog. Deus superûm & inferorum commeator appellatur. Hom. *διάκτορος* [Pol. *Tam, y sam przechodzaci.* Vng. *Közben járó*]

Cōmmĕātŭs, us, m.q. Facultas abeundi, sive quod dicitur, *Salvus conductus*, quem dat imperator militi, præpositus inferiori, eundi quò velit ad præscriptum diem reversuro. [*ἐφοδία*, *ἐφόδιον.* Gall. *Congé de s'en aller, saufconduit.* Ital. *Licenza, salvocondotto.* German. *Ein geleit/erlaubnuß hinweg zu ghen.* Belg. *Geleide/Paspoort.* Hispan. *Licencia para passar por algun lugar, salvoconducto ue principe, ò capitan.* Polon. *Glejtowny list.* Vng. *Salbskonductus, el menésfrenalo szabadság.* Ang. *Passport or sauffe conducte to passe*] Autor ad Herenn. Illic qui ad diem commeatus non venit, quòd eum aquæ interclusissent. Liv. lib.21. Magna pars sine commeatibus dilabebatur. ¶ Aliquando accipitur pro cibariis ad alimoniam exercitus, aut Reip. aut multitudinis, vel etiam privati alicujus. [לחם *léchem* שבר *schéber.* *σιτοῦ, ὁ σιτός.* Gall. *Viures pour passer quelque temps.* Ital. *Vettovaglia* German. *Profiand/oder nahrung zu erhaltung eines Kriegsvolcks.* Belg. *Provande/vitaille.* Hispan. *Las vituallas.* Polon. *Zywność, pica żolnierskiego ludu.* Vngar. *Vti eledel.* Ang. *Victualles for the way or iournay*] Cic. pro lege Manil. Iam commeatu & privato, & publico prohibemur. Cæsar 1. bell. Civil. Reliquas

liquas merces commeatusque ad obsidionem urbis, si accidat, reservant. ¶ Unde, Trium dierum commeatus dicitur, quum instare paupertas extrema significatur. Aristoph. in Acharnens. καὶ μὴ ἰπιμεῖν σιτι ἡμερῶν τριῶν: id est, Ee non ut quis reservet commeatum tridui. ¶ Aliquando pro transitu multitudinis. Apul. lib. 6. Sed cuneatim stipato commeatu difficultates transabiremus.

Cōmmĕātīlis, miles dicitur, qui in stipendii partem accipit alimenta ex commeatu: id est, ex alimento publico, juxta priorem significationem vocis, Commeatus. Iustin. de Praefect. praet. Aphr. l. quas Deo. Nullum audeant Duces vel Tribuni commeatilem de ipsis dimittere: ne dum sibi lucrum student conferre, custoditas nostras relinquant provincias. Et infrà: Non de commeatilibus militum, aut eorum stipendiis lucrum facere.

Cōmmērcŏr, aris, d. p. Mercor, vel multas res simul mercor, coëmo. [סחר sachar. ἀγοράζω. Gall. *Marchander ou acheter ensemble.* Ital. *Comprare.* Germ. Kramen/ viel ding zusamen kauffen. Hisp. *Mercar, ò mercar juntamente.* Polon. *Skupuje.* Vngar. *Sáfárlok, veszek.* Ang. *To make merchandise, to buy or sell together.*] Plaut. in Capt. Pater captivos commercatur alios, tantum studens, ut natum recuperet.

Cōmmĕrcium, n. s. Est libera commeandi contrahendique facultas, concessa iis, qui merces ultrò citroque convehunt. [מסחר mischar. ἐμπορία. Germ. Gewerbschafft/ Kauffmanshandel. Belg. Mede coopmanschappinge/ mede handelinge. Polon. *Przekupowanie,* Vng. *Kereske dése valo szabadság.* Angl. *Entercourse, merchandise.*] ¶ Aliter Commercium est vicissitudo dandi & accipiendi: a Con, & Merces: mercium commutatio, quae victus causa inventa fuit, συνάλλαγμα, ἀλλαγή, ἐμπορία. Plinius in Paneg. Diversasque gentes ita commercio miscuit, ut quod genitum esset usquam, id apud omnes genitum esse videretur. ¶ Accipitur & pro usu & consuetudine. [ὁμιλία. Vng. *Társaság.* Ang. *Fellowship, acquaintance.*] tunc praepositioni Cum jungitur. Cicero de Senectute: Nec habet ullum cum virtute commercium. Plautus in Bacch. Quid tibi commercii est cum dis damnosissimis? Idem in Aulularia: Quid tibi mecum est commercii, senex?

Cōmmĕrĕo, res, n. s. vel Commereor, reris, Committo, malè ago, delinquo, pecco. [פעל pahal. פעל pahal. חטא chata. [illegible] kaschalah. ἁμαρτάνω. Gal. *Mesfaire, defaillir, faillir.* Ital. *Errare, mancare.* German. Etwas verschulden/ oder verdienen/ sündigen/ etwas unrechts begehen. Belg. Sondigen. Hispan. *Pecar, merecer.* Polon. *Wystepnie grzeszę.* Vngar. *Bunben szerint erdemlem, vétkezem.* Ang. *To deserve, to committe, to offend, to trespasse.*] Terent. in Andr. Quid feci? quid commerui? aut peccavi pater? Ubi Donatus Commerui, majoris culpae est: Peccavi, multò minoris, vel levioris. Idem in Phormione: Nam si senserit timidum pater esse, arbitrabitur Commeruisse culpam: id est (inquit Donatus) commisisse. Idem in Hecyra: Quibus iris impulsus nunc in illam iniquus sim? Quae nunquam quicquam erga me commerita est pater. Quod nollem: & saepè quod vellem meritam scio. Ubi Donatus Adverte (inquit) proprietatem Commerendi & Merendi. Mereri bona dicimus, Commereri mala: id est, delinquere, peccare. Ergo hic Meritam, pro praestitisse dixit. Cicero de Orat. Interrogabatur reus, quā quasi aestimationem commeruisse se maximè diceret. ¶ Interdum etiam in bonam partem accipitur pro mereri. Ut apud Plaut. in Mostellaria: Quid gravaris, quasi gratiam non commeream?

Cōmmētĭŏr, tiris, d. q. Metior, simul metior. [מדד madhadh. μετρέω. Gall. *Mesurer & compasser.* Ital. *Mesurare.* Germ. Messen. Hispan. *Medir.* Pol. *Mierzę rownam.* Vngar. *Meg mérém.* Ang. *To measure.*] Cicero 1. de Invent. Nam saepè oportet cōmetiri cum tempore negotium, & videre, poteritne aut magnitudo negotii, aut multitudo rerum in eo transigi tempore.

Cōmmēnsŭs, us, ui, m. q. Symmetriam significat. [מדה middah משקל mischkal, συμμετρία, ἀναλογία. Gall. *Mesure, mesurement.* Ital. *Misura.* German. Ein formliche abmessung. Hispan. *Medida.* Pol. *Odmierz nie krzywe.* Vng. *Egyarányú mérték.* Angl. *Measuring.*] Vitruvius lib. 3. cap. 1. Reliqua quoque membra suos habent commensus proportionis, &c.

Cōmmĕto, as, pen. corr. Vetustissimi dixerunt pro commeo: hoc est, ito, aliquò me confero. [φοιτάω. Pol. *Chodzę.* Vng. *Járok, megyék.*] Naevius: Quum ad lupam nostram tam multi crebrò commetant lupi. Vide COMMEO.

Cōmmĭctĭlis sērvŭs, apud Pomponium in Praecone posteriore: Si fecam quid velis, inquit, quasi servi comici commictilis: id est, compositi. Ex Nonio.

Cōmmigro, as, Idem est quod migro, & habitationem in locum aliquem transfero. [נסע nasah. μετοικέω. Gall. *Aller loger, demeurer ou habiter en autre lieu.* Ital. *Andar ad habitar altroue.* Germ. Sein wohnung an ein ort hin verendern. Belg. Verhuysen. Hisp. *Mudar casa en otro lugar.* Polon. *Odmieniam mieszkanie, przenaszam sie.* Vng. *El költözöm.* Angl. *To go and dwell in an other place, to flitte.*] Terent. in Andr. Mulier quaedam ad hinc triennium commigravit huic viciniae. Liv. 5. ab Urbe: Quid si non Galli hoc, sed veteres hostes vestri Aequi, Volscive faciant, ut commigrent Romam? Cicer. ad Quintum Frat. lib. 2: Sed ut spero, paucis mensibus post Calend. Quintiles in tuam commigrabis.

Cōmmīlĕs, tis, com. t. Cōmilito. [ὁ συστρατιώτης. Gall. *Compagnon de guerre.* Ital. *Compagno di guerra.* Germ. Mitkriegsman/ gesell im Krieg. Hisp. *Compannero en la guerra.* Pol. *Spolnie rennik, żołnierz.* Vng *Vitez vitéz társ.* Angl. *A fellow in warre fare.*] Cal. bell. Civil. Commilitesque nonnulli graviores sermones militum vulgò durius accipiebant.

Cōmmīlĭtium, ipsa belli societas. [συμμαχία, ἑταιρεία. Gall. *Compaignie de guerre, societé en la guerre.* Ital. *Compagnia di guerra.* Germ. Gesellschafft im Krieg. Hisp. *Compannia en la guerra.* Pol. *Towarzystwo żołnierskie.* Vng. *Hadbeli társaság.* Angl. *Fellowship in warre fare.*] Iustinian. lib. 1. Deinde cogitatione legum sacrarum, tum vetusti per tot bella commilitii, orat misereatur civis exulum. Tacitus lib. 1: Chauci quum auxilia pollicerentur, in commilitium adsciti sunt. ¶ Apud Apuleium etiam Commilicia legitur foeminino genere.

Cōmmīlĭtĭă, ae, [ἑταιρεία. Commilitium. Polon. *Spolna służba żołnierska.* Vngar. *Társaság, egy más valo vitézködés.*] Apul. Florid. lib. 3: Commemoravit inter nos jura amicitiae, ac commilitiae studiorum.

Cōmmīlĭtōnēs, m. t. Qui simul militant. commilites. [συστρατιῶται. Gall. *Compaignons d'armes & de guerre.* Ital. *Compagni alla guerra.* German. Spießgesellen. Hisp. *Compannneros en la guerra.* Polon. *Spolni towarzysze służacy.* Vng. *Egymás hadakozo társ vitézlő társ.* Angl. *Companions or fellowes in warre.*] Sueton. in Caesare. Nec milites suos pro concione, sed blandiore nomine cōmilitones appellabat, tanquam & ipse unus esset ex numero militum. Cicer. pro Dejot. His verò adolescens, qui meus in Cilicia miles, in Graecia commilito fuit.

Cōmmĭnīscŏr, d. t. Fingo, vel excogito: ab antiquo verbo Meminiscor: unde & Reminiscor. [בדא bada. יצר jatsar. συμπλάττω. μηχανάομαι. Gall. *Controuver, excogiter, forger.* Ital. *Fingere, imaginare.* German. Erdichten. Belg. Vinden/ versieren. Hisp. *Pensar o fingir.* Polon. *Zmyślam, spominam.* Vngar. *Gondolok.* Ang. *To invent, to imagine, to fayne, to devise, to forge.*] Terent. in Hecyra: Aliquid tulisse comminiscentur mali. Cic. 4. de Finib. Ille enim occurrentia nescio quae comminiscebatur. Liv. 7. bell. Maced. Nihil adversus tale machinationis genus parare aut comminisci oppidani conabantur.

Cōmmēntŭs, partic. activae significationis. [בודא bodhe. יוצר jotser. Gall. *Controuveur, forgeur, qui a excogité.* Ital. *Che a trovato.* Ger. Der erdichtet hat. Hispan. *Fingidor.* Pol. *Zmyśliwszy.* Vng. *Gondolt.* Angl. *He that inventeth, imagineth or deviseth.*] Cicero 2. de Nat. deor. Monogrammos deos & nihil agentes commentus est Epicurus.

Cōmmēntŭs, passivè. [בדוי badhui. נוצר notsar. συμπλασθείς. Gal. *Feint, controuvé.* Ital. *Finto, simulato.* Germ. Der erdichtet ist. Hisp. *Fingido, falso.* Polon. *Zmyślony.* Vng. *Gondoltatot.* Ang. *Fayned, invented, forged, devised.*] Ovid. 6. Met. Dat gemitus fictos, commentaque funera narrat.

Cōmmēntāri, frequentativum est à comminiscor. Cogitare, agitare, tractare, mentionem facere, disputare. [חשב chaschab הגה hagah יצר jatsar הרה harah διαλογίζομαι, πραγματεύομαι. Gall. *Penser & songer à quelque chose, inventer & controuver.* Ital. *Trattare, disputare, dichiarare.* Germ. Sinnen/ betrachten/ sich mit einem andern underreden. Hisp. *Pensar, disputar, tratar, glosar libros.* Pol. *Rozważam, zmyślam, radzie, rozmawiam.* Vngar. *Megamban hanyom vetem gondolkodom.* Angl. *To muze and thing on a thing, to invent, to reason.*] Cicero ad Atticum libro 4: Verumtamen idipsum mecum in his locis commentor, ut ista improbem. Idem in Lael. Quum in hortos D. Bruti Auguris commentandi causa (ut assolet) venissemus: hoc est, tractandi vel disputandi. ¶ Interdum significat comminisci, confingere fallaciam. πλάττω. Plaut. in Casin. Ut citò commentatus est ecquid te pudet? ¶ Interdum commentarium scribere, scribendo aliquid componere, ὑπομνηματίζειν. Plin. lib. 18. c. 25: Id eo ipso anno, quum commentaremur haec, notatum est, proventum earum ter repetito frigore, extinctum. ¶ Commentari, pro invenire. Cicero 11. Philip. Quorum alter commentatus est Mimos, alter egit tragoedias.

Cōmmēntātŭs, particip. quod modò passivè accipitur. [נוצר notsar, συμπεπλασμένος, συμπλασθείς. Gall. *Pensé, songé, controuvé.* Ital. *Trovato, imaginato.* Germ. Mit nachsinnen erdichtet. Hispan. *Fingido.* Pol. *Rozważony, zmyślony.* Vng. *Megh hányotvetött gondoltatot.* Angl. *Musedon, invented, devised.*] Cic. ad Titonem libro 6. Isque diu, & multis lucubrationibus cōmentata oratione, vide ut probare possit te non peccasse. ¶ Modò activè Cicero Attic. lib. 4: Quum in villa Metelli cōplures dies commentatus esset.

Cōmmēntātĭo, verbale, f. t. Meditatio, atque contemplatio. [יצר jetser, הגיון higghaion, μελέτημα, σκέψις, ἐπιμέλεια. Gall. *Pensement à inventer, & controuver quelque chose.* Ital. *Pensamente di qualche cosa.* German. Innerliche erwegung/ oder betrachtung eines dings. Hisp. *Pensamiento para hallar alguna cosa.* Polon. *Uważanie, obmyślanie.* Vng. *Magában valo hányás vetés, gondolkodás.* Angl. *A thinking and muzing to invent or devise a thing.*] Cicer. 1. Tusc. Tota enim philosophorum vita, ut ait idem, commentatio mortis est. ¶ Item pro descriptione. Plin. lib. 6. cap. 17: Seneca etiam apud nos, tentata Indiae commentatione, sexaginta amnes ejus prodidit.

Cōmmēntārĭēnsĭs, m. t. [מזכיר mazchir. ὑπομνηματογράφος. Gall. *celuy qui fait registre, comme geolier des prisonniers qu'il re-*

cus. Ital *Guardiano di registri, protocoli ouero d'atti publici.* German. Ein Schreiber so die betrachtungen vnnd Rhatschlag vber Händel auffschreibt/ vnd sie bewahrt vnd Protocolliert. Hisp. *El que haze registros, como vn carcelero.* Polon. *Pisarz ...* Vngar. *Orzég dolgainak író ...* Ang. *He that registreth any thing as a iaulour of the prisoners which he receiveth.*] Qui in commentarium custodias refert, & velut diarium custodiarum conficit, Budæus. Asconius in eum locum Ciceron. 6. 3. Verr. Accensus Neronis: Accensus, *inquit*, nomen est ordinis, & promotionis in militia, ut nunc dicitur princeps vel Commentariensis, ut Corniculatius. Hæc enim nomina de legionaria militia sumpta sunt. Paulus in L. in fraudem §. A' debitore ff. de iure fisci: Quoties apud fiscum agitur, actorum potestas postulanda est, ut meritò his uti liceat: eaque manu Commentariensis annotanda sunt. Secundùm hoc commentarienses sunt, quibus commentarii Imperatoris commissi sunt, ut est hodie thesaurus chartarum. In l. Ad commẽtariensem, C. de custodia reorum, pro eo accipitur, qui custodiam & periculum reorum præstat, ita ut reo elapso talione ipse puniatur & in l. fin. commentariensis singulis mensibus de personis reorum & numero, de qualitate delictorum, de clausorum ordinibus ad iudicem referre debet.

Cōmmĕtārĭum, n. s. Commentarius, & Commentarii, orum, plurali num. pro una eademque significatione sumuntur, scilicet pro libris in quibus non latè diffuseque res, sed quàm brevissimè possunt, explicantur, simpliciterque, & quasi per capita describuntur. [זכרון *zicheharon* מגלה *meghillah.* ὑπόμνημα, ὑπομνήματα, ὑπομνηματισμοί. Gall. *Registre, memoires papier iournal.* Ital. *Registro, giornale memoriale.* German. Ein Buch oder Rodel/ in welchem bericht oder erinnerung eines dings kurtz begriffen seind. Hisp. *La minuta dela obra.* Polon. *Ksiega do ktorey sprawy ... wpisuią.* Vngar. *Laistrom, magyarazo kony.* Ang. *Registre of actes done, an short exposition or comment.*] Cicer. in Brut. Non est oratio, sed quasi capita rerum, & orationis commentarium paulò plenius. Sic Cæsaris Commentarii dicuntur, quos Plutarchus ἐφημερίδας appellat, inquiẽs: Καίσαρ ἐν ταῖς ἐφημερίσι γέγραφεν: in quibus ad exequendam historiam alijs videtur materiam subiecisse. Vnde Seneca lib. 3. Decl. Sine commentario nuquam dixit Severus Cassius, nec hoc commentario cõtentus erat, in quo nudæ res ponuntur. Gel. Est adeo Probi Grammatici commentarium satis curiosè factum. Et iterum: Nonnulli Grammatici qui commentaria in Virg. composuerunt. Idem Noster Taurus in primo cõmẽtariorum, quos in Gorgiam Platonis composuit, scriptum reliquit. ¶ Præterea Commentarius quandoque dicitur ipse commentator, ὑπομνηματιστής: hoc est, qui commentarium composuit. Servius super primo Georg. Superfluam movent quæstionem commentarii. ¶ A' commentarium, fit diminutivum Commentariolum, ὑπομνημάτιον. Cicero 4. de Finib. Quæ quidem res efficit, ne necesse sit iisdem de rebus semper quasi dictata decantare, neque à Commentariolis suis discedere.

Commĕntīrī. [συμψεύδεσθαι. Pol. *Przyłgiwać.* Vng. *Eggyut hazudni.*] Apuleius Apologia: Lignum à me toto oppido, & quidem oppidò quæsitum non piguit vos commentiri.

Compŏsĭtus, Compositior, compositissimus, nomen ex particip. Ornatus, constatus, concretus cõglutinatus. [מחובר *mechubbar* מתוקן *methukkan* מתוקן *metukkan.* [illegible] Gall. *Composé, bien ordonné, fait tout à propos.* Ital. *Composito, bene ordinato, fatto con ordine* German *Zusammen gesetzt / wolgeordnet.* Hispan. *Compuesto, atauiado* Polon. *Złożony, dobrze sporzony, rozsądny.* Vngar *El kendeltetet, tolkelyketetöt.* Angl *Made and ioyned together.*] Liv 8. secundi bell. Pun. Acrior impetu atq; animis, quàm compositior ullo ordine pugna fuit. Cic. 2. in Verr. Et ex accusatione perficiã, ut nemo unquam post hominum memoriam paratior, vigilantior, compositior ad judicium venisse videatur. Idem ad Attic lib. 6. Admiratus sum, ut vidi obsignatam epistolam, brevitatem ejus: ut aperui, rursus σύγχυσιν literularum, quæ solent tuæ compositissimæ & clarissimæ esse

Compostus, per syncop. Virgil. 1. Aeneid. nunc placida Compostus pace quiescit.

Compŏsĭto, ablativus vice adverbii Consultò, cogitatò, data opera. [[illegible] Gall. *De faict appensé, tout à propos, de propos deliberé* Ital. *Pensatamente, con animo deliberato.* German *Auß anschlag / vnnd verordnung / durch ein vorangelegte Sach.* Hispan. *Con deliberacion.* Pol *umyślnie, przemyslem.* Vngar. *Szándékkal, el vegezet akaratbol* Ang *Of sett purpose.*] Terent. in Phorm. Composito factum est, quomodo hanc amans habere possit sine dote.

Compŏsĭtē, aliud adverbium, Aptè dispositè. [[illegible] Gall. *Auec bonne ordonnance, par ordre, proprement.* Ital. *Ordinatamente per ordine, propriamente.* German *Ordenlich / geschicklich / fein.* Hispan. *Idonea y atauiadamente, con orden.* Polon. *Rządnie, pieknie.* Vng. *illendö képpen, helyesen.* Ang. *Proprelie in good order.*] Cic. 1. de Orat. Sin oratoris nihil vis esse nisi compositè, ornatè, copiosè eloqui: id est, eleganter.

Compŏsĭtĭus, à Compositè adverb [Pol *Porządniej.* Vngar. *Helyesben, illendöbben.*] Cornel. Tacit. lib. 13: Occulto præcepto cõpositiùs cuncta, quàm festinantiùs agerent.

Compŏsĭtor, toris, verbale. m. t. [מחבר *mechabber.* [illegible] Gallicè. *Qui compose & agence quelque chose.* Ital. *Compositore di qualche cosa.* German *Zusammen setzer oder ordner.* Hispanicè. *Componedor ò acabador.* Polon. *Składacz, zgromadzacz.*] Cicer. in Orat. Non enim inventor, aut compositor, aut actor, hæc complexus est omnia. Ovid. 2. Trist. Plus sibi permisit compositore suo.

Compŏsĭtĭo, onis, verbale, f.t. Confectio structura coagmentatio: [מחברת *machbereth* מחשבת *mathchbòmeth.* [illegible] Gallicè, *Composition, assemblement, proprement fait, accord.* Italicè. *Compositione.* German *Ein zusammen setzung / oder das machen eines dings.* Hispan. *Composicion.* Polonicè. *Złożenie.* Vngar. *öszue szerzés, egybe rakás.* Angl. *The making or ioyning of a thing together.*] ut, Compositio unguentorum. Plin. lib. 20. cap. 24: Sed discessuri ab hortensibus rebus, unam compositionem ex his clarissimam subtexemus. Cicer. 2. de Legib. Totaque hujus juris compositio pontificialis magnam religionem cæremoniamque declarat. Idem 1. Offic: Apta compositio membrorum. ¶ Interdum idem quod dispositio Cicer. 1. Offic. Ordo est compositio rerum aptis atque accommodatis locis. ¶ Nonnunquam idem quod pactum, conventio, transactum, compromissum Idem 5. Philipp. Pacis, cõcordiæ, compositionis autor esse non destiti. Compositio discordiarũ, pacificatio. Cæs. 1 bell. Civil. Legatos ad Pompeium de compositione mitti oportere.

Compŏsĭtūra, æ, vel Compostūra, f. p. [Vngar. *öszue rakás.*]

Cato de

Cato de re rust. cap. 25: Trapetus emptus est in Suessano nummit quadringentis, & olei. P. L. compostura nummis sexaginta, &c. Gell. lib. 5. cap. 20: Solœcismus est impar & inconveniẽs composita partium orationis.

Compōrto, as, act. p. Congero, in unum locum porto. [συμφορέω. Gall. *Porter ensemble*. Ital. *Portare in vno luogo*. German. Zusammen tragen. Hisp. *Traer a cuestas juntamente*. Polon. *Znassam*. Vng. *Öszue hordom*. Angl. *To beare together*.] Cic. in Pison. Quum servorum delectus haberetur in foro, arma in templo Castoris luce & palàm comportarentur. Comportare frumentum ex agris in loca tuta Cic. ad Attic. lib. 5 Horat. 2. Serm. Si quis emat citharas, emptas comportet in unum.

Compōs, otis, t. Particeps. [בעל bâhal. ἐγκρατής, ἐπήβολος, ἐπιτυχής. Gall. *Iouissant & ayant, participant, ayant en sa puissance* Ital. *Colui che ha ottenuto qualche cosa*. German. Der etwas besitzt / oder erlangt hat. Hispan. *El que alcanca alguna cosa*. Pol. *Ktori nieco otrzimal, tenktori dostal*. Vngar. *Részes*. Angl. *Participant, that hath his desireable.*] Valerius libro 1: Imperatores compotes victoriarum. Plaut. in Capt. Atque ita me rex deorum atque hominum faxit patriæ compotem. ¶ Compos animi, qui animum suum habet in potestate, vel qui habet sanum animũ. σώφρων, ἔμφρων. Terent. in Adelph. Vix sum compos animi, ita ardeo iracundia. ¶ Huic contrarium est Impos: ut, Impos animi, pro insano, furioso, amente, qui animo sanus non est, quive animi instrumentum habet vitiatum. Plaut. in Capt. Eripite isti gladium, quæ sui est impos animi. ¶ Sic Compos voti: cui opponitur Impos voti. Cicer. Nam quomodo victores dicimus voti compotes, qui quicquid volunt faciunt: sic victos econtrariò voti impotes, qui non possunt facere quod volũt. ¶ Legimus etiam nonnunquam Compos miseriarum: ut etiam in malam partem accipiatur. Plaut. in Epid. Cedò manum mihi, accipe ærumnarum & miseriarum compotem: id est, qui simul tecum miserias sit habiturus. Sunt autem Compos & Impos generis communis, composita ab antiqua & inusitata voce Pos, potis: unde & possum & possideo. Pos autem idem est quod Potes, cujus genitivo Potis nunc loco nominativi utimur. Pers. Nec potis es nigrũ vitio præfigere theta. Virgil. 3 Aeneid. Nec potis Ionios fluctus æquare sequendo. Terent. in Phorm. Adulescens primum abs te hoc bona venia peto, Si tibi placere potis est, mihi ut respondeas. Hoc est, si potest, sive possibile est. Quod autem Persius dicit: Qui pote vis dicam? nugaris? Pote pro Potis accipitur metri causa. Similiter apud Propertium: Qua pote quisque in ea conterat arte diem. ¶ Iungitur quandoque Compos cum ablativo. Salust. Neque animo, aut lingua satis compos. Liv. lib. 3. Prædaque ingenti compotem exercitum, suis etiam rebus recuperatis, quæ populatione agrorum amissæ erant, reducit. Quo in loco compotem quasi affluentem & lætum significare puto. *Sæpiùs tamen* genitivo jungitur.

Compōsitè, & Compositò, adverbia. Vide Composito.

Compōto, as, penult. prod. Simul poto, combibo. [סבא sabá. συμπίνω. Gall. *Boire ensemble*. Ital. *Beuere con gl' altri*. Germ. Mit einander trincken. Hisp. *Beuer vnos con otros juntamente*. Polon. *Spolem pije*. Vngar. *Eggyut iszom*. Angl. *To drink together*.]

Compōtātio, onis, f. t. Convivium. [משתה mischtéh. συμπόσιον. Gall. *Beuuete auec autre, beuuerie auec autres*. Ital. *Il bere di compagnia*. Germ. Ein trinckmahl / zech. Hispan. *Beuida de vnos con otros*. Pol. *Spol nepicjie*. Vngar. *Eggyut valo ital*. Angl. *Drinking or banketting togeth.r.*] Cic. de Senect. Bene enim majores accubationem epularem amicorum, quia vitæ conjunctionem haberet, Convivium nominarunt, meliùs quàm Græci, qui hoc idem tùm Compotationem, tum concœnationem vocant.

Compōtōr, oris, verbale m. t. Combibo. [סבא sabé. συμπότης. Gal. *Compagnon à boire*. Ital. *Compagno al bere*. German. Ein Zechgesell / oder zutrincker / mittrincker. Hispan. *Beuedor que beue con otros*. Pol. *Zemma sobie podpyiaiacy*. Vng. *Iuó társ, eggyut iuo*. Ang. *A companion in drinking*.] Cic. 2. Philip. Tum adhibes joci causam magistrum suffragio tuo, & compotorum tuorum rhetorum. ¶ Odi memorem compotorem, μισῶ μνάμονα συμπόταν. In eos qui quæ inter amicos & inter pocula dicuntur libertius, foràs eliminant. Lucianus in Lapithis, & Martialis.

Compōtrīx, cis, f. t. [סבאה sbáh. συμπότρια. Gall. *Compagne à boire*. Ital. *La compagna al bere*. Ger. Ein Mittrinckerin / die in einer zech begriffen ist. Hisp. *Beuedora que beue con otros* Polon. *Zemna pijaca*. Vng. *Iuó asszony társ*. Ang *She that beareth companie in drinking*] Terent. in Andr. Quia compotrix ejus est.

Comprædēs, Appellantur ejusdem rei sponsores, [συνέγγυοι. Angl. *Pledges or sureties with other by theme selfes.*] Festus.

Comprānsōr, oris, m. t. Qui simul prãdet. [συνάριστος. Gal. *Qui disne auec vn autre, cõpagnon au disner*. Ital. *Chi fa banc' etti con altri*. Ger. Der mit einem zu Mittag isset. Hisp. *El que come con otras*. Pol. *Ten ktory zemna obiaduie* Vngar. *Ebédó társ*. Ang. *That dineth with another.*] Cic. 2 Phil. Hunc tu agrum compransoribus & collusoribus dividebas.

Comprĕcōr, aris, d. p. Precor, invoco. [חלה chilláh. ἐπεύχομαι. Gall. *Prier affectueusement ou solennellement*. Ital. *Pregare*. Germ. Bitten. Hispan. *Rogar*. Polon. Wzywam prosze. Vngar. *Könyörgök*. Angl. *To pray desire, or entreate.*] Terent. in Adelph. Abi domum, ac deos comprecare, ut uxorem accersas. Comprecati cœlestium fidem dixit Catullus, pro eo quod est, Deorum auxilium implorare: Cœlestũmq; fidem suppremâ comprecor hora.

Cŏmprĕcātĭo, verbale, f. t. [תחנה techinnáh. ἱκετεία, ἐπιθεασμός Gall. *Priere solennelle, supplication*. Ital. *Prego, supplicatione*. German. Bitt. Hispan. *Eruego*. Polon. *Prozba*. Vngar. *Kön, ögés*. Angl. *Praying, desiring entreating.*] Genus precationis, quæ solenni quodam ritu ab universo populo fiebat apud Romanos, ut docet Gell. lib. 13. cap. 21. Liv. 9. bell. Maced. Nulli unquam concioni, Quirites, tàm non solùm apta, sed etiam necessaria hæc solennis deorum comprecatio fuit, quæ vos admoneret, &c. *Nos supplicationes* vocamus, qua etiam voce veteres usi sunt.

Cōmprĕhēndo, dis, comprehendi, hensum, act. t. Propriè est manu capio. [תפש tapháʃ אחז achaz לקח lakách. λαμβάνω, συλλαμβάνω. Gal. *Comprendre, empoigner, entendre*. Ital. *Pigliare, comprendere* Germ. Begreiffen / erwischen. Belg. Grijpen. Hisp. *Prender*. Polon *Ogarnuie, pojmuie, lampam*. Vng. *Meg fogom, bé foglalom*. Ang. *To tak, to lay handes vpon any thing.*] Plaut. in Aulul. Dicant, coqui abstulerunt, comprehendite, Vincite, verberate, in puteum condite. Cicer. de Natura 1: Quid opus manibus, si nihil comprehendatur? Sic Comprehendere hostem, & comprehendere aliquem in fuga, apud Cæsarem: & Comprehendere arma, apud eundem, pro capere. ¶ Sed per translationem ponitur aliquãdo pro percipere, vel intelligere, συνιέναι. Cicer. Famil. lib. 6. Quæ didicisti, quæque ab adolescentia pulcherrimè à sapentissimis viris tradita, memoria & scientia comprehendisti, iis hoc tempore utare. In qua significatione dicimus quoque, Comprehendere animo, mente, ratione, sensibus, intelligentia, &c. ¶ Aliquando ponitur pro perstringere, concludere, vel complecti, περιλαμβάνειν. Cic. Attic. Cato verbis luculentioribus & pluribus rem eandem comprehenderat. Idem de Orat. Ac ne plura, quæ sunt penè innumerabilia, consecter, comprehendam brevi. ¶ Aliquando pro prosequi Cic. Famil. 13: Sed ut redeam ad id unde cœpi, vehementer mihi gratum feceris, si hunc adolescentem humanitate tua, quæ est singularis, comprehenderis: id est, complexus fueris. Quemadmodum idem ad Curionem scribens, *inquit*: De ipso T. Annio tantùm tibi polliceor: te majoris animi, gravitatis, constantiæ, benevolẽtiæ erga te, si complecti hominem volueris, habiturum esse neminem.

Cōmprĕhēnsum, substantivè. [κατάληψις. Polon. *Ogarnienie*. Vngar. *Bé foglaltatas*.] Cicer. libro 4 Acad. Quum quamobrem ita oporteret, nihil haberet comprehensi, percepti, cogniti, constituti.

Cōmprĕhēnsĭbĭlĭs, le. Quod comprehendi potest. [καταληπτός. Pol. *Latwi do poiecsia*. Vng. *Bé foghato, fogl. lható*] Cic. 1. Acad. Id autem visum, quum ipsum per se cerneretur, comprehensibile.

Cōmprĕhēnsĭo, f. t. Complexio. [לקח ickác מכלול mechlúl מכלול michlôl. κατάληψις. Gall. *Comprehension, empoignement, prinse, ou surprinse*. Ital. *Intelligenza, apprensione*. German. Ein Verstand / Begreiffung. Hispan. *El prendimiento*. Polon. *Poiecsie, pogum*. Vng. *Meg fogás, bé foglalás*. Angl. *Taking, or laying handes on athing.*] Cic. lib. 3. de Finib. Cogitationes comprehensionesq́ue rerum. Idem 4. Acad. Perceptio & comprehensio. ¶ Accipitur item pro ipso comprehendendi, sive capiendi actu. Cicer. 2. Philip. Nam quum comprehẽsio sontium, mea: animadversio, Senatus fuerit.

Cŏmprīmīs, pen. prod. In primis. [ἐν τοῖς πρώτοις. Pol. *Przedkiem*. Vng. *Legelöször, kiváltképpen*. Cicer. pro Quintio L. Albius vir bonus, & comprimis honestus.

Cōmprĭmo, is, pen. corr. act. t. Premo, ut uvæ comprimuntur, quò vinum effluat [כבש kabas מלך melách דרך darách. συμπιέζω. Gall. *Estraindre, serrer, clorre*. Ital. *Comprimere, stringere, premere* German. Zusammen trucken. Belg. Bouwen / bedwingen. Hispan. *Apremiar, apretar*. Polon *Zciskam*. Vngar. *Öszue szoritom, öszue nyomom*. Ang. *To presse, to h ld in or refraine.*] Plautus Pseud. Comprimere dentes videor posse aliquo modo. ¶ Item cohibeo, compesco, συνέχω. Plaut. Rud. Comprime hunc sic, si tuus est. Terent. in Heaut. At tu tibi istas posthac comprimito manus. Plaut. in Amph. Ego tibi istã hodie scelestè cõprimam linguam. ¶ Comprimere audaciam alicujus, Cicer. ad Caton. ¶ Comprimere alvum: hoc est, sistere, cohibere. Celsus libro 6. cap. 18: In hoc autem casu neque acribus cibis utendum, neque asperis, neque alvum comprimentibus. ¶ Comprimere, supprimere. Cic. ad Attic. lib. 3: Scripsi equidem olim ei iratus, quod ille prior scripserat, sed ita compresseram, ut nunquam emanaturum putarem. ¶ Comprimere virginem, pro vitiare שגל schghál שכב schchab. βιάζομαι, φθείρω. Pol. *Zgwalcic panne*. Vng. *Meg szeplösiteni*.] Liv. 1. ab Vrb. Compressa Vestalis quum geminum partum edidisset, &c. Martialis:

Villica uti duri compressa est nupta coloni.
Incaluit quoties saucia vena mero Hinc

Cōmprēssŭs, us ui, m. q. Coitus. [משכב mischcháb. φθορά. Polon. *Zhesenie*. Vngar. *Meg szeplösités*.] Plautus: Nunc ad amicam decimo die Athenas vito, Quam gravidam hic reliqui compressu meo. Terent. Adelph. virgo ex eo Compressu gravida facta est.

Cōmprēssŭs, a, um, Participium: ut, Compressis manibus sedere, est otiosum esse Liv. 7. ab. Vrb. Annonam compressam, idem Liv. lib. 8 Decad. 4 eleganter vocat, quum pretium per coemptionem esset intentum.

Cōmprēssĭūncŭlă, culæ, f. p. diminutivum. [συνθλιψις. Pol. *Sciskanninka*. Vng *Meg szeplösitésoske*.] Plautus: Dulces amantium compressiunculæ.

Cōmprēssĭo-

Cōmprĕssĭo, onis, verbale, f. t. [מכבש ...] Gall. *Serrement, estrainte.* Ital. *Chiusura strettura.* German. *Zusammentruckung.* Hispanic. *Apretamiento, obra de apretar.* Polon. *Zciśnienie.* Vngar. *Öszue szoritás, öszue nyomás.*] Cic. de Clar. Orat. Grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione rerum breves, & ob eam ipsam causam interdum subobscuri.

Cōmprĕssē, adverbium, Succinctè, arctè. [συντόμως.] Pol. *Krotce.* Vngar. *Szorossan, szorosan.* Angl. *Briefly, compactlie in few wordes.*] Cic. 2. de Finib. Rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno similem esse dicebat: quod latiùs loquerentur Rhetores, Dialectici autem compressius.

Cōmprŏbo, bas, act. p. Approbo, laudo, collaudo. [... δοκιμάζω, ἀποδέχομαι.] Gall. *Approuuer du tout, trouuer bon, auouer.* Ital. *Lodare, affermare, approuare.* German. *Loben, für gut geben, jhm gefallen lassen.* Hisp. *Aprouar.* Polon. *Pochwalam, podoba mi się.* Vng. *Iauallom, dicsérem, bizonyitom.* Ang. *To approue, to commend, and allowe.*] Cæs. 5. bel. Gall. Comprobat hominis consilium fortuna. Cic. 4. Verr. Eorum ego dignitate accusationem meam comprobare non potero. Laudare, & vehementissimè comprobare. Cic. pro leg. Manil.

Cōmprŏbātŏr, oris, verb. m. t. [... δοκιμαστής.] Gal. *Qui approuue & a agreable.* Ital. *Che approua & hagrata vna cosa.* Germ. *Ein Lober, der jhm ein dans wol gefallen lasst.* Hisp. *Aprouador, el que aprueua.* Pol. *Pochwalca.* Vng. *Iauallo, ditsirö.* Ang. *He that approueth or commendeth.*] Cic. 1. de Inventione: Deinde ejus facti qui sunt principes & inventores, qui denique autoritatis ejus & inventionis comprobatores atque æmuli.

Cōmprŏbātĭo, onis, f. t. [... δοκιμασία.] Gal. *Approbation, louange.* Ital. *Approbatione.* Germ. *Das rümen und biebewärung eines dings.* Hisp. *Approuacion.* Polon. *Pochwała.* Vngar. *Iauallás dicséret, bizonyitás.* Angl. *Approouing, commending, allowing.*] Cicer. 5. de Finib. Quis est tam dissimilis homini, qui non moueatur & offensione turpitudinis, & comprobatione honestatis?

Cōmprōmitto, act. t. est unà cum adversario litem arbitrio boni viri submitto. Promittebat enim uterque se arbitri sententiæ pariturum.] ... ἐπιτρέπω. Gal. *Compromettre, faire vn compromis, & se rapporter à arbitres.* Ital. *Compromettere, far compromesso.* German. *Mit einem verheissen etwas zuthun, den vrtheil gebot oder angeloben, ein Sach an Schiedleut zu lassen.* Hispan. *Comprometer.* Pol. *Przypuścić sam na zdanie dobrich ludzi moie sprawy.* Vng. *Valaki tulawe hagyom dolgomat.* Ang. *To put in compremisse, or to the arbitrement of any indifferent iudge.*] Cicer. ad Quint. Frat. lib. 2: Tribunitia candidati compromiserunt H-S quingenis in singulos apud M. Catonem depositis, petere eius arbitratu, ut qui contra fuisset, ab eo condemnaretur.

Cōprōmissum, n. f. Dicitur potestas decidendi controversiam aliquam data arbitro à litigatoribus per utriusque promissionem, qua polliciti sunt se eius judicio obtemperaturos, aut mulctam, quæ inter eos conVenerat, persoluturos. [ἐπιτροπή.] Gall. *Compromis, promesse & accord de croire aux arbitres.* Ital. *Compromesso, l'accordo di stare al giudicio de l'arbitro.* Ger. *Der Gewalt der entscheidung eines Handels, an welchem man zu beyden Seiten versprochen vnd verheissen hat, sich zu begeben.* Hispan. *Compromisso.* Pol. *Przypuszczenie, sprawy ze umówion, na przyrzeczonym warunku, pod przepadkiem zakładu tego którzy na decretie przestać.* Vng. *Valamit kezekédesnek, le szállitására adatot hatalom, kö szogot bira usza.* Angl. *Compromisse, the authoritie granted the arbiter by consent of the parties.*] Cicer. ad Cornif. lib. 12: Sed à magistris quum contenderem de proferendo die, probarunt mihi sese, quo minus id facerent, compromisso & jurejurando impediri. ¶ Compromissum facere de re aliqua. Cicer. pro Rosc. Comœdo: Quæ quum ita sint, quæro abs te quid ita de hac pecunia, de his ipsis H-S 1000 de tuarum tabularum fide compromissum feceris, arbitrum sumpseris. Ex compromisso ad arbitrum ire, Proculus in l. Societatem. ff. pro Socio.

Cōmprōmissārĭus, adiect. [... ἐπιτροπευτής.] Polon. *Rozjemca, ktorego sobie dobrowolnie obie strony, wiberaia, y. ad ktorego appellowacy nie godzi się.* Vngar. *Olyszemely az kinek ialetire mind két fel hagyja dolgát, fogos biro.*] Comprōmissarius judex, cui res ab utroque litigatore ex compromisso commissa. ... Callistratus in l. Cùm ex lege Iulia ff. de rerep. arborum: Nemini licere minorem viginti annis compromissarium judicem eligere.

Cōmptum, (inquit Perottus) genus libaminis quod farina conspersa faciebant. [Pol. *Smażona grzanka.* Vng. *Ponállyat babbart étek.*] Apud Festum tamen, à quo hanc vocem ille iisdem verbis servatis, in Dictionarium suum transtulit, *Comptum* legitur, non *Camptum*, à verbo nimirum Græco κομίζω, quod est, volvere aspergo.

Cōmptŭs, particip. & Cōmptŭs, us, Vide C o m o.

Cōmpūgno, as, simul pugno, & per metaphoram verbis contendo. [... ἀμφισβητῶ.] Gall. *Combattre, s'entrebatre, ou estriuer ensemble.* Ital. *Contendere.* Germ. *Mit einander streiten.* Hispan. *Pelear vno con otro.* Polon. *Zbrodim walczę.* Vng. *Egymás vinak, öszue szakadom.* Ang. *To figth or striue together.*] Gell. lib. 14. cap. 5: Eaque inter nos contentio quum longiùs duceretur, non arbitratus ego operæpretium esse, eadem hæc ista diutiùs audire, clamantes compugnantesq; illos reliqui.

Cōmpūlso, as, act. p. Collido. [... συνωθέω.] Gal. *Heurter contre quelque chose.* Ital. *Vrtare contra qualche cosa.* German. *An etwas stossen, oder treiben.* Hisp. *Herir vna cosa con otra.* Polon. *Ociieram, uderzam.* Vng. *Öszue verém.* Ang. *To hurt or knocke against another thing.*] Columella libro primo: Eadem quæ semper mare rectè conspicit, quum pulsatur ac fluctu conspergitur.

Cōmpūngo, compunxi, ctum, Pungo. [... κατανύσσω, συμπλίζω.] Gal. *Poindre, esguillonner, piquer fort & ferme.* Ital. *Pungere.* Germa. *Stechen, stich geben.* Belg. *Steken.* Hisp. *Puncar.* Pol. *Kole, pcham.* Vng. *Meggyákom.* Ang. *To prick.*] Columella lib. 8. cap. 14: Cavendumq; est, ne aut aculeis urticæ compungatur. ¶ Sensum compungere dicuntur, quæ sensus offendunt, ut splendor oculos, gustum amaritudo, tactum res vel calida nimis, vel frigida, vel aspera, auditum soni vehementia, de quo vide Lucret. lib. 2.

Cōmpūnctŭs, Signatus, notatus, inustus. [... ἐστιγμένος.] Gal. *Marqué de poincts, noté & piqué au visage, comme vn esclaue fugitif.* Ital. *Segnato.* German. *Gezeichnet.* Hispan. *Senalado.* Polon. *Naczechowany.* Vng. *Meggyakatos, belyegesitetet, ietczés.* Ang. *Marked, pricked.*] Cicer. libr. 2. Offic. Barbarum, & eum quidem (ut scriptum est) compunctum notis Threiciis, districto gladio jubebat anteire.

Cōmpūnctĭo, verb. f. t.] ... κατάνυξις. Gal. *Poincture, esguillonnement.* Ital. *Pontura, doglia de fianchi.* Germ. *Stich.* Hisp. *Puncadura.* Polon. *Kłócie.* Vng. *Gyakás szorongatás, szegezés.* Ang. *Pricking.*] Plin. lib. 21. cap. 19: Hæc quoque potio mulieres ex abortu purgat: laterum compunctiones tollit, & vesicæ calculos.

Cōmpŭto, as, penult. corr. idem quod putare, sive ramos supervacuos abscindere. [... ἀποκλαδεύω.] Gall. *Poner couper.* Ital. *Potare bruscare.* Germ. *Die bawen, beschneiden.* Hisp. *Podar y cortar arboles.* Polon. *Odcinam, obrzynie.* Vng. *Megirtom, rigyázom.* Ang. *To prune or cutt of.*] ¶ Aliquando tamen ad mentem refertur, & ponitur pro judico, æstimo, sive reputo. [λογίζομαι.] Gall. *Estimer, penser ou iuger.* German. *Achten, vrtheilen, schätzen.* Belg. *Overleggen.* Hisp. *Pensar, estimando.*] Plin. lib. 9. cap. 15: Computet nunc aliquis ex altera parte, quantum Curius aut Fabricius in triumphum tulerint, &c. Lactant. lib. 3: Eamque hominum sapientiam pro summa stultitia computat. ¶ Frequentius ponitur pro rationes confero, calculos subduco, quod vulgo dicitur *Computum facio.* [... ψηφίζω, συμψηφίζομαι.] Gall. *Conter, faire conte, calculer.* Ital. *Numerare, computare.* Germ. *Rechnen, aufrechnen, zusammenrechnen.* Belg. *Rekenen.* Hisp. *contar por numeros.* Polon. *Rachuię.* Vng. *Számot vetök.* Ang. *To compte or recken.*] Cicero in Lælio dixit; Ad calculum revocare. Plin. in Epist. Si computes annos, exiguum tempus. Plin. libr. 18. capit. 6: Si computetur impendium operæ. Plaut. in Mil. Dextera digitis rationem computat, feriens femur. ¶ Interdum imputo. Plaut. in Mer. computat uxor: id est, imputat.

Cōmpŭtātĭo, verb. f. t. [... λογισμός, συλλογισμός.] Gal. *Conte, calcul.* Ital. *Computo.* Germ. *Ein Rechnung, Aufrechnung.* Hisp. *Cuenta.* Pol. *Rachowanie.* Vng. *Öszue számlálás, szám vetés.* Ang. *Reckening, pruning.*] Plin. lib. 17. cap. 22: Operarum ista computatio est. Idem libr. 12. cap. 18: Minima computatione millies centena millia.

Cōmpŭtābĭlĭs, le, om. t. [... εὐαρίθμητος, λογιστός.] Gal. *Contable, qu'on peut & qu'on doit conter.* Ital. *Che si può computare.* Germ. *Das man rechnen kan vnd mag.* Hisp. *Cosa que se puede contar.* Polon. *Łatwi do rachowania.* Vng. *Megszámlálható.* Angl. *That may be compted or reckenned.*] Quod computari potest & numerari.

Cōmpŭtrēsco, scis, n. f. Putresco: [σήπομαι.] Gal. *Se pourrir auec, deuenir pourri.* Ital. *Guastarsi, corromperse, diuentar putrida.* Germ. *Verfaulen.* Hisp. *Podrirse.* Polon. *Gniie, prochnieie.* Vng. *Öszue rothadok, poshadoz.* Ang. *To waxe rotten, to rot.*] vel quum variæ res mutuo contactu putrescunt συγκατασήπομαι. Plin. lib. 13. cap. 13: Propterea arbitrarier eos non computruisse. Colum. lib. 5. cap. 10: Quoniam mutuo contactu aut computrescent, aut vermibus interibunt. Plin. lib. 31. cap. 7: Capillum denigrant sanguisugæ, quæ in nigro vino diebus LX. computruere.

Con & Cum, idem significant: [...] Gal. *Auec.* Ital. *Con.* Germ. *Mit.* Belg. *Met.* Hisp. *Con.* Vng. *öszue, egybe, egygyütt.* Ang. *With.*] sed Cum tantum separata; Con verò semper composita reperitur, & significat simul: ut, Conjungo. ¶ Interdum contra, ut Contendo. ¶ Interdum valde, ut Coocrepo. ¶ Et est sciendum quod quando componitur cum dictione à vocali, vel ab h, incipiente, semper n, abjicitur: ut Coapto, Coërceo, Cohortor, Cohibeo: in Comedo n, mutatur in m. in Cogo, n & a tolluntur. Quando componitur cum b, m & p, transit n in m, ut Combibo, Commoveo, Compareo: cum c vero, d, f, g, n, q, s, t, i, & n, consonantibus manet n integra: ut Concurro, Condo, Confugio, Congero, Coniecto, Connecto, Conquiro, Consequor, Contineo, Convenio. In reliquis n mutatur in sequentem literam: ut Colligo, Colluvies, Corrigo.

Cōnāmĕn, Conamentum, Vide C o n o r.

Coraios, [κεραμέτ. Vng. Bogáts kero.] Ab alexandrinis appellatur fructex quidam aculeatus, teste Agathocle, qui à Dioscoride Paliurus vocatur. Vide Ruel. lib. 1. cap 107.

Cōnāūs, vide Conor.

Concăco, cas, Caco, cacando conspurco. [הִתְבַּחֵא hithchatté. μυξάω, κατατχέζω. Gal. Embrener & chier dessus. Ital. Imbrattar con merda. German. Beschissen/bescheissen. Hispan. Ensuziar con estiercol. Pol. Posralem. Vng. Meg szaradom. Ang. To shyte vpon.] Senec. Puto concacavi me. Idem: Quid autem fecerit, nescio, omnia certe concacavit.

Concædes, concædium, plurali numero: [τὰ ἀπὸ τῆς ἐκκοπῆς φράγματα, τὰ κλοπιμαῖα. Pol. Przecięcie plot. Vngar. Rögza, keresblés.] Sepimenta, sive munitiones ex cæsis arboribus confectæ. Tacit. lib. 1. Romanus agmen propero sylvam cæsam, limitemque à Tiberio cœptum scindit, castra in limite locat, frontem ac tergum vallo, latera concædibus munitus. Vide Cal. Rhodig. lib. 5. cap. ult.

Concălĕo, les, n. 1. Caleo, incaleo. [התחממים hithchammém. θερμαίνομαι. Gall. S'eschauffer de toutes parts. Ital. Scaldarsi. Germ. Warm oder heiß werden. Hispan. Escalentarse. Polon. Zagrzewam sie. Vng. Meg melegwdök. Ang. To be hoat on all partes.] Plaut. in Amphitr. Prius abis quam lectus, ubi cubuisti concaluit locus. Varr. 3. de Re rust. cap. 16: Concaluit stomachus ut digerat, multa faciliùs.

Concălĕfăcĭo, cis, vel Concalfacio, cis, Callidum reddo [חמם chimmém. θερμαίνω. Gal. Eschauffer de tous costez. Ital. Scaldare alcuna cosa. Germ. Erwärmen/warm oder heiß machen. Hisp. Escalentar à otro. Pol. Grzeie. Vng. Meg melegitöm. Ang. To make hoat, to warme.] Cic. 2. de Orat. Et ait idem, quum brachium concalfecerint: tum se solere pugnare.

Concălĕfĭo, fis, neutropassivum: [נתחמם nithchám. συνθερμαίνομαι, συνθερμαίνομαι. Gal. Deuenir chaud. Ital. Essercaldo. German. Erwarmen/warm werden. Hisp. Ser calient. Polon. Zagrzewam sie. Vng. Megmelegülök. Angl. To waxe hoat.] Varr. 3. de Re rust. cap. 9: Curator oportet circumeat diebus interpositis aliquot, ac vertere ova ut æquabiliter concalefiant.

Concălĕfactŭs, a, um. [מחומם mechummám. συνθερμανθείς. Gal. Eschauffé. Ital. Scaldato. Germ. Gewermet. Hisp. Escalentado. Polon. Zagrzany. Vng. Meg melegitett. Angl. Made hoat or warmed.] Cic. 1. Tusc. Illam verò funditùs eiiciamus individuorum corporum levium & rotundorum concursionem fortuitam, quam tamen Democritus concalefactam & spirabilem: id est, animalem esse voluit.

Concălĕfactōrĭŭs, a, um. מחממים mechammém. συνθερμαντικός. Polon. Grzeiący. Vngar. Melegitö.] Plinius libro 21. cap. 20: Vis ei concalefactoria: hoc est, excalefaciens, & nata calorem excitare.

Concălesco, scis, Calidum fieri, vel calidum esse. [חם cham. θερμαίνομαι. Gal. Deuenir chaud. Ital. Scaldarsi. Germ. Warm sein/ oder warm und heiß werden. Hisp. Escalentarse. Polon. Poczynam sie zagrzewac. Vng. Megezzöm. Ang. To waxe hoat or warme.] Cic. 1. Tuscul. Calidior est enim, vel potius ardentior animus, quàm est hic aër, quem modò dixi crassum, atque concretum, quod ea eo sciri potest, quia corpora nostra terreno principiorum genere confecta, ardore animi concalescunt.

Concallĕo, les, Calleo, callis obducor. [כבד cabádh קשה kaschah. τυλόομαι. Gall. S'endurcir, recevoir cals & durillons aux pieds & aux mains ou autres lieux. Ital. Far il callo. Germ. Hart werden/verhärten. Hisp. Hazer callos, ò hazerse callo. Pol. Twardnieię sie stawam. Vng. Kéregesülöm, (item) tiokosodom. Ang. To be hard skinned.] Cic. 3. de Nat. deor. Versutos eos appello quorum celeriter mens versatur: Callidos autem, quorum tanquam manus opere, sic animus usu concalluit.

Concămĕrārĕ, Est ad fornicis formam & arcuato opere ædificare. [καμαρόω. Gall. Vouter, edifier en voute. Ital. Fabricare in volto. German. Welben/ein einander welben. Hispanic. Hazer edificio de boueda. Polon. Zaklepie, wierzchwarzec. Vngaric. Meg boltozom. Angl. To vault to build like a vault, to make an archvoste.] Vitruvius: Intervalla aut concameranda, aut solidanda fistucationibus. Plin. lib. 11. cap. 24. Specus ipse, qua concameratur architectura.

Concămĕrātĭo, verbale. f. t. [καμάρωσις, ὀρόφωσις. Polon. Zasklepienie. Vng. Boltozat. Angl. A vault or archwork finished.] Concamerationes dicuntur ædificia quæ arcuato opere fiunt. Vitruv. lib 6: Si hypogæa concamerationesque instituentur, fundationes eorum fieri debent crassiores. Sabinus in l. Si cui ædes ff. de leg. 3: Conclave quod supra concamerationem alterarum ædium esset. ¶ Concamerationes etiam dicuntur pergularum hortensium tecta, ad arcuati operis similitudinem facta, quæ aut vitibus, aut alio opere topiario ad opacanda ambulacra solent obduci.

Concastīgo, as, Castigo. [יסר iassár. συνδεσμίζω, κολάζω, κολάζω. Gal. Chastier. Ital. Castigare. Germ. Züchtigen. Hisp. Castigar ò correjir. Pol. Karze. Vng. Meg fedzöm, dorgalom, büntetöm. Angl. Chastice.] Plaut. Trin. Nam ego amicum concastigabo pro commerita noxa.

Concătēno, act. p. συναλύσω, à verbo Cateno, quod significat ligo, devolvo.

Concausă, quæ cum altera æqualem facit effectum. Coadjutrix causa est, quæ sua virtute morbum efficere non potest, alterius auxilio potest.

Concăvŭs, Sinuosus, vacuus. [נבוב nabhúbh. κοῖλος. Gall. Creux, cavé. Ital. Concavo. Germanic. Hol. Hisp. Profundo ò hueco. Pol. Wydlubani, wydrązony. Vng. Öreg, bex g. Angl. Holow.] Ejus contrarium est Convexus. Unde concavitas. Cic. 2. de Nat. deor. Speluncarum concavas altitudines, saxorum asperitates. Ovid. 4. Metam. Impulsaque tympana palmis, Concavaque æra sonant. Cic. 2 de Fato: Stupidum esse Socratem dixit & bardum, quòd jugula concava non haberet.

Concăvă, pro Fossis, dixit Claud. 6: Paneg. ascensu vincere montem, Planiciem cursu, valles & concava saltu.

Concăvo, vas, vare, Cavare. [חפר charah κοιλόω, κοιλαίνω. Gall. Caver. Ital. Cavare. German. Hol machen/ausholen. Hispa. Cavar. Pol. Wydlubam. Vng. Meg vá om. Angl. To make holow.] Concavare brachia in duos arcus: id est, inflectere & sinuare, ut formam imitentur duorum arcuum. Ovid. 2. Metam. Est locus in geminos ubi brachia concavat arcos Scorpius.

Concēdo, dis, penult. prod. n. t. pro Do, permitto. [נתן nathán ... , παραχωρέω, ὑπείκω. Gal. Ceder à quelq'un, se partir & faire place à vn autre, ottroyer. Ital. Concedere, permettere, dare licenza. Germ. Weichen/zugeben/zulassen. Belg. Toelaten. Hispan. Dar ò torgar. Polon. Ustępuię, przyzwolam. Vngar. Meg engedem. Angl. To giue place or grant.] Terent. in Adelph. Hui metu sit nunc? si de tuo jure concessisses paululùm, &c. Cicer. Divinat. in Verrem: Da mihi hoc, concede quod facile est. ¶ Ponitur aliquando pro recedo, ἀναχωρέω. Terent. in Hecyr. Hic video me esse invisam immeritò, tempus est aliò concedere. Liv. 2. bell. Pun. Annibal Sagunto capto Carthaginem novam, in hybernam concesserat. Idem: Quæ quum agerentur hostes in loca altiora concessêre. ¶ Aliquando pro credo, consentio συγχωρέω. Terent. in Phorm. Nunquámne hic hodie concedes mihi, neque intelliges: Cicer. in Lælio: Quòd si rectum statuerimus, vel concedere amicis quicquid velint, vel impetrare ab his quicquid velimus, perfecti quidem sapientia sumus. ¶ Concedere absolutè, pro vita decedere seu mori. Tacit. lib. 4: Ut quandocunque concessero. Id est, supremum diem explevero, & vita decessero.

Concedo, generale verbum: unde vim accipit à natura contractus cui adjungitur. Vide Bald. in l. non ambigitur ff. de legib.

Concēdĕrĕ, pro permittere, temporarium est, cadere perpetuum. Vide tex. juncta Gl. l. ad eum ff. de donat.

Concessum, si n. f. substantivum. [מנוחה menuhah, συγχώρημα. Pol. Pozwolenie. Vng. Engedelem. Ang. A thing permitted.] Cicero pro Cælio: Sed abhorret non modo ab hujus seculi licentia, verùm etiam à majorum consuetudine atque concessis. Id est, promissionibus atque constitutionibus.

Concessŭs, us, ui, m. q. pro perm. su. [נחת nachath. συγχώρησις. Gall. Permission, congé, ottroy. Ital. Permissione, concessione. Germ. Ein zulassung/erlaubnuß. Hisp. Otorgamiento. Polon. Dozwolenie. Vng. Engedelem. Ang. Sufferance, licence, leaue.] Cicer. pro Cæl. Datur enim concessu omnium huic aliquis ludus ætati.

Concessio, onis. f. t. Concessus. [συγχώρησις. Vng. Engedelem, engedés. Ang. Leaue, licence.] Cic ad Attic. Et nostra concessione omnem vim sui juris amiserint.

Concĕlebro, bras, Celebro, frequento, colo. [שבח schibbách ... φαιδρύνω. Gall. Celebrer en ensemble festes, solemnizer. Ital. Celebrare. Germ. Herrlich und gemeinlich begehen/als ein Festtag. Hispa. Magnificar ... a cosa. Polon. Swięcę, obchodzę ... Vngar. Tisztölöm magasztalom. Ang. To feast or haunte together.] Concelebrare diem festum, est feriari, ἑορτάζειν. Concelebrare convivium vel exequias, est cum quadam celebritate exhibere, vel instruere. Cicer. de Pet. Consul. Fac in conviviis, quæ facetè abs te, & amicis tuis concelebrentur, & passim, & tributim. Liv. 8. ab Urb. Quantum militaribus studiis sumus ullum concelebrari potest.

Concēlo, as, are Celo. [הסתיר sthár כסה chissáh. ἀποκρύπτομαι ἀποκρύπτω. Gall. Celer, tenir caché. Ital. Celare. German. Verbergen. Hisp. Encubrir. Pol. Zakrywam. Vng. El titkolom. Ang. To hide, to keep close and secret.] Gel. lib. 11. cap. 9. Non id postea concelavit, sed gloriæ quoque hoc sibi assignavit.

Concentŭrĭo, Dictum est à Plaut. in Pseud. Centuriatim collige. Concenturio (inquit) in corde sycophantias. Nonius.

Concentor, Concentio Concentus, Vide Concino.

Conceptăculum, Conceptivæ feriæ, Conceptio, Conceptus, Vide Concipio.

Concerno, is, Cerno, video. [ראה raáh ... hibbit. βλέπω. Gal. Voir clairement, & de tous costez. Ital. Vare. Germ. Sehen. Hispa. Mirar ò ver con los ojos. Pol. Widze. Vng. Latom. Ang. To see clearely.] Quint. Cic. de Petit. Consul. Quòd si satis grati homines essent, hæc tibi omnia parata esse debebant, sicut parata esse concerno.

Concerpo, pis, act. t. ex Con. & Carpo, Discerpo, lacero. [קרע karah פרק parak, διασπάω, διασπαράσσω, συνδιασπάω. Gall. Deschirer, mettre en pieces, rompre en pieces. Ital. Stracciare, rompere. Germ. Zerreissen/zerzerren. Hisp. Despedaçar. Pol. Rozdzieram, rozdzieram. Vng. El szaggatom, foltonként el szaggatom. Ang. To rent or torne in peeces.] Liv. 8. bell. Macedon. Librumque rationis ejus, quum Lucium fratrem afferre jussisset, inspectante Senatu suis ipsum manibus concerpsisse, indignatum, &c. Plin. lib. 10. cap. 18. Ille autem protinus concerpsit.

Concerptŭs, part. Discerptus, laceratus: קרוע karúah, διασπασθείς, συνδιασπασθείς. Gallic. Deschiré, & mis en pieces. Ital. Stracciato & ... Germ.

Germ. Zerrissen/zerschlagen. Hispanic. Despedaçado. Polon. Rozerwany, rozszarpany. Vng. El szaggatatot. Angl. Rent torned.] ut, Concerpta linteola. Plin. lib. 28. cap. 15. & lib. 21. cap. 3.

Concerto, tas, n.p. Simul certo, contendo: [נוכח nochách. ἀμφισβητεῖν. Gal. Debatre, combatre, estre en noyse. Ital. Contendere. combattere. Germ. Mit einem streiten oder kämpffen. Hisp. Contender y pelear uno con otro. Polon. Swarzę się. Vng. Meg vinok. Ang. To stryue together.] Cic. Antequam iret in ex... Nunc igitur si lingua est concertandum, innocentiæ virtute fretus supero. Terent. in Adelph. Quid istuc Sannio est, quod te audio Nescio quid concertasse cum hero?

Concertatio, onis, verbale, f.t. Certamen, contentio. [ריב rib. ἀγωνισμός, ἔρις. Gall. Noise, debat, dispute. Ital. Contenza disputa. Germ. Ein Streit/ein Kampff mit worten. Hispan. Contienda de vno con otro. Pol. Swar. Vng. Meg vinás, háborgas. Ang. Debate, striffe.] Plin. lib. 20. cap. 18. Qua de causa magna concertatio exstitit.

Concertator, m.t. συναγωνιστής. Polon. Spolnsswarca. Vng. Bajnok, gyözködö, viaskodo, fonsb.] Corn. Tacit. lib. 14: Corbulonis concertator.

Concertatorius, a, um, Contentiosus, vehemens.] ἀγωνιστικός, ἐριστικός. Gal. Contentieux, noisif, qui gist à debatre entre les parties. Ital. Contentioso, guerregiante. Germ. Das streitig oder häderig ist. Hisp. Cosa contendora, cosa para contender con otro. Polon. Swarliwy. Vng. Tusako (avagy) vizsgalo. Ang. Contentious, full of striffe or debate.] Cicero de Clar. Orat. Thucydides enim rerum gestarum pronunciator syncerus, & grandis etiam fuit: hoc forense concertatorium judiciale non tractavit genus.

Concertativus, tiva, tivum. Quintil. lib. 7. cap. 3: Mutua accusatio, quam Græci ἀντικατηγορίαν vocant, nostri quidam concertativam. [Vng. Viaskodo.]

Concesso, as, Cesso, quiesco, ab opere vaco. [חדל chádhal. ἀναπαύομαι. Gall. Cesser, reposer. Ital. Cessare. Germanic. Auffhören/ von einem Werck ablassen. Hisp. Cessar ò tardarse. Pol. Przestawam robic. Vng. Meg szünöm. Ang. To cease, to be idle.] Plaut. in Pœnul. Postquam aurora est, nunquam concessavimus lavari, aut fricari, aut ornari.

Concessatio, verbale, f.t. Cessatio, quies. [מנוח michaah. ἀνάπαυσις. Gallic. Cessé de faire quelque chose, repos, amusement avec vn autre. Ital. Cessamento. Germ. Auffhörung/ das ablassen von einem Ding. Hisp. Cessamiento, tardança. Pol. Odpoczywienie. Vng. Meg szünés. Ang. Ceasing, resting.] Columella lib. 11. capit. 1: Nam ut in itineribus conficiundis sæpe dimidio maturius pervenit is, qui gnaviter, & sine ullis concessationibus permeat, &c.

Concha, æ, f.p. [κόγχη. Gall. Conche ou coquille, poisson en coquille. Ital. Ostrica & pesce con guscia dura. Germ. Allerley Fisch die Schalen oder Muscheln haben/ oder die Muschlen selbs. Hispan. Concha de pescado. Polon. Wszelaka ryba mająca na sobie skorupę twardą, slimaki. Vng. Tsiga. Ang. Euerie shell fishe.] Græca vox est qua significatur omne genus piscis firmiorem habens testam. Quin etiam testæ ipsæ duriores proprie Conchæ dicuntur, quales sunt cochlearum, atque concharum. Ovid. Ostrea quæ in conchis tuta fuere suis. Columel. Implicitus conchæ limax. ¶ Concharum genera enumerat Plinius libro 9. capite 33, & earum naturam explicat eodem libro capite 35. In conchis nascuntur margaritæ, ut ibidem docet Plinius. ¶ Vasis quoque genus quoddam concavum ac superius patulum, Concham vocamus. [כיור chijjor. κόγχη. Gall. Vaisseau vaisseau creux & large, comme vn bassin. Ital. Concca, vaso. Germ. Ein weit flach Geschirr als ein Muschlen gestaltet. Hisp. La concha, ò pila de agua. Pol. Naczyky, koryto. Vngar. Mosas. Ang. A holow vessell as a washing bollow tree.] Plinius: Rursus tunditur, deinde lavatur in conchis, siccaturque. Alio nomine Alveus & Alveolos dicimus & præsertim in longum porrectos, ligno excavato, modo lyntrium, quæ vocantur Monoxyla. ¶ Item genus vasis vinarii in quod è dolio hauritur vinum. Iuven. Quum bibitur concha. ¶ Aliquando ponitur pro tuba. Virgil. 7. Aeneid. Sed tum fortè cava dum personat æquora concha. Ovid. lib. 1. Metamorph. Cæruleum Tritona vocat, conchaque sonanti Inspirare jubet. His buccinis utebantur Tritones, qui erant tubicines Neptuni. Concham verò linguam habere, & Veneri esse consecratam, autor est Aelian. lib. 3. ¶ Conchæ Cytheriacæ dicebantur, quæ margaritas producebant, mulierum ornatui præcipuè convenientes: & ob id Cytheriacæ dicebantur, quia Veneri gratæ. Martial. Lævior ô conchis Galle Cytheriacis. Vocantur alio nomine conchæ margaritiferæ.

Conchatus, pen. prod. adject. [κογχοειδής. Polon. Wydlubany. Vngar. Tsiga moggyára horgadt, tekerödöt.] In morem conchæ curvatus. Plin. lib. 10. cap. 20. de pavone, simul umbræ quosdam repercussus cæteris, qui in opaco clarius micant, conchata quærit cauda.

Conchula, f.p. Diminutivum à Concha: ut, Conchula striata, apud Apuleium in apologia. [Vng. Tsigátska.]

Conchis, hujus conchis, f.t. [κογχίον. Gal. Febves bouillies avec l'escorce. Ital. Fave bollite con le sue guscie. German. Bonen die man ungeschelt kocht. Belg. Ongeschilde Boonen gecoockt. Hispa. Hava cozida con su cortesa. Polon. Grochowa polewka. Vng. Héjastul föztt bab.] Fabæ genus, sive edulium ex fabis. Iuven. Satyr. 3. Cujus conchæ tumes? quis tecum sectile porrum Sutor, & elixi vervecis labra comedit? Sunt qui dicant esse fabam cum cortice suo elixam, ad differentiam fabæ fressæ, quæ sine cortice coquitur: à similitudine concharum, quòd contractu cortice velut implicita conchis suis caruncula videatur. Mart. lib. 13: Si spumet rubra conchis tibi pallida testa, Lautorum cœnis sæpè negare potes. ¶ Hujus diminutivum est Conchicula.

Conchos, [κόγχος. Vngar. Szém vápa.] Mazæ genus, præ cæteris laudatum. Quo etiam nomine apud Græcos significatur oculorum concavitas. Vide Ruell. lib. 2. cap. 20, & Cæl. Rhodig. lib. 15. cap. 1.

Conchyle, lis, pen. prod. n.t. vel Conchylium, lii. [κογχύλη, κογχύλιον. Gall. Coquille, conche poisson dont on fait la teinture Ital. Cocchiglia. Germa. Ein gattung der Meerschnecken/ mit welcher man purpur ferbet. Hispan. Concha para teñir el carmesi. Polon. Morskij ślimak którym purpurę farbui. Vng. Tsiga, az ímek vére vel festik az bársont. Angl. E sheelfish of the like, whereof purple colour was made.] Genus conchæ, idem cum murice, cujus sanie pretiosissimæ lanæ tingebantur, austerum in glaucum colorem, & irascenti mari similem referentes. Est autem diversum à purpura teste Plin. lib. 9. cap. 35: Conchylia, inquit, & purpuras omnis ora atterit. Cic. in Pisonem: Extructa mensa non conchyliis aut piscibus, sed multa carne subrancida. ¶ Ponitur quandoque Conchylium pro ipso colore, sicut & purpura, & murex. Plin. lib. 9. cap. 36: Concharum ad purpuras & conchylia eadem quidem est materia. [Ang. The purple colour it self.] Alio nomine Ostrum dicitur, eo quòd ex marinarum concharum testis eximatur. Conchylium itaque Muricem, & Ostrum in eadem significatione accipimus. Virg. 4. Aeneid. Tyrioque ardebat murice læna. Idem 2. Georg. Ut gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro. Iuven. Satyr. 3: Horum ego non fugiam conchylia? hoc est, luxuriosas vestes, & murice infectas. ¶ Conchylium nonnunquam generale nomen est ad omnes conchas. Plin. lib. 9. cap 36: Lingua purpuræ longitudine digitali, qua pascitur perforando reliqua conchylia: tanta duritie aculeo est. ¶ Conchylium pro specie distincta à Buccino sive Murice, aut purpura: quod constat ex Dioscoride cap. de purpura, ac sequent. & Plin. lib. 21. cap. 8, & lib. 9. cap. 39: In Conchyliata veste cætera eadem sine buccino, &c. Hoc conchylium ex magnorum turbinatorum genere, ea parte latius qua in turbinem desinit, sine aculeis ac tuberculis, ore non rotundo ut in purpura & buccino, sed oblongo: cujus operculum, Ostracium dicitur, ὄνυξ, unguis odoratus, Blatta Bizantia Serapioni.

Conchyliarii, κογχυλιοθῆραι, κογχευταί Conchytæ Plauto, Conchylileguli, qui Conchylia legebant, ut Murileguli qui Murices, purpurarii qui purpuras, πορφυρεῖς Herodoto. [Vng. Tsiga keső k.]

Conchyliatus, a, um: [κογχυλιωτός. Gal. De couleur violette. Ital. C. Tinto di violato: vestito di habito violato. Germ. Das mit der rothen Farb der Schnecken geferbet ist. Hisp. Cosa de carmesi vestidura de carmesi. Polon. Czerwono vfarbow aul morskim ślimakiem. Vng. Bársony, festö tsigabok vale. Angl. Purple coloured or violet.] ut, Conchyliata vestis quæ murice tincta est. Plin. lib. 9. cap. 36: In conchyliata veste cætera eadem sine buccino. Conchyliata peristromata, quæ infecta sunt succo conchyliorum. Cic. in Phil. Conchyliatis Cn. Pompeii peristromatis servorum in cellis lectos stratos videres.

Conchyta, tæ, masc. gen. p. Qui conchylia quærit in mari [κογχυλιοθήρας. Gal. Celui qui recueille les conches sur le bord de la mer, ou qui les pesche pour teindre. Ital. Pescatore de tali pesci. Germ. Der solche Meerfisch oder Schnecken zusammen liset. Hisp. Pescador de aquellas. Pol. Ktory łowi takie ślimaki purpurowich ślimak... Vngar. Bársony festö tsiga keresö. Ang. That gathereth shell fishe.] Plaut. in Ruden. Sed vero fures maritimi, conchytæ, atque hamiotæ. Dicuntur etiam Conchyliarii.

Concido, is, penult. prod. act. t. concidi, concisum, Simul vel minutatim cædo. [נתח natách חרש charas קצץ kasar. κατακόπτω: κρεουργέω. Gal. Couper en pieces & morceaux, hacher menu. Ital. Tagliare minutamente. German. Zerhauwen/ in stück zerschneiden. Belg. In stucken snijden. Hisp. Hender ò matar. Polon. Rąbie, rzezę. Vng. El metélem. Angl. To cut and hack in small peeces.] Plinius: Caro ejus concisa ac decocta adhibenda est. Columel. libro 12. cap. 8: Concisique sectivi porri quantum videtur adjicito. ¶ Item frangere, συντρίβειν. Plinius: Et Nucleus dentibus concisus super vulnus imponitur.

Concisus, participium: [קצץ katsér. συγκεκομμένος. Pol. Przecięty. Vngar. El metéltetet. Angl. Briefe, short.] ut, Concisa oratio, Quæ non continua, sed veluti membratim cæsa est κατατετμημένος λόγος. Et concisus sonus, fractus.

Concise, adverb. Minutè, strictè. [συντόμως. Pol. Drobno, krótko. Vng. Röviden, kurtán, szorosan. Angl. In peeces, briefelie.] Quintilianus: Quanquam ea non est tàm minutè ac concisè in orationibus utendum, quàm in disputationibus.

Concisura, ræ, f.p. [Pol. Tzjetmanie. Vng. El vagás, szakasztás, metczés.] Senec. Epist. 101: Desit sanè varietas marmorum, & concisura aquarum è cuniculis interfluentium.

Concido, is, penult. corr. concidi, concasum, Corruo, cado, ruo. [נפל napál: נבל nabél. συμπίπτω. Gall. Tomber, cheoir. Ital. Cadere. German. Fallen/ gar zu hauffen fallen. Belg. Omvallen. Hisp. Caer. Pol. Walę się, upadam. Vngar. Ele szem, le esem. Ang. To fall.] Lactant. lib. 7: Et muri omnium civitatum concident. Plaut. in Amphitr. Ut quisque institerat, concidit cre-

pitu. Colum. lib. 8: Atque alia genera perorum, quum pestilentia vexantur, prius morbo & languoribus marrescunt: solæ capellæ, quamvis optimæ atque hilares, subitò concidunt. Cicero 3. Tuscul. Quòd si cui, ut ait idem, simul animus cum re concidit, à gravioribus illis antiquis philosophis petenda medicina est, non ab his voluptariis. ¶ Venti concidunt. Id est, quiescunt. Horat. 1. Carm. Ode 12. ¶ Concidere venas, Celsus dixisse videtur, ut verbum ξυμπίπτειν & ξυμπίπτησιν (vocem Hippocrati familiarem, qua ut enarrat Galenus, τὴν κένωσιν significat) exprimeret. Nam συμπίπτειν vel ξυμπίπτειν est, si verbum è verbo exprimas, Concidere, & (ut annotat Budæus) συνιζάνειν: id est, considere & constringi. Inanitæ enim venæ considunt & astringuntur.

Cōnciĕo, es, ere: vel Concio, is, ire, convoco, advoco. [קהל kahál פגע kabáts. συγκαλεῖν. Gall. Faire venir, appeller. Ital. Conuocare. German. Zusammen berüffen. Hispan. Llamar. Polon. Zwolnie. Vngar. Öszue hiuom, egyben kélszeritöm. Angl. To call vpon.] Livius 1. ab Vrbe: Deinde ne vana urbis magnitudo esset, arciendæ multitudinis causa, vetere consilio condentium urbes, qui obscuram atque humilem conciendo ad se multitudinem natam è terra sibi prolem ementiebantur. Livius lib. 5. bel. Pun. 2. Gallicis, quos spes prædæ conciverat. ¶ Ponitur etiam pro commovere, concitare. [קעיר עורר hoér ברגיש hirhísch hebhír. κινεῖν. Gall. Exciter, esmouuoir. Ital. Commouere, concitare. German. Bewegen/anreitzen. Hisp. Mouer. Polon. Pobudzam. Vngar. Föl indítom. Angl. To stirre vp or prouoke.] Terent. Hecyr. Fortasse unum aliquod verbum inter eas iram hanc conciverit. Plautus Asinar. Tu ergo fac ut illi turbas & lites concias.

Cōncītŭs, penult. prod. part. à Concio. [מועל מעורר meohorár muhár. κινηθείς. Gal. Esmeu, prouoqué, incité. Ital. Smosso, concitato. Germ. Bewegt. Hisp. Cosa mouida. Pol. Poruszony. Vng. Föl indíttatot. Ang. Stirred vp prouoked.] Lucan. lib. 5. Inde ruunt toto concita pericula mundo. A Concieo verò eandem correptam habet. Valer. Flac. lib. 1. Quis tibi Phryxe dolor, rapido quum concitus æstu Respiceres?

Cōncĭtŏr, toris, Verbale, m. t. [מעורר mehorér. κινητής. Polon. Pobudzacz. Vng. Föl indító, háborító. Angl. That prouoketh or stirred vt.] ut, belli concitores. Tacitus l. 4.

Cōncĭto, as, penult. corr. frequentativum, à Concieo, Commoveo, perturbo, extimulo. [עכר hachár ברגיש hirhísch עורר bohér הסית hesíth. παροξύνω, παροξύνειν. Gal. Esmouuoir fort, prouoquer, inciter. Ital. Concitare. commouere. Germ. Bewegen/erwecken/reitzen. Belg. Beweren/opwecken. Hisp. Mouer ò perturbar. Pol. Pobudzam. Vng. Föl háboritom. Angl. To stirre vp, prouoke or prick forward.] Cic. lib. 4. Acad. Quò enim spectat, quum artificia tolli quereris à nobis, nisi ut opifices concitentur? ¶ Sic Concitare discordiam, apud eundem, & Concitare equum contra aliquem, Liv. 1. ab Vrbe.

Cōncĭtāmēntum, n. f. incitamentum. [Polon. Pobudka. Vngar. Izgatás.] Seneca lib. 3. de Ira: Quis autem ignorat lituos, & tubas concitamenta esse, sicuti quosdam cantus blandimenta quibus mens resolvatur?

Cōncĭtātŭs, part. ut, Concitatus ardore minus. [מעורר meohorár. παροξυνθείς, παροξυνθείς. Gall. Esmeu, prouoqué, incité. Ital. Smosso, concitato. Germ. Bewegt/gereitzet. Hisp. Mouido. Polon. Pobudzony. Vng. Föl háborodot. Angl. Moued, prouoked, or stirred vp.] Cic. 2. de Finib. Admirabili quodam ad philosophiam studio concitatus. Cic. de Clar. Orat.

Cōncĭtatŭs, nomen, [Pol. Popedliwi. Vngar. Föl indíttatot.] ut, Concitatior cursus: id est, celerior. Liv. lib. 4. Maced. Concitatissimi equi, Idem 5 belli Macedon.

Cōncĭtātŏr, toris, m. t. [מעורר mehorér. ἐρεθιστής, παροξυντικός. Gall. Quiesmeut & prouoque, esmouueur. prouoqueur. Ital. Prouocatore, incitatore. Germanic. Ein beweger/reitzer/ der einem etwas zu thun anlaß gibt. Hisp. Mouedor. Pol. Pobudzacz. Vng. Föl háborito, indito. Angl. A stirrer vp of one prouoker.] Qui commovet. Cæs. 8. Bell. Gall. Quòd Corbeus autor belli, concitator multitudinis esset interfectus.

Cōrnix, f. t. [κορώνη. Gall. *Vne corneille.* Ital. *Cornice, cornacchia.* Germ. Ein kråe / krave. Belg. Crave. Hisp. *Corneja.* Pol. Wrona. Vnga. *Varjú.* Ang. *A crowe.*] Avis vivacissima, minor corvo, quæ cæterarum avium dux esse dicitur. Annosa cornix. Horat. 3. Carm. Improba cornix, Virgil. 1. Georg. Idem 9. Eclog. Antè sinistra cavâ monuisset ab ilice cornix ¶ Cornix scorpium, κορώνη τὸν σκορπίον, subaudi rapuit. Quadrat in eos, qui parant eos lædere, unde tantundem mali sint accepturi vicissim. Quemadmodum cornix correpto scorpio, arcuatâ illius caudâ vulnus accepit lethale, periitque. ¶ Cornices etiam accipi solent pro iis, qui se sapientiores ac duces aliorum videri volunt: unde cornicū oculos configere proverbio dicimus, pro eo quod est, veterum scientiam novo invento obscurare, & efficere ut priores nihil scisse videantur. Cic. pro Muræna: Iuventus est scriba quidam Cneus Flavius, qui cornicum oculos confixerit, & à prudentibus juris sapientiam ipsorum compilarit. ¶ Est etiam cornix annulus ferreus, quo ostium pulsatur, à figurâ aut potiùs garrulitate sic dictus.

Cōrnīcŭlă, f. p. diminutivum. [κορωνίς. Gall. *Corneille ou graille emmancelée.* Ital. *Picciola cornacchia.* German. Ein kleine kråy. Hispa. *Pequenna corneja.* Polon. Wronka. Vngar. *Varjacska.* Ang. *A little crowe, a dawe.*] Hieronymus ad Paulinum: Malo alieni operis interpres existere, quàm (ut quidam faciunt informes corniculæ) alienis me coloribus adornare. Alludit ad corniculam illam, quæ (ut in fabulis est) alienis pennis ornata, reliquis avibus aliquandiu non parvæ fuit admirationi, donec deprehenso fuco, suas quæque pennas aves repetentes, nudam corniculam destituerūt. Quam fabulam ita tangit Horat. in Epist. ne si repetitum venerit olim Grex avium plumas, moveat cornicula risum Furtivis nudata coloribus.

Cōrnīcŏr, aris, d. p. Significat more cornicum garriō. [κρώζω. Vngar. *Kákogok, varjú módra csacsogok.*] Pers. Satyr. 5: Nescio quid tecum grave cornicaris, inepte.

Cōrnū, n. q. & hic Cōrnūs, secundum Priscianum, à curvore (ut scribit Varro) nominatur. [קרן *kéren.* κέρας. Gall. *Corne, cornet.* Ital. *Corno.* German. Ein horn. Belg. Een horen. Hispa. *Cuerno.* Polon *Rog.* Vngar. *Szarv (avagy) Szarv.* Angl. *An horne.*] Plin. lib. 28. cap. 11. Dentes mobiles confirmat cervini cornus cinis. Idem lib. 11. cap. 37: Omnibus autem cava & in mucronem demum cuncreta sunt cornua, cervis autem solida & singulis annis decidua. ¶ Tollere cornua pro eo quod est animo efferri, nunc quoque tritissimum est. Horatius in Epod. Namq; in malos acerrimus Parata tollo cornua. ¶ Sic addere pauperi cornua. Horat. de Baccho. Pauperem sumere cornua. Item Ovid. de ebrietate Tractum à pecoribus, quæ cornibus oppositis minā. ¶ Hinc sunt Vnicornis, μονόκερως: Bicornis, δίκερως: Tricornis, Quadricornis. ¶ Per translationem cornua fluminum dicuntur flexus & curvitates alveorum, quòd multis in locis ad cornuum similitudinem flectantur. Cicer. Attic. lib. 9: Ab utroque portus cornu moles jacimus. Valer. Flac. lib. 1. Argonaut. -elatis cornibus amnes. ¶ Item cornua antennarum, significant utranque partem antennæ: κεραία. Virgil. 3. Aeneid. Cornua velatarum obvertimus antennarum. ¶ Similiter in prælio cornua dicuntur aciei partes ab utroque latere prominentes, κέρας. In exercitu enim est dextrum & sinistrum cornu & quod inter utrunque est, dicitur Media acies. Terent. in Eunuch. in medium huc agmen cum vecti, Donax, tu Simalio in sinistrum cornu, tu Syrisce in dextrum. Cæsar. 1. bell. Gallic. Ipse à dextro cornu prælium commisit. ¶ Item Cornu, βουκινοκέρας, genus est tubæ obtortæ, à quo Cornicines, βουκινισταί, dicti sunt: & dicitur cornu etiamsi ex ære sit, propterea quòd primùm ex cornibus fierent. Varro libro quarto, de Ling. Lat.

Cōrnūārĭus, [κερατοποιός. Polon. *Ten który trabi rogowe czyni.* Vng. *Kürt (avagy) trombita csináló.*] Qui cornua militaria fabricat. Arcadius D. libr. ult. tit. 6. l. 6: Cornuarios recenset inter eos quibus aliquam vacationem munerum graviorum conditio tribuit.

Cōrnūcōpĭæ, κέρας ἀμαλθείας, Cornu fuisse existimatur, quod Hercules cum Acheloo in speciem tauri mutato congressus, ei detraxit: hoc Najades acceptum & omnem fructum primitiis refertum Copiæ consecrarunt: unde apud Ovidium: - Achelous rigidum fera dextera cornu Dum tenet, infregit, truncâq; à fronte revellit: Najades hoc pomis & odoro flore repletum Sacrarunt, divesque meo bona Copia Cornu est.

Cōrnēsco, scis. [הקרין *hikrin.* κερατοῦμαι. Gall. *Deuenir dur comme corne.* Ital. *Deuenir duro como corno.* German. Hart werden alß ein horn / hürnin werden. Hispan. *Hazerse duro como cuerno.* Polon. *Twardzieje iako rog.* Vngar. *Szarú moggyára meg keményedem.* Ang. *To waxe hard lik an horne.*] Plin. lib. 11. cap. 49: Vrso quoque simul ut exspiraverit, cornéscere ajunt genitalia.

Cōrnĭcŭlum, n. s. diminutivum à Cornu. [κεράτιον. Gall. *Petite corne.* Ital. *Piccol corno.* German. Ein hörnlin. Hispan. *Pequenno cuerno.* Polon. *Rożek.* Vngar. *Szarvacska.* Ang. *A little horne.*] Plin. lib. 11. cap. 28: Aliis cornicula ante oculos prætenduntur ignaviâ. Idem lib. 9. cap. 32. de cochleis: Oculis carent, itaque corniculis prætentant iter. ¶ Hoc etiam nomine vocatum est oppidum apud Tarquinios, κορνίκλον Stephano, à quo oppidani Cornitulani, κορνικλανοί, appellati sunt ¶ Et Corniculum ornamenti genus, quo donabantur milites ab Imperatoribus pro re bene-gestâ. Livius lib. 10. scribit Papyrium Consulem equites omnes ob insignem in bellis operam donasse corniculis armillisque argenteis.

Cōrnĭcŭlātŭs, [κερoειδής. Pol. *Rogati.* Vng. *Szarvas.*] ut Luna corniculata, apud Apuleium de Deo Socratis.

Cōrnĭcĕn, pen. corr. m. t. Qui cornu canit. [κεραύλης, βουκινιστής. Gall. *Corneur.* Ital. *Sonator di corno.* German. Ein Hornblaser / Zinckenblaser. Belg. Horen oft Zinckblaser Hispan. *Trompeta bastarda, ò que tanne el cuerno.* Pol. *Pisczek na roga graiacy.* Vng. *Kürtös.* Ang. *That bloweth an on horne.*] Iuvenal. Quadragin-

ta dedit Grachus sestertia dotem Cornicini, sive hic recto cantaverit ære. Hisce etiam olim in præliis utebantur, quemadmodum & tubicinibus. Liv. 2. ab Vrbe: Cornicines, tubicinesq; in equos impositos canere ante vallum jubet.

Cōrnĭgĕnŭs, a, um. Quod est ex genere cornua habentium: sicut Caprigenum, quod est ex genere caprarum. [κερασφόρος. Vng. *Szarvas faybol valo.*]

Cōrnĭgĕr, m. f. Gerens cornua: [מקרין *makrin*. κερασφόρος. Gall *Cornu, portant cornes.* Ital. *Cornuto, che portale corne.* Germ. Der hörner hat. Hispan. *Cosa que tiene ò trae cuernos.* Polon. *Rogaty.* Vngar. *Szarvas.* Angl. *Horned, that hath hornes.*] ut Cervi corniger, Ovid. 7. Metam. Caput cornigerum, Ovid. Epistol. 5 Fluvius corniger, Virgil. 8. Aeneid. Taurus corniger, apud Cic. de Nat. Deor. Bacchus etiam corniger dictus est, quia simulachro Liberi patris cornua adjiciebantur, quòd vini inventor fuerit: homines enim nimio vini potu truces reddūtur.

Cōrnĭpēs, com. t. Animal corneos habens calceos, sicut equus & capra, & hujusmodi unguium aut pedum animalia. [κερασίπους. Gall. *Qui a les pieds durs comme corne.* Ital. *Chi a i piè di corno.* German. Das hürnin schuh oder füß hat. Hispan. *El que tiene los pies de cuernos.* Polon. *Zrogatimy nogamy albo botamy.* Vngar. *Kōrmōs, szarus lábu.* Ang. *Hard footed lik an horne.*] Ovid. lib. 2. Fast. Cornipedi Fauno cæsâ de more capellâ. Nam Faunus caprinos pedes habere fertur.

Cōrnūpĕtă, Animal quod cornibus petit: id est, ferit. κερατίλος.

Cōrnūtŭs, a, um, Quod habet cornua. [מקרין *makrin*. κερατώδης, κεράστης. Gall. *Cornu, ayans cornes.* Ital. *Cornuto.* German. Gehürnet. Hispan. *Cosa que tiene cuernos.* Polon. *Rogaty.* Vngar. *Szarvas.* Angl. *That hath hornes.*] Varr. 2 de Rerust. capite 7: Aetas cognoscitur equorum & ferè omnium, qui ungulas indivisas habent, & etiam cornutorum. ¶ Potest etiam dici Cornutum, quod procedit ex cornu: Martial. Occubuit tantùm cornuto ardore potitus. Cornutæ quadrupedes à veteribus dicebantur elephanti: nam quos in his dentes multi dicunt, cornua sunt.

Cōrnūtă, æ, Lyra altera: aliis Coccyx alter. Piscis marinus est octagonus, coloris punicei, totus squamis osseis contectus: aculeis lyræ pisci similis. De Cornuta Plin. lib. 9. cap. 27. lib. 32. cap. ult. Priore loco sic legendum: Attollit è mari cornuta semipedanea ferè cornua, quæ ab his nomen traxit.

Cōrnĕŭs, a, um, adjectivum nomen. [κεράτινος. Gal. *De corne.* Ital. *Di corno ò colorato como il corno*, Germ. Hürnin. Hispan. *Cosa de materia de cuerno.* Polon. *Zrogu v. jinowy.* Vnga. *Zsarubôl valo.* Ang. *Of an horne.*] Vnde hybernæ coronæ Corneæ dictæ sunt: quoniam negante tum flores terrâ, laminis è cornu tinctis fieri solebant. Vnde Curneum rostrum, Cic. de Nat. Deor. Cum sint aves excelsæ, cruribus rigidis, corneo, proceroque rostro. Corneus color, qui cornu vel corni similitudinem refert. Plin.

Cōrnĕŏlŭs, aliud adjectivum, idem significans, sed diminutivé. Cic. 2 de Nat. Deor. Sed duros & quasi corneolos habent introitus, multisque cum flexibus, quòd his naturis relatus amplificatur sonus.

Cōrnŭs, fœmin. gen. tàm quartæ quàm secundæ declinationis, secundum Priscianum. Arbor ramos habens, duritie & rigiditate cornibus similes, fructum circa solstitia ferens, primò candidum, postea sanguineum. [κρανεία. Gall. *Cornoiller.* Ital. *Corniolo, cornolaro.* German. Thierlinbaum oder cornelbaum. Belg. Cornelienboom Hispan. *El cerezo sylvestre.* Polon. *Glog.* Vng. *Somfa.*] Virgil. 2. Georg. -& bona bella Cornus: id est, apta hastilibus. Itala cornus. Virgil. Aeneid. lib. 9: Conjecto sternit jaculo, volat Itala cornus: id est, telum ex corno factum.

Cōrnum, corni, n. s. Fructus arboris corni. [κράνειον. Gall. *Le fruict d'vn cornoiller; cornoille.* Ital. *Cornola, frutto del cornolaro.* Germa Thierlin/oder Herlenkirsen Hisp. *La cerezo sylvestre.* Pol. *Iagody glogowe.* Vngar. *Som.*] Idem 3. Aeneid. -baccas lapidosaq; corna Dant rami.

Cōrnĕŭs, a, um, Quod ex corno est. [κράνινος. Gall. *De cornoiller, fait de bois de cornoiller.* Ital. *Fatto di legno di cornolaro.* German. Thierlinbäumin/cornelbäumin Hispan. *Cosa de cerezo sylvestre.* Pol. *Glogowy.* Vngar. *Sam fabôl valo.*] Plaut. Duram ac corneam virgam. Cornea pyxis. Plin. lib. 20. cap. 20. Venabula cornea, Ovid. Epist. 4. Virgulta cornea. Virg. 2. Aeneid.

Cōrnētum, ti, n. s. Locus consitus cornis. [Vngar. *Somos erdô.*] Hinc Corneta, locus in urbe intra sacram viam & macellum, à cornis, quæ amputatæ loro reliquerunt nomen, ut Esculentum ab esculo dictum, Lauretum à lauro, Fagutal à fago. Varr. li. 4. de linguâ Latinâ.

Cōrnĭfĕrī rāmī, hoc est, qui corna ferunt. Claudianus libr. 1. de raptu Proserp. Stridula corniferis modulantur carmina ramis.

Cŏrōn. κόρων. Dioscoridi herba eadem est cum sylvestri rutâ.

Cŏrollă, Corollarium, Vide CORONA.

Cŏrōnă, f. p. Sertum. [עטרה *hatarah*. στέφανος. Gall. *Couronne, chapeau de fleurs* Ital. *corona diadema.* German Ein kron. Belg. Een kroon/krans. Hisp *Corona que se da al vencimiento.* Polon. Wieniec. Vngar. *Koszoru korona.* Angl. *A crowne or garland of flowers.*] Plaut. Asinar. Tùm si coronas, serta, unguenta jusserit Ancillam ferre Veneri. Cicer. 6. Verr. Vnxisse unguentis, complesse coronis & floribus. ¶ Fuerunt autem apud Romanos varia coronæ genera: Triumphalis, quæ Imperatoribus post victoriam ad urbem redeuntibus ad triumphum mittebatur. Hæc antiquitùs ex lauru fiebat: Postea etiam ex purissimo auro fieri cœpta: quod etiam inde aurum coronarium vocatur. Obsidionalis, quam liberati ab obsidione dabant ei, qui ipsos liberaverat, ex gramine decerpto inde, ubi obsessos ille servasset. Nam (ut ait Plinius) summum apud antiquos signum victoriæ erat, victos porrigere herbam è terrâ Civicâ, quam civis civi, à quo servatus est in prælio, testem vitæ, salutisq; perceptæ dat: & hæc erat primò lignea: postea magis placuit ex quercu, quòd ante inventas fruges arboris ejus glandibus homines victitarent. Muralis erat, qua donabatur ab Imperatore qui primus murum ascendisset, inque oppidum hostium venisset. Hæc corona ad incitandos ad oppugnationem militum animos ex auro fiebat. Vallaris, quæ & Castrensis dicitur, similiter aurea, habens insigne valli, qua donabatur, qui primus hostium castra pugnâ introisset. Navalis quoque aurea, quibusdam quasi rostris navium insignita, qua donari consueverat, qui primus maritimo prælio in navem hostium vi transilisset. Ovalis myrtea erat, qua utebantur Imperatores, qui ovantes introibant civitatem. Ovantes autem Imperatores, urbem introibant, quum bellum non ritè indictum erat, neque cum justo hoste gestum: utpote subactis servis, aut piratis, aut humili alio quovis hoste: aut etiam quoties factâ repentè deditione, victoria citra pulverem (quod dici solet) obtigerat. His itaque mittebatur corona ex myrto, quæ est arbor Veneri sacra, quòd hujusmodi victorias Venereas magis judicarent quàm Martias. ¶ Vnde Myrteam coronam cupere aut ambire, μυρρινοῦν dicebantur, qui tyrannidem aut magistratum ambirent. Suidas. ¶ Corona etiam dicitur ornamentum muliebre. Horat. lib. 1. Carm. Et scindit hærentem coronam crinibus. ¶ Item ponitur pro conventu hominum circunstante [ὁ ὄχλος κύκλῳ ἐφεστώς, ἄγυρις, σύλλογος. Gall. *Vne compagnie de gens, ou amas de peuple autour de quelq' vn.* Ital. *Cerchio de homini.* German Ein versamlung vieler leuthen/ besonder die in einem Kriegsheer umbstehen oder sitzen: item, ein besetzt Gericht. Hispan. *Cerco ò cerillo de hombres.*] Cicero pro Flacco: A'judicibus oratio avertitur, vox in coronam turbamque effunditur. Idem pro Milone: Non enim coronâ vester consessus cinctus est, ut solebat. ¶ Item pro circulo circa lunam ἅλως. ¶ Item pro signo cœlestri supra humerum Arctophylacis. Virgilius 1. Georgic. Gnosiaque ardentis decedat stella Coronæ. Fertur Ariadnen coronam dono accepisse à Theseo inde nupsisse Libero patri: & post ejus mortem coronam à Libero in cœlo fuisse collocatam. Alii dicunt hanc coronam dedisse Bacchum Ariadnæ, quum ad Minoëm in Cretam venisset. Alii dicunt coronam dedisse Baccho datam à Venere, quum Ariadnen uxorem duceret. Hæc Cancro & Leone exoriente occidit: exoritur cum Scorpione Nonis Octobris: habet stellas novem in orbem dispositas. ¶ Coronæ, item sunt Prominentiæ & veluti supercilia quædam parietum, arcendis stillicidiis inventa, fabri Cornices appellant & intabulamenta: sive structurâ, sive intestino opere constans. Vitruvius libro 2: Summis parietinis structura testacea sub regulâ subjiciatur, altitudine circiter sesquipedali, habeatque projecturas coronarum: ita vitari poterunt quæ solent in iis fieri vitia. Budæus.

Cŏrōllă, f. p. diminutivum, Parva corona. [στεφάνιον. Gall. *Petite couronne, petit chapeau de fleurs, chapelet.* Ital. *Coronetta.* German. Ein kräntzlin/krönlin. Hisp. *Pequenna corona* Polo. Wianek. Vng. *Koszorúcska, bokréta.* Ang. *A litle crowne or hatt of flowres.*] Propertius: Me juvat externis positum languere corollis.

Cŏrōllārĭum, n. s. autore Varrone libro 1, significat id, quod additum est supra mensuram, præterquàm quod debitum est, tanquam actuarium quoddam: à corollis nomen deductum, quòd hæ, quum placuerant actores, in scenâ dari solitæ sint: [ἐπιφορά, στεφανωτικὸν, ἐπίδομα, ἐπίμετρον. Gall. *Le pardessus ou parensus, le sur plus ou surcroist.* Ital. *Corollario. Dante, darotti vn corollario anchor per gratia.* German. Zusatz/ das man uber die rechte maß noch darzu gibt. Hispan. *La corona ò augmentacion que se annade à otra.* Polon. *Prziczinek, naddatek.* Vngar. *Szôrzés.* Angl. *That is cast or put to more then the measure, the overplus.*] unde & Corollaria dicuntur ipsæ coronæ. Sueton. in Aug. Itaque corollaria & præmia alienis quoque muneribus ac ludis, crebra & grandia de suo offerebat. Plin. lib. 21: Paulatim & Romæ subrepsit appellatio Corollis, inter initia propter gracilitatem nominatis, mox & Corollariis postquam è laminâ æreâ tenui inauratâ aut inargentatâ dabantur. Cic. in Frumentariâ: Nolo hic colligere, qui numulis corrogatis de nepotum bonis, ac de scenicorum corollariis decimam emerunt. ¶ Hæc autem quum pretii parvi forent, factum est, ut Corollarium pro re leviori accipiatur. Plin. lib. 9. c. 35: At illa corollarium id esse, consumpturamque se eâ in cœnâ taxationem confirmans. ¶ Apuleius symbolicôs Corollarium vocavit posticum concubitum, quum ait: Mihi jam fatigato, de propriâ liberalitate Photis puerile obtulit corollarium.

Cŏrōno, as, Coronam capiti imponi. [עטר *határ*. στεφανόω. Gall. *Couronner* Ital *Coronare, incoronare.* German. Krönen. Belg. Kroonen. Hispan. *Coronar.* Polon. *Koronuie.* Vngar. *Meg koronázom.* Angl. *To crowne.*] Plin. lib. 15. cap. 4: Athenæ quoq; victores oleâ coronant. Virgil 1. Aeneid. Crateras magnos statuunt, & vina coronant, Vbi Servius: Vina pro poculis posuit,

Coronant

Coronant autem est, aut implent usque ad marginem, aut quia antiqui coronabant pocula, & sic libabant. Unde est: -magnum cratera coronâ Induit, implevitque mero. ¶ Coronare, Item In coronaméta venire, Coronis faciendis adhiberi. Plin. libro 21. cap. 9 Folio coronat & trifolium. Ibidem cap. 10: Et tantum folio coronant, Iovis flos, amaracus, hemerocales, abrotonum, &c.

Cŏrōnātŭs, particip. Coronâ donatus, qui coronam habet in capite. [עטור hatúr, ἐστεφανωμένος. Gall. couronné. Ital. Incoronato, coronato. German. Gekrönt. Hisp. Coronado. Polon. Koronowany. Vngar. Meg koronáztatott. Angl. Crowned.] Cic. 2. de Leg. Sequebantur epulæ, quas inirent propinqui coronati.

Cŏrōnārĭŭs, rii, m. f. Qui coronas nectit. [στεφανοπλόκος. Gall. Qui fait bouquets ou chapeaux de fleurs, ou qui les vend. Ital. Artefice de ghirlande de fiori. German. Ein kronenmacher / oder kranzmacher. Belg. Een Cransmaecker. Hispan. El que haze ò vende coronas. Pol. Robiacy korony, albo wiance wyjacy. Vngar. Korona tsináló, koszorú kötő. Angl. A maker of hattes or garlandes of flowres.] Cujus fœmininum est Coronaria. στεφανόπλοκος, ἡ. Mulier coronas conficiens. Plin. lib. 21. cap. 2: Factum id est ex ingenio Pausiæ pictoris atque Glyceræ coronariæ, dilectæ admodum illi.

Cŏrōnārĭus, a, um, adject. Quod ad coronas pertinet. [στεφανωτικός. Gall. De couronnes ou de gros en les faict. Ital. Cosa da far ghirlande de fiori. German. Das zu den kronen oder kränzen gehört / oder auff dem man sie machet. Hisp. cosa perteneciente à corona. Pol. Wszeliaka rzecz ktorey wiance albo korony czynimy. Vngar. Koronához való. Angl. Belonging to crownes.] Unde, Aurum coronarium, ex quo coronæ conficiebantur. Cic. pro lege Agrar. Quod ad quemque pervenerit ex præda, ex manibus, ex auro coronario. ¶ Coronarium opus in modum coronæ factum. Plin. lib. 15. cap. 30: Ramos spargit à radice dodrantales, topiarii ac coronarii operis.

Cŏrōnāmentum, ti, n. f. Coronarum materia: hoc est, flores, aut frondes coloris aut odoris gratiâ coronarũ confectioni congruentes. [στεφανώματα. Gal. Fleurs & autres choses à faire chapeaux & bouquetz. Italice. Fiori, viole, rose & simili cose da far ghirlande. German. Der zeug / oder die materey auß welcher man kränz machet / als blumen / kräuter / etc. Hispan. Flores y otras cosas para hazer coronas. Polonice, Materya do wiencow sposobna. Vngar. Koszorúnak való virágos fü. Angl. Flowres and such like thinges to make garlandes of.] Plin. lib. 21. cap. 1: In hortis seri & coronamenta jussit Cato. Idem eodem lib. cap. 9: Folia smilacis & hederæ in coronamenta se dedêre, coronæque earum obtinent principatum.

Coroneola, Genus rosæ est autumni tempore in rubo provenient. [Vngar. Tsipkerosa (anagy) rosa.] Plin. lib. 21. cap. 4.

Cŏrōnis, coronidis, f. 2. Summitas, seu apex alicujus rei, velut montis, aut structuræ alicujus. [ראש rosch, κορωνίς. Gall. le sommet & fin bout de quelque chose, la fin. Ital. Sommità, cima, altezza. German. Der oberst spitz oder gipffel eines Bergs. item, Das oberst eines gebews. Hispanice, El fin, altura, ò cumbre de qualquier cosa. Polon. Wierzch budowania, wierzcholek. Vngarice, Teteje, vég, hegy. Angl. The nosse of a shippe, the end or toppe of a thing.] Significat & extremam navis partem: hoc est, incurvum quiddam supra puppim in rostri modum eminens. ¶ Denique Coronidem per translationem accipimus pro quocunque fine, & ultimâ manu rei impositâ: sive etiam pro eo, quod rei absolutæ ornatus magis quàm necessitatis ergò accidit. Martial lib. 10: Sed nimius videor, seràque coronide longus Esse liber: legito pauca, libellus ero. Idem: Et mage principio grata coronis erit. Postremò Grammatici, quoties persona actoris eodem metri genere finit quo cœperat, Coronidem vocât: eamq; notant veluti rostri figuram exprimentibus lineis. ¶ Ad coronidem usque, μέχρι τῆς κορωνίδος. Quum extremum rei cujuspiam significamus.

Cŏrōnŏpus, [κορωνόπους. Gall. Corne de cerf. Ital. Stella. Germ. Krappenfuß / Hanenfuß. Belg. Vogelvoet. Hispan. Guida bella. Polon. Wronia noga. Vngar. Varjú láb. Ang. An hearbe called the hartes horne.] Oblonga herba est, fissis foliis per terram repens, cujus radix cœliacis prælatè facit in cinere tosta. Plin. lib. 22. c. 19. & 21. cap. 16, hanc herbam inter graminis genera assignat, & à Romanis Gramen aculeatum vocari asserit. Vulgò ab olitoribus Dens canis aut Cornus cervi appellatur. Ruellius.

Corophium, Piscis de genere cancrorum. Plin. lib. 32. cap. 11.

Cŏrpŏrālĕ, Corporatio, Corporatura, Corporeus, Vide Corpus.

Cŏrpus, poris, n. 2. Generaliter dicitur quicquid tactu percipitur [גויה gheviyah, σῶμα. Gall. Corps, chair. Ital. Corpo. German. Ein leib. Belg. Lichaem / lijf. Hispan. El cuerpo. Polon. Cialo. Vngar. Test. Ang. A bodie.] Cicer. 2. de Orat. Etenim corpus intelligi sine loco non potest. ¶ Aliquando Corpus accipitur pro massâ totius animalis, ex partibus similaribus & organicis compactâ, quæ unà cum animâ totum constituit animal. Cicer. pro Marcel. Vita corpore & spiritu continetur. ¶ Aliquando pro solâ carne ponitur. Cicer. Gal. lib. 7: Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam: nam & vires & corpus amisi. Martialis utranq; significationem uno versu complexus est: Vivebant laceri membris stillantibus artus, Inque toto nusquam corpore corpus erat. ¶ Corporum etia genera Pomponius esse affirmat. Unum, quod unâ specie continetur: ut, Homo, Lapis, Lignum. Alterum, quod ex contingentibus: hoc est, pluribus inter se cohærentibus constat: ut Aedificium, Navis, Armarium. Tertium, quod ex distantibus compactum est, ut puta ex pluribus corporibus, uni nomini subjectis: ut, Populus, Legio, Grex. Aliter Philosophi corpora distinguunt: ut quædam sint Inanimata, ut lapis, ferrum: alia Animata, ut arbor, leo. Ex his rursus quædam sunt animâ vegetativâ duntaxat prædita, ut plantæ: quædam sensibili, ut bruta omnia animalia: quædam rationali, ut soli homines. ¶ Corpus pro opere aliquo scripto, & volumine. Cic. ad Lucceium lib. 5: A principio enim conjurationis usque ad reditum nostrum, videtur mihi modicum quoddam corpus confici posse. Idem ad Quint. Frat. lib. 2: Sed utros ejus habueris libros, (sunt enim duo corpora) an utrosque nescio. ¶ Corpus pro parte seu tribu ac multitudine populi. Liv. 1. ab Urb. Sui corporis creari regem volebant. ¶ Corpus civitatis. Liv 6. bel. Pun. Corpus nullum civitatis, nec Senatum, nec plebis consilium, nec magistratus esse. ¶ Collegiorum corpus. Cajus in l. 1 §. in collegia. ff. quod cujusque univers. Item collegia Romæ certa sunt, quorum corpus Senatusconsultis atq; constitutionibus principalibus confirmatum est. ¶ Corpore effugere, proverbiali figurâ dictum est, periculum jam imminens ac penè premens arte quadam declinare. Translatum à gladiatoribus, ictum modico corporis flexu fallentibus. Cicer. 1. invect. in Catil. ¶ Corpus sine pectore, proverbii quadam specie dixit Horatius, pro corpus sine mente. Vide locum in epistolis ad Albium, & Ovid. in Heroid. ¶ Toto corpore atque omnibus ungulis, dixit Cic. Quæst. Tusc. 2. pro summâ pertinaciâ. A feris sumptâ metaphorâ, quæ dentibus, totoq; corpore retinere solent, quod nolint extorqueri. ¶ Corpus animæ esse sepulchrum, Plato dicebat in Gorgia, his verbis: καὶ τὸ μὲν σῶμά ἐστιν ἡμῖν σῆμα, quod & Maro imitatus: -clausæ (inquit) tenebris & carcere cæco. Huic non absimile, quod Basil. Mag. de Pythagora refert in suo ad Nepot. Quòd scil. is, cùm intelligeret, quendam ex familiaribus suis ciborum copiâ, ut pinguis fieret, se curare, dixerit: Hic non cessat molestiorem sibi carcerem instruere, cap. 14.

Cŏrpŭscŭlum, n. f. diminutivum, Parvum corpus: [σωμάτιον. Gall. Petit corps. Ital. Piccol corpo. German. Ein leiblin. Hispan. Pequeno cuerpo. Polon. Cialko. Vngar. Testecske. Ang. A little bodie.] unde atomos Corpuscula vocat Cicer. 1. Acad. & 1. Tusc. Iuven. Satyr. 10: -mors sola fatetur Quantula sint hominum corpuscula.

Cŏrpŭlentŭs, Obesus, gravis, pinguis. [παχύσωμος. Gall. Corpu & fourni, charnu, corpulent. Ital. Corpulento, grasso. Ger. Leibächtig / groß von Leib. Belg. Lijvich / wel tot lijf. Hisp. Gordo de cuerpo. Polon. Cielisty, miąższy, tusty. Vng. Testes. Ang. Grosse fleashy, corpulent.] Plaut. in Epid. Euge corpulentior videre atque agilior. Sic corpulentum pectus apud Colum. lib. 6 cap. 3.

Cŏrpŭlentĭă, f. p. Carnositas [πολυσαρκία. Gall. corpulence. Ital. Corpulentia. Germ. Grösse des leibs und dicke. Hisp. Aquella mucha carnosidad. Polon. Miąższość ciała. Vngar. Testesség. Ang. Grossenesse fleashinesse.] Plin. lib. 11. cap. 53: Somno concoquere, corpulentiæ, quàm firmitati utilius.

Cŏrpŏrālĕ, Corporatum, corporeum, corpus habens, quicquid tangi demonstrarique potest. [σωματικός. Gall. Corporel, appartenant au corps. Ital. Corporale, corporeo. German. Leiblich. Hispan. Cosa de cuerpo. Polon. Rzecz ktora moze bicz widziana, y dotkniona. Vng. Testi. Ang. Corporall, that hath a bodie.] Senec. Epist. 59: Dicimus quædam corporalia esse, quædam incorporalia. ¶ Aliquando accipitur pro eo quod est corporis: unde Corporalia bona. apud Gel. lib. 18. cap. 1. & Corporalia vitia. apud Senec. Epist. 54. ¶ Corporalis possessio pignoris, quam habemus de pignore corporeo. Papin. l. Debitor. ff. de pignor. action. Solutâ pecuniâ, creditor possessionem pignoris, quæ corporalis apud eum fuerat, restituere debet.

Cŏrpŏrālĭtĕr, adverb. [σωματικῶς. Polon. Cielesnie. Vng. Testi szerint, igazán, huszán.] Paul. D. lib 41. Tit. 2. l. 1: Per servum corporaliter pignori datum non acquiri nobis possessionem.

Cŏrpŏrĕŭs, a, um. Corporalis, corporatus, concretus. [σωματινός, σωματώδης. Gall. Corporel, ayant corps. Ital. Corporeo. German. Leibhafftig. Hisp. Cosa de cuerpo. Polon. Ciało na sobie maiacy. Vng. Testes, testi. Angl. That hath a bodily.] Cic. 2. de Nat. deor. Contra ille corporeus, vitalis & salutaris omnia conservat, alit, auget, sustinet, sensuque afficit.

Cŏrpŏro, as, act. p. Cogo, coagmento, & in unum corpus redigo. [σωματοποιῶ. Gall. Faire devenir corps, donner forme de corps. Ital. Incorporare, unire in uno corpo. German. Zu einem leib machen / etliche ding zusammen setzen / und als in ein begriff bringen. Hisp. Encorporar, como en collegio. Polon. W iedno ciało laczę, spolnę. Vng. Meg testesítem. Ang. To waxe to a bodie, to take the shape of a bodie.] Plin. lib. 7. c. 15: Semine è maribus coaguli modo hoc in se glomerante, quod dein de tempore ipso animatur, corporaturq;. Hinc Corporo, & Incorporo: composita: de quibus suis locis. ¶ Apud antiquos Corporare legimus pro Interficere, quasi corpus solum sine animâ relinquere. Ennius apud Nonium: Corpus contemplatur, unde corporet vulnere. Accius: Corporare abs tergo es ausus.

Cŏrpŏrātŭs, ta, tum. Corporeus, corpus habens. [σωματωθείς. Vng. Testbeöltözött, testes.] Cicer. de Universitate: Sempérne fuerit, nullo generatus ortu: si ortus sit, an ab aliquo temporis principatu ortus sit: quandoquidem cernitur & tangitur, & est undique,

diqne corporatus. ¶ Item Corporati dicuntur etiam collegæ, qui ejusdem societatis sunt. Imperatores.l.4. C.de sacrosanct. ecclesiis: Nulli alii corporatorum præter dictum numerum per patrocinia immunitate concessa.

Cōrpŏrātĭo, f.t. Quantitas vel habitus corporis. [σωμάτωσις. Gall. *Corsage, composition & facon de corps.* Ital. *Corporatura.* German. Des leibs grösse/oder das wäsen eines leibs. Hispan. *Encorporamiento.* Pol. *Cziala podstata, stan.* Vng. *Testlößég, testösités.* Ang *The state, plight or liking of a bodie.*] Col. lib.7: Custodiendum est, ne in corporatione, vel staturâ, vel viribus impar cum valentiore jungatur: nam utraque res inferiori celeriter affert exitium.

Cōrpŏrātūră, f.p. Corporis quantitas: hoc est, habitus & status ipsius corporis. [τὸ σωματῶδες, καὶ ἀνάστημα. Gall. *Corsage, constitution de corps.* Ital. *Corporatura* Germ. Leibs grösse/Leibs gestalt. Hispan. *Encorporacion.* Polo. *Cziala kształt.* Vngar. *Testnek állapatya.* Ang. *The plight or estat of the bodie.*] Veget. lib.1: Subitò corporaturam boni tyronis implere sex pedum longitudinem. Colum. lib.7: Humilis enim & modica corporatura, pecoris operarii debet esse. Vitruv. lib.6: Sed ex cœlo roscidus aër in corpora fundens humorem, efficit ampliores corporaturas.

Cōrrādo, dis, act.t. Simul rado, coacervo, congrego. [צבר tsabár. συνάγω. Gall *Racler & amasser ensemble, trainer d'un costé & d'autre, ammonceler* Ital. *Radere, leuare ad altri con industria & difficultà.* German. Zusammen tragen. Hispan. *Iuntamente raer, arrebatar.* Polon. *Zgromadzam, struduo zgrzebam.* Vngar. *öszue gywytöm.* Ang. *To scrape or take together.*] Terent. in Adelph. Minas decem corradet alicunde. Lactant. lib.5: Non propter humanitatem, quæ nulla in his erat, sed ut omnia cupiditatis & avaritiæ instrumenta corraderent.

Cōrrās, Maxillas intelligi volunt.

Cōrrēpo, pis, pere, act.t. Repo, irrepo. [זחל zachál. ἕρπω. Gal. *Se couler ou tramer en quelque lieu, en aborder secrettement.* Ital. *Rampare, rampigare.* Germ. Kriechen/rütschen. Hispan. *Gatear por el suelo.* Polon. *Czolgam się, liezę.* Vngar. *Be mászok, sűszok.* Ang. *To creep in some place.*] Cic.1. de Nat. Deor. Quod cùm efficere vultis, in dumeta correpitis. Luc. lib.8: Exiguam vector pavidus correpsit in alnum. Cic. ad Attic. lib.10: Igitur & occultè in aliquam onerariam corrependum.

Cōrrīdĕo, des, dere, n.t. Simul rideo. [συγγελάω. Gall *Rire ensemble* Ital. *Ridere insieme.* Germ Sampt anderen lachen. Hispan. *Reir en uno.* Polon. Wespół z kimś się śmieję. Vng. *Eggyütt neuetök.* Ang. *To laugh together.*] Lucr. libro 4: Omnia corrident conceptâ luce diei.

Cōrrīgĭă, giæ, f.p. Cingulum quo cingimur. [שרוך serôch. ζώνη. Gall. *Courroye, esguilette.* Ital. *Corregia, cinta cintolo,* German. Gürtel/oder riemen. Belg. De rieme ofte nestel. Hispan. *La correa.* Polon. *Pas, rzemien.* Vngar. *Oueteczt.* Ang. *The latchet of a shoe.*] Cicer. 2. de Divin. Quæ si suscipiamus, pedis offensio nobis, & abruptio corrigiæ, & sternutamenta erunt observanda. Quidam hoc nomen à corrigendo deducunt, voluntque corrigiam primùm lori quoddam genus fuisse dictum, quo servi corrigebantur.

Cōrrigīŏlă, similis Adrachmæ, folio tantùm magnitudine minor. Pappum vocant fructum ejus Plin. lib.13. cap.22.

Cōrrigo, gis, act.t. correxi, correctum, ex con, & rego. Emendo. [יסר jasár הוכיח hochiach. διορθόω, ἐπανορθόω. Gall. *Radresser une chose tortue ou bossue, corriger, amander.* Ital. *Corregere, emendare.* German. Besseren/oder verbesseren. Belg. Verbetteren. Hispan. *Corregir* Polon. *Poprawiam.* Vngar. *Meg dorgalom emendalom, visgálom.* Ang. *To amend, to correct.*] Lactant. lib.4: Antequam mores aliorum corrigas, tuos corrige. Terent. in And. Corrigere mihi gnatum porrò enitere. ¶ Aliquando ponitur pro Compenso. Cic. Qu. Frat. lib.2: Sic ego qui in isto homine colendo tam indormivi diu, te mehercule sæpè excitante, cursu corrigam tarditatem, tùm equis, tùm velis.

Cōrrēctŏr, m.t. Emendator. [מיסר mejasér. ἐπανορθωτής. Gall. *Correcteur, corrigeur, radresseur* Ital. *Correttore.* German. Ein Verbesserer/besserer. Hispan. *Corregidor y castigador.* Pol. *Poprawca.* Vngar. *Dorgalo, emendalo.* Ang. *He that amendeth or correcteth.*] Terent. in Adelph. Illud quod cecidit forte, id arte ut corrigas. p. Corrector. ¶ Corrector atque emendator, Cicero pro Cornel. Balb. Asperitatis corrector, Horat. Epist.1.

Cōrrēctĭo, onis, f.t. Emendatio. [מוסר musar תוכחת tochachath. διόρθωσις. Gall. *Correction, emmendement, radressement.* Ital. *Correttione* German. Besserung Hispan. *Castigo, ò emienda.* Pol. *Poprawienie.* Vnga. *Dorgálás, emendalás visgálás.* Ang. *A correction or amending.*] Cicer. 4. de Finib. Hæc videlicet est correctio philosophiæ veteris & emendatio. ¶ Correctio etiam figura est apud Rhetores, quæ tollit id quod dictum est, & pro eo quod magis idoneum videtur, reponit. Exemplum ejus est in Rhetoricis ad Her. Nam postquam isti vicerunt, atque adeò victi sunt: Eam enim quomodo victoriam appellem, quæ victoribus plus calamitatis, quàm boni dederit?

Cōrrēctŭs, a, um. Emendatus [Vngar. *Meg emendáltatot, visgáltatot.* Ang. *Corrected, amended.*] Cic. Attic. Laudationem Porciæ tibi misi correctam.

Cōrrĭpĭo, act. t. Reprehendo, arguo, objurgo. [יסר jasár הוכיח hochiách ἐπιτιμάω, ἐπιλαμβάνομαι Gall. *Reprendre.* Ital. *Riprendere, ammonire,* German. Straffen/beschelten. Hispan. *Reprender, castigar.* Polon. *Karzę, strofuię.* Vngar. *Meg dorgálom, feddöm.* Ang. *To reprehende or reproue.*] Plin. in Epist. Repetit me correptum ab eo, cur ambularem. Cicer. in Epist. Clamoribus maximis judices corripuerunt. ¶ Aliquando ponitur pro Comprehendo, apprehendo. [לקח lakách. λαμβάνομαι, ἀντιλαμβάνομαι. Gall. *Prendre quelque chose tout en un coup & hastiuement empoigner.* Ital. *Rapire, torre per forza.* German Etwas schnäll erwüschen/geschwind ergreiffen. Hispan. *Arrebatar.* Pol. *Porwam, połapiam.* Vng. *Meg ragadom, meg fogom.* Ang. *To take and pull hastilie by violence.*] Virgil. 1. Aen. Constitit hic arcumque manu, celeresque sagittas Corripit. Cic. in Verr. Hominem corripi ac suspendi jussit in oleastro. ¶ Adaptatur autem hoc verbum ad omnes actus humanos: ut, Corripitur somno, Corripitur febribus: hoc est, invaditur: & multa alia hujusmodi. ¶ Corripere item, abbreviare est, & contrahere: unde Correptas syllabas dicimus. συστέλλω.

Cōrrēptŭs, participium, Comprehensus. [נלקח nilkách ληφθείς, συναρπασθείς, ἐπιτιμηθείς. Gall. *Prins, saisi, reprins.* Ital. *Preso in fretto, con rapacità, ripreso.* Germ. Gestraffet/erwüscht. Hispan. *Arrebatado, reprehendido.* Polon. *Skarany porwany.* Vngar. *Meg ragattatot, fogattatot.* Angl. *Pulled or taken hastelie.*] Cicer. antequam iret in exil. Ego repentè vi tribunitiâ correptus non modò loquendi libere in judicio, sed ne consistendi quidem in civitate habeo potestatem.

Cōrrēptŏr, oris, m.t. [מוכיח mejaser מוכיח mochiach. ἐπιτιμητής. Gall. *Repreneur.* Ital. *Riprensore.* German. Ein straffer. Hispan. *Reprehendedor.* Polon. *Ten ktory karze, strofuie.* Vngar. *Dorgaló, meg feddő.* Ang. *A reproouer, à reprehender.*] Sen. 2. irâ: Placidus itaque sapiens, & æquus erroribus, non hostis, sed corrector peccantium.

Cōrrēptē, adverbium: id est, correptâ syllabâ. [Polon. *Krotce.* Vng. *Ragadua.*] Gell. libro 2, cap.17: Neque repugnat quod coëgi correptè dicimus.

Cōrrīvārī, n. p. Per rivos aquam eundem in locum ducere. [נזל nazál הזל hozzál. ὀχετεύομαι, διοχετεύομαι, συνοχετεύομαι. Gall. *Faire courir en ruisseau, s'escouler par ruisseau.* Ital. *Far corre ò colare nel fiume l'acqua.* German. Zusammen rünnen/durch bächlin zu einander fliessen. Hispan. *Arroyar ò arroyarse el rio.* Pol. *Spolem spuszczie, strugka zrodnei do drugiey przywieszę.* Vnga. *Folyama tokon vizeköszue gywytök.* Ang. *To runne or flowe as water in riuer.*] Plin. lib.6. cap.14: Augustis impedit corrivatus salis è cautibus liquor: Hoc est, multis veluti rivis eundem in locum fluens. Idem libro 3. cap.5: Albula è mediâ ferè longitudine Apennini, finibus Aretinorum profluit, tenuis primò, nec nisi piscinis corrivatus: hoc est, ex piscinarum rivulis eundem in locum confluentibus ortus. Sic corrivari amnes & torrentes dicuntur, qui ex multis rivis, eodem confluentibus oriuntur. Idem lib.31. c.3: Plerunque verò damnosi torrentes corrivantur, detractâ collibus sylvâ.

Cōrrīvātĭo, onis, f.t. Aquæ eundem aliquem in locum deductio, sive confluxus. [συρροή, συνοχέτευσις, ὀχετός. Gall. *Escoulement d'eau en ruisseau.* Ital. *Il cauare l'acqua del fiume.* German Zusammenleytung oder das zusammen fliessen vieler wasseren/ an ein ort. Hispan. *Aquel arroyamiento de agua enel rio.* Pol. *Wodi przywiedzenie na iedno miejsce.* Vng. *Folyamatokon, viznek öszue vitele.* Ang. *The running of water in a riuer.*] Plin. lib.31. cap 3: Salix enim erratica & alnus, aut vitex, aut hedera, sponte proveniunt, & corrivatione aquæ pluviæ in locum humiliorem è superioribus defluentis, augurio fallaci.

Cōrrīvālēs, m.t. Qui duo aut plures eandem amicam habent, vel quòd ad eundem rivum accedere videantur, vel quod ad invicem contendant, ut feræ quæ ex eodem rivo haustum petunt. [ἀντεραστής. Gall. *Qui aiment une mesme fille ou femme corriuaux* Ital. *Riuali,* German. Zwen oder mehr die bulschafft habind/ Mitbuler. Hispan. *Combleçar.* Polon. *Społni gamratowie, sobie zazdroszczy miłośnicy.* Vnga. *Egy máskáin tár.ok, egy személyt szeretők.* Ang. *They that loueth one woman.*] Quint. 15. Declam. Si patior miser illas lupanarium insultationes, illa corrivalium maledicta convicia.

Cōrrōbōro, as, act. p. Robustum & fortem reddo, roboro, confirmo, sano. [חזק chizzék הקים hekím. κρατύνω, κρατύω, ἐνισχύω. Gall. *Fortifier, enforcir.* Ital. *Confirmare fortificare.* German. Stercken. Hispan. *Fortalecer y confirmar.* Polon. *Vmocniam, posiłkuję.* Vnga. *Meg erősitem.* Angl. *To make strong ad fortifie.*] Sueton in Galba: Veteranum ac tyronem militem opere assiduo corroboravit. Cicer. 5. de Finibus. Ad quorum etiam cognitionem & usum jam corroborati, naturâ ipsâ præeunte deducimur. Plin. lib.20. capite 20: Stomachum in acetariis sumpta corroborat. ¶ Per translationem. Cic. in Catil. Qui spem Catilinæ mollibus sententiis aluerunt, conjurationemque nascentem non credendo corroboraverunt. Idem Cassio libro duodecimo: Manabat illud malum urbanum, & ita corroborabatur quotidie. Idem pro Flacco. Virtus Lacedæmoniorum non solùm naturâ corroborata, verumetiam disciplinâ.

Cōrrōdo, is, ere, act. t. Rodendo consumo, vel idem quod simplex Rodo. [אכל achál עשש hascháisch. κατατρώγω. Gall. *Ronger à l'entour.* Ital. *Rodere, consumare rodendo.* German. Bernagen. Hispan. *Roer ò royendo gastar.* Polon. *Ogryzam.* Vng. *Meg rágom.* Ang. *To gnawe, to gnawe abouts.*] Cic. 2. de Divin. Nos autem ita leves atque inconsiderati sumus, ut si mures corroserint aliquid, quorum est opus hoc unum, monstrum putemus.

Varo

Varro 3. de Re rust. cap. 17: Quum eodem tempore insulas Lydiorum ibi corrosas vidisses. Ossa corrosa, Iuven. Sat. 15.

Cŏrrŏgo, as, act. p. Rogo, peto, precibus convoco & congrego. [λιγανίζω. Gall. *Prier d'vn costé & d'autre de venir en quelque lieu, amasser de toutes parts.* Ital. *Amassare d'ogni banda prieghi è altrimente.* German. Durch bitt zusamen raspen oder lesen. Hispan. *Demanday, y mandigar, ò pedir entre las buenas gentes, y andar demandando de vno en otro.* Pol. *Prześ prośbę zgromadzam.* Vngar. *Kéregetne öszue gyüy öm.* Ang. *To requeste or pray together.*] Cic. pro Quintio: Ipse suos necessarios ab atris Liciniis, & à faucibus macelli corrogat, ut ad tabulã Sestiam sibi adsint. ¶ Corrogare nummos de nepotum bonis: id est, colligere & congregare & quasi corradere, apud Cic. 5. Verr. Liv. 3. bell. Maced. Magistros navium mercatoresque invitare jussit, & vela cum antennis ex navibus corrogari jussit, ut umbra cœnantibus in littore fieret: Id est, colligi.

Corrŏgātī audītōrēs, dici possunt qui ambitione doctoris, aliunqui fortasse surdis parietibus occenturi, undique corrogantur. ¶ Corrogata ad necessarios usus pecunia, Cæsar. 3. bell. Civil.

Corrŏtundo, as, are, συστρογγύλλω. Senec. lib. 4. Natural. quæst. Præterea potest etiamsi non fuerit grando, talis quum defertur, corrotundari.

Corrūdă, f. p. Sylvestris asparagus. [ἀσπάραγος ἄγριος. Gall. *Asperge sauvage.* Ital. *Asparago selvatico.* German. Wilder Spargen. Belg. Sparages. Hispan. *El esparago sylvestre.* Pol. *Szparag polna.* Vnga. *Sparga, nyúl arnyék, szent gyorgy louafarka.*] Cat. In arundineto corrudam serito, unde asparagi: Col. li. 10: Prodit & asparagi corruda simillima filo. Plin. libro 20. c. 10: Sylvestrem asparagum, aliqui Corrudam, aliqui Lybicum vocant, Attici Orminium.

Corrūgo, gas, gare, act. p. In rugas contraho. [קמט cabah ῥυτιδόω. Gal. *Refrongner, froncer, rider.* Ital. *Crespare, raggrupparsi in testa.* German. Rumpffechtig/oder geruntzelt machen. Hispan. *Arrugar vna cosa con otra.* Polon. *Marszczę się.* Vngar. *öszue tömörgetöm.* Ang. *To make wrinckles, to frowne.*] Corrugare frontem, apud Plautum, συνοφρύω, τὸ μέτωπον, est præ indignatione frontem in rugas contrahere. Horat. 1. Epist. 5: - ne turpe toral, ne sordida mappa Corruget nareis. Colum. lib. 12. cap. 39: Vbi satis corrugata erunt acina, demito, & sine scipionibus in dolium conjicito, pedibusq; bene calcato.

Corrūgi, Sunt aquæ ex montium jugis dictæ ad lavandum aurum: ita dictæ à corrivatione, autore Plin. lib. 33. cap. 4.

Corrŭmpo, pis, act. t. Contamino, vitio, destruo. [שחת chichêth. διαφθείρω. Gall. *Corrompre, gaster.* Ital. *Corrumpere, guastare.* German. Zerstören/verderben/verwüsten. Belg. Verdüeruen. Hisp. *Corromper, gastar.* Polon. *Psuie.* Vngar. *Megrontom, meg veszteöm.* Ang. *To corrupt, marre or spill, to viciate.*] Plin. lib. 3. cap. 22. Quæ nec aquâ, ne igni posset corrumpi. Terent. in Adelph. Prices ex sententiâ nactus sum, hi mihi ne corrumpantur cautio est. Lactan. lib. 3: Cœlestes literas corruperunt, ut novam sibi doctrinam sine ullo radice ac stabilitate componerent. ¶ Transfertur & ad animum. Cic. lib. 1. Off. Sed corrupti mores sunt, depravatiq; admiratione divitiarum. Animus largitione corruptus, apud eundem ad Att. 8. ¶ Aliquando est subornare, invitare & illicere muneribus, ὑποδεκάζειν. Cic. pro Plancio: Tu doce quod debes: per quem sequestrem, quo divisore tribus corrupta sit. Et paulò antè: Quam quisque tribum turpi largitione corrumperet.

Corruptus, a, um, [משחת moschchâth. λελυμασμένος, διεφθαρμένος. Gall. *Corrompu & gasté.* Ital. *Consumato, guastato.* German. Verderbt/zerbrochen/und zerstöret. Hispan *Corrumpido y gastado.* Polon *Zepsowany, podarkany, zwiedziony.* Vngar. *Megrontatot, meg veszöt.* Angl. *Corrupted, vitiated, spilled.*] quod modò participium est: ut, Iudicium corruptum: hoc est, pecunia à jure & æquitate abductum: apud Cicer. pro Cluent. Modò nomen ex participio: unde Corruptior, & Corruptissimus. Plin. lib. 15. cap. 17: Demptis forcipe corruptioribus acinis. Idem libro 13. cap. 3: Quando etiam corruptissimo in genere.

Corruptŏr, verbale, m. t. Qui corrumpit, depravator, seductor. [משחית maschchîth φθορεύς. Gall. *Corrompeur, gasteur.* Ital. *Corrottore.* German. Ein verderber/verwüster/geschender. Hispan. *El que corrompe, gastador.* Polo. *Skażca zwodziciel.* Vng. *Meg ronto, veszto.* Angl. *A corrupter, one that spilleth or marreth any thing.*] ut, Corruptor juventutis Cic. in Catil. Iuven. Satyr. 11: - nurus corruptor avaræ.

Corruptrix, f. t. [משחיתה maschchîthâh. διαφθείρουσα, ἡ φθορεύτρια. Vng *Megronto.*] Cic ad Qu. Fratr. lib. 1: Tam depravatis moribus, tàm corruptrice provinciâ.

Corruptē, adverbium. [διεφθαρμένως. Gal. *Par corruption.* Ital. *Corrottamente.* Germ. Mit verderbung. Hispan. *Por corrupcion.* Pol. *Skażenie.* Vngar *Megrontua, veszöttül.* Ang. *Corruptlie.*] Cicer. 1. de Finib. De quibus neque depravatè judicant, neque corruptè.

Corruptissĭmē, in superl. [Polon. *Zepsowanie.* Vng. *Igen meg rontott keppen romlottul.*] ut corruptissimè dicere, apud Senecam Controver lib. 10. in 5.

Corruptio, verbale, f. t. [משחתה maschchêth. διαφθορά. Gall. *Corruption, degast.* Ital *Corrottione.* German. Verderbung/verwüstung. Hispan. *Corrupcion.* Polon. *Skaza.* Vngar. *Megromlás, veszteség, rothadás.* Ang. *Corruption, marring spilling.*] Cicer. 4. Tusculan. Morbum appellant totius corporis corruptionem.

Corruptēlă, f. p. Idem quod corruptio. [διαφθορά. Polon. *Zepsowanie.* Vnga. *Veszteség, romlás.* Ang. *Corruption, distroyeng.*] Ter. in Adelph. Cõmunis corruptela nostrûm liberûm. Cic. 2. Offic. Melius etiam, quòd largitionem corruptelam dixit esse.

Corrŭo, is. Concido, simul ruo. [נפל naphál. συμπίπτω. Gall. *Cheoir ensemble, tomber quand & quand.* Ital. *Cadere, rovinare.* German. Fallen/zuhauffen fallen. Hisp. *Caer.* Polon. *Vpadam, walę się, nakupe.* Vnga *Le esöm, le rohanok, le szakadok.* Ang. *To fall downe together.*] Liv. 1. ab Vrbe: Duo Romani super alium alius vulneratis tribus Albanis, exspirantes corruerunt. Cic. ad Qu. Frat. lib. 2: Et ille penè timore, ego risu corrui. Idem 3. de Orat. O' fallacem hominum spem, fragilemq; fortunam, & inanes nostras contentiones, quæ in medio spatio sæpè franguntur & corruũt! ¶ Corruere p labi & errare. Cic. de Senect. Nec, tanquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse. ¶ Corruisse opes dicuntur, quæ corruptæ sunt. Cic. 3. Offic.

Cors, cortis, ἐπαυλις. Vide Cohors.

Corsoīdēs, κορσοειδής, Lapis canitiei hominis similis. Plin. libro 37. capite 10.

Cortex, [קליפה kelipah. φλοιός, κέλυφος, λέπυρον, λέπος. Gall. *Escorce.* Ital. *Scorza, corteccia.* German. Rinden. Belg. Eed Scorsse/ ost schelle. Hispan. *Corteza como de arbol.* Polon. *Kora, lub.* Vngar. *Hey (anasy, hay.* Ang. *The barke of a tree.*] tam masculini quàm fœminini generis. Est veluti corium cujusque rei: ut in arboribus libet, & in cæteris rebus crusta quædam ad tegendum data. Nam corium propriè animalium est. Ovid. lib. 1. Metam. Sentit adhuc trepidare novo sub cortice pectus. Virg. 7. Aen. - raptus de subere cortex. Idem Ecl. 6: - musco circundat amaræ Corticis. Horat. 1. Serm. Sat. 4: - simul ac duraverit ætas Mébra animumq; tuum nobis sine cortice: id est, citra custodem ac pædagogum ipse te reges ac moderaberis. Acron proverbii admonet, putatque metaphoram mutuò sumptam à juvenibus, qui cùm primitus nare discunt, corticibus ab suberibus ventri subligatis natant: deinde exercitatiores citra ejusmodi adminicula natare incipiunt.

Corticŭlă, diminutivum. [φλοιδιον. Gall. *Petite escorce.* Ital. *Scorza picciola.* German. Kleine rinden. Hisp. *Pequenna corteza.* Polon. *Koreczka, lubek.* Vngar *Havatska, héatska.* Angl. *Litle thinne barke.*] Col. lib. 12. c. 47: Tum resolutis corticulis eximimus eum.

Corticōsus, a, um, Corticibus plenus. [φλοιώδης. Gall. *Plein d'escorces, ayant plusieurs grosses escorces.* Ital. *Scorzoso, pieno di corteza.* Germ. Rindechtig/das allenthalben viel Rinden hat. Hisp. *Lleno de corteza.* Polon. *Lubiasty powlieczony lubem.* Vng *Haias, héias.* Ang *Full of barke or that hath thick barke.*] Plin. lib. 12. cap. 14. Quod in arbore hæsit, ferro depectitur, ideò corticosum.

Corticātus, a, um, [λεπυδωτός. Gall. *Qui a escorse.* Ital. *Che a scorza.* German. Das rinden hat. Hispan. *Cosa que tiene corteza.* Polon. *Kora obrosły.* Vngar. *Haias héjas.* Angl. *That hath barke or is covered with barke.*] Quod corticem habet. Colum. libro 12. capite 23: Pix corticata appellatur, qua utuntur ad condituras Allobroges.

Cortes, Sunt villarum intra maceriam spatia. [Polon. *Chojnik.* Vngar. *Falu farampé san vekeszen belöl valo hely.*] Varr. de Re rustic. Nec minus & à pabulo quum redierint anseres, sues, porci in corte exteriore. Idem de vitâ pop. Rom. Aestivo tempore in propatulo, rure in corte cœnitabant. Ex Nonio.

Cortină, multa significat. Nam cortinæ sunt vasa in quibus pigmenta coloresque coquuntur, quibus lanæ intinguntur & vellera pinguntur immersa. [Χαλκεῖον βαφικόν. Gall. *Chaudiere d'vn teinturier.* Ital. *Tinaccio, ò caldaia de tintori.* German. Farbkessel. Belg. Verwers ketel. Hispan. *Tina de tintor.* Vngar. *Festék föző edény.*] Plin. lib. 25. cap. 6. Fit etiam apud infectores, ut flore nigro, qui adhærescit æreis cortinis. ¶ Servius autem in illud. Virgil. 6. Aeneid. neque te Phœbi cortina fefellit. Cortinam interpretatur tripodem Apollinis, unde oracula reddebantur, vel quòd Apollinis tripus corio pythonis serpentis tectus esset, vel quòd certa illic responsa funderentur, quasi Certina: vel quod illic cor vatis teneretur. Illic enim raptæ Phœbades vaticinabantur. Hæ alio nomine Delphicæ dicebantur, quod in eum potissimum usum fierent, ut Apollini dicarentur. Plin. lib. 34. cap. 3: Ex ære factitavêre & cortinas tripodum, nomine Delphicas, quoniam donis maximè Apollinis Delphici dicabantur. ¶ Cato Cortinam plumbeam accipit, pro vase, quo oleum fluit, quum in torculari à factoribus premitur. Ait enim, Cortinam plumbeam in lacum ponito, quo oleum fluat. ¶ Item Cortinæ dicuntur aulea & vela ad locum aliquem contegendum. [Παραπετάσματα. Gall. *Courtine.* Ital. *Cortina.* Germ. Ein Betg. Belg. Gordijne. Polon. *Koldra.* Vng. *Kárpit.*] Vnde Hieronym. in Exod. Decem cortinas facito de bysso retorta. Hæc etiam Velaria à velis dicta sunt. Nam velum, plagæ, & stragula idem significant. ¶ Item locus velatus in theatro, ex quo egrediuntur histriones & mimi, Cortina dicitur. Virg. - magni cortina theatri.

Cortīnālis, à cortinâ, sumitur pro loco in quo sunt Cortinæ, hoc est, vasa quibus sapa decoquitur. [Vnga. *Ser fözőház.*] Colum. lib. 1. cap. 16: Cortinale quo defrutum fiat, nec angustum, nec obscurum sit, ut sine incommodo minister qui sapam decoquit, versari possit.

Cortinipŏtens, Nomen antiquâ poëtarum licentiâ confictum. Lucil. Hùnccine ego unquam Hyacinthi hominem cortinipotentis

potentis deliciis contendi? Ejusmodi sunt Reciprocornis, Cervicervicus.

Cortinon Gramen est, (sive ut alii malunt) semen raphani.

Crēmĭum, n. f. [מוקד *mekédh.* φρύγανον. Gall. *Petites buches seches ou petits bastons, comme pour allumer le feu.* Ital. *Legno facile da accendersi.* German. Dürre scheitlin/welche das Fewr schnell entpfahen. Belg. Cleene Boomkens met veel tacxkens / dienen toe den brant / tiend ghewas. Hispan. *El tizon ò tuero de lenna encendido.* Polon. *Podpała.* Vng. *Aszszú tüzifa.* Ang. *Small pieces of timber to kendle fier.*] Colum. lib. 12. cap. 19, rusticos dicit ita nominare surculos aridos & minutos : quanquam scriptum est gremia. Hermol. in Plin. Cremia cinnamomi, Plin. lib. 12. cap. 19. ¶ Est etiã cremium Caro frixa in frixorio, quæ quò magis torretur, eò magis virus & humor evacuatur. [φρύγανον. Gall. *Vne fricassee.* Ital. *Carne soffritta, fritta in padella.* Germ. Gebräten / oder wol gebraten fleisch. Hisp. *Carne freida en la sarten.* Pol. *Wysmażone mięso.* Vng. *To pörsö.* Ang. *Flesh fried in a pan.*] Vtitur hac voce Psalmorũ interpres: Et ossa mea sicut cremiũ aruerũt. ¶ Quidã Frixorium volunt esse: alii durũ illud quod in frixorio remanet.

Crĕmo, as, Comburo. [בער *bihér.* כוה *cavah.* Gall. *Brusler, faire ardre.* Ital. *Abbrusciare, ardere.* Germ. Brennen. Belg. Verbranden. Hispan. *Quemar.* Pol. *Palię.* Vng. *Meg égetöm.* Ang. *To burne, to sette on fier.*] Plin. lib. 17. cap. 1. Ad Neronis principis incendia, quibus cremavit urbem. Plin. de viris illustrib. Qui libri, quia leves quasdam sacrorum causas continebant, ex autoritate patrum cremati sunt.

Crĕmŏr, oris, m. t. (Hermolaus χυλόν dici putat) apud Catonem accipitur pro lacte expresso ex grano aquâ macerato. [Gall. *Creme de laict, ou jus espez de quelque grain trempé & pressé, comme orge mondé.* Ital. *Sugo spremuto di grano ò d' altre cose, come d' orzo.* German. Das safft / oder marck von gesotnen kernen / als Gersten / &c. Hispan. *La leche que se saca del grano mojado.* Polon. *Mleczka wicysniona wysienico albo jecymienia.* Vngar. *Aszszatot mágból ki nyomott töy (avagy) nedvesség.* Ang. *Creame of milk.*] Celsus : Cremor ptisanæ sumendus est. Cato de Re rust. cap. 86.

Crēnæ, f. p. Sunt incisuræ, à quibus Crenata herbarum folia vocantur: hoc est, serrata, sectaque per ambitum. [γλυφίδες. Gall. *Trous, ou pertuis.* Ital. *Tagli, tagliature.* German. Kerb / oder zerkerbung. Hispan. *Rayas ò cortaduras.* Polon. *Karb.* Vngar. *Kö rösleg valo metelés széli, iz fipkés, rouatolt.* Ang. *The dens or nos che in a leafe about the brymmes.*] Hodie quoque multis locis signa, quibus agrestes numerum aliquem in ferulis descriptum habent, Crenæ appellantur. [Vng. *Rouás.* Ang. *A tayle or score.*] In sagittâ quoq; partis extremæ sectio, in quam nervus inseritur, Crena dicitur. [Vng. *Nyiláy.* Ang. *To nocke of an arrowe.*] Sed & in ipso arcu summa cornua crenas suas habent, in quibus collocatur, sedetq; nervus. ¶ Crenæ item dicuntur asperitates quædam œsophagi in rubi modum denticulatæ. Plin. lib. 11. cap. 37: Postea arteria & stomachus denticulatus callo in modum rubi ad conficiendos cibos decrescentibus crenis, quidquid appropinquat ventri.

Crĕo, creas, creare, Producere, gignere. [ברא *bará,* κτίζειν, δημιουργεῖν. Gall. *Creer & donner estre à quelque chose, mettre en nature.* Ital. *Creare, produrre.* German. Erschaffen. Hispan. *Crear haziendo de nueuo ò engendrar.* Polon. *Rodzę, stwarzam.* Vng. *Teremtöm.* Ang. *To create, to giue the first being.*] Cic. lib. 5. de Finib. Etenim omnium rerum quas & creat natura, & tuetur, &c. Item 1. Tuscul. Nam principium extinctum, nec ipsum ab alio renascetur, nec à se aliud creabit. ¶ Dicimus quoq; Creare fraudem alicui, commoditatem, cædes, lites, &c. Magistratus quoque creari dicuntur. Cæsar 7. bell. Gall. Quum singuli magistratus antiquitus creari, atq; regiam potestatem annum obtinere consuêssent. Composita, Procreo : quod pro simplici ponitur. Recreo, pro instauro, reficio. ἀνακτάομαι. Plin. Sic enim defecta longis ægritudinibus corpora recreantur.

Crĕābĭlis, [κτιστός. Vng. *Teremthetendö, terömthetö.*] Apuleius in Hermetis Asclepio : Mundus materiæ creabilis est, tametsi creata non est.

Crĕātŏr, m. t. Effector, genitor, conditor. [בורא *boré.* δημιουργός, κτίστης. Gall. *Createur.* Ital. *Creatore.* German. Ein schöpffer. Hisp. *Criador.* Polon. *Stworzyciel.* Vngar. *Teremtö.* Angl. *The creator or first maker.*] Cic. pro Cornelio Balb. Quod princeps ille creator hujus urbis Romulus, fœdere Sabino docuit. Idem 2. de Divin. Nobis hæc portenta deûm dedit ipse creator.

Creātio,

Creatio, onis, f. t. Creandi actus: [בריאה *boriáh*. κτίσις, δημιουργία. Gall. *Creation.* Ital. *Creatione.* Germ. Schöpffung/erschaffung item, erwehlung Hispan. *Crianca* Pol. *Stworzenie* Vng. *Teremtés.* Ang. *A creating or making.*] ut, Creatio magistratuum. Cicer. 3 de Legib. ¶ Ponitur & pro composito Procreatio: ut, Creatio liberorum D. lib. 1. Tit. 7. leg. 15. in Adrogationibus cognitio vertitur, num fortè minor sexaginta annis sit qui adrogat, quia magis liberorum creationi studere debet.

Creatrix, icis, f. c. [בוראה *boreáh.* ἡ δημιουργός. Vngar. *Teremtö.*] ut, Rerum creatrix natura, Lucret. lib. 2.

Creatura, f. p. [בריאה *boriáh.* κτίσμα. Vngar. *Teremtett állat.* Ang. *A creature.*]

Creocaccabos. Carnes minutatim concisæ cum sanguine & adipe, jusculentoque & dulciatio liquore concinnantur, Athenæus.

Crepax. Vide CREPO.

Crepæ, A principio capræ sunt appellatæ, quòd cruribus crepent. Festus.

Creperus, a, um. Dubius, [ספק *sáfek*. ἀμφίβολος. Gall. *Douteux,* Ital. *Dubio.* German. Vngewiß/zweiffelhafftig Hispan. *Dudoso.* Polon. *Niepewny, watpliwy.* Vngar. *Kettségbe vetett, bizontalan.* Ang. *Doubtsome, uncertane.*] Vnde Creperum bellum, anceps & dubium. Lucret. lib. 5: Exæquataque sunt creperi certamina belli. Varro lib. 5. de ling. Lat. Creperas res dubias esse scribit, atque inde dictum esse Crepusculum, quòd diésne sit an nox dubitetur.

Crepi, Luperci dicti sunt, à crepitu pelliculorum, quem faciunt verberantes. Mos enim erat Romanis, nudos discurrere in Lupercalibus, & obvias quasque fœminas pellibus ferire. Festus

Crepida, f. p. Tuscum calceamentum, teste Servio, quod corrigiis ligabatur: [κρηπίς. Gall. *Pantoufles qui n'avoyent anciennement qu'vne semelle par dessous, & par dessus, des corroyes & brides comme petis patins.* Ital. *Pianella.* German Ein pantoffel. Belg. Sloodse. Hispan. *Alcorque, ò chinela.* Polon. *Pantoflia.* Vngar. *Pantofáli szijas (avagy) tafragos czipellet.* Angl. *A pantouffle or a slipper.*] Apud Latinos poëtas corripit primam, quanvis apud Græcos scribatur per vocalem longam η. Persius: Non hic qui in crepidis Graiorum ludere gestit. Ex quo Persij loco etiam apertè intelligitur non Tuscum, sed Graium calceamentum esse: id quod & Cornutus Persii interpres scribit in Satyr. 1 Dicitur autem à pedum crepitu, qui incedendo, dum subinde solea calcaneum ferit, excitatur.

Crepidula, f. p. diminutivum. [κρηπίδιον. Vnga. *Pántofálliska.*] Gell. lib. 13. cap. 12: Omnia fermè id genus, quibus plantarum calces tantùm in fine teguntur, cætera propè nuda, & teretibus habenis juncta sunt, Soleas dixerunt, nonnunquam voce Græcâ Crepidulas. Horat. in Serm. Chrysippus dicat, Sapiens crepidas sibi nunquam Aut soleas fecit. Quidam hoc nomen à crepitu: hoc est, à sono quem ambulando reddunt, dicunt appellatum. Certius tamē est ex Gellii & Persii autoritatibus, dicere vocem esse Græcam.

Crepidarius, rii, m. s. Qui crepidas conficit. [κρηπιδοποιός. Gall. *Cordonnier qui fait ou vend telles pantoufles ou patins.* Ital. *Pianellaio.* German. Pantoffelmacher. Hispan. *Capatero de alcorques* Polon. *Szwiec, ktori pantoflie czyny, pantoflarz.* Vngar. *Pántofáli (avagy) tsafrangos czipellés tsináló* Ang. *He that maketh pantoufles or slippers.*] Gell. lib. 13. cap. 20: Ejusque calceamenti sutores, crepidarios dixerunt.

Crepidarius, a, um, Quod ad crepidas pertinet: ut, Crepidarius cultellus. Sempronius Asellio in lib. Rerū gestarum 14: Crepidarium, *inquit*, cultellum rogavit à crepidario sutore.

Crepidatus, ta, tum, Crepidis indutus. [κρηπιδωτός Gal *Empantouflé, chaussé de telles pantoufles.* Ital *Che ha le pianelle.* Germ. Der pantoffeln antregt Hisp. *El que tiene alcorques.* Polon. *Pantoflienosiecy.* Vnga *Pántofálban (avagy) tsafrangos czipellésben bisbozt.* Ang. *That hath or weareth pantoufles.*] Cicer. in Pisonem: Is nocte intempestâ crepidatus veste servili navim conscendit.

Crepido, dinis, Significat oram terræ, quam aqua alluit: ex hoc appellata, quòd ibi aqua alluens crepitat quum currit, aut undas appellit: [κρηπίς. Gall. *Le bord de la terre.* Ital. *Il margine del a terra di lungo al mare.* German. Das port eines flusses. Belg. De walle / ost ftenghere / de cant bee lants. Hispan. *La margen de la tierra, luengo à la mar.* Vnga. *Mosot part.* Ang. *A creeke.*] Columel. lib. 9: Præjaciuntur in gyrum moles. Sic enim maris atrocitas objectu crepidinis frangitur, & in tranquillo consistens piscis, sedibus suis non exturbatur. ¶ Per translationem verò & putei extremam oram, quæ ad ipsum puteum respicit, quæ vulgò dicitur *Os putei:* & editioris cujusque loci extremitatem solemus Crepidinem appellare, ut apud Hieronymum: In crepidine viæ. Seneca: Quis crederet jacentem super crepidinem Marium, aut fuisse, aut futurum Cōsulem? ¶ Vnde etiam pro abrupti saxi altitudine ponitur. [German. Vberhangender schrofen. Belg. Overhangende clyppe] Virgil. lib. 10: Fortè ratis celsi conjuncta crepidine saxi Expositis stabat scalis, & ponte parato.

Crepo, pas, pui, pitum, Sono, percrepo. [המה *hamáh.* λακεῖν. Gall. *Bruire, craquer, craqueter, peter, faire bruit.* Ital. *Far strepito, suonare.* German. Thönen / rauschen / knellen. Belg. Bersten / rammelen, craken. Hispan. *Hazer ruido lo que sequiebra.* Polon. *Luskam, skrzierczę, chroboce.* Vnga. *Zöngök, zörgök.* Ang. *To mak a noise, to ruffle or ringe.*] Plaut. in Menæch. Dic mihi, nunquam tibi intestina crepant? PENIC. Vbi satur sum, nulla crepant, quando esurio, crepitant, id est, murmurant & sonant, quod intestinis inanibus accidere solet. Plaut. in Amph. Orationem comprimam, crepuit foris. Terentius in Adelph. Sed quisnam crepuit foris? Ovidius: Et crepat ad medios laurus adusta focos. ¶ Per translationem ponitur pro dolere, queri, accusare. Horat. lib. 1. Carm. Quis post vina gravem pauperiem crepat? Hinc componuntur Concrepo: id est, persono. διαλακεῖν. Vnde Concrepare digitis, est digitis sonum edere. Cicero Offic. 3: Itaque si vir bonus habeat hanc vim, ut si digitis concrepuerit, possit in locupletum testamenta nomen ejus irrepere. ¶ Increpo, quod est etiam crepitum vel sonum emitto. ¶ Item deprehēdo, sed veluti cum crepitu: id est, verborum pedúmve strepitu. *Tancer, reprendre aucun asprement.* Cic. 4. Academ. Sed tamen illis versibus increpitant eorum arrogantiam, quasi irati. ¶ Percrepo, valdè crepo. Cicer. in Verr. Locum istum litoris percrepare totum mulierum vocibus: cantuque symphoniæ. Et habent penult. corr.

Crepito, as, Crepitum edo, frequenter crepito. [המה *hamáh.* ψοφῶ. Gall. *Craqueter souvent & faire bruit, peter, bruire souvent.* Ital. *Far strepito.* Germanicè, Ein gereüsch oder getöß machen. Hispan. *Hazer ruido.* Polon. *Chroboce.* Vnga. *Zörgök, zörgesök.* Ang. *To mak a ruffling or ringing often, or noyze, to fart.*] Plinius libro 12. cap. 17. Myrtata reprehenduntur, crepitantque in igne.

Crepitulum, Ornamentum capitis, quod in capitis motu crepitum facit. Festus.

Crepitaculum, n. s. Sistrum, æreum instrumentum, quod manibus percussum reddit sonum: in Isidis sacris solenne, teste Veler. libro 4. capite 29. [ענבל *hébhel.* σεῖστρον, κρόταλον. Gal. *Instrument pour faire bruit, comme vne sonnette, ou clochette, crecerelle, & semblables choses.* Ital. *Cembalo, campanello; suonaglio, & cose simili.* German. Glöcklin / oder andere kleine Instrument / an welche so man schlecht / es ein thon gibt. His. *Castillejo, juego de moncos.* Polon. *Dzwonek.* Vnga. *Dorom, zörgö, tsergo.* Ang. *A jowning or ratling instrument, as a drumme and such like.*] Columell. libro 9. cap. 12: Crepitaculis æreis, aut testarum plerunque vulgò jacentium sonitu terreatur fugiens juventus. Quintil. lib 9. cap. 4: Et sonum edant puerilium crepitaculorum.

Crepitacillum, n. s. Diminutivum à crepitaculo, κροταλίδιον. Lucretius libro 5: Nec crepitacillis opus est. Aliàs legitur, crepitacula eis.

Crepax, acis, à Crepando: sicut ab edendo. Edax. [Vng. *Szörgö.*] Vnde Crepacem malam, quodam in carmine dixit Mecœnas, referente Senecâ Epist. 115.

Crepitus, tus, m. q. Sonitus est, qui ex concussione & impulsu resultat. [שאון *schaon* המיה *hamiáh.* ψόφος, κροκοτισμός, βρόμος. Gall. *Son violent & son dain de quelque chose que ce soit.* Ital. *Strepito.* German. Ein knall / thon / krach. Belg. Een krak / tersinge. Hispan. *Sonido ò ruido de lo que se quiebra.* Polon. *Trzask, chrup.* Vngar. *Zörgés, dörgés, zörgetés.* Ang. *A hastie and suddane sowne of any thing.* ¶ Vnde pedentis sonum, Crepitum ventris dicimus, quem Stoici æquè liberum esse debere, atque ructum affirmabant. Plautus in Curc. Vbi quid surripuēre, operto capitulo calidam bibunt: Tristes atque ebriosi incedunt. Eos ego si offendero, ex unoquoque eorum ejiciam crepitum polentarium. Et crepitus plagarum dixit Cicero in Verr. 7. Crepitus dentium, Cicero 4. Tusculan. Crepitus armorum, Plinius libro 2. cap. 57. Crepitus forium, Plautus in Curc. Crepitus frænorum. Varro lib 2. cap. 7. Crepitus gladiorum, Hirc. lib. 6. Crepitus imbrium, Plin. lib. 12. cap. 1. Crepitus pedum, Cic. in Top. ¶ Ne crepitu quidē digiti dignus, οὐκ ἄξιος ψόφου δακτύλου. De derididiculo, nulliusque pretii homine. Athenæus lib. 12. de Sardanapali epitaphio. Et is gestus & proverbium in hodiernum usque diem manet apud nostros, quum ajunt: Ne hujus quidem facio. ¶ Crepitu probabis, πορδῇ δοκιμάσεις. De iis qui ridiculè explorant alterius in sese animum. Suidas. ¶ Crepitus ventris. Quatuor ex vento veniunt in ventre retento, Spasmus, hydrops, colica & vertigo, hoc res probat ipsa. Hac de re extat lepidissimum Nicearchi εἰς πορδὴν Epigramma, quo pestiferam retenti flatus vim describit:

> Πορδὴ ἀποκλείουσα πολλοὺς ἀδίκως ὀλέσει ποτε,
> Πορδὴ καὶ σώζει τραυλὸν ἱεῖσα μέλος.
> Οὐκοῦν εἰ σώζει, καὶ ἀποκτείνει πάλι πορδὴ,
> Τοῖς βασιλεῦσιν ἴσην πορδὴ ἔχει δύναμιν. id est,
>
> Interimit crepitus ventris detentus in alvo,
> Et servat, blæsum dum canit ille melos.
> Ergo si perimit crepitus, servatq; canendo,
> Regibus imperium par habet hic crepitus.

Crepundia, orum n. s. [παίγνια καὶ ἀθύρματα παιδικά. Gall. *Toutes petites choses de quoy les enfans se iouent, comme poupees, aneaux, chainettes, & telles choses.* Ital. *Ornamenti da bambini.* Germ. Allerley ding so man den Kinderen gibt / sie zu geschweigen / als docken / klåfflen / schällen / rc. Belg. Kinder huysraet / spel / poppen / een bier-gelleken. Hispan. *Los dixes ò juguitos è pannales delos ninos.* Pol. *Laćky.* Vngar. *Gyermök jaték, tsergetö.* Ang. *A laykin babie triffles genin to children.*] Dicuntur prima munuscula, quæ dantur pue-

tur pueris: ut sunt fasciolæ, linteoli, vestes, bullæ, coralia, ensiculi, crepitacula, & puerilia ornaméta hujusmodi, quibus pueri delectantur: à crepando: id est, tinniendo dicta: quoniá infantes crepitaculis maximè gaudent. Plaut. in Ruden. Sunt crepundia. D. Ecca, video qua facie sunt. Ensiculus est aureolus, primùm literatus, Pòst altrinsecus est securicula anceps, item aurea, literata. Pòst sicula argenteola & duæ connexæ maniculæ: Et sucula, & bulla aurea est, pater quam dedit mihi natali die. Plin. lib. 11; Semestris locutus est Crœsi filius in crepundiis, quo prodigio totum id concidit regnum.

Crĕpŭscŭlum, n. f. Lux dubia, quæ fit ante Solis ortum, & ante occasum: [נשף nésCheph. ὀψέ, ἀμφιλύκη. Gall. *Le temps quand le iour faut, entre chien & loup, iour faillant.* Item, *le point du iour, quand la nuict faut.* Ital. *Luce dubia quando si fa sera overo giorno.* Germ. Die zeit wann tag und nacht scheidet/ besonders am abent. Bel. Schemertijt/ schemeringhe. Hispan. *Entre lubrican ò entre dos luces.* Polon. *Mrok, czas ten ktorego sie tacz y noc jedniem pospoli sie namiesza.* Vngar. *Szurdos, homalyos világosság.* Ang. *The evening, or uncertaine light before the sonne rise orgo downe, the twylight.*] à Crepero: hoc est, dubio: quia tunc multis dubium est, dies fit jam, an nox. Plinius: Oriente sole, aut occidente matutini vespertinive cognominati, prout alterutri eorũ manè vel crepusculo contigit. Colum. lib. 7: Iuxta conseptum saxis & canalibus sal superjectus, ad quem saturæ pabulo libenter recurrunt, cum pastorali signo quasi receptui canitur: nam id quoq; semper crepusculo fieri debet. Lucanus: Longa repercusso nituêre crepuscula Phœbo.

Crĕpŭscĭă, apud Sabinos nominati, qui eo tẽpore erant nati. Et Sidonius horam vespertinam, Crepusculascentem dixit.

Crēs, Vide CRETA.

Crēsco, is, crevi, cretum: Augeor. [גדל ghadhál רבה rabáh. αὐξά[illegible]νομαι, φύομαι. Gall. *Croistre, s'augmenter.* Ital. *Crescere, aumentare.* Germ. Wachsen/ oder zunemmen. Belg. Wassen Hispan. *Crecer.* Polon. *Rosse, przibiwamnie.* Vnga. *Nevök, nevekedem.* Ang. *To grow or encreace.*] Iuven. Crescit amor numi, quantum ipsa pecunia crescit. Cic. 2. de Divin. Ostreisq; & conchyliis omnibus contingere, ut cum lunâ pariter crescant, pariterq; decrescant. Idem pro lege Manil. Quum socii pertimuissent hostium opes, animiq; crevissent. ¶ In domo alicujus crevisse, pro Nutritum ab infantiâ fuisse. Sueton. in Othone, cap. 1: Per gratiam Liviæ Augustæ, in cujus domo creverat, Senator est factus. ¶ Hujus composita sunt Accresco, adaugeor, ἐπιφύομαι. Concresco, simul cresco, & conjungor, συμπήγνυμαι. Vnde concretum, conglutinatum, συμπηκτός. Decresco, diminuor. Excresco & incresco, valde cresco, unde Incrementum. Recresco, rursus cresco. ἀναφύομαι. Succresco, inferius vel paulatim cresco. Supercresco: quæ vide suis locis.

Crēmēntum, n. f. Pro augmento. αὔξησις.

Crētĭo, f. t. Pro aditione hæreditatis, vide in CERNO.

Crētă, f. p. Terra tenax: [κιμωλία γῆ. Gal. *Croye ou croze, terre blanche de quoy on se sert pour marquer.* Ital. *Creta, terra tenace.* German. Kreiden. Belg. Crijt. Hispan. *La greda ò barro blanco.* Polon. *Kreta* Vnga. *Kréta.* Ang. *Chalke.*] vel à Cretâ insulâ, in qua optima provenit: vel à crescendo: quoniam proprietas ejus est, ut macerando crescat, quod in primis cretæ Vmbricæ accidit, quam vocant saxum, quæ nonnisi poliendis vestibus adhibeatur, iisque duntaxat candidis. Erant & Cimolię cretæ duo genera, candidum unum, & alterum ad purpurissum inclinans, utrunque vestibus aptum. Hac medici adversum morbos utuntur. Laudatur & Creta Thessalica. Item quæ argentaria appellatur, nitorem argenteum reddens. Vilissima erat creta, qua pedes vænalium trans mare advectorum notare mos erat. Creta Asiatica. Cic. pro Flacco: Hæc quæ est à nobis prolata laudatio, obsignata erat cretâ illa Asiaticâ, quę est ferè omnibus nota nobis. Tenax creta, Virg. 1. Georg. ¶ Cretâ notare, Pro approbare: sicut carbone notare, pro damnare, proverbiali figurâ legimus. Pers. Sat. 5.

Crētŭlă, f. p. diminutivum. [Vngar. *Krétácska.*] Cicer. 6. Verr. Quum Valentio ejus interpreti epistola Agrigenti allata esset, casu signum iste animadvertit in cretulâ.

Crētācĕŭs, a, um, adjectivum: [ὁ ἐκ τῆς κιμωλίας γῆς. Gall. *Qui est de croye.* Ital. *Di creta.* German. Von kreiden gemachet. Hispan. *Cosa de materia de greda.* Polon. *Krecziasty.* Vngar. *Krétas.* Ang. *Of chalke.*] ut Cretacea siligo, quæ crevit in loco cretoso. Plin. lib. 18. cap. 9: Rufior illa, at Pisana candidior, ponderosior verò cretacea.

Crētātŭs, ta, tum, Quod est cretâ inspersum: [ὁ τῇ κιμωλίᾳ χεχρισμένος. Gall. *Blanchi ou marqué de croye.* Ital. *Cretato, incretato.* German. Mit kreiden geweysget. Hispan. *Cosa untada con greda. Kreta pobielony.* Vngar. *Krétázot, krétás.* Angl. *Made white or marked with chalke.*] unde Cretati pedes dicebantur, qui cretâ erant dealbati, quales solebant esse servorum pedes, qui trans mare vænales advehebantur. Vnde Plinius inter prodigia insolentis fortunæ commemorat, liberos aliquot Prætoris ornamentis decoratos rediisse eò, unde cretatis pedibus advenissent. Ad hoc alludit Iuven. quum ait: Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis.

Crētæfŏdīnă, f. p. Locus ubi creta eruitur. [Polon. *Gora gdzie krete kopia.* Vng. *Kréta bánya.* Ang. *A chalke pitte.*] D. lib. Tit. 1. l. 9: Sed si lapicidinas habeat, & lapidem cædere velis, vel Cretæfodinas habeas, &c. Alibi Cretifodina.

Crētōsŭs, a, um, Quod est cretâ plenum. [ὁ τῆς κιμωλίας γῆς μεστός. Gall. *Abondant en croye.* Ital. *Pieno di creta.* German. Kreidechtig/ voll kreiden. Hispan. *Lleno de greda.* Polon. *Pelny, kretÿ.* Vngar. *Krétáſos, krétás.* Ang. *Full of chalke, chalkie.*] Plin. lib. 15. cap. 18, Cato de ficis ita memorat: Ficos mariscas in loco cretoso, aut aperto serito. Ovid. 7. Metamorph. Cretosa rura, & Ager cretosus.

Crētĭnŏs, batis Plinio, (cui duplex batis marina, & hortensis, lib. 21. c. 15.) Herba est cujus folia sunt angustiora quàm portulacæ, sed crassiora.

Crētĭcŭs, substantivum. κρητικός. Genus pedis est, qui constat primâ & tertiâ longis, & mediâ brevi: ut Sānĭtās. Alio nomine Amphimacrus.

Crevi, Præteritum, Modò significat Hæreditatem adii: modò Major ætate vel censu sum: modò judicavi: modò divisi. Quæ omnia à duobus verbis cresco & cerno veniunt. Festus. Vide CRESCO & CERNO.

Cribrum, n. f. Instrumentum ex pellibus suillis, ut plurimum, crebris pertusum foraminibus, ad frumenta purganda. [כברה chebaráh נפה naphâh. κόσκινον, ἠθμός. Gall. *Crible.* Ital. *Cribro, vaglio.* German. Ein Sib/ beutelsack. Belg. Een siste/ teemst/ oft teeme. Hispan. *El crivo, ò carando ò cedaço.* Polon. *Przetak, rzeszoto, sito.* Vngar. *Rosta (avagy) resta.* Ang. *A sive, a serce.*] Cicer. 2. de Divin. Quasi verò quidquam intersit, mures diem ac noctem aliquid rodẽtes, scuta an cribra corroserint. Ovid. 12. Metam. -ut ve liquor rari sub pondere cribri. ¶ Cribro aquā haurire, vel gerere, κοσκίνῳ ὕδωρ ἀντλεῖν, ἢ ἐπιφέρειν. Proverbium in eos qui operam perdunt. Plaut Pseud. Non pluris refert, quàm si imbrem in cribrum geras. ¶ Cribro crebrius, scitè dictum est, nec sine proverbii schemate, pro eo quod erat, plurimis locis ac passim. ¶ Ad cribrum dicta, πρὸς κόσκινον. Quæ vera compertaq; vellent, ad hunc appellabant modum, Sumptum à divinationis genere, quod suspenso circumacto cribro peragebatur. Vnde natum aliud adagium: Cribro divinare, κοσκίνῳ μαντεύεσθαι: hoc est, conjecturâ sagaci rem deprehendere: aut stultè de rebus occultis divinare. Lucian. in Pseudomante: κοσκίνῳ τὸ τοῦ λόγου μαντευόμενος: Id est, cribro, quod ajunt divinans. ¶ Sunt & cribra quæ è setis equorum, farinæ à furfuribus separādę gratiâ, facta sunt, quæ Farinaria, Setacea, & Subcernicula dicuntur. Sunt & Excussoria è lino, & Pollinaria, à Polline, quæ à nonnullis ab incernẽdo, Incernicula dicta sunt.

Cribro, as, act. p. Purgo. [נפה heniph. σήθω. Gall. *Cribler.* Ital. *Cribellare, vagliare.* German. Reyteren/ säden/ seuberen. Belg. Siften/ suyveren. Hispan. *Accrivar, carandar ò cernir.* Polon. *Przesiewam.* Vngar. *Rostalok (avagy) restalok.* Ang. *To sift or serce.*] Cribramus enim triticum & hujusmodi, ut à pulvere, & rebus immundis secernatur. Colum. lib. 12. cap. 23: Nam omni lentore misso, faciliùs in pulverem resolvitur, atq; cribratur. Plin. lib. 25. cap. 5: Prætereà mirum inventum est, quòd incisum forficulis, ut diximus, cribrant, cortex remanet.

Crĭbrārĭŭs, ria, rium, Quod ad cribra pertinet. κοσκινικός. Plin. lib. 18. Itẽ cribraria, quę simili modo in tertio remansit cribro.

Crīmĕn. n. t. Delictum, peccatum, fraus, noxia, maleficium. [פשע pésChah גדוף ghiddúph. αἰτία. Gall. *Crime, cas commis, blasme.* Ital. *Delitto, mancamento, colpa, diffetto.* Germ. Ein laster/ sünd. Belg. Een lasteringe/ misdaet/ sondt Hispan. *Crimen, grande peccado.* Polon. Wistepek, *grzech, złość.* Vngar. *Vétek.* Ang. *A faulte, an offence, blame.*] Seneca: Vitam agens simplicem, rectam, sine crimine. Cic. ad Marium: Sunt enim qui quum meus interitus nihil fuerit Reip. profuturus, criminis loco putant esse quod vivam. Idem: Eodem ego te condemnabo crimine. ¶ Domesticum ac vernaculum crimen. Cic. actio. in Verrem 5, appellat, quod intra parietes admissum, nondum pervenit in publicum rumorem. ¶ Ponitur aliquando pro criminatione & objectione. ἔγκλημα. Cic. in Phil. Hæreditatem mihi negasti obvenisse: utinam hoc tuum verum crimen esset. Et sic dicitur à Cerno, sicut à Discerno, Discrimen. Virg. 7. Aen. Disjice compositam pacem, sere crimina belli: id est, contentiones, jurgia, ex quibus bellum oriatur. ¶ Aliquando ponitur pro falsâ suspicione. Idem 11. Aeneid. -formidine crimen acerbat. Terent. Hecyr. Nam si compererit crimini tua se falsè uxor credidisse, Missam iram faciet. ¶ Iurisconsulti tamen inter crimẽ & delictum distinguunt perspicuitatis studio, ita ut Criminis nomine capitalis fraus intelligatur, veluti cædes, adulterium, &c. Delicti verò privata noxia, ut furtum, injuria. ¶ Crimen quandoque etiam pro criminatione ponitur, ut quum accusatores perseverare dicuntur in crimine, id est, in criminatione sive in criminando.

Crīmĕn. Publica sunt crimina, & privata: publica capitalia & non capitalia: privata aut cum infamiâ, aut sine infamiâ. Capitalia crimina publicis judiciis omnia cognoscebantur: non item publica judicia de capitalibus omnia criminibus fiebant. nam, ut Instit. lib. IIII. traditum est, si quam infamiam irrogabant publica judicia cum damno pecuniario, publica quidem erant, non tamen capitalia. quod quidem si de causis publicis, in quibus cum detrimento rei familiaris famæ jactura conjungeretur, verum est: multò magis de privatis: & hoc ipsum declarat Cicero satis apertè in epistolâ ad Pætum his verbis: Iudicia non solemus omnia tractare uno modo. Privatas causas, & eas tenues agimus subtiliùs: capitis aut famæ scilicet ornatius. sejunxit enim à causis capitalibus causas

famæ,

famæ, sive publicas, sive privatas. sed ipse me in dubitationem revoco. Si causæ famæ capitales nō sunt: cur Quinctii causam, quæ famæ est, capitalē Cicero significat? ait enim in exordio: Quid hoc iniquius, aut indignius, quā me, qui caput alterius, famam, fortunasq; defendam, priore loco causam dicere? & infrà: Clamabat Quinctius: sese iccirco nolle satisdare, ne videretur judicasse bona sua ex edicto possessa: sponsionē porrò si istiusmodi faceret, se, id quod nūc evenit, de capite suo priorem causam esse dicturum. & in extremâ oratione: Horribile est, causam capitis dicere: horribilius, priore loco dicere, sanè non leviter aliquandiu hæc me loca, & alia hujusmodi in eâ oratione perturbarunt. eoque magis, quòd causa Quinctii ad recuperatorem agitur: ex quo sequitur, ut privata sit. recuperatores enim, & centumviri, & arbitri, judices sunt (liceat hic arbitros inter judices, vocabulo minimè proprio, nominare) civilibus in cōtroversiis ab urbano prætore dati, causam porrò capitalem ad recuperatorem agi ita mihi absurdum, ita non rationi consentaneum videbatur, ut persuaderi nullo modo posset, sed fortasse, ut sæpe distinctione veritas illucescit, idem hîc quoq; potest evenire. cogitavi, nunquid, causam esse capitalem, & agi de capite, sive capitis esse causam, idem sit. nō enim dubito quin causæ capitales quæ vocantur, eædē causæ capitis vocari omnes possint; quæ verò capitis, fortasse non omnes item capitales. nam causa capitis Quinctiana dicitur: quā tamen nullo modo capitalem fuisse concedo: quum in eâ neque de libertate, neque de civitate adimendâ, quæ capitalia fuisse judicia notum est, agatur. & causa Mancini, quē ut Cicero & alii prodiderunt, à patre patrato ex S.C. Numantinis deditum, Numantini non receperunt, causa quidem capitis est (agitur enim in eâ de civitate, de libertate, de capite) capitalis tamen non est. in capitalibus enim quæritur de crimine, & damnatos diminutio capitis ex judiciorum sententiâ sequitur: in aliis autem capitis causis agitur quidē de capite, non tamen quæritur de crimine capitisq; diminutio vel nulla sequitur, ut in causâ Quinctii, vel, si sequitur, ut in causâ Mancini, non sequitur uti pœna à judicibus irrogata, sed ideo sequitur, quia is, qui jam deditus erat ex S. C. Numantinis, capite fuisse diminutus ostenditur: ita ut judex nō judicaret, sit, necne, capite minuendus: quod fit in causis capitalibus: sed fueritne antea, an non fuerit capite diminutus: & status hominis non tunc mutatur, sed qualis sit, cognoscitur. itaque, quum de eo dixit Cicero lib. de Orat. Quam possumus reperire ex omnibus rebus civilibus causam, contentionemq; majorem, quā de ordine, de civitate, de libertate, de capite hominis consularis? crimen nullum significavit, cujus criminis causâ vocatus in judicium Mancinus, periculum amittendæ civitatis, aut libertatis in eo judicio subiret, sed facultatem judicibus cognoscēdi, ac statuendi datam intellexit, essetne res æque Mancinus possideret, atq; antea quàm à patre patrato esset deditus, an verò, quia deditus esset, amisisset, etiam si receptus à Numantinis non esset. quare capitalis causa non fuit: actum tamē esse de capite, ob eam, quam exposui, causam, rectè Cicero dixit. At, quod ad Mancini causam attinet, ferri potest. extat enim ratio, cur in eâ de capite agi dicatur. in causâ verò Quinctii, in quo nullo modo neque de civitate, neque de libertate agebatur, mentio capitalis unde ducta? an ex eo, quia caput pro existimatione usurpari posse videatur. repugnat vetus loquēdi consuetudo: nec hujus generis exēpla licet invenire. potiùs igitur, ex orationis licentiâ crediderim: ut exaggeretur res ad invidiam, adversus Nevium ex ejus crudelitate; & misericordiam erga Quinctium ex ejus periculo quærendam, atq; hoc eò magis cōstat, quòd Cicero nec in eo verè ac propriè loquitur, quum eam vocat accusationem, quæ sponsi causa est: nec, quum ait: Quem nunc interficere nefariè cupis: quandoquidē civibus Romanis eripi nullo crimine vita posset. causam verò non esse capitalem, propriis ipse verbis clarè demonstrat in eo loco, Iudicium C. Aquilli, non de re pecuniariâ, sed de famâ, fortunisque P. Quinctii vides. & quum dixit, Hortensius partes accusatoris obtinet: oratoriè loquitur. nec enim revera accusabat Hortēsius, sed accusare videbatur: nec est, nisi capitalibus in causis, accusator. Redeo unde diverti. Publicorū criminum alia capitalia, alia non capitalia. quodq; notandū magis est. ne majestatis quidem judicium capitale semper fuit, quum tamen publicum semper esset. nam Claudiæ Vestalis, Appij Cæci filiæ, C. Fundanius, & Tit. Sempronius ædiles pleb. quod populo R. calamitatem esset imprecata, multam dixerunt æris gravis xxv. millia. quæ capitalis pœna non fuit. judicium autē illud & publicū fuisse, indè patet, quod ad populum factū est. idq; etiam Atteius Capito propterea inter publica judicia retulit, & majestatis nomine notatum, Suetonius in Tiberio significat his verbis: Claudia novo more judiciū majestatis apud populū mulier subiit, quòd in cōfertâ multitudine ægrè procedente carpento, palàm optaverit, ut frater suus Pulcher reviviisceret, atq; iterū classem amitteret, quòd minor turba Romæ foret. Publica verò capitalia crimina hæc erant: Incestus, majestas, repetūdę, vis publica duplex ea, quę in rempubl. se magistratus inferebatur, de quâ lex Lutatia fuit, & ea, quę privatis civibus, de qua Plotia, et alię leges: tum peculatus, de residuis, inter sicarios, parricidiū, veneficium, ambitus pecunię ob judicandum captæ, adulterium, de falsis, de plagiariis, de tutorū fraude, de famosis libellis, de furto, clādestina coitio: quibus de criminibus aut ad prætorē aut ad judicem quæstionis, aut ad populū notio pertinebat: de majestate, perduellione excepto, de vi de repetundis, de crimine inter sicarios, de ambitu prætor quærebat: de incestu, & perduellione populus, sed tributis comitiis de incestu, tribuno pl. populum per tribus in forum cogente; cēturiatis aūt de perduellione, quū in campum cōsul centuriatim populū advocasset; de veneficio autē, & prætor, qui judex quæstionis idem dicebatur, & judex quæstionis, etiamsi prætor non esset, cognoscebat. Prætores, quæ cujusq; futura esset quæstio antè sortiebantur: ut deinde singulis de criminibus singuli, pro ut sors tulisset, cū cōsilio quærerent. unum excipio prætorem urb. qui nullo de crimine publico quærebat, itaq; nec quæsitor dicebatur tātùm civilibus cōtroversiis ad eum delatis, jus dicebat: hoc est, judices, & judicii formulam, quā sequerentur, dabat. nec enim prętor ipse judicare solitus erat, sed, quum judices, ab ipso dati de cōtroversiâ cognovissent, ac judicassent, exequebatur. ideò in omnibus fermè edictis prętorum legitur, Iudicium dabo in quo posteriores lapsi sunt. est igitur aliud. jus dicere, aliud, judicare: contrà quàm, qui veterū jurisconsultorū libros ignorāt. & quemadmodum civilibus in rebus prętor nō cognoscit, neq; judicat, sed jus dicit: sic, qui ab ipso judices dati sunt, nō jus dicūt, sed cognoscūt, ac judicāt. Verùm & hęc ipsa, & alia paulò pleniùs in dictione Prętor de criminibus aūt, quæ erant ejusmodi, ut cognitione digna viderētur, ea ferè diximus, singula autem crimina tractare, ut Incestum, majestatē, repetundas, nō videtur esse proprium hujus loci. *Ex libro de Legibus Romanis.*

Crīmĭnālĕ, Quod est criminis [*ἐγκληματικός*. Vng *Vetkes*. Ang. *That whiche is offence*.] ut Criminalis causa.

Crīmĭnālĭtĕr, ut Criminaliter agere, cui opponitur civiliter agere. apud Vlpianum D. lib. 47. Tit. l. ult. [Polon. *Zwistkim przewinieniem, gdzie opocziwość idzie*. Vngar. *Embörségeletwl, vètkessen*.]

Crīmĭnōsissĭmē. [Polon. *Wszeteczniej*. Vngar. *Igön vètkessen embö telenwl*.] Sueton. in Tiberio: Ita assumptam criminosissimè insectatus est.

Crīmĭnōsus, a, um. Suspiciosus, quod criminis suspicionem affert. [רכיל הולך *holêch rachil*. *διάβολος*, *φιλεγκλήμων*. Gall. *Imposeur de crimes & cas reprochables, grand accuseur & blasmeur, grand calomniateur*. Ital. *Ingiurioso*. German. Schmäher, der einem ein laster oder Schmach zuleget. Hispan. *Accusador*. Polon. *Tenktory rad odrugich źle mówi, obmowca*. Vngar. *Vètkes*. Angl. *Readie to accuse, rebuk full, reprochefull*.] Cicero pro Cluent. Hic Tribunus plebis, modestus, prudens, non modo non seditiosus, sed etiam seditiosis adversarius. Ille autem acerbus, criminosus, popularis homo, ac turbulentus. ¶ Criminosum, quod in se crimen habet. Columel. lib. 1: Criminosum tamen senatori fuit suprà quinquaginta jugera possedisse.

Crīmĭnōsissĭmus. superlat. [Polon. *Wszeteczniejszy*. Vng. *Igön vètkes, lw vèt*.] Sueton. in Cæsare: Auliq; Cecinnæ criminosissimo libro, & Pitholai carminibus maledicētissimis laceratam existimationem suam civili animo tulit.

Crīmĭnōsē, adverbium, Suspiciosè. [רכיל *rachil*. *ἐγκληματικῶς*. Gall. *En imposant crime & blasme, criminellement*. Ital. *Imponendo colpa & biasmo*. German. Mit zulegung einer Schand oder Lasters. Hispan. *Criminalmente*. Polon *Zelżywie, Zuwlaszcza*. Vngar. *Vèkessen*. Ang. *Rebukefullie, in the way of accusation*.] Cicer. pro Roscio Amerino: Quum enim aliquid habeat quod possit criminosè ac suspiciosè dicere, apertè ludificari & calumniari sciens non videatur.

Crīmĭnārī com. p. Est culpare, accusare, contumeliosè reprehendere. [הלך רכיל *rachil halach* שטן *satán* הוציא דבה *hotzi dibbáh*. *αἰτιᾶσθαι*, *ἐγκαλεῖν*, *διαβάλλειν*. Gall. *Blasmer & reprocher, accuser*. Ital. *Incolpare, accusar, calonniare*. German. lestern/von eines lasters wegen felschlich beklagē Belg Schelden. Hispan. *Acusar, culpar*. Polon. *Obligac, falszywie oskarzac*. Vngar *Meg vèkesiteni, vádolni*. Angl. *To blame and rebuke, to accuse falselie*.] Cicer. ad Att. Me tantùm comperisse omnia criminabatur. Et dicimus, Criminor te furti illi, vel apud illum. Terent. Hoc metui, ne me criminaretur tibi. Cic. 3. Offic. C. Marius Qu. Metellum apud populum Romanum criminatus est, bellum illud ducere. ¶ Criminat pro criminatur apud Ennium lib. 3. Satyr. Nam is non benè vult tibi, qui falsò criminat apud te.

Crīmĭnātĭo, f. t. Objectio, reprehensio, accusatio. [שטנה *sitnáh* דבה *dibbah*. *διαβολή*, *ἔγκλημα*. Gall. *Blasme, reproche, accusation*. Ital. *colpa, biasmo*. Germ. Lesterung/schmähung/zulegung eines lasters. Hisp *Aquella accusation de crimen*. Polon. *Obrigante, oskarga, przysocznka falszywa*. Vngar *Vètkesités vádolás*. Ang. *Blaming, reproching or accusing falslie*.] Cicer. pro lege Agrar. Nunquid est causæ, Quirites, quum illâ criminatione, quâ in me absentem usus est, non solùm meam, sed etiam vestram diligentiam, prudentiamque despexerit.

Crinanthemon, [*κρινάνθεμον*. Vng. *Lilion*.] Flos notissimus, quē Diosc. *κρίνον βασιλικόν*, Romani *Lilium* appellant.

Crīnēs, m. t. Capilli. [שער *sehár* צמה *tsammah*. *τρίχες* Gall. *cheveux, perruque*. Ital. *Crini, capelli*. Germ Haar. Belg Haer. Hisp. *Cabellos*. Polon. Włosy. Vng. *Háy*. Ang. *The heare of the head*.] *παρὰ τὸ κρίνειν*, hoc est, à discernēdo dicti. Virg 4. Aen. Et crines flavos. Cic. 5. Vert. Hæc civitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collū, hæc in crines. Tacitus de moribus Germ. Accisis crinibus nudatam, coram propinquis expellit domo maritus.

¶ Capere

¶ Capere crines, Plautus in Mostell. dixit, pro arripere occasionē oblatam, & arreptam retinere. Crinis etiā piscium dicitur. Plin. lib. 9. cap. 30, de polypo pisce: Nanq; afflatui terribili canes agebat, nunc extremis crinibus flagellatos, &c. ¶ Crinis etiā videtur esse genus vinculi ex crine equinæ caudę confecto. Plin. lib. 17. cap. 21: Iugum fit petticā, aut aruodine, aut crine, funiculóve, ut in Hispaniā Brundusióque.

Crīnālĭs, le: adjectivum. [ὁ τῶν τριχῶν. Gal. *Des cheueux, des appartenances des cheueux.* Ital. *Pertinente à capelli.* German. Das zu dem haar gehört. Hispan. *Cosa pertenecie ente à los cabellos.* Pol. *Dowlosow pryinalezacy.* Vngar. *Hájhoz való.* Ang. *That belongeth to heare.*] Quod pertinet ad crines: ut, Vitta crinalis. Ovid. 9. Metamor. Crinalem capiti vittam natæque sibique Detrahit.

Crīnālĕ, n. t. substantivum. [τὸ ἐνίκεμον. Vngar. *Hajfono.* Ang. *An heartace, a caule.*] Ovid. 5. Metamorph. ornabant aurata monilia collum, Et madidos myrrhā curvum crinale capillos.

Crīnĭgĕr, ra, rum: Qui multos habet crines. [βαθυχαίτης. Gal. *Qui porte perruque, cheuelu.* Ital. *Capigliuto.* German. Hearecht/der viel Haar hatt. Hispan. *Cosa que tiene ò trae cabellos.* Polon. Włosiasty. Vng. *Haias, hay viselő.* Angl. *That hath much heare.*] Lucan. lib. 1: Et vos crinigeros bellis arcere Caicos Oppositi, petitis Romam.

Crīnīcĕ, Est crines emittere: [τριχοφυεῖν. Gall. *Mettre cheueux.* Ital. *Mettere capelli.* German. Haar vberkommen. Hisp. *Encabellecer ò criar cabellos.* Pol. Włosy puscic. Vng. *Meg haiasodni.* Angl. *To grow hearie.*] quod verbum legitur apud Statium 4. Thebaid. vatem cultu Parnassia monstrant Vellera, frondenti crinitur cassis olivā.

Crīnītŭs, a, um, Quod crines habet. [בעל שער. Gal. *Cheuelu.* Ital. *Crinito, che ha i capelli.* Germ. Haarechtig. Hisp. *Cosa de luengos cabellos.* Polon Włosy mający. Vngar. *Haias.* Ang. *Hearie, that hath heare.*] Virg. 1. Aeneid cithara crinitus Iopas Personat aurata. Crinita stella. Cic. 2. de Nat. deor. Tum stellis his, quas Græci *Cometas*, nostri *Crinitas* vocant. Idem 6. Verr. Gorgonis os pulcherrimum, crinitum anguibus, revellit atque abstulit. Galea crinita triplici jubā, Virgil. 1. Aen. Malè crinita mulier. Ovid. 3. de Arte.

Crinina, Vnguenti genus, valetudinis causā compacatum. Pompon. leg. 21. de auro & arg legat. Vnguentis, *inquit*, nō tātūm ea legata videntur, quibus ungimur voluptatis causā, sed et valetudinis, qualia sunt commagena, glaucina, crinina, rhodina, &c.

Crinomenon, τὸ κρινόμενον, à Rhetoribus appellatur contenti, oque ex statu efficitur, & circa quod versatur certamen totius controversiæ. Latini Quæstionem vocant, teste Cicerone in Topic.

Crīnŏn, [κρίνον. Pol. *Polna roza.* Vng. *Bika lilion.*] Plin. lib. 21. cap. 7. Lilium rubens appellat, quod alio nomine Cynorrhodon dicitur, in Antiochiā, Laodiceā, Syriā & Phaselide laudatissimum proveniens. Dioscorides tamen Græciq; ferè omnes nullo discrimine τὸ κρίνον appellatione omnia lilii genera intelligunt. Theophrastus quatuor ponit liliorum genera, ex quibus quod Vere erumpit, mox post violam albam, peculiari nomine κρίνον appellat.

Crinonia, [κρινωνία. Vng. *Liliom fzár.*] Frutex est lilii, teste Suida: Nam Lilium Græci κρίνον appellant.

Crios, κριός, Ciceris genus, quod Latini Arietinum appellant, ab arietini capitis figurā: à qua & Græca appellatio fluxit. Nā illi arietem κριὸν appellant.

Crision, Buglossum magnum. Diosc. lib. 4. cap. 120.

Crisim, patiuntur omnes morbi habituales & chronici: ut Podagra, chiragra, φθίσις.

Crĭsis, [דין. κρίσις. Vng. *Itilet.*] Iudicium, judicatio, sententia. Vide Dies Critici dicti, sive (ut Censorino placet) Crisimi, κρίσιμοι: hoc est, judiciales & decretorii, de quibus infrà.

Crĭspīnă, Lege OXYACANTHA.

Crĭspŭs, a, um, adjectivum est: [οὖλος, τετριχωμένος. Gall. *Crespe, Crespu, ondoyant, madré.* Ital *Crespo, riccio ricciuto.* German. *Krauß.* Belg. Gecrolthayrich. Hisp. *Crespo.* Polon. *Kedzierzawy.* Vngar. *Fodor.* Ang. *Curled wrinckled, braided.*] ut, Crispus capillus: id est, intortus. Plaut. in Trucul. Cōpositos, crispos cincinnos tuos, unguentatos. Crispum folium. Plin. lib. 12 cap. 13: Folium olivæ, verùm crispius & aculeatum. Crispissimum folium, apud Col. lib. 11. cap. 103. Crispa abies, Cicer. 3. Tusc. Crispioris elegantiæ materiēs: & ob id Persis gratissima, Plin. lib. 13 cap. 9.

Crĭspŭlŭs, diminutivum à Crispus. [οὐλίδιος, οὐλότριχος. Polon. *Kedziorko.* Vngar. *Fodrocska.*] Martial. lib. 5: Crispulus iste quis est, uxori semper adhæret Qui Mariane tuæ? crispulus iste quis est?

Crĭspo, as, are, act. p. Crispum reddere. [οὐλόω, οὖλον ποιεῖν. Gall *Faire crespe.* Ital. *Increspare.* Germ. Krauß machen. Hisp. *Crespar otra cosa.* Pol. *Kedzierzawie.* Vng. *Meg fodoritom.* Angl. *To wrinckle and courle the heare.*] Plin. libr. 28 cap. 8: Fimi cinere crispari capillum. ¶ Crispari terrā herbis, dicitur per translationem. Col. lib. 10: Nunc apio viridi crispetur florida tellus.

Crĭspāns, tis. [Vngar. *Fodorgatván.* Angl. *Brandishing or shaking.*] participium. Virgil. 1. Aeneid. Bina manu lato crispans hastilia ferro.

Crĭspātŭs, a, um: [Vngaricè, *Fodoritatot.* Ang. *That is curled or wrinckled.*] ut, Buxus crispata cacumine. Claud. 2. de rap. Proserp.

Crĭspĭsŭlcāns, adjectivum: ut Crispisulcans fulmen. Cicer. in Top. At quum in Aiacis navim crispisulcans igneum fulmen injectum est, inflammatur navis necessariò.

Crĭssārĕ, κλονίζειν, & Cevere, non nisi posito pudore exponi possunt. Est enim primum mulierum aptè se motantium dum in re venereā sunt. luven. frictum crissantis adorat. Alterum masculorum, dum pædicantur. Martialis: Sed pædicaris, sed pulchrè Nævole ceves. Cevere etiam adulantium gestus significat Persius: ao Romule ceves?

Crĭstă, f. p. Dicitur connus ille in vertice galli, & aliarum quarundam avium. [λόφος. Gall. *Creste, pennache.* Ital. *Cresta, pennachio.* German. Der kamb auff der vöglen haupt. Belg. *Kam.* Hispan. *La cresta des aues, es penacho ò cimera del yelmo.* Pol *Grzebien naglowiec, ptaszy.* Vngar. *Czimetse.* Ang. *The coppe on a birdes heade, a combe.*] Plin. lib. 10. cap. 29: Vpupa, obscœna aliàs pastu avis, cristā visenda plicatili. ¶ Ad hujus similitudinem etiam Cristam vocamus, conum galeæ. Virgil. 12. Aen. Tum galeam Messapi habilem, cristisque decoram Induit. ¶ Crista etiam herbæ species est, cujus memini. Plin. lib. 27. cap. 5. Alectorolophos, quæ apud nos Crista dicitur, folia habet similia gallinacei cristæ, plura, caulē tenuem, & semen nigrum in siliquis Ruellius eandem esse credit cum eā quę Gallicè *Vermeie* dicitur.

Crĭstŭlă, læ, f. p. diminut. [λοφίδιον. Vngar. *Czimertsike, tollatska.* Ang. *A litle combe or feathers in the crowne of birdes.*] Columel. lib. 8. cap. 2: Rectis, rutilisque cristulis.

Crĭstātŭs, a, um: [λοφωτός. Gall. *Qui a creste, qui est cresté ou cresteu.* Ital. *Che ha cresta.* German. Das ein kamb hat. Hispan. *Cosa con cresta, penacho ò cimera.* Polon. *Grzebieniasty.* Vngar. *Czimeres, tollas.* Ang. *Copped combed or crested.*] Qui cristas habet: ut, Cristatæ aves: estq; periphrasis gallorum gallinaceorum. Martial. lib. 14: Cristatæque sonant undique lucis aves. Cristata galea. Livius.

Crĭtæ, κριταί, à Græcis dicuntur judices, qui musicis, agonicis & scenicis certaminibus præerant.

Crĭtĭcŭs, a, um. [κριτικός. Gall. *Iudicial, qui iuge, donne iugement.* Ital. *Giudiciale, che fa giudicio.* Germ. Vrtheilend/ein vrtheil fellend. Hispan. *Iudicial, el que haze iuyzio.* Polon. Wrokczinący, *ortel widaiący.* Vngar. *Itilő.* Ang. *Iudiciall, that giveth iudgement or iudgeth.*] Idem quod judicialis, vel judicem agens, ἀπὸ τοῦ κρίνειν: hoc est, à judicando: unde & poëmatum censores, & judices alienorum operum, olim Critici dicti sunt, quales fuerunt Aristarchus & Aristophanes Grammatici: qui tantùm sibi in ipsum etiam Homerum permiserunt, ut plurimos etiam versus, tanquam nothos & subditities, ex ejus operibus summoverint. Cic. ad Dolabellam lib 9: Ego tanquam criticus antiquus judicaturus sum. Horat. 2 Epist. Ennius & sapiens & fortis & alter Homerus, Vt critici dicunt. ¶ Critici dies vocātur, qui à medicis *judicatorii* dicuntur, in quibus de ægritudinibus ratione fieri judicium potest: quos nostri *Decretorios* vocare possunt:

Crithasis, equorum morbus.

Crithe, [κριθή. Gall. *Vn orgeol.* Ital. *Orzolo.* German. Ein wärtzle so ob dem Haar des Augtdes wachst. Hispan. *Orzuelo que nace nace cerca del ojo.* Polon. *Iecżmick.* Vngar. *Arpa.* Ang. *A warte or such likething in the eye lide.*] Tuberculum parvum est in palpebrā super pilorum locum: ita dictum à similitudine hordei: unde & Hordeolum à recentioribus quibusdam nominatur. Vide Cels. lib. 7. cap. 7.

Critumon, Vide suprà BATIS.

Crŏbўlŏs, κρωβύλος, Aureus vel argenteus corymbus, ex capillis pendens, idque propriè in viris: nam in mulieribus potius Corymbum, & in pueris Scorpium vocamus.

Crobyssum, Aizoum minus, apud Diosc. lib. 4. cap. 91.

Crocallis, Gemma est cerasum repræsentans, teste Plin. lib. 37. cap. 10.

Crŏcārĕ, & Crocire, Verba fictitia à voce corvi, κρώζειν. Autor Philomelæ.

Crŏcĭto, tas, frequentativum. [πολλάκις ἢ συχνὰ κρώζω. Gall. *Corbiner par plusieurs fois, crier souuent en corbeau.* Ital. *Gridare spesso come un corvo.* German. Viel vnnd offt gtreppen / oder wie ein rapp schreyen. Hisp. *Graznar el cuervo.* Pol. *Krakam.* Vng. *Kákogok károgok.* Ang. *To crie like a raven, to croake often.*] Plaut: Simul radebat pedibus terram, & voce crocitabat suā.

Crŏcātĭo, f. t. teste Festo, & Crocitus, tus, pen. prod. Ipsa vocis corvi prolatio. [κρωγμός. Pol. *Krakanie kakogás, karogás.* Ang. *A croaking of a raven.*]

Crŏcĕātŭs, ta, tum, Vide CROCUS.

Crocias, κροκίας: Gemmæ species, à croci similitudine sic dicta. Autor Plin. lib. 17. cap. 11.

Crŏcĭnŭm ŭnguĕntum, κρόκινον μύρον, Quod exprimebatur ex aromatibus, & croco in oleo macerato: ut docet Diosc. lib. 1. Propert. lib. 3: Et crocino nares murrheus ungat onyx. Vide Plin. lib. 13. cap. item 13.

Crŏcĭnŭs, Vide CROCUS.

Crŏcĭs, κροκίς, Herba est, cujus contactu phalangia emoriuntur, ut ex Apollodori sententiā tradit Plin. lib. 27. cap. 17.

Crŏcŏdīlīnŭs, Vide CROCODILUS.

Crŏcŏ-

Crŏcŏdīlŭs, m. f. [תנין *tsab.* κροκόδειλος. Gallicè, *Vn crocodile.* Ital. *Crocodillo.* German. Ein Crocodil/ist ein thier in Egypten. Hispan. *Crocadix.* Pol. *Krokodil.* Vng. *Sárkany, krokodillus.* Ang. *A crocodile*] Animal quadrupes ex genere amphibiorum, tam in terrâ, quàm in aquâ vivens, figurâ lacertæ non admodum dissimile, incredibili magnitudine, armatum unguibus, soli Aegypto, & iis regionibus, quæ Nilo alluuntur, cognitum, cute usque adeò durâ, ut in nullâ sui parte nisi in solo ventre penetrari possit. Vnde etiam delphini, qui perpetuum cū crocodilo bellum gerunt, non ignorantes, quâ potissimùm parte hostis lædi possit, aquam subeunt, pinnâq; quam in dorso gerunt, illi alvum subsecant. Habet & alterū hostem Ichneumonem, qui in apertas dormientis fauces teli in morem illapsus, intestina ejus erodit. Nullū est animal quod à tam parvis initiis in tantam excrescat megnitudinem. Ponit siquidem ova anserinis non majora: sed hoc huic animali peculiare creditur, ut quandiu vivat, nullum crescēdi faciat finem. Quatuor menses hyemales non comedit, & sola bestiarum non habet linguam. Terribilis hæc bellua contra fugaces est, fugax contra insequentes. Oculos habet in aquâ hebetes, extra acerrimi visus. Conspecto homine emittit lacrymas, mox appropinquantem devorat. Vnde factus est locus proverbio, Crocodili lachrymæ. κροκοδείλου δάκρυα: quod de iis dici solet, qui sub specie pietatis alios fallunt. Ex eo dictum autumant, quòd κρόκον δειλιᾷ: id est, crocum fugit, ac ejus odorem reformidat, quod mella conficientes in Aegypto sternunt, ne mel absumant crocodili: quoniam mirum in modum eo delectantur. ¶ Est & alterum crocodili genus, quem Scincum vocat Dioscor. lib. 2, superiori multò minus, in terrâ tantùm, nec nisi odoratissimis vivens floribus, cujus intestina jucundi nidoris fimo referta sunt: quo ad faciei medicamenta, colorisque conciliationem mulieres, & viri molliores, olim utebantur. Horat. in Epod. -colorque Stercore fucatus crocodili.

Crŏcŏdīlīnŭ[s], na, num, Quod ad Crocodilum pertinet: [κροκοδείλιος. Polon. *Do krokodila nalieżacy.* Vngar. *Sárkányhoz való.* Ang. *That belongeth to a crocodile.*] ut, Crocodilinæ ambiguitates. Quint. lib. 1. cap. 10.

Crŏcŏdīlēă, κροκοδειλέα, Fimus est crocodili terrestris, quo mulieres faciē illinebant ad coloris commendationē. ¶ Crocodilorum enim duo commemorantur generum: quorū alterum aquaticū est, Nilo tantùm familiare, & lacubus Nilo vicinis. Alterum terrestre, odoratis tantùm vescēs herbis, quem Scincum σκίγκον Dioscorides appellat. Hujus excrementa in primis odorata sunt, mulierumque fucis expetita. Plin. lib. 28. cap. 8, ubi crocodili aquatici naturam multis explicuit, statim subdit: Alter illi similis, multùm infra magnitudinem, in terrâ tantùm odoratissimis floribus vivit: ob id ejus intestina diligentissimè exquiruntur, jucundo odore farcta, Crocodileam vocant.

Crŏcŏdīlĭum, n. s. κροκοδείλιον, Herbæ species est, chamæleontis figurâ, radice longâ, gustu nasturtii, semine rotundo, duplicis clypeoli formâ. Plin. lib. 27. cap. 8: Crocodilion Chamæleontis herbæ nigræ figuram habet, radice longâ, æqualiter crassâ, odoris asperi.

Crŏcŏmăgmă, atis. n. t. [κροκόμαγμα. Ang. *Dregges of the oyle of safron.*] Vnguēti crocini fæx, & retrimentū, quod superest crocino unguēto, ex croco, cæterisq; aromatis expresso. Nam in confectione crocini unguenti, oleum ante omnia quibusdā aromatibus solet spissari, posteaq; crocū eò conjici, idq; post dies aliquot diffundi: ex aromate & croco oleum: post hæc exprimi solet, quodq; reliquū erat, Crocomagma dicebantur: idq; in pastillos conformari consuevit, & multum in tempus asservari. Optimum est, quod gustatum salivam dentesq; inficit. Vide Diosc. lib. 1. & Plin. lib. 21. cap. 20.

Crŏcŏmĕrĭŏn, κροκομήριον, Herba, quæ alio nomine dicitur Leonopodium.

Crŏcŏpeplŏs, κροκόπεπλος, Auroræ epitheton est, quasi croceam habens vestem: nam eum colorem imitatur, quum primùm incipit apparere. Postea enim, adveniente jam die rubescens, à roseo colore ῥοδοδάκτυλος appellatur.

Crŏcōtă, [κροκωτός. Germ. Ein geel Frawenkleid/bey den Alten gebraucht.] Vestis muliebris est, crocei coloris. Cic. de Arusp. resp. P. Clodius à crocotâ, à mitrâ, à muliebribus soleis, purpureisq; fasciolis, à strophio, à psaltrio, à flagitio, à stupro, est factus repentè popularis. ¶ Feli crocotum, γαλῇ κροκωτόν. Subaudiēdum das aut addis. Dici solitum, quoties honos additur indignis, & quos haudquaquam decet: Aut quum datur quicquam iis, qui monere non norunt uti.

Crŏcōtŭlă, diminutivum. κροκώτιον, Plaut. in Epid. Indusiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam.

Crŏcōtŭlārĭŭs, Crocotarum vestium infector. Idem in Aulul. Quum incedunt infectores crocotularii.

Crŏcōtĭlum, n. s. Veteres, Valde exile, dicebant. Plautus: Extorris talis cum crocotilis crusculis. Festus.

Crocotitium, Genus operis pistorii.

Crŏcŭs, m. f. vel Crocum, n. s. [כרכם *charchóm* κρόκος. Gall. *Saffran.* Ital. *Zaffrano.* German. Saffran. Belg. Saffraen. Hisp. *Açafran.* Polon. *Szafran.* Vngar. *Safrany.* Ang. *Safron*] Flos est, qui *Seffranum* vulgò dicitur: à Croco puero (ut poëtæ fabulantur) dictus, qui quū Smilacem puellam tenerrimè deperiret, amoris impatientiâ versus est in florē sui nominis, Ovid. 4. Metam. Et Crocon in parvos versum cū Smilace flores. Virg. 4. Georg. Et glaucas salices, casiamq; crocumq; rubentem. Salust. Pastus nemore, in quo crocum gignitur. Præstantissimum nascitur circa Coricum Ciliciæ montem: proximū in Olympo Lyciæ monte: mox in Centuripino Siciliæ agro. Provenit & in Galliâ Narbonensi, licet bonitate inferius.

Crŏcĕŭs, a, um: [κρόκινος, κροκόεις. Gall. *De couleur iaune ou rougeastre.* Ital. *Giallo.* German. Saffrangălb. Hispan. *Cosa de açafran.* Polon. *Zołtawy.* Vngar. *Sáfrányos sárga szinü.* Angl. *Of or like safron.*] pro colore, ut, Vestis crocea. Virgil. 1. Aen. Et circumtextum croceo velamen acantho. Plin. lib. 22. cap. 18: Mutat enim cum terrâ colores: hîc niger, illic viridis, alibi cyaneus, alibi croceus.

Crŏcātŭs, ta, tum, Croco tinctus. [κροκοβαφής. Gall. *Ensafrané, de couleur iaune.* Ital. *Tinto in giallo.* German. Besaffert. Hisp. *Tenido en color de açafran.* Polon. *Vszafraniony.* Vngar. *Sáfrányozott.* Ang. *Safroned, or like safron.*] Plin. lib. 16. cap. 34: Aliciis & semen nigrum, alii crocatum.

Crŏcĭnŭs, a, um, & Croceus. Quod est lutei coloris. [κροκοειδής, κροκόεις. Gall. *De safran. de couleur de saffran.* Ital. *Di zaffrano, di color di zaffrano.* German. Saffrangălb. Hispan. *De açafran, de color de açafran.* Polon. *Zołtawy.* Vngar. *Sárga szinü, sáfrány szinü.* Ang. *Yalow or of safron.*] Plin. lib. 21. cap. 19: Semen his optimum crocinum, nec anniculo vetustius, & in umbrâ siccatum.

Crŏcuphantĭă, Opinor esse ornamenta villosa, quæ sub reticulis contexta per eorum plagulas apparent. id enim origo vocabuli κροκύφαντος declarat. Vlpian. in l. 2. ff. de aur. & arg. leg. Ornamentorum hæc, *inquit*, vittæ, mitræ, semimitræ, reticula, crocuphantia. Alciatus autē & alii eruditi homines alio vocabulo conquirendo mirabiliter exercentur. Hæc ex Hotomani lexico.

Crŏcūtă, f. p. Fera est, Aethiopiæ familiaris, ex hyænâ & leænâ Aethiopicâ nascēs, quæ & ipsa, hyænæ more, humanas voces imitatur. Plin. lib. 8. cap. 30, ubi hyænæ naturam multis explicuit, statim subdit: Hujus generis coitu leæna Aethiopica parit crocutam, similiter voces imitantem hominū pecorúmque. Acies ei perpetua in utrâque parte oris, nullis gingivis, dente continuo, qui ne contrario occursu hebetetur, capsarum modo includitur.

Crōllă, pro corolla detractione secundæ literæ o, στέφανιον, parva corona. Plaut. in Bacchid. 1. 37.

Crōmmĭŏn, alii Polydos vocant, Magi Caloboin, Romani Cepam.

Crono, Magicæ conyzæ species tertia apud Diosc. lib. 3. c. 137.

Crŏtălĭă, κροτάλια, Plin. libro. 9. cap. 35. dicuntur margaritæ ita in ornamentis collocatæ, ut ex collisione sonum generent. Subeunt, *inquit*, luxuriæ ejus nomina, & tædia exquisita perditiore portatu. Siquidem quum id fecēre, Crotalia appellant, ceu sono quoq; gaudeant, & collisu ipso margaritarum.

Crŏtălum, n. s. [κρόταλον. Gall. *Vn instrument qu' on frappe auec la main, semblable à la cymbale.* Ital. *Campanella, naccara.* German. Ein schällen oder klaffen. Belg. Clappe. Hispan. *Chapas o sonaja ò tarrena.* Polon. *Dzwonek, cymbal.* Vngar. *Kelepő szörgettyü.* Angl. *A rattle.*] Crepitaculum ex ligno, ære, aliâve materiâ ita concinnatum, ut efficere sonum queat, si quis manu verset. Vnde & Aegyptiorum sacerdotum sistra, quibus in Isidis sacris utebantur, à nonnullis etiam Crotala appellantur: ἀπὸ τοῦ κροτεῖν hoc est, à percutiendo. ¶ Quidam putant, fuisse annulū æreum, qui ferreo baculo quateretur. Alii circulum æneum interpretantur, multas habentem annexas laminulas, sive orbiculos mobiles, qui collisi sonum edebant: qualibus etiam hodie Lusitanos nautas in saltationibus suis uti videmus. Virgil. in Copâ: Crispum sub crotalo docta movēre latus.

Crŏtălŭs, [κρόταλος. Polon *Krasomowca.* Vngar. *Tsácsogó.*] mascul. gen. dicitur, Qui linguâ est expeditiore, & voce sonanti, ac propè tinnulâ, quique loquacitate suâ neminem non obtundit. Ducta est metaphora à crotalo, crepitaculi genere, de quo egimus in dictione præcedenti.

Crŏtaphītæ, κροταφῖται, Musculi sunt duo, os claudentes, quos & Latini Temporales appellāt, quòd tempora vestiant: unde etiam Græcum nomen traxerunt: nam κρόταφος illi appellant, quæ nos Tempora.

Crotōn, onis, [κρότων. German. Wunderbaum. Polon. *Skoczek wielki, drzewo cudowne.*] Frutex est ad magnitudinem parvæ ficus assurgens, folio platani, sed læviore ac nigriore, ramis ac caudice arundinum modo cōcavis, semine uvarum aspero, quod purgatum effigiem ricini animalis repræsentat: unde & nomen accepit: nam ricinum vermen Græci etiam κρότωνα appellant. Hoc semine exprimitur oleum, cibis quidem fœdum, sed lucernis & emplastris utile. Alio nomine hic frutex Ricinus appellatur, & Cici: unde etiam oleum ipsum Cicinum, & Ricininum appellant.

Crŭcĭātŭs, Cruciamentum, Crucio, Cruciabiliter, Crucifico, Vide Crux.

Crudaria, Argenti vena, quæ in summâ fodinâ reperitur. Plin. lib. 33. cap. 6.

Crūdŭs, a, um, Quod coctum non est. [נא *chái* ὠμός. Gall. *Cru, encor verd, qui n'est encor cuit, digeré ou meur.* Ital. *Crudo, non cotto.* German. Raw/ vngekocht. Belg. Rho. Hispan. *Crudo, no cozido.*

nocozido. Polon. *Suurowy, niedowarzony.* Vngar. *Nyers.* Ang. *Raw fresh, new made, vndigested.*] Vnde carnes crudæ dicuntur quæ neque elixæ sunt, neque assæ, neque alio quovis modo esui aptæ redditæ. Fructus item crudos appellamus, qui justam coctionem, hoc est, maturitatem non sunt assecuti. Cic. de Senect. Poma quæ cruda sunt, vi avelluntur: quæ autem cocta, & matura, decidunt. ¶ Item crudi cibi dicuntur, qui nondum cōcti sunt in ventriculo. Iuvenal.-& crudum pavonem in balnea portas. ¶ Crudum item hominem dicimus, cujus ventriculus probo coctionis officio non fungitur. Cic. 2. de Finibus: Asoti qui in mensam vomant, crudique postridie se rursus ingurgitent. Idem pro Cluentio: Dico illum, quum ad illud prandium crudior venisset, & sibi non pepercisset, ægrotasse. ¶ Crudum vulnus: hoc est, recens, & adhuc cruentum. Plin. Epist. 3: Vt enim crudum adhuc vulnus medentium manus reformidat, deinde patitur, atque ultrò requirit: sic recens animi dolor consolationes rejicit, ac refugit, mox desiderat, & clementer admodum acquiescit.

Crūdĭtās, atis, f. t. Ventriculi vitium cibum ægrè concoquentis. [ἀπεψία. Gall. *Crudité mauuaise digestion ou concoction.* Ital. *Crudità di stomacho, in digestione.* German. Böse dewung des Magens. Hispan. *El abito delo no digerido.* Polon. *Surowość.* Vngar. *Nerisség, mikor az gyomor nem emeszt.* Ang. *Rawnesse euil digestion.*] Cic. de Senect. Caret ergo etiam vinolentiâ & cruditate, & insomniis. Colum. li. 7: Cruditatis signa sunt, crebri ructus, ac ventris sonitus, fastidia cibi.

Crūdēscĕrĕ, n. t. Est crudum vel crudius fieri, à Crudeo, es. [ὠμοῦσθαι. Gall. *Deuenir cruel & aspre.* Ital. *Incrudire, incrudelire.* German. Raw werden. Hispan. *Encrudecerse, hazerse crudo.* Pol. *Surowieć.* Vngar. *Megnyersülni.* Angl. *To waxe rawe.*] Virgil. 3. Georg. Sin in progressu cœpit crudescere morbus. Idem 11. Aeneid.-dejectâ crudescit pugna Camillâ. ¶ Inde Incrudescere & Recrudescere, quasi renovari, & ad pristinam acerbitatem redire.

Crūdēlĭs, om. t. Immitis, asper, durus, inhumanus, ferreus. [אכזרי *achzar* אכזרי *athzari.* ὠμός. Gall. *Cruel & inhumain.* Ital. *Crudele, aspro.* Germ. Grawsam / raw / vnmild. Hisp. *Cruel.* Polon. *Srogi, okrutny.* Vngar. *Kegyetlen.* Ang. *Cruel.*] Cicer. pro Dejot. Crudelis Castor, ne dicam sceleratum & impium: qui nepos avum in discrimen capitis adduxerit. Virgil. 2. Eclog. O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas. Quidam à Cruore dictum volunt, quem crudeles effundunt: ego malim à Cruditate derivare. Nam quemadmodum in pomis, quæ mitia non sunt, cruda dicuntur: ita & homines immites, Crudeles dicuntur. Virg. 6. Aen. Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas.

Crūdēlĭtās, tatis, f. t. Sævitia, inhumanitas, feritas, acerbitas, atrocitas. [אכזריות *achzeriuth.* ὠμότης. Gal. *Cruauté.* Ital. *Crudeltà.* Germ. Grausamkeit / grimme. Hisp. *Crueldad.* Pol. *Okrutność, srogość.* Vng. *Kegyetlenség.* Ang. *Crueltie.*] Cicero pro Rosc. Amer. Vestrûm nemo est quin intelligat pop. Romanum, qui quondam in hostes lenissimus existimabatur, hoc tempore domesticâ crudelitate laborare.

Crūdēlĭtĕr, adverbium, Atrociter, durè, acerbè. [ὠμῶς. Gall. *Cruellement.* Ital. *Crudelmente.* Germ. Grausamlich / Grimmiglich. Hispan. *cruelmente.* Polon. *Okrutnie.* Vngar. *Kegyetlenul.* Angl. *Cruelly.*] Cic. 1. Offic. De evertendis autem, diripiendisq; urbibus valde considerandum est, ne quid temerè, nequid crudeliter fiat.

Cruēnto, Cruentus. Vide Cruor.

Crŭmēnă, Loculus, [כיס *chis.* βαλάντιον. Gall. *Bourse, ou gibeciere.* Ital. *Borsa.* German. Ein seckel / beutel / taschen. Belg. Een burse / oft tassche. Hispan. *Bolsa para dineros.* Pol. *Wacek, mieszek.* Vng. *Erszény.* Ang. *A purse, a bagge of leather.*] à κρεμάω, suspendo, quòd plerunque suspensa gestetur. Plaut. Epid. Ipse meo in collo tuus pater crumenam collocavit. Idem Trucul.-homo crumenam Sibi de collo detrahit. Horat. 1. Epistol. Et mundus victus non deficiente crumenâ. ¶ Generosus es ex crumenâ. γενναῖος ἐκ βαλαντίου. In eum jaciebatur, qui propter opulentiam generosus haberi voluisset, alioquin obscurus & humilis.

Crŭnismŏs, Est torrentis modo cum strepitu & murmure demanante embrocatio. Vtitur eo vocabulo Paul. lib. 2. cap. 53.

Cruŏr, oris, m. t. Sanguis è vulnere sparsus & fusus. [דם *dam* נצח *netsach.* αἷμα, ἰχώρ. Gall. *Sang sortant d'vne playe.* Ital. *Sangue che esce d'vna piaga.* Germa. Blut / der blutig schweiß auß einer wunden. Belg. Bloet. Hispa. *Sangre fuera delas venas.* Polon. *Krew plynąca.* Vng. *Ver.* Ang. *The bloode issuing out of a wound.*] Virgil. 8. Aen.-tepidusque cruor fumabat ad aras. Idem lib. 4. usurpavit in numero plurali: atque atros siccabat veste cruores. Quod Servius tanquam novè dictum annotavit, quum alioqui neque sanguines dicamus, neque cruores.

Cruēntŭs, a, um, Sanguinolentus, quod cum cruore est: [αἱματηρός, αἱμακτός. Gall. *Ensanglanté, sanglant, cruel.* Ital. *Sanguinoso, sanguinolento.* German. Blutig / schweissig. Hisan. *Sangriento.* Polon. *Krwawy.* Vngar. *Veres.* Ang. *Bloodie, cruell.*] ut, Cruenta victoria. Salust. in Catil. Cavete ne inulti animam amittatis, neu capti potiùs, sicut pecora trucidemini, quàm virorum more pugnantes cruentam, atque luctuosam victoriam hostibus relinquatis. ¶ Aliquando ponitur pro crudeli, ut, Cruenta vox, & cruenta oratio. ¶ Cujus contrarium est Incruentus, a, um, ἀναίμακτος, quod est sine sanguine. Idem: Neque tamen exercitus populi Romani lætam aut incruentam victoriam retulit.

Cruēntiōr, Comparativus à Cruentus. [Polon. *Krwawnieyszy.* Vnga. *Vérszopob, vérsb.*] Iustinus Histor. lib. 3: Itaque tantis animis concussum est, ut rarò unquam cruentius prælium fuerit.

Cruēntē, adverbium. [Pol. *Krwawie.* Vngar. *Verősson.*] Iustinus Histor. lib. 23: Quanquam uxor diu, ne ab agro divelleretur, deprecata est, ne discessus suus adjungi nepotis parricidio posset, & tam cruentè hæc deseruisse virum, quàm ille impugnasse virum videretur.

Cruēntĭŭs, adverb. [Pol. *Krwawiey.* Vng. *Verősben.*] Seneca de Benefic. lib. 5. cap. 17: Cæteri arma cruentiùs exercuerunt, satiati tamen aliquando abjecerunt.

Cruēnto, as, Cruore inficio, sanguine imbuo, funesto. [αἱμάσσω, αἱμάττω. Gal. *Ensanglanter, meurtrir à sang, faire sanglant.* Ital. *Insanguinare.* Germ. Blutig machen / mit blut besudlen. Belg. Bebloeyen. Hispan. *Ensangrentar.* Polon. *Vkrwawiam.* Vngar. *Meg veresitem.* Ang. *To imbrue or sprinkle with bloode.*] Cicero de Arusp. respons. Secures suas cruentari sceleri noluit. Idem 1. de Divin. Atque etiam trucidare aliquem, & impiè cruentari. Idem 1. Philipp. Hæc te, si ullam partem habes sensus, lacerat, hæc cruentat oratio. ¶ Cruentati oculi. Plin. lib. 28. cap. 7: Mulieris quoque salivam jejunæ potentem dijudicant oculis cruentatis.

Crupellarii, Quantum ex Cornelii Taciti lib. 3, possumus conjicere, milites erant, arma gestantes ex continuo ferro, telis quidem impenetrabilia, sed eo pondere, ut in ferendis ictibus non essent idonea. [Pol. *Zolnierze w kirisie.* Vng. *Fegyueres.*] Verba Taciti sunt hæc: Cæteri cum venabulis & cultris, quæque alia venantibus tela sunt, adduntur è servitiis gladiaturæ destinati, quibus more gentico continuum ferri tegmen (Crupellarios vocant) in ferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles.

Crūs, cruris, n. t. Tota illa pars, quę à coxendicis cervice incipit, & ad extremos pedis digitos pertingit: [שוק *schók.* σκέλος. Gal. *La iambe depuis le genou iusques en bas.* Ital. *Gamba.* Germ. Der schenckel / schinbein. Belg. De schenckel / dat been schene. Hisp. *Pierna.* Pol. *Golen.* Vng. *Szar.* Angl. *The legge frome the knee downe.*] à currendo dictum nonnulli putant, quòd crurum ministerio in cursu utamur: sive (ut aliis placet) à Græco verbo κρούω, quòd interingrediendum huc atque illuc feriant. Sunt autem Crura à gentibus usque ad imum pedem. Cels. Crus ex duobus ossibus constat, ex tibiâ & surâ. ¶ Crus arboris. Columel. lib. 5. cap. 11: Ramum olivæ, qui videtur nitidissimus, deflecte, & ad crus arboris ficulneæ religa. ¶ Crus vitis. Colum. lib. 3. cap. 10: Vnde etiam vehementissimæ materiæ reperiuntur, aut in capite vitis, aut in crure vicino radicibus.

Crūscŭlum, n. f. diminut. [σκελίδιον. Gall. *Iambette, petite iambe.* Ital. *Gambetta.* German. Schenckelin / Schinbeinlin. Hispan. *Pequenna pierna.* Polon. *Golenka.* Vnga. *Szkratska.* Ang. *A litle or small legge.*] Martial. Pectus cicadæ, crusculumque formicæ.

Cruricrepidę, arum, Plauto in Trinummo dicuntur, quibus crura crepuerunt ferro, ut dicit interpres.

Crūrūlēs, quod Beroaldus major elegans vocabulum dicit, reponendum idem putat apud Vlpianum, in l. argumento. de auro & argent. legat. nam pro eo vulgati codices habent *fasciæ crinales.* Crurules autem & pedules Vlpianus appellat à cruribus scilicet & pedibus vestiendis.

Crūsmă, atis, n. t. [צלצל *tsiltsal.* κρούσμα, σεῖστρον. Gal. *Vn sifflet ou cloche.* Ital. *Cimbalo.* German. Ein Cymbel / ein instrument / mit welchem man vor zeiten den Weibern zu tantz gemacht hat. Hispan. *Sonaja ò tarranna.* Pol. *Cimbal' w ktori brząkano niewiastam w taniec.* Vngar. *Doromb.* Ang. *A rattle, a kind of rattling instrument.*] Propriè dicitur sistrum, & velut cymbalum quoddam tintinnabulis refertum, quo gestientes mulieres oblectabantur: dictum ἀπὸ τοῦ κρούειν: hoc est, à pulsando, quòd sonum emitteret dum pulsaretur. Mart. lib. 6: Edere lascivos & Bætica crusmata gestus, Et Gaditanis ludere docta modis. Bætica autem vocat, quòd iis mulieres Hispanæ uti solerent: quemadmodum & hodie Venetæ puellæ: Vocant autem sua lingua. *Vn cymbalo.*

Crūstă, æ, f. p. Significat id excrementum, quod vel ob putredinem, vel concretionem super alicujus rei superficie nascitur. [φλοιός, ὄστρακον. Gall. *Crouste.* Ital. *Crosta.* German. Ein rinden ober ranfft. Belg. Die croste / oft schale. Hisp. *Corteza dura sobre comer.* Polon. *Skorka, brzeg, Pyana.* Vngar. *Valaminek az héia.* Angl. *The crust of bread.*] Virg. lib. 4. Georg. Concrescunt subitæ currenti flumine crustæ. ¶ Item crusta, qua quid integitur, ut Crusta locustæ. Plin. lib. 9. cap. 30: Locustæ crustâ fragili muniuntur in eo genere, quod caret sanguine. ¶ In parietibus item, atque in pavimentis Crustæ dicuntur tenuia marmoris, vitri, alteriùsve materiæ segmenta, quibus illa integebantur. Plin. lib. 36. cap. 6: Secandi marmora in crustas, nescio an Cariæ fuerit inventum. Et paulò pòst: Primùm Romæ parietes crusto marmoris operuisse totius domus suæ in Cælio monte Cornelius Nepos tradidit Mamurram. Idem lib. 36. cap. 25: Lithostrota cœptavêre jam sub Sylla, parvulis certè crustis. ¶ In vasis item aureis argenteisve Crustæ dicebantur, quæ ex diversi generis materiâ illis illigabantur. Argenteis enim poculis, exempli gratiâ, laminæ aureæ, vel emblemata innectabantur: quæ

tur: quæ inde Crustata, χρυσένδυτα, appellabant. Cicer. lib. 5. in Verr. Vasis crustæ aut emblemata detrahebantur. ¶ Crustas item, ἐσχάρας medici appellant, duros quosdam veluti cortices, quibus vulnera ulceráve obducuntur, medicamento aliquo caustico adusta. ¶ Crusta soli, gleba. [Pol. *Brełajiemie.*] Alphenus D. l. 39. Tit. 2. l 9: Si ex fundo tuo crusta lapsa sit in meum fundum.

Crūstŭlă, læ, f. p. diminut. à crusta. [πλακίδιον. Gall. *Croustelette, petite crouste.* Ital. *Crosticina.* German. Ein renfftle. Hisp. *Pequenna corteza,* Polon. *Skorecẑka,* Vng. *Heiacska.* Ang. *A litle crust.*] Apuleius, Parvas marmoreas crustulas parieti adjungens.

Crūstārĕ, act. p. Crustam inducere, & materia aliqua dura ingere. טוח tuach. κρουστεῖν. Gall. *Crouster, bailler ou donner crouste ou couverture à quelque chose.* Ital. *Incrostare.* Germ. Ein ranfft oder rinden einem ding machen. item, Etwas vberziehen/ glasieren. Belg. Glaseren/ marmeren. Hisp. *Sobreponer corteza.* Pol. *Nakric skora, ocziagnac skora.* Vngar. *Bekenni, befodni, le keazni.* Ang. *To bring a crust or hardnesse over a thing.*] Plin. lib. 15. cap. 17: Mala verò generosissima eadem ratione crustant gypso vel cera.

Crūstātŭs, a, um, participium: ut, Crustati parietes: id est, crusta marmoris intecti. [κεκρουσμένοι τοῖχοι. Polonicè, *Marmurosta ścziana.* Vng. *Be héiasztatot.* Ang. *That hath a crust or hardnesse brought overit.*] Secabantur enim marmora in laminas, & parieti apponebantur. ¶ Primus apud Romanos Mamurra vir Equestris ordinis, præfectus fabrorum Cæsaris, Formiis natus, domus suæ, quæ in Cælio monte erat, parietes crusta marmoris traditur operuisse: ut ex Cornelii Nepotis sententia tradit Plin. lib. 36. cap. 6. ¶ Item vasa argentea, quæ auro illigabantur, etiam Crustata dicebantur, quæ Græco nomine χρυσένδυτα vocantur. ¶ Et Crustata animalia, crustis intecta. Plin. lib. 17: cap. 37: In marinis crustata & cartilaginea priores dentes habent.

Crūstārĭŭs, m. f. Qui incrustat. [κονιάτης. Vng. *Be héazo.* Ang. *A pargeter, a plaisterer.*] Plin. lib. 33. cap. 12: Habuit & Teucer crustarius formam.

Crūstārĭŭs, a, um, Quod ad crustas pertinet. [Vng. *Héyboz valo.* [Vnde crustariæ tabernæ, in quibus crustata opera venduntur.

Crūstōsŭs, a, um, quod crustam habet. [φλοιώδης. Gall. *Crousteux, qui a la crouste fort grosse.* Ital. *Chi ha la scorza grossa.* Germ. Rindechtig/ ranfftechtig. Hispan. *Coza llena de cortezas.* Polon. *Skorzasty.* Vng *Héjas.* Angl. *Crustie, that hath a thycke crust.*] Plin. lib. 12. cap. 7: Facilius hoc & crustosius, amariusque & gummosum.

Crūstŭlātă, tæ, f. p. Placentæ genus, quod & Crustulum. [Polon. *Opłatek.* Vngar *Héias.* Angl. *A wafer or thinne cake.*] Spartianus: Pentapharmacum edulii genus est ex quinque cõfectum, quod reperisse dicitur Aelius Verus Romanorum Imperator, hoc est, sumen, phasianus, pavo, crustulata, & aprugna.

Crūstum, n. f. Est frustum eorum quæ commeduntur, sive sit pars panis, vel placentæ, vel alterius edulii. [פלח challáh. ψωμίον, κλάσμα. Gall. *Vng astleau, pain d' espice, ou telles patisseries, ou piece & morceau d' iceux.* Ital. *Pezzo di pane ò d' altra vivanda che si da à fanciulli.* German. Ein stuck einer essigen speiß. Hispan. *La corteza de comer como turron.* Polon. *Kasek kabat ek, skibka, sztuczka.* Vngar. *Falat, darab.* Ang. *A piece or morsell, a bunne.*] Virgil. 7. Aeneid. patulis nec parcere quadris Fatalis crusti. Vnde per diminutionem Crustulum Horat. lib. 1. Epist. pueris dant crustula blandi Doctores, elementa velint ut discere prima. Quod genus dulciarii esse putat Porphyrio. Varr. 4 de ling. Lat. Crustulum à crusta pultis, eò quòd ut corium exuritur, Crusta dicta.

Crūstŭlārĭŭs, Crustulorum venditor. Senec. Epist. 57: Et botularium, & crustularium, & omnes popinarum institores. Vulgò *Pasticiarium* vocant.

Crūstŭmĭnă, Pyra sunt ex parte rubentia, Glaciola nunc dicta: à Crustumino agro, qui Tyberi fluvio à Vejenti dirimitur, sic appellata. De his Plin. lib. 15. cap. 15 & lib. 23. cap 7. Item Columel. lib. 5 cap. 10. & lib. 12. cap. 10. Virgil. Crustumia pyra vocat. 2. Georg. Crustumiis, Syriisque, pyris, gravibusque volemis.

Crūx, f. t. Furca, patibulum in quo damnati figuntur dicta à κρούειν, quod est Ferire, pulsare. [עץ héts. σταυρός. Gal. *Croix gibet, tourment, affliction.* Ital. *Croce.* Germ. Ein Creutz Belg. Een cruys. Hisp. *La cruz.* Polon. *Krzyż. szubienica.* Vngar. *Keresztfa, akasztófa kereszt.* Ang *A crosse, a gibbet or gallowse, affliction.*] Plaut. in Curc. Collum obstringe abduce istum in malam crucem: Cic. 7. Verr. Statim deinde jussu Prætoris in crucem esse sublatum. ¶ Crux etiam dicitur quicquid nos cruciat, torquet & affligit. Terent. in Eunuch. Et illis crucibus, quæ nos, nostramq; adolescentiam habent despicatam. Hanc veteres *Gabalum* vocavêre. Varro: Nos barbari, quod innocentes in Gabalum suffigimus homines: vos non barbari, quòd noxios absolviris. ¶ Crucis Christi encomion lege apud D. Chrysostomum in Oratione contra gentes, quòd Chrystus sit Deus, &c.

Crŭcĭo, as, n. p. Torqueo, affligo, excrucio. [פרך himeir חלה hidhcib. αἰκίζω. Gall. *Tourmenter, affliger.* Ital. *Affligere, torcere.* Ger. Peinigen/ marteren. Hisp. *Atormentar ò fatigar.* Pol. *Dręczę, mękę.* Vngar. *Kénzom, gyötröm.* Angl. *To torment, to afflicte.*] Plaut. in bacch. Vt ipsius te cruciat ægritudine. Terent. in Eun. Quæ nos semper omnibus cruciant modis. Cic. de Arato: Dolore capitis cruciatur & consumitur.

Crŭcĭātus, tus, m. q. Tormentum afflictio. [דאבה deabáh. λύπη. Gal. *Tourment, affliction.* Hisp *Afflictione.* German. Pein/ Plag. marter. Hisp. *Tormento.* Polon. *Dręczenie, męka.* Vngar. *Kén, gyötrelöm.* Angl. *Torment, affliction paine.*] Cicer. Offic 3 Dionysius maximo cruciatu mortis angi solitus est. ¶ Cruciatu, pro cruciatui. Tacit. lib. 13: Cruciatû atque præmio cuncta pervia esse.

Crŭcĭāmĕntum, n. f. ejusdem significationis [Polon. *Vmęczenie,* Vngar. *Kén, gyötrelöm.* Ang. *Torment, paine,*] Cicer. Philipp. 6: Nec graviora sunt tormenta carnificum, quàm cruciamenta morborum.

Crŭcĭābĭlĭs, le, [βασανιστικός, τιμωρητικός. Vngar. *Kénzo.*] Apul. de Asin. aur. lib. 10: Sed illo cruciabili silentio diutissimè fatigata.

Crŭcĭābĭlĭtās, tatis, f. t. [βασανισμός, τιμώρησις. Gall *Tourment.* Ital. & Hispan. *Tormento.* German. Peinigung/ marter. Poonl. *Trapienie.* Vngar. *Kenzás, kénlodás.* Angl. *Torment.*] Plaut. Cistel. Qui omnes homines supero atque antideo cruciabilitatibus.

Crŭcĭābĭlĭtĕr, adverbium, [βασανιστικῶς, τιμωρητικῶς. Gall. *En grande torment.* Ital. *crudelmente, in gran tormento.* Germ. Peinlichen. Hisp. *Con mucho tormento.* Polon. *Zamęczeniem.* Vng *Kénozva, gyötrelömmel, kénozás, kepzen.* Ang. Withgreath torment.] Hirt. 5. bell. Afric. Sic extra vallum deducti sunt, & cruciabiliter interfecti.

Crŭcĭārĭŭs, a um. [Vng. *Kenra méltó.* Cruce dignus, apud Apuleium de Asino aureo lib. 10.

Crŭcĭfīgo, is, act. t. in crucem tollo. [צלב taláh. ἀνασταυρόω. σταυρόω. Gall. *Crucifier, atacher contre vne croix ou vn gibet.* Ital. *In chiodare in croce, crocifigere.* German. Creutzigen/ oder an ein Creutz hefften. Hispan. *crucificar.* Polon. *Nakrzyż zawieszam, krzyżuję.* Vngar. *Meg feszitöm.* Ang. *To hang on a gibbet or gallowse.*] Suet. in Comit. Autorem summarum pridie quam crucifigeret, in cubiculum vocavit. Plin. lib. 8. cap 16. Eaque de causa crucifixos vidisse se cum Scipione. Quint. lib. 7. cap. 2. Invenerunt ducem crucifixum. Suet. in Domit. cap. 10. Librarios etiam qui eas descripserant, crucifixit.

Crŭcĭnum vinum, insuave, quòd bibendo cruciet. Alii legunt apud Celsum Cruciatum, pro acerbo & austero.

Crymedes, febris, quæ pulmone sacris ignibus correpto provenit.

Crypserchis, est sensus testiculi, vel testiculorum.

Cryptă, f. p. [מחתרת mehatrah κρυπτή. Gall. *Vne fosse creuse comme vne cave sous terre.* Ital. *Grotta.* Ger. Ein grub/ ein gewelb vnder der Erden. Belg. Koele/ oft Goote vnder d' Aerde. Hisp. *Cruta, cueva sotteranna.* Pol *Grota, jaskinia.* Vng. *Pincze, verem, lyukprince.* Angl. *An holow place or vault vnder the earth.*] Caverna vel testudo subterranea, vel in monte excavata: à κρύπτω, occulto. Iuvenal. Et solitus mediæ cryptam penetrare suburræ.

Cry̆ptĭcŭs, a, um. [κρυπτικός Gall *Secret, occulte, fidele.* Ital. *Occulte. fedele.* Germ Das verborgen ist vnder der Erden Hisp. *Soterranno, encobrido, fiel.* Pol. *Zkryty pod ziemią.* Vngar. *El rejtetöt, el ásatot.* Ang. *Secret, hidde, close.*] Significat occultum & subterraneum. Sidonius: Potens antiquitus crypticis arcubus fornicavit. Iulius Firmicus Crypticos homines appellat, secreta fideli taciturnitate custodientes.

Cry̆ptŏpŏrtĭcŭs, nomen compositum ex Græco Latinoque, & significat subterraneam porticum, cum amplis fenestris qua refrigerandi gratia per æstatem utimur. Pol *Chłodnik.* Vngar. *Föld alat valo hüves báz.*] ¶ Potest etiam dici Porticus undique septa, & quasi septimento parietum abscondita, tanquam subterranea. Plin. Epist Subest cryptoporticus subterraneæ similis, æstate incluso frigore riget contentaque aëre suo, nec desiderat auras, nec admittit.

Cry̆stăllŭs, f. s. קרח זכוכית Zechoc ith κρύσταλλος. Gall. *Cristal.* Ital. *Crystallo.* German. Crystall. Belg. Cristael. Pol. *Kriształ.* Vng. *Kristaly.* Angl. *Christall.*] & Crystallum, neutri s. Gemma candida & pellucida ita dicta παρὰ τὸ συστέλλεσθαι ὑπὸ τοῦ κρύους: hoc est, ab eo quòd gelu contrahatur. Plin. lib. 37. cap. 2: Contraria huic causa crystallum facit, gelu vehementiore concreto. Nec alicubi certè reperitur, quàm ubi maximè hybernæ nives rigent, glaciemque esse certum est: unde & Græci nomen dedere. *Hæc ille.*

Cry̆stăllĭnŭs, a, um, pen. corr. Quod est ex crystallo. [κρυστάλλινος. Gall. *Crystalin, qui est de crystal.* Ital. *Crystallino, che è di crystallo* Ger. Crystallin/ von Crystall gemacht. Hisp. *Crystallino, cosa de crystal.* Polon. *Kriształowi.* Vng *Kristálybol valo.* Ang. *Of crystall.* Iuvenalis: Grandia tolluntur crystallina, maxima rursus Murrhina, deinde Adamas notissimus, & Berenices In digito factus preciosior.

C ante T.

C T. In notis antiquorum, causa, vel caput, vel civitatis. C T R M. citra mirum. C T R. cæterùm, vel civitatis Romanæ. C T O. contrarium, vel contractum. C T. V. O. A. B. civitas vitæ omnia aufert bona. C T. R A E civitas Rom.

Ctĕnĕs, [κτένες. Germ. Die vier vordersten zeen/ scharff oder schaufflen. Polon. *Przednie zeby.* Vng. *Né yelsö érsfog.* Ang. *The foures, fore thes*] Quatuor sunt dentes anteriores, à cibo concidendo dicti: unde & τομεῖς appellantur: Latini Primores ap-

pellant

pellant. Græci enim γελασῖνες, quòd inter ridendum detegantur. Cæl. Rhod. lib. 4. cap. 1.

Ctēnĭātrī, [κτηνίατροι. German. Viecharzet. Vngar. *Barom gyogyito orvosok.*] Sunt medici jumentorum & pecorum, quasi mulomedicos quis dixerit. κτῆνος enim Græci jumentum appellant, nonnunquam etiam pecus immolationi aptum, παρὰ τὸ κτᾶσθαι. Firmicus: Centauro oriente, qui natus fuerit, aut auriga erit, aut equorum nutritor, aut mulomedicus, aut equarius Hunc Columella & Varro Veterinarium vocant: vulgus *Mareschallum.*

C ante V.

C V. In notis antiquorum, Centum virûm vel Clarissimus vir vel Casa virginum. C V. clarissimo viro. CIV cujus. CIIV. civitas. CVL. cultores. CVR. curiarum, vel curiorum, vel cursor. C. X. IN. ARG. cubitos decem invenies argeotum. C XX. IV. AVR M. cubitos viginti invenies aurum mirabile.

Cŭbă, Sabinis vocatur, quam militares Lecticam: unde videtur derivatum esse Cubiculum Festus.

Cŭbātūs, Cubiculare, Cubile Festus.

Cŭbĭtūs, ti. m. f vel Cubitum, n. f. Curvatura brachii, ubi lacerto jungitur. [אמה *ammáh.* πῆχυς ἀγκών. Gall *Coude. ou coudee qui contient pied & demi* Ital *Gomito, bra.cio da misurare.* Germ. Einbogen. Belg. Ellebooghe. Hispan. *Codo del braco, ò codo de medir.* Polon *Lokiec.* Vngar. *Könyék, kar.* Angl. *The elbowe, the arme frome the elbowe fornside, a cubite.*] Plautus Stich Cubitis depulsa de via ¶ Innitcubito, Virg. 4. Aeneid. Ossa ingentia cubiti Ovid. 12. Metam. ¶ A' medicis tamen Cubitus vocatur os illud brachii cui innititur, quod ab ima manu ad brachii curvaturam extenditur. Sunt enim in ea parte brachii duo ossa quorum inferius Cubitum, superius Radium vocant. ¶ Cubito emungens, ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενος. Proverbialis ironia in hominem sordidi quæstus & conditionis abjectæ. A' salsamentariis ducta quibus mos est narium mucum cubito abstergere. nimirum manibus muria salsugine oppletis ¶ Accipitur etiam pro mensura cubiti, quantum à cubito brachii usque ad extremam manum est. Plin. lib. 7 cap. 16: Invenimus in monumentis Salamiam Euthymenis filiam in tria cubita triennio adolevisse. Constat autem cubitum ex sex palmis: hoc est, digitis viginti quatuor: ut autor est Vitruv. lib. 3. Sesquipes enim: hoc est, pes unus cum dimidio, facit cubitum. Pes est sexta pars altitudinis in corpore nostro: cubitus quarta. ¶ Est præterea Cubitus regius, qui major est communi cubito tribus digitis, sicut refert Herodot lib. 1. ¶ Est & Cubitus geometricus, qui tantum valet, quantum sex nostra cubita, ut Origenes, Augustinusque tradiderunt. ¶ Eodem cubito, αὐτῷ πήχει hoc est, eadem regula. eadem mensura. Iuxta cubitum profecit, κατὰ πῆχυν ἐπιδέδωκε. De eo dicebatur, qui promotus esset ad meliora: sive quum quis ordine legitimo progreditur: sive quum magis proficit accessionibus ¶ Homo tredecim cubitorum, ἀνὴρ τρισκαιδεκάπηχυς, de insigniter procero corpore ignavo & inutili. Theocritus.

Cŭbĭtālĭs, & hoc cubitale, adjectivum. quod est longitudinis unius cubiti. [πηχυαῖος. Gall. *D'vne coudee de haut.* Ital. *Alto vn cubito.* German. Einbögig, eines Einbogens hoch. Hispan. *Cosa demedida de vn codo.* Polon. *Nalokiec wissoky.* Vngar. *Kar singni.* Ang. *Of a cubite in measure or in length.* Herba cubitalis apud Plinium. Cavea cubitalis, apud Livium: id est, uno cubito alta.

Cŭbĭtālĕ, lis, per apocopen Cubital, Cubiti ornamentum: [τὸ ὑπαγκώνιον. Gall. *De quoy on soustient le coude.* Ital. *Cosa di vn cobito.* Germ. Ein gezierd der Einbogen. Hispan. *Armadura del codo.* Pol *Leze, spie.* Vng *Karékesség.* Ang. *A sleeue for the arme frome the elbowe downe ward.*] Horat. in Serm. ponas insignia morbi Fasciolas, cubital, focalia

Cŭbo. as, bui, bitum (quamvis Cubatio, non Cubitio) cubare. [שכב *schacháb.* κατάκειμαι, ἀνάκειμαι, κοιμάομαι, κοιτάζομαι. Gall. *Se coucher, estre couché.* Ital *Giacere, esser desteso, coricarsi,* German. Ligen, schlaffen. Belg Rusten, slapen. Hispan. *Yazer.* Polon. *Spie lize.* Vngar. *Le fekszem.* Ang. *To lie downe or be layed.*] Sicut & ejus composita, quæ tàm primæ quàm tertiæ conjugationis inveniuntur: ut, Accubo, as, & Accumbo, is, Decubo, as, & Decumbo, is: Incubo as, & Incumbo is: Recubo, as, Recumbo, is, Occubo, as, & Occumbo, is, Virgilius: nec adhuc crudelibus occubat umbris: id est, jacet mortuus. Idem: Seu versare dolos, seu certæ occumbere morti. Secubo, as, & Secumbo, is, quod est seorsum & separatus cubo Propert. Miles depositis annosus secubat armis. Livius libro 39: Per jocum adolescens vetat eam mirari, se per aliquot noctes secubuisset: religionis se causa, ut voto pro valetudine sua facto liberetur. Habet tamen Cumbo aliqua composita, quæ non habet Cubo, ut discumbo, quod est cibi capiendi gratia jaceo, non Discubo: Procumbo, non procubo Similiter Cubo habet aliqua composita, quæ non habet Cumbo. Excubo, non Excumbo: Supercubo, non Supercumbo Est autem Cubare, jacere: ut cubare in lecto, Plautus. Cubare in specu, Plinius. ¶ Cubare in faciem, & cubare supinum, apud Iuvenal. ¶ Et absolutè apud Cic. 5. in Verr. Quum iste etiam cubaret in cubiculum introductus. Sic ire cubitum, & Surgere cubitu, Cat. ¶ Dicitur & de ægrotis. Horat. cubat hic in valle Quirieni: id est, ægrotat. sicut interpretes exponunt. Cicer. 2. Tuscul. Itaque narrabat eum graviter & copiosè, de hoc ipso, nihil esse bonum. nisi quod honestum esset, cubantem disputasse. Colum. lib. 7. cubitorem bovem appellat, qui sæpe decumbit ex pertinaci contumacia: quod quidem vitium fame & siti tollendum esse censet, non igni aliisve tormentis.

Cŭbĭto, as, n. p. frequentativum. sæpè cubo. [κοιτάω. Gall. *Se coucher ou estre couché souuent.* Ital. *Dormire nel letto* Ger Stätig, oder offt ligen schlaffen. Hisp *Dormir en le lecho.* Pol. *Vstawicznie spie.* Vng. *Fekdegelem, gyakran le fekszem.* Angl. *To lie often.*] Cic. pro Cœlio: & propter nocturnos quosdam inanes metus. tecum semper pusio cũ majore sorore cubitavit. Plaut. Pseud. Túne etiam cubitare solitus es in cunis puer?

Cŭbātŭs, us, m. q. Cubandi, sive dormiendi actus.] משכב *mischcháb* κοίμησις. Gall. *Couchement, repos de nuict.* Ital. *Il giacere, il riposarsi.* Germ. Das ligen schlaffen Hisp. *Y sita ò estada en la camara.* Polon. *Lezenie, spanie.* Vngar. *Fekvés.* Ang. *A lying & resting.* Idem libro 10. cap. 57: Medicina in fame, & cubatus in fumo.

Cŭbĭtŭs, hujus cubitus, m. q. Idem. Plin lib. 28. cap. 4: Supini cubitus oculis conducunt, & proni tussibus in latera adversus destillationes. Et lib. 9: Cubitus sibi sternere dixit.

Cŭbīlĕ, pen. prod. n t. Lectus, quod in eo cubetur. [משכב *miscáb* ערש *éresch.* κοίτη, εὐνή, Gall. *Lit, lieu à se coucher ou dormir, niche, taniere.* Ital. *Letto.* Germ. Ein Bett. Belg. Een bedde. Hisp. *Lecho, ò cubril proprio lugar de las fieras.* Pol. *Loze.* Vng. *Agyas ház kamara.* Angl. *A bedde, a couche*] Cic. 2. Tusc. Abducet Patroclus, credo, ut collocet in cubili: ut vulnus obliget. Idem 5. Tuscul. Terra cubile erat Anarchasi. ¶ Cubilia item dicuntur loca in quibus feræ cubant. Quint lib. 2. cap. 16 Moliri cubilia ferarũ Cic. de Nat. deor. Delitescunt cubilibus bestiæ. ¶ Dicuntur & de structura. Plin. lib. 35. cap. 14: Ea ingens, maxima moles fuit, nec sedit in cubili Vtimur hac voce & Vitruvius lib. 2. in eadem significatione. ¶ Cubile salutatorium dicitur in quo simulachra deorum imponi solent: quod & Lararium alio nomine dicitur. Plin. libr 15. cap. 11: Omnia jam & virorum salutatoriis cubilibus inclusa.

Cŭbĭcŭlŭm, n. f Locus ubi cubile & lectus positus est. [חדר *cheder,* οἰκοφθόνιον, κοιτών, Gall. *Chambre à coucher ou dormir.* Ital. *Camera* German. Ein Schlaffkammer, ein ort da viel Betten stehn, auff welchem man schlaffet. Hispan. *Camera donde dormimos* Polon. *Kommata do spania.* Vngar. *Kamoráska, agyas, házaska.* Angl. *A chamber to lie and sleepe in.*] Seneca ad Lucil. Quid prosunt multa cubicula? in uno jacetis. Cicer. 5. in Verr. In cubiculum introductus.

Cŭbĭcŭlārĭŭs, Qui in cubiculo ministrat, Cubiculi minister. [κοιτωνίτης. Gall *Chamberlain, valet de chambre.* Ital *Cammeriere.* Germ Ein Kämmerling, ein Diener so auff die Schlaffkammer wartet Hispan. *Camero, guarda de la camera* Pol. *Odloz.ij.* Vngar. *Kommornik.* Angl. *A groome of the chamber.*] Cicero 5. in Verr Hunc vestri janitores hunc cubicularii diligunt. ¶ Suet. in Dom. cap 17: Et Saturius decurio cubiculatorium. Dura cubilia ferri eruere. Ferri fodinas effodere Valerius libro 5. Argon Nam prius ignoti quàm dura cubilia ferri Eruerent, ensesque darent, odia ægra sine armis Errabant. De Chalybum populo.

Cŭbĭcŭlāris, & hoc, cubiculare, Quod ad cubiculum pertinet: [θαλαμηγός. Gall. *De chambre.* Ital. *Di camera, pertinente à camera.* German Das zu der Schlaffkammer gehört. Hisp. *Cosa para camera.* Polon *Loznicsij, do komory przynalezacy.* Vngar. *Kamorah.z valo.* Angl. *Per eining to a chamber.*] ut, Vestis cubicularis, qua in cubiculis utimur: & cubicularis lectus, apud Cicer. 5. Tusculan. ¶ Cubicularis pro cubicularia. Sueton. in Nerone, cap. 38: Incendit urbem tam palàm, ut pleriq; Consulares, cubicularesque ejus cum stuppa tædàque in prædiis suis deprehensos non attigerint. Quædam exemplaria legunt *cubicularios.*

Cŭbĭcŭlārĭŭs, aliud adject. [κοιτωνικός. Vng. *Kamora beli.*] ut Cubicularia lucerna, Martial. lib. 14.

Cŭbĭcŭlārĭī. m. f. Qui cubiculo, vel limina assident.] Vng. *Kamorá örzök*] Alphenus hos numerat inter eos, quos usus sui causa paterfamilias habet, ad finem l. in lege censoria ff. de verb. sign.

Cŭbĭtŏr, bitoris t. t. nomen. [φιλοκλινής, κοιμητικός, κοιμητής, [Pol *Ospalca.* Vng. *Fekuó.*] Colum lib. 6: Cubitorem bovem appellat, qui sæpè decumbit ex pertinaci contumacia. Quod quidem vitium fame & siti tollendum esse censet, non igni aliisve tormentis.

Cubus. m. f. [κύβος. Gall. *Figure quarree de tous costez, quarreau.* Ital *Cosa che ha la figura quadrata.* Germ. Ein ding das an allen orten gleich gevieret ist, als ein Würffel. Hisp. *Cosa quadrada. como el dado.* Pol. *Czworo graniasty.* Vng. *Négyszegü* Angl. *A figure that is square on all par ts as a dice.*] Est figura ex omni latere quadrata: quales sunt tesseræ, quibus in alveolo luditur: quæ etiam κύβοι à Græcis sunt appellatæ. ¶ In numeris etiam Cubus dicitur, quum omne latus ejusdem numeri æqualiter in se solvitur: sicut fit quando ter terna dicuntur, atque idem ipse numerus triplicatur.

Cŭcŭbo, as, pen. corr. Proprium est vocis noctuæ. [κικκαβίζω. Gall. *Huyer comme vn hibou ou chahuant.* Ital. *Gridare come la civetta.* Germ. Wigten oder heulen, schreyen wie ein Nachteul. Hispan. *Cantar la lechuza.* Pol *Puham* Vng. *Hubúgatok, bubugatok, bagolij mogyara bubugatok.* Angl. *To crie like an owle.*] Vt in carmine de Philome-

de Philomela, quod falsò Ovidio ascribitur: Noctua lucifuga cubat in tenebris.

Cŭcŭbă., Vide Scopes.

Cŭcūlĭo, Est (ut Capitolinus docet) genus pilei viatorum, quo capite obtecto, vagari nocte solent. [πῖλος ὁδοιπορικός. Gall. *Coqueluchon, vn chapeau ou couverture de la teste pour la nuict.* Ital. *Capello ò cappa portata in capo per la pioggia ò altramente.* German. Ein Nachthaub die man braucht so man wandert. Hispan. *El papahigo ò capirote.* Polon. *Kaptur.* Vngar. *Tsuklys, kápa.* Ang. *An hoode.*] Cato de Re rustic. capite 2. videtur ostendere vestis rusticæ genus fuisse, qua operæ adversùs tempestatum injuriam tegebantur. Quum tempestates (*inquit*) pluviæve fuerint, videto quot dies, quæve opera per imbrem fieri potuerint, dolia lavari, picari, villam purgari, fines veteres sarciri, novosque fieri: centones cuculionésve familiam oportuisse sibi sarcire.

Cŭcūlŭs, m. s. simplici c, & unico l, scribendum est, & semper mediam producit, teste Erasmo in adagio. Cuculus. [κόκκυξ. Gall. *cocu ou coucu.* Ital. *Cuculio vgello.* Germ. Ein Guckel/ Guggauch. Belg. Een koeckoet. Hisp. *Cuclillo ave.* Polon. *Kukulka, gzegzolka.* Vng. *Kakuk, (kamuk) kukuk.* Ang. *A cuckoow*] Horatius. 1. Serm. cui sæpè viator Cessisset, magna compellans voce cuculum. Martialis tamen penultimam corripuit: Quamvis per plures cuculus cantaverit annos. ¶ Est autem Cuculus avis notissima, quæ in aliarum avium nidis ova parit, quòd sciat se omnium avium generi esse odiosam, neque confidat pullos in suo nido tutò futuros. Quare non video quid Gallis venerit in mentem, qui adulteræ maritum Cuculum vocant, cui multò rectiùs Curucæ nomen conveniat, quæ aliena ova pro suis fovet. Plautus certè in Asinar. Cuculum vocat adulterum, quòd se licet ex alienis uxoribus liberos gignat, quos mariti pro suis educent. Plautus Asinar. Atteniam cubat cuculus: surge amator, i. domum. Et paulò pòst: Cano capite te cuculum ex lustris rapit. ¶ Cuculus etiam piscis est, κόκκυξ. Huic vocalitas tribuitur, ut lyræ Chalcidi & apro. Similis est mullo atque hirundini, cui corpus rubeum excepto ventre candido: rostrum incurvum atque acutum: Felle caret. Vide Lucerna.

Cŭcŭllŭs gemino l. Genus vestis est. [πῖλος, περικεφαλαία, τὸ κάλυμμα. Gall. *Coqueluchon, ou vne cape que les femmes portent pour se couvrir durant la pluye.* Ital. *Vello che ha il cappuzino, scartozzo.* German. Ein kleid mit einem gugel oder kappen/ ein kutten. Belg. Capitte. Hisp. *Capilla de vestidura, ò cogulla, papahigo, ò capirote.* Polon. *Kapika.* Vng. *Tsuklya, kápa.* Angl. *An hoode that women weare in tyme of rayne.*] Iuvenalis Satyr. 6: Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos. Vnde constat monachos nostros malè uti hoc vocabulo Cuculla fœminini generis. Sunt qui accipiant pro nautico ac rustico tegmine, ad arcẽdas pluvias. Columel. Cultam vestitamque familiam magis utiliter, quàm delicatè habeat munitam diligenter à vento pluviaque: quæ cuncta prohibentur pellibus manicatis centonibus confectis, vel sagis, aut cucullis. Iuvenalis. Contentusque illic Veneto duroque cucullo. ¶ Cucullus etiam pro tegmento papyraceo, quo pigmentarii utuntur, sumitur. [Gall. *Cornet.* Ital. *Scartoccio, sacchetto de specie* Venetii. Germ. Papierhäußlein. Belg. Papieren huyskens. Hispan. *Alcatraz, embolior o de especias.*] Martialis libro tertio: Vel thuris piperisque sis cucullus.

Cŭcŭllātŭs, a, um, Qui cucullo indutus est. [ὁ τὸ πῖλον περικείμενος. Pol. *kaptur kapicę nosși.* Vng *Tsuklyás, kápás.* Angl. *That weareth such an hoode.*] Colum. 11. cap. 1.

Cŭcūmă, penult. product. f. p. Vas æneum calefaciendæ aquæ idoneum. [דוד dudh. τὸ καυκαλίον, λέβης. Gall. *Paellon.* Ital. *Cuogoma di ferro ò di rame.* German. Ein Kessel. Belg. Een Ketel. Hispan. *Vaso de cobre, como caldera ò caldero.* Polon. *Kocziel, garniec miedzany.* Vngar. *Üst, vas fazék.* Ang. *A brasen pan to warme water in.*] Petron. Arbiter in Satyr. Frangitur cervix cucumæ, ignemque valescentem restinguit. ¶ Cucumam etiam appellatur tuguriolum exiguum in quo pauperiores habitabant. Martial. libro 10: Torquatus nitidas Pario de more thermas Extruxit, cucumam fecit Otacilius. ¶ Budæus scribit Cucumam esse genus baculi ferrati. Iurisconsul. ad legem Iul. de sicariis: Sed & si clava percusserit, aut cucuma in rixa: quamvis ferro percusserit, tamen non occidendi animo, leniendam ejus pœnam.

Cŭcŭmēllă, f. p. diminutivum. [Vngar. *Üstöske, vas fazekaska.*] Vasculi genus quod à forma cucumeris nomen suum invenit, ad eundem usum ad quem & labra & crateres paratum. Conanus Alphenus. si quando ff. si servi vendi. Et Sejus in eo sylvam sevisset, neq; non labra, crateras, cucumellas positas haberet, &c.

Cŭcŭmĕr, m. t. sive Cŭcŭmĭs, penultim. corrept. cucumeris, sive cucumis in genitivo, Herba est sarmentis prælongis humi repentibus, & in ramos vitis modo se diffundentibus, folio rotundo, cucurbita aliquando minore, flore luteo, fructu oblongo, & ubi maturuerit, flavo, masculis quibusdam distincto, qui & ipse herbæ suæ cognominis est. [קשוא kischschú. σίκυος, ὁ σίκυος. Gall. *Concombre.* Ital. *Cucumero.* Germ. Cucumeren/ ist ein frucht gleich den kleinen Kürbsen. Belg. Concommer. Hispan. *Cohombro.* Polon. *Ogorek.* Vngar. *Vgorka.* Angl. *A cucumber.*] Varro libro 4. de Lingua Latina, autor est, Cucumeres à Curvitate dictos quasi curvimeres. Vnde & Tortum Cucumerem vorat Virgilius 4. Georgic. tortusque per herbam Cresceret in ventrem cucumis. ¶ Plinius tria enumerat cucumerum genera, Laconicum, Scytalicum, & Bœoticum. vide ipsum libro 19 capite 5. ¶ Cucumis etiam piscis est digiti crassitudine & longitudine, tuberculis aliquot aspersis, veluti in cucumere terrestri parvo. Partes interiores indiscretas habet. Plinius libro 9. capite 2. Rerum quidem non solùm animalium simulacra esse licet intelligere intuentibus uvam, gladium, serras, cucumin verò & co ore & odore similem. Vide libro 32. capite ultimo. Cucumis marinus Græcis ψολίς: piscis est marinus alius à superiori & Cosyndem expressus aquam ejulantur syphonis modo. Simillimus est cucumeri parvo figura solùm, non odore nec colore, oblongus est, quamvis angulis & superficiebus insignis cujus digitalis crassitudo, longitudo minor digito, singuli anguli tuberculorum in cucumeribus gemina serie exarantur. Color rufus est, corio tegitur ut tethya.

Cŭcŭmĭs ănguĭnŭs, sive sylvestris, Herba est solo fructu à sativo cucumere distans, quem multò minorem habet, glandibusque longiusculis similem. [σίκυς ἄγριος. Polon. *Płonny ogorek albo, psi ogorek.* Vngar. *Mezei vgorka.*] Officinæ *cucumerem asininum* appellant. Succum ejus Elaterium vocant, ἀπὸ τοῦ ἐλαύνειν: hoc est ab expellendo, siquidem & menses mulierum retentos expellit, & gravidis abortum facit. Vide Plinium libro 20 cap. 1.

Cŭcŭmĕrārium, n. s. locus cucumeribus consitus. [מקשה mikschah. σικυήλατον. Gall. *Le lieu où croissent concombres.* Ital. *Luoc doue nascano cumeri.* German. Ein ort da viel Cucumeren gepflantzet sind. Hispan. *Pleito ombral.* Pol. *Miejsce ogorkami posiane.* Vng. *Vgorkás hely.* Ang. *A place planted with cucumers.*] Cyprianus pro tugurio custodiarum posuit. Solet enim fieri tuguriolum, in quo custos vigilanter observat, ne cucumeres auferantur cucumerario.

Cŭcŭmĭs, Genus piscis ex genere concharum, cujus meminit Plinius libro 33 capite 11. Est etiam cucumis ornamentum ex aurichalco, in modum lunæ factum, quod habenis affigitur, lorisve, quæ ab armis pendent, atque pectore equorum. Aliàs pro vase apud Martialem.

Cŭcŭrbĭtă, f. p. Herba hortensis est notissima, etiam hodie in officinis nomen retinens, fructus magnitudine omnes tùm arborum fructus exuperans. [κολοκύνθη. Gall. *Courge.* Ital. *Zucca.* German. Ein Kürbß. Belg. Een Cauwoorde. Hispan. *Calabaça.* Polon. *Bania korbas.* Vngar. *Tök.* Angl. *A gourde.*] Plinius libro 19. capite 5. duo ejus facit genera, Plebeium, quod humi repit: & Camerarium, facili flexibilique ramorum gracilitate tecta, pergulas & testudines operiens. Verba ejus sunt hæc: Cucurbitæ duo prima genera, Camerarium, & Plebeium quod humi repit. In priore mirè tenui pediculo libratur pondus immobile auræ. Hæc omni modo fastigatur, vaginis maximè vitilibus, conjecta in eas, postquam defloruit. Crescit qua cogitur forma, plerunque & draconis intorti figura: libertate verò pensili concessa jam visa est novem pedû longitudinis. *Hæc ille.* ¶ Aut cucurbitæ florem aut cucurbitam, κρίνον, ἢ κολοκύνθην. Id perinde valet quasi dicas, Aut mortem aut vitam: Aut lucrum, aut damnum: Aut victoriam, aut contrà. Græci cucurbitæ florem κρίνον appellant. Incertum autem utrum mox evanescat, aut cucurbitam sit parturus. ¶ Cucurbitas lippire, κολοκύνθας λημᾶν. In cæcutientes ac stupidos dicitur, præsertim in eos, qui ætatis vitio desipiscunt. ¶ Cucurbita sanior, κολοκύνθης ὑγιέστερος. Suidas & Zenodotus pro adagio referunt: citatur ab Athenæo libro tertio. Hinc ductum proverbium, quod cucurbita undique turgeat integra, nec rimis hians, vermiculis obnoxia. ¶ A fructus hujus similitudine apud Celsum libro secundo, capite 11. Cucurbitam & per diminutionem Cucurbitulam, eum appellari legimus, quæ nũc vulgò *Ventosa* dicitur. Prima enim hujusmodi vascula ex cucurbitis fiebant. Ait enim, usus Cucurbitulæ, præcipuus est, ubi non in toto corpore, sed in parte aliqua vitium est. Ibidem: Cucurbitularum duo sunt genera, Aeneum, & Corneum: ænea, altera parte patet, altera clausa est: cornea, altera parte æquè patens: altera foramen habet exiguum. &c. Iuvenal Satyr. 14: vacuumque cerebro Iam pridem caput hoc ventosa cucurbita quærit.

Cŭcŭrbĭtŭla Vide Cucurbita.

Cŭcŭrbĭtīnŭs, adject. ut Cucurbitina pyra dicimus & Cucurbitinas ficus, ob cucurbitæ similitudinem. [κολοκυνθινά. Vng *Tök formáiúra való.* Cato de Re rust. cap. 7.

Cŭcŭrbĭtārium, rii, n. s. Locus in quo seruntur cucurbitæ. [κολοκυνθών. Vngar. *Tök termő hely.* Ang. *A place wherein gourdes growe.*]

Cŭcŭrbĭtārĭŭs, Amator cucurbitarum. [φιλοκολόκυνθος. Vng. *Tök szerető.*].

Cupidior, cupidissimus, comparativa & superlativa. Vngar. *Kévánób*. Ang. *More desirous greedie*.] Cicer. ad Attic. libro 2: Cupidissimus mei. Cupidissimus pacis Asinius Pollio ad Cic. lib. 10. Epist.

Cupide, adverbium, Studiosé [*σπουδαίως, φιλοτίμως*. Gall. *Affectueusement, auec en par grande affection*. Ital. *Affettuosamente, con gran desiderio*. German. Begierlichen. Hispan. *Codiciosamente*. Pol. *Chetliwie*. Vngar. *Kévánsaggal, kévánatossan*. Angl. *With great desyre*.] Cicer. pro Rosc. Ego vero cupide & libenter mentiar tua causa. Terent. in Adelph. Egomet conveniam ipsum, ut cupidè accipiat.

Cupido, f. t. pro cupiditate accipitur: quanvis Cupiditas levior sit quàm cupido. [חמד *chemedh* תאוה *taavah*. *πόθος, ἐπιθυμία*. Gall. *Conuoitise, desir, vouloir*. Ital. *Cupidita, cupidigie*. German. Ein grosser begierd. Hispan. *Codicia*. Polon. *Wielkazadza*. Vngar. *Kévánság*. Ang. *Desire, couetousnesse, lust*.] Lucilius libro 19: Cupiditas ex homine, cupido ex stulto nunquam tollitur. quòd cupiditas pars sit temperatior, defluens à cupidine. Est autem animi affectio à libidine & cupiditate proficiscens: qualis est avaritia, qua opes cupiuntur, qualis iracundia, qua ultionem appetimus, & similia. Virgil. 6. Aeneid. quæ lucis miseris tam dira cupido? Plaut. Pœnul. Quanquam cupido versatur in corde tamen &c. Mortis cupido. Ovid. in Ibin: Quodque ferunt Broteam fecisse cupidine mortis. ¶ Invenitur etiam nonnunquam in masculino genere. Horat. 1. Carm. Ode 16: Nec leves somnos timor, aut cupido Sordidus aufert. Idem 1. Serm. Satyr. 1: At bona pars hominum decepta cupidine falso. ¶ Cupidines. Pluraliter. ut, Mater dulcium cupidinum. Horat. 4. Carm. Ode 1.

Cupiditas, atis, f. t. Aviditas, libido, desiderium, studium, amor. אוה *avvah* תאוה *taavah*. *ἐπιθυμία*. Gall. *Conuoitise, appetit, desir*. Ital. *Cupidita, cupigine*. German. Begierigkeit. Hispan. *Codicia*. Polon. *Pozadliwosc, zadza*. Vng. *Kévánság*. Ang. *Great desire, greedie, lust, couetousnesse*.] ut Cupiditas cibi. Cels. lib. 8. & Cicer. 4. Academ. Seneca de Benef. libro 2. capite 27: Cupiditas se porrigit, & fœlicitatem suam non intelligit: quia non unde venerit respicit, sed quò tendat. Cicero in Parad. Neque enim unquam expletur nec satiatur cupiditatis sitis. Græca & temeraria dominatrix animi cupiditas, Cicero 1. de Invent. ¶ Cupiditas pro turpi amore. Sueton. in Calig. cap. 24: Reliquas sorores nec cupiditate tanta, nec dignatione dilexit. Dicit Caligulam cum omnibus sororibus suis consuetudinem stupri fecisse, impatientiùs tamen Drusillam amasse quàm reliquas.

Cupressus, si, f. t. [*κυπάρισσος*. Gall. *Cypres*. Ital. *Cipresso*. Germ. Ein Cypressbaum. Belg. Cypressen/ oft Cypressenboom. Hisp. *El cypres*. Pol. *Cypris*. Vng. *Cziprus fa*. Ang. *A cipre tree*.] Arbor procera caudice oblongo & recto, folio pini, sed carnosiore, molliore; , neq; ita pungente, fronte indecidua, odore vehemētē. ¶ Duo ejus sūt genera: Fœminina quæ sterilis est, ad metæ formam in fastigio convoluta: & Mas, latiùs spargens ramos comosq; proterens pinæ nuci nō absimiles, licèt multò minores.

Mira

Mira hujus est inter arbores fœcunditas: quippe quæ trifera est, fructusque habet & Ianuario, & Majo, & Septembri maturos, nulli tamen rei utiles, imò potiùs noxios, quemadmodum ipsa arbor, cujus etiam umbra noxia creditur: Græci κυπάρισσον vocant, à Cyparisso puero in arborem hanc (ut poëtæ fabulantur) converso: sive potiùs παρὰ τὸ κυεῖν παρίσους: hoc est, ab eò, quòd ex æquo & ramos & fructus creet. Numeratur cupressus inter arbores funestas, eò quòd & tarde crescat & succisa nō repullulet. Ideò funebri signo ante defunctorum ædes eam posuère maiores. ¶ Legitur & Cupressus, us, per quartam declinationem. Ovid. 3. Trist. Funeris ara mihi fera i cincta cupressu. Idē 3. Metam. Vallis erat piceis, & acuta densa cupressu.

Cupressinus, a, um pen. corr. Quod ex cupressu confectum est, [κυπαρίσσινος. Gall. De cypres. Ital. Di cipresso. Germ. Cypressen. Hispan. Cosa de cipres. Pol. Cypressowy. Vng. Cziprus fabol valo. Angl. Of a cipre tree.] Plin. lib. 23 c. 4: Cupressinum oleum eosdem effectus habet, quos myrteum.

Cupresseus, a, um, Quod ex cupressu confectum est. [κυπαρίσσινος. Gall. Fait de cypres. Ital. Fatto de cipresso. German. Das auß cypreß gemachet ist. Hisp. Hecho de cipres. Pol. Z cyprissu uczyniony. Vng Cziprus fab ból csinaltatot. Ang. Made of a cipres tree.] Liv. 7. bell. Pun. Post eas duo signa cupressea Iunonis reginæ portabantur.

Cupressetum, ti, penult prod. n. s. Locus cupressis consitus. [κυπαρισσών. Gall. Lieu complanté de cypres. Ital. Luogo che à in lui cipressi. Germ. Ein ort da viel cypreßbäum wachsen. Hisp. Lugar de muchos cipreses. Pol. Miesce cyprissem osadzone. Vng. Azmel jok cziprus fa vagyon. Ang. A place planted with cipre trees.] Cic. 1. de Legib. In cupressetis Gnosiorum.

Cupressifer, a, um. Ferens cupressus [κυπαρισσοφόρος. Gall. Qui porte cypres. Ital. Che produce cipressi. Germ. Das cypreßbaum tregt. Hisp. Lugar que cria cipreses. Polon. Cypryß rodzacy. Vngar. Cziprust termö. Angl. That beareth or bringeth cip e trees.] Ovid. Epist. 9. Ut Tegeæus aper cupressifero Erimantho Incubat.

Cuprum, n. s. Genus quoddam æris, quod à Plinio Aes cyprium vocatur. [נחשת nechósheth, κύπριος χαλκός. Gall. Cuyure. Ital. Rame. German. Kupffer. Belg. Cooper. Hispan. Cobre. Polon. Miedz. Vng. Réz. Ang. Copper metall.] Vnde apud Palladium Cuprini clavi dicuntur.

Cupreus, a, um [Polon. Miedziane naczynie. Vngar. Rézböl valo. Angl. Of copper.] ut, Cupreum vas. Plin lib. 23. cap. 3. Cogitur in cupreo vase ad crassitudinem mellis.

Cur. Interrogandi adverbium, idem significans quod Quare, [מדוע madduah למה lammáh. διὰ τί, τίνος χάριν, Gall. Pourquoy? Ital. Perche? per che cagione? German. Warumb? auß was ursach? Belg. Waerom? Hispan. Porque? Pol. Czemu dlaczego? Vngar. Miert, mire? Ang. Where fore or why? for what cause?] Licet quidam Quur per q, scribendum putent, & à quare per syncopen atq; apocopen deductum, a & e literis detractis. Terēt. in And. Cur me excrucio? cur me macero? cur meam senectutem hujus solicito amentia? Aliquando etiam relativè accipitur, vel infinite Cicero pro Rosc. Com. Non fuit causa cur tantum laborem caperes. ¶ Cur & quare Corn. Fronto ita distinguit, ut Cur sit simplicis percontationis. Quare verò causam rationemque desideret.

Cūrā, f. p. Solicitudo, anxietas, ita dicta quòd cor edat, & excruciet [דאגה deagháh חרדה charadháh, φροντίς. Gall. Cure, soin, souci, chagrin. Ital. cura, pensiero, travaglio. Germ. Sorg. Hispan. Cura o el cuidado. Pol. Staranie, troska. Vng. Gond, szorgalmatosság. Angl. Care, studie, labour, travell, sollicitude, pensivenesse.] Terēt. in Phorm. Cura & sumptu absumitur. Ennius apud Cic. de Senect. O Tite, siquid ego adjuto, curámve levasso, Quæ nunc te coquit, & versat sub pectore fixa. Virg. 1. Aen. quando hæc te cura remordet. Atq; ex his locis intelligitur id quod Corn. Fronto in lib. de diff. vocab. scribit, Curam, animi esse, hominemq; anxium reddere & tàm in honestis rebus, quàm inhonestis versari. ¶ Quandoque pro munere, quo curator fungitur: Vulgò Curatela dicitur, Vlp. l. Hæres absens. §. Siquis tutelam ff. de judic. Siquis tutelam, vel curam, vel negotium, vel argentariam, vel quid aliud, unde obligatio oritur, certo loco administravit. Virgilius etiam apud inferos, inter monstra habitantia in faucibus inferorum ponit Curas, quasi deas aliquas: & ultrices posuère cubilia Curæ. ¶ Quandoq; ponitur pro studio & diligentia: ut, Salus tua est mihi curæ, id est, ad salutem tuam studio adhibeo. ¶ Quandoq; pro opere, quod adhibita cura fit. Mart. Teq; piget curæ præmia ferre tuæ: id est præmia operis abs te facti. ¶ Quandoq; pro amore. Virgil. Aen. At Regina gravi jam dudum saucia cura.

Cūrālis, le. [Vngar. Gondos.] Ut fasciæ curales pedulesq; apud Vlp. D. lib. 34 Tit. 2 l. 25. Sed præstat legere crurules, cum Beroaldo majore Vide supra CRURALES post Crus.

Cūrantia eadem quod Curatio, sive Cura [Vng Gond, gondviselés. Ang. A diligent dressing or trimming.] Eius contrarium est Non curantia, incuria. Cic. ad Quint. Fratr. lib. 2: Quod me admones de non curantia, suadesque ut meminerim Iovis orationem.

Cūriōsus m. f. Nimiùm in inquirendo aut re aliqua agenda diligens: in bonam & malam partem sumitur. [חרד chared, φιλόπραγμος, πολυπράγμων, περίεργος. Gall. Curieux, soigneux. Ital. curioso. Germ. Sorgfeltig/ geschefftig. Belg. Te veel sorgende. Hisp. Curioso y diligente. Polon. Chciwy do poznania każdey rzeczy, biegły. Vng Nyughatatlan, elmés, az ki mindennek végére akar menni. Ang. curious, busie, that laboureth in thinges to much.] Est igitur Curiosus qui multum, sive diligenter aliquid curat. Cicer. Ap. pio Pulchro: Ita est homo, non modò prudens, verumetiam æquè in vit. curiosus. Et pro Sestio: Etenim animus ejus vultu, flagitia parietibus tegebantur. Sed hæc obstructio nec diuturna est, neque obducta ita, ut curiosis oculis perspici non possit. ¶ Curiosus, pro Delatore. Sueton. in Augusto, capite 27: In eadem hac potestate, multiplici flagravit invidia. Nam & Pinarium equitem Rom. quum concionante se, admissa turba paganorum, apud milites subscribere quædam animadvertisset, curiosum ac speculatorem ratus, coràm confodi imperavit. ¶ In bonam quoque partem Columel. libro tertio, usus est adverbio: Sin autem (inquit) ipsam vitem sternere voles, juxta radicem ita ne ipsam lædas, curiosè fodito. μετ᾽ ἐπιμελείας. Similiter Incuriosè, ἀμελῶς, ἀπερισκέπτως. Gell. Siquis non incuriosè legat. Non est ergo curiosus, à prava tantùm cura, uti Valla putavit, sed etiam à diligenti & optima. De derivatione quoque (quum dicit, Curiosus non tàm à cura, quàm à curia, videtur descendere, cujus compositum magis est in usu. Incuria, ἀμέλεια: id est, negligentia. Etsi curia à cura dicatur) non crassentio, neque de compositione, ut à curia componatur incuria: sed dico ita venire curiosus à cura, per adjectionem literæ i, quemadmodum & curia, nisi à curio sumere velimus. Similiter Incuria per adjectionem i, liquet non à curia, sed à cura componi, quod significatio eorum apertè declarat. Nam cura & incuria, sunt opposita, & ex contraria eorum significatione facile monstratur incuria à cura componi: quoniam in, negative stat: & alterius significatio, ex contrario, alterius edocetur, eo quod sicut cura, diligentia est, ita incuria negligentia, ut Cicero in Lælio ostendit. Vituperanda est rei maximè necessariæ tanta incuria. Quod non significaret, si à curia componeretur: nam esset locus à cura diversus: quoniam curia locus erat, ubi curas publicas gerebant, & ubi cura sacrorum publica. Nec adjectionem literæ i, in Curiosus, incuriosus, & incuria, nisi euphoniæ causa factam puto, quòd non rectè sonet curosus & incurosus & incura. Curia verò accepisse i, arbitror, ut aliam à cura significationem caperet, & nihilominus privati naturam semper teneret. ¶ Aliquando incuriosus capitur pro pingui, quod illi potissimùm qui omni prorsus cura sunt liberi, pinguescant. Vnde Apuleius in Florid. agnum egregiè obesum vocat incuriosum. Alciat. in Rub. C. de Curios. & statione lib. 12: Curiosi erant, qui passim delicta in re militari commissa nuntiabant. Scutus ad Theodosium, scribit in officio magistri officiorum, esse curiosum unum cursus publici, quales sunt magistri cursorum, Postmeister/ vocabulo majoribus nostris ignoto appellati. Nam ii nobis primùm sub Cæsare Maximiliano innotuerunt: Memoriam nanque patrum neglectam, ejusmodi cursorum, quos & nos voce Gallica Postes vocamus, consuetudine Vicecomitum Mediolanensium Ducum familiæ renovatus.

Cūriōsitas, f. t. Nimia cura, nimia diligentia. [חרדה charadháh, πολυπραγμοσύνη. Gall. curiosité, soin. Ital. Curiosità, diligenza. German. Sorgfeltigkeit/ geschefftigkeit. Hisp. Curiosidad, diligencia. Pol. Pilność, opatrność. Vngar. Feslésö valo szorgalmatosság. Ang. Curiositie, pik d diligence.] Cic. ad Attic. lib. 2: Sum in curiositate ὀξύπεινος: sed tamen facile patior te id ad me, &c.

Cūriōse, adverb. diligenter. [ἐπιμελῶς. Gall. curieusement, soigneusement. Ital. Diligentemente, curiosamente. Germ. Sorgfeltiglich/ geschefftiglich. Hisp. Curiosa y diligentemente. Polon. Dbale, dostatecznie. Vngar. eö deib szorgalmatoson. Ang. curiouslie, with great paines and travell.] Cic. ad Attic. lib. 9: Quem de eo curiose quæsisset servus noster Dionysius. Quintil. lib. 8. cap. 11: Quos curiosè potiùs loqui dixeris, quàm Latinè. Ab Incuria Incuriosus, & incuriose. Plin. Rebellat sæpe humor incuriosè datus.

Cūriā, f. p. Sedes ac templum publici consilii, [עדה hedháh βουλευτήριον, ἀρχεῖον. Gall. La court, le lieu du parle & conseiller des affaires publiques. Ital. Corte, curia, luogo da consultare de cose publiche. Germ. Ein Rhathauß oder Richthauß/ ein ort da man sich uber viel dingen sachen sorgens oder bedenckens annimpt. Belg. Dat Raethuys. Hispan. corte, lugar donde esta el consejo. Polon. Ratusz dom radny. Vngar. Vduar, tanats haz. Anglicè, A counsaile place a place where maters ar pleaded for.] Curia, inquit Festus, Locus est ubi publicas curas gerebant. Cicero de Senect. Non curia vires meas desiderat, non rostra, non amici, non clientes, non hospites. Curiæ etiam nominantur populi partes, quales fuerunt eæ, in quas Romulus populum distribuit, numero triginta: quas quoniam tunc Reipub. curam per earum partium sententiam expediebat, Curias appellavit. His postea additæ aliæ quinque fuère, ita ut omnino triginta sex essent. ¶ Curia Calabra, a Calando: hoc est, à vocando dicta est, quòd calata: hoc est, vocata in eam plebe, Pontifices pronuntiare solent, quot dies à Calendis ad Nonas superessent. ¶ Curia Hostilia, quam primum ædificavit. Hostilius rex Romanorum. ¶ Cicero pro Milone curiam vocat templum sanctitatis amplitudinis, mentis, consilii publici, caput urbis, aram sociorum, portum omnium gentium, sedem ab universo populo concessam uni ordini.

Cūriālēs, m. t. dicuntur, qui sunt ejusdem curiæ, sicut Tribules, ejusdem tribus. [φυλέται, πάγειοι. Gall. Qui est d'vne mesme

curie,

curie, Ital. *Della istessa curia.* German. Rhatsfreund/ die von einem Gericht oder Rhat sind. Belg. Ghildbroeders. Hispan. *Cosa de misma corte.* Pol. *Radni panowie s. inie raczy dobrim sposobem.* Vngar. *Vduarbeliek, egy vduar hazhoz, (vagy) tanátshoz valok.* Ang. *Of the same tribe or warde.*] Curiales flamines, curiarum sacerdotes. Curiales mensæ, in quibus immolabatur Iunoni, quæ Curis est appellata. Plaut. in Aulul. Nam neque quisquam curialium Venit, neque magister quem dividere argentum oportuit. Cicero secundo Offic. Theophrastus quidem Cimonem Athenis etiam in suos curiales Laciadas hospitalem fuisse. ¶ Curialis idem aliquando quod Decurio: id est, qui in colonia vel municipio tanquam Senator est. L. 12, Cod. de Episc. & cler. ubi qui Curialis primùm, paulò pòst, Decurio appellatur.

Curiatus, a, um, adject. [φρατριακὸς, ὁ τῆς φρατρίας. Vngar. *Vduari.*] ut Curiata lex, à curiatis comitiis dicta. Cic. ad Att. Qui se affuisse dicerent, quum lex curiata ferretur. Et curiata comitia, conventus qui curiatim per lictorem cogebantur. Gell. lib. 15 c. 27: Curiata comitia erant, quæ curiatim per lictorem calabantur: id est, convocabantur: quorum erant pontifices arbitri, teste Cicerone pro Domo sua. Idem pro lege Agraria: Nunc quia prima illa comitia tenetis centuriata & tributa, centuriata auspiciorum causa remanserunt. De his vide plura in dictione COMITIUM.

Curiatim. [κατὰ φρήτρας Homero. Vngar. *Vduaronként.*] Gell. lib. 15. cap. 27: Comitia curiata per lictorem curiatim calari: id est, convocari.

Curio, onis, m. t. Sacerdos curiæ. [ὁ φρατρίαρχος. Gall. *Le maistre d'une curie, leur sacrificateur.* Ital. *Curione prete.* German. Der oberist auff einem Rhathauß/ wie ein Zunfftmeister auff einer Zunfft. Hispan. *Cura.* Polon. *Naywyzszy radny pan, sprawcą, wirschey radi, cakowi jest marszalek ynas.* Vngar. *Vduari pap.* Ang. *A curat, he that hath the spirituell charge of a warde or parishe.*] In curiis enim sacerdotes ita res divinas curabant, sicut Senatus res humanas in curia Hostilia curare solebat, ut scribit Varro. ¶ Non inepte fortassis etiam nostros hos sacerdotes, quos vulgus *Curatos* vocant, *Curiones* dixerimus, & *Curionatum*, quam *curam* barbarè appellamus. ¶ Curio maximus, ἀρχιερεὺς dicebatur cujus autoritate curiæ, omnesque curiones regebantur. ¶ Curiones quoque dicti sunt præcones. Iul. Capitolinus: Ille per curionem dici jussit, impolturam fecit, & passus est. Euseb. lib. 4. Ecclesiast. hist. Misso curione ad populum, jubet uoce maxima protestari Polycarpum, tertiò confessum se esse Christianum. Plautus verò in Aulul. Agnum curionem appellat macilentum, tanquam ob curam macerarum confectumque: unde à contrario Apuleius in Florid. agnum opimum & pinguem dicere volens, appellavit Incuriosum. Item Curiones dicti sunt quidam Romani cives.

Curionatus, us, Curionis dignitas.

Curionia sacra. Vide paulò pòst.

Curionium, Dicebatur æs, quod dabatur Curioni ob sacerdotium Curionatus. Festus.

Curo, as, are, act. p. Operam dare, in re aliqua elaborare, rei alicui studere, incumbere, diligentiam curamq; adhibere. [שקד *schakadh* דאג *daagh* חרד *charadh.* σπουδάζω. Gall. *Soigner, avoir cure & soin.* Ital. *Hauer cura, por cura, affaticarsi.* German. Sorgen/ fleiß anwenden. Hispan. *Tener cuydado.* Pol. *Staram sye.* Vng. *Gondos viselek, gongyát viselem.* Ang. *To giue diligence, to travell and be about to do any thing.*] In qua significatione ponitur interdum absolutè. Terent. in Andria: Perterrefacias Davum, observes filium Quid agat, quid cum illo consilii capiat. SOS. Sat est: curabo. Idem: Hanc fidem sibi me obsecravit, qui se sciret non deserturum, ut darem. DA. Curabitur. ¶ Et hoc aliquando cum Ut. Cic. Fam. 16: Cura igitur nihil aliud, nisi ut valeas. ¶ Aliquando cum Ne. Idem Famil. 2: Vnum illud te præcipue rogo, ut cures ne quid mihi ad hoc negotii, aut oneris accedat, aut temporis. ¶ Interdum cum accusativo, Cicero Attic. 8: Tu fasciculum, qui est M. Ciceroni descriptus, velim cures ad eum perferendum. Et Famil. 7: Mandatum tuum curabo diligenter: sed homo acutus ei mandasti potissimùm, cui expedirет illud venire quamplurimi. Idem Att. 1: Signa, quæ curasti, ea sunt ad Cajetam exposita. Sic curare pecuniam significat pecuniam ad dissolvendum conficere, & comparare. πορίζω. Idem: L. Cincio H. S. DCCC. pro signis Megaricis, ut tu ad me scripseras, curavi. ¶ Et Curare, vel curare corpus, pro reficere. φιλοσωματεῖν. Plaut. Qui se, suamque ætatem benè curant, edunt, bibunt, scortantur, illi sunt alio ingenio atque tu, qui neque tibi esse parere, & illis, quibus est, invides. Cicer. Famil. 16: Cura igitur te, & confirma. Virgil. Corpora curamus, fessos sopor irrigat artus. ¶ Significat quoque hoc verbum mederi, curationem adhibere. [רפא *rapha,* ἰάω, θεραπεύω. Polon. *Lecżie.* Vng. *Gyogitani.* Angl. *To cure, to make whole.*] Cicer. de Senect. Adolescentes gravius ægrotant, & tristiùs curantur. Idem in Pison. Et quum isto fœdo teterrimam nobis popinam inhalasses, excusatione te uti valetudinis, quod diceres vinolentis te quibusdam medicaminibus solere curari. ¶ In passiva significatione sic usus est Cicero Tuscul. 3: An quum corpora curari possit, animorum nulla medicina sit? Et cum ablativo, addita præpositione Ab. Idem pro Cluent. Muner exclamat se eo nullo modo curari velle, quo curante omnes suos perdidisset. Sic Acad. lib. 2: Quis enim potest quum existimet à deo se curari, non & dies & noctes divinum numẽ horrere? ¶ Hujus composita sunt Accuro: unde Accuratus, & adverbium Accuratè, Concuro, Procuro, Percuro, quæ vide suis locis. ¶ Aliquando Curare significat Colere, θεραπεύειν, ut Plin. Epist libro 1: de Regulo: Est enim locuples, curatur à multis, timetur à pluribus.

Curatur, Impersonale. Apud Plin. libro 18. cap. 27: Curatur ut vinea vetus semel fossa sit. Plaut. Cas. Noctu ut condignè recurubes curabitur.

Curatus, participium. Cum diligentia & cura factus. בחר *bari.* ἐπιμεληθείς. Gall. *Fait avec soin & cure.* Ital. *Fatto con cura & diligentia.* Germ. Versorget/ mit fleiß auffgericht/ oder gemacht. Hispan. *Hecho con mucho cuydado.* Pol. *Opatrzony.* Vng. *Gondal finoltatot.* Ang. *Done with care and diligence, sene to.*] Bene curata cute nitidus, Horatius 1. Epistol. Plinius libr. 18. capite 6. Adduxit filiam validam atque bene curatam ac vestitam.

Curatè, adverbium, Accuratè. [ἐπιμελῶς. Gall. *Diligemment, soigneusement.* Ital. *Diligentemente, con attentione.* Germ. Fleissiglich. Hisp. *con mucho cuydado.* Pol. *Pilnie.* Vng. *Gondal, gondviselesfel.* Ang. *Diligentlie and well.*] Tac. lib. 2. Ejus negotii initium, ordinem, finem, curatiùs edisseram.

Curator, m. t. procurator. [דאג *doegh* חרד *charedh* פקיד *pakidh.* ἐπίτροπος, κηδεμών, ἐπιμελητής, ἐπίσκοπος, ἔφορος. Gall. *Curateur, qui à la charge & le soinde quelque chose.* Ital. *Curatore, tutore.* Germ. Ein Versorger/ Schaffner/ Pfläger. Belg. *Een Besorgher/ voocht.* Hisp. *Curador.* Pol. *Dozorca, sprawca.* Vngar. *Gondviselő.* Angl. *A curatour, il at hath the charge of any thing.*] Generali nomine dicitur præpositus alicui negotio: ut reficiendis muris curator Demosthenes fuit, Cicero de Optim. gener. Orator. ¶ Curatores urbis, & annonæ ædiles. Idem tertio de Legib. Institut. de Curatoribus. §. primo: Masculi quidem puberes & fœminæ viripotentes usque ad vicesimum quintum annum completum curatores accipiunt: quia licet puberes sint, adhuc ejus ætatis sunt ut sua negotia tueri non possint. Festus scribit, Curatorem esse qui pupillis loco tutoris datur, quasi qui pupillarium bonorum curam gerat. Ejus officium vocabatur Curatura aut Curatoria. ¶ Egere curatoris dicimus, quos tacitè innuere volumus non compotes esse mentis suæ. Horat. 1. epist. 1: Insanire putas solennia me, neque rides? Nec medici credis, nec curatoris egere A prætore dati? Vbi obiter observa Solennia pro solenniter.

Curatio, onis, f. t. Cura, provincia alicui delegata, procuratio, munus. [דאגה *deaghah* פקדה *pecudah.* ἐπιτροπή. Gal. *Curation, guarison.* Ital. *cura, guarire.* German. Ein sorg, oder ampt das einem auffgelegt ist. Belg. Ernen sorghinghe. Hisp. *curaderia, cuydado.* Polon. *Dozrzenie, opieka.* Vng. *Gondviselés.* Ang. *A curing or healing.*] Cic. ad Attic. lib. 15: Ego quod eram meditatus in via, suadere ut uteretur curatione Asiatica frumenti: nihil esse jam reliqui quod ageremus, nisi ut salvi essemus. Idem de Nat. Deor. Ab omni curatione & administratione rerum vacent. ¶ Curatio item, sive curatela, est potestas administrandi bona ejus qui vel ob ætatem, vel ob mentis corporisve vitium suis rebus præesse non potest: in qua significatione Iurisconsultis usitatum. ¶ Curatio item pro medendi actu ponitur. Cic. in Epist. De medico bene existimari scribis, sed ejus curationes non probo.

Curatura, f. p. Curatio. [ἐπιμέλεια, δίαιτα. Vng. *Gondviselés.*] Terent in Eunuch. Deducũt cibum. Tametsi bona est natura, reddunt curatura junceas.

Curatoria, æ, f. p. Munus curatoris adulti. [ἐπιτροπή, ἐπιτροπεία, ἐπιτροπεύσις, ἐπιτροπία. Gall. *Curatele office & charge de curateur.* Ital. *Vfficio & carico di curatore.* German. Das ampt eines solchen Vogts. Hisp. *Curaderia, la officio del curador.* Pol. *Opieka.* Vngar. *Egyes emberneк gond viselése.* Ang. *The office of a curatour.*] Herenn. in l. 1. ff. de excus. tutor. Conscribens librum (ut mihi videtur) utilissimum, quem excusationem tutelæ, & curatoriæ vocavi, huc tibi misi. Ibidem l. 2.

Curax, cis, adjectivum, Diligens, curæ & vigilantiæ plenus. [שקד *schokedh* חרד *charedh* דאג *doegh.* ἐπιμελής, σπουδαῖος. Gall. *Diligent, soigneux.* Ital. *El que deligente, vigilante.* Germ. Fleissig/ sorgfeltig/ sorgsam. Hisp. *El que tiene mucho cuydado.* Pol. *Pilny.* Vngar. *Gondos, szorgalmatos gondviselő.* Angl. *Diligent, busie.*] Cajus, l. Si quid venditor. D. de Aedil. edict. Verbi gratia, si constantem, aut laboriosum, aut curacem, aut vigilantem esse, aut ex frugalitate sua peculium acquirentem affirmaverit. & ex diverso levis, protervus, desidiosus, somniculosus, tardus, comessor inveniatur, &c.

Curculia, f. p. Nautæ curculias vocant funes illos, quibus tempestatibus obortis utuntur.

Curculio, penult. corr. hujus curculeonis, m. t. Animal parvum, frumentum corrodens: quasi gurgulio, eò quòd nihil in eo penè aliud quàm guttur videatur. [κις. Gall. *Vne petite beste ou vermine qui ronge le froment, calendre, chate pelouse ou charenson.* Ital. *Ti nuole.* Germ. Kornwurm/ Wibel oder Kornmilben. Belg. Calander/ Corenmetue. Hispan. *Gorgojo.* Pol *Robak kosz życie, mol z ziarn.* Vngar. *Zsizsik.* Ang. *A litle worme eating corne called a mite or weuell.*] Virgil. 1. Georg. populatque ingentem farris acervum Curculio. Colum. lib. 1. cap. 6: Ea res ab noxa curculionum & similium animalium cõmodissimè videtur fruges cõditas defendere. ¶ Curculio transfate pro penr. Persius Satyr. 4: Quare dentosus curculio extat. ¶ Est præterea Curculio, via pa-

via patens, seu fistula colli exterior, per quam spiritus attrahitur, atque emittitur. [illegible]. Constat autem hæc ex cartilagine molli & flexuosa, quasi ex annulis in catenæ modū compactis, sed imperfectis. ¶ Dicitur etiam spiritalis fistula, quæ semper patet, ut spiritus liberum habeat exitum, qui ad pulmonem cor que defertur. Tracheam arteriam medici appellant: Plinius arteriam asperam: cujus operculum est epiglottis. Scribitur autem Curculio per c, non Gurgulio per g. ut constat ex argumento Plautinæ Comœdiæ, quam Curculionem inscripsit: in qua primæ versuum literæ Curculionis nomen exprimunt.

Cūrĭă. Curiales. Curiatus Vide Cura.

Curionia sacra, quæ a Curionibus in Curiis fiebant.

Cūrĭo, Curiosus. Vide Cura.

Cūrĭs, Lingua Sabinorum hasta dicitur. [Polon. *Kopya.* Vngar. *Kopia.*] Vnde Romulus Quirinus, qui eam ferebat, est dictus: & Romani à Quirino, Quirites dicuntur. Curitim Iunonem appellabant, quia eandem ferre hastam putabant Festus. Vide Macrob lib. 1. Satur. cap. 9. & Servium in 1. lib. Aeneid.

Cūrmi Ex maceratis & coactis frugibus potus. [Polon. *Piwo.* Vngar. *Buzaser.*] Vlp. l. si quis ff. de Tritic. & Vin. leg: legitur & acetum, *inquit*, quod vini numero paterfamilias habuit, & zythum & curmi, & cætera, quæ pro hominum affectione atque numero vini habebuntur.

Cūrmŭndŭlī. Pyra erant gratissimi saporis, corticis tenerrimi, quapropter a multis nequaquam corio detracto edebantur.

Cūro, curas, Vide Curo.

Cūrotrŏphīum, n. s. [κουροτροφεῖον. Polon. *Dom sierotkow.* Vngar. *Gyermek tartó haz.* Ang *An house appoynted for bringing vp of children.*] Domus alendis pueris destinata. κοῦρος enim puerum significat. Vtitur Iustinianus in l. 16. C. de sacrosanct. eccles. Differt autem à βρεφοτροφεῖον, quòd in hoc infantes recentesque partus aut expositi, aut parentibus egentibus nati alebantur: in illo pueri grandiusculi qui nondum labore suo victum sibi parare poterant. Ex Hotomano.

Cūrro, ris, cucurri, cursum, n. 3. cujus composita quandoq; geminant syllabam, quandoque non. [τρέχω. [illegible] Gall. *Courir.* Ital. *correre.* German. *lauffen.* Belg. *loopen.* Hisp *Correr.* Polon. *bieżeć.* Vngar. *futni.* Ang. *To runne.*] Virg. lib. 4: Decurrere jugis, alii de parte patentes Transmittunt cursu campos. Cato contra Pisonem. Video hac tempestate concurrisse omnes adversarios. Terent. in Hecyr. Vna illarum interea propere præcurrit. Est autem currere, celeriter ire, gradum præcipitare, intenta celeritate viam quasi vorare. Cicer. ad Attic. 10: Præteriit villam meam Curio, jussitq; mihi nuntiari mox se venturum: cucurrit Puteolos, ut ibi concionaretur. Sic currere cursum, Currere spatium dicimus. ¶ Interdum accipitur pro fluere, [illegible]. Virg. 3 Georg. Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ. Plin lib. 11. c. 51 Doliis etiam manibus currit eadem, concavo velut cœlo parvo tum spatio. Sic & Cicero Currere orationē dixit 1. de Finib. ¶ Frustrà currit [illegible] pro eo quod est, Frustrà laborat. Vsus est D. Paulus compluribus locis. Sumptum ab iis qui in stadio cursu certant. Celebris est hic senarius, [illegible]: id est, temerarius labore curris irrito. ¶ Huic finitimum est, Nec currimus, nec remigramus, [illegible].

Cūrrens, participium. [τρέχων [illegible] Gal. *Qui court.* Ital. *Chi corre.* Germ. *lauffend.* Belg. *loopend.* Hispan *El que corre.* Polon. *Bieżący.* Vng. *Futo.* Ang. *That runneth.*] Vnde Currentem incitare, [illegible], proverbialiter dicimus, pro incitatum jam, & in rem aliquam incumbentem instantiùs hortari vel impellere. Cicer. ad Attic. Quòd me hortaris ut eos dies consumam in Philosophia explicanda, currentem tu quidem. Ducta est metaphora ab his qui cursu certant, quibus acclamatio solet addere velocitatem. Simile est, Currenti calcar addere. Plinius junior in epist. quadam ad Pompejum Saturninum: Flagitabas ut tibi aliquid ex meis scriptis mitterem, cùm ego id ipsum destinassem. Addidisti ergo calcaria sponte current. Translatione sumpta ab equitibus, qui nonnunquam etiam sponte currentibus equis, quò curtant celeriùs, calcar addunt. Ita nobis calcar addit, qui extimulat languentes: addit currentibus, qui cupiditatem ac studium nostrum auget a[illegible] cuitque.

Cūrrĭtŭr, imperson. Terent. in prologo Heaut. Si qua laboriosa est ad me curritur.

Cūrso, sas Sæpè vel multùm curro. [[illegible] Gall. *Courir souvent, maintenant ca, maintenant là.* Ital. *Correre spesso.* German. *Viel und offt lauffen/lauffen eins lauffens.* Belg *Veel loopen* Hisp *Correr amenudo.* Pol *Biegam.* Vngar *Futosok.* Ang. *To runne much or often.*] Cic 1. de divin. Fuscaque nonnunquam cursans per littora cornix. Idem pro Rosc. Amer. Postea homines cursare ultrò & citrò non destiterunt. Idem de Senect. Quum alii malos scandant, alii per foros cursent. Terent. in Hecyr. Trepidari sentio, & cursari horsum, sursum.

Cūrsĭto, n. p. frequentativum. [[illegible] Gall. *Courir çà & là.* Ital. *Correre quà & là.* Germ *Hin und her lauffen.* Hispan. *Correr à menudo.* Polon. *Przebiegam się.* Vngar *Alá s' fól futosok.* Ang. *To runne vp and downe, hither and thither.*] Diomedes: Sunt & quædam iterativorum iterativa, quæ sæpè in tres gradus deducunt verba, quale est Video, deinde Viso, & quod plus est, Visito, Item Curro, deinde Curso, & Cursito. Terent. in Hecyr. Hodie mihi haud potestas data est, ita cursitando atque ambulando totum hunc contrivi diem. Idem Eunuch. Ne quis fortè internuncius clàm à milite ad istam cursitet.

Cūrsŭs, ûs, m. q. & Cursio, Currendi actum significant: & tàm de navigante & equitante, quàm pedibus iter faciente potest intelligi. [מרוצה *meruzáh*, δρόμος. Gall. *Cours, course.* Ital *Corso, il correre.* Germ. *Ein lauff.* Belg. *Eenen loop.* Hispan. *Corrida.* Pol. *Bieg.* Vngar. *Futás.* Ang. *A course, a running, a race.*] Plin. lib. 12. cap 19. Hi recto cursu per sinus impellunt. Cic. ad Cass. Sin oppressus ibi erit, omnis hominum cursus est ad vos. ¶ Cursus pro modo vivendi. Plin. in Paneg. Tenes Cæsar hunc cursum, & probatur experimento, sitne feratius, &c. ¶ Cursus exhibitio, pro rationum relatio, quasi totius procurationis ac muneris sui discursus, sive [illegible] edatur. Hotomanus.

Cūrsūră, æ, f. idem quod Cursus. [δρόμημα. Vngar *Futas.* Ang. *A race, a running.*] Varro: Et qui alii sunt idonei ad rem militarem, alii ad vecturam, alii ad admissuram, alii ad cursuram.

Cūrsŏr, m. t. Qui currit. [τρεχὼν δρομεύς. Gall *Coureur, coursier.* Ital. *Corsore, corritore, staffiero, corriero.* German *Ein lauffer.* Belg. *Een looper/post* Hispan. *El trotero è correo o corredor.* Polon *Posłaniec, kursor, biegacz, posłaniec.* Vngar *Futo.* Ang. *A runner.*] Cicer. 1. Tuscul. In stadio cursores exclamant quam maximè possunt. Plaut. Merc. Genua hunc cursorem deserunt. ¶ Cursor item tabellarius dicitur, à celeritate eundi. Mart. Cursorem sexta tibi Rufe remisimus hora.

Cūrsōrĭus, a, um, Quod ad cursum pertinet: ut Navis cursoria. δρομικός. Gall *Propre pour courir.* Ital. *Ciò che s' appartiene à corso.* German. *Das zu dem lauff gehört* Hispan. *Cosa ordinada para correr* Pol. *Do biegu sposobny.* Vnger. *Futásbos valo.* Ang *Proper to runne.*] Sidonius: Typhim cursoriam alcendi.

Cūrsim. adverb. Currendo, cursu. [δρομαίως. Gall. *En courant.* Ital. *Correndo* German. *Mit lauffen.* Belg. *Snel* Hispan. *De corrida y arrebatadamente.* Polon. *Biegiem, mykiem* Vngar. *Futva* Ang. *By running.*] Plaut. Pœnul. Nisi ego illum jubeo quadrigis cursim ad carnificem rapi. Cic. 11. Philipp. Alter in Asiam irrupit cursim. Plin. Epist. 49: Super hanc liber legebatur, annotabatur & quidem cursim.

Cūrrŭs, m. q. Vehiculum: [רכב *rechéb* מרכבה *merchabah.* ἅρμα [illegible] Gall *Char, chariot,* Ital. & Hispan. *carro.* German. *Ein Wagen/oder karch.* Polon. *Kocży, woz* Vngar. *Szekér.* Ang. *A cart, or chariot.*] dictum ab eo quòd eo veteres uterentur ad cursum. Virgil. 12 Aeneid. Quadrijugo vehitur curru. Hoc nomine bigæ etiam & quadrigæ continentur. Vnde etiam triumphantium quadrigæ, currus triumphales dicebantur. ¶ Per translationem ponitur pro triumpho. Cic. ad. Caton. lib. 5: Quem ego currum, aut quàm lauream cum tua laudatione conferrem? Currus bovem trahit, ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν ἕλκει. De re quæ præpostere geritur. Quod Galli sua lingua eleganter dicunt, *Mettre la charrue devant les bœufs.* Lucian. in Terpsione. ¶ De curru delapsus, [illegible]. In hodiernum vulgò quoque durat adagiū, in eum qui oblitus propositi, aliò se transfert, aut qui in sententia labascit Aristoph. in Ranis.

Cūrrĭcŭlum, n. s. diminutivum, Brevissimum vehiculi genus, quòd eo veteres ad cursum in ludis Circensibus uterentur. [τὸ ἁρμάτιον. Gall. *Petit char ou chariot.* Ital *Piccolo carro, carretta.* German. *Ein kleiner Wagen oder karch/welchen man braucht zu dem rennen/ein Rollwagen.* Hispan. *carro pequeno.* Polon. *Wozek ktory do prętkiego jeżdżenia* Vngar. *Rövid szekeretske.* Ang *A litle car or chariot.*] Plautus Merc. Quin pedes vos in curriculum conjicitis? Curt. lib. 8: Aliorum turbati equi, in amnem præcipitavere curricula ¶ Curriculum etiam ponitur pro Cursu ipso [מרוצה *meruzáh* δρόμος, δίαυλος. Gall. *Cours, course.* Ital *Corso.* Hispan. *Corrida pequena.* Pol. *Bieg.* Vngar. *Pallya futás.* Ang. *A course, a running.*] Cicer. 2. de Legib Ludis publicis, quod sine curriculo & sine certatione corporum fiat, popularem lætitiam in cantu & fidibus, & tibiis moderante eam cum divûm honore jungunt. ¶ Curriculum vitæ. Cic pro Rabir. Exiguum nobis vitæ curriculum natura circumscripsit, immensum gloriæ. ¶ Item Curriculum significat tempus. Virgil. lib. 8: Inde ubi prima quies, medio jam noctis abactæ Curriculo, expulerat somnum. id est, medio tempore. ¶ Curriculum item locum sive intervallum ubi curritur, denotat, à carceribus ad calcem: Græci [illegible] appellant. [Gall. *Lieu pour courir.* Ital. *Luoco da correre.* Germ. *Ein lauff oder Rennplatz* Belg. *loop oft renplaetse.* Hispan. *La carrera ò lugar donde corren.* Vngar. *Pallya futo hely, kégy.*] Horat. 1. Carm. Sunt quos curriculo pulverem Olympicum Collegisse juvat

Cūrrĭcŭlò, adverbium, pro cursim. [δρομικῶς, δρομαίως. Gall. *En courant hastivement.* Ital *Correndo prestamente, tosto in fretta,* German. *Im lauffen/schnäll/eylends/flucks/stracks/eylends.* Hispan. *De corrida, arrebatadamente.* Polon. *Wskok biegiem.* Vng. *Inának/orsan.* Ang. *Speedelie, by running*] Plautus Epid Nam ut apud portum te conspexi, curriculò occœpi sequi. Terentius Heauton. Curriculò percurre.

Cūrrūcă, f. p. Parva avis, quæ alienos pullos pro suis educat. [ὑπολαΐς, [illegible]. Gall. *Vn verdon, petit oiseau qui nourrit les petits d' vn autre pensant que ce soyent les siens.* Ital. *Vccello piccolo, che alleva gli altrui figliuoli pensando che siano suoi.* German. *Ist ein vögelin das frembde junge für die seinen ernehrt und aufzeucht. Etlich nennen es ein Grasmuck* Belg. *Graesmussche.* Hispan *La avezica que cria los hijos ag. cuclillo.* Polon. *Pliszka.* Vng. *Nyomarek* Ang. *An hedge sparow,*

gesparw, or titling.] Iuven. Satyr. 6: Tu tibi nunc curruca places, fletu neque labellis Exorbes.

Cursus, Cursim, Cursito, Cursor, Cursura Curso, Vide Curro.

Curtus, ta, tum, Brevis, parvus, mutilus. [קצר *katsir* קטן *katan* גדוע *gadhuah*, κολοβός. Gall. *Court, petit*. Ital. *corto, breve*. Germ. Kurtz/gestümpet Belg. Cort. Hispan. *Cosa mellada, mengada, escasa, o corta*. Polon. *Krotky, uszły*. Vngar. *Kurta, rövid*. Ang. *Short, litle*.] Horatius: nunc mihi curto Ire licet mulo, vel si libet, usq; Tarentum. Sic curtum calicem dixit Martialis, pro fracto: & Persius, Curtam supellectilem pro exigua: & Cicero Curtam sententiam hoc est, decurtatam. Celsus quoq; lib 7. c. 9. in auribus, naribus, seu labris curta appellat, partium illarum deformitates, particulæ alicuius defectu provenientes.

Curto, as, diminuo. [קצר *katsar*, κολούω, &c. Gall. *Accourcir, appetisser, diminuer*. Ital. *Accorciare, diminuire*. German. Kürtzeren/kurtzet oder beschnitten machen. Hisp. *Mellar ò menguar o cortar*. Polon. *Kracam ukrocić*. Vngar. *Meg kurtitom, rövidítom*. Ang. *To shorte, to abbrid.*] Horat. Sat. 3: Quantulum enim summæ curtabit quisque dierum, &c. A quo Decurto, ἀποκόπτω.

Curvamen, Curvatura, Vide Curvus.

Curulis, & hoc curule, om. t. adjectivum est à curru formatum, abjecto altero r, ut Aedilis curulis, dignitas curulis: & apud Horatium, ebur curule. Cuilibet (*inquit lib. 1. Epistol.*) hic fasces dabit, eripietque curule, Cui volet importunus, ebur. Nam senatores qui curulem magistratum, hoc est, majorem honorum gerebant, honoris gratia in curiam vehi soliti erant curru, in quo sella erat eburnea, supra quam considerent. Gellius lib. 3. cap. 18. ¶ Curulis etiam in fœminino genere accipitur pro ipsa sella: quia facilè poterit intelligi ejus substantivum. Lucanus lib. 3: Pœtro adest, vacuæque loco, cessere curules.

Curvus, a, um, Inflexus, tortus. [עקש *ikkesh* עקום *akom* נפתל *naphtal*. [ἐπικαμπής, καμπύλος. Gall. *Courbe*. Ital. *Torto, piegato*. German. Krumb. Belg. Crom. Hispan. *Corvo, ò corcobado*. Polon. *Krzywy*. Vngar. *Horgas*. Ang. *Bowed, crooked*.] Virgil. 1. Georg. Et curvæ rigidum falces conflantur in ensem. Tibul. Et properat celeri curva senecta pede. Virgil. 3. Aeneid. è littore curvo. A quo incurvum, valdè curvum. Terent. in Eunuch. Incurvus, tremulus, labijs demissis. Donat. Incurvus valde curvus, κυρτὸς. Procurvus, idem. Virgil. 2. Georg. neq; illa procurvam Expectant falcem. Recurvus, idem quod simplex curvus. Virgil. 7. Aeneid. cornuque recurvo Tartaream intendit vocem.

Curvo, act. p. Flecto, vel curvum efficio. [כפף *caphaph* כפה *hichphah* פתל *hiphtah*, καμπυλόω, κάμπτω, κυρτόω. Gall. *Courber, faire courbe & panche*. Ital. *Piegare, torcere*. German. Krümmen/biegen Belg. Crommen. Hispan. *Encorvar ò corcobar a otro*. Pol. *Nakrzywiam, nachilam, naginam*. Vngar. *Meg horgasitom*. Angl. *To bowe or crooke*.] Virgil. 1. Georg. Ituræos taxi curvantur in arcus. Lactant. lib. 2: Quæ curvant cœleste animal ad veneranda terrena. Plin. lib. 16. cap. 42: Et palmæ arbor invalida in diversum enim curvatur. ¶ Hujus composita sunt, Accurvo, quod est juxta curvo. Colum. lib. 4: Nam fragilis est ea parte materia, quæ torta & accurvata, quum deponeretur, ceperat vitium. Recurvo, & incurvo, vide suis locis.

Curvatus, participium, Flexus [כפוף *caphuph*, κεκαμμένος, καμπτός, κυρτός]. Gall. *Courbé*. Ital. *Piegato, incurvato*. German. Gekrümbt gebogen. Hispan. *Corcobado*. Pol. *Nakrzywiony*. Vngar. *Meg horgasitatot*. Ang. *Made crooked or bowed*.] Stat. 5. Syl. Et simulant fessos curvata cacumina somnos.

Curvatio, verbale f. Flexio [ἐπικαμπή. Gall. *Courbement*. Ital. *Piegamento*. Germ. Ein krümme Hispan. *Encorvadura, corcoba*. Pol. *Nakrzywienie*. Vngar. *Meg horgasitás*. Ang. *A crooking or bowing*.] Plin. lib. 17. cap. 23: In curvatione materiæ. Curvatio vitis, Colum lib 4. cap. 12.

Curvatura, ræ. f. p. Curvatio, flexio. [καμπυλότης Gall. *Courbeure*. Ital. *Piegatura*. Krümmung/biegung Hispan. *Encorvadura, corcoba*. Polon. *Nagięcie*. Vngar. *Horgasság*. Ang. *A bowing, crooking*.] Plin. lib. 17. cap. 19: Ne curvaturæ fugiat. Ovid. 2. Metamorph. aurea summæ Curvatura rotæ.

Curvamen, n. t. Curvatio, sive curvitas. [καμπτήρ, κύρτωμα, καμπή. Gall. *Courbement, courbure*. Ital. *Piegatura, curvatura*. German. Krümme, krumb. Belg. Cromte. Hispan *Encorvadura ò corcoba*. Polon. *Nachilenie*. Vngar. *Horgasság*. Ang. *Crookednesse*.] Ovid. 2. Metam. Senectus in obliquum est lato curvamine limes. Gell. Sub alio atque alio cœli curvamine.

Curvesco, n. t. Curvus fio. [κυρτοῦμαι. Polon. *Krzywim sie stawie*. Vngar. *Meg horga, odom, horgasulok*. Ang. *To bowe downe and waxe crooked*.] ¶ Hujus compositum est incurvesco: quo usus est Cic 3. Tusc. Ramos baccarum ubertate incurvescere.

Curvipes, Qui curvos pedes habet. [ἀγκυλόπους. Polon. *Tenktory ma nogi krzywe*. Vngar. *Horgas lábú*.]

Curvifrons, f. t. Qui frontem curvatam habet, ut pecudes. [Pol. *Tenktory ma nakrzywione czolo* Vngar *Horgas homlokú*.] Pacuvius apud Nonium: Tu curvifrontes pascere armentas soles.

Cuso cusas, Vide Cudo.

Cuspis, pidis, f. t. Acuta pars gladii, hastæ, clavi, & hujusmodi. [דרבן *darban*, ἐπιδορατίς, αἰχμή. Gall. *Poincte, ou bout aigu & poincte*. Ital. *Punta*. German. Ein spitz an einem Schwerdt/Spieß: Nagel/&c. Belg. De point / oft de punte / ende 't spitse van den Messe/ het yser van een Spiesse Hispan. *Punta, ò agudeza de arma*. Pol. *Spinka, koniec u noza, igly, miecza, &c.* Vngar. *Valaminek ezéli, hegi*. Ital. *The poynte of weapon, a speare or arrow head*] Martial. Aetola cuspide fixit aprum. ¶ Cuspis longa, pro veru. Martial. lib. 14: Spumeus in longa cuspide fumet aper. ¶ Cuspides pro tubulis fictilibus. Varr. 1. de Re rust. cap. 8. Inde enim aliquot colligatas libris demittunt in tubulos fictiles cum fundo pertuso, quos Cuspides appellant, qua humor adventitius transire possit. ¶ Hinc componuntur Tricuspis, adjectivum, τριγλώχιν, quod tres habet cuspides, qualis fingitur esse Neptuni tridens ¶ Per hastæ cuspidem currere, δι' ἐγχέων, ἀρμάτων, dicebantur qui in re magnopere periculosa versarentur: ἐγχέων enim hastam sive hastæ cuspidem vocant.

Cuspido, as, n. p. Cuspidem rei alicui induco. [הדרבן *hidrib* הזכנו *hisf...* *darban*. ἐπιδοράτιζω. Gall. *Habiller ou faire pointe, aiguiser en pointe*. Ital. *Far la punta à qualche cosa*. Germ. Spitzen/spitzig machen Hispan. *Aguzar ò hazer punta*. Polon *Zakonczam zaostrzam*. Vngar. *Meg essitém, heg yesitém*. Ang. *To make poynted or sharpe*.] Quo verbo usus est Plinius lib. 11: Vrorum cornibus Barbari Septentrionales potant, urnisque binis capitis unius cornua implent: alij præfixa his pira cuspidant.

Cuspidatus, m. f. Qui cuspidem habet. [ἀκιδωτός. Gall. *Ayant vne poincte, aiguisé en poincte*. Ital. *Puntuto* Germ. Gespitzt. Hispan. *Cosa con punta*. Polon. *Koncżasty*. Vngar. *Eles, heg yes*. Ang. *Poynted or sharpe lik a poynte*.] Plin. lib. 18. cap. 19: Purget vomerem subinde stimulus cuspidatus rallo.

Cuspidatim, adverbium, idem est quod acutè, & ad similitudinem cuspidis. [ὀξ' ἀκωκή. Gall. *Par la poincte, par le fin bout*. Ital. *Acutamente, aguzzamente, in ponta*. Ger. Dem spitz nach/oder mit dem spitz. Hispan. *De punta ò con punta*. Polon. *Na sztych, zakonczysty*. Vngar. *Hegyessen*. Ang. *Poyntwise*.] Plin. lib. 17. cap. 14: Donec cuspidatim decisus descendat in rimam calamus.

Custos, odis, com t. Qui rem aliquam tuetur & curat. [שומר *shomer* φύλαξ. Gall. *Garde, gardien*. Ital. *Custode, guardiano*. Germ. Ein hüter/oder hüterin. Belg. Een bewaerder. Hispan. *Guardador*. Polon. *Stroz*. Vngar. *Őrző, (avagy) őrző*. Ang. *A keeper that keepeth any thing*.] Terent in Eunuch. Nùmnam tu hic relictus es custos, Ne quis fortè internuntius clàm à milite ad istam cursitet? ¶ Interdum etiam Custos significat prohibitorem: ut apud Virgil de Priapo: Et custos furum atque avium. Ibi enim custos furum non dicitur, qui eos custodit, sed qui eos arcet. Vnde custodem ostii dicimus, qui curat, ne quis injussus ingrediatur. θυρωρός. Custos horti, qui prohibet aliquem in eum ingredi, vel damnum facere: κηπουρός. ¶ Custos sacrorum, Qui sacra ministrat atque observat: ἱερεύς, Virgil 8. Aeneid: At domus Herculei custos Pinaria sacri. Cic. lib. 2. Offi. Malus enim custos est diuturnitatis metus, i. malus servator diuturnitatis metus. ¶ Custos etiam dictus fuit in judicio, cui curæ erat accusatorem observare, ne à reo corrumperetur. Cic. in Divinationem Verrem: Custodem, *inquit*, Tullio me apponite. Quid? mihi quàm multis custodibus opus erit, si te semel ad capsas meas admisero? qui non solùm ne quid enunties, sed etiam ne quid auferas, custodiendus sis. Et paulò pòst: Etenim fides mea custodem repudiat, diligentia speculatorem reformidat. ¶ Custodes etiam in vitibus dicuntur novelli palmites, duarum vel trium non ampliùs gemmarum, qui alio nomine reseces, aut præsidiarii palmites vocantur. Plin. lib. 17. cap. 22.

Custodio, is, ivi, itum, act. q. Servo, observo, adservo, tueor, privata custodia contineo. [שמר *schamar* נצר *natsar*. φυλάττω, αἰξω. Gall *Garder*. Ital. *Custodire, guardare*. German. Bewaren/behüten/behalten. Hispan *Guardar*. Polon *Strzegę, chowam*. Vngar *Őrzöm*. Ang *To keepe*.] Gell. lib. 2: Parsimonia apud veteres Romanos & victus, atque cœnarum tenuitas, non domestica solùm observatione ac disciplina, sed publica quoque animadversione, legumque complurium sanctionibus custodita est. Cicer. Dolabellæ: Fac ut diligentissimè teipsum, mi Dolabella, custodias. ¶ Custodio, pro observo. Qu. Cicer. de Petit. Consul. Fac itaq; ut se abs te custodiri atq; observari sciant Cic. in Catil. Oculi & aures omnium te speculantur & custodiunt.

Custodia, æ, stodiæ, f. p. Præsidium, vigiliæ, excubiæ. [משמרת *mischméreth* משמר *mischmar*. φυλακή. Gall. *Garde, le guet & garde qu'on fait sur aucuns*. Ital. *Guardia*. German. Ein hut/wacht oder achthabung. Belg. Wacht. Hispan. *La guarda*. Polon. *Straz, wacha*. Vngar. *Őrizet, őrizet, vigyázás*. Ang. *A keeping or the watch*.] Horat. lib. 1. Epistol. ut piger annus pupillis quos dura premit custodia matrum. Celsus lib. 2. cap. 2: Qui ista nunquam fine custodia sui tuta habuit. ¶ Sæpè etiam positum invenitur pro ipso loco, in quo quis custoditur: hoc est, pro ipso carcere, [אשמרת *aschméreth*. τὸ φυλακτήριον. Gall. *Le lieu où on est gardé & serré, comme vne prison*. Ital. *Guardia, prigione*. German. Ein Gefengknuß/das ort da welchem man verhütet wirdt. Hisp. *Carcel ò cepo ò corma*. Polon. *Tarac*. Vngar. *Tömlöcz, fogház*. Ang. *A place to keep any thing in as, a prison*.] Colum. lib. 1: Nam illa solennia sunt omnibus circunspectis, ut ergastuli mancipia recognoscant, ut explorent an diligenter vincta sint, an ipsæ sedes custodiæ satis tutæ munitæque sint. ¶ Quandoq; etiam ponitur pro eo qui custodit: [φύλαξ. Vngar. *őrző*. Gall. *La garde*. Ital. *Guardia, guardiano*. Germ Hüter oder Wechter. Hisp. *Guardador, la guarda*. Pol. *Więzień*. Vng *őrizet alat valo fogoly*. Ang. *He that keepeth, the watcheth*.] Tibullus: Sed pretium si grande feras, custodia victa est. ¶ Quandoque pro eo qui custoditur. [אסיר *asir*, ὁ ἐν τῇ φυλακῇ Gall. *Celuy qui est gardé prisonnier*. Ital. *Prigioniero, guardato*. Germ. Ein verhüteter/oder gefangner. Hispan. *Guarda*,

Custodio.] Suet. in Domit. Nec nisi secretò atque solus, plerunque custodias, receptis quidem in manu catenis audiebat. Et Digest. de reorum custodia scribitur: Nequis receptam custodiam sine causa dimittat. Et alibi: Et si custodia se interfecerit, vel præcipitaverit milites culpæ describitur.

Custodia, f. p. [Polon. *Więzienie.* Vng. *Fogság.*] Idem significare videtur quod vincula: prior tamē vox non nisi publicam complectitur, posterior & publicam & privatam. l. vinculorum. de verborum signific. Magistratus autem ex qualibet levissima suspicione, eum quem nocentem arbitrabitur, in carcerem ducere potest. Bald. in l. nullus C. de Exhib. reis. ¶ Accipitur etiam custodia pro Carcere. in l. ad Commentariensem. C. de Custod. reor. quoniam in illum rei, non pœnæ causa, sed custodiendi mittuntur. Sed & custodia non raro pro ipso in carcerem conjectis usurpatur.

Custodite, adverbium. [φυλακτικῶς. Gall. *Sogneusement & soigneusement, en garde.* Ital. *Sicuramente, con guardia.* German. Behutsamlich. Hisp. *con mucha guarda.* Pol. *Ostrożnie.* Vng. *Őrizve.* Ang. *Wisely and warily.*] Plin. Epist. 11: Quàm studiose quàm intelligenter lectitabat ut parcè custoditeque ludebat!

Custoditio, Est opera ad aliquid custodiendum sumpta, φυλαξις.

Custoditum, n. f. Quod cum custodia est. [πεφυλαγμένον. Vng. [illegible] Ang. *That is kept and saved.*] Incustoditum Quod non custoditum est, ἀφύλακτον. Martialis. Incustoditis & apertis Lesbia semper liminibus peccas.

Custodela à veteribus custodia dicebatur. Festus.

Cutis, f. t. Pellis sive corium [עור. Hebr. χρώς, δέρμα. Gall. *Peau.* Ital. *Cotenna, pelle, cu io.* German. Ein haut oder recht. Belg. Huyt/ vellen. Hisp. *cuero o pelleja, cuel.* Polon. *Skóra.* Vngar. *Bőr.* Ang. *The skin, a thinne rinde.*] Plinius libro 11. capite 39: Ergo cutis ipsa sensu caret maximè in capite, ubicunque per se ac sine carne est vulnerata non coit, ut in bucca cilioque. Plancus ad Cicer. lib. 10. Sed non possum non exhorrescere, si quid intra cutem sub est vulneris, quod prius noceret potest, quàm sciri, curarique possit. Iuven. Satyr. 6. Tiberrimæ subeant, & secuta arida laxet. ¶ Ad cutem usque radere, ἐν χρῷ κείρειν, dicebatur qui nimium exactè videbatur agere cum aliquo. ¶ Intus & in cute notus & modis omnibus cognitus. Persius. ¶ Cutis arboris. Plinius lib. 12. c. 19. Casia tenui cute verius quàm cortice. ¶ Cutis uvæ & cerasi. Plin. lib. 15. cap. 28. Crusta teguntur glandes, cute uvæ.

Cuticula, f. p. diminutivum. [δερμάτιον. Gal. *Petite peau.* Ital. *Pelleccina.* German. Ein heutlin oder vel in. Belg. Cleyn velleken. Hispan. *Pequenna pelleja.* Pol. *Skórka.* Vng. *Bőrke.* Angl. *A little or a fine skinne.*] Iuven. Satyr. 11: Nostra bibat vernum contracta cuticula solem. Pers. & assiduo curata cuticula sole.

Cuticularis, δερμάτιος. German. Schweißlöcher. Belg. Sweetgaetkens. Vng. Bő [illegible] [illegible] est, cuticulares meatus, Plinio. Invisibilia foramina Celso, Caulæ Lucretio multis locis.

C ante Y

Cyamea, f. p. κυαμέα, Gemma quæ fracta, fabæ similitudinem præfert. Plin. lib. 37. cap. 11: Cyamea nigra est, sed fracta ex se fabæ similitudinem parit.

Cyamos, κύαμος, Herba est Aegypto peculiaris, latissimis foliis, quæ & Colocasia dicitur: Faba Alexandria. Plin. lib. 21. cap. 15. In Aegypto nobilissima est colocasia, quam cyamon vocant aliqui. Vide plura in dictionibus COLOCASIA & CIBOTIUM.

Cyamus, m. f. [κύαμος. Polon. *Socewica, a bo wlośkie groch.* Vngar. *Bab.*] Faba genus leguminis, à cujus esu Pythagoram reliquisse ferunt abstinuisse.

Cyanos, κύανος, autore Plin. lib. 37. c. 9. Gemma est ex jaspidum genere, colore cæruleo. Vnde quibusdam eadem esse creditur quæ hodie à Gallis [*une Turquoise*] ab Italis *Turchina* vocatur: à Germanis, Ein turckis. à Belgis Turkoise. ab Hispanis *Turquesa.* à Polonis *Turkus.*] Alii hoc nomine Lasuli lapidem malunt significari, qui contusus in pulverem præstantissimum pictoribus cærulei coloris genus suppeditat. Quorum opinio idcirco mihi verisimilior videtur, quòd Plinius loco jam citato prodiderit, cyanum sæpè aureo pulvisculo intermicare: quod in lasuli Lapide frequenter usu venit, ut qui ferè in aurifodinis inveniatur: in ea verò gemma, quam vulgus *Turchinam* vocat, (nos eraturum esse credimus) id nunquam compertum est.

Cyaneus, adjectivum, idem significat quod cæruleus, quòd scilicet cyani gemmæ colorem refert. [κυάνεος. Gall. *Turquin, de couleur perse ou bleue.* Ital. *Turchino.* Germ. Blaw wie ein Türckis. Hispan. *De color de Turquesa, Turquesado.* Pol. *Błękitny.* Vngar. *Kék.* Angl. *Brightblew.*] Varro: Cyanea pessula emittens graffatur. Cyanos et iam flos est cærulei coloris segetibus nascens, quem Galli, teste Ruellio *Blaveolum* appellant. Plin. lib. 21. cap. 11: In Italia violis succedit rosa, huic intervenit lilium rosam cyanus excipit, cyanum amaranthus.

Cyathus m. f. [כוס *Iaph* κύαθος. Gall. *Vn petit vaisseau à boire comme un gobelet.* Ital. *Bicchiere.* German. Ein Becher. Belg. Een Beecker. Hispan. *Vaso para beber.* Pol. *Kubek.* Vng. *Pohár.* Angl. *A cuppe, a goblet.*] Calicis genus à χέω, quod est fundere, dictum, mutatione literæ aspiratæ in tenuem. Successit autem in simpuli locum in conviviis, ut docet Varro. Plinius: Potui vero aqua pluvialis decocta, sed quæ per binos ternosve cyathos bibatur. Iuvenal. Satyr. 5: Cardiaco nunquam cyathum missurus amico. ¶ Inde translatus est ad mensuram, quorum duodecim sextarium complent. ¶ Ad cyathum stare, vel à cyathis esse κυαθίζειν dicebatur οἰνοχόος, qui potus mensuram cyathis (id quòd antiqui solebant) metiebatur. Apuleius pocillatorem dixit, alii pincernam. Plin. lib. 22, scribit, Cyathum per se pendere drachmas decem. ¶ Cyatho non emam, proverbialiter dictum à milite apud Plautum in Pœnulo, ubi sic ait: Proh nebulæ, cujus ego cyatho septem noctes non emam. Loquitur de muliere fastidiosa, sed non perinde formosa: & cyathum dixit pro minimo pretio miles, cui res erat cum cyathis. Cyathus minimum erat poculum, ceteris amplius. ¶ Erat etiam cyathus quoddam mensuræ genus, quo cibaria gallinis dari solebant. Columel. lib. 8. cap. 4. ¶ Cyathus et iam fluvii nomen est in Aetolia, ad Arsinoën, apud Polyb. ut notat Cæl. Rhodig. Antiq. lect. lib. 15.

Cyathisso, as, act. p. Potum subministro. [κυαθίζω. Gall. *Verser à boire dans un gobelet.* Ital. *Porger da bere.* German. Auß einem becher zutrincken bieten / oder einschencken. Hispan. *Dar a beber.* Polon. *Nalewam kubek, podpijam.* Vngar. [illegible] Ang. *To power drink out into a goblet.*] Plautus: Non scis quis ego sim, qui tibi sæpissimè cyathissavi, apud nos quando potas.

Cybea, Genus navis onerariæ. Cic. in Verr. Navem verò cybeam maximam triremis instar (&c.) tibi datam donatamq; esse dico. Paulò post: Postremo cui tibi hoc nunquam commodum, nunquam invidiosum fore putasti, celeberrimo loco palàm tibi ædificari onerariam navem in cæter vincta, quam tu cum imperio obtinebas. Ibidem: Reprimebatur tibi & imperandi vim & rogandi constitum præclara illa non pop. Rom. reddita bireme [illegible] prætori donata cybea.

Cybisteres, m. t. κυβιστῆρες, Venatores dici possunt, qui more urinatorum sub aquarum gurgite subeunt. [German. Gauckler/ oder die da fürspringen than. Polon. *Kuglarz.* Vng. [illegible] Ang. *Tumblers.*] Quo nomine & saltatores quidam appellati sunt, qui in caput convolvi, manibus pedibusque adductis dicebant, à cubo, id est, teste a verbo dedueto, qui quum in alveo unus jaceret, hoc modo convolvitur. Vnde

Cybistice nomen illud genus saltationis & exercitii dicitur, à Lucano in cap. de gymnast. Bud. in Annot.

Cybium n. t. κύβιον, Piscis genus, quod ita scissum est, ut medium æque pateat in omnes partes ad similitudinem tesseræ. Plin. lib. 32: Cybium est concisa pelami. Martial. lib. 5. Divisis cybium latebat ovis. Idem lib. 11: Et caudam cybii, tenuè nec lacertum. ¶ Cybium scribit Bud. etiam appellari illud vas à Græcis, quod Latini quadrantal appellabant. Dictum ea ratione quæ superius posita est in Cybio pisce.

Cychramus, Avis quæ coturnicibus transmarinæ redeuntibus comitatum præstat. Plin. lib. 10. c. p. 23: ceterisque hinc abeuntes, coturnices comitatum sollicitant: abeuntque unà per sua signa glotis, otis & cychramus.

Cyclaminus, fœm. gen. & cyclaminum neutrius. [κυκλάμινος. Gall. *Pain de pourceau.* Ital. *Pan porcino, ciclamino.* German. Erdtscheib/ Schweinbrot. Belg. Verkinsbroot. Hisp. *Pan de puerco.* Pol [illegible] Vng. [illegible] Herba est quam nostræ ætatis tultici *Panem porcinum* vocant: quòd ejus pabulum porcis in primis jucundum esse, bubulci experiantur. De hac Plin. lib. 25. c. 9. In vepribus, inquit, nascitur cyclaminum, de quo plura aliàs. Flos ejus coronis [illegible] [illegible] admittitur.

Cyclas, adis, f. t. [[illegible] κυκλάς. Gall. *Cotillon.* Ital. *Gonna.* Germ. Ein langer Frawenmantel/ oder ein rundt kleid usw. [illegible] Rock. Belg. Een Donnen. Vngar. [illegible] Ang. *A kirtle.*] Vestis fœmina rotunda. Nam Græcè κύκλος, circulum, & κυκλόω circumdo dicitur. Iuvenal. Hæc sunt, qui tenui sudant ex cyclade. Propert. & cyclade longa Verrit humum. Videtur autem esse vestis tenuissima, expiscatilis & speciosa, qualem solent hodie Romanæ & Florentinæ, ac Senenses mulieres in lectis gestare.

Cycladatus, Cyclade veste indutus. [Vngar. [illegible]] Suet. in Calig. Armillatus in publicum processit, aliquando fericatus, cycladatus.

Cycnus, Vide CYGNUS.

Cygnus, m. f. vel potiùs Cycnus. [κύκνος. Gall. *Cygne.* Ital. *Cigno.* German. Ein Schwan. Belg. Een Swaen/ swane. Hisp. *Ansar, cisne.* Polon. *Łabędź.* Vngar. *Hattyú.* Ang. *A swanne.*] Latinè olor, avis candida, ansere major, a quàm vocem habens, præsertim imminente jam morte, tunc enim doloris in agnitudine in querelam fertur, & sibi ad hoc vivere lugubre carmen canere. Cicer. 1. Tuscul. Itaque commemorat ut cygni, qui non sine causa Apollini dicati sunt: sed quòd ab eo divinationem habere videantur, qua providentes quid in morte boni sit, cum cantu & voluptate moriantur. Martial. lib. 13: Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator cygnus funeris ipse sui. Rauci cygni. Virgil. 11. Aeneid. Dant sonitum rauci per stagna loquacia cygni. ¶ Tunc canent cygni, quum tacebunt graculi [illegible], Hoc est, tum loquentur eruditi, quum garruli non erit loquendi locus: Aut inter garrulos & obstreperos non est eruditis dicendi locus. Gregor. in Epistol.

Cygneus, a, um media producta: [κύκνειος. Polon. *Swiętemi biały.* Vngar. *Hattyú.* Ang. *Of a swanne.*] ut, Vox cygnea, quæ est cygni. ¶ Cygnea cantio, κύκνειον ᾆσμα, Conveniet in eos qui supremo vitæ

vitæ tempore facunde disserunt, aut extrema senecta suaviloquentiùs scribunt. Cicer. 3. de Orat. Illa tanquam cygnea fuit divini hominis vox & oratio, quam quasi spectantes, post ejus interitum veniebamus in curiam, ut vestigium illud ipsum, in quo ille postremum institisset, contueremur. ¶ Quandoq; cygneus significat candidus.

Cylindrus, m. f. Omne quod volubile est, qualis columna teres. [אבן הגלגלת eben hazzechêlsh. κύλινδρος. Gall. *Cylindre, qui est une pierre longue & ronde qu'on roulon sur la terre pour l'applanir, aisée à faire rouler.* Ital. *Pietra longa è ronda.* German. Ein walstein / ein langlechter stein allenthalben rund auff ein seit. Belg. Een catander steen Hispan. *Cosa rolliza en luengo.* Polon. *Wyśmy y iaject okragła takowi sluphiwa kamunny albo drzewiany, walek.* Vngar. *Kerekque l, az mi sl hömpölydölik.* Ang. *A long round stone to breake clodde, called a roller.*] Columnula lapidea rotatilis, qua rei rusticæ scriptores aream æquari jubent. Virgilius 1. Georg. Area tum primùm ingenti est æquanda Cylindro. Cato de Re rust. capite 129: Aream ubi frumentum teratur, sic facies: cōfodiatur minutè terra, amurca bene conspergatur, vt combibat plurimum: ubi bene comminuta terra fuerit, cylindro aut paviculā coæquato. Tractū no men ἀπὸ τοῦ κυλίνδειν: id est, à volvendo. Neque verò solum de hoc rustico instrumento cylindrus dicitur, verùm etiam de omnibus rebus illis quæ figuram habet absolutè teretem, ita ut facilè volvi possint. Cicer. de Fato: Sed revertitur ad cylindrum & turbinem suum, quæ moveri incipere, nisi pulsa, non possint. Id autem quum accidit, suapte natura, quod superest, & cylindrum volvi, & versari turbinem putat. ¶ In gemmarum quoque generibus cylindri dicuntur teretes, & columellæ formam imitantes, quos mulieres ex auribus solent suspendere. [Gall. *Perle to guette.* [Ital. *Perla longhetta.* German. Langlechte Perlin. Belg. Langachtige peerle. Hispan. *Perla rolliza y prolongada.*] Iuvenal. Satyr. 2: donant arcana cylindros. Plinius lib. 37. cap. 5. de beryllis loquens: Ideo cylindros quidam ex his facere malunt quam gemmas, quoniam est summa commendatio in longitudine. Ex quibus verbis colligitur cylindros oblongos esse, gemmas verò quadratas, angulosas, aut rotundas. Solinus similiter scribit: Indicos reges gemmas in longissimos cylindros fingere consuevisse.

Cylindraceus, a, um, Quod habet formam cylindri. [κυλινδροειδής. Gall. *Long & rond en facon d'un cylindre.* Ital. *Longo & tondo à foggia di cilindro.* Germ. Das also in dir lenge umb sich rund ist. Hisp. *Luengo y rollizo en manera de cilindro.* Polon. *Wdluż okragły, walcowaty.* Vngar. *Az mi ek kerekded formata vagyon.* Ang. *Long and round like a roler.*] Plinius scribit siliquas pisi, quod genus leguminis est, cylindraceas esse. Anaximander item dixit terram esse formæ cylindraceæ.

Cylindrites, κυλινδρίτης, Lapis est oblongus & teres, ex genere pyritarum, colore æris referens: ita dictus, quòd cylindri figuram habeat.

Cylisma, n. t. κύλισμα, volutabrum, volutatio.

Cylix, m. t. κύλιξ, poculum, & calix Latinè dicitur.

Cyllastris, Hordeaceus panis.

Cyllo, cyllonis, m. t. Videtur idem significare quod mutilus, debilis, & cui crassa sunt genitalia: quod genus hominum etiam Græci κυλλοὺς vocant. Cicer. in Salust. Qui quid impudicorum cyllonum, parricidarum, sacrilegorum, debitorum fuit in urbe, municipiis, coloniis, Italia tota, &c.

Cyma, f. p. [κῦμα. Gall. *La cyme ou le tendron de choux ou telles herbes.* Ital. *cima.* German. Ein keimle / das zart stängele an den herwachsenden kräutern. Belg. Nieuwe scheuttens oft spruyttens. Hispan. *Cima ò el breton redojo de la verca* Polon. *Paczek kapustny, albo poł insziej, ktore liść wypuscia, ...* Vngar. *Czima.* Ang. *The shootes and side clyes of coleworter or such like hearbes.*] Tenerior delicatiorque cùm aliarum herbarum, tum præcipuè brassicæ cauliculus, qui in prima gemmatione in summa stirpe provenit. Nam quum vernum tempus appetit, primo quoque foliorum pullulatu, præclusis adhuc florum calycibus, quidam quasi tutiones in herbis enascuntur, in quibus floris primùm, mox & seminis fœtus concluditur. Plinius libro 19. capite 8: Cymas brassica à prima sectione præstat proximo vere. Hic est quidam ipsorum caulium delicatior tenerior que cauliculus, Apicii luxuria, & per eum Druso Cæsari fastiditus, non sine castigatione Tiberii patris. Et deinde: Post cymam ex eadem brassica contingunt æstivi autumnalesque cauliculi, mox hyberni, iterumque cymæ, nullo æquè genere multifero. Idem libro 20. capite 9: Ex omnibus brassicæ generibus suavissima est cyma, etsi inutilis habetur, difficilis in coquendo, & renibus contraria. Quo in loco nonnulli perperam existimarunt cymæ nomine à Plinio peculiare brassicæ quoddam genus intelligi. Neque enim hoc sensit Plinius, ex multis brassicæ generibus cæteris suavitate præstare illud, quod cymam vocant: sed hoc potiùs, in omnibus brassicæ generibus partem plantæ totius suavissimam esse cymam. Celsus: Mali est succi brassica, magisque etiam cyma ejus. Columel. Major pars ejus brassica in cymam prosilit. ¶ Pro eodem etiam dicimus cyma, cymatis. Col. lib. 10: Frigoribus caules, & veri cymata mittit.

Cymatilis, penult. corr. κυματίας, Vestis dicitur, quæ undarum colorem refert, ab undis, & fluctibus dicta, quæ κύματα à Græcis nominantur. [German. Himmelblaw. Vng. *Habos tökmelyes* *szinu* Ang *Darkblewe.*] Colorem hunc ἀερόεντα designabat Ovidius libro 3. de Arte. Hinc undas imitatur: habet quoque nomen ab undis. Videtur itaque color hic cæruleus esse, aut certè cæruleo proximus. ¶ Sunt tamen qui cymatilem vestem esse putant, quam nos *undulatam* vocamus, quòd undis quibusdam sit variegata. Si tamen Ovidii locum propiùs inspicias, facilè deprehendas eum loco jam citato de certo coloris genere sentire qui & Thalassicus dicitur, non de texturæ variegatione, quæ crispitudine quadam undarum similitudinem referat.

Cymosus, a, um, Adjectivum. [κυματώδης. Germ. Das stoessel (?) das viel Schössling hat.] Colum lib. 10: Quæ duri præbent cymosa stirpe Sabelli.

Cymba, f. p. Genus navis piscatoriæ. [עברה habarâh. ποςθμεῖον, κύμβη. Gall. *Nacelle de pescheur ou à pescher, un barc ou basteau.* Ital. *Barca.* Germ. Ein schifflin / weidling. Belg. Een visschers boot / een schuytken. Hisp. *La barca de passaje.* Polon. Czołn. Vng. *Tsonak* (*nagy*) *tsonak.* Ang. *A boate.*] Cic. 3. Offic. Opiparè à Pythio apparatum convivium, cymbarum ante hortulos multitudo, pro se quisque quod ceperat afferebat. ¶ Est item cymba, portitorum naviculа, qua amnes aut lacus trajiciuntur, unde etiam Poëtæ Charonti Cymbam assignarunt. Virgil 6 Aeneid. gemuit sub pondere cymba. Iuvenalis: Atq; una transire vadum tot millia cymba. ¶ Vnde locus factus proverbio: alterum pedem in cymba Charontis habere: τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῷ πορθμείῳ ἔχειν. De extremæ decrepitæque senectæ hominibus dicitur, qui etiam hodie vulgò dicuntur alterum pedem in sepulchro habere Lucianus in Apologiâ.

Cymbula æ f. p. diminut. [κυμβίον, τὸ μικρὸν σκαφίδιον. Gall. *Petites nacelle, un esquiff.* Ital. *Picciola navicella.* Germ. Ein klein schifflin. Hisp. *Pequenna barca.* Pol. Czolnek. Vng. *Sono koska.* Angl. *A little boate.*] Plin. in Epistol. Sæpè majores minoribus, velut cymbulæ onerariis adnæ rescunt.

Cymbalum, n. f. [צלצל tsiltsâl. κύμβαλον. Gal. *Cymbale, ou cymbales.* Ital. *cembalo.* Germ. Ein cymbel oder schelle. Belg. Een Cymbel oft schel. Hispan. *Campana.* Pol. *Cymbalik.* Vngar. *czymbalom.* Angl. *A musicke instrument, a cymbal.*] Instrumentum musicum, quod in sacris Martis deûm cum tympanis habebatur. Cicero in Pison. Quos neque hercule ego, neque supercilium tuum, neque collegæ tui cymbala, ac crotala fugi. Plinius major in Præfatione ad Imper. Vespas. refert, Apionem grammaticum à Tyberio Cæsare Cymbalum mundi consuesse vocari, ob nominis, ut opinor, celebritatem: Quum publicæ, inquit, famæ tympanum potius videri posset. Is Apion ajebat, eos ab se donari immortalitate, ad quos aliqua componebat. Huc Tyberius alludens, appellabat illum cymbalum mundi, quòd hominem honesta fama donaret, quæ per universum mundum amabiliter resonaret. Plinius autem, ob arrogantiam, mavult illum appellari tympanum publicæ famæ: quòd famam daret potiùs quàm honestam famam. Nam resonat & tympanum, sed inamœno strepitu.

Cymbalissare, n p. Cymbala quatere. [κυμβαλίζειν. Gall. *Iouer des cymbales.* Ital. *Giucare con cembali.* Germ. Mit der schellen klingen Hispan. *Tanner las campanas.* Pol. *Dzwonkam y brzękam.* Vngar. *czimbalmot verni.* Ang. *To playe on the cymballes.*] Cassius Hemina libro 4: Mulier cantabat tibiis Phrygiis, & altera cymbalissabat.

Cymbalistes, m. p. [κυμβαλιστής. Gall. *Quijoue des cymbales.* Ital. *Chi giuoca de cembali.* Germ. Ein schellenklinger. Hisp. *El que tanne las campanas.* Pol. *Brzękacz.* Vng. *Czymbalmos.* Angl. *A player on the cymballes.*] Qui pulsat cymbala: sicut tympanistæ, qui tympana pulsant. Apul. de Deo Socratis: Barbaro autem strepitu cymbalistarum & tympanistarum & choraularum.

Cymbion, n. f. [κυμβίον. Gall. *Vn certain vaisseau à boire, creux en facon de petite nacelle.* Ital. *Vaso da bere à foggia di navetta.* German. Ein trinckgeschirr in der form eines schifflins. Belg. Een schaal gelijck eenen schuyten. Hispan. *La barenna.* Pol. *Kuflik na kształt czołnu ucyniony.* Vngar. *Pohár, gerenda víg, talsan pohár.* Ang. *A drinking peece holow like a boate.*] Poculi genus est oblongum & angustum, teste Didymo, simile navigio quo κύμβαν vocant. Dionisius Samius, referente Athenæo idem putat esse Cymbium cum eo quod Homerus κισσύβιον vocat: ita dictum (ut quidam putant) quòd ex cissu: hoc est, hederæ ligno confici solet.

Cymindis. [κύμινδις. Vng. *Egyéidro olyu.*] Accipitris genus, noctu tantùm volans, rarum etiam in sylvis, interdiu minus cernens. Bellum internecinum gerit cum aquila, sæpeque deprehenduntur cohærentes. Autor. Plin. lib. 10. cap. 8. Homerus χαλκίδα vocat, quasi χαλκίζουσαν τῇ χρόᾳ.

Cyminum, penult. prod. n. f. [כמן chammôn. κύμινον. Gall. *Du commin.* Ital. *Cimino.* Germ. Kümmich Belg. Comijn. Hispan *Comino.* Pol. *Kmin.* Vngar. *Köményi* Angl *Cummin.*] Herbæ genus, cum semine ejusdem nominis, quod nos y in u vertentes, *Cuminum* dicimus. Ejus duo sunt genera: quæ vide suprà in dictione Cuminum. ¶ Cymini sector, κυμινοπρίστης, homo avarus, & sordidus dicitur, qui vel vilissimis ex rebus lucrum quærit, nimiaque parsimonia rem augere satagit. Tractum est adagium à Cymini seminis vilitate simul & exilitate. Meminit & Aristot. lib. Moral. 4.

Cyna, æ, f. p. [Ger. Ein gattung eines Arabischen baums / von welchem sie ihre kleider machen.] Arbor est in Arabia, folio palmæ simili, ex quo

ex quo Arabes vestes sibi conficiunt. Autor est Plin. lib. 12. cap. 11. ¶ Cyna etiam, κυνᾶ, pilei genus fuit, quo Lacedæmonii uti solent. Vide Bayfium de Re vestiaria.

Cynăcănthă, f. p. κυνάκανθα, Arbuscula, quæ acinos veluti uvæ producit. Latini Caninam sentem, & vulgò *Vvam spineam* nominant.

Cynămŏlŏgŭs, Avis est Arabiæ peculiaris, ex cinnami surculis nidum construens, quem deinde accolæ plumbatis sagittis dejiciunt. Autor Plin. lib. 10. cap. 33. Apud Aelianum hæc avis non Cynamolgus, sed Cinnamomus appellatur: & ita nonnulli etiam apud Plin. legendum suspicantur.

Cynanche, [κυνάγχη. Germ. Ein kranckheit die einem würgt/ die Halßstrenge. Polon. *Dic awica.* Vng. *Torokgyek.* Ang. *The quinsey, a difficultie of breathing.*] Morbi genus est, spirationis difficultatem, & suffocationis periculum afferens. Latinè Angina appellatur. Propriè tamen cynanche dicitur, quum laryngis: hoc est, gutturis interiores musculi inflammantur. Nam quum exteriores ejusdem musculi inflammationem patiuntur, παρακυνάγχη appellatur. Est & ex anginarum genere Synanche per s in prima syllaba, συνάγχη, qui peculiaris est Pharyngis, sive faucium morbus, quum scilicet illarum musculi interni inflammantur, quemadmodum παρασυνάγχη, quum exteriores earundem musculi inflammatione fuerunt correpti. Hippocrates tamen hæc omnia genera, Cynanches nomine complexus est.

Cynarica. Apocynon apud Diosc. lib. 4. cap. 48.

Cynēgĕtĭcă. [κυνηγετικά. Vng. *Vadászásról irt könyv.*] Dicuntur volumina de venatione conscripta. Nam κυνηγὸς & κυνηγέτης Græcis dicitur Venator. Extat hoc nomine Xenophontis liber & Gratiani cujusdam fragmentum. Flavius quoque Vopiscus refert Olympium Nemesianum scripsisse Cynegetica.

Cynĭps, cyniphis. [כנים *chinnim* κνίψ. Gal. *Mousche de chien.* Ital. *Mosca canina.* Germ. Ein hundsmuck/ Roßfliegen/ brämen die vbel sticht. Belg. Een watervlieghe. Hispan. *Mosquito delos que pican, ò mosca, muy chica y que pica agramente.* Pol. *Bąk, mucha kęsi ijaca konie albo p y.* Vngar. *Eblégy.* Angl. *A dogge flie.*] Musca minutissima longis cruribus, in capite habens rostrum, quo proferat cutem animaliũ. Nascitur ex humore, & juxta aquas abundat. Latini Muscam caninam vocant. ¶ Est etiam hoc nomine fluvius in Africa: à quo & regio eo nomine dicta est, in qua maximi sunt hirci. Hinc grex Cyniphius: id est, grex hircorum: Cyniphia pellis, hircina. Martialis de Vdonibus: Non hos lana dedit, sed olētis barba mariti, Cyniphio poterit planta latēre sinu.

Cynŏcĕphălĕă, penult. prod. [κυνοκεφάλαια. Germ. Ein kraut wie ein Hundskopff.] Herba est quæ ab Aegyptiis *Osiritis* appellatur, divina prorsus, & ad omnia venena efficax. Hac herba Appion Grammaticus Homeri manes se ab inferis evocasse gloriatus est, ad percontandum, qua patria, quibusq; parentibus genitus esset: non tamen ausus profiteri quid sibi respondisset. Hæc Plin. lib. 13. cap. 2.

Cynŏcĕphălĭŏn, [κυνοκεφάλιον. Dioscoridi. Gal. *Vne certaine herbe qui ressemble vne teste de chien.* Ital. *Psillio.* German. Hundskopff kraut/ wirdt sonst genennt Drackenhaupt. Hisp. *Zaragatona, cabeça de perro.* Angl. *A herbe resembling or like a dogges head.*] Herba est quam Græci notiore nomine ψύλλιον, nos *Pulicarium* appellamus. Nomen ei dedit figura floris, qui canini capitis similitudinem refert.

Cynŏcrāmbē, Cynia herba apud Diosc. lib. 4. cap. 202.

Cynŏctŏnŏn, Apocynon, apud Diosc. lib. 4. cap. 84. Est & altera species Aconiti.

Cynŏdontēs [κυνόδοντες. Polon. *Ostre zakończiste zęby.* Vngar. *Hegyes fogak.*] Dentes, qui à nostris *Canini* appellantur: ita dicti, quòd acuminati sint in formam dentium canis. Hos tradit Plin. lib. 11. c. 37. semel casu aliquo amissos nunquam renasci.

Cynŏglŏssŏs sive Cynoglossum, [κυνόγλωσσον. Dioscoridi. Gall. *Herbe nommee langue de chien.* Ital. *Lingua di cane.* German. Hundszung/ spitz wie ein. Belg. Hondstonge. Hispan. *Vinca, lengua de perro.* Pol. *Psii język.* Vngar. *Ebnyelv.* Ang. *An herbe called hounds toung.*] Herba est in locis sabulosis nascens foliis lato foliæ plantagini simillimis, angustioribus tamen minoribusque, & lanuginosis, sine caule humi strata. Latinis Lingua canina dicitur, diversa tamen ab ea quam Officinæ *Canis linguam* vocant. Plin. 25. cap. 8. Iungitur & cynoglossos, cæminas imitans linguas, topiariis operibus gratissima.

Cynomazon κυνόμαζον, Herba est eadem cum chamæleonte nigro, quam & Cynozolon Plin. appellat. Dictum Cynomazon, quòd in offa vel in pulte datum canes enecet.

Cynomorion, κυνομόριον. Herba est, quæ alio nomine appellatur Orabanche, inimica ervis, cæterisque leguminibus, cauliculum habens pinguem & rubentem sine foliis. Nomen habet à similitudine genitali canis, teste Plin. lib. 22. cap. 25. Hodie, teste Ruellio, à Gallis *Tenia* vocatur.

Cynŏmyĭă, f. p. [κυνόμυια. Gall. *Mousche de chien.* Ital. *Mosca canina.* Germ. Ein hundsbrämen/ die von den thieren das blut saugt. Belg. Een hondsvlieghe. Hispan. *Mosca de perro.* Pol. *Psia mucha.* Vngar. *Eb légy.* Ang. *A hors flie, or doggeflie.*] Musca canina, quæ sanguinem ab animalibus exugit. Hæc præcipuè canum aures infestat: unde & nomen est sortita. ¶ Est genus herbæ, quæ notioribus nominibus *Psyllium* & *Pulicaria* dicitur: de qua Plin. lib. 25. cap. 5.

Cynŏrrhŏdŏn, [κυνόρροδον. Polon. *Polna róża.* Vng. *Parlag rosa (ebcsip) tüske rosa.*] Rubentis lilii flos est, teste Plinio lib. 21. cap. 5. ita dictus, quod à cane rabido morsis medeatur, quasi Rosam caninam dicas. Eadem & Rosa sylvestris appellatur, teste eodem Plin. lib. 15. cap. 2.

Cynŏsbătŏn, [κυνόσβατον. Gall. *Vn eglantier.* Ital. *Roso canino.* German. Hanbutten/ hanbrösen. Hispan. *Carca rosa, l. carça perruna.* Vng. *Szarka tövis, varju tövis.*] alii Cynosphaston: frutex est, teste Dioscoride multò amplior rubo, foliis longè quàm myrti latioribus, aculeis circa virgas robustis, flore albo, fructu oblongo, simili nucleis olivarum, sed rubicundo. Columella Sentem canis vocat. Sunt qui existimant fruticem eum esse, qui vulgò *Eglenteri* nomine cognitus est.

Cynŏs ŏrchis. f. t. [κυνὸς ὄρχις. Germ. Knabenkraut. Belg. Kullekens cruyt.] Herba quæ & Orchis dicitur foliis oleæ mollibus ternis, parvisque, semipedis longitudine in terra stratis, radice bulbosa oblonga: duplici ordine superiore, quæ durior est: & inferiore, quæ mollior. Eduntur ut bulbi cocti, in vineis fortè inventi. Plinius libro 27. capite 8. Officinæ Græcam vocem ad verbum exprimentes, *Testiculum canis* appellant.

Cynŏzŏlŏn, κυνόζολον. [German. Eberwurtz mit einer schwartzen wurtzel.] Herba est eadem cum chamæleonte nigro, ita dicta, quòd odoris fœditate ricinos vermes in Canum auribus enecet. Alio nomine Vlophonum dicitur. Vide Plin. lib. 22. c. 18.

Cynum, ni, n. f. metallum.

Cypărissĭas, κυπαρισσίας, Tithymali species caulem emittens dodrantalem, ex quo germinant folia cupressi similitudine, (unde & nomen accepit) teneriora tamen ac tenuiora. Autor Plin. lib. 26. cap. 8.

Cyperos. m. f. [κύπειρος. Gall. *Vne espece de ionc appellee souchett, ayant les racines odoriferantes.* Ital. *Opero.* Germ. Wilder galgan. Belg. Wilde galigaen. Hispan. *Iuncia de olor, y iuncia ancsana.* Vng. *Szittyo káka.*] Iunci genus est angulosum, juxta terram candidum, in cacumine nigrum & pingue. Ejus descriptionem vide apud Plin. lib. 21. cap. 18. Ruellius à Gallis juncos hujusdi *Souchetos* vocari tradit, & minutim contusos ad conciliationem odoris vestibus interponi. ¶ Legitur etiam in neutro genere Cyperum, apud Varr. lib. 3. de Re rust. c. 16.

Cyphi κῦφι, Thymiamatis compositio est dicata diis, qua abunde Aegyptii sacerdotes utuntur. Constat (ut Plutarchus ait) ex melle, vino, una passa, cypero, resina, seseli, aspalato, myrrha, bitumine, junco, bryo, calamo, utroq; junipero, cardamomo, lapatho. Rat: nũc componendi vide apud Diosc. li. 1. c. 24.

Cypĭrus. f. (Herba est, folia habēs ad iridis similitudinem mucronata, quæ à Latinis Gladiolus dicitur, radice bulbosa, & odore vicino nardo. ζύπειρος. ¶ Est & per se Indica herba quæ Cyperis vocatur, gingiberis effigie, commanducata croci vim reddens. Vide Plin. lib. 21. cap. 18.

Cyporon. Genus palustris herbæ. Lege Diosc. lib. 1.

Cyprīnus, [κυπρῖνος. Ang. *A carpe.*] Piscis est ex genere chrombrorum: cujus meminit Plin. lib. 32. c. 11.

Cyprium æs. Vide Cyprum.

Cypseli. [κύψελοι. Germ. Ein Spyr. Pol. *Jrzyk, jaskółka.* Vng. *Fecske.* Ang. *Martinets.*] Aves ex hirundinum genere, quæ & Apodes vocantur, ἀπὸ τοῦ κυψέλης: hoc est, ab alveari, eò quòd nidum specie alvearis ex luto fingant. Autor Plinius lib. 10. c. 39.

Cyrnēā. æ, Vasis vinarii genus, teste Nonio. [Ang. *A bolle, a great peece to drinke in.*] Plaut. Amph. Cadus erat vini, inde implevi Cyrneam. ¶ Sunt qui Cyrneam scribant per i nostrum ut παρὰ τὸ κιρνᾶν: hoc est, à miscendo dictum velint.

Cyrrhā, Vide Cirrha.

Cyssus & Cystus. Vide Cissus & Cistus, perperàm antea per y scribebantur hæ dictiones. Sunt enim Græcæ stirpium voces. κισσὸς etenim hederam significat: κίσθος vero frutex est medicis valde notus.

Cystiliti, Lapides qui spongiis innascuntur: sic dicta, quia vesicula medeantur.

Cytĭnus [κύτινος. Gall. *La fleur d'vn grenadier.* Ital. *Primo fior de pomo granato.* Germ. Granatapffel blühe. Belg. Granaten blomme. Hispan. *La granada quando ja e de flor, o flor de la granada.* Pol. *Kwiat ogranatowego jabłka.* Vngar. *Gránát viraga.* Angl. *The floure of a pom garnette.*] Flos mali Punicæ sativæ, ut balaustium sylvestris, ut est apud Dioscor. Plinius cytinum interpretatur primum partum punicæ florere incipientis. Flores verò ipsos in Cytino erumpentes, Balaustia natura astringentes. Solet tamen appellatio hæc & alia quoq; genera congruere: unde Dioscorides Apollinarit herbæ flores Cytinos appellavit.

Cytĭsus, pen. corr. f. f. [κύτισος. Ger. Ein klein bäumlin wie Rhamnus/ das hat bletter wie Klee.] Genus fruticis incani, ad similitudinem rhamni, cubitalibus ramis foliis loti trifoliæ, quem Aristomachus Athuniensis miris laudibus prædicavit, eo præcipuè nomine, quòd lætissimum pecori pabulum præbeat, & lactis copiam augeat: quod etiam confirmat Plin. lib. 13. cap. 24. Inventus est autem hic frutex primò in Cythno insula (unde & nomen accepit) & inde translatus in omnes Cycladas & urbes Græcas. Colum. lib. 13. cap. 28. Cytisum (quem Græci aut ζίναν, aut μηδικὴν, aut τρίφυλλον vocant) quamplurimùm habere expedit, quòd gallinis, apibus, ovibus, capris & omni generi pecudum utilissimus est. Idem alibi duas facit Cytisi species, sativam, & alteram suæ sponte.

D. LIII.

D

D Litera, Est ex numero mutarū. Quingenta in numeris significare putatur: sed non D, verùm duæ hæ notæ ıɔ quingenta significant, pro quibus imperiti, D, scripserunt. ¶ Quandoque pro th aspirato ponitur, ut θεὸς, Deus. ¶ Quandoque convertitur in b, ut quod olim Duellum, nos jam Bellum dicimus, & Duellona, Bellona. ¶ Quandoque in l, ut à Sedeo, olim Sedda dicebatur, quæ nunc Sella. ¶ Quandoq; in r, ut Meridies, ab eo quod est medius dies. ¶ Interponitur nonnunquam in compositis hiatus prohibendi causa, ut Prodest, Redarguo, Redeo, Redintegro, ¶ Subtrahitur etiam nonnunquam, quando sequens syllaba ab s, cum alia consonante incipit, ut Ascendo, Aspicio. ¶ Quando autem convertatur in alias literas, dictum est in præpositione Ad In fine cujusque dictionis corripitur, præterquam ubi est diphthongus, ut in haud. ¶ D. A. In notis antiquorum vel AVG. Divus Augustus. DA. dona. D. AE. de ærario. DATI. Dathico. D. A. M. S. AV. de avibus malè senserunt augures. D. AVG. Deo Augusto, Divo Augusto. DB. C.D. C D. E. diebus Cæsaris dictatoris causa dicata est. D.B.DD. de bonis dixerunt vel dederūt D.B.S.F. de bonis suis fecit. D. B N. de bonis nostris, de benè notatis. D. B. M. de bene merentibus. C B. C. de bene consulentibus, vel de bono communi. D.B.I. de bono judicio. D. B. IN de bonis incertis D.B.I. diis bene juvantibus. D. B. Decius Brutus. D.C. N. N B. D. de Cæsare nemo non bene dicat. D. C. CAES. Divus Cæsar. D. C. A. Divus Cæsar Augustus. D C. S. de consulum sententia, vel consulis vel consilii sententia. DCT. detractum D.DS duo deferebantur. D. dedit vel dies. DD. dandam. D.M. dedimus mercedem. DD. dandas. D. D. D. A A.A. dedicarunt dederunt, dono, aureo, argento, ære. D D. M.V. dies mali venerunt. DD. declinaverunt, vel dedicaverunt. DDD. dedicaverunt D.D.N.M. P. dare de nutu mihi parat. D. B VRG. de bonis virginis. DD. E.H.L.IO. LIB. PRI. DN. MAR. PV ET. LI P. dedicatus est hic locus Iovi liberatori primùm, deinde Marti pugnatori & Libero patri. D.DQ O.H.L S.E.V. diis deabusque omnibus hunc locum sacrum esse voluerunt. D. divus vel Decius, vel diebus, vel devotus, vel diutiùs, vel dedicavit. D. diva. D. dedicavit. D D dedicaverunt vel dedicarunt. DD dedimus, dedicatio. D.D. Deo dedicavit, vel dotis datio, vel dictio, vel diis dantibus, vel donantibus vel dono dedit, vel ducū dux, vel duc duc, vel dono datum, vel deo domest, vel donavit, vel dono dicavit, vel ductio ducis, vel Deus dedit, de donis, vel deinde, decreto dato. D.D.D. datus decreto decurionum, vel dedit, vel dono decurionum dedit, vel dono dedit, dicavit, vel dono decurio dedit. D.D.D. dono dederunt vel dedêre. D.D.D D. dignum Deo donum dicavit, vel decreto decuriones dederunt. D. D. L. M. dono dedit libero munere. D.D.N N. domini nostri de tribus Imp. D. DQ. dedit donavitque. D DQ. S. diis deabusque sacrum. D. I. S. deabus sacris vel sacrum.

Dăcrўmās, autore Festo, *Livius* Andronicus appellabat, quas nos *lacrymas*, Græcos sequutus, qui δακρύειν vocant Lacrymasi, & δάκρυα lacrymas. Vnde etiam constat verbum Lacrymor & nomen Lacryma meliùs sine aspiratione scribi, quemadmodum vox Græca, à qua originem trahunt.

Dăctўlūs, pen. corr. m. s. [אצבע *etsbáh.* δάκτυλος. Gall. *Vn doigt.* Ital. *Deto.* Germ. Ein finger Belg. Vingher. Hisp. *Dedo.* Polon. *Paliec.* Vngar. *Vy.* Angl. *A finger.*] à Latinis dicitur digitus: unde Dactylotheca (quæ Græcis etiam *Chirotheca*) pro tegumento manus, vel digitorum sumitur. [Polon. *Paluch.*] ¶ Dactylus item vocetur pes metricus, quum syllabam longam duæ breves subsequuntur, Herous pes Ciceroni dictus, libro 3. de Orat. quòd eo scribantur facta heroum & principiū. ¶ Item Dactyli dicuntur fructus palmæ. Apicius: Et croci drachmæ singulæ dactylorum ossibus torridis quinque. ¶ Dactylus præterea graminis genus est, de quo sic scribit Plin. lib 24. cap. 19: Sunt qui & aculeatum gramen vocant trium generum, quum in cacumine aculei sunt plurimum quini (dactylon vocant) hos convolutos naribus inserunt extrahuntq; sanguinis ciendi gratia. ¶ Dactylus item piscis est è genere concharum. Plinius libro 9. cap. 6: Concharum è genere sunt dactyli, ab humanorum unguium similitudine appellati. ¶ Dactylus Idæus, gemma. Plin. lib 37. cap. 10. Idæi dactyli in Creta ferreo colore pollicem humanum exprimunt

Dāctўlĭcūs, a, um, [δακτυλικός. Vng. *Vjas.*] Cicer. in Orator. Quod ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ sit accommodatior.

Dāctўlĭōn, [δακτύλιον Græci annulum dicunt, ἀπὸ τοῦ δακτύλου: hoc est, à digito. Gall. *Aneau.* Ital. *Anelo.* German. Ein fingerring. Hisp. *Anillo.* Polon. *Pierscien.* Vng. *Gyuru.* Ang. *A ringe.*]

Dāctўlŏthēcă, f. p. [δακτυλιοθήκη. Polon. *Skrzynka wktorej chowaią pierscienie.* Vngar. *Gyuru tok.* Angl. *A ringe case, or glove.*] Annulorum capsula: δακτύλιος enim annulus est: θήκη capsula sive arcula ubi quid reponitur. Vlpianus l. 52. de legat. & fideicommiss. Idem Pomponius in dactylotheca legata tractat & ait annulos quoque contineri: non solùm thecam, quæ annulorum causa parata est. Male autem hic antea scriptum erat dactylothecam pro gemma Plinio positam: quia locus Plinii lib 37. 1, omninò ostendit contrarium.

Dāctўlĭs, hujus dactylidis, f. t. [עכנבת *tabbahath.* δακτυλίς, ίδος. Gall. *De la grosseur d'un doigt.* Ital. *Longo vn deto.* German. Eines fingers dick oder groß. Hispan *Luengo vn dedo.* Pol. *Miąßy iako paliec.* Vngar. *Egy ujni.* Angl. *Of the thicknesse or length of a finger.*] ut dactylides vites dictæ à gracilitate digitali: vel fortassis quòd grana habeant dactylis similia: hoc est, fructui palmæ arboris. Plin. lib. 14. c. 3 Has etiam dactylos vocat Col. lib. 3. c. 2.

Dāctўlĭōn, Scammonia apud Diosc. lib. 4. c. 2.

Dæmōn, m. t. [שד *ched.* δαίμων. Gall. *Ange bon ou mauuais.* Ital *Demonio.* German Ein wissenhaffter geist/ er sey gut oder böß. Hisp. *Angel bueno ò malo.* Pol. *Aniol dobri albo zli wßytko wiedzaci.* Vngar. *Io kegon i angyal.* Ang. *An angell good or euill.*] Deus, sive sapiens, ἀπὸ τοῦ δαίειν, quod est scire, August lib 9 de Civit. Dei: Dæmones dicuntur, quoniam Græcum vocabulum est ob scientiam nominati. Nostræ religionis homines appellant spiritus in cœlo à Deo creatos, qui de cœlo ejecti, partim in terræ infimo, partim in hoc aëre damnati sunt. Hinc Eudæmon & Cacodæmon pro bono & malo dæmone. Dæmon etiam animus humanus in corpore situs vocatur. ¶ Dæmones, inquit Apul. sunt genere animalia, ingenio rationabilia animo passiva, corpore aëria, tempore æterna.

Dæmŏnĭcŭs, a, um, quod est dæmonis. [δαιμονικός. Vngar. *Ördögy.*] Lactant. lib. 4. in fine: Sed dæmonicis fraudibus irretiti divinum nomen, cultumque perdiderunt.

Dæmŏnĭum. [δαιμόνιον. Polon. *Diabelstwo.* Vng. *Ördög.*] Idem quod dæmon, numen, Deus. Vnde extat Apuleii liber de Dæmonio Socratis.

Dāgnădēs, Aviculæ quas potantes Aegyptii ad coronas divinciebant, dum potum exercebant, quæ cantilando & morsicando non paterentur dormire potantes. Autor Fest.

Dalmatica, vestis, est qua modò utuntur omnes Diaconi ex consuetudine in solennitatibus. c. 76. dist. de Iejunio.

Dalūm. n. s. Velum minimum ad proram navis devexum.

Dāmă. Genus capræ sylvestris, tam masculini quàm fœminini generis. [יחמור *jehelâh* צבי *tsebi.* ζόρξ. Gall. *Vn daim.* Ital. *Capra seluatica.* German. Ein wilder Rehbock/ Dammhirtz/ oder ein gattung der Gemsen. Belg. Dayncen. Hispan. *Gama ò cabra montes.* Pol. *Lania.* Vngar. *Öz.* Angl. *A deere or bucke.*] Virg. in Pharmac. Cum canibus timidi venient ad pocula damæ. Martialis: Dente timetur aper, defendunt cornua cervum, Imbelles damæ quid nisi præda sumus? ¶ Hujus diminutivum est Damula.

Dāmāsŏnĭum. n. s. δαμασώνιον. Polon. *Wodna bibká.* Vng. *Hidg 30 iol nelw vii fu.*] Herba est plantaginis folia habens angustiora tamen & in terram reflexa. A' Dioscoride ἄλισμα appellatur. Nonnulli putant eam esse, quam vulgus *Plantaginem aquaticam* vocat alii illam quæ ab officinis *Fistula pastoralis* dicitur.

Damium, n. s. [Polon. *Taiemna ofiara*] teste Festo, Sacrificii genus, quod in operto fiebat in honorem Bonæ deæ: ita dictum per contrarium sensum, quòd minimè esset δημόσιον: hoc est, publicum. Vnde & Dea ipsa Damia, & sacerdos ejus Damias appellata est. Autor Fest.

Dāmnās, pro Damnatus apud Iurcconsultos. [מחייב *mechaijáb* אשם *aschêm.* ἀλούς, ὀφλών. Gal. *Condamné* Ital. *Condannato.* German. Verdempt. Hispan. *Condennado.* Polon. *Skazany potepiony.* Vngar *Meg jentenczaztatot, kab f zhoot.* Angl. *Condemned.*] Marcellus: Quisquis mihi hæres erit, dare damnas esto. Vtebantur autem hoc verbo quum testator suo testamento damnabat hæredem ad præstandum alicui aliquod legatum. Quint lib 7: Hæres meus uxori meæ damnas esto dare argenti quod elegerit pondo centum.

Dāmnūm, n. s. Varro à Demendo dictum, quum diminutione rei deterior. Iactura, detrimentum, incommodum, malum. [נזק *nezék.* βλάβη, ζημία. Gall. *Dommage.* Ital. *Danno,* German Ein schad/ nachtheil. Hisp. *Danno.* Pol. *Szkoda.* Vng. *Kár.* Ang. *Domage, hurt, losse.*] Terent in Adelph. Nisi eò mercatum veniam, damnum maximum est. Cicero: Quod declamationibus nostris cares, damni nihil facis. ¶ Damnum infectum, est damnum nondum factum, quod futurum veremur, apud Caium Iurisconsultum.

Dāmnĭfĭco, Damnum infero. [הזיק *hizzík.* ζημιόω. Gall *Faire dommage.* Ital. *Dannegiare, far danno.* German. Schaden thun. Hispan. *Hazer danno* Polon. *Vszkadzam.* Vng *Kárt teßek* Ang *To endomage.*] Damnificus, qui infert damnum. Plaut. in Cistel. Imitatio, ne quam bestiam, & damnificam.

Dāmnĭgĕrŭlŭs, m. s [ζημιοφόρος. Gall *Portemal ce-r, dommageable.* Ital. *Chefa, ò portadanno.* Germ. Der schaden thut/ schädlich. Hispan. *Cosa cannosa ò haze danno.* Polon. *Szkodnik.* Vngar. *Kar tevő, kar*

re vel, kár hozo. Ang. That bringeth domage or losse.] Plaut. in Truc. Ite hac simul mulieri damnigeruli foràs gerrones.

Dāmnōsus, a, um: Damnum vel detrimentum habens conjunctum. [ζημιώδης, ζημιωτικός. Gal. Dommageable. Ital. Dannoso. Ger. Schädlich. Belg. Schadelick. Hispan. Cosa danosa, que haze danno à menoscabo. Pol. Szkodliwy. Vng. Káros. Ang. Domageable, harmfull, hurtfull.] Colu. libr. 1: Quod etsi per partes nonnunquam damnosum est, in summâ tamen compendiosum. ¶ Aliquando sumitur activè, pro eo quod damnū infert. Plaut. in Bacch. Quid tibi commercii est cum diis damnosissimis? ¶ Aliquando passivè: ut apud Plaut. in Epid. Damnoso seni, pro eo qui damnum subeat. ¶ Damnosus, profusus. Suet. in Neron. Non in aliâ re damnosior, quàm in ædificando.

Dāmnōsĭor, comparativus à Damnosus. [Vnga. Mo keroebbká-ros.] Ponitur pro profusiori, apud Suet. in Nerone c. 31: Non in aliâ re damnosior, quàm in ædificando.

Dāmnōsē, adverb. Periculosè [ζημιωδῶς. Gal. Dommageablement, avec dommage. Ital. Con danno. German. Mit schaden/schädlicher weiß/ nach. Hispan. Con danno. Polon. Szkodliwie. Vng. Karosan. Ang. With great domage and losse.] Horat. 2. Serm. Satyr. 8: tum Vibidius Balatroni; Nos, nisi damnosè bibimus, moriemur inulti.

Dāmno, as, act. p. Condemno, improbo, convinco. [גִּינָה chijeb הַנִּישׁ hanisch κατακρίνω. Gal. Condamner. Ital. Dannare, condennare. German. Verdammen/verwerffen. Belg. Verdoemen. Hispa. Condennar à dannar. Pol. Potepiam ganie, ganię. Vng. Kárhoztatom. Ang. To condemne, to appoynte to be punished.] Quandoque ablativo, quandoque genitivo jungitur. ¶ Ablativo. Cicer. 6. Verr. Datetque operam, ut is eo crimine damnaretur, ne ipse esset in crimine. Seneca dicit genus humanum damnatum mortalitate. Et epist. 96: Mulieres damnatæ morbis virilibus ob intemperantiam. Cic. 1. Tusc. Sed plurimi contrà nituntur, animosque, quasi capite damnatos, morte mulctant. ¶ Cum de. Cic. ad Brutum 1. 204: Atque ille si armis positis de vi damnatus esset, &c. Damnare de suspicionibus: id est, ex suspicionibus, per suspiciones. Vlpian. in l. Absentem §. 1. ff. de quæst. ¶ Genitivo. Cic. 4. Ad Heren. Majores nostri si quam unius peccati mulierem damnabant, simplici judicio maleficiorū multorum convictam putabant. Quo pacto? Quoniam quam impudicam judicaverant, eam veneficii quoque damnatam existimabant. ¶ Damnari ad. Plaut. Rud. Quem modò damnavit ad recuperatores Pleusidippus? Pli. Epist. 240: Qui damnati ad pœnam erant. ¶ Damnari in. Plin. Epist. 248: Quidam vel in opus damnati, vel in ludum. Idem Epist. 35. Damnatus in metallum, strangulatus in carcere. ¶ Quando verò non apponitur precium, vel peccatum, pœnáve peccati accusativo tantùm jungitur, & significat Culpo. Cice. 4. Tusc. Rerum naturam potiùs, quàm errorem damnare volumus. ¶ Damnare, pro Reum peragere, sive condemnari facere. Tacit. lib. 3: Abolitas leges, & fundùs versas, ubi in foro, in limine curiæ, ab Annia Rufilla, quam fraudis sub judice damnavisset, probra sibi & minæ intendantur. Plin. libr. 34 cap. 2: Verrem Cicero damnaverat. ¶ Interdū accipitur pro exhæredare ἀποκηρύττειν: unde è duobus filiis, alterum hæredem institutum, alterum damnatum legimus, hoc est, exhæredatione improbatum. ¶ Interdum pro compellere, obligare, & necessitate obstringere. Terentius in Phorm. Tuus est damnatus gnatus, non tu. ¶ Composita à Damno sunt, Cōdemno, & Prędamno. quod est antè damno, προκαταγινώσκω Liv. lib. 4: Totam culpam ejus temporis in prædamnatum collegam transferentem, omnes tribus absolverunt.

Dāmnātĭo, onis, verbale, f. t. Condemnatio, calamitas. [הַנִּישׁ hanisch, κατάκρισις. Gal. Damnement, condemnation. Ital. condannagione. Germ. Verdammung. Hisp. Condenacion. Polo. Potepienie. Vngar. Kárhoztatas, kárhozát. Ang. A condemning.] Reorum acerbissimæ damnationes. Cic. in Pison. Idem 4. Verr. Docuissemque hanc damnationem duci non oportere, &c.

Dāmnātus, hujus damnatus, pen. prod. m. q. Idem quod Damnatio. [κατάκρισις, καταδίκη. Vngar. Kárhozat.] Plin. lib 7. ca. 44: Alieno beneficio postea vixit, bonis indè etiam consecratis à damnatu suo.

Dāmnātōrĭus, ria, rium: Quod damnationem adfert, quod condemnationem habet conjunctam. [καταδικαστικός. Gall. De condemnation, qui condemne. Ital. Di condannagione. Germ. Das zu dem verdammen oder verurtheilen gehört. Hisp. De condenacion, loque condena. Polon. Rzecz niezaka upadek, y potepienie przynosząca. Vngar. Kárhoztato. Ang. That condemneth.] Cic. 5 Verr. Verres in Zenonem judicium dabat illud suum damnatorium, de jugerum professione.

Dāmnātōrĭa tăbĕlla, Suet. in August. καταδικάζουσα ψῆφος.

Dāmnātus, partic. [מְחוּיָב mechuijab. הַנִּישׁ hanisch. κατακριθείς, καταδικασθείς. Gall. Condamné. Ital. Damnato. German. Verdammet/verurtheilet. Hisp. Condennado. Polon. Potepiony, skazany. Vngar. Kárhoztatot. Angl. Condemned.] Vt, Damnatus capitis, vel capite: hoc est, cōdemnatus. ¶ Interdum etiam idem, quod obligatus vel astrictus. Vnde hæredes dicebantur damnati, ad præstandum legatum: hoc est, astricti & obligati. Pro quo veteres etiam dicebant Damnas. Item, Damnatus voti, vel voto, dicitur is, qui jam ejus, cujus gratiâ votum fecerat, factus est compos. Et Damnare aliquem voto dicebantur dii, quum alicui tribuebant id, cujus gratiâ votum susceperat. Fiebant autem vota ferè sub conditione, hoc modo: Mars pater, si mihi populoque Romano hodie victoriam dederis, hoc ipso in loco tibi ex marmore templum statuam. Hoc voto ita facto, qui vovit, statim factus est reus voti: nihil tamen cogitur præstare, nisi adeptâ victoriâ. Vbi autem jam debellatis hostibus contigerat victoria, tunc demum dicebatur damnatus voto: hoc est, astrictus & obligatus ad persolvendum votum. Virgil. in Daph. Vt Baccho Cererique, tibi sic vota quotannis Agricolæ facient: damnabis tu quoque votis. Hæc ideò hic fusiùs notanda duximus, quòd ipsum etiam Macrobium, altissimæ eruditionis virum, & pleroſq; alios, qui ejus authoritatem secuti sunt, eâ in re lapsos videremus, qui arbitrantur eum dici damnatum votis, qui jam vota persolvit. Hoc autem verū non esse, apertissimè convincitur uno Livii testimonio, lib. 7 ab Vrbe condità: Dictator (inquit) deorum quoque opes adhibendas ratus, inter ipsam dimicationem ædem Iunoni Monetæ vovit: cujus damnatus voti, quum victor Romam revertisset, Dictaturâ se abdicavit. Et paulò post. Anno postquam vota erat ædes Monetæ dedicatur. Audi ne Dictatorem protinus partâ victoriâ fuisse damnatum voti, quum tamen votum adhuc non persolvisset: quod subsequenti demum anno fuit persolutum? ¶ A participio Damnatus fit compositū Indemnatus non condemnatus, ἀκατάκριτος. Salust. in Catil. Hi primò cœpêre quemque pessimum, & omnibus invisum, indemnatum necare: hoc est, indictâ causâ & nullâ præcedente condemnatione. Liv. lib. 2. ab Vrbe: Eum indemnatum indictâ causâ non debere violari. ¶ Composita à Damno sunt, Condemno, & Prædamno, quod est antè damno, προκαταγινώσκω. Liv. 4: Totam culpam ejus temporis in prædamnatum collegam transferentem, omnes tribus absolverunt.

Danaē, Laurus Alexandrina apud Diosc. lib. 4. cap. 148.

Dānīsta, fœnerator, creditor. [נוֹשֶׁה noscheh δανειστής. Gall. Vsurier qui preste à interest. Ital. Vsurario creditore. Germ. Ein Wucherer. Belg. Woeckenaer, oft lombaert. Hisp. Vsurario. Pol. Lichwiarz. Vng. Vsorás. Ang. An vsurer or lender for gaine.] Plautus: Morigerus est mihi danista, qui de me argentum non petit. Καὶ τὸ δανείζειν, quod est mutuum dare.

Dānīstĭcus δανειστικός, Fœneratorius. [Vng. Vsorás.]

Danunt, quandoque à veteribus dicebatur pro Dant, & Duis pro Dederis. Plaut. Cui servitutem dii danunt lenoniam. Nonius.

Dăpālis, Dapaticus. Dapaticè. Vide Daps.

Dăphnia, f. p. Gemma comitialibus morbis utilis existimata. Plin. lib. 37 cap. 10.

Dăphnŏīdes. [δαφνοειδής. Gall. Laureole. Ital. & Hisp. Laureola. Ger. Lorbeerkraut, oder wie etliche verteutschen/ Kellerhals oder Zeiland. Pol. Wilczy łyk. Vng. Vad Borostyán. Ang. A kind of bryer tree.] Lauri species, baccas habens è nigro rubescentes, quibus gustatis os atque guttur accenditur. Frutex est ramosus, crassiore, quàm laurus, folio. Autor Plin. libr. 15. cap. ultim. ¶ Est item Daphnoides, clematidis species mollia vitilia per terram spargens, quæ à Latinis Vinca pervinca appellatur. Vide suprà in dictione Clematis.

Dăphnōn, [δαφνών. Gal. Vn lieu complanté de Lauriers. Ital. Luogo dove sono molti lauri. German. Ein Lorbeerbaumgart. Hispa. El Laureal. Pol. Ogrod bobkowy osadzony. Vng. Borostyanos hely. Angl. A place sett with baye trees.] Lauretum dicimus: hoc est, locum multis consitum lauris. Mart. libr. 10: Disposuit daphnona suo Torquatus in agro.

Daps, dapis, f. t. inquit Festus, apud antiquos dicebatur res divina, quæ fiebat aut hybernâ semente, aut vernâ: quod vocabulum ex Græco deducitur, apud quos id genus epularum δαίς dicitur. Liv. 1. ab Vrbe: Tum sacrum factum, adhibitis ad ministerium dapemque Potitiis ac Pinariis. Ibidem: Pinariis extis adesis ad cæteram venirent dapem. Quomodo verò dapes construantur, vide Caton. de Rerust. cap. 131: Cæterùm dapes non solùm deorum, vel nostræ in sacrificiis deorum: sed etiam magnifici & opipari apparatus sunt. [מַטְעַמּוֹת mathamoth δαίς. Gall. Banquets, viandes somptueuses, appareil de viandes. Ital. Vivanda, apparecchio grande de vivande. German. Herrliche zubereitete speisen. Hispan. Manjar costoso, & otra cosa para comer. Polon. Pokarmy przyprawiony. Vngar. Etelek. Ang. Delicate meates gne dishes.] Mart. Illa quidem lauta est, dapibusque instructa superbis. Virgil. 4. Aeneid. Diripiuntque dapes, contactúq; omnia fœdant. Præterea & cibos vitabiles & infandos dapes vocari, Nonius in duobus Virgilii locis affirmat, quorum alter est Aeneid. 3. de Cyclope: Nam simul expletus dapibus, vinóque sepultus. Alter in Buc. Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit.

Dăpĭfer, a, um: δαιτυφόρος, dapes ferens.

Dăpino, as, pen. prod. Significat dapes paro.] Pol. Pokarmi narzadzam. Vng. Es keket keszitek.] Plaut. in Capt. Aeternum tibi dapinato victum, si vera autumas.

Dăpālis cœna. Quæ diversis & amplis dapibus constat. [λαμπρός, δαψιλής. Vngar. Kazdag, fris vacsora. [Plin. libr. 10 ca. 20. Pavonem cibi gratia Romæ primus occidit orator Hortensius, dapali cœna sacerdotii.

Dăpătĭcus, a, um, Quod est amplum, magnificum: ut Negotium dapaticum, μεγαλοπρεπές, Festus.

Dăpătĭcē, adverb. id est, lautè. λαμπρῶς. Festus.

Dăpsĭlē, adverbium, Abundanter, lautè, copiosè. [δαψιλῶς. Gall.

A

Gal *Abondamment, somptueusement* Ital. *Abondamente, liberalmẽtr, magnificamente.* Germ Reichlichen/köstlichen/ überflüssig. Hisp. *Magnifica y costosamente.* Pol. *Obficzie, hoinie.* Vng. *Frissen, bôuen.* Ang. *Abundantly, costly.*] Sueton. in Vesp. Sed & convivabatur assiduè, ac sæpiùs rectè ac dapsilè.

Dăpsĭlĭs, le, penult. corr. Abundans, largus, liberalis. [δαψιλὴς Gal *Grand & abundant, somptueux.* Ital. *Abondante, liberale.* Ger. Reichlich/köstlich/ überflüssig. Hispan. *Magnifico y costoso y abundante.* Polon *Hojny, szczodry.* Vngar. *Bô, bôkezû, adakozó.* Angl. *Liberall, sumptuous, costly.*] Plaut. Most. Triginta minæ, præterque alios dapsiles sumptus facit. Colum. lib. 4. cap. 17: Si autem continuis superioribus annis dapsili proventu fatigata vitis fuerit, requiescere, ac refici patietur. Idem libro eodem: At spionia dapsilis, musto ac amplitudine magis uvarum, quàm numero fertilis. Δαψιλείαν, largitatem, abundantiam rerum, liberalitatemque vocant: unde nostri quoque dapsiles aliquando lautos, & liberales appellant. Plaut. in Aul. Istas magnas factiones, dotes dapsiles nihil moror: id est, affluentes & largas.

Dăpsĭlĭtĕr, adverbium, Dapsilè, lautè. [Polon. *Szczedrze.* Vng. *Bôven frissen.*] Nævius in Corollaria: Vltrò meretur, quamobrem ametur, ita dapsiliter suos amicos alit.

Dapsă, apud veteres, genus sacrificii, quod fiebat aut hyeme sævienti, aut vere: à Græcis δάψις vocatur.

Darsisan, Quid revera sit, vehemens hodie controversia. Nec sanè conveniunt Arabum interpretes. Nam Euricius Cordus, vir veterem Medicinam edoctus, Asphalaton esse contendit eam, cujus meminit Diosc. lib 1: Verùm hujus sententiam, ut nòn facilè improbarim, ita non habeo nunc quò affirmem, maximè cùm in his atq; illis peregrinis non aliter quàm cæci in tenebris palpemur. Nec hîc quicquam ad rem facit opinio & suspicio, sed loca adeunda, consideranda & contemplandæ res ipsæ sunt. Toti sunt in his suspicionibus etiam Manardus & Leonicenus, magno interim risu multorum.

Dărdănĭum δαρδάνιον, Genus ornamenti quod lacertis adhibebatur. Plin. lib. 33 cap. 3. Cujus sceleris nos coarguimus illum primùm, qui auro dignitatem per annulos fecit, ut habeant in lacertis jam quiddam & viri, quod è Dardanis venit: itaque & Dardanium vocabatur.

Dăsīă, pen prod. δασεῖα, Densitas spiritus, & signum est vocalis aspiratæ, quod hac nota, formatur.

Dăsȳpūs hujus dasypodis, m. t. [שפן *schaphan.* δασύπους Gall. *Vn connil.* Ital. *Coniglio.* Germa. Ein Haß oder ein Küngeln. Belg. Konijn. Hispan. *Conejo* Polon. *Krolik albo zaiac.* Vngar. *Házi nyul fzelêd nyúl.* Angl. *A conie or hare*] Animal est, quod nos leporem, aut ut alii platei, cuniculum vocamus. Plin libro 10 cap. 63. Dasypodes omni mense pariunt, & superfœtant, sicut lepores. A partu statim implentur: concipiunt, quamvis ubera siccante fœtu, pariunt non cæcos. Ex quo loco constat, Plinium Dasypodem à lepore distinxisse. Budæus tamen credit Plinium in ea re deceptum fuisse, eo præcipuè argumento nixus, quòd Aristoteles plerisque in locis dasypodem à lepore non videatur distinguere. Si tamen diligentiùs scriptorem illum excussisset, invenisset locum manifestissimum, ubi ille duo hæc indubiè secernit, locus is est libr. 1. de Hist animalium, ubi sic habet: Differunt præterea animantes moribus: nam aliæ mites, remissæ, ac minimè pervicaces sunt, ut boves: aliæ animosæ, pervicaces, brutæ omninò, ut sues sylvestres: aliæ ingeniosæ, ac timidæ, οἷον ἔλαφος, καὶ λαγὼς, καὶ δασύπους: hoc est (interprete Theodoro) ut cervi, lepores, cuniculi. Polybius tamen lib 12, historiarum, cuniculum Latino nomine appellare maluit, non secus ac si Græca lingua animalis ejus nomenclaturâ destitueretur. Ait enim nasci animal, lepori simile, κούνικλον καλούμενον. Hisce argumentis adductus Erasmus, vertens adagium illud apud Græcos usitatissimum, δασύπους κρεῶν ἐπιθυμεῖ, maluit Græcam dictionem servare, quàm de re incertâ quippiam temerè pronuntiare Sic enim vertit: dasypus carnes desiderat. Dicitur in eos, qui ea requirunt ab alijs, quæ ipsis affatim sunt domi.

Dătārĭūs, Dataritm, Vide Do.

Daūcūs, f. f. [δαῦκος. German. Vogelnest. Belg. Kroonekens truyt Pol. *Olesznik* perperam *Marchew.*] Herba est similitudine fœniculi, candidioribus tamen foliis & minoribus, hirsutisq, cauie pedali recto, radice suavissimi gustus. Plura ejus sunt genera, quæ vide apud Plin. lib. 25. cap. 9.

Dautĭă, quæ & Lautia dicimus. Polon. *Vpominek postom dani.*] Munuscula, quæ dantur legatis hospitii gratia Fest.

D ante E.

Dē, [מן *min* ἀπό. Gall. *De.* Ital. *De, di, da.* German Von. Belg. Van. Hispa. *De.* Vng *Bol-tôl.* Ang. *Of frome.*] Præpositio est, quæ separata significat ἀπὸ hoc est, à vel ab, vel ex, ut Audivi de patre tuo. ¶ Item περὶ, Cicero 3. de Orat. Oratio Crassi de coloniâ Narbonensi & altera de lege Serviliâ. Item propter. Terent. in Eunuch. Quantum me amas de fidicinâ hâc? ¶ Item Deorsum, sicut Sus, sursum: unde Susque deque fero, veteres dicebant hoc est, sursum an deorsum res feratur, parvi facio. ¶ Item ponitur pro è, ut apud Sueton. in Caligulâ capite 37: Fabricavit de cedris Liburnicas, gemmatis puppibus, pro è cedris. ¶ Item memorativam vim habet: ut Cicero scripsit de Officiis. ¶ De nocte abire: id est, in nocte, vel per noctem. Terent. Adelph. Cum primum luce ibo hinc. Imò de nocte censeo. Vbi Donatus dicit abundare De. Cicero pro Murena: Vigilas de nocte, ut tuis consultoribus respondeas. ¶ De meo consilio, de meâ sententiâ, & similia, pro me suadente & consulente, &c. Sæpè apud Cic. ¶ De eodem genere, pro ejusdem generis. Cic. 4. Tuscul. Afflictio, desperatio, & si qua sunt de genere eodem. ¶ De, pro quantum pertinet ad. Terent Hecyr. Nam de reducendâ, id verò neutiquam honestum esse arbitror. Cic. ad Lentulum lib. 1: Cedit religioni de exercitu ¶ De pro post. Plaut. Mostell. Non bonus est somnus hominis de prandio. ¶ De pro Ad. ut, Aedificare de exemplo alterius. Plaut. Mostel. ¶ De scripto dicere: id est, legendo. Cicero de Clar. Orator. ¶ De summo loco, summoque genere filius. Plaut. Capt. ¶ Composita verò aliquando detractionem notat, ut Decortico, Delibro, Devestio, Deplumo, Depilo, Decalvo, Dearmo. ¶ In aliquibus deorsum κάτω, ut Descendo, Defluo. ¶ Interdum non, ut Delumbe, quod est, non habens lumbos. ¶ Interdum activa est, sive intensiva, ut Deamo, Depravo. ¶ Interdum diminutiva, ut Decresco, Defervesco. ¶ Interdum privativa sive negativa, ut Desperatus. Demens, Dedecet. ¶ Interdum localem vim obtinet, ut Deambulo. ¶ Interdum deficientem vim sui simplicis indicat: ut Disco, Dedisco: Tego, Detego: Doceo, Dedoceo. ¶ Interdum est honoris exhibitiva, ut Defero, Deduco. ¶ Significas etiam quandoque totum vel omninò, ut Demando. ¶ Quandoque aperte seu palàm, ut Demonstro. ¶ Componitur autem cum dictione incipienti ab a. ut Deamo: b, ut Debacchor: c, ut Decerno: d, ut deduco: e, ut Deero: f, ut Defero: g, ut Deglutio: h, ut Dehisco: i, ut Dejicio: l, ut Delabor: m, ut Demitto: n, ut Denudo: o, ut Deosculor: p, ut Depellor: r, ut Derivo: s, ut Desudo: t, ut Detraho: u, ut Devenio. ¶ Patitur nonnunquam elisionē, metri gratia: sicut in Deinde & Dehine. Virg. l. 1, Aeneid. Oscula libavit natæ, d' hinc talia fatur, ubi eliditur e.

Dēă, Deæ f. p. à Deus. [אלה θεά, ἡ Gall *Deesse.* Ital. *Dea* Germa. Göttin. Hisp. *Dea. Diosa.* Polon. *Bogini.* Vng. *Isten azzony.* Ang. *A Goddesse.*] Virg. 1. Aeneid. nec vox hominem sonat, ò Dea certè ¶ Deæ triformis sacra: id est, Hecates, quæ & Luna & Diana & Proserpina creditur esse: Luna quidem in cœlo, Diana in terris: & Proserpina apud inferos Ovid. 7. Metamorph. Auxiliaris Dea Ovid. 9. Metamorph quum te partu Lucina levarit, Tollere quicquid erit, Dea sum auxiliaris, opemq; Exorata fero ¶ Vltrices Deæ. Seneca in Octavia: Tartara testor, Erebique Deas, scelerum ultrices.

Dĕăcĭnātūs adiectivum: [ἀπηλλαγμένος τῶν ῥαγῶν ἐστεμφυλισμένος Gall. *De qui on a osté & nettoyé les grains de raisin.* Ital. *Mondato da granelli.* German. Von traubenbeeren wol gesaubert Hispan. *Vaziado de los betunes de las uvas.* Polon. *Wyczyszczony, zwinnich iadrek.* Vngar. *Az kinek szöpbiët kivettëk.* Ang. *That is cleansed of the kernelles of grapes or lik fruits*] Vt, Deacinata dolia, à quibus abstersi sunt acini. Cat. de Re rust. cap. 26: Vbi erit lectum post dies triginta, si bene deacinata erunt dolia, oblinito.

Dĕālbo, idem est quod album reddo, album tectorium induco: [הלבין *hilbin* λευκαίνω. Gall, *Blanchir par dessus.* Ital. *Imbiancare.* German. Weißgen/oder weiß machen. Hisp. *Blanquear, emblanquecer* Polon. *Obielam.* Vngar. *Meg fejériteni* Ang. *To mak white, to whitelime.*] Vt, Dealbare parietem est album tectorium superinducere. Curtius ad Cic. Nec solere duos parietes de eadem fideliâ dealbare.

Dĕālbātŭs, a, um, participium, idem quod albo inductus colore [Pol. *Pobielony.*] Sueton in Galbâ cap 9: Multoque præter cæteras altiorem, & dealbatam statui crucem jussit.

Dĕālbātōrēs, item lib. 10. Cod. ad Imp. inter artifices recensentur, qui munerum immunitate donati sunt.

Dĕāmbŭlo, n. p. Ambulo, inambulo. [התהלך *hithhallech* περιπατέω Gal. *Se pourmener.* Ital. *Passeggiare.* Germa. Hin und wider gehen/spatzieren. Belg. Wandelen Hisp *Passear.* Polo. *Przechadzam się.* Vngar. *Járok, ballagok.* Ang. *To walk, to go*] Terent. in Adelph. Deambulare huc libitum est. Cicer lib. 1. de leg. Quin igitur pergimus ad illa spatia nostra, sedesque, ubi cùm satis erit deambulatum, requiescemus?

Dĕāmbŭlātĭo, f. t Ambulatio [הליכה *halichah.* περίπατος. Gal. *Pourmenement ou pourmenoir.* Ital *Passeggiamento.* Ger Spatzierung/das hin und her gehen Hispan. *Obra de passearse.* Polo. *Przechaczka.* Vngar. *Járás, ballagás.* Angl. *A walking.*] Terent. in Heaut. Vel me hæc deambulatio, quàm non laboriosa: ad languorem dedit.

Dĕāmbŭlātōrĭum, n. f. Locus in quo deambulamus. [περίπατος. Vng *Iaro hely* Ang *An alley or gallerie to walk in*]

Dĕāmo, act. p. Valde & ex animo amo. [*haghab* στέργω. Gall. *Fort aimer.* Ital *Amar di cuore.* German. Hertzlich oder inniglich lieben. Belg. Hertelijck lief hebben. Hispan. *Amar de coraçon.* Pol. *Serdecznie miłuie.* Vng. *Fô ûte igen szeretem.* Angl. *To love tenderly.*] Terent. in Heaut. Næ ego sum fortunatus, deamo te Syre. Plaut. Trucul. Magna nunciavit Chiamus hodie gaudia, mea dona deamata acceptaque habita esse apud Phronesium.

Dĕārmātūs exercitus: hoc est Exarmatus: id est, armis spoliatus [ἀφωπλισμένος, τὰ ὅπλα ἀφῃρημένος. Gall. *Desarmé.* Ital. *Sforzato disarmato.* German. Ein Kriegsvolck der wehrloß gmacht ist. Hispan. *Hueste desarmada.* Polo. *Ten ktoremu bron odięta.* Vng. *Fegyveritül meg fosztatot.* Ang. *Spoiled of armour or unarmed*]

Liv.4.ab Vrbe: C. ntol triumphans in urbē redit, Civilio Volscorum duce ante currum ducto, prælatisq; spoliis, quibus dearmatum exercitum hostium sub jugum miserat.

Dĕartŭo,as act.p. Artus incido,artus adimo,& eripio. [נתח nitach. ἀρθροκοπῶ Gall. Desmembrer. Ital Smembrare. German. Die glieder abhawen / ein glied nach dem andern abhawen / zerstucken. Hispan Despedaçar en miembros. Polon. Roz siekuie, pozlonki wibieram. Vngar Le tagłom, konczolom. Angl. To delmember.] Plaut.in Capt. Tum igitur ego ærumnatus,deartuatus sum miser scelesti hujus technis.

Dĕartĭcŭlātĭo, onis,f.t. Est mutatio vel corruptio ossis secundū naturam, in locum præter naturam.

Dĕaūro,as, Inauro, auro tego: [צפה זהב tsippah zahab. χρυσόω. Gall. Dorer. Ital. Indorare. Germ. Vergulden. Hisp. Dorar par de fuera. Polon Pozłacam. Vngar. Meg arany azom. Ang. To guild with gold.] Vnde Deauratus, χρυσοῦς.

Dēbācchārī, Propriè est præ ebrietate furere,bacchari. [השתגע bahishtaggebah. ἐκβακχεύω. Gall Insulter autruy en maniere d'yvrongne, faire quelque insolence. Ital. Furiare per ebriezza. German. Toben/oder wüten/ vngestüm seyn auß trunckenheit. Belg. Rasen. Hisp. Vsar de furor por embriaguez. Polon. Ozarszi szie szalenie. Vngar. Részegségben bolondúl rikoltani. Ang. To rage and rayle like a dronkenman, to be woode angrie.] Quanquam etiam debacchari dicimus eum,qui præ furore mentis suæ non satis compos, nihil considerate agit,& sine fructu tumultuatur. Teren. in Adelph. Si satis debacchatus jam es leno, audi si vis nunc. SAN. Egon' debacchatus sum in te,an tu in me?

Debēllārĕ, Bello vincere vel capere. [כבש nichbesch. καταπολεμῶ, καταγωνίζομαι. Gall. Vaincre par guerre, surmonter. Ital. Vincere in guerra. German. Mit kriegen uberwinden vnd bezwingen. Hispan. Vencer ò tomar por guerra. Poloh. Zwiczieżic, zwoiuię. Vng. Meg verni, meggyozni. Ang. To vanquish and overcome by warre.] Et propriè Debellamus homines, Expugnamus castra, urbes, naves, & hujusmodi. Plin. libr. 6: Darium Alexander debellavit. Livius libr. 8: Debellatum est cum Græcis: id est, finitum est bellum. Virgilius sexto Aeneid. Parcere subjectis, & debellare superbos.

Dēbēllātŭs,ta,tum,participium, Victus, superatus. [נכבש menatstsach. καταπολεμηθείς, καταγωνισθείς. Gall. Vaincu, surmonté. Ital. Vinto, superato. Germa. Mit Kriegsmacht bestritten oder uberwunden. Hispan. Vencido. Polon. Zwoiowany. Vngar. Meg gyözetetős. Ang. Overcome by warrefare.] Liv.8.ab Vrbe: Debellatus vi hostis.

Dēbēllātò, vice adverbii. Liv. 10. bell. Punic. Scipionem velut jam debellatò, Vticæ oppugnandæ intentum avertit fama redintegrandi belli.

Dēbēllāndŭs,a,um, Participium futuri temporis. Virg. 5 Aenei. -gens dura, atque aspera cultu Debellanda tibi Latio est.

Dēbēllātōr, Verbale. masc 1. [מנצח menatstseach. καταγωνιστής. Gal. Vainqueur, surmonteur, victorieux. Ital. Vincitore, vittorioso. Germ. Ein uberwinder vnd siger im Krieg. Hispan. Vincidor. Polon. Zwiczięzca woinie. Vngar. Meg gyözö. Angl. A conquerour, a vanquysshour.] Vt, Cruenti gurgitis debellator, apud Statium libr. 9. Thebaid.

Dēbĕo, es. debui, debitum, Pertinet ad omnia,quibus devincti sumus: quod vulgò Teneor, seu Debitor, aut Obligatus sum dicitur. [ὀφείλω. Gall Devoir, estre tenu & obligé. Ital. Dovere, essere, debitore, tenuto, obligato. German. Schuldig / pflichtig / sollen. Belgl. Schuldich zijn. Hispan. Dever, ser obligado. Polon Winienem. Vngar. Dartozom, adós vagyok. Angl. To owe, to be bound to.] Cicer. Planco: Perfice, ut ne minus Respublica tibi, quàm tu Reipublicæ debeas. Idem Servio: Homo & maximis meis beneficiis devinctus, & propè omnium, qui mihi debere aliquid videntur, gratissimus. εὐχάριστος. Plaut. in Curc. Beatus mihi videor, subduxi ratiunculam quantum æris mihi sit, quantùmque alieni siet: dives sum, si non reddo iis, quibus debeo. Salust. in Catil. Res autem opportuna videbatur, quòd is privatim egregiâ liberalitate publicè maximis muneribus grandem pecuniam debeat. ❡ Sæpissimè verò pro oportet. Cicer. ad Atticum: Si volent grati esse, debebunt Pompeium hortari, ut sit amicus.

Dēbētŭr inventio illi. Plin. lib. 18.ca.7: Inventio ejus Chio insulæ debetur. Id est, attribui debet.

Dēbĭtōr, masc.t. [בעל חוב] . ὀφειλέτης, χρεώστης, ὀφειλέτης. Gall. Debteur. Ital. Debitore. Germ. Ein Schuldner. Belg. Een Schuldenaer. Hispan. Deudor. Polon. Dłużnik. Vngar. Tartozó, adós. Ang. A debtour, that oweth.] Teste Modestino, propriè dicitur is à quo invito exigi pecunia potest. Cicer. ad Attic. libro 3: Titinius debitoribus suis renuntiavit, ut eodem fœnore uterentur. Idem pro Flac. Ferit eadem omnia, quæ nostri debitores solent: negavit se versuram ullam fecisse. Debitori creditam pecuniam condonare, Cicer. 2. Offic. Plin. in Paneg. Nam liberalitatem jucundiorem debitor gratus, clariorem ingratus facit.

Dēbĭtĭo, f.t. Debitum. [חוב chob משכשב maschscheb ὀφλησις. Gall. Debte. Ital. Debito. Germ. Die schuld. Hisp. Deuda. Plono. Dług. Vngar Adósság, tartozás. Angl. A owing.] Cicer. pro Planc. Perquàm dissimilis est pecuniæ debitio & gratiæ: nam qui pecuniam dissolvit, statim non habet id quod reddidit: qui autem debet, æs retinet alienum. Gratiam autem & qui refert, habet, & qui habet, in eo ipso quod habet, refert.

Dēbĭtum, n.f.subst. Aes alienum, debitio, nomen. [חוב chob משכשב maschschéb. χρέος, ὀφείλημα. Gall. Debte, ce qui est deu. Ital Debito. Germ. Ein schuld. Belg. Schulde van ghéleenden ghelde. Hispan. Deuda. Vng. Adósság. Ang Debte, that is owen.] Cic in Oratione ad populum antequam iret in exilium: Fidei conducit in loco debitum retribuere.

Dēbĭtŭīrī, Antiquo more dictum, pro debitum iri, quemadmodum Datuiri, pro datum iri, & defensuiri, pro defensum iri.

Dēbĭtŭs, a, um, part. Quod debetur. [χρεωστούμενος. Gal. Deu. Ital. Douuto convenevole. Germ. Schuldig/pflichtig. Hispan. Devido, quello que alguno deve. Polon Dłużność. Vngar. Azminel tartozunk. Ang Due, owen.] Idem in Phil. O fortunata mors, quæ natura debita, pro patriâ est potissimùm reddita. ❡ Frequenter etiam apud Cice. accipitur pro Meritus, sive Iustus. In Epist ad Attic. Huic habiti à me honores nulli, nisi debiti. Idem 9 Phil. Iustum ac debitum honorem alicui decernere.

Dēbĭbo, is, penult. correpts. Solinus. [German. Austrincken oder trincken.]

Dēbĭlĭs, le, om. t. ex De, & Habilis, quasi parùm habilis, mancus, infirmus, imbecillus, levis [חלש challasch. ἀσθενής Gall. Debile, foible, cassé. Ital. Debole. German. Schwach/unmögend. Belg. Swack / kranck. Hispan. Flaco. Polon. Mdły, słaby. Vngar. Erőtelen. Ang. Weak, feble.] Terent. in Adelph. Membra iu metu debilia sunt. Cicer. 3. in Cat. Infirmos sine illo, ac debiles fore putabam. Imbecillis ac debilis senex, Cicer. pro Sest.

Dēbĭlĭto as, are, act.p. Debilem reddo, frango, infringo, minuo, comminuo. [חלש chalasch, ἀσθενίζω. Gall. Affoiblir, debiliter, amoindrir les forces. Ital Far debole, tor' le forze. Germa. Schwechen/ schwach/ oder blöd machen. Hispan. Enflaquecer. Polon. Osłabiam. Vngar. Meg erőtelenítem Ang To make weak or feble.] Cicero in Vatin. Quæ leges sæpenumerò Tribunitios furores debilitarunt, & represserunt.

Dēbĭlĭtārī, passivè. [Vngar. Meg erőtelenítetni.] Cicero de Finibus: Turpe esse viro debilitari, dolore frangi, succumbere. Ibidem: Recitatis literis, debilitatus, atque abjectus conscientiâ, repentè conticuit.

Dēbĭlĭtās, atis, f.t. Infirmitas. [חלשה chaluschâh, ἀσθένεια. Gall. Debilité, foiblesse. Ital. Debolezza. Germ. Schwachheit / unmögenheit / blödigkeit. Hispan. Flaqueza ò febledad. Polo. Słabość, mdłość. Vngar Erőtelenség. Ang. Feblenesse, weakenesse.] Cicero 1. de Finibus: Vt succumbere doloribus, eosque humili animo imbecilloque ferre miserum est, ob eamque debilitatem animi multi parentes reliquerunt.

Dēbĭlĭtātĭo, f.t. [חלשה chaluschâh, ἀσθένησις, ἀδρανία. Gal. Debilitation, diminution de forces, affoiblissement, affoiblissure. Ital. Debilitamento, l'infermarsi. Germ. Schweche / oder schwechung. Hisp. Flaqueza ò Febleda. Polon Zemdlenie. Vngar. El erőtelenités. Ang. A makin gweak or feble.] Cicer, in Pisonem. Quid debilitatio atque abjectio animi tui,

Deblatero, as are, n.p. [φλυαρέω, ψιθυρίζομαι. Gall Babiller. Ital. Parlare stoltamente. Ger Blabern/plappern. Hispan. Hablar bonerias. Polon. Obmawiam. Vngar. Fecsegni, bolondul tsasagok. Angl. To bable, prate or chatte.] Est stultè loqui, inquit Festus: nam βλάκας stultos vocant Græci. Nonius verò deblaterare, Obloqui & confingere interpretatur. Plautus Aul. Vbi es tu, quę deblaterasti jam vicinis omnibus, Me meæ filię daturum dotem? Gell. lib. 9 c. 15: Deblaterans versuum multis millibus.

Dēbrĭōr, aris, d. p. Idem est quod ebrior. Nunquid unus qui debriatur, & turpis videtur.

Dēbūccĭnārĕ, pro Buccinare usus est Tertullianus è velandis Virginibus.

Dĕcăchīnnārī, d. p. Est deridere, ut est apud Tertullianum. [שחק sichék. ἀποκαγχάζειν. Gall. Se moquer en riant. Ital. Beffare. Germ. Verlachen. Hispan Escarnecer reiendo. Pol. Smie chowisko stroic. Vng. Meg hahatazni, meg nevetni, gaczogni. Angl. To mok and scorne.]

Dĕcăchōrdum, n.f. [עשור hasch ór. δεκάχορδον.] Instrumentum musicum decem chordas habens.

Dēcăcūmĭno, as, pen. corr. Cacumen præcido, sive cacumine privo. [ἀκρωτηριάζω, βλαστολογέω. Gall. Tondre par le coupeau, descoupeler. Ital. Tagliare la cima. Ger. Abstümpfen / Den Dolder an den Bäumen abhawen Hispan. Cortar la cumbre. Polon. Wierzch ziracam, obczinam. Vng. Tetejét, el metezem. Ang. To take away the toppe of any thing.] Vnde βλαστολογίαν Theodorus decacuminationem vertit, &c. Colum. lib. 6: Potest etiam ulmus sic disponi, ut adhuc tenera decacuminetur: ne altitudinem decem & quinque pedum excedat. Plin. lib. 17: Similem & decacuminatio rationem habet cupressi, piceæ, cedri: hæ enim detracto cacumine, aut ignibus adusto intereunt. Decacuminatio quomodo fieri debeat, require ex Theophrast. 4. cap 17.

Dĕcădōrŭs, pen. prod. [δεκάδωρος. Vng. Tiz tenyérni hozzu.] Longus decem palmis.

Dĕcălcātum Calce litum. κονιαμένον.

Dĕcălŏgŭs, pen. corr. m. f. [δεκάλογος. Pol. Dziesięcioro przykazanie. Vngar. Tiz parancsolat.] Sacrum volumen quod decem Legis præcepta continet.

Dĕcălvo, as, ἀποψιλόω, φαλακρόω, Vide CALVO.

Decameron, id est, Decumanum, constans ex decem rebus, Describitur ab Aetio Serm 12. cap. 44. aliàs Decamyrum.

Dĕcānto, as, penult. prod. act. p. Laudo, celebro, divulgo.

[זמר zimmér.

[פזמון schibbeách. ἐγκωμιάζω. Gall. Chanter ça & là, chanter par vers, donner los. Ital Diuolgare, celebrare. Germ. Hoch lobe/rühmen/preysen Belg. loven. Hisp. Diuulgar por fama y gloria Polon. Slawic chwalic. Vngar. Ki enbklém, énekelme dicsérém. Ang To reporte or speake often, of to praise muche.] ¶ Interdum idem quod Iterum atq; iterum repeto, & ad fastidium usq; inculco, ταυτολογῶ Cicer ad Att. lib 5: Etenim hæc decantata erat fabula. Idem 3. de Orat. Græcus doctor, qui alicui pervulgara præcepta decantet. Idem 3. de Finib. Quæ quidem res efficit, ne necesse sit iisdem de rebus semper quasi dictata decantare, neque à commentariolis suis discedere.

Dĕcăphŏrōn, pen. corr. [δεκάφορον. Vngar. Tiz embernek valo ágy.] Lectica quæ fertur à decem hominibus: sicut Hexaphoron, quæ à sex.

Decaproti penult prod. δεκάπρωτοι, Qui decaprotiæ munere funguntur. Cicero Decemprimos vocat. Vlpian. l. & qui ff. de mun. & honorib. Decaprotes minores etiam annis XXV. fieri iampridem placuit.

Dĕcăpŭlo, as, pen. corr. act. p. Evacuo: [הריק harâh μεταγγίζω. Gall. Desemplir, & mettre d'vn vaisseau en autre. Ital. Votare, e vacuare German. Oln abschütten/Ausschütten Hisp. Vaziar. Polon. Ociesc-m, strichnie. Vngar Feltol m g igenesiten. Ang. To make emptie or powre out of one vessell into another.] à Capula deductum, quæ sunt vasa ansata, quibus oleum repleri solet. Plin. libr. 15. cap 6: Quare sæpius die decapulandum. Vnde & Capulator, de quo supra.

Dĕcarchŏs, m. f. δέκαρχος, à Græcis appellatur, qui decem præest militibus, quem Latini vocant Decurionem [Germ Ein Rottmeister vber zehen Polon. Dziesiatnik. Vngar. Ki me tiz em, meg werfsésm.]

Dĕcăs adi. f. t. [עשירי hasór. δεκάς. Gall. Dizaine. Ital Decima. Germ. Das zehen in ihm begreifft Hispan. Diez numero. Pol. Dziesięć rzeczy w jubie maiacy. Vngar Tiz számú. Ang. Any thing of the number of ten.] Aliquid decennarium numerum continens. Hinc Livii Decades decimus, operis sectiones, quarum singulæ decem continent libros: Quanquam non desunt qui Livium historiam suam in libros, non in decadas volunt distribuisse: quorum opinioni quo minus accedam, faciunt decimo cuique libro præfixæ præfationes, quæ reliquis nullæ præfiguntur.

Dĕcaulesco, scis, Caules vel frondes amitto. [ἀποκαυλοῦμαι. Germ Zu stengel schiessen. Polo. Zdrewniewam Vngar Agaimat, leuelemet el hullatom] Plin lib 19 cap. 7: Raphanus utiq; jucundior detractis foliis antequam decaulescat.

Dĕcēdo, is, n. t. Abeo, discedo. [הלך halách יצא azál. ἀποχωρέω. Gall Se departir, s'en aller Ital. Partire, andarsene German. Hinweichen/abweichen/hinweg gehn. Belg. Wechgaen Hispa. Partirse de lugar Pol Odchodzę, ustępuię. Vng. El megyek Ang. To depart, to go away] Cælius Ciceroni: Quod tibi decedenti pollicitus sum. Terent. Heaut. Decedet jam ira hæc: etsi meritò iratus est. Propriè verò à mandato custodiæ loco recedo: ut Consules de provincia dicuntur decedere, & Præsides de urbibus. Cicero Att. Non putet nos senatu antè oportere decedere, quàm nobis successum sit. ¶ Decedere de summâ, est de summâ aliquid detrahi, eamque imminui, Terent Adelph. Mea, quæ præter spem evenêre, utantur fine: de summâ nihil decedet. ¶ Item decedere, est Detrahi, sive minui. ἀφαιρεῖσθαι, ἐλαττοῦσθαι: & sic eleganter habet dativum. Lactant libro 1: Id autem solidum existimandum est, cui nihil decedere: id perfectum, cui nihil possit accedere. ¶ Interdum idem est quod simplex Cedo: hoc est, locum do. Cic. antequam iter in exilium: Ego inimicorum amentiæ salutis omnium causâ decedam. Et paulò pòst: Si violentiæ impetu opprimitur, decedam pro omnibus unus Tribunitio furori. ¶ Decedere viâ, est per errorem, sive honoris gratia degredi ἐξίστασθαι τῆς ὁδοῦ. Sueton. in Cæs. Et quum luminibus extinctis decessisset via diu errabunda, tandem ad lucem duce reperto, per angustissimos tramites pedibus evasit. Plautus in Trin. Decedam ego de viâ, de semitâ, de honore populi. Decedere de suo jure, est non summo jure agere, sed aliquid sui juris condonare comiter, τῶν δικαίων ἑαυτοῦ ὑφίεσθαι. Cicero 2. Offic. Est enim liberale, paululùm nonnunquam de suo jure decedere, & interdum fructuosum. ¶ Rursus decedere ponitur pro mori [ἀποθνήσκειν. Polon. Vmieram. Vngar. Meg halec.] & per se plenum est, ut subintelligatur, vitâ, tanquam de custodia & gubernatione corporis proficiscens: ut eo modo dicatur decessit, quo Defunctus est, Cicero ad Attic. libro 1: Pater nobis decessit ad VIII. Calend. Decem. ¶ Decessit eo morbo, pro mortuus est, apud Suetonium in Vitellio cap 3: Decessit paralysi altero die quàm correptus est. ¶ Decedere de statione vitæ, figuratè apud eundem in Catone: Vetat Pythagoras sine jussu Imperatoris de præsidio & statione vitæ decedere. Ex dictis exemplis colligi potest, quòd hoc verbum ablativum habet aliquando cum præpositione De, aliquando verò sine ea: ut Decedere viâ, vel de viâ: Decedere jure suo, vel de jure suo: Decedere officio, vel de officio, quod est contra officium aliquid facere. Sic decedere instituto suo, vel de instituto, aut more suo: id est, secus quàm quis solitus fit agere, mores mutare. ¶ Decedentibus rebus, pro excuntibus. Suet. in Cæsar. c. 24: Sed prosperè decedētibus rebus, & sæpius & plurimùm quum quisquam unquam dierum supplicationes impetravit. ¶ Dies decedens: id est, occasus. Virg. 4. Georg.

Dēcessŏr, m. t. verbale est à Decedo, significans eum qui jam magistratu defunctus decedit de provincia, & successori suo eam tradit. [διάδοχος. Gall. Celuy qui s'en va, & laisse sa place à vn autre. Ital. chi se ne va, & da luoco ad altri. German. Der seinem ampt abweichen oder abtretten. Hispan. El que da lugar al successor. Polon. Vstępuiący drugiemu v Vrzędu. Vngar. Az ki elhiven ussitbol ki mene. Ang. He that goeth away and leaueth place to an other] Vlpia. in leg. observare ff. de offi. Proconsul. Rectè autem & ordine faciet, si dictum decessori suo miserit, significetq; quo die fines sit ingressurus. Decessorem itaq; Latinè vocabimus, quem vulgò Prædecessorem vocant, cui scilicet in officio aut alia quavia re succedimus.

Dēcessio, onis, f. t. & Decessus, us, ui, m. q. Abitus, decessus. [ἀποχώρησις. Gall. Departement d'vn lieu. Ital. Il partirsi & dar luoco ad vn altro. Germa. Ein abweichung/vbergebung. Hispan Aquella partida le lugar. Polon Zdanie vrzędu. vstąpienie. Vngar. El menés. Ang. A departing or departure.] Cicero ad Quint. Frat. libro 1: Ego tibi spem maturæ decessionis afferebam. Idem Sulpitio libro 4: Is mecum sæpè de tua mansione aut decessione communicat. Cæs. bell. Gall. Vulgò credebatur abejus decessu ferere solitus. Celsus lib. 3. cap. 12: Sub decessu febris cibum sumat.

Dĕcem, Numerale, indeclinabile, à Græco δέκα. [עשרה hasaráh. Gall. Dix. Ital Dieci. Germ. Zehen Belg. Thien Hisp. Diez. Polon. Dziesięć. Vngar. Tiz. Angl Ten.] Terentius Heaut. Decem dierum vix mihi est familia. ¶ Hinc fiunt composita, Vndecim, Duodecim, & derivativa, Decies, Decimus, Decuplus, Denus, & Decenus: de quibus suis locis.

Dĕcembĕr, m. t. Nomen mensis, quòd decimum locum teneret, antequam additi essent Ianuarius & Februarius. [טבת tébeth, Μαιμακτηριών. Gall. Decembre Ital. Decembre mese Germ. Der Wolffmonat oder Christmonat. Belg. Winter oft Hoermaent. Hispan. El mes de deziembre. Polon. Grudzień, Vng. Karácson hava. Angl. Te moneth december.] Legitur & December, adjectivum. Horat 2. Serm.-age libertate Decembri Vtere. Hoc est, eâ libertate, quæ servis mense Decembri (tunc enim Saturnalia celebrabantur) solet concedi.

Dĕcemdĭum, δεχήμερον, Spatium decem dierum: nam decennium, decem annorum dicitur.

Dĕcemjŭgis, Currus, quem decem equi juncti trahunt. [δεκάζυγος. Ang A teame of ten horses.] Suetonius in Nerone: Aurigavit quoq; plurifariam: Olympiis verò etiam decemjugi, sub. audi, curru.

Dĕcempĕdă, penult. corr. f. p. [δεκάπους. Gall. Perche à arpenter & mesurer de dix piedz de long. Ital. Pertica de legnamolo & di mesuratore di terra. Germ. Ein Ruten oder Stangen zehen schuh lang/ mit welcher man das Erdtrich außmißt Belg Een roede/ertsscheodere toebe Hispan. Medida de diez pies. Pol. Pręt nadziesięcstop dlugi, którim rola wim ierzaia. Vngar. Tiz labni mirô rud. Angl A perche or polle of ten foote long to measure land.] Pertica quâ mensuratur terra à numero pedū ducta: sicut Quincupeda à quinq; pedibus. Cic. 17. Philip. Vrbem jam peritus metator & callidus, decempedâ suâ Saxa diviserat. Saxa hoc loco est proprium nomen amici Antonii.

Dĕcempĕdātŏr, m. t. Metator. [ὁ τῷ δεκάποδι μετρῶν, ὁ γεωμέτρης. Gal. Vn arpenteur & mesureur de terre. Ital. Misurator di terra. Ger. Der mit der zehen schůhigen Ruten das Erdtrich mißt. Belg. Landtmeter Hispan E que mede con aquella medida. Polon. Ktory mierza ziemię, Vng. Tiz labni rúddal mero. Angl. A measurer of landes] Qui decempedâ metitur. Cicer 13. Philipp. Cavebat etiam L. Antonius, qui fuerat æquissimus agri privati & publici decempedator.

Dĕcemprĭmĭ, δεκάπρωτοι, in municipiis, itemque provinciarum oppidis erant ex decurionibus decem præcipui & summi. Cicer. Verr. 4: Evocat ad se Centuripinum magistratum & decemprimos. Idem pro Rosc. Amer. Itaque decurionum decretum fit, ut decemprimi proficiscantur ad L. Syllam, doceantque eum, qui vir Sext. Roscius fuerit. Postremis autem temporibus sub Impp. decemprimi ex decurionum ordine decemviri erant constituti, qui tributorum exactioni præerant. ¶ Hinc Decemprimatus decemprimorum munus. Hermogenianus de muneribus & honoribus. Patrimonii sunt munera rei vehicularis, item navicularis, decemprimatus, Horom.

Dĕcemscalmŭs, m. f. Actuariolum quod decem scalmis agebatur. [ὁ τῶν δέκα σκαλμῶν. Pol Lodź odziesiaci poiazdach Vngar. Tiz dal gúsos.] Scalmus autem lignum illud est, in quo remus aptabatur ad faciliùs remigandum. Cicero ad Attic, libro 16: Hæc ego conscendens è Pompejano, tribui actuariolis decemscalmi.

Dĕcemvĭrī, m f. Summus magistratus Romæ fuit, in Consulum locum suffectus, legis XII. tab. scribendæ causa. [δεκάνδρες. Gall. Dix hommes esleus pour le gouuernement de Rome. Ital. Dieci huomini eletti al gouerno di Roma. German. Die zehen oberssten in dem Regiment zu Rom. Hispa Diez varones para regir antiguamente Roma Pol. Dziesięc rzecżymskiej. Vngar. Tiz tisztbeli emberek, az kik Romas igazgatták. Angl. Ten men chosen for magistrats to couerne Rome.] Cic. 1. de Orat Dicant vel Græci, si volunt, vel nostri Decemviri, qui duodecim tabulas præscripserunt, quos necesse est fuisse prudentes Liv. 3. ab Vrbe: Anno trecentesimo altero

altero quàm condita Roma erat, iterum mutatur forma civitatis ab Consulibus ad Decemviros, quemadmodum à Regibus antè ad Consules venerat. Translatio imperii minùs insignis, quia non diuturna mutatio fuit: læta enim principia magistratus ejus nimis luxuriavêre, eò citiùs lapsa res est: repetitumque, duobus uti mandarentur Consulum nomen imperiumque. Bud. in Annot. ¶ Decemviri item fuerunt litib. judicandis constituti, apud quos de libertate etiam & civitate suberat judicium. Cic. pro Cecin. Hos Dion scribit lib. 54. Centumvirorum judiciis præfuisse.

Dĕcĕmvĭrālĭs, le, om. t. ὁ δεκαδαρχικὸς, ὁ τῶν δέκα: ut Decemvirales leges, quæ sunt leges duodecim tabularum, quibus perferendis Decemviri consulari potestate creati sunt. Livius lib. 3: Priusquam urbem egrederentur, leges Decemvirales, quibus tabulis duodecim est nomen, in æs incisas publicè proposuerunt. ¶ Decemvirale collegium. Cic. 6. Verr. Tum ex amplissimo collegio decemvirali sacerdotes Pop. Romani, &c.

Dĕcĕmvĭrātŭs, tus, m. q. Dignitas & officium Decemvirorum. [ἡ δεκαδαρχία, ἡ τῶν δέκα. Gall. *Le magistrat ou office de dix hommes egallement & ensemble gouvernans une ville.* Ital. *Magistrato de dieci homini.* German. Das Ampt oder die Wirdigkeit der Zehenen. Hisp. *Aquella dignidad ad diez varones.* Pol. *Vrząd dziesiąci mężów.* Vngar. *Tiz teszbeli emberek nek tiszti uralkodása.* Angl. *The dignitie of ten men chosen to gouerne a citie.*] Cicero pro lege Agrar. Vt ii Decemviratum habeant, quos plebs designaverit.

Dĕcēnnālĕ, Quod est decem annorum: [δεκαετής. Gall. *De dix ans.* Ital. *Di dieci anni.* Ger. Das von zehen jaren ist. Hispan. *Diez annal, cosa de diez annos.* Pol. *Dziesięcioletny.* Vng. *Tiz esztendes.* Angl. *Of ten yares.*] ut, bellum decennale.

Dĕcēnnĭs, Decem annorum. [δεκαετής. Gall. *Qui a dix ans, ou aagé de dix ans.* Ital. *D'anni dieci.* Germ. Zehenjährig. Hispan. *Cosa de diez annos.* Vng. *Tiz esztendős.* Ang. *Ten yares of age.*] a quo Decennium. Decennis fœmina, Plin. lib. 8. cap. 5. & 44.

Dĕcĭēs, adverb. [עשרת מנים hasorèth monim. δεκάκις. Gall. *Dix fois.* Ital. *Dieci.* Germ. Zehenmal. Hisp. *Diez vezes.* Pol. *Dziesięć razow.* Vng. *Tizzer.* Ang. *Ten tymes.*] Plaut. Stich. Quin & ipsa decies in die mutat locum.

Dĕcĭmŭs, Vltimus ex denario, vel unus ex decem. [עשירי hasiri. δέκατος. Gall. *Dixiesme.* Ital. *Decimo.* Germ. Der Zehend. Hispan. *Decimo in orden de numero.* Pol. *Dziesiąty.* Vng. *Tizzedik.* Ang. *The tenth in order.*] Plaut. in Amph. Alter decimo pòst mense nascetur puer.

Dĕcĭmŭm, adverb. [δέκατον. Gall. *Pour la dixieme fois.* Ital. *La decima fiata.* German. Zum zehenden mal. Hisp. *La decima vez.* Pol. *Dziesiąty raz.* Vng. *Tizzedikzer.* Ang. *The tenth tyme.*] Liv. 6. ab Vrbe: Nos reficietis decimùm Tribunos.

Dĕcĭmānŭs, sive quod usitatius est, Decumanus, idem ferè est quod decimus. [עשירי hasiri. δέκατος. Gall. *Dixiesme.* Ital. *Decimo.* Germ. Der Zehend. Hisp. *Decimo.* Pol. *Dziesiąty.* Vng. *Tizzedik.* Ang. *The tenth in order.*] Quia tamen usu venire solet in rerum natura, ut decima quæq; sint maxima: factum est, ut Decumanus accipiatur pro Magno. Vnde decumana porta castrorum, quæ in his maxima est, eratque in postica castrorum parte: ut ex Cæsare lib. 3. bell. Gall. intelligitur. ¶ Decumana ova, quæ cæteris majora sunt: & Decumani fluctus dicuntur, qui reliquos magnitudine superant. Nam & ovum decimum majus nascitur, & fluctus decimus fieri maximus dicitur: ut scribit Festus Pompon. Ovid. 11. Metamorph. Vastius insurgens decimæ ruit impetus undæ. ¶ Decumanus acipenser, apud Cic. de Finib. ex Lucilio. ¶ Decumanus ager, ex quo decimæ recipiuntur. Cicer. 5. Verr. Præterea omnis ager Siciliæ civitatum decumanus est. ¶ Et decumanus limes, in limitatione agrorum, à magnitudine & longitudine dictus putatur, qui agrum ab Exortu æquinoctiali ad Occasum æquinoctialem secat. Nam alter ex transverso occurrens, cardo appellatur, à Septentrione in Meridiem ductus. Plinius libro 18: Linea hæc erit ab Exortu æquinoctiali, ad Occasum æquinoctialem: & limes, qui ita secabit agrum, Decumanus vocabitur. ¶ Decumani etiam (ut Asconius Pædian. docet) vocantur Publicanorum principes, à quibus decumæ, sive decimæ, exigebantur. Cicer. lib. 4. in Verr. Decumani, hoc est, principes, & quasi Senatores publicanorum, removendas de medio literas censuerunt. ¶ Decumanus fluctus. De quo Ovid. Qui venit hinc fluctus, fluctus supereminet omnes; Posterior nono est, undecimoque prior. Vide Ovid. 11. Metam. Sil. lib. 14. Valer. Argon. 2. Lucan. Pharsal.

Dĕcĭmæ, arum, f. p. sive Decumæ, significant decimam partem quarumcunq; rerum, quæ solvitur principibus. [מעשר mahasèr. δεκάτη, δεκατεύματα. Gall. *Decimes, ou dismes, la dixiesme partie.* Ital. *Decime.* German. Der zehende theil von allerley dingen. Belg. Thienden/het thiende deel. Hisp. *Diezmos que se pagan de los frutos.* Polon. *Dziesięcina.* Vngar. *Tizzed, dézma.* Ang. *To teathes, the ten parte.*] Plaut. Vt decimas solveret Herculi. ¶ Legitur & Decuma in singulari numero. Cic. 4. Verr. Affirmâte se plus decumâ non daturum. Idem de Nat. deor. Neque Herculi quisquam decumam vovit unquam, si sapiens factus esset. Aliàs idem Plaut. decimam partem vocat in Sticho: Hæc venisse jam opus est, quantum potest, ut decimam partem Herculi polluceam.

Dĕcĭmo, as, are, act. p. Est decimam partem detrahere. [עשר hisèr. δεκατεύω, δεκατόω. Gall. *Dismer, partir en dix, ou de dix emprendre l'un.* Ital. *Decimare.* German. Den Zehenden anlegen/ oder auff ein ding schlagen/ den Zehenden eynnemmen. Belg. Verthienden. Hisp. *Diezmar, tomar del diezmo.* Polon. *Dziesięcinę wybieram.* Vngar. *Tizzedlök, dézmálok.* Ang. *To teathe, to take the tenth parte.*] Vnde decimari legiones dicuntur, quando decimus quisque supplicio afficitur ab Imperatore: quod Polybius vocat ἐκ δεκάδος ἄγειν ἐπὶ θάνατον. Liv. lib. 2: Cætera multitudo sorte decimus quisque ad supplicium lecti. Sic Vigesimare, & Centesimare dicitur.

Dĕcĭmŏdĭă, vel Dĕcĕmmŏdĭă, vasis genus erat, decem capiens modios: sicut Trimodia, quod tres capiebat modios. Colum. lib. 12. cap. 18: Perennè fabricandæ decimodiæ & trimodiæ, & fiscellæ texendæ & picandæ.

Dĕcĕrmĭnă, dicuntur, teste Festo, quæ purgandi causâ decerpuntur: cujusmodi sunt frondes sacræ, quibus in lustrationibus uti solent καθαρτικὰ φύλλα.

Dĕcērno, is, decrevi, decretum, a. t. Statuo, constituo, definio, consilium capio, judico, censeo, sancio. [יעץ jahàts גזר ghazàr חרץ charàts ψηφίζομαι. Gall. *Conclurer, determiner.* Ital. *Determinare.* Germ. Erkennen/beschliessen. Belg. Besluyten / voornemen / ghebieden. Hisp. *Determinar, y definir.* Pol. *Stanawiam, wirok czynię.* Vng. *Végezök, rendölök.* Ang. *To decerne, to iudge, to ordeine or decree.*] Cicer. lib. 1. Offic. Quare expetenda quidem magis est decernendi ratio, quàm decertandi fortitudo. Terent. in And. Quicquid peperisset, decreverunt tollere: id est, deliberaverunt. ¶ Ponitur aliquando pro contendere & dimicare. [κρίνεσθαι. Ang. *To contende and trie by bataill.*] Liv. lib. 1. ab Vrbe: Obviam egressi, ut potiùs acie decernerent, quàm inclusi de tectis dimicarent. Virg. lib. 11. Aen: Ipsum armis ipsumq; jubet decernere ferro.

Dĕcrētŭs, a, um, participium à Decerno, verbo passivo, idem quod Definitus, sive constitutus. [נגזר nighzàr נחרצה necheràtse. δογματισθείς. Gall. *Decreté & arresté, ordonné.* Ital. *Ordinato, determinato.* Germ. Erkennet / geordnet. Hisp. *Decretado, determinado, ordenado.* Polon. *Postanowiony, wradzony.* Vng. *Rendeltetett, végeztetett.* Ang. *Appoynted, decreed, determined.*] Cic. de Provinc. Consul. Provinciam desponsam, non decretam habere videtur. ¶ Decretum est mihi, pro Decrevi, statui. Plaut. Aulul. Mihi bibere decretum aquam est. Terent. Heaut. Sumat, consumat, perdat: decretum est pati.

Dēcrētum, ti, n. s. nomen substantivum, Statutum, sententia. [דת dath חק chok δόγμα, ψήφισμα. Gall. *Arrest, ordonnance de magistrat, opinion arrestee & conclue ou accordee entre savans.* Ital. *Constitutione, deliberatione.* Germ. Ein erkanntnuß / ein endtlicher beschluß und sententz: Ein ordnung und gebott. Belg. Een voornemen / een gebot. Hisp. *Statuto, ordenança, sentencia deliberada.* Polon. *Wyrok, uznanie.* Vng. *Végezés parantsolat adás, rendölés, decretom.* Ang. *A decree, the ordinance of a magistrat.*] Plin. in Epist. Decreta quibus damnati erant proferebantur. Cic. 4. Acad. Sapientiæ verò quid futurum est, quæ neque de se ipsa dubitare debet, neque de suis decretis; (quæ Philosophi vocant dogmata) quorum nullum sine scelere prodi poterit? Vnde Decreta Pontificum constitutiones dicuntur. ¶ Decreta Senatus, τὰ βουλεύματα, τὰ ψηφίσματα, à Consultis sic distinguuntur ab aliquibus: ut Decretum dicant particulam quandam esse Senatusconsulti, ut quum provincia alicui decernitur: tanquam Decreta sint specialia, Consulta generalia. Decretum apud Iureconsul. propriè est deliberatio Iudicis cum causæ cognitione, ad mixtum imperium pertinens. l. ne quicquam §. ubi de Offic. Proconsul. Item Decretum est id, quod placitū aliâs Latinè dicitur: Græcè δόγμα, καὶ ψήφισμα, καὶ ἀρεστὸν, dicitur. Autor Bud. Quomodo verò à lege differt hæc vox, infrà patebit in dictione, Lex. Decretum est propriè & specialiùs, quum judices autoritatem suam interponunt, & maximè in Iurisdictione voluntaria: ut in alienatione bonorum minoris, in transactione alimentorum, & in bonorum possessione. Alburius pro Alciato: Decretum sive edictum primum in contumacem solet expediri, ut in tedio ductus, sui copiam judicio tandem faciat: jus ipsum contumacis non perimens. l. j. in fin. de acquir. poss. Decretum secundum, constituit eum bonorum possessorem, qui ex primo decreto detinebat, incolumi hactenus contumacis jure. Vide C. ex. de eo qui mit. in poss.

Dĕcrētōrĭŭs, a, um, Ponitur pro judiciario, in quo scilicet judicium ferri potest. [κρίσιμος. Gall. *Judiciel.* Ital. *Giudiciario.* Ger. Darinn man ein Vrtheil fellen mag. Hisp. *Cosa para juyzio.* Polon. *Rozsądkowy, naznaczony.* Vngar. *Végezésre valo, rendésre valo.* Ang. *Indiciall, whereby one may iudge any thing.*] ut Dies decretorius, κρίσιμος ἡμέρα, qui & Criticus & Crisimus. ¶ Decretorium sydus vel tempus dicitur id, ex quo de proventu aliquarum rerum futuro sumitur judicium. Plin. lib. 18: Res summa vitium agitur, decretorio uvis sydere illo, quod caniculam appellamus: unde & carbunculari dicuntur, ut quodam uredinis carbone exustæ. Idem: Aquila exoritur vesperi decretorio die, florentibus oleis. ¶ Aliquando dicitur quod est decretum, firmatum, exstansque ad aliquid arguendum, judicandúmve. Quint. At quidam litigationibus suis illum modò ambitiosum declamanti sudorem præstitisse contenti, cum turbâ laudantium destituunt subsellia, pugnamque illam decretoriam imperitis, ac sæpè pullatæ turbæ relinquunt. ¶ Arma decretoria, quibus seriò certandum est. Senec. epist. 118: Re-

move ista luxuriæ arma, decretoriis est opus. Idem alibi, decretorium diem appellat diem mortis. ¶ Stylus decretorius, pro severo, quasi semel de re definiens. Senec. 1. de Clement. Nisi plus est quod timet, quàm quod damnat, non accedet ad decretorium stylum.

Dēcērpo, is, act. t. decerpsi, decerptum, ex De & Carpo. Detraho, delibo excerpo, aufero [קטף *katáph* לקט *lakat* ἀποδρέπω, ἀποδρέπομαι. Gall. *Cueillir, arracher & tirer* Ital. *Carpire, tor via.* Germ. Abbrechen/ablesen Hisp. *Destrocar, ò quitar vna cosa de otra.* Polo. *Obrywam, zbieram.* Vng. *Leszaggatom, leszedem.* Ang. *To pull or pluk of, to gather*] ut, Decerpere uvas, Plin in epist. ¶ Decerpere fœtus arborum, Plin. lib. 4. cap 21. ¶ Decerpe e folia, Col. lib. 5. cap 10 Horat. 1. Serm. Satyr. 2: quare (ne pœniteat te) Desine matronas sectarier, vnde laboris Plus haurire mali est: quàm ex re decerpere fructus Cic. 5. Tuscul. Humanus autem animus decerptus ex mente divina, cum alio nullo, nisi cum ipso Deo, si hoc fas est dictu, comparari potest.

Dēcērto, as, frequentativum, Pugno, dimico. [נלחם *nilchám.* ריב *rab.* ἀπομάχομαι. Gall. *Debatre se combatre* Ital. *combattere, guerreggiare.* German Streitten/zancken. Belg *Keven* Hispan. *Mucho litigar ò batallar.* Pol. Walczę, swarzę się Vng *Viaskodom, vivok* Ang *To contend or strive together, to fight*] Cic pro Planco: Se te... at non jure, non legibus, non disceptando decertandum, Cæs. 2 bel civil Hoc animo decertabant, ut in illum aliud tempus ad conandum habituri viderentur. Idem 3 bell. civil. Ne cives cum civibus armis decertarent.

Dē.cērtātur, impers. Cic 1. Offi: Quum verò de imperio decertatur, bello gloria quæritur.

Dēcērtātus, a, um, participium. [ἀγωνισθείς, διαγωνισθείς Gall. *Debatu.* Ital *Combattuto.* Germ Gestritten/gezancket Hispan. *Combatido* Polon. *Zwalczony.* Vnga. *Viaskodva levontatott, el vegesztetött.* Ang. *Contended or striued*] Stat lib. 1. Theb Fraternas acies alternaq; regna profanis Decertata odiis, sontesq; evolvere Thebas. ¶ Labores decertati: id est, certando peracti. Claud. in Paneg.

Dēcertātio, Verbale, f. t. dimicatio, concertatio.] ריב *rib* ἀγωνισμός. Gall *Combat, debat* Ital *Combattimento, contesa* Germ Streitt/Kampff. Hisp. *Debate, contencion.* Pol. *Sfarzenie się.* Vngar *Viaskodás, viaskodás.* Ang *A striuing or contending*] Cicer. et Philipp. Quumq; horum rerum omnium côcertatio, Consulibus optimis & fortissimis commissa & commendata sit.

Dēcērtātōrius, a, um, ut: Pugna decertatoria. ἀγωνιστικός. Quintil, lib. 6. cap 4.

Dēcēt, n. s. Convenit, honestum est, aptum est, consentaneum est tempori, loco, ac personæ. [נאוה *ha chár* πρέπει Gall *Il est conuenable, il conuient, il est bien seant.* Ital *Conuenir si, esser bello.* Germ. Es gezimpt sich/es gebürt sich/es steht wol. Belg *Het betaempt.* Hisp. *Honestamente conuenir* Pol. *Godzi się, przystoi.* Vngar. *Illik* Ang *It beseemeth or becomith well.*] Et modò personale est, in tertiis tamen duntaxat personis declinatum. Ovid de Remed Lude, decent animos mollia regna tuos. ¶ Modò impersonale habetq; ferè accusativum. Cic. 3. de Finib. Decet patriam esse chariorem nobis, quàm nosmetipsos. Idem 4 Tusc. Oratorem irasci non decet, simulare non dedecet. ¶ Nonnunquam etiam dativum. Terent. Adelph Facite ita ut vobis decet. Plaut. Nobis decet esse bonis. Hinc contrarium Dedecet, quòd est, inconveniens, ineptum, turpe sive inhonestum est. ἀπρεπές, ἀπρεπῶς ἐστί. Ovid. lib 6. Metam. Admoviq; preces, quarũ me dedecet usus. ¶ Composita sunt, Cõdecet, Dedecet, pen. cor. A quibus condecens. Indecens, Condecentia, Condecoro, & Indecoro, & Dedecoro.

Dēcēns, particip. sive nomen ex participio. [נאוה *chas.hér* יפה *raúi.* πρέπων Gal *Conuenable* Ital *Conueniente* German. Gezimmend/Gebürend. Hisp. *Conueniente,* Pol. *Godzący się.* Vng. *Illendö.* Ang. *Tath be cometh well.*] Pulchrum conveniens & aptum. Color decens, Horat. 4. Carm. Ode 3 Facies decens, Ovid. 3. Trist. eleg. 7. Patra decentia Seneca Hippolyto.

Dēcēntissimus, superlat [Pol. *Naprzystoinieyszy.* Vng. *Igen illendö, alkolmatos.*] Senec. in Suasoria 2. Decentissimi generis stultam sententiam referam.

Dēcēntia, Convenientia quædam & pulchritudo [כשרון *chischrón.* εὐπρέπεια. Gall *Conuenance bienseance* Ital. *Conuenienza, ornamento, auenenza.* Ger Wolstand/zierligkeit Hisp. *Conueniencia y hermosura.* Polon. *Pieknosc, przystoinosc* Vngar. *Illendöség.* Angl. *Comelinesse, seemlinesse.*] Cicer. 2. de Nat. deor. In corporum etiam motione atque gestu multa cernunt subtiliùs, colorum & etiam figurarum tùm venustatem atque ordinem, & (ut ita dicam) decentiam oculi judicant, atque etiam alia majora.

Dēcēntēr, adverb. Pulchrè, aptè, convenienter, decorè [בנאוה *bináhavá,* πρεπόντως. Gall. *Proprement & conuenablement* Ital. *Propiamente conuenevolmente.* German. Zimlich/geschicklich/fein Hispan. *Conuenientemente, propriamente.* Pol *Przystoinie, sposobnie.* Vngar. *Illendö képpen* Ang. *Comelye, seemlye.*] Cic. pro Cæcin. Si quæ decentissimè descripta majoribus jura finium, possessionum, aquarum, itinerumq; sunt, hæc perturbari aliqua ratione, commutariq; possunt.

Dēcīdo, pen. prod. act t. Abscindo, amputo. [כרת *charáth* גזר *ghazar.* ἀποκόπτω Gall. *Couper, retrancher.* Ital. *Tagliare.* German. Abhauen. Belg. Afhouwen Hisp *Cortar.* Pol. *Odrebuie, odcinam.* Vngar. *El vagom, el metszem,* (tem) *Le szalitom.* Ang *To cut of or away.*] Plaut. in Merc Decide mihi collum, si falsum ad te loquar. ¶ Per translationem verò significat determinare, διαλύσαι. Horat. & post decisa negotia campo. Cicer. 7. in Verr. Quibus rebus omnibus actis atque decisis producuntur è carcere ¶ Ponitur etiam frequenter pro decisionem & pactionem facio, transigo, & litem perimo, translatione sumpta ab iis qui rem controversam scindunt, ut quisque partem æquam auferat, & à controversiis discedatur. [Ang *To discusse, or decise a mater*] Cic. 4. in Verr. Res ad istum defertur. & istius more deciditur. Idem: Quę cum reo transigit, pòst cum accusatore decidat. Hinc decidere damnum dicitur etiam apud Iureconsultos, pro decidere de damno. Vlpianus de furtis: Si quis ... damnum pro fure deciderit, dici oportet, solummodo actionẽ sibi competentem amisisse eum. Vide Lexicon Hotomani. ¶ Decidere pro exprimere, metaphora sumpta à sculptoribus. Quint. lib 9. cap. ult. Hoc enim loco prçter nomen cçtera propriis decisa sunt verbis.

Dēcīsio, onis, f. t. Determinatio, vel redemptio litium mutuo consensu. [פשרה *bh...* גזרה *ghezér,* διάλυσις, διάψηφις. Gall. *Decision, appointement, composition & accord* Ital *Compositione, accordo, appuntamento.* German. Ein Vertrag/eines Gerichtshandels ausspruch Hispa *Assiento de pleytos.* Pol *Zdanie, rozsedek.* Vnga. *Leszállitás, vég vetés.* Ang. *A discussing or composition of à mater in debate.*] Cic. pro Cæcin. Quid nostra decisio de æquitate, quid ratio interdicti de jure admoneant, ut judicetis. Idem pro Rosc. Dicat decisionem factam esse, quæ facta est, Paulus ad Leg. Falc. l. Si hæres, *inquit*, cum creditoribus deciderit, ne solùm solveret, & ob eam decisione factum sit, ut aliquid retineret. Pro lege quoque Imperatoris accipitur l. veteres. C. de Contrahen. & commit. st p. & de 8m. Instit. Cod. in prin. super verbo Decisiones, & §. unde quasi tum Instit, de nup. Verùm ea Imperatoris lex intelligitur, qua partim altercationes sunt diremptæ. Pragmatica verò sanctio, licet vulgò dicatur, quam princeps extra corpus Iuris Civilis promulgavit, veriùs tamen privilegium vocatur, non quòd privatis hominibus, sed corpori alicujus universitatis, vel ei, qui officio bene functus est, confertur, hoc est, quæ ob causam publicam, aut communem negotiorum functionem, speciale quoddam privilegium impertitur Vide Ferrarium in §. Sed & quod princip. Instit. de Iur nat gen. & civil. ¶ Decisionem videtur posuisse Cicero de Provinc. Consul. pro eo genere pactionis, ubi uterque ad se partem aliquam trahit, quod dicimus *butiner.* Imperatore illo nihil aliud actum est, nisi pactiones pecuniarum, cum tyrannis decisiones, direptiones, latrocinia, cædes. Nam singulis verbis illic ascendit.

Dedo, is, dedi, ditum, a. t. Significat in perpetuum do, vel totum ſubdo, ſive in manus poteſtatémve, & arbitrium do. [נתן nathan [...] ἐκδίδωμι. Gall. *Rendre en merci, ſous la puiſſance d'autrui.* Ital. *Darſi a tutto.* Germ. *Sich ergeben / aufgeben.* Belg. *Ergeven.* Hiſp. *Dar e del todo* Polon *Poddawam sie.* Vng. *Meg adom, valaki hatalmaba adom.* Ang. *To bitake oneself into the power of another*] Vnde dedere ſe hoſtibus dicitur, qui ſe in hoſtium poteſtatem tradit. Et traditio ipſa deditio dicitur. Et qui ſic ſe dediunt, dedititi vocantur. Plautus Amph. Convenit, utri victi ſint eo prælio, urbem, agros, aras, focos, ſeque uti dederent. Liv. lib. 1: Sic ad ſupplicium Numitori Remus deditur. Cæſar. lib. 1: Helvetii omnium rerum inopia adducti, legatos de deditione ad eum miſerunt. ¶ Forma deditionis deſcribitur apud Livium in deditione Collatiæ. Ita enim Rex interrogavit, Eſtiſne vos legati, oratoreſque miſſi à populo Collatino, ut vos populumq; Collatinum dederetis? Sumus. Eſt'ne populus Collatinus in ſua poteſtate? Eſt. Deditiſne vos populumque Collatinum, urbem, agros, terminos, aquam, delubra, utenſilia, divina, humanaque omnia, in meam populique Romani ditionem? Dedimus. Et ego recipio. ¶ Aliquando dedere eſt ſimpliciter dare [Ang. *To giue him ſelf to a thing.*] Terent. Andr. Verberibus te cæſum in piſtrinum Dave dedam. ¶ Dedere ſe angoribus aut voluptatibus, Cic. 2. Offic. Dedere ſe libidinibus, Idem 1. Tuſcul. Dedere ſe languori & deſidiæ. Item 1. Offic. Dedere aures ſuas Poëtis, idem pro Archia.

Deditus, particip. Addictus: [נתון nathun, ἐκδοθείς, ἐγχειρισθείς. Gall. *Adonné, qui s'eſt rendu.* Ital. *Dedito, renduto ſi.* Ger. *Ergeben.* Hiſpan. *El que ſe rendio al vincedor.* Pol. *Ten ktory ſie poddal w moc drugiego.* Vngar *Az ki magat valamire adta, valamibe rogaſzkodot.* Ang. *Geuen to any thing; yeilded.*] ut, Deditus amori animus, Terent. in Hecyr. Deditus amatoriis levitatibus, Cicer. 1. de Fin. ¶ Deditus voluptatibus, aut Epicuro, Cicer. 1. de Fin. Deditus literis à pueritia, Cic. ad Lentulum lib. 1. ¶ Dedita opera, idem quod data opera Cic. pro Roſcio Amer. Quæ facitis, ejuſmodi ſunt, ut ea dedita opera à vobis contra voſmetipſos facere videamini Terent. in Eunuch. apud Antiphonem uterq; pater & mater, Quaſi de[d]ita opera domi erant.

Deditim, adverb. teſte Diomede Grammat. lib. 1.

Deditiius, a, um, Qui ſe in alterius imperium dedidit, deditus, [נתונים nathunim, ἐκδοθείς, ἐγχείριστος. Gal. *Qui s'eſt rendu à la mercé d'un autre.* Ital *Renduto ſi all' altrui mercè & diſcretione.* Germ *In eines andern gewalt ergeben.* Hiſp. *El quel ſe rendio al vencedor.* Pol. *Poddany, w moc inſzego bez.* Vngar. *Valaki hatalma ala adatot.* Ang. *That hath betaken him to an others power, & yeildeth.*] Curtius: Multitudo deditiorum incolis novarum urbium cum pecunia capta dono data eſt. Cæſar 2. de B. Gall. Quum ex deditiis Belgis, reliquiſque Gallis compluies Cæſarem ſequuti, una iter facerent. Cic. ad Brutum: Itaque id Senatuſconſultum plerique interpretantur etiam ad tuos ſive captivos, ſive deditiios pertinere.

Deditio, verb. f. t. Dedendi actus, traditio, ſubjectio, quum quis ſe in hoſtis poteſtatem tradit. [ἔκδοσις, ἐγχείρισις. Gall. *Quand on ſe rend, ou qu' on ſe met à la merci de quelqu'un* Ital *Il renderſi ad alcuno.* Germ. *Ergebung / auffgebung.* Hiſp. *La rendicion del vencido ò cercado.* Polon *Poddanie w moc nieprzyiacielskam.* Vngar. *Ellenſeg kezebe meg adas.* Ang. *A yeilding.*] Cic. pro leg. Manil. Spem deditionis non ademit, obſideſque imperavit.

Dedocere, act. f. Eſt ſecus atque quis doctus eſt docere, ab eo, quod quis edoctus eſt, deducere. [μεταδιδάσκω. Gall. *Deſenſeigner, faire apprehendre le contraire de ce qu' on a appris.* Ital. *Inſegnare il contrario di quanto alcuno ha imparato.* Germ. *Entlernen / anderſt lernen weder einer gelehrt iſt worden.* Belg. *Ontleeren* Hiſpa. *Deſenſenar o enſennado.* Polon. *Oduczam, inaczey vczic tego com vmial.* Vng. *Külömben tanitani, vizza tanitani.* Angl. *To teache the contrarie or to make to forgett that was taught.*] Quintil. lib. 3: Quanta in eiiciendis, quæ ſe ſemel inſederunt vitiis, difficultas conſequatur, quorum geminatum onus ſuccedentes premat, & quidem dedocendi onus gravius, ac prius, quàm docendi. Propter quod Timotheum clarum in arte tibiarum ferunt duplices ab his, quos alius inſtituiſſet, ſolitum exigere mercedes, quàm ſi rudes traderentur. Cic. 1 de Fin. Si à Polyæno familiari ſuo Geometriam diſcere maluiſſet, quàm illam etiam ipſum dedocere.

Dedoleo, es, pe corr. Non doleo, vel dolore me privo, vel dolere deſino. [ἀπαλγέω. Gall. *Laiſſer à le douloir, paſſer ſa douleur.* Ital *Non dolerſi* Germ *Verſchmerzen* Hiſpan *No doler ſe* Polon. *Odbolewam.* Vngar *Nem bankodom. [...] meg ſzunom.* Angl *To cea e frome ſorie and paine.*] Ovid. lib. 3. Faſt. Quid me, ſi deleris moriturum Liber arenis Servabas? potui dedoluiſſe ſemel.

Dedolo, as, pen. corr. act. p. Dolabra vel ejuſmodi ferramento quæ ſcabra atque impolita ſunt, lævigo. [פסל paſal. ἀποξέω. Gall. *Doler & vnir vne piece de bois auec vne doloire ou tel inſtrument, eſbaucher* Ital *Polire.* Germ *Überhobeln / abhobeln* Belg. *Wanſchauen.* Hiſpan *Dolar* Pol. *Hebluie, gladze.* Vngar *Meg gyalulom* Angl *To chip, them with any inſtrument, to ſquare*] Columell. lib. 5 Hæc eorum quæ ſimilis pedamenta poſt putationem retractanda ſunt, parteſque eorum putres dedolandæ. Compoſitum eſt à verbo dolo, unde media m habet brevem, Martial lib. [...] F[...] que fabrili dedolat oſſa manu. Nam ſyllaba prior in verbo dolo corripitur. Juvenal I nunc atque animam ventis committe, dolato Confiſus ligno. Errant itaque qui producendam eſſe præcipiunt.

Deduco, cis, deduxi, pen. prod. act. t. deduxi, deductum. Multiplex eſt ſenſus eſt ſive conſtructionem ſpectes ſive ſignificationem. Propriè enim ſignificat ex ſuperiori loco in inferiorem ducere. [הוליך הוביל holich, hobil, ἐκκλητικόν, κατάγω, ἀπάγω. Gall *Conduire & mener ve bas en bas, amener* Ital *Scortare, tirare, condurre al baſſo* Germ *Hinab führen hinab ziehen* Belg *Aftrecken, aftrecken* Hiſpa *Sacar o traer abaxo, traer guiando.* Pol *Dowodze.* Vng. *Ala vizzem, el vizem.* Ang *To bring downe, to bring honorably, to a place.*] Et in ea ſignificatione nonnunquam habet ablativum ſine ſua præpoſitione quam quæ in verbo includitur. Virgil. in Pharm. cutra Carmina vel cœlo poſſunt deducere lunam. ¶ Sæpiùs tamen cum præpoſitione, de, vel ex. Cæſar 3. bell. Civil. Deducere de roſtris conantem concionari. Cato de Re ruſt. cap. 157, de braſſicæ utilitatibus: De capite & de oculis omnia deducet, & ſanum faciet. ¶ Aliquando de loco ad locum, ſive de re ad rem ducere. Cic. Attic. lib. 7: Probata conditio eſt, ſed ita ut ille de his oppidis, quæ extra eam provinciam occupaviſſet, præſidia deduceret. Sic dicimus, Deducere ex præſidiis, & aliis locis cohortes, Cæſar [...] bell. Gallic. Deducere ex hortulis in Academiam, Cicer. 2. de Nat. deor. Hirtius de bell. Alexand. lib. 4. Deducere e regno, pro privare & auferre regnum poſuit. ¶ Deducere de fundo Cic. pro Cæcin. Placuit Cæcinnæ, de amicorum ſententia conſtituere, quod in rem præſentem veniretur, & de fundo Cæcinna moribus deduceretur ¶ Deducere de via. Cicer. de Fato: Nec quum hæc ita ſint, eſt cauſa cur Epicurus fatum extimeſcat, & ab atomis petat præſidium, eaſque de via deducat. Atque hæc quidem magis propriè dici videntur, quàm quæ ſequuntur, quæ tranſlata potius ſunt Cicer. Famil. 1: Quod das accipimus: quod inſtituit referre de religione, & ſæpe jam retulit, ab eo deduci non poteſt: id eſt, retrahi, abduci, removeri, revocari. Quintus Cic. de Pet. Conſul. Qui ſine cauſa non amant, eos aut beneficio, aut ſpe, aut ſignificando tua erga illos ſtudia futura delinies, dans operam ut de illa animi pravitate deducas. Lactant. lib. 4. Diximus nomen religionis è vinculo pietatis eſſe deductum, quòd hominem ſibi Deus religaverit. ¶ Deduci à dolore: Id eſt, dolore cogi aliter ſentire de re aliqua, & dolore à ſententia abduci. Cic 1. Tuſcul. E quibus homo ſanè levis Heracleotes Dionyſius, cùm à Zenone fortiſſimus eſſe didiciſſet, à dolore deductus eſt. Nam quum ex renibus laboraret, ipſo in ejulatu clamitabat, falſa eſſe illa quæ antea de dolore ſenſiſſet ipſe. ¶ Habet ipſum interdum accuſativum cum præpoſitione In. Cæſ. bell Civil. lib 3: Sæpe enim conficiendi negotii propè in noctem rem deduxerant. Plaut. Nunc ne quis erret veſtrûm, paucis in viam Deducam, ſiquidem operam promittis date. Livius: Petebant enim ne ſe temerè in cauſam deduceret. Ad eundem modum dicimus aliquem deducere in controverſiam, in judicium, in jus. Item Deducere in fraudem, in diſcrimen, in periculum ¶ Item cum præpoſitione ad. Cæſ. libro 8: Si qua hominum æquitate res ad otium deduci poſſet: id eſt, traduci. Cic pro Flacco: Sed ſunt in illo numero multi boni, docti, prudentes, qui ad hoc judicium deducti non ſunt: Id eſt, adducti. Idem Attic. libro 9: De gratia & de ope quid ſignificares, mecum ipſe quærebam;

rebam: spe tamen deducebar ad eam cogitationem, ut te pro suâ admirabili ac singulari sapientiâ de otio, de pace, de concordiâ civium agi velle arbitrarer. Lactant. lib. 2. Homines autem ipsos ad tantam cæcitatem esse deductos, ut vivo ac vero Deo mortuos præferant. ¶ Interdum etiam deducere idem est, quod subtrahere. Vnde deducere cibum, parciùs solito cibum suppeditare. Terent. in Eunuch. Haud similis virgo est virginum nostrarum, quas matres student demissis humeris esse, vincto pectore, ut graciles sient. Si qua est habitior paulò, pugilem esse ajunt, deducunt cibum: Tametsi bona est natura, reddunt curaturâ junceas. Vbi propriè (*inquit Donatus*) deducunt, pro subtrahunt, vel subducunt: quemadmodum hi faciunt, qui fame accurare solent, quò sint graciliores, formosioresque. ¶ Cic. libr. 1. Acad. Vt contra omnium sententias dies plerosque deduceret; id est, prolongaret: translatione sumptâ ab araneis fila deducentibus. ¶ Pomponius in Attel. Vocem deducas oportet, ut mulieris videantur verba. Vbi deducere significat quasi in tenuitatem ducere. ἰσχναίνειν. Vnde & pro subtiliter & nihil subsusticum proferre ponitur, κατισχναίνειν. Horatius: Quum lamentatur non apparere labores Nostros, & tenui deducta poëmata filo. Metaphora sumpta a lanâ, quæ purgata in fila trahitur. Ad hunc etiam modum dicimus Deducere rivos, quum ex majoribus fluminibus aquam per rivulos in prata derivamus. Virgil. 1. Georg. rivos deducere nulla Relligio vetuit: id est, divertere. ¶ Significat item deducere, de summâ aliquid demere. Cic. Offic. lib. 1: Hæc igitur & talia circumspicienda sunt in omni officio, & consuetudo exercitatioque capienda, ut boni ratiocinatores officiorum esse possimus: & addendo, deducendoq; videre, quæ reliqui summa fiat, ex quo quantum cuique debeatur intelligat. ¶ Deducere etiam is dicitur, qui alicui officii gratiâ vel honoris præstat comitatum. Liv. Frequentesq; eum domum deduxerunt. Cic. Fam. 10: Quumque magna multitudo optimorum virorum & civium me de domo deduceret, feci continuò omnes participes meæ voluptatis. ¶ Deducimus quoque sponsam marito, vel ad maritum, vel amicam ad amantem. Cic. 4. Verr. Hic est Docimus, ad quē iste deduxerat Tertiam, Isidori mimi filiam. Tibullus: Vt juveni primùm virgo est deducta marito.

Dēductĭo, onis, f. t. verbale à Deduco, est actus deducēdi. [הוֹבָלָה *schilluach*. παραγωγή, ἐξαγωγή. Gall. *Conduitte*. Ital. *Sottratione, condotta*. Germ. Beleitung/hinabführung Hisp. *Sacamiento de lugar, traimiento*. Polo. *Odwiedzenie*. Vngar. *Alá vivés, el kisérés* Ang. *A conveighing or conducting*.] Vnde aquarum deductiones dicimus, quum ex fonte aut flumine per rivos aqua deducitur Cic. pro leg. Agrar. Tum quæ erit in istos agros deductio? Idem de Div. lib. 1: Ex quo illa admirabilis à majoribus Albanæ aquæ facta deductio est. ¶ Non ineleganter etiam deductio significat detractionem minoris summæ à majori. Cic. in Verr. Certis nominibus deductiones fieri solebant.

Dēductŏr, oris, m. t. Qui honoris causâ aliquem deducit [מוֹלִיךְ *molich* מְשַׁלֵּחַ *meschallea* h. i. τῆς ὁδοῦ προηγούμενος, ὁ προπέμπων. Gall. *Conducteur, qui conduit* Ital. *Conduttore, chi conduce*. Germ. Ein beleiter/der auff dem weg etwan hin einen beleitet. Hispan. *Guiador*. Pol. *Przewodnik, przeprowadzac*. Vngar. *Alá viuö, el kesérö*. Angl. *One that conducteth or accompanieth another*.] Q. Cic. ad M. Frat. Hujus autem sei tres sunt partes: una salutatorum quum domum veniunt, altera deductorum, tertia assectatorum.

Dēductĭor, Gracilior. [Polon. *Cienszy*. Vng *Vékonb.*] Sueton. in Augusto: Nasum à summo eminentiorem, & ab imo deductiorem.

Dĕerrārĕ, n. p. est De viâ sive ratione declinare. [תָּעָה *tahâh* שָׁגָה *sāgāh*. ἀποπλανᾶσθαι, ἐκτρέπεσθαι. Gall. *Se fourvoyer, faillir, s'esgarer*. Ital. *Errare, vagare*. Germa. Verirren/irrgehen Belg. Afwaeren. Hispan. *Dexar ò perder el camino* Pol. *Obledzic, zabłakac sie*. Vngar. *El téuely edni*. Angl. *To erre and go astraye*.] Quintil. lib. 10. cap. 3. Frequenter etiam fortuita hoc cogitatio præstat, ut obvios non videamus, & itinere deerremus. Virgil. Eclog. 1: Vir gregis ipse caper deerraverat. Autor ad Herenn. lib. 1: Si transitionibus nullis utemur, & si nō deerrabimus ab eo quod cœpimus exponere.

Dēfæco, act. p. cum diphthongo, Significat à fæce purgo, quasi fæcem detraho. [זִקֵּק *zikkek* ἀπυλίζω, ἀπορρύπτω. Gall. *Oster la lie, faire rassoir & esclarcir*. Ital *Purgare, levar la fece*. Ger. Von der trüsen scheiden/leutern. Hisp. *Sacar las hezes*. Pol *Zdrosdzi chedzie*. Vngar *Megfzürni ö ellen*. Ang. *To scoure, to take away the lees and some*.] Plin. lib. 18. Per brumam vitem ne colito: vina tamen defæcari, etiam diffundi, Hyginus suadet. ¶ Hinc vinum defæcatum dicitur, quando est à fæce repurgatum: & similiter omnia pura, inturbata, & sine fordibus, defæcata dicuntur ἀπυλισμένα, ἀπορρυπωμένα. Plaut. in Aulular. Nunc defæcato demum animo egredior domo: id est, ab angore purgato. Propriè Colum. lib. ult. Et defæcatum vinum in amphoras bonæ adjicito.

Dēfalcārĕ, act. p. Significat tollere & amputare, quasi falce abscindere. [ἀποκόπτειν. Gall. *Defalquer, oster & rabatre*. Ital. *Diffalcare, tagliare*. Germ. Abschneiden/hinweg oder dannen thun. Hisp. *Alcar ò quitar, cortar ò podar*. Polon. *Odetiac*. Vngar. *Le kaszálnok*. Angl *To shreed or cutt away*.

Defamo, as, pen. prod. act. p. Famâ privo, sicut Diffamo. [חֵרֵף *cheréph* גִּדֵּף *ghiddéph* βλασφημεῖν. Gall. *Vitupperer, diffamer*. Ital. *Vituperare, infamare*. Ger. Verleumbden. Belg. Diffameren. Hispa. *Infamar*. Pol. *Pocipwaszczi vimowie, pesliwan*. Vngar. *Meggyalazni* Ang. *To defame, to distaine ones honestie*.] Gell. Vt vocabula corū quoq; defamata atque deformia cum rebus ipsis viderentur.

Dēfāmātŭs, Infamis, [Polon. *Zelzony*. Vng. *Gyalazatos, meggyalázatot*.] Gell. lib. 9. cap. 2: ut vocabula quoque eorum defamata, atque demortua cum ipsis viderentur.

Dēfătīgo, as, activum verbum est, significans lassum & labore defectum reddo, defatigationem & laborem affero. [יָגַע *higgîach* הֶלְאָה *heleáh* κοπόω, κοπιῶ. Gall. *Lasser, defatiguer, travailler*. Ital. *Affaticare, stancare*. German. Ermüden/müd machen. Hisp. *Cansar mucho à otra cosa*. Pol. *Vmeczamsie, mordowie*. Vngar. *El faraszom*. Angl *To wearie, to tyre*.] Cicer 3. de Orat. Profectò nunquam conquiescam, neque defatigabor, antequam illorum ancipites vias rationesque, & pro omnibus, & contra omnia disputandi percepero. Idem pro Marcel. Noli in conservandis bonis viris defatigari. Defatigare aliquem assiduo labore. Cæsar 7. bell. Gall. Cic. 3. de Legib. Ille verò etsi tuus totus est ordo, gratissimamque memoriam retinet consulatus tui, pace tuâ dixerim, non modò Censores, sed etiam judices omnes potest defatigare.

Dēfătīgātŭs, participium, Languens, lassus, labore confectus. [נִלְאָה *nileáh*. πεπονηκώς. Gal. *Lassé, travaillé*. Ital. *Stanco*. Ger. Ermüdet. Hisp. *Cansado*. Pol. *Vmmeczony*. Vng. *El faradot, 'árat*. Angl. Wearied, tyred.] Terent. in Andria: Deceptus sum, non defatigatus.

Dēfătīgātĭo, verbale, f. t. Lassitudo. [תְּלָאָה *teleáh*. κόπος, καματηρός. Gall *Lassement, lasseté*. Ital. *Stanchezza*. Germ. Ermüdung. Hisp. *Cansancio* Pol. *Vstanie, vmmeczenie, spracowanie*. Vngar. *El fáradás, meg lankadás*. Ang. Wearinesse.] Cic. de Senect. Corpora quidem exercitationum defatigatione ingravescunt: animi autem se exercendo levantur.

Dēfectĭo. Defectivus. Defector, Vide Deficio.

Dēfendo, dis, di, sum, act. t. Tueor, tego, protego, propugno. [הֵגֵן *ghen*. ἀπέχω, ἀμύνω, ἀπαλέξομαι. Gall. *Defendre* Ital. *Defendere*. Ger. Beschirmen/bewaren. Belg. Beschermen. Hisp. *Defender*. Polon. *Bronie, zastepuie*. Vngar. *Oltalmazom, meg mentem*. Angl. *To defend*.] Duobus autem modis ab aliquo defendi dicimur: à patrono nostro, vel defensore: ut quum dicimus Sextum Roscium fuisse defensum à Cicerone. Altero modo dicimur defendi ab adversario, hoc est, ab injuriâ vel contra injuriam adversarii. Vt, si nobis adversarentur judices, & Cicero tueatur, rectè dicemus, defendi nos à judicibus: non quòd illi nos defendant; sed quòd præsidio Ciceronis ab illorum injuriâ defendamur. Cic. lib. 1. Offic. Qui autem non defendit, nec obsistit si potest, injuriæ, tàm est in vitio, quàm qui &c. Differt tamen defendere à propugnare: quia defensio est, quocunque modo fiat: propugnatio autem, non nisi per contentionem. Dicimus autem, Defendo frigus tibi: &, defendo te à frigore. Virg. Eclog. 7: Solstitium pecori defendere, jam venit æstas. Et paulò antè: Dum teneras defendo à frigore myrtos. ¶ Accipitur etiam interdum defendo pro arceo, sive depello. Gellius: Quint. Claudius defendebat hostes à pinnis facilimè. ¶ Defendere item, pro Ratione affirmare & astruere. Cicero in Vatinium: Defendebatur, testibus collegis suis, non recitandi causâ legisse sed recognoscendi. Idem de Finibus: Gravissimeque & verissimè defenditur, nunquam utilitatem ab æquitate posse sejungi. Budæus.

Dēfensŏr, oris, m. t. Qui defendit, propugnator, patronus. [מָגֵן *gonén*. ὑπερασπιστής, συνήγορος. Gall *Defendeur, protecteur, defenseur* Ital *Defenditore*. Germ. Ein beschirmer. Hispan. *Defendedor*. Polo. *Obronca*. Vng. *Oltalmazó* Ang *A defendour*.] Cic. 3. Verr. Sed ego defensorem in mea persona, non accusatorem maximè laudari volo. ¶ Paterni juris defensor, & quasi patrimonii propugnator fui: apud eundem 1. de Orat. Et pro Rabirio: Custos defensorque juris & libertatis. ¶ Defensor (tametsi à Procuratore non usquequaque distet) dicitur, qui absque mandato eum sola satisdatione alterum in judicio defendit, atque tuetur: est in l minor. cum duabus proximè sequentibus. ff. de Procurat. Vnde defensores civitatum, appellant Imperatores minorem illum magistratum, qui parentis vicem plebi exhibere videtur, curareq; debet, ne innocens & subita rusticitas prægravetur C. & in Aut. de Defens. Civit.

Dēfensĭo, f. t. Propugnatio, patrocinium. [מָגֵן *maghen*. ἀπολογία, ἀπάλυνσις, συνηγορία. Gall. *Defense*. Ital *Difesa*. Germ. Beschirmung Hispan. *Defension*. Pol *Obrona*. Vngar. *Oltalmazás, oltalom*. Ang. *Defence*] Cicer. 4. Acad. Vt ea pars defensionis relinquatur. Et pro Cluent. Innocentiæ defensio sæpè multorum improbitate interclusa respirat. ¶ Defensio est instantis imminentisve offensionis propulsatio. Vbi hæc cessat, nō est quod propulsari queat: ab offensione enim omnis defensionis pendet ratio. Vide Salomon. in l. ut vim. de iust. & jur. Quo verò jure defensio nitatur, Bart. explicat in ea l. & quàm variè accipienda sit, refert in l. de pupillo. §. 1. & fin. 1. ff. de Oper. no. nunc. Defensio pro accusatione apud Iuriscons. in l. sed si. Reipub. de Vsur. Item pro exceptione usurpatur, l. 3. C. de jur. & facti ignor. l. siquidem. De except. Alb. Defensio illicita dicitur, quum offensio licita censetur. Bald. tex. singularis est, in l. si pignore. §. furem de fur.

Dēfenso, as, are, frequentativum. Gall. *Defendre souvent*. Ital. *Defensare*. German. Sich beschirmen eins beschirmens. Hispan. *Mucho defender*. Pol. *Vstawnie, bronie*. Vngar. *Oltalmazom* Ang. *To de-*

To defend often.] Plaut. in Bacch. Noster esto dum te poteris defensare injuriâ. Saluft. Arma capientes alios ab hostibus defensabat.

Dēfēnsĭto, tas, act. p. aliud frequentativum. [ἀποδιώκω. Gall. *defendre fort souvent.* Ital. *Difendere bene & spesso* Ger. Sich viel und oft beschirmen. Hispan. *Muy mucho defender* Pol. *Vsta wicznie sie bronie.* Vng. *Otalmazd galom* Ang. *To defend very often* [Cic. libr. 1. Offic. Si igitur non poterit, sive caufas defensitare, sive populum concionibus tenere, sive bella gerere: illa tamen præstare debebit, quæ erunt in ipsius potestate. ¶ Defensitare caufas, apud eundem, de Clar. Orat.

Dēfēnsūri, pro defensum iri, vetustè dicitur, quemadmodum debituri, pro Debitum iri: daturi, pro datum iri. Vlp. de dot. præleg. Et mulierem agentem ex testamento cavere debere adversus maritum defensuri hæredem: ergo maritus idem debebit cavere adversus mulierem defensuri, si prior agat.

Dēfĕro, penult. corr. detuli, delatum, a, inconf. Affero confero, offero, tribuo. [הביא *hebi* φέρω, κατοίσω. Gall. *Deporter, porter de l'un à l'autre.* Ital. *Conferire, portare.* Germ. Bringen, tragen. Hispa. *Traer, llevar.* Pol. *Dace, obaczjam, deferuie.* Vng. *El hozom, hordom* Angl. *To bring frome one to another.*] Plaut. in Amph. Quid si è portu navis huc nos dormientes detulit? Regitque semper accusativum casum, & hoc aliquando cum dativo. Plautus in Trin. Dimittam, ut te velle video, fed monstra hosce homines mihi: Hos ego quæro, quibus me oportet has deferre epistolas. ¶ Aliquando cum præpositione Ad. Idem in Asin. Egón' ut non modò uxori meæ Surripiam in deliciis pallam quam habet, atque ad te deferam? ¶ Aliquando cum præpositione In. Plin. lib. 12. cap. 19: Hi recto ursu per sinus impellunt, atque à promontorii ambitu Argeste deferunt in portum Gebanitarum. Et Plin. Iun. Defertur Moganus in Rhenum Sic deferri in errorem, deferri in præceps ¶ Significat quoque nuntiare, certiorem facere. Cicer. Fam. 15: Quæ ad me delata essent, scribenda ad vos putavi. Idem Famil. 5: Quod scribis de beneficiis, scito à me & Trib milit. & præfectos, & contubernales dûntaxat meos delatos esse: in quo quidem ratio me fefellit: liberum enim mihi tempus ad eos deferendos existimabam dari. Postea certior sum factus, triginta diebus deferri necesse esse, quibus rationes retulissem. Vbi deferre communiter pro denuntiare exponunt ἀπαγγέλλειν. Solebant autem provinciis præfecti decedentes, quum jam rationes suas deponerent, etiam eorum nomina, qui se cum illis præclarè gessissent, deferre, quò & ipsi aliquando pro meritis suis aliquid beneficiorum à Senatu consequerentur. ¶ Interdum habet hoc verbum accusationem, præsertim quum post se habet accusativum nomen. ἀπαγγέλλειν, διώκειν δίκην ἢ γραφὴν λαγχάνειν. Plaut. in Aulul. ad Tresviros jam ego deferam tuum nomen. Cic. in Verr. Servi cujusdam nomen defertur: is accusatur, fictì testes in eum dantur. Differunt tamen deferre nomen & accusare. Nam deferre nomen dicitur, qui legibus interrogat apud magistratum, ut si interrogatus neget, ejus nomen in reos referatur: deniq; deferre nomen idem, est, quod reum facere. Accusare verò est agere caufam, & suum reum in judicium adducere. Hinc delatores qui crimina deferunt: & delatio, criminis denuntiatio, Ex Hotom. ¶ Deferre quoque caufam dicitur cliens ad patronum, quum eum consulit, & illi controversiæ ordinem argumentumque exponit. Cic. in Verr. Itaque ad me præter cæteros, hanc querimoniam Sicilia detulit lachrymis. ¶ Pertinet etiam ad dignitatem, & honorem, & venerationem, & officium, προσφέρειν, διδόναι, ἀποδιδόναι. variisque modis ponitur ac construitur. Liv. lib. 1: Omnes Numæ Pompilio regnum deferendum decernunt: id est, offerendum atque tradendum. Cic. Octavio. Quæ tibi non antequam postularas majora, quàm velles, plura quàm sperales, detulit Senatus. Idem Trebatio: Vniversum studium & benevolentiam ad te defero: id est, tibi attribuo. ¶ Deferre appellationem in jure pontificio idem est, quod admittere appellationem. Vide Archid. extra de appellat. c. cum appellat. lib. 6 Deferre hæreditatem, deferre jusjurandum, deferre judicium, notæ & frequentes apud Iurisconsultos locutiones. Deferre caufam ad patronum dicitur cliens, quum eum consulit, & ei controversiæ ordinem argumentumq; exponit.] Ger. Den handel anzeigen] Deferre in ærarium item deferre in: Principis Commentarium quid fit, Budæus explicat in l. abesse, de Minori. cujus sensum Accursius non intellexit. Deferre nomen propriè non est accusare, fed apud magistratum, vel judicem de aliquo crimine ante accusationem denuntiare, & alium in capitis discrimen rapere. Deferre reum, idem est, quod postulare, & ut cognitionem suscipiat, petere, l. deferre. de jur. fisc. Quomodo autem id fiebat, docet Alciatus in l. indicasse. de verb signif.

Dēlātus, a, um, participium passivum: Navis in portum delata est: id est, devecta. [הובא *mubâl*, κατενεχθείς Gall. *Amené.* Ital. *Portato* Germ. Gettragen. Hispan. *Traìdo.* Pol. *Przyniesiony przyniesiony.* Vngar. *El hozattatot.* Ang. *Broght, caryed.*] Hic delatus est lecticâ: id est, deportatus. Cicer. 1. de Orator. Divinitùs ad nos delatus vir, ¶ Delatus item, Accusatus. מלשן *melosehan*, εἰσαγγελθείς, κατηγορηθείς Gal. *Accusé* Ital. *Accusato.* Ger. Bettragen/anklagt. Hisp. *Accusado.* Polon. *Oskarzony.* Ang. *Accused*] Cicer. de Invent. Vt in quodam judicio, quum venefici cujusdam nomen esset delatum, &c.

Dēlātor, oris, m. t. Occultus accusator dicitur, & calumniator. [בעל לשון *bahal lâschon* מלשין *melosehin.* κατήγορος Gall. *Accusateur, mouchard, delateur & denonciateur à justice* Ital. *Accusatore, rapportatore.* German Ein Ohrenträger/Verräther/Anklager/Rattenhans. Belg. Verraber/aenbringhet/ove. dragher/be lapper Hispan. *Accusador, malsin.* Polo. *Tajemny oskarzca, sznizniak.* Vngar. *Arúlo, fondarlo vadoló:* Angl. *A secrete accuser or complainer*] Plin in Panegyr. Delatorum classis permissa omnibus ventis. Martial. Et delator habet quod dabat, exilium. Sueton. de Domit. Deferebatúrque vox ejus, Princeps, qui delatores non castigat, irritat. Vide Alexand. ab Alexand. c. 2. lib. 14.

Dēlātio, onis, f. t. Accusatio. [מלשינות Gall. *Accusation ou denonciation à la justice* Ital. *Accusatione.* German Das heimlich verttragen oder verrathen/anklagung Hisp. *Accusation de aquel que malsina.* Pol. *Cicha skarga.* Vngar. *Arulás, fondorlás, vadolás* Angl. *An accusation or complainte secretlie made.*] Cic. pro Cluent. Qui sibi de lationem nominis & capitis periculum ostentarat. Cælius Cic. lib. 8: Illud mihi occurrit, quod inter postulationem, & nominis de lationem, uxor à Dolabella discessit.

Dēfervĕo. Fe vere desino refrigeror, calorem amitto. [ἀποζέω. Gall. *Laisser à bouillir, cesser de bouillir, ne bouillir plus, se refroidir.* Ital. *Cessare di bollire* Germa. Auffhören siedend sein Belg. Weder tom sont worden Hispan. *Dexar de hervir.* Polo. *Przestawam wrzec.* Vngar. *Forraslat meg allok* Angl. *To ceaſe from ſeething, or boyling, to loſe heat and waxe cold*] Gellius: Inter ea puer ve it, & olla deferbuerat. Per metaphoram, mitesco, placidus fio, πραΰνομαι, ἀποψύχομαι. Plin. in Epist. Quum jam fat a ille primus impetus defervisset, & lîquidior in dies ira ad justitiam redisset. Cic. pro Cælio: Si splendor, si nitor, jam ista deferbuerint, jam ætas omnia, jam ista dies mitigarit.

Dēfervēscĕre, n. t. Fervorem amittere, ἀποζέω. Et per translationem, ardorem animi deponere [ἀπαλγεῖν] Polo. *Opplonac.* Vng. *Forrosagal meg allani* Ang. *To loſe the heat*] Cicer. 4 Tuscul. Auxiliandi, orandiq; sunt ut si quam habent ulciscendi vim, differant in tempus aliud, dum defervescat ira. Sed hoc per translationem, quasi ira sit ignis quid, animum incendens. Columel. propterè pro refrigerari posuit, libr. 2. de fœnolo quens: Prudentes agricolæ, quanvis jam illarum tecto non antè componunt, quàm per paucos dies temerè congestum in se concoqui, & defervescere patiantur.

Dēfervĕfăcĭo, act. t. Non significat refrigerare, ut nonnulli existimant, fed valde fervere facio. ut DE significationem verbi augeat. [הרתיח *rittêah* ἐξαψαι. Gall. *Faire bouillir.* Ital. *Far bollire forte* German Gantz heiß machen Hispan. *Hazer hervir* Polon. *Obwarzam.* Vngar. *Felforralom, meg gialom* Ang. *To make, to bolye and seeth greatlie.*] Cato de Re rust. cap. 157: Brassicam macerato bene, postea in ollam conjicito: defervefacito bene: ubi cocta erit, bene aquam defundito. Plin. lib. 23. cap 7: Radix capri fici, defervefacta in vino, dentium dolores sedat.

Dēfĕtīscor, deponens compositum ab ant quo verbo fatiscor per mutationem à literæ in ê, significat labo, deficio. [עיף *nilehâ* κάμνω, κοπιάω. Gall. *Se lasser, estre lassé.* Ital. *Stancarsi, fiaccarsi* German Von arbeit müd oder machtloß werden Belg. Moe worden Hispan *Ser fatigado, ò cansar ò desfallecer* Pol. *Ustawam, ustaje* Vngar. *El lankadok, faradok.* Ang. *To be wearied, to faynt*] Terent. in Phorm. Hæc res mihi solicitudini est, Neque defetiscar unquam ego experirier, Donec tibi id quod pollicitus sum, effecero. ¶ De hujus verbi præterito inter Grammaticos non convenit. Priscianus enim vult ejus præteritû esse defessus sum, sicuti à fatiscor, fessus sum. Contrà Diomedes fessus & defessus nomina esse vult, non participia, cujus sententia videtur verisimilior. Neq; enim fessus aut defessus tempus ullum impertiat more participiorum, neque actionem aut passionem fed idem omnino significat quod lassus, quod esse nomen esse nemo dubitat. Differunt autem hæc duo à participio fatigatus, sicut calidus & calefactus, quorum hoc & tempus & passionem significat, illud solam qualitatem. Sic fatigatus dicitur ille, quem res aliqua fatigavit: fessus autem & defessus simpliciter qui labore deficit. Hinc compositum Indefessus, idem quod indefatigabilis, ἀκάματος. Claud. lib. 1. de rapt. Proserp Indefessa ferat, nulla cessabimus hora, Non requies, non somnus erit, dum pignus adeptum Inveniam. ¶ Verba autem fatiscor & defetiscor, in usu non sunt, fed eorum loco utimur verbo neutro fatisco, quod ejusdem est significationis. Colum. libr. 2: sed omni solo, quod prædictorum legumínum segetibus fatiscit, una præsens medicina est, ut stercore adjuvet, & absumptas vires hoc pabulo refoveas.

Dēfĭcĭo. defici, ex de & facio, n. t. Deficere, deficisco, desero. [חסר *chasér* ἐπιλείπω *apphés* לאכ *laab* ὑπολείπω, ἐκλείπω Gall. *Defaillir, Manquer.* Germ. Gebresten/mit gemangelt seyn Belg. Ghebreken Hispa. *Desfallecer, ò faltar* Pol. *Niedostawam, ubiwamy.* Vng. *El fogyok (item) el haylok, el áll. k, el fzakadok, el hafomlom. el partolok* Ang. *To faile or lacke*] Cic. 3. in Verr. Vererer ne mihi crimina non suppeterent, ne oratio deesset, ne vox viresque deficerent. Idem Servio Sulp. Sed opprimor interdum, & vix resisto dolori, quòd ea me solatia deficiunt, quæ cæteris (quarum mihi exempla propono) simili in fortunâ non defuerunt. Et more suo hic fecit Cicero, ut per Desum, deficio exposuerit. Hinc Defectus, pro privatione deducitur: de quo infrà ¶ Legimus etiã Deficere absolutè positum pro deesse, λείπει, ὑστερεῖ. Hircius: Quare neque tanti sum animi, ut sine spe castra oppugnanda

pu[illegible] censeam: neque tanti timoris, ut ipse deficiam. Hoc [illegible] modo dixit: Deficere animo, λιποψυχεῖν. Mat- [illegible]) Rufus Quæstor in castris relictus à Curione, co- [illegible], ne animo deficiant: id est, terreantur & animus d[illegible] ¶ invenitur etiam cum accusativo pro, perelinquere, sive d[illegible] possumus: quanquam in sensu idem sit cum deesse, [illegible] Cic. 4. in Verr. Iam me vires deficere cœperũt. Idem [illegible] Prudentia nunquam deficit oratorem. Cæsar: Fru- [illegible] vitæ subvenite communi, quoniam sanguis viresque [illegible] id est, [illegible] Similem omnino usum habet [illegible] Defero Salust. in Iugurtha: Sed de studiis partium, [illegible] omnibus civitatis moribus, si sigillatim atque pro ma- gnitudine parem differere, tempus quàm res maturiùs me de- feret. Habet autẽ deficio in eâ significatione ferè semper antè se nominativum rei inanimatæ: ut, Dies me deficit, Vox te de- ficit. ἐπιλείπει. & Oratio illum deficit. Lact. lib. 7: Non enim ve- rendum, ne tã in bonâ causâ deficiat oratio, qui sæpè etiam malos copiosè ac fortiter defenderit. Cæsar lib. 2: Ipsos res fru- mentaria deficere cœpit. Si quis tamen in his dativo pro ac- cusativo utatur, non culpandus erit: frequentiùs tamen cum accusativo usurpatur. Non rectè autem ita dicas per nomina- tivum rei animatæ, Vxor me deficit: sed à me deficit. ¶ Item Deficere cum accusativo significat non suggerere. Virg. 1. Ge- org. quum jam glandes atque arbuta sacræ Deficerent sylvæ: id est, non suggererent glandes atque arbuta. Sic enim expo- nunt hunc locum plerique interpretes: quanquam non malè ibi deficerent pro deessent accipere possimus: ut Arbuta & glandes, nominativos esse intelligamus: sylvæ autem, dativũ. ¶ Interdum absolutè ponitur pro finire, desinere, [illegible]. ut, Hic præ mœrore defecit. ¶ Martianus: Tum demùm id agere consilium erat, quum vita defecit. ¶ Construitur quandoque cum ablativo sine præpositione, & sic sumitur pro carere sive privari, [illegible] Col. lib. 3. de vite loquens: Quumque transtule- ris (*inquit*) de humido in aridum locum, vide ne pristino ali- mento deficiat. Idem: Commodè fluunt, nec deficiunt sacro solo. Idem lib. 3. passivo usus est, Iugatum quâdam parte defi- citur: quâdam superat. Et lib. 8: Qui si memoria deficitur quo- minus agnoscat cujusque progeniem, pice liquida eandem notâ scrofæ & porcis imponat. ¶ Item, Deficere debitores di- cuntur, quorum facultates ita imminutæ sunt, ut jam solven- do non sint. L. 3. ff. de jur. fisc unde defectus facultatibus apud Vlp. l. si extraneus. D. de im. dot. ¶ Capitur & pro dissentire, re- cedere seu rebellere. desciscere, deserere: [מרד *marádh* פשע *pa- schâh*, ἀφίσταμαι. Gall. *Se revolter, se rendre du parti contraire* Ital. *Re- bellare* German. Abfallen/abtrünnig werden. Hisp. *Rebellar*. Pol. *Odstawam, opusczam*. Vng. *El partolok, el basolok*. Ang. *To make defection or yeelde to the contrare parte.*] & tunc ablativo jungitur cum præpositione. Salust. in Iugurt. Quod oppidum primùm omnium post malam pugnam ab rege defecerat. Deficere enim dicuntur, qui ab his, quorum sub imperio sunt, desci- scunt. & in hostium numerum se conferunt. Cic. Lælio: Dif- ficile est amicitiam manere, si à virtute defeceris. Liv. lib. 2: Eo- dem anno duæ coloniæ, Pomeria & Cora ad Auruncos defici- unt. Hoc est, Romanos deserunt transeuntes ad Auruncos. ¶ Deficior, pass. Columel. lib. 5: Iugatum quâdam parte defi- citur, quâdam superat. Cic. pro A. Cluentio: En hoc illud est quod antè dixi, mulier abundat audaciâ, consilio & ratione deficitur.

Dēfĕctŏr, verbale, m. t. [פושע *poschéah*. ἀποστάτης. Gal. *Rebelle, celuy qui s'est revolté, apostat.* Ital. *Ribello*. Germ. Abfellig / abtrünnig. Hispan *Rebellador*. Pol. *Od[illegible] pienca, ostepca*. Vngar. *El ha- [illegible] el pártolo*. Ang. *A revolter or yeelder to the contrare part.*] Sue- tonius in Neron. cap. 43: Revocatisque ad pœnitentiam defe- ctoribus, &c.

Dēfĕctūs, a, um, particip. à deficio vel deficior, habet significa- tionem activam in voce passiva: [ἐκλελοιπώς. Pol. *Niedostatecz- nosc*. Vng. *El fogyatkozot, el erötelenült.*] ut, Defectus robore animi, [illegible]. Colum. Diligentis patrisfamiliâs est, primam quanque arborem senio defectam tollere: id est, quæ deficit. Quintil. lib. 3: Vt si obsessi & impares, & aqua ciboque defe- cti, de faciendâ ad hostem deditione deliberent: id est, qui de- fecerunt. ¶ Defectus passivè, ἐκλελειμμένος. Cic. in oratione an- tequam iret in exilium: Nunc vel solus defectus ad Calamita- tem, vel primus vocatus ad tale periculum, omnium animos jure debeo commovere. Defectæ senectutis homo: id est, sene- ctute confectus. Vlpianus de Vsufructu. Vt puta ægrotanti ser- vo, vel infanti, vel defectæ senectutis homini. Eodem modo defectus ætate dicitur, pro confectus. Defectus poni videtur aliquando pro perfectus. Cic. ad Attic. Libri ad Varronem non morabuntur: sunt enim defecti: id est, perfecti.

Dēfĕctĭŏr. comparativus, & Defectissimus, superlativus. [Vng. *El fogyatkozottab, erötelenült.*] Columel. in præfat. Sed sive fun- dum locuples mercatus est turba pedisse quorum lecticario- rumque defectissimum quenque annis, & viribus in agrum relegat, &c. ¶ Apul. in Apologia: Cur in planis quidem specu lis fermè pares obtutus ac imagines videntur, in tumidis verò & globosis omnia defectiora, at contrà in cavis auctiora?

Dēfĕctūs, us, m. q. nomen significat penuriam, non vitium aut culpam, aut morbum: [חסר *chóser*. ἔλλειμμα. Gall. *Defaut, defail- lance*. Ital. *Disagio, defetto, mancamento*. Germ. Ein prästen / mangel Hisp *Falta o mengua*. Pol. *Niedostatek, chudoba. defekt*. Vng. *Fogyatkozás*. Ang. *A lacke, a failing.*] ut defectu ciborum dedi- mus nos hostibus. Liv. lib. 4: Defectus alibi aquarum circa tor- ridos fontes rivosque stragem siti pecorum morientium de- dit. ¶ Interdum dicitur diminutio. Gellius lib. 2: Sed de Lunæ motibus Solisque defectibus. Vnde Defectio Solis & Lunæ dicimus. Defectus animi, sive defectus animæ (ut Celso moris est loqui) λιποθυμία, λιποψυχία Græcè dicitur. A' nostris etiam animi deliquium, & verba linqui animo & intermori, & defi- cere, & extinctæ animæ speciem præbere: quos Plinius & de- fectos animo quandoque appellat. Defecta verò corpora, & defecti, sunt quos Græci [illegible], quasi resolutos, & resolutio- nem ipsam, [illegible] dicunt: qui & syntectici vocantur, & synte- xes, defectiones. Plinius: Genus unum quod bion vocamus, prodest stomacho dissoluto, & prægnantibus & defectis. Mar- tialis: Dulcia defectâ modulatur carmina linguâ, Cantator cy- gnus funeris ipse sui.

Dēfĕctĭo, f. t. Recessio seu rebellio, vel militum ab Imperatore, vel civitatis à domino: qui dicuntur deficere, quum ab eorum gubernatione discedunt. [מרד *méredh* פשע *péschah*. ἀπόστασις, ἀποστασία Gal. *Revoltement, rebellion*. Ital. *Ribellione*. Ger. Abfall. Hisp. *Rebeldia*. Pol. *Odstąpienie, odszczepienie, odstanie, odpadnie- nie*. Vng. *El pártolás, el basolás*. Ang. *A defection, revolting or yeel- ding to the contrare parte.*] Livius libro 1. Ob residuas bellorum iras maximè solicitatis ad defectionem animis voluntarios traxêre. Cicero 4. Tusculanar. Omnium autem perturbatio- num fontem esse dicunt in temperantiã, quæ est à totâ mẽte, à rectâ ratione defectio. ¶ Aliquando dicitur diminutio & decre- tio, defectus, ἔκλειψις. Idem in Catone: Quoniam delectaban- tur ad defectiones Solis & Lunæ, multò nobis antè prædicere. ¶ Sunt & defectiones in corpore humano, quales mulieribus à conceptu accidere solent. [עטף לב *hamas halléb*. λιποθυμία. Gall *Debilités, defaillances de cœur*. Ital. *Debollezze*. German. Onmachten Hispan. *Flaquezas*. Pol. *Mdlosc*. Vngar. *Erötlenség, gyen- geség*. Angl. *Infirmiteis, a faylings of harter courage.*] Plinius in Procem. lib. 23: Pampini sanguinem excreantibus, & mulierum à conceptu defectione diluti potu prosunt. Quod genus e- tiam malaciam, μαλακίαν, in prægnantibus vocare Plin. solet. Est enim malacia in stomacho debilitas. Et in mari malacia pro tranquillitate capitur.

Dēfĕctīvus, a, um, Quod est mancum. [חסר *chasér*. ἐλλιπής. Gall. *Defaillant, mutilé*. Ital. *Manco*. Ger. Das da mangelt / ein mangel und brästen hat. Hisp. *Cosa que suele ò puede faltar*. Pol. *Niedo- pelny*. Vngar. *Fogyatkozot, csonka*. Ang. *That lacketh, manck and mutilat.*] Cic. 1. Offic. Etenim cognitio contemplatioque na- turæ manca: id est, defectiva quomadmodo.

Dēfīgo, is, penult. prod. defixi, act. t. Deorsum figo, implanto, immitto, colloco, pono [מעך *mahách* תקע *takah* טבע *tabáh*. καταπήγνυμι. Gall. *Ficher, atacher à clou ou autre chose*. Ital. *Impian- tare, ficcare, piantare*. German. Underssich hefften/ anhefften. Hisp. *Hincar*. Pol. *Przybijam*. Vngar. *Le vióm, le verôm, le gyakom, le fi- geszteôm*. Ang. *To stick in or fasten with nayles.*] Columel. libro 2. Tum in terram bene pastinatam & stercoratam rectum sar- mentum defigito. Virgil. libr. 2. Georg. Altiùs & penitùs ter- ræ defigitur arbos, Esculus in primis. Cæsar. bell. Civil. 2: Asse- res pedum duodecim cuspidibus præfixi, atque hi maximis balistis missi per quatuor ordines cratium in terrâ defigeban- tur. Defigere sicam in corpore, apud Cic. Defigere cultrum in corde, & Defigere gladium jugulo, apud Livium. ¶ Ex hac verbi significatione elegantes simul ac variæ translationes existunt: ut quum aliquem dicimus pavore defixum esse, aut stupore mœstitiáve. Habetque singularem cum his nomini- bus Animus & Oculus elegantiam. Cic. 4. Acad. Adversantur enim primùm, quòd parùm defigunt animos. Idem pro Do- mo sua: At quam sententiam dixi? primùm eam, quam populi sermo in animis vestris jam antè defixerat. Lact. lib. 2: Oculos suos ab alto dejiciunt, soloque defigunt. Cic. Philipp. 11: Quid cum non sorbere animo, quid non haurire cogitatione, cujus sanguinem non bibere censetis? in cujus possessiones atque fortunas non impudentissimos oculos spe & mente defigere? Plin. libr. 8. cap. 16: Quum pro catulis fœta dimicat, oculorum aciem traditur defigere in terram, ne venabula expavescat. Cic. in Verr. Act. 2: Vt non modò in auribus vestris, sed in ocu- lis omnium sua furta atque flagitia defixurus sim: hoc est, ita depromptururus & relaturus, ut non modò audiri, sed etiam fieri videantur: vel sic, ut non modò auditui & intellectui per- spicua sint, sed etiam visui subjici videantur: id est, sub oculos poni. ¶ Aliquando pro setio vel transfodio, [illegible]. Persius: Ore teris modico, pallentes radere mores Doctus, & ingenuo culpam defigere ludo.

Dēfīxūs, a, um, Infixus, hærens in aliquo. [Germ. Geheftt. Pol. Werkniony. Vng *Le gyakasos, belé figesztetöt*. Angl. *Fastened, fixed or sticked in.*] Cic. de Art. Vitia in aliquo penitus defixa atque hærentia.

Dēfīnĭo, is, act. q. Termino, finiendo certos rei de qua agitur terminos præscribo. [גבל *ghabál* גדר *ghadhár* גזר *ghazár*. ὁρίζω, ἀφορίζω, ἀφορίζω (?). Gall. *Limiter & borner, determiner, assi- gner*. Ital. *Definire, terminare*. Germ. Einzielen. Hisp. *Determinar, diffinir*. Polon. *Oznaczam, opissuie*. Vngar. *Meg hatarozom, meg ma- gyarázom*. Ang. *To limite, to bounde, to appoynte the end of a thing*] Cic. de Somn. Scip. Sic habeto omnibus qui patriam cõserva- verint, adjuverint, auxerint, certum esse in cœlo, ac definitum locum,

focum, ubi beati ævo sempiterno fruantur, Idem de Amic. Altera sententia, quæ defioit amicitiam paribus officiis ac voluntatibus. Sic Definire imperium, prædia, hortos: pro dimensa inter se dividere. ¶ Definire præterea est rei alicuius vim describere, & explicare finitione, quæ constat genere, specie, differentibus, propriis, ut autor est Quint. lib 7. cap 4. & lib. 5. c 10. Cic. lib. 1. de Invent. Quum autem nominis controversia est, quia vis vocabuli definienda verbis est, constitutio definitiva nominatur.

Dēfīnītio, onis, f. t. [Ger *Ein kurtze beschreibung / was ein ding eigentlich für sich selbs seye*. Pol. *Opisanie*. Vng. *Határozás, magyarázás*. Ang. *A definition*.] secundum aliquos, est oratio, demonstrans cujusmodi est illud, de quo fit sermo. Vel sic. Definitio est oratio, mentis contentum aperiens. Hanc alii sic definiunt: Definitio est, quæ compendiosâ submonitione nos in rerum cognitionem vocibus subjecta adducit. Aut hoc modo: Definitio est oratio, id esse quod est, monstrans. Aut, Definitio est oratio, quæ declarationem & intelligentiam rei demonstrat, & elucidat. Definitio item, est rei quasi in universum dicta, non tamen universalis, in præpositione per singulas partes, sive in universum deductio. Definitio propriè dicitur, quæ constat ex genere & differentiis. Vide Bartolum in l. 1 ff. de testa. Multa autem sunt Definitionum genera, quæ Boëtius breviter & eleganter, lib 2. Topic. Cic exponit. Observandum autem quod Finitio nominis, præcedit definitionem rei. Neque enim probè definieris canem, nisi primùm constitueris, an de animali, sive terrestri sive marino, an verò de cœlesti sydere loquaris. Gloss. l. quoties. de Verbor. obligat. Ut res exemplo pateat; Quæris, an Publicana actio detur adversus eum, qui pro hærede possidet? Ab initio perstringendum erit tibi, quid hâc loquendi formula, pro hærede possidere, intelligi velis. Vide Ioannem Appel. præstanti doctrinâ virum in Meth: Di. l. Rat. opusculo sanè aureo, Iurisprudenti & studioso, nullo non tempore, donec ediscat, versando. Sed nec id prætereundum, quod Vig. animadvertit, non vulgum modò, sed & doctos plerosque viros, non distinguere Diffinitionem à Definitione, sed Librariorum errore jam olim ista confusa esse Solomonis: Considera, *inquit*, Diffinitionis esse, explicare quid est: Etymologiæ verò rationem nominis explicare. Porrò veluti aliud est nomen, & aliud res ipsa quæ nominatur: sic alia cognitio nominis, & alia rei nominatæ. Hinc à nostris non reperitur passim ab Etymologiâ syllogismus, sed vix negativè: & tunc quum ab essentia traducitur res quę nominatur, ut juris vocabulum è justitiæ visceribus ductum. Definitio pro regula accipitur interdum, ut in illâ vulgatâ regulâ: Omnis Definitio, in jure Civili periculosa est, quod vel titulus demonstrat. Neque enim tam est difficile, rem aliquam in jure Civili exactè definire, quàm est rarum regulam ex legibus colligere, quòd nulla in parte infirmari queat. Adde Vig., instit de Testa ord. & vide Budæum in Annotat. Quamvis hoc ipsum quoq; Accursius declaravit. Definitio est earum quæ sunt, ejusque rei propriè, quàm definire volumus, brevis & circunscripta quædam explicatio, in qua hæc præcipit ratio atque doctrina, ut vis ejus rei, quàm definias, sic exprimatur, ut neque absit quicquam, neque supersit. Cicer. de Finib. 2: Patefactio, quasi rerum opertarum, quum quid quidque sit aperitur, definitio est. Cicer. de Finib. 1: Definitio est oratio, quæ quid sit id, de quo agitur, ostendit quàm brevissimé. Cicer in oratore: Definitio est oratio, quæ id, quod definitur, explicat, quid sit. Definitionum duo sunt genera prima, unum earũ rerum quæ sunt, alterum earum, quæ intelliguntur. Esse ea dico, quæ cerni tangive possunt, ut fundum, ædes, parietem, &c. Quo ex genere quædam interdum nobis definienda sunt. Non esse, rursus ea dico, quæ tangi demonstrarive non possunt, cerni tamen animo, atque intelligi possunt. Ut si usucapionem, si tutelam, si agnationem definias, quarum rerum nullum subest quasi corpus, est tamen quædam conformatio insignita, & impressa intelligentiâ, quam notionem voco: ea sæpè in argumentandi definitione explicanda sunt. Atque etiam definitiones aliæ sunt partitionum, aliæ divisionum. Partitionum quum res quæ proposita est, quasi in membra discerpitur, &c. Divisionum autem definitio formas omnes complectitur, quæ sub eo genere sunt, quod definitur, &c. Dicendum qui sit definitionis modus. Sic igitur veteres præcipiunt, quum sumpseris ea quæ sunt ei rei, quam definire velis, cum aliis communia, usque eò persequi, dum proprium efficiatur, quod nullam in aliam rem transferri possit, Cicero in Topicis. Et ibidem Definitionis controversia est, quum in scripto verbum aliquod est positum, cujus de vi quæritur. Cicero de Invent. 2: Mala definitio: genus vitiosę argumentationis. Mala definitio est, quum aut communia describit, aut falsum quiddam dicit, aut aliquid nec grave, nec magnum continens. Cicero de Invent. 1: Definitio est oratio, explicans, quid sit id, de quo disputatur. Est enim coactæ atque complicatæ rei explicatio, velut quum dicimus, Homo est animal rationale & mortale. Quint. Finitio, est rei propositæ propria & dilucida, & breviter comprehensa verbis enuntiatio, aliàs descriptio dicitur, & fit multis modis. Plura vide apud Dialecticos, & infrà in DIFFINITIO.

Dēfīnītum est, pro eo quod dicimus Decrevi, vel constitui, [Vng. *El vegezteték, rendeltetés*.] Plaut. in Cistel. Perge dicere. A. An'ne ut etiam quid consultura est sciam? M. Perge eloqui: non remittam, definitum est.

Dēfīnītus, a, um, Certus, constitutus, attributus, assignatus. [נגזר *nighzár*, ὡρισμένος, διωρισμένος. Gall. *Defini, limité, borne*. Ital. *Limitato, terminato*. German. *Eingezielet / bestimpt*. Hispan. *Determinado*. Polo *Naznaczony*. Vng. *Meg határoztatot, el rendöltetöt*. Ang. *Limited, bounded*.] Cic. de Somn. Hic certus est in cœlo ac definitus locus.

Dēfīnītē, adverbium, Finitè, strictè. [ὡρισμένως, ἀφωρισμένως. Gall. *Expressement, determinement, distinctement*. Ital. *Expressamente, con misura & limitatione* German. *Ausstrucklich / heiter / grundlich und klarlich* Hispan. *Determinadamente, expressa y claramente*. Polon. *Znacznie, wyrażnie*. Vngar. *Bizonyossan, egy állyában* Ang *Expressedle, namelie, precisedlie*.] Cic pro Corn. Balb. Lex id Gellia & Cornelia, quę definitè potestatem Pompejo civitatem donandi dederat, sustulisset. Plin. in Paneg. Nec magis definitè distinctèque designat, qui Trajanum, quàm qui optimũ appellat.

Dēfīnītio, Vide DIFFINITIO.

Dēfīnītīvus, a, um, [ὁριστικός. Gall. *Definitif, qui definit & limite*. Ital. *Diffinitivo, limitatore*. German. *Das zu der entscheidung / entscheidung oder bestimmung gehört* Hispa. *Destinador* Pol. *Ktory dowodzi przynależąca* Vng *Meg határozó*. Ang *That limiteth and boundeth*.] Cic. 1 de Invent. Cùm facti controversia est, quoniam conjecturis causa firmatur, constitutio conjecturalis appellatur: quum autem nominis, quia vis vocabuli definienda verbis est, constitutio definitiva nominatur.

Dēfiŏcŭlŭs, m. [Dicitur qui est captus uno oculo, quem Inscũ alio nomine vocitamus [ἑτερόφθαλμος. Gall *Borgne qui n'a qu' un œil* Ital. *Loscho senza un' occhio* Germ. *Einäugig* Hispan. *Tuerto de un ojo* Polon. *Oczko, iednooki* Vngar *Kancsal, félszemü (szegy) egy szömü*. Ang. *That lacketh one eye*.] Martial. libr. 12, de simpotum's basiatoribus: Hinc defiioculus & inde lippus.

Delavo, as, delavi, delotum, delavare: Lavo. [רחץ *racháts.* καταπλύνω, ἀπολούω. Gal. *Lauer.* Ital. *Lavare.* Germ. Wäschen / oder abwäschen. Hisp. *Lavar,* Polon. *Obmywam.* Vngar. *Le mosom, meg mosom.* Ang. *To wash.*] Plautus Rud. eho, an te pœnitet, in mari quod delavi, ne hîc in terrâ quoque eluam? Antiquum verbum.

Delcani, à Delcano amne dicti pisces, salsamentis idonei: quos alii Leptinos vocant.

Delecto, act. p. & Oblecto, Composita, sunt à Lacto, quod est frequentativum ab antiquo verbo Lacio. Delectationem habeo, delectationem affero. [שעשע *schihaschâh.* τέρπω. Gal. *Delecter, recreer, resiouir, donner plaisir.* Ital. *Dilettare, dar piacere.* Germa. Belustigen. Belg. Vermaken / verblijden. Hisp. *Deleytar.* Polon. *Kocham sie.* Vng. *Gyönyörködtetem.* Ang. *To lead and allure to delight.*] Delecto sæpiùs in tertiâ personâ utuntur autores. Cicero Rufo: Itaque me & superiores literæ tuæ admodum delectaverunt, quibus expectatum meum adventum abs te amanter videbam. Quando autem cum Infinitivo jungitur ponitur impersonaliter. Alioqui verbum est activum; & habet passivum, per omnes modos, tempora, & personas, usitatissimum. Cicero Pæto: Plures etiam pavones confeci, quàm tu pullos columbinos, tu te istic Atheriano jure delectato: ego me hîc Hirciano ¶ Oblecto verò, plerunque in se significationem passivam habet; quámvis & activam. εὐφραίνω. Et quanquàm passivam habet; tamen regit accusativum, non alterius personæ aut rei, quam ejus qui oblectat. Et, ultra accusativum, ablativum postulat, ex quo passiva significatio monstratur. Et hoc tribus potissimùm modis. Interdum enim hoc cõtingit, nullâ præcedente præpositione. Terentius in Eunucho: Me speres; me te oblectes. ¶ Interdum præcedente præpositione Cum. Idem: Tu cum illâ te intùs oblecta interim. ¶ Aliquando etiam cum præpositione In. Idem: In eo me oblecto solùm: id est mihi carum. ¶ Cicero in activâ significatione sumpsit; quũ in Catone ait: Quas si exequi nescirem, tamen me lectulus meus oblectaret; quod est, quasi delectaret. Et pro Archiâ: Adolescentiam alunt, senectutem oblectant: scilicet literæ. ¶ Est autem Oblecto, sicut & Delecto, compositum à verbo Lacto, propriè, dulcedine vel spe aliquâ duco: & ferè semper in pejorem partem accipitur. Terentius: Solicitando, & pollicendo, eorum animos lactas. ¶ Delectare, ἐφέλκειν. propriè significat Attrahere, ducere. Ennius: Et me Apollo ipse delectat; adducit Delphicus. Quadrigarius: Fabius de nocte cœpit hostium sacra oppugnare; hostem delectare. ¶ Et quoniam, quæ grata ac jucunda sunt, nos attrahere solent: factum est, ut Delectare sit, gratum esse, ac jucunditate afficere. ¶ Passivum etiam ipsum, Delector, habet post se ablativum; & hoc sine præpositione, vel mediante præpositione Cum, vel In. Casum autem peculiarem omnibus verbis passivis, qui est ablativus, præcedente præpositione à, vel ab. non admittit. Vnde etiam nonnulli deponens esse crediderunt. Est autem Delector, delectatione vel jucunditate afficior. [χαίρω, εὐφραίνομαι, ἥδομαι. Gall. *Se donner plaisir, se resiouir.* Ital. *Dilettarsi.* German. Lust und freud haben Hispan. *Deleytarse.*] Colum. libro 1: Iucundius utique viro, si etiam matronâ comitatus: cujus ut servi, ita animus est delicatior: amœnitate aliquâ delectanda erit, quò patientiùs moretur cum viro. Quod in aliis etiam verbis fieri solet: ut, Desideriũ tenet me: id est, teneor desiderio. Sic Oblecto, & hujusmodi, quæ significationem passivam innatam habent. Lactantius lib. 2: Auro, & gemmis, & ebore delectantur. Idem: Oblectatur frivolis, & specie simulachrorum capitur. Cicero Cæl. In communibus miseriis, hac tamen oblectabar speculâ.

Delectamentum, ii, n. s. Oblectatio, voluptas. [שעשועים *schaaschuhim* עדנה *hedhná.* τέρψις, τερπωλή, τέρπνοτης. Gal. *Delectation & plaisir, deduit, passetemps.* Ital. *Diletto.* Germ. Belustigung Hisp. *El deleyte.* Pol. *Roskochanie.* Vngar. *Gyönyörwség.* Ang. *Delight, pastime, solace.*] Cicero de Senectut. Possem persequi permulta delectamenta rerum rusticarum: sed ea ipsa, quæ dixi sentio te esse lõgiora. Idem in Pison. Inania sunt ista (mihi crede) delectamenta penè puerorum.

Delectabilis. [τερπνός. Pol. *Mieli, smaczni.* Vngar. *Gönyörwsiges, kesnes.*] Cornel. Tacit. libro 12: Infusum delectabili cibo boletorum venenum.

Delectabiliter, Adverb. [τερπνῶς. Polo Wdzięcznie. Vnga *Gyönyörwségössen.*] Probus, in Catholicis structuræ delectabiliter componendæ. Gell. lib. 3. c. 31: Delectabiliter ac decorè multis variisque verbis depicta est.

Delectatio, f. t. Oblectatio, voluptas, jucunditas. [שעשועים *schahaschuhim* עדנה *heednáh.* τέρψις. Gall. *Delectation, plaisir, soulas, deduit.* Ital. *Dilettatione.* German. Lust und freud. Hispan. *Deleyte.* Pol. *kochanie, radosc.* Vngar. *Gyönyörködés.* Angl. *A delighting, or delight.*] Est jucunditas, quam ex re aliquâ percipimus: quam sic definit Cic. lib. 4. Tusc. Delectatio est voluptas, suavitate auditus animum deliniens, & qualis hæc est aurium; tales sunt oculorum, & tactuum, & adorationum, & saporis: quæ sunt omnes unius generis, ad perfundendum animum, tanquam illiquefactæ voluptates.

Delectatior, [Polon. Wdzięczniejszi. Vngar. *Gyönyörwsegesb.*] Comparativus sine positivo, apud Gellium lib. 20. cap. ultim. Aut sermo incorruptior, aut delectatior motio, aut in ludo liberalior.

Delectus, Vide Deligo, deligis.

Delego, as, act. p. Deputo, quempiam meo loco, officio, negotióve exequendo præficio. [הפקיד *hiphkidh.* ἐπιτρέπω. Gall. *Deleguer, enuoyer & bailler charge, bailler commission, commettre* Ital. *Deputare, assignare.* German. Befehlen / einem etwas zuthun auflegen. Belg. Bevelen Hispan. *Embiar, mandar.* Pol. *Poruczam.* Vng. *Reá bizom, tizibe helyheszteiöm, rea valasztom.* Ang. *To assigne, to some office or charge, to send in ambassage, to attribute or impute.*] Colum. lib. 4: Imò quis non imprudentissimum quemque etiam eum, qui nihil aliud operis facere valeat, huic negotio delegat? Cicero: Post delegatam mihi hanc provinciam: id est, post onus mihi impositum. ¶ Hinc Subdelegare dicimus, delegatas nobis à Principe causas alteri cognoscendas injungere. ¶ Delegare spes suas fortunæ loci. Liv. 6. ab Vrbe: Has inanium rerum inanes ipsas volventes cogitationes, fortunæ loci delegaverant spei suas: Id est, nomine loci Romanis religiosi & infausti fidentes. ¶ Delegare etiam significat Legatos mittere, ἀποστέλλειν. Livius: Decernunt, ut duodecim delegarẽtur ad Regem. Plautus in Amphitr. Si quot fautores delegatos viderint. ¶ Et Delegata dixerunt diis consecrata, quæ nunc dedicata dicimus. ἀφιερωμένα ¶ Delegare etiam frequens est apud Iurisconsultos, pro eo, quod Mercatores vulgò vocant *Assignare*; hoc est, alium pro se debitorem dare, quo recepto à creditore, prior debitor liberatur. Iustianus Cod. de Novationibus & delegationibus: Delegatio debiti, nisi consentiente & stipulanti promittente debitore, jure perfici non potest.

Delegatio, verbale, f. t. Mandatum, munus, provincia. [פקדה *pekudah.* ἐπιτροπή, ὁ ἀποδοχὴ πρεσβεία. Gall. *Charge & commission, assignation.* Ital. *Commissione, carico.* Germ. Ein befehl / auffiegung / ein gegebner gewalt Hisp. *Embaxada la carga.* Pol. *Zlecenie, wszadporuczony.* Vngar. *Parancsolas, valakire bizot dolog.* Ang. *The assignation of an office or charge, commission.*] Cic. ad Att. lib. 12: Perdere malo delegationem in mancipes, annuâ die.

Delegatus, [Germ. Ein nachgesetzter.] dicitur, cui causa demittitur terminanda, vel exequenda; vices delegantis repræsentans, & in jurisdictione nihil proprium habens. ff. de Offic. ejus cui man. est Iurisdictio. l. j. Vide infrà lege Iudex. ¶ Delegatus, quod distet à Vicario, hoc est, ut Interpretes barbarè dicunt, à Vice gerente, seu Locum tenente, Bartolus indicat in L. 2. & seq. C. de his qui vicem ger. alt.

Delenio, is, ire, act. q. compositum est à Lenio, idem significans quod Demulceo, vel lenem, hoc est, mãsuetum reddo: [החליק *hechlik.* πραΰνω, καταπραΰνω. Gall. *Adoucir appaiser, amadouer.* Ital. *Ammolire, addolcire.* Germ. Besenfftigen / begütigen Hisp. *Halagar ò amansar,* Polo. *Vmiekczam, blagam,* Vngar. *Le csendesztem meg*

meg enyhítem. Ang. *To make meek, gentle and tame.*] Col. lib. 10. Sed tamen iracundia notæ melioris apum facilè delenitur, assiduo interventu eorum, qui curant alvearia. Plaut. Asin. Vah, delenire apparas; mihi scio vicarium esse.

Delenificus, Blandiloquus. [θελκτήριος, πειθανικός. Polo. *Lagodnomowca.* Vng. *Törölgetéssel, hizelkedéssel meg enyhítő.*] Plaut. in Mil. Domi dolos, delenifica verba; domi fallacias.

Deleo, delevi, deletum, act. s. ex De, & Leo, (ut inquit Priscianus) Extinguo, induco, abstergeo: & aliquando Everto, perdo, & destruo. [מחה machah. ἐξαλείφω, ἀφανίζω, ἀπαλείφω. Gall *Effacer, casser, rayer, annuller.* Ital *Cancellare, cassare, annullare.* Germ. Durchthun/außtilgen. Belg. Wtdoen/wtwissen. Hispan. *Quitar ò raer.* Pol *Wymazuiam, wymazać.* Vng. *Eltörlöm.* Ang. *To destroy, to scrape and put out, to deface.*] Cic. pro Cluent. Eadem hac Dinæa testamentum faciente, quum tabulas pendisset Oppianicus, qui gener ejus fuisset, digito legata delevit: & quum id multis locis fecisset; post mortem ejus, ne lituris coargui posset, testamentum in alias tabulas transcriptum signis adulterinis obsignavit. Cæsar 2. Bell. civ. Quin spe prædæ in urbem irrumperent, urbemque delerent. Cic. pro lege Manil. Delenda est vobis illa macula, Mithridatico bello superiore suscepta. Terentius Eunuch. Delebo omnes dehinc ex animo mulieres.

Deletus, a, um; & Delitus, teste Diomede; Extinctus, inductus. [נמחה nimchah. ἐξαλειφθείς, ἀφανισθείς. Gall *Effacé, cassé, annullé.* Ital. *Cancellato, annullato.* Germ Durchgethan/außgetilget. Hisp. *Raido, quitado.* Pol. *Wymazany, wygładzony.* Vng *Eltöröltetött, (avagy) eltöröltetett.* Ang. *Destroyed, scraped or put out, or defaced.*] Varro: Delitæ literæ. Quod tamen à Delino esse putet. ¶ Quod à Deleor est; non Delino. Diomedes Gram. lib. 1. Deleor, delitus & deletus. Cic. ad Filium: Cæteris delitis. Calvus ad uxorem, 1. Epist. Invita delita, &c.

Deletio, verbale, f. t. Extinctio, inductio. [מחיה mechiah. ἐξάλειψις, ἀφανισμός. Gall. *Effacement, destruction.* Ital *Disfacimento distruttione.* Ger. Austilgung. Hisp. *Raedura, ò quitamiento.* Pol. *Zmazanie.* Vng *Eltörlés, törlés.* Ang. *A crossing or scraping out.*]

Delebile: Quod deleri potest. [ἐξαλείψιμον. Gall. *Aisé à effacer, que facilement on efface.* Ital. *Che facilmente si cassa, & disfacia.* Ger. Das leichtlich mag außgetilget werden. Hisp. *Cosa que se quita, ò puede facilmente quitar.* Polon *Latwie do zmazania.* Vng *Eltörölhető.* Ang. *That may be crossed and scraped out, or defaced.*] Mart. lib. 7: Canibus hic nullis, nullis delebilis annis, Vivet. Cujus contrarium est Indelebile, quod deleri non potest. ἀνεξάλειπτος.

Deletilis, le, Quod delet. ἐξαλειπτικός. Gall *Propre pour effacer, de quoy on efface.* Ital *Che disfacia, cassa ò distrugge.* German. Damit man außtilget oder durchthut. Hisp. *Cosa para quitar ò raer.* Pol. *Kreska kthora zmazuiemy, zgładzamy.* Vngar. *Eltörlő.* Ang. *That is meete and serveth to crosse out with.*] Varr. Si displicet tibi tam magnum, sumam spongiam deletilem. ¶ Interdum Deletile, seu Deletitium, passive sumitur, pro eo quod deletur, sive deleri solet: ut Charta seu Tabula deletitia, quâ, abrasis vel inductis prioribus literis, rescribitur. παλίμψηστος.

Deletitius, adjectivum: [ἐξαλειπτός. Pol. *Toc jo może być zmazanego.* Vng. *Eltörölő, avagy törlésre való.*] Vlp. in l. Chartæ. ff. de Bo. possess. secundum tab. Chartæ appellatio, & ad novam chartam refertur, & ad deletitiam. παλίμψηστος.

Deletrix, verb. f. t. [מחה mochah. ἡ ἐξαλείφουσα, ἐξαλείψασα. Vng. *Eltörlő asszony.* Ang. *She that abolisheth or destroyeth.*] Quæ delet. Cic. de Arusp. respon. Tum est illa in templo Castoris scelerata, & pene deletrix hujus imperii, sica deprehensa.

Deleteria, medicamenta, δηλητήρια φάρμακα, n. s. à Medicis appellantur noxia & mortifera: quæ scilicet, quum à calore nostro vinci non queant, neq; concoqui, alia celeriùs, alia tardiùs, mortem inferunt. Dicta deleteria, à verbo Græco δηλέω, quod est Lædo, sive Noceo.

Deliaca supellex. Vide Delos, in Propriis.

Deliarium, Coniza. Diosc. lib. 13. cap 135.

Delibatorium, Vide Delibo.

Deliberare, n. p. Dictum est à libellâ, quâ quid ponderatur; & significat Consulto, perpendo, deliberationem habeo, consilium capio: item Decerno, statuo, certus sum. [יעץ jahats גזר ghazar. συμβουλεύειν, διαγινώσκειν. Gall. *Deliberer, consulter & penser comme on doit faire.* Ital *Deliberare.* German. Rahtschlagen/sich berahten. Hisp. *Deliberar.* Pol. *Rozmyślić sie, rozważać.* Vngar. *Végezni, tanácskozni, rendelni.* Ang. *To advise and take counsayle what is best to be doone.*] Cic. Postquam reversus est ab exilio; Noctem sibi ad deliberandum postulavit. Idem in Verr. Deliberatum est: id est fixum & decretum est. δέδοκται. ¶ Aliquando Dubito, βουλεύομαι. Cic. lib. Offic. Est enim totum sceleratum & impium, qui deliberant, utrùm id sequantur, quod honestum esse videant.

Deliberatur, impersonale. Cæsar. 7. bell. Gall. Deliberatur de Avarico in communi consilio, incendi placeret, an defendi.

Deliberatus, particip. [נגזר nighzar. βεβουλευμένος. Gal. *Deliberé, consulté, arresté apres avoir deliberé.* Ital. *Deliberato.* Ger. Berahtschlaget/wol bedacht. Hispan. *Deliberado.* Polon. *Rozmyślony.* Vng. *Elvégeztetött, rendeltetett.* Ang *Advised upon.*] Hor. 2. Carm. Ode 37: –ut atrum Corpore combiberet venenū, Deliberatâ morte.

Deliberatus, Nomen ex particip. [Pol. *Rozważony.* Vng. *Elrendelt, végzett.*] Cic. Metel. lib. 5: Neque illi quicquam deliberatius fuit, quàm me, quacunque ratione posset, non judicio, neque disceptatione; sed vi atque impressione, evertere.

Deliberatum, n. s. substantivum. [Vng *Rendelés, végezés.*] Cæsar, 1. bell. Civil. Illi deliberata respondent, scriptaq; ad eum mandata per eos remittunt.

Deliberator, toris, m. t. [יועץ johets βουλευτής, σύμβουλος. Gall. *Deliberans, qui delibere ou a deliberé.* Ital. *Chi delibera.* German. Ein Rahtschlager. Hisp. *El que delibera.* Polon. *Rozmyślaiący.* Vngar *Tanácskozó, rendelő, végező.* Ang. *He that adviseth and taketh leysure before he beginne a thing.*] Cic. pro Sest. Illi interea deliberatori merces, longâ interpositâ nocte, duplicata est.

Deliberatio, onis, f. t. Consultatio, consilium. [מחשבה mahshabah. σκέψις. Gall. *Deliberation, pensement, consultation.* Ital *Pensamento, consultatione.* Germ. Rahtschlag/bettachtung. Hispan. *Deliberation.* Polon. *Rozmyślanie, rozważenie naradzenie.* Vngar. *Végezés, tanácskozás, rendelés.* Ang. *An advising and taking of counsayle.*] Cic. 1. Offic. Triplex igitur est, ut Panætio videtur, consilii capiendi deliberatio. Idem 3. Offic. Sapientem & bonum virum fingimus; de ejus deliberatione & consulatione quærimus.

Deliberativus, a, um: Ex deliberatione constans. [συμβουλευτικός. Vngar. *Végező, rendelő, tanácsbeli végezésbeli.*] ut, Deliberativum genus orationis, apud Cic. 1. de Invent. Causa deliberativa: Cic. 2. de Invent. Materiæ deliberativæ: Quint. lib. 2. c. 7.

Deliberabundus, da, dum: Deliberans. [βουλευτικός, συμβουλευτικός. Gall. *Qui delibere & consulte sur quelque chose.* Ital *Chi consulta & pensa à qualche cosa.* Germ Der da rahtschlaget. Hispan. *Lo que mucho delibera.* Polon. *Rozmyślaiący się.* Vnga *Gondolkodó, tanácskozó, végező.* Ang. *That adviseth upon any thing.*] Liv. 2. ab Vrbe: Consules velut deliberabundi capita conferunt; diu colloquuntur. Idem lib. 1: Rex, velut deliberabundus, in hortum ædium transit.

Delibo, as, act. p. Significat Decerpo, quasi libando minuo, degusto. [טעם taham. ἀπολαύω. Gall. *Attoucher tant seulement aux bouts des levres, prendre un peu du dessus, gouster.* Ital *Menomare gustando, assaggiare.* Germ. Abbrechen: item, ein wenig versuchen. Belg Wtnemen/versuchen. Hispan *Gustar como quien haze salua.* Polon *Kosztuie.* Vng *Meg kóstolom, le zsemlem, zakaszom.* Ang. *To tast, to touch lightlie or a litle with the lippes.*] Cic. pro Sest. Non sum tam ignarus, Iudices, causarum; non tam insolens in dicendo; ut omni ex genere orationem aucuper; & omnes undique flosculos carpam atque delibem. ¶ Nonnunquam etiam accipitur pro Leviter attingo, & quasi summis labris degusto. ἀπογεύομαι. Planc. Cic. Putabam, posse me nec de laude jejunâ hominis delibare quicquam. Christ. Longolius Episto. 1: Verùm quod ad rem pertinet, tantum abest, ut ille de laude tuâ quicquam delibârit: ut, eo quidē facto, & lituriam ipse suam prodiderit, & virtutem tuam, claram illam omnino, & tuâ sponte nobilem, sed illustriorem tamen reddiderit. Livius: Nec satis constat, cur primus ac potissimus ad novum delibandum honorem sit habitus. ¶ Interdū Violo, Destruo, Vitio. Gellius lib. 1: Rependitur quippe & compensatur leve damnum delibatæ honestatis: id est, vitiatæ. ¶ Flos delibatus populi, dictus Cethegus ab Ennio; aut potiùs à Pop. Rom. Id est, eloquentiâ excellēti. Cic. de Cl. Orator. Delibatus; hoc est, (ut opinor) intactus, incorruptus, illibatus. Meliùs autem hujus verbi significationem assequetur, qui sciverit, Græcam habere originem. Est enim compositum à verbo Libo, Græcè λείβω, quod idem significat, quod Rigo vel Humecto: unde, quum summa tantùm labra rigamus, & leviter degustamus, propriè libare dicimur. Nimis itaque puerilis lapsus est eorum, qui Libare dictum putant, quasi labiare.

Delibatorium, n. s. Locus delibationi accommodatus. [Pol. *Miesce do kosztowania.* Vng. *Tanácsház.*] Plin. lib. 6: Fuit & memoriâ nostrâ in porticibus septorum à M. Agrippâ relicta, æquè miraculi causa, quæ delibatorio superfuerat, viginti pedibus brevior, sesquipedali crassitudine. Alii legunt apud Plinium, *Diribitorium.*

Delibatio, f. t. Degustatio. [ἀπόγευσις. Pol. *Kosztowanie.* Vng. *Meg kóstolás.*] Florentinus, D. lib. 10. Titul. 1. l. 116: Legatum est delibatio hæreditatis, quâ testator ex eo, quod universum hæredis foret, &c.

Delibro, as, act. p. Decortico librum; id est, corticem arbori detraho. [קלף pilsel. ἀπολεπίζω. Gal. *Peler & oster l'escorce.* Ital *Scorzare, levare la scorza.* Germ. Ein Baum schinden / entrinden. Hispan *Descortezar arboles.* Polon. *Odzieram obłupiam skori.* Vng. *Meg hántom.* Ang. *To peale and tak the bark of trees.*] Colum. lib. 3: In eâ nitidissimum ramum eligito, & ejusmodi spatii corticem circumcidito, & materiam delibrato. Idem lib. 5: Cortex quoque aridus fissusque, per summa trunci dependens, delibrandus:

Delibro, delibras, à librâ compositum; Pondero. [σταθμίζομαι. Polon. *Waże.* Vngar. *Meg merőm.*] Gel. lib. 15. cap. 8: Quid relinquitur, nisi ut delibrari sibi cœnas jubeant; ne edēdo defatigentur? Quo in loco quædam exemplaria legunt *Delibari.*

Delibutus: Vnctus quasi oleo, aut alio liquore imbutus [נמשח nimschach מלא malê. ἀλειφθείς. Gall. *Oinct, imbu, plein.* Ital. *Onto.* Germa. Gesalbet/mit Salb begossen. Belg Ghesalvet. Hispa. *Vngido de olores.* Pol. *Namazany, maściami polany.* Vngar. *Meg kenetött.* Ang. *Oynted or dipped in oyle or other licour*] Col. lib. 7. c. 4: Vbi per triduum delibuto tergore medicamina perbiberit. Cic. de Clar. Orat. Qui devinctus erat fasciis, & multis medicamen-

medicamentis propter dolorem artuum delibutus. Autor ad Heren. lib. 3: Aut si quam rem deformabimus turpem: ut sicruentam, aut cœno oblitam, aut rubrica delibutam, indicamus: id est, conspersam ¶ Transfertur & ad animũ. Ter. in Phorm. Satin' est, si te delibutum gaudio reddo? Salust. Vxor sacrilega ac perjuriis delibuta. ¶ Est autem participium sine Verbo; nescio an compositum sit.

Dēlĭcātă, orum, Vide DELICO.

Dēlĭcatūs, a, um: A Delicium fit, Mollis, deliciis plenus. [ענג hanógh רך rach. τρυφερὸς, ἁβρὸς, ἁβροδίαιτος. Gall. *Delicat, delicieux, douillet.* Ital. *Delicato, puitto.* Germ. Zart/schläckerhafftig/welcher der schläcken und wollusten gewohnt hat. Belg. Lecker. Hisp. *Delicado y regalado.* Pol *Rozkosznik, kochanek.* Vng. *Kedvetre tako, gyengén élő.* Angl. *Delicat, deintie, wanton.*] Cic. 6. Verr. Nostrum enim unusquisque, qui tam beati, quàm iste est, non sumus, tam delicati esse non possumus. Idem 1. Offic. Turpe enim valdeque vitiosum, in re severa, convivio dignum, aut delicatum aliquem sermonem inferre. Molles, & delicatæ voluptates: apud Cic. de Nat. deorum.

Dēlĭcātē, adverb. Molliter [τρυφερῶς, ἁβρῶς. Gall. *Delicatement, delicieusement.* Ital. *Delicatamente, delitiosamente.* Germ. Schläckerhafftiglich/zartiglich Hisp. *Deleytosamente,* Pol. *Rozkosznie.* Vng. *Kedvesztetni, gyengen.* Angl. *Delicatlie, deintefullie.*] Columella: Cultam vestitamque familiam utiliter magis habeat, quàm delicatè.

Delicia, autore Festo, Tigni genus dicitur: quod è culmine, ad tegulas angulares infimas versus, fastigiatum collocatur [Polonicè, *Narożnie.*] Vnde & tectum ipsum deliciatum, & tegulæ deliciares, sive colliciares, appellantur. Cato de Re rustic. cap. 14: Deliciares tegulæ quæ erunt, pro binis integris computabuntur.

Dēlĭcĭum, cii, n. s. in singulari: & Deliciæ, arum, f. p. in plurali: Oblectamentum oblectamentáve, quæ nobis voluptati sunt: à Delicio, quod ex De, & Lacio, componitur. [מעדנות hedenáh עדנים hadhanim, τὰ τρυφήματα. Gall. *Delices, esbats, menus plaisirs, passetemps.* Ital. *Delicie, delicatezze.* German. Wollust/ergetzung/kurtzweil. Belg. Wellust. Hisp *Los deleytes, ò regalos.* Pol. *Rozkosz, krotochwila.* Vngar. *Gyönyörűség.* Angl. *Delightes, delight and pleasure.*] Mart. lib. 13. Delicium parvo donabis Dorcada nato. Idem lib. 1: Stellæ delicium mei columba, Veronâ licet audiente dicam, Vicit, Maxime, passerem Catulli. Cic. 6. Verr. Vnde igitur potiùs incipiam, quàm ab ea civitate, quæ tibi una in amore atque in deliciis fuit? Sueton. Titus, amor ac deliciæ generis humani. ¶ Legitur igitur & Delicia, fœ. gener. Plaut. mea voluptas, mea delicia. ¶ Delicias facere, θρύπτομαι, ἐντρυφᾶν, ἐγχλιδαίνω, sæpè legitur pro eo, quod est fermè lascivire ac lusitare, quodammodo fastidire, ac se superiorem esse verbis, aut gestu ostendere: quod aliter dicitur Deliciari, ἐντρυφᾶν. Plaut. Eia, delicias facis, mi Menæhme; quin, amabò, i intrò. ¶ Deliciæ, in malum, pro morositate. Cic. ad Attic. lib. 1. 12. Ecce autem aliæ deliciæ equitum, vix ferendæ: quos ego non solùm tuli, sed etiam ornavi. ¶ Deliciarum causâ: ut Animi causâ. Cic. Quos Antonius deliciarum causâ, loris in convivio cædi jubebat à suis publicè.

Dēlĭcĭŏlum, n. s. diminutivum à delicium. [τρυφήμιον. Pol *Kochanunka.* Vng. *Gyönyörű fegbiske.*] Senec. 12: Epist. 1. 2: Ego sum Philositi villici filius, deliciolum tuum. Perfectè, inquam, iste delirat vetulus, etiam deliciolum meum factus est.

Dēlĭco, as: Explico, explano, interpretor. [פרש bêr. δηλῶ. Gall. *Expliquer, exposer.* Ital. *Spianare, monstrare.* German. Auslegen/erklären. Hisp. *Esplanar, ò llanar lo escuro.* Polon. *Wykładam, obiaśniam.* Vng. *Meg mad yarázom.* Angl. *To vnfolde, to open out or expone.*] Titin. li. 5. ut citat Nonius: Quid istuc est, aut iste vult sermo? Mater delica: id est, explana. ¶ Veteres etiam, Delicare, pro Dedicare, quandoq; dicebant. Vnde Delicata, orum, dicebantur diis consecrata, quæ nunc *dicata* appellantur.

Dēlĭctum, Vide DELINQUO.

Dēlĭcus porcus qui diratur, exponit Varr. 1. de Re rust. cap. 15. his verbis: Quum porci depulsi sunt à mammâ, à quibusdam delici appellantur; neque jam lactentes dicuntur.

Dēlĭgo, gis, act. r. ex De & Lego compositum: Lego, eligo, delectum habeo. [בחר bachar. ἐκλέγομαι. Gall. *Eslire, choisir.* Ital. *Eleggere.* Germ. Auserlesen/Erkiesen Hisp. *Elegir lo meior.* Polon. *Wybieram.* Vnga. *Valasztom.* Angl. *To choose or pike out.*] Deligere & Eligere sic differunt; ut Deligere sit, quod magis idoneum ad rem agendam est, cernere; Eligere verò, vel ad nostrum emolumentum, vel ad illius, qui eligitur, dignitatem. Vide Vallam lib. 5. Cæs. 3. Bell. Gall Duces verò hi deliguntur. Cic. 2. Offic. Quibuscum, si frequentes sunt, opinionem afferunt populo, eorum se fore similes, quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum. ¶ Deligere, pro Colligere. Tenui primam deligere ungue rosam: Ovid. Epist. 4.

Dēlēctŭs, Participium. [נבחר nibchár, ἐκλεκτός, ἐπιλελεγμένος. Gall. *Esleu, choisi.* Ital. *Eletto.* Germ Außgelesen/erkiesét. Hisp. *Elegido.* Polon. *Wybrany.* Vngar. *Valasztatot.* Ang. *Choosed, piked out.*] Cic. pro Rosc. Amer. Ad eámne rem vos reservati estis; ad eámne rem delecti, ut eos condemnaretis? &c.

Dēlēctŭs, tus, m. q. verbale, à diligendo; Electio. [מבחר mibchár. ἐκλογή Gall. *Election, eslite, chois, choisissement.* Ital. *Scelta, elettione.* Germ Ein auserlesung/erkiesung/erwehlung. Hispan. *Election.* Polon. *Wybor, wybranie.* Vngar. *Valasztas.* Ang. *A choosing, or piking out.*] Indè Delectus militum, dicitur militum electio; quâ scilicet Imperator, imperii sui autoritate, quos ei visum fuerit, ad militiam conscribit, etiam invitos, quod in majoribus tantùm Reipubl. periculis fieri consuevit: alioqui contenti erant iis, qui ultrò nomina dabant. Homines autem, per quos Imperatores militum delectum habebant, à conquirendis militibus, Conquisitores appellabantur. Cic. ad Attic. Nullus usquam delectus: nam conquisitores φαινοπροσωπεῖν non audent, nec nomina dant. Idem, de provinciis Cons. Exercitus ille noster, superbissimo delectu, & durissimâ conquisitione coactus, omnis interiit. ¶ Frequentissimè autem Delectus accipitur pro Discrimine, sive judicio, κρίσις. Quod indè factũ videtur, quòd rectè diligere, nisi adhibito judicio, & perspecto rerum discrimine, non possumus. Hinc dicimus, in usu verborum & sententiarum adhibendum esse delectum; id est, judicium. Cic. de Clar. Orator. Verborum delectum originem esse eloquentiæ.

Dēlĭgo, as, are, act. p. Ligo, vincio. [קשר kashar. δέω, δεσμεύω. Gall. *Lier & attacher.* Ital. *Legare.* Ger. Binden Hisp. *Atar.* Polon. *Przywiązuie.* Vngar. *Meg kötöm, le kötözöm.* Angl. *To knitt, to binde.*] Varro, 1. de Re rust. c. 47: Ea summa integenda binis tabellis, dextrâ ac sinistrâ diligatis, herbæque eligendæ. ¶ Deligare ad palum: Cic. 7. Verr. Deligati omnib. membris: Idem 6. Verr. Deligata in linteolo grana: Plin. lib. 22. c. 25.

Dēlīmo: Compositum est à verbo Limo, limâ abrado. [ἀποξύω. Gall. *Limer de quelque chose, en tirer avec la lime.* Ital. *Limare.* German. Abfeilen. Hisp *Limar.* Pol *Pielka odcieram.* Vngar. *Elreszelem.* Angl. *To take away with an file.*] Plin. lib. 34. c. 11: Alii delimatam æris scobem aceto spargunt. ¶ Pro eodem etiam alio in loco Plin. dixit Elimare.

Dēlingo, præterito Delinxi: Lingo. [לקק likék. λείχω. Gall. *Lecher.* Ital. *Leccare.* German Ablecken. Hisp. *Lamber, ò lamer.* Pol. *Oblizuie.* Vngar. *Meg nyalom, le nyalom.* Angl. *To lick.*] Plaut. in Curcul. Hic hodie apud me nunquam delinges salem. Vide latiùs in verbo LINGO.

Dēlĭnio, is, ire, act. q. si partium compositionem spectes, idem erit quod Perungo. [משח maschách. περιχρίω, θέλγω. Gall. *Oindre doucement.* Ital. *Vngere.* German. Bestreichen/ubersalben. Belg. Bestrijcken. Hisp. *Vntar.* Pol. *Pomazuie.* Vngar. *Meg kenem.* Angl. *To anoynte softlie, to over rubbe with oyntements.*] Frequentiùs tamen accipitur pro Permulceo, placo, & illecebris quibusdam allicio. [החליק hechelék פתה pittah. κηλέω, θέλγω. Gall. *Amadouer adoucir.* Ital *Placare, mitigare, adescare con belle parole, lusingare.* German. Mit guten worten bereden/uberreden/erweychen. Hisp. *Amansar ò blandar.* Polon *Oglaskuie.* Vngar. *Le tsendesitem, meg engesztelem, enyhitem.*] Plaut. Stich. Vt eum advenientem meis dictis deliniam. Cicero pro Milone: Vt non modò virtute flecteret, sed etiam tribus suis patrimoniis deliniret.

Dēlīnītus, participium: Captus, deceptus, mitigatus. [מפתה mephuttéh. κεκηλημένος, θελχθείς, κατακηληθείς, καταθελχθείς. Gall. *Alleché, amadoué, attrait.* Ital *Adescato, lusingato, attratto.* Ger. Beredt/uberredt/erweicht Hisp. *Halagado.* Pol. *Ogglaskany, zmiekczony.* Vnga. *Le tsendesitetett, meg engesztelt.* Ang. *Touched gentlie, appeased, anoynted.*] Cic. in Epist. Iam est biennium, quum virtuti nuntium remisisti, delinitus illecebris voluptatis. Plaut. in Amph. Delinitus sum profectò, ita ut, qui sim, nesciam: id est, animo alienatus. Cic. de Orat. Genus hominum disertorum oratione delinitum: id est, mitigatum.

Dēlīnītŏr, oris, m. t. Blandus lenisque moderator. [מפתה mephattéh. θελκτής, κατακηλητής. Gall. *Adoucisseur, amadoueur, attireur.* Ital. *Lusingatore.* German. Ein uberreder/der einen mit guten worten uberredet/ oder erweychet. Hispan. *Halagador.* Pol. *Tenktory ogglaskuie, odmiekcza.* Vngar. *Engesztelő, enyhitő.* Ang. *An asswager or appeaser.*] Cic. de Clar. Orat. Vt non cum adversario solùm; sed etiam (quod mirabile esset) cum judice ipso, cujus delinitor esse debet orator, jurgio sæpè contenderet.

Dēlīnītio, onis, f. t. Mitigatio, placatio. [חלקלק chalkláh. κήλησις, θέλξις. Gall. *Amadouement, adoucissement.* Ital. *Lusingamento.* Ger. Erweychung/streichlung mit sanfften worten. Hispan. *Halago.* Polon. *Odmiekczenie, ogglaskanie.* Vngar. *Engesztelés, meg enyhités, le tsendesités.* Ang *An asswaging or appeasing.*] Cicer. 2. Offic. Ipsaque illa delinitio multitudinis, ad breve exiguumque fit tempus.

Dēlīnīmĕntum, n. s. [θέλγητρον. Vngar. *Engesztelés, meg enyhités, tsendesítés.* Ang. *An asswaging or appeasing.*] Idem quod Delinitio. Lactant. lib. 6: Vitia verò quibusdam delinimentis naturalibus illicere animos hominum, & inanium jucunditatum specie captos, ad acerbas amaritudines miseriasque perducere. Liv. 4. ab Vrbe: Aptissimum tempus erat, vindicatis seditionibus, delinimentum animis Nolani agri divisionem objici.

Dēlĭneo, neas, act. p. Compositum ex præpositione De, & nomine Linea; Designo, & ruditer depingo: ut fit, quum pictores primùm, pingui quadam Minervâ, futuri operis lineamẽta ducunt. [ὑπογράφω, σκιαγραφῶ. Gall. *Tirer les premiers traicts de quelque pourtrait, pourtraire donc aisement.* Ital. *Designare.* Germ. Entwerffen/ die ersten linien ziehen/ das fundament eines jeden dings oder den grund bezeichnen. Hispa. *Tracar ò debuxar rayando.* Pol. *Vdrisowuie, pierwsze linie ociągam.* Vngar. *Meg lineazom, lineákat meg huzom.* Ang. *To drawe or describe the first beginninges of any thing by lines.*] Plin. de Apelle: Arrepto carbone extincto è foculo imaginem

in pa-

in pariete delineavit. Vnde Lineamenta dicta sunt, χαρακτῆρες. Idem paulò pòst: Nec, qui succederet operi ad præscripta lineamenta, inventus est.

Delino, is, act. t. delini, delevi, & delivi, delitum, Fœdo, corrumpo, extinguo. [מחק mach סתם timnéph. ἀπαλείφω. Gal. Effacer, salir. Ital. Cancellare, sporcare. German. Durchstreichen/beslecken. Belg. Bevlecken. Hisp. Quitar ò raer, ensuziar. Polo. Pomazanie, spos. Vngar. Be kenöm bemocsitom. Ang. To deface, to defile. Vnde Delitus, pro fœdatus, Cic. Calvo: Tuli molestè, quòd literæ delitæ mihi à te redditæ sunt. Priscian. lib. 9.

Delinquo, is, deliqui, delictum: Pecco & propriè Non prætereunda prætermitto. [אשם aschám, חטא chatá, πλημμελέω, Gal. Faillir, laisser à faire son devoir, ne faire ce qu'on doit. Ital. Faillire, peccare. Germ. Sündigen/fälen. Hisp. Faltar, peccar. Pol. Grzeszę, wystepuie. Vngar. Vetközöm. Ang. To faille, to omitte that which sould be done.] Plaut. in Amph. Ex me quæris, quid deliquerit? ¶ Quoniam verò, prætermittere ea, quæ præteriri nō debent, peccare est: Delinquere pro Peccare ponitur. Cic. 3. de Nat. Deor. Ferrétne civitas ulla latorem istiusmodi legis; ut condemnaretur filius, aut nepos, si pater aut avus deliquisset? Plaut. in Menæch. Ne tu delinquas, néve ego irascar tibi. ¶ Propriè tamen Delinquere minus est, quàm Peccare. unde apud Iurisconsultos, obligationes ex delictis privatis nasci dicuntur; accusationes ex criminibus. Cic. de Invent. 2: Nam necesse est, eum, qui velit peccare, aliquando primùm delinquere. Ex Hotomano.

Delinquor, passivum. Papin. l. Si adulterium. §. Fratres denique ff. ad legem Iul. de adult. Adulterii crimen, quod pubertate delinquitur, non excusatur. Cic. 1. de Off. Si quid delinquitur: fit, nescio quomodo, ut magis in aliis cernamus, quàm in nobismetipsis.

Deliquium, n. f. Defectus. [חסר chóser, ἔκλειψις. Gall. Defaut, defaillance. Ital. Diffeto, mancamento. Germa. Ein gebrüchen/ abgang/ oder abbruch. Belg. Gebreck. Hisp. Menoscabo ò falta. Pol. Vmnieyszenie, wina. Vngar. Fogyatkozás vetközés. Ang. A lak, a failling.] Plaut. in Capt. Hoc si secus reperies: nullam causam dico, quin mihi Et parentum, & libertatis apud te deliquiū sit. ¶ Deliquiū Solis, quū Luna, inter Solem terramq; interposita, lumen ejus nostro eripit conspectui. Plin. lib. 2. cap. 12. ¶ Deliquium animi, [λιποψυχία Pol. Omdlenie. Vng. El ajulás.] quum animus linquitur, & quis animo deficit: quam Medici *syncopen* vocant.

Deliquum, deliqui: Minus. [ἔλαττον. Gall. Moindre, manque. Ital. Meno, manco. Germ. Minder. Hisp. Menos. Polon. Mniey. Vngar. Keueseb. Ang. Lesse, manke.] autore Festo, qui Plautum ejus rei testem dicit: sed ejus verba non affert. In Casinâ autem, ubi nonnulli legunt *Deliquum*, legendum *deliquium*, autore Varr. lib. 6. de ling. Lat.

Delictum, n. f. Peccatum: [אשם aschám, πταῖσμα. Gall. Faute, peché. Ital. Delitto, peccato. Germ. Ein sünd oder fehl. Hispan. Pecado, menoscabo. Polon. Blad, wystepek, chiba, grzech. Vng. Vétek. Angl. A faulte, an offence.] à Delinquo; quòd, qui peccat, delinquat officium suum. Nam propriè Delictum est, quum non fiunt, quæ fieri debent: Peccatum, quum fiunt, quæ fieri non debent. Plaut. in Bacch. Sine hoc exorare me, obsecro, abs te; ut istud delictum Desistas tantoperè ire oppugnatum. Plin. lib. 14. c. 1: Atque etiam in delictis pœnam ipsam ignorat.

Deliqueo, es, ere, n. f. vel Deliquesco, is, delicui: Dissolvor, liquefio, diffluo. [נמס namás, τήκομαι, συντήκομαι Gal. Se fondre & venir en liqueur. Ital. Risolversi, divenir liquido. German. Zerschmeltzen. Hispan. Derretirse. Pol. Rozplywam sie, roztapiam, sie. Vnga. El olvadok. Ang. To melt, to be readie to melt.] Ovid. 4. Metamorph. Protinus imbutum cœlesti nectare corpus Delicuit. Colum. lib. 12. cap. 41. Hæc ita coquuntur, ut omnia poma deliquescat cum musto. ¶ Per translationem, Cic. 4. Tusc. Nec sitiéter quid expetens ardeat desiderio; nec alacritate futili deliquescat.

Deliquiæ, arum, f. p. [αἱ ἐν ἐσχάτῳ ὀρόφῳ ὑδρορρόαι ἀποσαλεύουσαι. Gall. Goutteres. Ital. Solchi da condurre via l'acqua. German. Die örter/ welche das wasser der dachtropffen fassen/ und hinweg flüssen. Hispan Sulcos para sangrar el agua lluvia. Polon Zcieczenie wody. Vngar. Barázda, az melyen az tsepegés viz kifoly. Angl. Gut ters into the which eaves do drappe.] Deliquiæq; stillicidia excipiunt in cavedio. Vitruv. lib. 6. c. 3. Cavedia autem displuviata sunt, in quibus deliquiæ, aquam sustinentes, stillicidia rejiciunt. Quædam exemplaria habent, *aream sustinente*.

Deliquo, as, act. p. Effundo. [שפך satsák, ἐγχέω, ἐκχέω. Gall. Verser quelque liqueur d'vn vaisseau en autre, faire decouler. Ital. Vuotare vn liquore in altro vaso. German. Abgiessen/ abschencken. Hispan. Derramar de vno vaso en otro. Polon. Odlewam, przecedzam. Vngar. Ki szürsöm, meg szürom. Ang. To drayne out water, to powr out licour.] Colum. lib. 12. cap. 39: Deinde post viginti vel triginta dies, quum deferbuerit, in alia vasa deliquare, & confestim opercula gypsare, & pelliculare. ¶ Deliquare itèm est, ex turbido liquidum facere. Varro lib. 6. de ling. Lat. Turbida quæ sunt, deliquantur, ut liquida fiant. Hinc Deliquium, deliquandi actio. Plaut in Casin. Sine amet; sine, quod lubet, id faciat: quando tibi nil domi deliquium est. Id est, quandoquidem nihil turbulenti, nihil molestiæ domi tuæ habes; ut, quemadmodum cæteri, quoque habeas, quod fusferas.

Deliro, as, A recto decedo. [חטא chatá שגגה hischtaghghéah נבלה nablar. παραφρονέω, παραληρέω, παραληρέω, παρακινέω τῷ λογισμῷ. Gall. Fourvoyer de la raye en labourant, s'aller point droit, resver, radoter. Ital. Partirsi dal vero, deviare da dritto. German. Neben hinauß auß der rechten furchen fahren/ irr gehn/ in aberwitz kommen. Belg. Wt den wege gaen / dolen / suffen Hispan. Desuariar. Polon. Blaznie, Bałeie. Vngar. Bolondoskodom, balyo kászkodom. Ang. To dote and waxe foolishe.] Translatio ab aratore. nam Lira est recta fossa, quæ in agris ducitur, ut in eam aqua pluvia & terræ uligo defluat. Et quia rectus est sulcus: delirare dicuntur, qui extra sulcum, id est, à rectâ viâ, declinant. Plaut. in Epid. Profectò deliramus interdum senes. Cic. 1. Tusc. Adeò ne me delirare censes, ut ista esse credam. Horat lib. 1. epist. ad Lollium: Quicquid delirant Reges, plectuntur Achivi. ¶ Est autem compositum ex De, & Liro; quasi deorsum liro. Lirare verò, est agros in sulcos dirigere. ¶ Alii, Delirare, à Græco, ληρεῖν, quod ineptire est, trahunt.

Delirus, m. f. Stultus, insanus, mente captus. [משגע mischtaghghéah נבער nibhár בער bahar פתי pethi נבל nabál. παραπλήξ, παράφρων. Gall. Resueur, qui radote, hors de son sens. Ital. Pazzo, quelli che se parte della ragione. German. Aberwitziger/ teupeler/ der irr gehet/ und nit recht dran ist. Belg. Onsinnich. Hisp. Desuariado. Polon. Bledny, szalony. Vngar. Bolond, eszteleu, balyókas. Angl. A doter or old doting foole, a rauer.] Ratio enim est via recta, per quam omnes ducuntur. Cic. de Orat. Tum Annibal respondisse fertur, multos se deliros senes vidisse; sed qui magis deliraret, quàm Phormio, vidisse neminem. Idem 2. de Divin. An tu censes ullam anum tam deliram futuram fuisse, ut somniis crederet.

Deliratio, onis, f. t. Senilis stultitia, error, insania, quæ significatio sumpta est ab ineptis aratoribus, à lirâ, hoc est, à sulco, aberrantibus. [שגעון schig ghaón נבלה nebalah פתיות pethaiúth. παραφροσύνη, παραφρόνησις. Gall. Resuerie, sottise radotement. Ital. Pazzia senile, sciocchezza. Germ. Aberwitz/ thorheit. Hispan. Desuario. Pol. Szalenstwo glupstwo. Vng. Vétközés, bolondoskodás. Angl. Dotage.] Plin. l. 18. c. 20. Aratione per transversum iteratâ, occatio sequitur: ubi res poscit, crate, vel rastro, & sato semine, iteratio. Hæc quoq; ubi consuetudo patitur, crate dentatâ, vel tabulâ aratro annexâ, quod vocant lirare, operientes semina: unde primum appellata deliratio est. Cic. de Senect. Ista similis stultitia (quæ deliratio appellari solet) senum levium est; non omnium.

Deliritas, pro Deliratione. [Vngar. Meg vetkezés, bolondoskodás. Angl Dotage or old age which doteth.] Laberius: Quænam intus, quæ delirias, vos suppilatores facit? &c. Nonius.

Delirementum, n. f. Deliratio. [Vng. Meg vetkezes bololondoskodás. Angl. A doting or rauing.] Plaut. in Amphitrion. Hæc quidem deliramenta loquitur. Idem Menæch. Papæ, audin' tu, ut deliramenta loquitur!

Delirium, n. f. Deliratio, vertigo capitis. [שגעון schighghabón נבלה nebalah פתיות pethaiúth. παραληρημα, παραφροσύνη. Gall. Radotement, privation d'entendement. Ital. Pazzia, alienatione di mente. German. Verruckung der vernunfft/ aberwitz/ narrey. Belg Kreuckinghe/ rasernye/ ghebrek van sinnen. Vngar. Desuario. Polon. Rozumu odstapienie, szalenstwo. Vngar. Fónek meg bunlása ba ykazás. Angl. A doting or rauing.] Est alienatio mentis, proveniens ex intemperie cerebri, vitiante actiones principis facultatis: qualem & in senibus videmus, & in iis, qui morbis ardentissimis infestantur. παραφρόσυνη. Cels. lib. 5. c. 27: Illa perniciosa est, quę vel levi vulneri supervenit; vel ultra tempus inflammationis durat; vel delirium movet.

Deliteo, n. f. ex De & Lateo: Occultor, lateo. [נסתר nistar נחבא nehbám. ἀποκρύπτω, φωλεύω, ἐγκρύπτομαι Gal. Se cacher, estre mussé. Ital. Occultarsi, ascondersi. Germ. Verborgen sein. Hispan. Esconderse. Pol. Skrice sie, vliegam. Vngar. Lappangok, el bunom, reytezem. Ang. To lurk, or lie hid.] Sed non inveni, nisi in præterito, quod est Delitui. Virg. 2. Aeneid. Limosoq; lacu per noctem obscurus in ulvâ Delitui.

Delitesco, quod est ejusdem significationis. [ἀποκρύπτομαι Pol. Vliegam, zakrywam sie. Vngar. Lampangok, el rejtözöm. Angl. To lurke or lie hid.] Varr. 3. de Re rust. cap. 12: Vbi interdiu lepores delitescunt, in virgultis atq; herbis. ¶ Trāsfertur etiam ad alia significata. Cic. pro A. Cecin. Iuris judicium quum erit & æquitatis; cave, in istâ tàm frigidâ, tàm jejunâ calumniâ, delitescas. ¶ Delitescere sub. Liv. 4 ab Vrbe: Vbi illi patritii spiritus; ubi subnixus & fidens innocentiæ animus esset, quærebat: sub tribunitiâ umbrâ Consularem virum delituisse.

Delitens, particip. [λανθάνων. Pol. Taiacsie. Vng. Lappango. Ang. Lurking.] Plin. lib. 35. c. 1: Non placent jam abaci, nec spatia montis in cubiculo delitentia.

Delitigo, as, act. p. [התחשק hithhaskék, φιλονεικέω, ἀμφισβητέω, Gall. Debatre & tancer fort. Ital. Litigare, contendere molto. German. Zancken/ viel haderen. Hispan. Mucho pleytear, ò contender. Polon. Swarze sie, vstawnie mam poswarky. Vngar. Erősen pörlek, pörlődöm. Angl. To brawle, to chyde earnestly.] Horat. de Arte: Iratusque Chremes tumido delitigat ore. Hoc est, vehementer litigat.

Delphax, δέλφαξ, Porcus est adultus atque masculus. ut Aristoph. Gram. existimat. Certè Delphax & pro fœminâ sue capitur quandoq; à Poëtis.

Delphin, sive Delphis, & Delphinus. [δελφίν, δελφίς. Gall Dauphin, vn poisson. Ital. Delphino. Germa. Ein Delphin / ist ein Meerfisch. Belg. Meerswyn Hisp. El delphin del mar. Polon. Delphin ryba. Vng. Delfinhal. Angl. The delphin fish.] Genus piscis, vel potiùs

maris belua. Parit catulos decimo mense; interdum & binos nutrit uberibus, sicut balæna; & decem annis ad summam magnitudinem pervenit. Plin.lib.9.cap.8.autor est, Delphinos Simones vocari à navigãtibus; quòd sint rostro simo: vel à Simonis pueri nomine, quem Delphinus in sinu Bajano mirum in modum fertur adamâsse: ad quod nomen vocati accurrere feruntur. Ferunt delphinum, non modò omnium marinorum, sed etiam terrestrium animalium, velocissimum esse; atq; adeò ipsis etiam volucribus velociorem. Lingua est his, contra naturam aquatilium, mobilis, suillæ similis; pro voce gemitus humano similis; dorsum repandum. Mulcetur musicâ symphoniâ: præsertim hydrauli sono. ¶ Delphinum sylvis appingit, fluctibus aprum Horat. de Arte poët. Proverbiali schemate dixit, incocti poëtæ stultitiam taxans; qui multa non suo loco, neq; tempestiviter, describit. ¶ Delphinum natare doces, δελφῖνα νήχεσθαι διδάσκεις: in eos competit, qui monere quempiam conãtur in eâ re, in qua cùm sit ipse exercitatissimus, nihil eget doctore. ¶ Delphinum caudâ ligas, δελφῖνα τῆς οὐρᾶς δεῖς: in eos, qui quippiam in cassum conantur: proptereà quòd delphinus caudâ sit lubricâ; nec eâ parte teneri queat: aut quòd caudâ sit validâ, cujus agitatione fertur & naves aliquando subvertere; ut hac parte sit invictus. Quadrabit & in eos, qui eâ viâ quempiam aggrediuntur, quâ nequaquam possit superari. ¶ Est etiam syderis nomen. Varr. 2. de Re rust. cap. 5: Maximè idoneum tempus ad concipiendum, à Delphini exortu, usque ad dies quadraginta & paulò plus.

Delphīnĭum, n. s. δελφίνιον. Herba est, florem habens purpureum, violæ non dissimilem; sesquipedales ex unâ radice surculos emittens: folia autem divisa & prælonga, quæ delphinorum effigiem repræsentant; unde tractum est nomen. Alterum prætereà est delphini genus, quod Romani *Bucinum* vocant, superiori non dissimile, sed ramis longè gracilioribus. Vtriusque meminit Dioscorides.

Dēlūbrum, n. s. Locus, in quo Dei simulacrum dedicatum est. [τέμενος, ναός. Gall. *Temple, lieu consacré aux dieux à la mode des Payens.* Ital. *Delubro, tempio, chiesa* Germ. Ein Tempel / Ein Götzen kirchen. Hispan. *Templo.* Pol. *Kościół bałwańsky.* Vngar. *Templom, kapolna* Angl. *A temple of the heathen goddes.*] Ita dictum, quod in eo dii ponãtur: sicut Candelabrum dicitur, ubi candela ponitur. Autor est Varro & Macrob. Saturn. lib. 3. cap. 4. Cic. 3. de Naturâ deor. Est enim mihi tecum pro aris & focis certamen, & pro deorum templis atq; delubris. Virg. 2. Aeneid. At gemini lapsu delubra ad summa dracones Effugiunt. ¶ Alii accipiunt pro loco ante aras, ubi aqua currit: à diluendo. Religio enim sacrificii apud antiquos exigebat; ut ante sacrum Sacrificulus manus ablueret. ¶ Alii, delubrum, Dei simulacrum accipiunt; à deliberato ligno ita dictum. ξόανον. Plinius: Præcipuã eam esse arborem circa Ammonis delubrum. Vide Sueton in Vitellio, c. 8. ¶ Delubrum, Corn. Fronto, de differ. vocab. dicit esse, in quo homines pericula sua deluunt: quum vel pilum, vel scutum, vel alia votis suscepta, ponunt. Quomodo autem differat à fano, templo, sacello, & luco; vide in dictione FANUM.

Dēluctŏr, aris, dep. Luctor. [נאבק neebák. παλαίω. Gall. *Luitter contre.* Ital. *Giocare alla lotta, lottare.* Germ. Ringen Hispan. *Luchar.* Polon. Wpaśći de. Vngar. *Vinok, tusakodom, viaskodom.* Angl *To struggell.*] Plaut. Persâ: Cum avibus Stymphalicis, cum Anteo deluctari mavelim ¶ Delucto, as: Activum. Plaut. Trin. Quibus ærumnis deluctavi, filio dum divitias quæro!

Dēlūdo, dis, act. t. Irrideo, decipio. [צחק tsichék לעג lagágh. ἐμπαίζω. Gall. *Abuser quelqu'un, le tromper, se iouer de luy, moquer.* Ital. *Beffare, schernire.* Ger. Betspotten / verlachen / speyen. Hisp *Burlar y escarnecer.* Pol *Naśmiewam się ź kogo.* Vngar. *Meg tsu folom, meg neuetöm, meg tsecezoltatom.* Angl. *To mock, to deceiue.*] Plaut. Asin. Furcifer, etiam me delusisti. Idem: Quid me deluditis, & nocte excluditis foràs?

Dēlūdĭficŏr, [διαπαίζω, χλευάζω. Vngar. *Meg tsetszoltatom, tsufolom.* Anglicè, *To beguile, to mocke.*] Idem quod Deludo. Plaut. Mostel. Deludificatus est me hodie in perpetuum modum.

Dēlumbo, bas, act. p. Lumbos frango, debilito. [ἀποδοσφυίζω, ἐκνευρίζω. Gall. *Errener, affoiblir, rompre les reins.* Ital. *Dislombare, isdebolire.* Germ Krafftlos machen / einen schlagen das er die lenden nicht mag nachbringen Hisp *Deslomar ò derrengar, enflaquecer.* Pol. *Biodri obijam, osłabiam.* Vngar. *Meg ssonkitom, bénnauá, tesszöm meg erötelenitöm.* Angl. *To break the loynes, to make weak and feble.*] Plin. lib. 28. c. 4: Hoc sæpè delumbatâ quadrupede approbatur. Vide LUMBUS.

Dēlumbĭs, be, adject. t. Quod lumbis caret, & ideò debile est. [ἀνόσφυς, ἄνευρος. Gall. *Errené, qui a les reins rompus, effeminé.* Ital. *Dislombato, debole.* Germ. Dem die lende ab ist. Hisp. *Deslomado, derrengado, flacco.* Pol. *Biodri niemaiacy.* Vng. *Erötlen, bénna.* Ang. *Without loynes, weak.*] In lumbis enim vires corporis sitæ sunt. Plin. 10. c. 33: Perdix prægravem aut delumbem sese simulans. ¶ Delumbis: mollis & effœminatus. Pers. Sat. 1: summâ delumbe salivâ Hoc natat in labris.

Dēlŭo deluis, delui, delutum, act. t. Depurgo, diligenter lavo. [בער berér. διαλούομαι. Gall. *Effacer en lauant, lauer & nettoyer.* Ital. *Lauare, purgare.* Germ. Mit wäschen reinigen / sauber auswäschen. Belg. Afwassen Hisp. *Lauar.* Polon *Obmiwam.* Vng. *Le mosom.* Angl. *To rinse and wash cleane.*] Cato: Laserpitium aceto deluito. ¶ Deluere itèm est, madefaciendo aliquid delere. Varro: Obortæque inter legendum lachrymæ literas deluebant.

Dēlŭto, as, act. p. Luto aliquid obduco. [πηλόω, πηλώω. Gall *Enduire de boue, embouër.* Ital. *Smaltare, lutare.* German. Kohtechtig machen / mit leym oder koht versudlen. Hispa. *Cubrir de lodo.* Polon. *Błotem opplutknie.* Vng. *Med sárositom, bé sározom.* Angl. *To dawbe and ouersmere with claye.*] Cato de Re rust. c. 128: Habitationem delutare quum volueris; terram quàm maximè cretosam vel rubricosam sumito. Indè fit Delutamentum.

Dēmădĕo, des, Madeo. [βρέχομαι. Gall *Estre tout mouillé, estre fort trempé & humide.* Ital. *Essere humido.* German. Gantz nass oder feucht seyn. Hispan *Mojarse.* Pol. *Ommakzam, mokrym sie.* Vngar. *Vizes, nedves vagyok.* Ang. *To be wett.*] Ovid. 5. Trist. Et te flente suos demaduisse sinus.

Dēmăgĭs, Valde magis. [Polon. Więcyi. Vngar. *Leginkab.*] Lucilius lib. 16. Rex Corus ille duos hos ventos, Austrum atq; Aquilonem, novissimè alebat: solos demagis istos ex nimbo Austellos, nec nos seneces putare. ¶ Itèm Demagis antiqui pro Minùs dicebant; ait Festus.

Dēmăgōgī, Apud Athenienses vocabantur duces quidam vulgi, popularem auram concionibus aucupantes; homines populariter factiosi. Budæus, in lege Venditor. Commun. prædior. [Polon. *Pliapacze.*]

Dēmāndo, das. act. p. Committo, injungo. [הפקיד hiphkidh. ἐπιτρέπω. Gall. *Bailler charge & commission commettre & encharger.* Ital. *Commettere de tutto.* Germ. Befehlen / einem etwas in befelch geben. Belg. Bevelen Hispan. *Encomendar.* Polon. *Roskazuie, poruczam* Vngar. *Meg parantsolom meg hagyom.* Angl. *To giue commission and charge.*] Liv. lib. 8. ab Vrbe: Curam eorum nominatim Legatis, Tribunisq; & præfectis, demandabant. Idem, lib. 5. ab Vrbe: Simulque plures pueri unius curæ demandabantur. ¶ Demandare alicui suam vicem, apud Sueton. in Caligulâ, c. 41: Et quondam proximo collusori demandatâ vice suâ, progressus in atrium domus, &c.

Dēmāno, as. n. p. Mano. [יזל jazál. μεθυγλῶσσα (?). Gall. *Sortir & proceder.* Ital *Colare, sorgere.* German. Fliessen / oder hinabfliessen. Hispa *Manar como agua de fuente.* Pol. *Zcyiekam.* Vng. *Alá folyok, szivarkodom.* Angl. *To spring out, to proceid.*] Catul. Ligna sed torquet: tenues sub artus Flamma demanat: sonitu suopte Tinniunt aures: geminâ teguntur Lumina nocte.

Dēmĕāre, n. p. Est deorsum penetrare, descẽdere. [נחת nacháth ירד jarádh. κατέρχομαι. Gall. *Descendre.* Ital *Descendere.* Germ. Hinabgehen / hinabsteigen. Hispan *Decender, passar se de arriba abaxo.* Polon. *Stępnie, Schodzę.* Vngar. *Alá menni.* Angl. *To go downe.*] Apuleius: Quæ suis pedibus ad Tartarum demeare cogitur.

Dēmĕācŭlum, n. s. Descensio ad loca subterranea. [מורד morádh. κατάβασις. Gall *Descente* Ital *Descesa, smontata.* Germ. Ein gang nidersich vnder die Erden. Hisp *Decendemiento, passamiento de arriba abaxo.* Polon *Stąpienie, zeście.* Vng. *Ala szallás, menet.* Angl *A going downe.*] Sic Remeacula; à remeando. Apuleius lib. 6: Proserpinæ nuptiarum demeacula.

Dēmĕmĭnī, apud Martialem legitur, pro Obliviscor. [Polon. *Zapominam.* Vngar *El feleytöm.*] Sic enim habet ille, lib. 2: Ipse jubet mortis dememinisse Deus. Sed quoniam hoc verbum alibi non legitur, non desunt, qui hoc in loco malint legere, *Te meminisse.*

Dēsĭpĭo, pis, n. a. desipui, & desipii, ex de, & sapio. Insipienter ago, deliro. [נבזר nibhar נשבל nischál. παραφρονέω, ἀφραίνω. Gall. *Defaillir de sens, radoter, perdre son bon entendement, estre hors du sens.* Ital. *Essere pazzo fuor di mente.* German. In aberwitz gehen/ narrechtig seyn/ vnweißlich handlen/ oder vnsinnig werden. Belg. Sottelijck doen. Hispa. *Enloquecer.* Polon. *Szalee, glupie nie madrze czinie.* Vng. *Bolondoskodom, eszeden vagyok.* Ang. *To doate, or waxe foolish.*] Cic. M. Cælio: In quo quum objurgaret, quòd nimio gaudio penè desiperem. Plaut. Epid. genitivo junxit: Desipiebam mentis, quum illa scripta mitterem. August. lib. 1. de Civitate Dei, docet minùs esse Desipere, quàm Insanire. Porrò (*inquit*) si quis hoc aggrediendum & suadendum putat, non dico desipit, sed insanit. Lactant. libro 2: Denique Poëta maximus, homo, in cæteris prudens, in hoc solo non poëticè, sed aniliter desipuit: id est, more anili insipienter egit. ❡ Hujus contrarium est Resipisco: nam resipio in usu rarò est, resipisco frequenter. Desipio in usu est, desipisco non.

Dēsisto, is, n. t. Cesso, omitto. [עמד hamádh שבת schabáth. ἀφίσταμαι, λήγω. Gall. *Desister, n'aller plus avant, s'arrester, cesser.* Ital. *Cessare, lasciare.* German. Abstehen / ablassen / auffhören. Belg. Afstaen/ophouden. Hispan. *Dexar de alguna cosa.* Polon. *Przestawam, przestawam.* Vngar. *Meg szünöm, el hagyom.* Angl. *To stay or rest.*] Virgil. 1. Aeneid. - mene incepto desistere victam? Plaut. in Rud. Desiste dictis nunc jam miseram me consolari, nisi, &c. Cic. 7. Verr. Rogat ut id facere desistant. Idem pro Quintio: Auctionem velle facere desistit. Plaut. in Menæch. Quid tu ea tristis: quid ille abs te iratus Destitit? nescio quid vos velitati estis inter vos duos: id est, recessit. ❡ Desistere etiam stare, subsistere, vel in loco aliquo morari significat. Plaut. in Mostel. Quid illic destitisti, obsecro tandiu? ❡ Desistere apud Iurisconsultos, est à re aliquâ calumniosè instituta abstinere. Desistere, inquit Vlpianus, est à negotio abstinere, quod calumniandi animo instituerat. Inde destitisse is videtur non qui distulit, sed qui liti renuntiavit in totum.

Dēsmŏtērĭŏn, [כלא chéle. δεσμωτήριον. Gall. *Prison.* Ital. *Prigione.* German Ein Gefängknuß. Hisp. *Carçel, lugar de prision.* Polon. *Tarasz ciemnica.* Vng. *Tomlócz.* Ang. *A prison.*] Græci vocant carcerem in quo vincti asservantur: à verbo Græco δεσμέω, quod est ligo & vincio.

Dēsŏlo, as, Solum & desertum facio, à solus, a, um. [שמם heschém החריב hecherib. ἐρημόω. Gal. *Laisser tout seul, piller en sorte qu'on ne laisse rien que la place.* Ital. *Desertare, destruggere.* German Wüst vnnd öd ligen/ verwüsten/ verderben/ verhergen. Belg. Vernielen. Hispan. *Privar del plazer, destruyr, desolar.* Polon. *Pustosze.* Vngar. *El pusztitom.* Ang. *To make desolate and wast without habitation.*] Virgil. 11. Aeneid. - sat funera fusi Vidimus, ingentes & desolavimus agros. Ibidem: Disjectique duces, desolatique manipli. Colum. l. 1. c. 3: Quos hostis profugiendo desolasset agros, &c.

Dēsōlātŭs, a, um, à desolando, derelictus. [Pol. *Pusti, odbieżony.* Vngar *El hagyattatot, el pusztult.*] Sueton. in Calig. cap. 12: Cùm deserta desolataque reliquis subsidiis aula, &c. ❡ Desolatus filius, Solus è liberis relictus. Plin. in Epist. Domum que pluribus adminiculis antè fundatam, desolatus fulcit & sustinet. Budæus.

Dēspēro, as, act. p. Sperare desino, spem omnem abjicio. [נואש noasch. ἀπογινώσκω, ἀπελπίζω. Gall. *Desesperer, n'avoir plus d'espoir.* Ital. *Desperare, sconfidarsi.* German Verzweiffeln / alle hoffnung verlieren. Belg. Desespereren. Hispan. *Desesperar.* Polon. *Wątpie, desperuie.* Vnga. *Kétségbe esem.* Ang. *To despayre, to cast of all hope and trust.*] Hic enim DE præpositio negandi vim habet. Cicer. 1. Offic. Considerandum est, ne aut temerè desperet propter ignaviam: aut nimia confidat propter cupiditatem. Idem in Pisonem: Quid, quod tu toties diffidens ac desperans rebus tuis, in sordibus, lamentis, luctúque jacuisti? Idem in Læl. Cujus aures clausæ sunt veritati, ut ab amico verum audire nequeat, hujus salus desperanda est. Dicimus autem, Desperare saluti vel salutem, vel de salute. Desperare fugam, Cæs. 5. bell. Gall. ❡ Cum infinitivo. Cicer. de Divinat. Non equidem planè despero ista esse vera: sed nescio, & discere à te volo.

Dēspērātŭs, a, um, Ab omni spe derelictus, destitutus. [נואש noásch. ἀπηλπισμένος, [illegible]. Germa. Verzweiffelt/ von dem man kein hoffnung mehr hat. Polon. *Ten ktory o sobie nadzie e utracil.* Vnga. *Aznt felöl semmi ió reménseg nincz.* Ang. *Despayred, that hath no hope or trust.*] Cic. pro Dom. Res ferè jam desperata. Idem in Pison. Desperatus à cæteris, à seipso desperatus & relictus. Et in Cat. Exercitus comparatus ex senibus desperatis.

Dēspērāns, antis, om. t. particip. [נואש noásch. ἀπελπίζων, δυσελπιστῶν. Gall. *Desesperant, qui n'a point d'esperance.* Ital. *Chi manca al tutto di speranza.* Germ. Verzweiffelnd/ verzagend. Hispan. *Desperado, o desesperado.* Polon. *Ten ktory nadzieie utracil, wątpliwy.* Vng. *Az ki semmi iót nem remél, kesölkedö.* Ang. *That hath no hope, that despayreth.*] Cic. 1. de Finib. Omnia semper desperantes. Desperantia ulcera, Plin. l. 22. c. 24.

Dēspērāntĕr, adverb. [ἀνελπίστως. Gall. *Desesperement, en desesperant.* Ital. *Indesperatamente.* Germ. Verzagtlich/ ohn alle hoffnung/ verzweiffelich. Hisp. *Desesperadamente.* Pol. *Desperackie.* Vnga. *Reménségtelenül, reménsetlen.* Ang. *Despayringlie.*] Cic. ad Attic. l. 14: Desperanter tecum locutus est.

Dēspērātĭo, f. t. ut inquit Cicer. lib. 4. Tusc. est ægritudo sine ulla rerum exspectatione meliorum. [יאוש iaúsch. ἀπόγνωσις. Gal. *Desespoir.* Ital. *Disperatione.* Ger. Verzweifflung. Hisp. *Desesperacion.* Pol. *Wątpienie.* Vng. *Kétségbe esés, reménsegtelenség.* Ang. *A despayring.*] Salust. Ne forte desperatione adducti, vitæ mortem præferant. Brutus Ciceroni: Ista verò imbecillitas & desperatio, cujus culpa non magis in te residet, quàm in omnibus aliis,

aliis, & Cæsarem ad cupiditatem regni impulit, & Antonio post interitum illius persuasit.

Despicio, is, pen. corr. act. t. Deorsum aspicio, video, animadverto. [השקיף nischkáph. καθορῶ. Gall. *Regarder en bas, voir d'embas.* Ital. *Guardare a lungiu.* Ger. Undersich sehen / oben herab sehen. Belg. Nedersien. Hisp. *Mirar de arriba abaxo.* Polon. *Zgori patrze, podsiie patrze.* Vng. *Ala nézök.* Ang. *To locke downe frome above.*] Colum. lib. 1: Area si competit, ita constituenda est, ut vel à domino, vel certè à procuratore, despici possit. ¶ Ponitur aliquando pro contemno, sive parvi facio. [בזה bazáh. περιορῶ, ὑπερορῶ, καταφρονέω, ὑπερόπτομαι. Gall. *Despriser, mespriser, contemner.* Ital. *Dispregiare.* Germ. Verachten / für nichts halten. Hispan. *Menospreziar.* Pol. *Gardze, leckce sobie waze.* Vngar. *Meg vidlom.* Ang. *To despise, to set naught by.*] Cic. 2. Offic. Despiciunt autem eas, & contemnunt, in quibus nihil virtutis aut nervorum putant. ¶ Aliquando idem ponitur pro non animadverto, non attendo, visum aliò detorqueo, & averto. Cic. pro Sext. Rosc. Amer. Simul atq; ille despexerit, aliquid hujuscemodi moliuntur: id est, simul atq; visum averterit, &, ut vulgò loquuntur, dorsum verterit.

Despectus, a, um particip. à verbo Despicior, Contemptus, derelictus. [בזוי bazúi נבזה nibzéh. περιορώμενος. Gal. *Desprisé, mesprisé, regardé par mespris.* Ital. *Sprezzato.* Ger. Verachtet. Hispan. *Menospreciado.* Polon. *Wzgardzony, opuszczony.* Vngar. *Meg vidltatot.* Ang. *Contemned, not regarded.*] Cic. in Pisonem: Abjectus, contemptus, despectus ab omnibus.

Despectus, tus, m. q. nomen verbale à verbo Despicio, significat prospectum ex superiori loco in inferiorem. [κάτοψις. Gall. *Veuë de haut en bas.* Ital. *Il prospetto d'un luogo inferiore.* German. Das hinab sehen. Belg. Een wtsienninge. Hisp. *El mirar abbaxo.* Polon. *Wezrenie.* Vngar. *Ala nézés.* Ang. *A looking downe frome above.*] Cæs. l. 7. bell. Gal. Erat ex oppido Alexia despectus in campum. Idem lib. 3: Omnes colles, & loca superiora, unde erat despectus in mare, ab exercitu tenebantur. ¶ Accipitur præterea despectus pro contemptu. [בזיון bizzajon. περιορισμός, καταφρόνησις. Gall. *Desprisement, mespris.* Ital. *Disprezio.* Germ. Verachtung. Hisp. *Menosprecio.* Pol. *Wzgarda.* Vng. *Meg vidle.*] Autor ad Heren. Filii parvi privati patris auxilio, ludibrio & despectui paternis inimicis erunt expositi.

Despectio, f. t. Contemptus. [בזה buzáh. καταφρόνησις. Gall. *Desprisement, regard par mespris contemnement.* Ital. *Disprezzo.* Germ. Verachtung. Belg. Versmadinghe. Hispan. *El menosprecio.* Polon. *Wzgardzenie.* Vnga. *Vidlás.* Ang. *Contempt.*] Cic. in Horat. Consolabitur eam magnitudo animi, & humanarum opinionum altera quædam despectio.

Despecto, as. act. p. Sæpè deorsum aspicio. [השקיף hischkiph. ὑπερκύπτω, καθορῶ. Gall. *Regarder souvent du haut en bas.* Ital. *Guardare d'alto à basso.* Germ. Offt undersich sehen / immer hinab sehen. Hispa. *Mirar de arriba abaxo.* Polon. *Nadol patrze.* Vngar. *Alá tekintetök.* Ang. *To looke downeward often.*] Claud. l. 3. de rapt. Proserp. -despectant vertice lucū. Virg. 1. Aen. -nunc terras ordine longo Aut capere, aut captas jam despectare videtur.

Despicabilis, καταφρόνητος, φαῦλος, περιφρονητέος, contemptibilis, à quo Despicabilior, despicabilissimus.

Despicientia, f. p. Despectio, contemptio: [בזה buzáh. ὑπεροψία. Gall. *Mespris, contemnement.* Ital. *Disprezzo.* Germ. Verachtigkeit / verschmähung. Hispan. *Menosprecio.* Polon. *Wzgardzenie, posmiech.* Vngar. *Meg vidlás.* Ang. *A despising, or contemning.*] in se plus continet, quàm contemptio: ut apud Cic. lib. 1. Tusc. Totamq; vim benè vivendi in animi robore, ac magnitudine, ut in omnium rerum humanarum contemptione, ac despicientia ponamus. Vtroq; autem horum majorem vim habet illusio. Cic. in Catone: Contemni se putant, despici, illudi.

Despicor, penult. corr. aris. atus, d. p. Despicio, contemno. [בזה bazáh בז baz. καταφρονέω. Gall. *Despriser fort, mespriser, contemner.* Ital. *Sprezzare.* Germ. Verachten / verschmähen / uber die Achsel oder schilms ansehen. Hispan. *Menospreciar.* Polon. *Garaze, nic sobie niewaze.* Vng. *Meg vidlom.* Ang. *To contemne, to despise or sett naught by.*] Veteres Despico in activa voce usi sunt: à cujus passivo Despicatus participium remansit Terent. in Eunuch. Quæ nos nostramq; adulescentiam habent despicatam. Donatus: Despicatam, contemptam atq; despectam: à Despicor, despicatus, nomen ex participio, pro contemnendo. Cic. pro Sest. Cessi Tribuni pleb. despicatissimi hominis furori.

Despicatus, tus, tui. m. q. Contemptus. [בזה buzáh καταφρόνησις. Gall. *Mespris.* Ital. *Disprezzo.* German. Verachtung. Hispan. *Menosprecio.* Pol. *Lekkie wazenie.* Vng. *Meg vidlás.* Angl. *Contempt.*] Despicatui duci, est contemni. Cic. pro Flac. Quid porrò in Græco sermone tam tritum atq; celebratum est, quàm si quis despicatui ducitur, ut Mysorum ultimus esse dicatur?

Despicatio, verbale, f. t. idem. [καταφρόνησις. Vngar. *Meg vidlás.*] Cic. 1. de Finib. Vt odia, invidiæ, despicationes, adversantur voluptatibus.

Despolio, as, are, a. p. Exuo, spolio, dispolio. [שלל schalál. ἀποσυλάω, ἀποδύω. Gall. *Despouiller, piller.* Ital. *Spogliare.* Germ. Außziehen / berauben / plündern. Belg. Beroovem. Hisp. *Despojar.* Polon. *Obieram, oblupuie.* Vng. *Meg fosztom.* Ang. *To robbe, to spoile.*] Plaut. in Cas. Vir te vestiat, tu virum despolies. Cic. ad Att. l. 7: Quum ferret literas ad bustum Basilii, vulneratus & despoliatus est. Idem 5. Verr. Qui in sua patria dux isti quondam & magister ad despoliandum Dianæ templum fuit.

Despondeo, ex de & spondeo, act. s. Spondeo autem veteres pro Dico usurpabant. Vnde Respondeo factum est, quod est, posteriore loco dico. Postea verò Spondere usurpari cœptum est pro promittere. יעד jáhadh ארש erásch. ἐγγυάω, ὁμολογῶ, καθομολογῶ. Gal. *Promettre & accorder de bailler, se dessaisir.* Ital. *Promettere, sposare.* Germ. Verheissen / vermehelten / zusagen. Belg. Ghelooven. Hisp. *Prometer ò desposar.* Polon. *Obiecuie, przyrzekam.* Vnga. *Meg igirem, el ietezem.* Ang. *To promise, to betrouth, to affiaunce.*] Vnde qui puellam spondet, sponsor: quæ spondetur puella, sponsa: cui spondetur, sponsus: & dies quâ puella promittitur, sponsalis dies dicitur: & sponsalia, mentio & repromissio futurarum nuptiarum ¶ Despondere & spondere puellam hoc tamen differunt: quòd puellæ pater eam spondere dicitur, adolescens verò eam despondere. Sulpitius periochâ Andriæ: Nam aliam pater ei desponderat, gnatam Chremetis. Vltrò ad me venit, unicam gnatam suam, Cum dote summa filio uxorem ut daret, placuit, despondi. Cic. de Orat. 2: Quum ædilitatem P. Crassus peteret, quumq; major natu & jam consularis Sergius Galba assectaretur, quòd Crassi filiam filio suo despondisset. Vide Lexicon Hotoman. ¶ Despondere animum ille dicitur, qui melioris fortunæ spem abjecit, & quasi ex desperatione mori decrevit, & lucis tædio affectus est. ἀπολέγειν τὴν ψυχὴν, ἀπεγνωκότως ἔχειν, θανατᾶν, ἀθυμεῖν, ἀποτεταγμένως τὸ ζῆν ἔχειν. Liv. lib. 3: Nec ipsi solùm desponderant animos, sed contemni cœpti erant à finitimis populis. Plaut. in Mil. Ne lamentetur, néve animum despondeat. Varr. lib. 3. de re Rust. Hoc autem ideo in secluso fiat, ne reliqui, si videant, despondeant animum, atq; alieno tempore venditori moriantur. Apud Columellam absolutè legitur despondere, pro deficere: nam de turdis sic ait: Difficulter in aliam regionem transferuntur, quia caveis clausi, plurimi despondent sub animum. ¶ Similiter dicimus, Despondere sapientiam, illum qui desperat se posse ad sapientiæ fastigium pervenire: & ob hoc desistit ab incepto. Colum. lib. 12: Quàm probabilis ratio est obmutescendi, quia nequeas orator esse perfectus? aut in socordiam compelli, quia desponderis sapientiam? Magnæ rei, quantulumcunq; possederis, fuisse participem, non minima est gloria. ¶ Despondere sibi domum alicujus. Cic. ad Att lib. 11: L. verò Lentulus Hortensii domum sibi, & Cæsaris hortos & Bajas desponderat. Hoc est, Sua quodammodo, hæc omnia futura pollicebatur.

Desponso, as, act. p. Despondeo, uxorem promitto. [μνηστεύω. Vng. *El iegyzem.*] Desponsatus, participium passivum. Suet. in Cæs. cap. 1: Dimissa Cossutia, quæ familiâ equestri, sed admodum dives, prætextato desponsata fuerat.

Despondebitur, impersonale. Terent. in Andr. Ne exspectetis dum exeant huc, intùs despondebitur.

Desponsus, partic. Promissus, destinatus, attributus: [מאורש meoràsch. καθωμολογημένος, ὁ γαμεῖν ἢ γαμεῖσθαι μέλλων. Gall. *Promis en mariage, accordé, fiancé.* Ital. *Promesso, acordato.* Germa. Verheissen / vermählet. Hisp. *Prometido, desposado.* Polon. *Przyrzeczoni, obiecany.* Vng. *Igertetött el iegyzett.* Ang. *Promised in mariage, affiaunced or betrouthed.*] ut, Thalamo alicujus despōsa puella. Stat. 10. Theb. Connubia desponsa. Catul. Desponsa & destinata laus. Cic. de Arusp. respon. Cui me præripere desponsam & destinatam laudem, quum ipse ejus operâ & dignitatem & salutem recuperarim, valde est iniquum.

Desponsatus, partic. à Desponso, Idem quod Desponsus. [καθωμολογημένος, μεμνηστευμένος. Pol. *Przyslubiony.* Vng. *El iegyzett.*] Cic. ad Quint. Frat. lib. 2: Dederam ad te literas, quibus erat scriptum, Tulliam nostram Crassipedi pridie nonas Aprilis esse desponsatam. Alia exemplaria habent *desponsam.* Suet. in Cæsare: Dimissa Cossutia, quæ familiâ Equestri, sed admodum dives, prætextato desponsata fuerat, *&c.*

Despumo, as, pen. prod. Spumam aufero. [הסיר חלאה hesir cheleáh. ἀποφρίζω. Gall. *Escumer oster l'escume.* Ital. *Schiumare, levar le schiume.* Germ. Verschaumen / abschaumen. Belg. Schuymen. Hisp. *Espumar ò quitar la espuma.* Polon. *Odszumiwam, szumy zbieram.* Vngar. *Tayterkiát el hányom.* Angl. *To skume, to cast of some.*] Virg. lib. 1. Georg. Et foliis undam tepidi despumat aheni. Plin. lib. 6. cap. 38: ita despumatis subinde carnibus, quas hæsisse venis necesse est, *&c.* ¶ Per translationem ponitur pro decoquere. Hieronym. ad Ocean. Venter mero æstuans, citò despumat in libidines. Pers. Stertimus, indomitum quod despumare falernum sufficiat.

Despuo is, Deorsum spuo. [רקק rak. καταπτύω. Gall. *Cracher en bas.* Ital. *Sputare in giu.* Ger. Außspeyen / nidersich speyen. Hispan. *Escupir abaxo.* Pol. *Nadolpluie.* Vng. *Alapökök.* Angl. *To spett downe ward.*] Persius: Est prope te ignotus: cubito qui tangat, & acres Despuat in mores. ¶ Despuere ocellos, [Polo. *Gardzic.*] per fastum contemnere, quia superbiam ac contemptum oculi nonnunquam ipsi significant. Catullus ad Licinium: Precesq; nostras, Oramus cave despuas ocellos.

Despui, passivum. Plin. l. 10. c. 32: Simulq; comitialem propter morbum despui suerum.

Despuitur, impers. Liv. 5. ad Vrbe: Vbi nunc despui religio est.

Desquamo, act. p. Squamis exuo. [ἀπολεπίζω. Gall. *Escailler.* Ital. *Scagliare.* Germ. Entschüpen. Belg. Die Schubben afdoen. Hisp. *Escamar ò quitar las escamas.* Pol. *Luski skrobie.* Vng. *Meg vakarom, meg hánom.* Ang. *To scale fishe.*] Plaut. in Aulul. Dromo desquama pisces: tu Macherio Congrum, murænam exdorsua,

dorsua, quantum potes. ¶ Desquamare etiam de arboribus, & aliis rebus dicitur. Plin. lib. 17. cap. 24: Vel etiam subarator imprudens luxavit radices, corpusqt desquamavit. Idem lib. 23: cap 7: Summo cortice desquamato, altiore plagâ siccantur. Idem lib. 35. cap. 17: Primum abluitur vestis Sarda, dein sulphure suffitur, mox desquamatur cimolia:

Desterto, is, destertui, destertere. [ἀπορρέγχω, ἀποῤῥέγχω, ἐξυπνίζω. Gall. *Dessonger*. Ital. *Destarso, finir de ronchiare*, German. Bers schnauffen/oder verschnarchen/auffhören schlaffen. Hispan. *Dexar de dormir y roncar*. Polon. *Odespiam, przestawam chrapac*. Vng. *Ki aluszom, alszomból fól serkenék*. Ang. *To snorte, to rowte*.] Pers. Sat. 6: Cor jubet hoc Enni, postquam destertuit esse Mæonides, quintus pavone ex Pythagoreo.

Destrico, as, penult. corr. n. p. apud authorem Philomelæ legitur pro strepere, & ejusmodi edere sonum, qualem reddunt sorices. [Polon. *Pyszczę, piszczę myszy*.] Quod tamen arbitror verbum esse ab illius carminis autore confictum, quippe quod apud alium scriptorem vix invenias. Mus (*siquis*) avidus mintrat, velox mustellaq; dintrit: Et grillus grillat, destricat inde sorex.

Destillare, [קטף nateph. ἀποστάζω. Gall. *Distiller, degoutter*. Ital. *Distillare, gocciare*. Germ. Herabtropffen. Hisp. *Destillar o gotear*. Pol. *Kapam*. Vng. *Le csöpögni*. Ang. *To droppe, to fall by droppes*.] pro Distillare legitur apud autores: ut apud Colum. lib. 12. cap. 18. Celsus lib. 4 cap. 2: Destillat autem humor ex capite interdum in nares.

Destino, as, pen. corr. act. p. Eligo, assigno, delibero, constituo. [יעד iahadh, גזר ghazar, חרץ charats, בחר bachar. ὁρίζω, τάττω, προτίθημι, ἀποτάττω, προαιρέομαι. Gall. *Ordonner, deputer, destiner, assigner*. Ital. *Destinare*, German. Für sich nemmen/verordnen/bestimmen. Belg. Toeschicken. Hisp. *Determinar, deputar, delibrar*. Polon. *Stanawiam, naznaczam, naznaczam*. Vngar. *Elrendelni, magamban el végezém*. Ang. *To appoynt, depute or ordeine*.] Colum. lib. 2: Itaque considerandum erit, ut solum quod ex colore destinamus, pingue sit: Cic. 1. Tuscul. Alter præsto fuit ad horam mortis destinatam. Suet. de Cæs. De amplianndo imperio plura ac majora in dies destinabat: id est, parabat, constituebat, deliberabat. ¶ Quandoque ponitur pro alligare. Apul. lib. 4 de Asino: Arreptum me loro quàm valido, ad ansulam quandam destinato, *&c*. ¶ Quandoque mittere significat, ἀποστέλλω. Iuven. Destinat hoc monstrum cymbæ, linique magister Pontificis summo. ¶ Aliquando emere. Lucilius: Facio ab lenone tribus ut libertatem millibus destinet. Plaut. in Rud. Minis triginta sibi puellam destinat, datque arrhabonem, & jurejurando alligat. Hoc idem significat Persistino. Apul. Et percontato pretio, quòd centum numis indicaret, aspernatus, viginti denariis perstinavit. ¶ Destinare item aliquando pro definire Marcellus de verb. obligat. l. 94: Alioqui si cùm destinare genus & modum vellet, non fecit, nihil stipulatus videtur. ¶ Est & Præstino, de quo alibi. A' destino fit compositum prædestino, προορίζω, unde & Prædestinatio, quâ voce Ecclesiastici scriptores utuntur pro divinâ providentiâ, quâ Deus cùm futura omnia prævidit, cùm de salute nostrâ aut damnatione stabile inviolabileque præjudicium fecit. ¶ Destinare etiam aliquando positum invenitur pro notare. Q. Curtius lib. 9: Dioxippus conjectum oculorum, quibus ut fur destinabatur, ferre non potuit. Vbi destinare oculis furem, accepit pro certis quibusdam indiciis oculorum furem denotare. ¶ Quandoque destinare est designare. Vlpian. D. lib. 10. Tit. 4. l. 3: Quid enim si dominus quidem paratus sit defendere, actor verò destinare non possit nisi ex præsentibus.

Destinatio, onis, f. t. pro Deliberatione. [חק chok. σκοπὸς προαίρεσις. Gall. *Propos deliberé, le but de la deliberation*. Ital. *Proposito, deliberatione*. Ger. Ein rhatschlag/fürsatz/fürnemmen. Hispa. *La deliberacion*. Polon. *Naznaczenie*. Vng. *El végezés, el szándék*. Angl. *A purpose or appoyntment*.] Plin. lib. 7. cap. 45: Pestilentia urbis, fames, sitisque Italiæ, destinatio expirandi, & quatriduí inedia, major pars mortis in corpus recepta. ¶ Destinatio interdum capitur pro conjecturâ. [σκοπὸς. Pol. *Stanowienie*.] Vt Papinianus D. lib. 31. Tit. 1. l. 77: Nam in unum etiamnum destinatio dirigi potuit.

Destinatus, Procerto & definito. [נחרץ necherats. ἀποτεταγμένος. Gall. *Destiné, deputé, proposé & arresté*. Ital. *Destinato*. German. Verordnet/bestimmet. Hispan. *Deliberado, determinado*. Polon. *Naznaczony, obiecany*. Vngar. *El végezetet, rendeltetet*, Angl. *Destinat, appoynted, ordeined*.] Quint. lib. 5. cap. 8: Iudicialem, in quâ ferè eadem, sed certis destinatisque personis quæruntur.

Destituo, is, act. t. ex de, & statuo, Derelinquo, desero, quod promisit non præsto. [עזב hazab שמט schamat, καθίστημι, ἐγκαταλείπω, ἀπολείπω. Gal. *Delaisser abandonner*. Ital. *Abandonare, lasciar in pericolo*. Ger. Verlassen. Belg. Verlaten. Hispan. *Dexar o desamparar en peligro*. Pol. *Opuszczam, zostawiam*. Vng. *El hagyom, fogadásom meg nem állom*. Ang. *To leave, to forsake*.] Virg. l. 1. Eclog. Et freta destituent nudos in littore pisces. Cic. 4. Philip. Quid eundem in decemviratu non destituisti? Idem pro Sext. Rosc. Roscius socios in suis, decepit, destituit. ¶ Interdum est privare, & sic construitur cum ablativo. Col. lib. 9: Rursus nimiam siccitatem destituere plantas naturali alimento ¶ Interdum dissolvere. Nævius: Navem jubet destitui anchoris. ¶ Interdum statuere, collocare, ponere. Cæcil. Destituit omnes servos ad mensam ante se. Plaut. in Rud. Ita duo destituit signa hic cum clavis senex.

Destitutus, part. Derelictus. [נעזב neheзab. ἐγκαταλειφθεὶς, ἀπολειφθείς. Gall. *Laissé, abandonné*. Ital. *Lasciato abandonato*. Germ. Verlassen. Hisp. *Desamparado*. Polon. *Opuszczony*. Vng. *El hagyatot*. Ang. *Left forsaken*.] Cic. 1. Offic. Magis que ille cui promissum sit, ab officio discedat, si se destitutum queratur. ¶ Destitutus absolutè pro desperans. Salust. in Gal. cap. 11: Quâ maximè consternatus, destitutoq; similis.

Destitutio, verbale, f. t. Derelictio, perfidia. [שמטה schemittah. ἀπόλειψις. Gall. *Delaissement*. Ital. *Abandonamento*. Germ. Verlassung. Hisp. *Desamparo*. Pol. *Opuszczenie*. Vng. *El hagyás, ikkallatlanság*. Ang. *A forsakeng*.] Cic. pro Cluent. Hos qui leviores erant, destitutione iratos Oppianico redderet.

Destringo, gis, act. t. Decerpo, colligo, avello. [ערה arah קטף kataph. ἀποψάω, ἀποξύω. Gall. *Racler, faire cheoir, ou oster en estraignant ou frottant, abatre*. Ital. *Stricare strepare*. Germa. Abbrechen/abstreiffen. Belg. Afstroopen. Hisp. *Sacar, destrocar, arrancar*. Polon. *Obrywam, obiamiic, obłupuie*. Vng. *Leszakaszt om, lesbrítom*. Angl. *To brinde hard, to rubbe or scrape & pluk of*.] Vnde destringere oleam dicimus, pro eo quod est olivas manibus colligere: & Oleas strictivas, sive destrictivas, quæ opponuntur caducis. Col. lib. 12: Tum & olea destringenda est, ex quâ velis viride oleum efficere. ¶ Est item Destringere, sudores, aliasve sordes cutì adhærentes abradere: quem in usum olim in balneis strigiles habebant ξύστρα. Mart. lib. 14: Pergamus has misit, curvo destringere ferro: Non tam sæpè teret lintea fullo tibi. Plin. lib. 3 Epist. Dum destringitur, regiturq;, audiebat aliquid ¶ Per metaphoram apud Cic. pro Rabir. Nec amicum prudentem corruere patitur, nec illius animi aciem destringit splendor sui nominis, nec mentis quasi luminibus officit altitudo fortunæ & gloriæ, Id est, non ulerciaut obrundit, nam tamersi magni sit nominis, non tamen erubescit succurrere inopi amico.

Destrigmentum, ti, n. f. Strigmentum sive ramentum. [ἀπόξυσμα, ξύσμα. Gall. *Ce qu'on racle de quelque chose*. Ital. *Quello che si rade di qualche cosa*. Germa. Die abschnittung/abschabung. Hispan. *La refregadura*. Pol. *Strużyne, trzaski*. Vngar. *Le zeret por vom*. Ang. *That is scraped of from a thing*.] Plin. lib. 20. cap. 24, de cucurbitâ sylvestri: Et ignes sacros, destrigmentis vel his impositis vel seminibus.

Destruo, is, xi, ctum, act. t. Quod structũ erat corrumpo, everto, diruo: contrarium ejus est construo] [נתץ nathats, הרס haras, ἀνασκευάζω, καθαιρέω, λυμαίνομαι, κατασκάπτω. Gall. *Destruire, abatre, demolir*. Ital. *Distruggere*. Germ. Zerstören/zerbrechen. Belg. Breken. Hisp. *Destruyr*. Pol. *Psuie, kaze*. Vngar. *El ronsom, le rontom*. Ang. *To destroy, to throwe downe that was builded*.] Cic. de Senect. Vt navem, ut ædificium idem destruit facillimè qui construxit, *&c*. Quint. lib. 5. cap 7: Interim & singulos ut exornare, ita destruere contingit Id est, ostendere iis moribus eos esse, ut in testimonio reddendo non sint recipiendi.

Destructilis, e, penult. corr. Quod destrui potest. [נתץ nithats הרס ἀφανιστὸς, φθαρτός. Gall. *Qui peut estre destruit*. Ital. *Distruggevole*. Germ. Zerbrüchlich/zerstörlich. Hispan. *Lo que puede ser destruydo*. Pol. *Vlomny*. Vng. *El romlandó*. Ang. *That may be destroyed*.] Lactant. lib. de irâ Dei: Destructilia sunt omnia quæ manu fiunt.

Desubito, adverb. Subitò, & celeriter. [פתאם pethaom. ἐξαίφνης. Gall. *Soudainement*. Ital. *Di subito*. Germ. Eins wegs. Hispan. *Subitamente*. Pol. *Nagle, nagłe*. Vng. *Hertelen*. Ang. *Suddenly, frome hand*.] Plaut. in Mostel. Quamvis desubitò facilè est facere nequiter.

Desubulo, as, act. p. à subulâ, Significat perfodere, ut interpretatur Nonius, citans illud Varronis ex Sexqui Vlysse: Alteram Carreadem desubulasse, bona corporis secutum [Gall. *Pertuiser*. Ital. *Forare*. Germ. Mit der alen durchstechen/durchborn. Hisp. *Horadar con alesna*. Pol. *Szwaica przepycham*. Vngar. *Meg lukaztom*. Ang. *To pearse through*.]

Desudo, as, pen. prod. n. p. Sudo, nitor labore. [ἐκιδρόω. Gall. *Suer et travail à faire quelque chose*. Ital. *Sudar grandemente*. Germ. Sehr schwitzen. Belg. Seer sweeten. Hispa. *Mucho sudar*. Pol. *Poce się, pracuie około pracy*. Vng. *Fáradozok, veritekezém*. Ang. *To sweat at the dooing of any thing*.] ¶ Per translationem ponitur pro laborare. Cic. de Senect. Desudare, atq; elaborare in aliquâ re.

Desudatio, f. t. ἀφίδρωσις. Sudoris evocatio. [Polon. Wypocenie. Vng. *Izzadás*.] Iul. Firmicus Matth. lib. 3: Coram nimiâ desudatione dissolvitur.

Desudasco, & Desudascitur, impersonale. Plaut. Homo adulescens penetrem hujusmodi palæstram, ubi damnis desudascitur.

Desuesco, is, desuevi, desuetum: [ἀήθης. Gall. *Se desaccoustumer, laisser sa coustume*. Ital. *Dimenticarsi, disusarsi*. German. Entwohnen. Hispan. *Desacostumbrarse*. Pol. *Odwyczam się*. Vngar. *El szokom róla*. Ang. *To disuse, to leave a custome or facion*.] & Desueo, es, evi, desuetum. [ἀήθης ποιῶ. Gal. *Faire desaccoustumer*. Ital. *Disavezzare, disusare*. Ger. Entwennen. Belg. Ontwennen. Hisp. *Desacostumbrar à otro*.] Prius neutrum, secundum activum. Vnde Nonius in priscis dictionibus, Desuevi illum, pro Desuefeci illum: id est, consuetudinem illam abstuli. Titinnius: Parasitos amovi, lenonem ædibus absterrui, desuevi, ne quò ad cœnam iret extra consilium meum. Vbi desuevi dixit pro eo, quod est in desuetudinem adduxi. Desueo tamen hodie rarò est in usu: quemadmodum & simplex Sueo, aliaque ejus composita, Assueo, & Consueo: quorum loco utimur Assuefacio,

ficio, Consuefacio, & Desuefacio: quæ activam habent significationem, quorum passiva sunt Assuefio, Consuefio, & Desuefio. Ab iisdem formantur & augmentativa Suesco, Assuesco, Consuesco, & Desuesco, neutralem habentia significationem. Mutuantur autem hæc præterita & supina à primitivis suis exoletis: ut Suesco, suevi, suetũ, Desuesco, desuevi, desuetum. Claud. lib. 1. de Rap. Pros. - post hæc cunabula dulci Ferre sinu, summoque Iovi deducere parvam Sueverat, & genibus ludentem aptare paternis. Cicer. Metello. A te id quod suesti peto, me absentem diligas, atque defendas. ¶ Quandoque Desuescere accipitur pro Consuescere, ut, DE præpositio augeat. Plaut. in Asin. Auceps quando concinnavit aream effundit cibum, aues Desuefiunt: necesse est facere sumptum qui quærit lucrum.

Dēsuēfăcĭo, is, desuefeci, desuefactum, A consuetudine abstraho. [ἀήθη ποιῶ. Gall. *Faire desacoustumer, osterune coustume.* Ital. *Disusare, disaccoustumare.* German. Entwennen / von der gewonheit bringen. Hispan. *Desacostumbrar otro, hazer desacostumbrado.* Polon. *Oducʒam* Vng *Elszokásztom ôla.* Ang. *To make to disuse or leave a fascion.*] Cic. pro Cluent. Quid, quòd nostra jam diu vacua, locumque illum post adventum L. Syllæ, à Tribunitiâ voce desertum oppresserat, multitudinemque jam desuefactam à concionibus, ad veteris consuetudinis similitudinem revocaverat.

Dēsuēfĭo, desuefis, desuefieri, Consuetudinem amitto, à consuetudine abducor. [ἀήθης γίγνομαι. Gall. *Se desaccoustumer, estre desaccoustumé.* Ital. *Lasciare l' vsanza.* German Auß der gewonheit kommen. Hisp. *Dexar la conversacion y costumbre* Polon. *Zwyczaj tracę, odwykam się.* Vng *Az elébbi szokástól hagyom* Angl. *To become out of vse or custome.*] Var. 2. de Re rust. cap 9: Duobus mensibus primis à partu non disjunguntur à matre, sed minutatim desuefiunt.

Dēsuēfactŭs, à consuetudine abductus. [Vngar *Valamiről el szokattatot.*] Cicer. pro Cluent. Is multitudinem jam desuefactam à concionibus, ad veteris consuetudinis similitudinem revocaverat.

Dēsuētūdo, f. t. à Desuesco: [ἀήθεια, τὸ ἀηθές. Gal *Desaccoustumance* Ital *Desaccoustumanza.* Germ. Entwonung. Belg. *Ongewoonheyt* Hispa *Desaccostumbre* Pol. *Oducʒenie* Vngar. *Szokatlanság.* Ang. *Lack of custome, or disuse.*] sicut consuetudo à Consuesco, quæ contraria sunt L. v. lib. 1 ab Vrbe: Mit gandũ ferocem populum armorum desuetudine ratus.

Dēsuētŭs, participium: [ἀήθης, ἀσυνήθης. Gall. *Desacoustumé.* Ital *Disacoustumato.* Germ Entwonet / oder entwennet Hispan. *Desaccostumbrado.* Polon. *Odwykły.* Vng. *Szokatlandolog* Angl. *Vnaccustomed.*] A consuetudine remotus, inquit Valla, in Poggium. Virgil. lib. 6: jam desueta triumphus Agmina. Desueta res, Liv. 3. ab Vrb. Retractare verba desueta, Ovid. 5. Trist. eleg. 8.

Dēsuescendŭs, a, um, Adject. Quint. lib. 3. cap. 10: Hæc adolescentes sibi scripta sciant, aliter quàm dicturi sint, exerceri velint, & in desuescendis morentur.

Dēsultŏr, Vide DESILIO.

Dēsum, dees, deest, Deficio, non adsum, absum. [חסר chasér אפס aphés. ἄπειμι, ἐλλείπω, ἀπέω. Gall. *N'estre point, present, defaillir.* Ital *Mancare.* German. Gebrechen / mangeln / fählen. Belg. Gebreken. Hispan. *Faltar ò fallecer.* Polon *Nie iestem dostamy.* Vngar. *lelbannem vágyok.* Angl. *To lack, to be absent.*] Seneca: Fœlix est, cui nihil deest ad bene beateque vivendum. ¶ Deesse officio suo, non satisfacere. ¶ Deesse occasioni, est occasionem sese offerentem non arripere, opportunitatemque rei bene gerendæ prætermittere. Plinius lib 11. cap. 25: Nulloque momento meditari cessat, ne quando desit occasioni. Pro eodem ferè usurpamus, Sibiipsi deesse. Cic. pro Roscio Amer. Mihi ausculta vide ne tibi desis. ¶ Deesse amici periculo, est, amico in periculo non opitulari. ¶ Nonnunquam etiam pro abesse accipitur. Cic. ad Q. Frat. lib. 2: Huic convivio puer optimus Quintus tuus, meusque, quòd perleviter commotus fuerat, defuit.

Dēsūmo, is, act. 1. Sumo. [לקח lakách, λαμβάνω. Gall. *Prendre & choisir d'entre plusieurs, recevoir, eslire.* Ital. *Pigliare, prendere.* Germ Darvon nemmen. Hisp. *Tomar à su cargo* Pol *Odbieram, biere.* Vng. *Magammak választom.* Ang. *To take and chese one amangest many.*] Liv 4. ab Vrbe: Singuli singulos sibi Consules asservandos desumunt. Idem lib. 8 bel. Maced. Recto itinere duxisti exercitum ad eos, quos tibi hostes desumpseras.

Dēsŭpĕr, De superiore loco [מלמעל mimmahal. ἄνωθεν. Gall. *Dessus, par dessus* Ital. *Di sopra.* Germ. Oben herab. Belg. Van boven. Hisp. *Desde encima.* Polon. *Zwiercha.* Vngar. *Onnan fölyül.* Ang. *Frome aboue*] Cæsar 1. bell. Gal. Reperti sunt complures nostri milites, qui in phalangas insilirent, & scuta manibus revellerent, & desuper vulnerarent.

Dētĕgo, is, penult. corr. act. 1. Quod tectum erat aperio, nudo. [גלה galáh. ἀποκαλύπτω, ἀπογυμνόω, ἀποσταζω. Gall. *Descouvrir.* Ital. *Scoprire.* Germ Entdecken / oder auffdecken. Belg Ontdecken. Hisp. *Descubrir.* Pol. *Odkrywam.* Vngar. *Meg jelentöm* (item) *fölnyitom.* Ang. *To vncouer.*] Plaut. in Rud. Detexit ventus illam. Idem in Mostel. Texit, detexitq; me illo. ¶ Per translationem. Liv. 10 ab Vrb. Ite igitur dicite (*inquit*) detegant nequicquam conditas insidias.

Dētectŭs, particip. [נגלה galúi. ἀποκεκαλυμμένος, ἀπογυμνωμένος. Gall. *Descouvert.* Ital *Scoperto, manifestato.* Germ. Endeckt / auffgedeckt. Hisp. *Descubierto.* Pol. *Odkryty.* Vng. *Kijelentetet, föl nyitatot.* Ang. *Vncouered.*]

Dētectĭo, onis, f. t. Apertio, detectio. [Pol. *Odkrycie.* Vngar. *Föl nyitás.*] Vlpian. D. lib. 29. Tit. 5. l. 1: Quæstionem autem sic accipimus non tormenta tantùm, sed omnem inquisitionem & detectionem mortis.

Dētendo, is, endi, ensum, detendere. [ἀδικεῖν, τὸ ἐκτεταμένον ἀνασπᾶν καὶ συστέλλειν. Gal. *Destendre.* Ital. *Stescendere.* Germa. Etwas gespannens ablassen Hispan *Destender.* Polo. *Nepieczie spuszczam.* Vngar *öszue takarom, be vonszom* Angl. *To stretch out or forth.*] Cæs. 3. bel. Civil. His constitutis rebus, signo jam profectionis dato tabernaculisque detensis. Liv. lib. Decad. Nautici tabernacula detendunt.

Dētento, as, frequentativum.

Dētergĕo, es, si, sum, act. 5. & Detergo, is, Purgo, abstergo. [מחה marák ἀποσμάω, ἐκπεριμάττω. Gall. *Torcher & nettoyer.* Ital *Forbire, nettare, purgare.* German. Abstreichen / abwerschen / reinigen Belg. Afwissen Hisp. *Alimpiar fregando.* Polon *Ocieram, cieram.* Vng. *Meg törlöm, el törlöm* Ang *To wipe.*] Colum. lib. 8: Quoties faecem acuetis, eâ pelle acetum detergito. Idem lib. 8: Aut cornu, aut ungulâ tundunt, aut arbori affricant, parietibúsve detergent. Plaut. in Menæch. Mensam quando ergo detergeo. ¶ Ponitur aliquando translatè: ut, Detergere fastidia, pro auferre, Colum. lib 8 cap. 10. Detergere spurcitias. Idem lib. 1. cap. 5. ¶ Detergere remos, idem est quod remos confringere. Cæsar bel. civil. lib. 1: Aut remos transcurrentes si detergere possent, contendebant. Detergere Palmites, est supervacuos palmites decerpere, Colum. lib. 4 cap 27.

Dētermĭno, act. p. Terminos constituo: vel terminis, & velut limitibus quibusdam designo. [גזר gazár חרץ charáts. ὁρίζω. Gall. *Limiter ou borner, ou determiner.* Ital. *Determinare, porre i termini, diffinire.* German. Außzylen / außmarchen / bestimmen Belg. Een maet setten. Hisp *Determinar y diffinir* Polon. *Znaczę* Vngar. *Meg hatarozom.* Ang. *To determine, set marches or limites.*] Liv. 1 ab Vrbe: Inde ubi prospectu in urbem agrumque capto, deos precatus, regiones ab Oriente ad Occasum determinavit. Plaut. in Pœn. Ejus nunc regiones, limites, confinia Determinabo: ei rei finitor factus sum ego. ¶ Per translationem pro Definio, concludo. Cic. de Orat. Et id quod dicit, spiritu, non arte determinat. Lactant. lib. 4: Determinanda est nobis veritas breviter, & in suo proprio domicilio collocanda.

Dētermĭnātĭo, onis, f. t. Terminus, conclusio, finis. [אפס ephés גבול gebúl. ἀφορισμός, διορισμός Gall. *Limitation, bornement, limites, lisiere.* Ital *Terminatione, termine* Germ Außzylung / außmarchung. Hisp. *Determinacion diffinicion.* Pol *Naznaczenie* Vngar. *Végezés, határozás.* Ang *A determination, an ende or limite or marche*] Cicer. lib 2. de Nat. deor. Extrema ora & determinatio mundi. Idem lib. 1. de Invent. Conclusio est exitus & determinatio totius orationis.

Dētĕro, is, penult. corr. detrivi, detritum act. 1. Vsu consumo, attenuo, deterius reddo [בלה bilâh. κατατρίβω. Gall. *Gaster en vsant, empirer.* Ital. *Consumare.* German. Verschleissen. Belg Versliten Hispan. *Gastar vsando.* Polon. *Ocieram.* Vngar *Elkoptatom.* Ang *To weare in rubbing.*] Vnde togam detritam dicimus quæ longo jam usu deterior est reddita. ¶ Lænam æstate deteris, ἐν θέρει τὴν χλαῖναν διατρίβεις, proverbio in eos dici consuevit, qui rebus necessariis alieno tempore abutuntur. ¶ Accipitur etiam pro triturare [כתת cathath כתש cáthasch דוש dasch. ἀλοᾶν. Gall. *Amenuiser en frotant l'vn contre l'autre.* Ital. *Trebbiare* German. Außtreschen Hispan. *Trillar* Polon. *Młocę, wykruszam.* Vngar. *Törni.* Angl *To bruise, to stampe, to break.*] Colum lib. 1. cap. 6: Area optima est silice constrata, quod & celeriter frumenta deterantur, non cedente solo pulsibus ungularum tribulorumque, & eadem eventilata mundiora sint, lapillisque careant & glebulis, quas per trituram terrena ferè remittit area. ¶ Nonnunquam idem est quod destruo, corrumpo, vel imminuo. Plin. Nimia cura deterit magis quàm emendat. ¶ Ad eundem ferè modum dicimus, Deterere laudes alicujus, pro eo quod est, Laudes ejus imminuere. Horat. lib. 1. Carm. Laudes egregii Cæsaris, & tuas Culpa deterere ingeni.

Dētrītŭs, attritus [κατατετριμμένος. Polon. *Otarti.* Vng *Elvé el röbödös el kopot.*] ut translatè homo detritus in aliquâ arte Gel. lib. 15. cap. 30: Qui ab alio vitæ genere detriti jam, & retorridi ad literarum disciplinas serius adeunt. Hinc apud Corn. Tacit. lib. 1, detrita regimina.

Dētĕr, sive Dētĕrĭŭs, a, um, penult. corr. adject. inusitatum, Vilis parvus, quasi detritus: [רע rah; χείρων. Gal. *Mauvais.* Ital. *Reo, malo* German Verschlissen / böß / nichts wärt. Hispan. *Malo* Polon *Osartyisy, nikczemny* Vng. *Kotz, el vezet.* Angl. *Lacking some what ill, naughti*] à quo deterior, Deterrimus. Plautus in Bacch. Vidi ego hominem nequam, verùm te neminem deteriorem. Terent. Heaut. Deteriores omnes sumus licentiâ. Plaut. Mostel. Quid tu nunc hominum te omnium deterrime venisti huc ostentarum.

Dētrīmentum, n. s. Damnum, dictum secundum Varronem à detritu, quòd ea quæ trita sunt, minoris pretii sunt. [נזק nezék. βλάβη, βλάμμα. Gall. *Dommage, perte, detriment.* Ital. *Damno.* Germ Ein schad / verlust / vnglück. Hispan. *Danno ò mengua.* Pol. *Szkoda, vtrata.* Vngar. *Kar vallás.* Ang. *Domage, losse.*] Cicer.

declar-

de clar. Orat. Nostro incommodo detrimentoque, si ita est necesse, debeamus. Horat. lib. 2. Epist. Detrimenta, fugas servorum, incendia ridet. Cic. pro Mil. Ut Cn. Pompejus videret nequid Resp. detrimenti caperet. ¶ Sic intertrimentum ab eo quòd duo inter se sint diminuta. Differuntq; , quòd Detrimentum (ut Pædianus docet) vel unius partis dici potest, Intertrimentum verò ad utriusque partis spectat, dantis, accipientisque incommodum. Hujus vocis frequens est usus apud Iurisconsultos. Usus est etiam eâ Cic. in Verr. Cum eo sine ullo intertrimento convenerat. Vide suo loco.

Dētrīmēntōsŭs, a, um, Quod affert detrimentum, apud Cæs. 7. bell. Gall. [מזיק mezik. ἐπιζήμιος, βλαβερός. Gall. *Fort dommageable, qui porte dommage.* Ital. *Dannoso.* Germ. Schädlich. Hispa. *Danoso, menguadero.* Polon. *Szkodliwy.* Ung. *Káros.* Angl. *That bringeth domage.*]

Dētērrĕo, es, deterrui, act. f. Terreo, avoco, revoco, averto, abduco, removeo. [הבהיל hibhil. ἀποτρέπω, ἀπείργω, ἀποσοβέω. Gall. *Deterrer, destourner en espouuantant, divertir.* Ital. *Spaventare, sbigotire.* German. Abschrecken. Belg. Verwaert maken. Hispan. *Espantar.* Polon. *Przestrasam.* Ungar. *El rettentem, el ijesztem.* Ang. *To put or drive away, to discourage, or dis confort.*] Cic. lib. 1. Tusc. Itaque non deterret sapientem mors, quæ propter incertos casus quotidie imminet, & propter brevitatem vitæ, nunquam longè potest abesse. Idem de Opt. gen. dic. Nec verò Aristotelem in philosophiâ deterruit à scribendo amplitudo Platonis.

Dētērrĭtŭs, part. [נבהל nibhál. ἀποτραπείς, ἐκφοβηθείς. Gall. *Espouuanté, destourné par espouuantement.* Ital. *Spaventato, sbigotito.* Germ. Abgeschreckt. Hisp. *Espantado.* Polon. *Odstraszony.* Ung. *El rettentetet, rettentetet.* Ang. *Discouraged, made affearde.*] Deterritus pudore. Cic. ad Attic. lib. 10: Deterritus ab officio. Cælius Cic. Nemo enim necessitudine & amicitiâ te deterritum ab officio dicet.

Dētēstŏr, detestaris, Abominor, improbo, execror, deprecor, removeo. [קבב kabab. ἀποτροπιάζομαι, ἀφοσιοῦμαι. Gall. *Detester, avoir en abomination & detestation, fuir & rejetter, ou laisser.* Ital. *Abominare, maledire.* German. Verfluchen, ein abscheuhen oder grewel haben. Belg. Vervloecken. Hisp. *Maldezir y abominar.* Pol. *Brzydze sie, wszeckam sie.* Ungar. *Utálom, átkozom.* Angl. *To abhorre, to detest, to haue or esteme abominable.*] Cicer. in Vatinium: Omnes te vitant, & quum videtint, tanquam malum auspicium, detestantur. Idem in Pison. Omnes memoriam Consulatus tui, facta, mores, faciem denique ac nomen à Republ. detestantur. ¶ Invenitur & in passivâ significatione. Horat. lib. 1. Carm. Bellaq; matribus detestata. Lactan. lib. 6: Hinc est illa Plauti detestanda sententia: Malè meretur, qui mendicum dat quod edat Nam & illud quod dat, perit, & illi producit vitam ad miseriam. ¶ Accipitur & pro simplici Testor Plaut. Menæch. Summum Jovem, deosque detestor, me neque isti malefecisse mulieri, &c. ¶ Detestari, est, absenti denuntiare, inquit Paulus in l. 39 de verb. signif. Detestatio, denuntiatio facta cum testatione, & detestatum, cum testatione denuntiatum.

Dētēstātĭo, verbale, f. t. [תועבה tohebáh. ἀπευχή, ἀποτρόπαιος, ἀποτροπιασμός. Gall. *Detestation, rejettement, abomination.* Ital. *Lo aborrire, lo hauere à schiuo.* Ger. Verfluchung, abscheuhung. Hispan. *Cosa abominada, y llena d' maldicion.* Pol. *Brzydzenie, wirzekanie.* Ungar. *Átok, utálás.* Ang. *A detesting, a cursing.*] Plin. lib. 25. cap. 30: Laurus quidem manifestè abdicat ignes crepitu & quod detestatione, interaneorum etiam vitia & nervorum ligno torquente. ¶ Detestatio passivè de odio, quo improborum solemus mores detestari. Macr. Satur. lib. 6. cap. 7: Hoc enim verbum Illaudati, non est idoneum ad exprimendam scelerati hominis detestationem. ¶ Detestatio apud Iurisconsultos, est (ut Ulpianus, de verb. signific. ff. affirmat) Denunciatio facta cum testatione.

Dētēstābĭlĭs, pen. corr. Execrandus. [מתעב metaheb. βδελυκτός, βδελυρός, ἀπευκτός, ἀποτρόπαιος. Gal. *Detestable, & abominable.* Ital. *Cosa detestabile, abomineuole.* German. Abscheulich, grewlich. Hispan. *Cosa abominada y maldita.* Polon. *Brzidky, sprosny.* Ungar. *Utálatos, átokra méltó.* Angl. *Detestable, worthie to be abhorred.*] Cic. 2. Phil. Non te exectandum pop. Rom. non detestabile, non omnes tibi deos, omnes homines & esse inimicos & futuros sciat. Invidiosum & detestabilem, Cic. 1. Phil. Idem 1. Offic. Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur.

Dētēxo, is, Texo, perficio. [ארג arág. ὑφαίνω. Gall. *Acheuer de tistre.* Ital. *Tessere.* Germ. Wäben, auswäben. Hispan. *Texer, acabar de texer.* Polon. *Tkam.* Ungar. *Szövök, megszövöm.* *To weaue an end.*] Virg. 2. Eclog.

> Quin tu aliquid saltem potiùs, quorum indiget usus,
> Viminibus molliq; paras detexere junco?

Dētēxtĭlānă, dicitur cùm perfecta est, & dextrinis instrumentis detrahi potest.

Dētĭnĕo, es, penult. corr. act. f. Teneo, remoror, demoror. [עכב hatsár עכב hikkebhár. κατακωλύω, κατέχω, παρακατέχω. Gall. *Detenir, retenir, retarger.* Ital. *Intratenere, ritardare, ritenere.* Germa. Auffhalten, auffziehen, verhinderen. Belg. Houden, beletten, verhinderen. Hispan. *Detener.* Polon. *Powściągam, zadzierżam, wstrzimuie.* Ungar. *Meg tartóztatom.* Ang. *To stay, with hold and restrayne.*] Cic. Attic. lib. 4: Consilium tuum etsi non in longinquum tempus differs, tamen suspensum me detinens. Terent. in Eunuch. Detineo te fortasse, tu profecturus aliò fueras. Plin. Epist. 124: Mox quum è Sicilia rediens, in Icari insulâ ventis detineter. ¶ Per translationem verò, Terent. in Phorm. Pol me detinuit morbus. Salust. Me ambitio mala detinuerat. ¶ Retinere antem est, quod habemus, servare & custodire. Salust. Nam imperium facilè his artibus retinetur, quibus initio partum est. Terent. in Adelph. Pudore ac liberalitate liberos retineri satius esse credo quàm metu.

Dētēntĭo, f. t. [κατοχή, ἐπίσχεσις. Retentio. Polon. *Zatrzymanie, zadzierzenie.* Ungar. *Meg tartoztatás.* Ang. *A with holding, a restrayning.*] Ulp. D. lib. 34. Tit. 2. 25: Et quoque qui pignori fundum acceperit, scribit Iulianus, non esse iniquam detentionem servitutis dari.

Dētōndĕo, es, detondi, act. f. quod tamen antiqui sicut suum simplex geminabant Tondeo. [גזז gazáz קטף katsab. ἀποκείρω, ἀποκείρομαι. Gall. *Tondre.* Ital. *Tosare.* Germ. Abscheren, oder beschären. Belg. Afscheren. Hispan. *Mucho tresquilar.* Polon. *Golię, obcinam.* Ungar. *Lenyirom, beretualom.* Angl. *To sheare, to shaue.*] Colum. lib. 7: Et est modus optimus considerare tempestates, quibus ovis, neque frigus, si lanam detraxetis: neque æstum, si nondum detonderis, sentiat: verùm quum quæque detonsa fuerit, ungi debet tali medicamine.

Dētŏno, as, penult. corr. act. p. Tonare desino. [ἀποβροντάω. Gall. *Tonner de haut, faire grand bruit, sonner haut & clair.* Ital. *Cessare di tonare.* Germ. Auff hören thönen. Hispan. *Dexarse de tronar.* Polon. *Przestawam grzmiec.* Ung. *Az dörgesnek vége vagyon.* Ang. *To sowne an thunder, to mak a great noyze.*] Hieron. Et dum persecutionis detonaret procella, in villam remotiorem secessit. Quint. lib. 12. cap. 9: Nam cùm illa dicendi vitiosa jactatio inter plausores suos detonuit, resurgit vera & virtutis fortior fama.

Dētōrno, as, act. p. Ex materiâ quâpiam torno, aliquid efficio. ἀποτορνεύω. Gall. *Faire au tournoir, tour, ou tourer, tourner.* Ital. *Lavorare al torno.* Germ. Träyen, abträyen. Hispan. *Tornear con el torno.* Pol. *Okkrazam.* Ungar. *Esztergárba faragok, meg esztergálom.* Ang. *To worke something as turners do, to turne.*] Plin. lib. 13: Lignum grande intùs, firmæque duritiæ, ex quo velares detornant anulos.

Dētōrquĕo, es, si, tum, act. f. deflecto, averto. [הטה hitáh עקש hikkésch. παρατρέπω, ἀποστρέφω, ἐκτρέπω. Gal. *Destordre, destourner.* Ital. *Torcere, piegare.* Germ. Krümmen, biegen es sey ubersich, nidersich, oder auff ein seyten. Hispa. *Torcer, plegar.* Polon. *Nachilam, naginam.* Unga. *El tekerem el haitom.* Ang. *To turn awrie, to wrest a side.*] Col. lib. 4: Sed quod in salicto conferendo vitavetimus, id sequamur in ejusmodi malleolo, quem est necesse longiorem facere, si volumus detortum pangere. ¶ Cic. 1. Offic. Nam & voluptates blandissimæ dominæ majores partes animi à virtute detorquent. ¶ Frequenter etiam accipitur pro depravo, sive in alium sensum quàm, dictum aut factum sit aliquid, interpretor. Colum. lib. 3. cap. 10: Atque hæc forsitan pluribus dicta sunt, quàm exigebat ratio veritatis: minus tamen multis quàm postulabat pravè detorta & inveterata opinio rusticorum.

Dētōrsŭs, sive Dētōrtŭs, Particip. Sueton. in Galba: Ac subinde Alexandrina navis detorsa appulit armis onusta sine gubernatore, sine nautâ, ac vectore ullo, ut nemini dubium esset, justum, piumque & faventibus diis suscipi bellum, &c. Id est, depulsa.

Dētrăho, is, xi, ctum, act. t. Trahendo aufero. [גרף garáph משך maschách לקח lakách. ἀφαιρέω Gal. *Oster.* Ital. *Tor via.* Germ. Abziehen, hinnemmen. Hispan. *Quita por fuerça.* Polon. *Zciagam.* Ungar. *Le vonszom.* Ang. *To draw of or away.*] Terent. in Heaut. Occurrunt servi, soccos detrahunt. Plaut. in Asin. Nudo detrahere me vestimenta jubes. ¶ Interdum adimere sive derogare, ἀφαιρεῖν. Cic. 3. Offic. Nunquam committit ut alienum appetat: & id quod alteri detraxerit, sibi assumat. ¶ Per translationem etiam dicimus, Detrahere famæ, gloriæ, honori, aut opinioni alicujus, pro eo, quod est famam alicujus, aut existimationem lædere: [רכיל הלך righghél הלך halach rachil. διαβάλλω. Gall. *Mesdire de quelq' vn., le blasmer.* Ital. *Dir male di alguno, detrarre.* Germ. Ein mit ubel nachreden verkleineren, einem sein ehr abschneiden. Hispan. *Detraher deziendo mal de alguno.*] & tunc cum dativo construitur. Ovid. de Trist. Detrahat autori multum fortuna licebit. ¶ Construitur etiam cum ablativo & præpositione D. Cic. 1. Offic. Detrahere de absentibus. De famâ alicujus detrahere. Cic. Appio lib. 3. Detrahere, de authoritate Senatus, cui opponitur, ornare Senatum multis laudibus, Idem pro Cluent. ¶ Ad Accusationem aliquem detrahere: id est, pertrahere. Cic. pro Cluen. Ut hunc Oppianicum aliud agentem, ac nihil ejusmodi cogitantem, ad hanc accusationem detraheret.

Dētrăctŏr, oris, m. t. Qui absentis famæ detrahit, qui clanculum cuipiam obloquitur. [הולך רכיל holéch rachil מרגל meraghghél מלשין melaschin. κατάλαλος. Gall. *Detracteur, mesdisant.* Ital. *Detrattore, che dice mal d' altri.* German. Ein hinderredder, verleumbder. Hispan. *Detractor, maldezidor de alguno.* Polon. *Moy obmowca, utsciewiacz.* Ungar. *Rágalmazó.* Ang. *A backbiter.*] Sipontinus. ¶ Corn. Tacit. lib. 11: Nam ipse haudquaquam sui detractor, unam omnino anguem in cubiculo visam narrare solitus est.

Dētrăctĭo,

Diăgrămmă, atis, n. t. [διάγραμμα. Polon. Napis. Vngar. Könyv írás ...] Græcis inscriptionem & titulum libri significat. Item decretum, formulam, vel edictum in scripturam redactum. Item Geometricam figuram, sive ea triangularis fuerit, sive quadrangularis, aut alterius formæ, cujusmodi apud Euclidem demonstrandi causa non paucæ extant. Vnde & Diagrammata Chaldaica quodam in loco à Plutarcho appellantur, quæ vulgò Prognostica vocantur. ¶ Est etiam diagramma perscriptio & breviarium quoddam in publicis collationibus fieri solitum, ut ex censu tributa conferantur. Cic. in Verr. Scripturam vocat. ¶ In Musicâ item diagramma vocatur, mensurarum proportio notis quibusdam descripta. Vitruv. lib. 6 cap. 1 Vti in diagrammate, musico medianæ vocis habent sonum, &c. Rei quæ vide in Budæi Commentariis. Nam ad Latinum dictionarium parùm conducunt.

Diăgrăphĭcē, hujus diagraphices, διαγραφική. Plinius lib. 35. cap. 10: Et hujus autoritate effectum est, Sicyone primum, deinde & in totâ Græciâ, ut pueri ingenui ante omnia diagraphicen, hoc est, picturam in buxo discerent, reciperetur ques ea in primum gradum liberalium. διαγραφή Descriptio, antiquatio & peremptio rei cœptæ vel jam peractæ.

Diairis, ab iri confectio, apud Nicol. scripta [Germ. Confect von blawen Gilgen.]

Diălaccă, à Laccâ sic dicta, apud Nicol. in Antid.

Diălectĭcă, f. p. διαλεκτική, Ars differendi; cujus finis est verum à falso discernere: ita dicta ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι: hoc est, à disputando. Cic. in Topic. Iudicandi enim vias diligenter persecuti sunt eâ scientiâ quam dialecticen appellant. Idem 4 Acad. Dialectica veri & falsi quasi disceptatrix & judex. De hâc arte lege Ciceronem ad Brutum. ¶ Dialectica, ut Diog. Laert. in vitâ Platonis inquit: Est disputandi ars, per quam aliquid aut probamus, aut improbamus, ex interrogatione itidem & responsione differentium.

Diălectĭcă, orum, plur. num. gen. neutr. I. Cic. Att. lib. 14: Accubans apud Vestorium hominem remotum à Dialecticis, in Arithmeticis satis exercitatum.

Diălectĭcē, adverb. διαλεκτικῶς, Cic. 1. Acad. Multa admixta ex intimâ philosophiâ, multa dicta Dialecticè, &c. Quintil. lib. 1. cap. 10: Orator etiamsi rarò, non tamen nunquam probabit Dialecticè.

Diălectĭcus, ci, subst. [διαλεκτικός. Gall. Dialecticien. Ital. Dialettico. Ger. Der die kunst der Dialectic lehret. Belg. Een Dialecticien

lecticus

lecticus. Hisp. *El que enseña ò aprende la arte de dialetica.*] Qui tractat dialecticam. Cic. in Orat. Disputandi ratio, & loquendi, dialecticorum sit: oratorum autem, dicendi & ornandi. Idem 4. Acad. Quid sit verum, aut falsum, dialecticus judicabit.

Dĭălectĭcus, a, um, adject. Quod pertinet ad dialecticum: ut, Dialecticæ captiones, apud Cic. de Finib. Disputationes dialecticæ, Quint. lib. 5 cap. 14.

Dĭălectos, διάλεκτος, Linguæ alicujus proprietas, quod scilicet unaquæq; lingua peculiare habet, & à cæteris distinctum. Unde quinq; dicimus esse Græcorum dialectos, Atticam, Ionicam, Doricam, Aeolicam, & Communem.

Dĭălexis, is, f. t. διάλεξις, Latinè disputatio.

Dĭăleucon, n. f. [διάλευκον. Pol. *Szafran bialawi.* Vnga. *Sáfrány*] Crocisativ. genus, in medio candidum, unde & nomen accepit. Plin. lib. 21. cap. 6. Est & per se genus sativi, blandissimum vulgò, quum in medio candidum, *dialeucon* vocant.

Dĭallăgē, f. t. διαλλαγή, à nostris transfertur *Consultatio.* Figura est quum plura argumenta ad unum effectum deducuntur. Quintil. lib. 9.

Dialoes, Medicamenti confectionem lege apud Galen. de Tuenda valetud. lib. 3.

Dĭălŏgus, gi, m. f. [διάλογος. Gall. *Dialogue, dispute entre quelques uns, devis entre personnes, oraison par personnages.* Ital. *Dialogo, libro ò opera dove due o piu persone parlano insieme disputando o ab[...]tramente.* German. Ein Gespräch. Belg. Een tsamensprekinghe / ofte ghesprecck van twee ofte meer persoonen. Hisp. *Libro o tratado en donde se introduzen algunas personas que disputan, ò hablen juntamente.* Polon. *Rozmowa, dialog miedzy dwiema albo trzema.* Vngar. *Egy néhány személy között valo beszéd, tréfa, vetekedés, (avagy) beszélgetés.* Ang. *A dialogue, a communication and a kind betweene many or diverse persons.*] Sermocinatio sive disputatio, duorum vel plurium, interrogationem mutuamq; responsionem continens, ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι, quod est disputare, sive sermocinari. Quintil. definit esse sermonem ex interrogatione responsioneq; compositum, de eâ quæ vel Philosophiam, vel Reipublicæ partes attingat, disceptans, cum apposità verborum personarumq; expressione. Cic. de Clar. Orat. Quum disputatio esset inter eos, ut est consuetudo dialogorum. ¶ Diog. Laert. in vit. à Platon. definit Dialog. Est autem Dialogus (inquit) ex interrogatione & responsione compositus, de eà re, quæ vel Philosophiam vel Reip. partes attingat, cum decenti & congrua expressione personarum quæ assumuntur, accurataq; compositione verborum.

Dĭălŏgismus, m. f. διαλογισμός, à Rufiniano refertur inter schemata διανοίας, quum scilicet quis secum rem aliquam volutans, tanquam cum altero colloquens interroget & respondet. Exemplum insigne est illud in Eunuch. Terent. Quid igitur faciam? non eam ne nunc quidem? Quum accersor ultro? an potiùs ita me comparem, Non perpeti meretricum contumelias? Exclusit, revocat; redeam? non si me obsecret.

Dĭălūtĕnses, Pelagiæ ex purpurarum genere sunt, quæ vario soli genere pascuntur. Autor Plin. lib. 9 cap. 37.

Dĭălўtŏn, διάλυτον, Figura est quæ alio nomine asyndeton, sive asyntheton appellatur, quâ plures dictiones, oratione absque copulâ junguntur. Latinè dissolutum dici potest. Tale est illud Virg. lib. 4. Aeneid. Ferte citi flammas, date vela, impellite remos.

Dĭămannă, ex mannâ confectio apud Nicol.

Diamargariton, ex margaritis confectio cordalis apud Nicol.

Dĭămĕtĕr, pen. corr. m. f. [διάμετρος. Gall. *Vn diametre, une ligne passant tout à travers une figure de bord en bord.* Ital. *Linea che divide giustamente una figura.* German. Ein schnurschlechte linien so die figuren in zwey gleiche theil durchschneidet. Hisp. *Linea para partir ygualmente una figura, diametro.* Polon. *Linia ktora rowno przecina circul y wszystko.* Vngar. *Hasonlo két fele választo linea, (avagy) általoszto.* Ang. *A line going overthwart all that frome bordour to bordour, or margent to margent.*] Est recta linea, figuram quæ longissimè patet, ex æquo secans: veluti diameter orbis est linea, quæ sic a summo ad imum tendit ad circulum, ut per centrum eat, definitore Macrobio in Somn. Scipion. lib. 2. Sic in quadrangulo diameter vocatur linea à superiori lateris dextri angulo, ad inferiorem lateris sinistri perducta, hoc dissentit ab Euclidis definitione. Latini dimetientem vocant, nam Græcis διάμετρος, παρὰ τὸ διαμετρεῖν: id est, à diametiendo dicitur. Col. lib. 6: Est area rotunda, cujus dimetros habeat pedes septuaginta. ¶ Unde proverbialiter olim dicebatur ex diametro opposita: &, Diametro distare, ἐκ διαμέτρου, de vehementer inter se pugnantibus. Lucianus in Tyranno.

Diamonos, Mandragoras, apud Diosc. lib. 4 cap. 59.

Diamoron, à moris Celso dictum electuarium, & describitur à Nicol. in Antid.

Dĭănœă, f. p. Mens, intellectus. [דעת dáhath. διάνοια. Gall. *Entendement.* Ital. *Mente, intelletto.* German. Die vernunfft oder verstand. Hispan. *Entendimiento.* Polon. *Rozum, dowcip.* Vngar. *Eszelme, okosság.* Angl. *The vnder standing.*] Unde figuras dianœas vocant Rhetores, quæ sensum magis, quàm verba spectant. Quintil. lib. 9 Figuras quæ lexeos, quæque dianœas vocantur. ¶ Dianœa, inquit Rufinianus, fit propriè, quum præponitur non id quod fieri oportet, sed quod fit. Virgilius: Furor arma ministrat. Tullius: Dolabella autem quemadmodum homines nobiles decet, ulcisci injuriam fortissimè perseverat.

Diacolibanum, ex opiatis (ut vocant) electuarium, ac Olibano: sic inscriptum a Nicolao compositorum consarcinatore.

Dĭăpasmă, atis, n. t. [διάπασμα. Germ. Ein gemengt Pulver von gutem geschmack vnnd trockner Natur / das man auff den leib stræwet / den schweiß zu vertreiben.] Inspergimen siccis odoribus constans, ut scribit Plin. lib. 13. cap. 2. cujus præcipuus usus est in coercendis sudoribus, ut inarescant corpora à balneo: quanquam non ob hoc solùm, verumetiam ad fovendam, vel laxandam, aut astringendam aliquam corporis partem, soleat adhiberi. Vide Marcellum Virgilium in Dioscoridem lib. 1. cap. 21. Dicitur autem ἀπὸ τοῦ διαπάσσειν, inspergo. Martial. lib. 1: Quid quod olet gravius mistum diapasmate virus.

Dĭăpāsōn διὰ πασῶν, Musicæ mensuræ genus, constans ex diapente & diatessaron: hoc est, ex quinque tonis & duobus semitoniis minoribus. Qua de re vide Commentarium Macrobii in Somn. Scipionis.

Diapenidion, a penidiis dictum pectorale est medicamentum.

Dĭăpentē, διὰ πέντε, Musicæ mensuræ genus, tribus constans tonis & semitonio minore. Vide Macrob. in Somn. Scipionis.

Dĭăphănum, pen. corr. n. f. [διαφανής. German. Durchsichtig. Vngar. *Translátszó, világosság.*] Latinè dicitur transparens, sicut & crystallum ἀπὸ τοῦ διαφαίνειν quod est transluceo.

Dĭăphōnĭă, f. p. [διαφωνία. Vng. *Kétféle hangzás.*] Dissensio, discordia: διάφωνος, discordo, dissono.

Dĭăphŏră, pen. corr. f. p. [מחלקת machaliketh. διαφορά. Gall. *Difference.* Ital. *Differenza.* Germ. Underscheid. Hispan. *Diferencia.* Pol. *Różność.* Vngar. *Kétféle különbözés.* Ang. *Difference.*] Latinè differentia, ἀπὸ τοῦ διαφέρειν quod est differre.

Dĭăphŏrētĭcă mĕdĭcāmentă, διαφορητικὰ φάρμακα. Latinè vocantur discussoria, quæ scilicet collectiones incipientes non ad pus, aut ad saniem perducunt, (quod Græci vocant πυοποιεῖν) sed sine suppuratione aliquâ dispiciunt, & dissolvunt. Id enim medici διαφορεῖν, appellant.

Dĭăphrăgmă, atis, n. t. [διάφραγμα. Germ. Ein underschlagstein, ein wehr im leib oder wege von einer seiten zu der anderen zwischen den oberen yngeweiden / Hertz vnd Lungen / vnd zwischen den nideren. Pol. *Blanka ktora srzeci pnaca dzieli od watrob y u sliedziony.* Vngar. *Agyékhártya.* Ang. *The midriffe that devideth the hart and lightes from the other bowels.*] Quamvis ex vi vocabuli omne id significet quod in re aliquâ medium est, (unde & cartilaginem illam quæ nares dirimit, Græci διάφραγμα appellant) peculiariter tamen medici hâc voce utuntur pro musculo quodam rotundo, qui spiritalia viscera à naturalibus: hoc est, cor, & pulmones à jecore & liene, velut paries quidam interjectus interscipit & dirimit. Hujus autem musculi summum caput in costarum extremis statuitur, ubi multæ carnis est particeps: desinit autem in medium, quod membranosum est, & tendoni simillimum. Ab anteriori parte malo punico annectitur, circumductumque per notharum costarum extrema, retro ad duodecimā spinæ vertebram adhærescit. Tunicas habet duas, superiorem a membrana costas succingente, inferiorem verò à peritonæo. Usus ejus est triplex: nam & primùm est respirationis instrumentum: deinde non leve ad alvi exonerationem affert momentum: postremò vitalia (ut jam diximus) à naturalibus separat: unde etiam nomen accepit: διαφράττειν enim aliud nihil est quàm intersepire. Qua ratione etiam à Latinis Septum transversum appellatur. Corn. lib. 4: At sub corde atque pulmone transversum ex validâ membranâ septum est. Idem in Proœ. lib. 1: Simulatq; verò ferrum ad præcordia accessit, & discissum transversum septum est, quod membrana quâdam superiores partes ab inferioribus diducit (διάφραγμα Græci vocant) hominem protinus animam amittere.

Diaponi, orum, m. f. dict. Cretensium canum aliqui, quasi qui semper in certamine congrederentur fortes.

Dĭăpŏrēsis, pen. prod. Dubitatio. [διαπόρησις. Gal. *Doutance, doute.* Ital. *Dubitanza.* Germ. Zweifflung. Hisp. *Duda.* Polon. *Wątpienie.* Vngar. *Kételkedés.* Ang. *A doubting.*] Figura oratoria, quæ fit, quoties omnia & magna videntur & paria, ita ut orator nesciat à quibus potissimùm dicere incipiat. Terentius Eunuch. Quid commemorem primum, aut laudem maximè? Illum qui dedit mihi consilium ut facerem, an me qui ausus sim incipere? an fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit?

Dĭăprăsium, ex prasio herbâ medicamentum, cujus descriptionem vide apud Nicol.

Dĭapsalmă, atis, n. t. [סלה selah. διάψαλμα.] Commutatio rhythmi, aut vicissitudo canendi, ut quidam volunt. Alii pausationem spiritus interpretantur, alii alterius sensus exordium, alii rhythmi distinctionem, alii verò cujusdam musicæ varietatis silentium. Autor Hieron. in Epist. ad Marcellum.

Dĭārium, arii, n. t. à die fit, & significat victum quotidianum, id est, quod in unius diei cibum datur. [דבר יום ביומו debar jom bejomó. ἐφημερίς, ἡ ἐφήμερος σῖτος. Gall. *Pitance d'un jour, ou ce qui en depend en un jour.* Ital. *Il vivere d'ogni giorno.* German. Ein tägliche speiß / was man in einem tag isset oder verthut. Bel. Spijse oft provande op eenen dach. Hispan. *La dieta comida de un dia.* Polon. *Tkarm ktory na jeden trawiony albo widziany.* Vngar. *Mindennapi élelem.* Ang. *The allowance of one day.*] Mart. lib. 11: Sed lupus usuram, puerique diaria poscunt. Horat. 1. Epist. Cum servis urbana

diaria

diaria rodere. ¶ Accipitur & pro libello in quo acta quotidiana perscribuntur. [Græci ἐφημερίδα appellant. Gall. *Papier journal.* Ital. *Giornale.* German. Ein büchlin in welches man eines jeden tags Geschicht verzeichnet. Belg. Dagelijcx handel Boeck. Hisp. *Historia que procede dia en dia.* Polon. *Kśiąśka do ktorey spráwi [illegible] wpisuiemy.* Vngar. *legizó könyv [illegible], [illegible] mindennap, dolgát [illegible].* Ang. *A te [illegible] booke.*] Iuvenal. diurna, plurali tantùm numero. ¶ Legitur & Diarius, a, um, ἐφήμερος: ut, Diaria febris: hoc est, febris unius diei: quamvis non raro in quartum usque diem producatur.

Diarrhœa, [Διάῤῥοια. German. Der durchlauff des Bauchs. Polon. *Biegunka.* Vngar. *Has menes.*] Alvi purgatio, ventris fluxio. Cicer. Gallo: In cœna augurali apud Lentulum tanta me diarrhœa arripuit, ut hodie primùm videatur cœpisse consistere.

Diarrhyton, [Διάῤῥυτον. Vngar. *Nedves vizes.*] Græcis significat aquosum, palustre: quo cognomine etiam Hipponem Africæ Zeugitanæ oppidum, ab Hippone regio (quod oppidum est Numidiæ) distinxerunt: quod & Rumanorum [illegible], *Hipponem dilutum* vocaverunt. Autor Plin. lib. 5. cap. 4.

Diasatyrion, Διασατύριον. Compositio quædam medicorum ad excitandam Venerem: ita dicta quòd satyrion herbam recipiat, excitando Veneris appetitu in primis efficacem.

Diastēma, atis, n. t. Græca dictio, spatium, intervallum, sive intercapedinem significans. [[illegible] Διάστημα. Gall. *Intervalle, [illegible].* Ital. *Interuallo.* German. Abstand oder weite. Hispan. *Espacio.* Pol. *Sztrokosc, [illegible], taka iest miedzy [illegible].* Vngar. *Köz.* Angl. *Space, or distance.*] Vtitur hac voce Sidonius Apollinaris, qui tamen in hoc falsus est quòd penultimam syllabam corripuerit, quæ apud Græcos per η longam vocalem scribitur. Sic, *inquit*, placidam Paphien servare diastema quintum.

Diastoleæ dicuntur rationum correctores, seu distinctores, vel quod magis est, gratiæ divisores: διαστέλλω enim est divido ac distinguo.

Diastole, Διαστολή, Figura est dictionis, qua brevis syllaba contra naturam producitur. ut, Italiam fato profugus: ubi prima syllaba in dictione Italiam, quæ natura brevis est, extenditur. ¶ Diastole item apud medicos vocatur dilatatio thoracis, quæ fit quum spiritum attrahimus, quemadmodum & systole ab iisdem vocatur illa cordis, thoracisque contractio, quæ fit interexpirandum.

Diasyrmos, Διασυρμός. Figura est qua una dictio ad duo diversa significata distrahitur. Virg. 9. Eclog. argutos interstrepere anser olores: id est, malus Poeta inter bonos. Fit à verbo Græco διασύρω, quod inter cætera significat distraho.

Diatessaron, Διὰ τεσσάρων, autore Macrobio, Musicæ mensura est constans duobus tonis & semitonio minore.

Diatheca, æ, f. p. [[illegible] דיאתיקי *[illegible].* Διαθήκη. Gall. *Testament.* Ital. & Hispan. *Testamento.* German. Ein Testament. Polon. *Testament.* Vng. *Testamentum.* Ang. *A testament.*] & Diatheca, orum, pro testamento ponitur, & pro hæreditate quæ testamento obvenit. Quum autem testamentum significat, pluraliter plerunque effertur. Martial. lib. 11: O quantum diatheca valent, & quinque comati, Tunc quum pauper erat, non sitiebat Aper.

Diatretus Tornatilis, Διάτρητος: ut, Diatretus calix. Διατρᾶν enim aut perforo significat, aut torno conficio. [German. Ein Drächsler. Belg. Een houtdraeyer. Pol. *Toczony, krecony.* Vngar. *Es [illegible] faragot.*] Vlp. l. Si Servus, ad legem Aquil. Si calicem diatretum faciendum dedisti, si quidem imperitiâ fregit, damni injuriâ tenebitur. Hæc pocula à Cicerone & Salustio ferè toreumata vocantur. Hinc Diatretarius cælator, qui tornatæ opera facit, in l. 1. C. de excus. artific.

Diathesis, pen. corr. Διάθεσις, Affectus: & unum ex accidentibus verbi, quod Latini Genus vocant.

Diatreon, pipereon, medicamentum, quod ex tribus piperibus conficitur. Compositionem docet Galen. de valetud. tuend. lib. 4.

Diætæri, Græcè Διαιτάριοι, Custodes navis sunt, qui nō precio conducti, sed solo victu navem custodiebant. Vox est composita, ἀπὸ τῆς διαίτης: id est, à victu, καὶ τοῦ ὁρᾶν, quod custodem notat. African. ff. Naut. caup. stab.

Diaulos, δίαυλος, Spatium duorum stadiorū. Stadium enim, ut Hieronymo placet, pedes in longitudinē, sexcentos habet: diaulos, mille ducentos: milliarium, stadia octo: dolichus δόλιχος, stadia duodecim. Vitruv. lib. 5: In palæstris, peristylia quadrata, sive oblonga ita sunt facienda, uti duorum stadiorū habeant ambulationis circuitum, quam Græci vocant δίαυλον. ¶ Item Diaulus vicerat ex medico factus cadaverum funerator: de quo Martial. Chirurgus fuerat, nūc est vespillo Diaulus.

Dibalo, as, are, Verbum ab animalium voce ad homines trāslatum. Dibalare rem, est quod Græcè dicitur τὸ [illegible] τῶν ἐ[illegible]. Var. lib. 6 de linguâ Latinâ.

Dibapha, sive Dibaphos. [[illegible] *[illegible] s. hanni.* δίβαφα, ἀπὸ [illegible]. Gall. *Teinte deux fois, renforcé de teinture comme estoit la pourpre.* Ital. *[illegible] tinta due volte.* Germ. Zwey mal eyngetunckter Purpur. Hispan. *[illegible] dos veces tenida, de color bermejo.* Pol. *Purpura [illegible].* Vngar. *Kétzer festett bá[illegible], [illegible].* Angl. *Twise [illegible] purple died.*] Purpura Tyria bis tincta: ita dicta [illegible] διβαφής. Plin. li. 9. cap. 39: Huic successit dibapha Tyria quæ in libras denariis mille non poterat emi. Hac Lentulus Spinter Aedilis curulis primus in prætexta usus improbabatur, anno Vrbis conditæ septingentesimo, Cicerone Consule. Cicero Cælio: Curtius noster δίβαφον cogitat: sed eum infector moratur. Vbi notat Curtium nullius pretii hominem, qui immaturè aspirabat ad magistratum.

Dica, f. p. Iudicium, actio, libellus actionem continens. [δίκη. Gall. *Vne cause ou procez, vne action.* Ital. *Petitione ò dimanda in iuditio.* German. Ein brieff in welchem ein Rechtshandel begriffen oder verkündet wird / ein Manungs brieff. Hispan. *Demanda en iuizio.* Polon. *Pozew w ktorem [illegible] iest opissana.* Vngar. *Pörbely felele[illegible] (avagy) felelet.* Angl. *A cause, action or processe.*] Terent. in Phorm. En unquam injuriarum audisti mihi scriptam dicā? Cic. 4. Verr. Scribitur Heraclio dica. Hoc est, Ecquando audisti me injuriarum nomine in judicium fuisse vocatum? Ibidem: Cognatum te meum esse dicam: & tibi scribam dicam. δίκην λαγχάνω. ¶ Dicitur & Dicam impingere. Terent. Phorm. Si tu illam attigeris secus quam dignum est, Dicam tibi impingam grandem. ¶ Est item Dica dea apud Græcos, de qua in propriis.

Dicacitas, f. t. [Polon. *Smiekotliwość.*] Dicaculus, Vide Dico, dicis.

Dicæodotes, is est, qui jura reddit & jurisdictionem habet, in cujus potestate sunt judicia.

Dicæologia, [Δικαιολογία. Vngar. *Befele [illegible].*] Iuris sui in medium prolatio, quum scilicet jure nostro freti, æquitatem causæ quàm brevissimè complectimur. Rutilius Lupus.

Dicax, Vide Dico, dicis.

Dichoræus, Διχόρειος, Pedis genus est, ex duobus constans trochæis: ut, Ant[illegible]: quum scilicet prima & tertia syllabæ producuntur, secunda autem & quarta corripiuntur.

Dichotomos, [[illegible] *[illegible].* Διχότομος. Gall. *Depart en deux parties.* Ital. *Partito in due parti.* German. Zu zwey theil geschnitten. Hispan. *Partido en dos partes.* Polon. *[illegible].* Vngar. *[illegible].* Ang. *Devided [illegible] parts.*] Apud nos idem est quod dimidiatum, ut per medium sectus: qualis septimo quoque die post plenum orbem luna videtur.

Dicis causa, Vide Dico.

Dico, as, priore correptâ, act. p. Consecro, dedico. [[illegible] *[illegible] s. [illegible]*, ἀφιερόω. Gall. *Dedier, consacrer, donner à perpetuité.* Ital. *Dedicare, consecrare.* German. Zueignen/widmen. Hispan. *Dedicar ò consagrar.* Polon. *[illegible].* Vngar. *Szentelek, szántok, [illegible].* Ang. *To consecrate, to give over for ever.*] Plinius lib. 12. cap. 1: Priscoque ritu simplicia rura etiam nunc deo præcellentem arborem dicant. Cic. 1. Tuscul. Dicati Apollini cygni. ¶ Accipitur etiam pro addicere, offerre, & se totum alicui tradere. Cic. Cæl. lib. 1: Balbum quanti faciam, quamque me ei totum dicaverim, ex ipso scies. Idem 3. de Orat. Non vidit eorum ipsorum qui tum adolescentes Crasso se dicarent, horribiles miserosque casus. ¶ Dicare se in aliquā civitatem, & Dicare se civitati, Cic. pro Corn. Balbo. ¶ Hujus verbi composita sunt Abdico, Dedico, Indico, Prædico, quæ habent pen. corr.

Dicatio, onis, f. t. Consecratio, addictio. [[illegible] *[illegible]*, ἀφιέρωσις. Gall. *Dediement, consecration, [illegible].* Ital. *Essa consacrar dedicare.* German. Zueignung. Hispan. *La dedicacion.* Polon. *Ofiarowanie.* Vngar. *[illegible].* Angl. *A vowing, a promising or consecrating.*] Cic. pro Cor. Balbo: Duarum civitatum civis esse nostro jure civili nemo potest. Non esse hujus civitatis civis qui se alii civitati dicaret, potest. Neque solum dicatione, sed etiam postliminio potest civitatis fieri mutatio.

Dicatura, æ, f. p. [[illegible], Dicatio. Vng. *Szentelés, [illegible].*] Plin. in præfat. Nec fiducia operis hæc est, sed dicatura: sic enim legi debet non verò indicatura.

Dico, is, priore prod. dixi, dictum, act. 3. Loquor, eloquor, verba facio, narro, orationem habeo, commemoro, profero. [[illegible] *amar.* λέγω. Gall. *Dire, parler.* Ital. *Dire, parlare.* German. Sagen/reden. Belg. Seggen. Hispan. *Hablar, dezir, o[illegible] [illegible], dezir simpliciter.* Polon. *Mowie, powiedam.* Vng. *Mondom, [illegible].* Angl. *To say, tell, or shew.*] Cicer. pro Quintio: Quid hoc iniquius dici aut commemorari potest? Apud Oratores vero, Loqui est qualiacunque verba proferre: dicere verò, eleganter & facundè. Quintil. lib. 10: Nam mihi ne dicere quidem videtur, nisi qui dispositè, ornatè, copiosè dicit. Cic. in Orat. Quanquam aliud videtur oratio esse, aliud disputatio: nec idem loqui esse, quod dicere: attamen utrunque in disserendo est: disputandi ratio, & loquendi, Dialecticorum sit: Oratorum autem dicendi, & orandi. Hinc dictio, λέξις, φράσις, vocatur oratoria & facunda oratio, licet etiam pro parte minimâ orationis significativâ accipiatur, quam Græci λέξιν appellant. ¶ Dicere etiam, vocare, nominare est. Virgil. 1. Aeneid. Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt. ¶ Quandoque indicare. Virgil. 3. Eclog. Dic mihi Damœta, cujum pecus? an Melibœi? ¶ Quandoque denuntiare, παραγγέλλειν. Terent. Andr. Sed dico, ne temerè facias. ¶ Quandoque promittere, ὑπισχνέομαι. Pompon. in Pistoribus: Numos certos dico quinquaginta millia. Salust. lib. 2. Histor. Eodem anno in Macedoniâ C. Curio in principio veris cum exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit, pecunias dictas coēgit. ¶ Quandoque pro affirmare.

Martial. in Amphit. Quum verus patriæ diceris esse pater.
¶ Quandoque dicare. Virgilius 6. Aeneid. Iunoni infernæ di-
ctus sacer ¶ Quandoque pro significare. Terent. in Evnuch.
At nesciebam id dicere illam. Et alibi: Quasi tu dicas factū id
meo consilio. ¶ Quandoque accipitur pro cantare. Virgilius
3. Eclog. Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ. ¶ Quando-
que pro pronuntiare. Hinc fit Dicere sententiam, quum tan-
quā consiliarii quid nobis videtur, pronuntiamus, ἀποφαίνεσθαι.
Quintil. Apud judicas quidem secundum legem dicturos sen-
tentiam, de confessis præcipuè ridiculum est. ¶ Dicere leges
aliud est quàm Ferre leges, ἐπιτάττειν νόμους. Feruntur enim le-
gas apud suos. Dicuntur autem victis: hoc ast, imperantur.
Liv. Quando perinde ac victo jam sibi lages dicerentur. ¶ Di-
cere diem, ast citare, val in jus vocare, & diem præfigere, quo
ad causam dicandam præstò sit. ἐπάγειν δίκην. Livius 3. ab Ve-
be: Quum diam Appin Virginius dixisset, Appius stipatus Pa-
triciis juvenibus in forum descendit. Interdum atiam extra ju-
dicium dicere diam, est certum diem præfigere, constituere,
sive assignare. Terentius Andr. Hic nuptiis dictus est dies. Cæ-
sar 1. bell. Gall. Diem dicunt, qua ad eipam Rhodani omnes
conveniant. ¶ Dixti per syncopen, pro dixisti. Terent. Evnuch.
Dixi evnuchum velle te. ¶ Dicere causam dicitur reus, quum
accusationibus respondere cogitur. Livius de bell. Macedon.
Scipio jussus dicere causam, orationem, &c. Cæsar 1. bell. Gall.
Orgentorigem ex vinculis causam diaere aoëgerunt. ¶ Dicere
causam pro aliquo: id est, Descendera. Plaut. Bacchid. Sed tu
qui pro tam corrupto dicis causam filio, Eadémne erat hæc
distiplina olim quum tu adolescens eras? Non dico causam
quin: id est, Nō tenuo. Terent. Phoem. Non causam dico, quin
quod meritus est ferat. ¶ Dicere dotem filio, vel filiæ, est pro-
mittare in dotem. Terent. Heavt. Quid dotis dicam te dixis-
se filio? Et paulò pòst: -sed ita dictu opus est, si me vis salvum
esse, & rem & filium, Me mea omnia bona doti dixisse illi. Ci-
cero pro L. Flacc. Doti Valeria pecuniam omnem suam dixe-
rat ¶ Dicere cœnam, Plautus Stic. Fero convivam Dionysium,
mihique Et tibi, namque Aedepol cœna dicta est, locus liber
datus est mihi, & Tibi apud vos. ¶ Ius dicere, est magistratuū.
Cic. de Provin. consul. Emisti grandi pecuniā ut tibi de pecu-
niis creditis jus in liberos populos, contra Senatusaonsultum,
& contra legem generi tui dicere liceret. Idem pro L. Flacc.
Qui anno antè Romæ jus dixerat. ¶ Dicere Magistrum equi-
tum, peo creare. Liv. 5. ab Vrbe: Is sibi magistrum equitū Post-
humium Ebutium dicit. ¶ Dicere multam antiqui tum dice-
bant, quum ad populum & in comitiis multa distepeanda ir-
rogabatur, quod ipsi Certare multa dicebant. Livius 2. bell.
Punic. lib. 5: Excitatique tandem duo Trib. pleb. Sp. & L. Car-
vilii quum rem invisam, infamemq; cernerent, ducentûm mil-
lium æris multam M. Posthumio dixerūt: cujus certandæ quū
dies advenisset, &c. Dicere multationem, sive multam peco-
ris Plin. lib. 18. cap. 3: Multatio quoque non nisi ovium boum-
que impendio dicebatur. Varro: Sed quum ejusmodi multa
pecoris armentique à magistratibus dicta erant, abigebantur
oves bovesque. ¶ Dicere Musam alicujus. Virgilius Eclog. 8:
Damonis Musam dicemus & Alphasibœi. ¶ Dicere nomen a-
licui, pro imponere. Livius 1. ab Vrbe: Brevi stirps quoque vi-
rilis ex novo matrimonio fuit, cui Ascanium parentes dixère
nomen. ¶ Dicere repudium. Tacitus libro 3: Quirinus post di-
ctum repudium adhuc infensus, quamvis infami, at nocenti
miserationem addiderat. ¶ Dicere sacramento dicabantur mi-
lites quum ad jusjurandum adigabantur, Rempublicam se
non deserturos. Livius 2. bell. Punic. 5: Tribuni plebis, si eis vi-
deretur, ad populum ferrent, ut qui minores decem & septem
annis sacramento dixissant, iis perinde stipendia procederent,
ac si viginti anoorum, aut majores milites facti essant. Idem 4.
ab Vrbe: Hoc decreto Consul armatus, quum paucis appel-
lantibus Tribunum, collum torsissat, metu æteri sacramento
dixère. Dicere sacramentum. Livius 4. bell. Punic. Hodia Con-
sules creatis, quibus sacramenta liberi nostri dicant. Horat. 2.
Carm. Ode 17: -non ego perfidum dixi sacramētum. ¶ Dicere
de scripto. Cicero pro Planc. Recitetur que oratio, quę propter
ejus magnitudinem dicta de scripto est. ¶ De loco superiore,
vel è loco superiore. Cic. 4. Varr: Primùm ipse in Siciliā sæpè &
palam de loco superiore dixerat: Id est, de sellā Prętoriā & pro
tribunali sedans. Suprà enim dixerat, Palàm de sellā tribunali.
Idem Attic. lib. 2. 39: Q Catulum ex inferiore loco jusserat di-
cere. ¶ Dicere sententiam senator dicitur, quum suam in sena-
tu sententiam axponit. Cicero 6. Verr. Mos est Siracusis, ut si
qua de re ad Senatum referatur, dicat sententiam qui velit,
nominatim nemo rogatur. Cæl. Ciceroni: Consulem dasigna-
tum primùm sententiam dicentem. ¶ Dicere pro sententiā, idē
quod dicere sententiam: sicut Dicere testimonium, & pro testi-
monio. Livius 2 bel. Macedon. Et quando nemo vestrûm qui
in hoc aonsilium convocati estis, pro sententiā quicquam di-
cere vult, aut audet, orationes Legatorū externo die pro sen-
tentiis, dictas percenseamus. ¶ Dicere ex tempore. Plin. Epist.
27: Dicit sempee ex tempore, sed tanquam diu scripsarit. Quin-
tilianus lib. 6. cap. 3. ¶ Dicera tastimonium, & testimonia, est
testificari & probare. Cicero ad Quintum Fratrem lib. tertio:
Quum tastimonium secundum finem & religionem gravissi-
mè dixissem. Idem pro Sylla Qui in illum testimonia gravia
dixerunt. ¶ Dicere pro testimonio, quod nunc dicimus *Depo-*
nere. Cic. lib. 7. Verr. Dicetis pro testimonio de missione nauta-
rum, de fame, &c. ¶ Dicere ad voluntatem alicujus, est assen-
tari, adulari, Cic. de Amic. Semper augat assentatio id quod is,
cujus ad voluntatem dicitur, vult esse magnum. ¶ Dicare salu-
tem alicui. Cicero Attico libro 5: Cicero meus puar tibi salutē
dicit. Plautus Curculione: Veneri verbis meis salutem dicito.
¶ Dicitur impersonale. Cic. 3. de Nat. deor. Quarens in quam
heroicis temporibus Acantho Rhodi peperisse dicitur. ¶ Cic.
3. de Orat. Quamvis sphæram in scanam (ut dicitur) attulerit
Ennius: tamen in sphærā fornicis similitudo non potast inesse.
¶ Diceret, pro dicere posset. Terent. Andr. Nec satis ad objur-
gandum causæ, diceret, Quid feci, quid commerui, aut pecca-
vi pater? ¶ Dicere volui, correctionis genus est, quum quis in
loquando falsus est, ac verbum vnū pro altero protulit Plaut.
Milite: Sorbet dormiens. PA. Qui sordet? V. Illud, stertit volui
dicere. ¶ Dicassis pro diaas: Dice pro dic, apud Comicos fre-
quentia. Plautus Curculione: Haud in me malè meditantem
malè dicassis. Idem Ruden. Tu si quid opus est, dice. ¶ Hujus
verbi aomposita sunt, Addico, Antedico, Contradico, Edi-
co, Indico, Interdico, Peædico, quæ habent penultimam pro-
ductam.

Dĭctum, n. s. & Nomen esse potest, & participium, ῥῆμα, λόγος [דבר
dauer דבר *dāuar*. קול, *qōl*. ... Gall. *Vn mot, vne parole, vn dire*.
Ital. *Parola, motto, detto*. German. Ein wort / ein red. Belg. Een
woort / ofte spraeck. Hispan. *El dicho*. Polon. *Mowa powiesc*. Vngar.
Mondás. Angl. *A worde, a saying*] Terentius utrunque com-
plexus est quum dixit: -nullum est jam dictū quod non dictū
sit prius: nam prius ast nomen, secundū participium. Dictū no-
men accipitur pro quovis sermona. Plaut. Cistel. Pergo illā,
subagito blandis prius & benedicis dictis. Idem Asin. -an in
tibi verba blanda esse autum rete? dicta docta prodatis? Ovid.
13. Metamorph. -neque abest facundis gratia dictis. ¶ Vernile
dictum: hoc est, scurrile, & peocax. Tacit. lib. 18: Vernile dictū
omnem invidiam in eum vertit. ¶ Dicto audiens: hoc ast, obe-
diens. Quintil. lib. 13. cap. 6: Minus dicto audientem filium li-
cet abdicare. Cic. 6. Verr. Quæsivi an misissat, respōdit id quod
necesse erat, scilicet dicto audientem fuisse Prætori. ¶ Dictis
aliquem aggredi. Virg. 4. Aeneid. Talibus aggreditur Venerē
Saturnia dictis. ¶ Dictum at factum reddidit. Hac figura signi-
ficatur nihil esse prætermissum in negotio procurando, Te-
rent. ¶ Et quamvis Dicta generaliter dè quovis sermone di-
cantur, apud veteres tamen pro facetiis & jocis poni solent,
σκώμματα. Cicer. lib. 2. ad Attic. Itaque nostri, quum omnia di-
xissemus dicta, essentque facetè & breviter & accurate jocata,
ea proprio nomine appellari dicta voluerunt. Terent. Evnuch.
Facetè, lepidè, lautè, nihil suprà: Tuum obsecrōne hoc dictum
erat? Vbi Donatus: Dictum id, quod proverbium, sive adagium
quod facetis hominibus adscribitur. ¶ Dictu, pro Ad dicendū
ut, Dictu nihil facilius, apud Terentium in Phorm.

Dĭctŭrĭo, ris, n. q. pen. corr. verbum desydarativum: ac ἰδρυνέω.
Dicere copio, sive dicere molior. [λεξείω. Pol. *Swiekocs*. Vngar.
Modani, szólani kéuánok.] Macrob. Saturn. lib. 7. cap. 3: Sed Per-
ge, Aviene, ne ultra te dicturientem retardem. Idem lib. 7. cap.
1: Quid duces & milites, qui fortiter à se facta semper dictu-
riunt.

Dĭctĭo, f. t. Oratio, dicēdi genus, actio. [אמרה *imrāh* דברה *dabbe-*
rāh מאמר *maamār* λέξις. Gall. *Parole, mot*. Ital. *Voce*. German. Ein
wort. Belg. Een woort. Hispan *Vna palabra*. Polon. *Slowo*. Vngar.
Bezéd, szollás, mondás, ige, Ang. *A word*.] Dictio testimonii: id est,
jus testimonii diaendi. Terent. in Phorm. Servum orare cau-
sam leges non sinunt, neque ei testimonii dictio est. ¶ Sen-
tentiæ dictio. Cicer de Invent. Aliud enim laus, aliud vitupera-
tio, aliud sententiæ dictio, aliud accusatio, aliud recusatio
conficere debet. ¶ Item pro facundā & oratoriā oratione.
[ῥῆσις. Gall. *Oraison, raisonnement*. Ital. *Ragionamento*. German.
Ein wolgesagte Red / ein gewohnlicher Brauch zu reden. Hispan. *Ra-*
zonamiento.] Cic. 2. Tusc. Itaque quum ànte meridiem dictioni
operam dedissemus. Idem de Clar. Orat. Malim mihi L. Crassi
unam pro M. Curio dictionem, quàm aastallanos triumphos
duos. ¶ Dictio, pro oraculo. Liv. 8. ab Vrb. Accito ab Tarenti-
nis in Italiam data dictio erat, caveret Acherusiam aquam,
Pandosiamque urbem: ibi fatis ejus terminum dari.

Dīcēndŭs, a, um, Adjact. Quintil. Cum pondere aliquo hæc di-
cenda sunt. ¶ Dicundum antiqui pro Dicendum ponebant.
Plaut. Mil. Imò etiam amplius: nam si non dat, dominum di-
cundum censeo.

Dĭcāx, om. t. Qui dictis abundat, qui facetè & acutè dicta jacit.
[מצחק *metsachek* מהביב *ma.hib.* σκώπτης, φιλοσκώμμων. Gall.
Mocqueur, iaseur, railleur Ital *Dicace, maldicēte*. Germ. Schwätzig /
spevig / schimpflig / spöttisch. Belg. Schimpachtig. Hisp. *Dezidor y*
parlero demaziado. Polon. *Trakiori vstawiczne gadaczy mowy*. Vngar.
Tsá-fogo trfás. Ang. *That speaketh much, a prater, a babler*.]
Quintil. lib 6. cap. 4: Demosthenem urbanum fuisse dicunt,
dicacem nagant. Cicer. 2. de Orat. Quod est hominibus face-
tis & dicacibus facillimum. Idem pro Cæl. Quàm volent in
conviviis faceti, dicaces, nonnunquam etiam ad vinum diserti
si sint.

Dĭcācŭlŭs, σκωπτικός, Aristophani, & αἰγλωττος, & Dicacula di-
minutiva sunt. [Pol. *Swiekos*. Vng. *Tsásfogotska*. Angl. *A pra-*
ter, a babler.] Plaut. in Asin Satis dicacula es amatrix.

Dĭcācĭtās, f. t. Est sermo, cum risu alios incessens, inquit Quint.
lib. 6.

li.6.c.4. [פטפוט pitpút, לעג lahágh, שיחות schenináh, מהתל mahthél. φιλοσκωψία. Gall. *Propos qui rencontre, mocquerie facetieuse, iaserie, brocardene.* Ital. *Cianciamento.* Ger. Spotted/spreyung/schwetzung. Hisp. *Damasiada, parleria.* Polon. *Szydzenie, blekotanie.* Vngar. *Tsúfolás, nyelvelés.* Angl. *Prating, chatting.*] Cicer. in Orat. Huic generi orationis aspergentur etiam sales, qui in dicendo mirum quantum valent: quorum duo genera sunt, unum facetiarum, alterum dicacitatis. Idem 2. de Orat. Scurrilis oratori dicacitas magnopere fugienda est.

Dictiōsŭs, idem quod dicax. [Vngar. *Tsúfos.*] Varro libr. 6. de Ling. Latin. Hinc appellatum, *inquit*, in mimo dictum, & dictiosus.

Dicto, as, frequentativum à verbo Dico: quod tamen à primitivi significatione nonnihil recedit. Est enim Dictare aliquid tractim pronunciare, ut calamo excipi possit. [ὑπαγορεύω, ὑπαγορεύω. Gall. *Nommer & dicter à un autre qui escrit.* Ital. *Dettare.* German. Angeben oder vorreden auffzuschreiben. Belg. Voorseggen dat yemant opschrijft. Hispan. *Dezir lo que otro escrive.* Polon. *Lekcią dać, do pisania podać.* Vngar. *Mondogalom, beszéldegélem, pronunciálom.* Angl. *To tell an other what shuld be writ, to endite.*] ¶ Accipitur etiam dictare, pro suggerere: ut, Ratio dictat: hoc est, suggerit, ὑφηγεῖται, ὑπαγορεύει. Plin. in Epist. O sylva, ô litus, quàm multa componitis, quàm multa dictatis. Boëthius: Ecce mihi laceræ dictant scribenda Camœnæ. Camœnæ enim litus, ac solitudo tacitè suggerunt nobis quod scribamus, quemadmodum ratio, & nonnunquam indignatio dictat: quod etiam annotavit Valla in Raudensem. Plin. lib. 26. cap. 4. Igitur demonstratarum priore libro herbarum reliquos effectus dicemus, adjiciemusque quas ratio dictaverit. ¶ Dictare, pro edicere, seu polliceri. Quint. lib. 11. c. ult. Aut cum sodalibus jocantur, aut nonnunquam ad librios suos ita respiciunt, ut sportulam dictare videantur. ¶ Dictare actionem sive judicium, apud Iurisconsultos significat actionem adversario voce edere, quum actor adversario quam actionem intenturus sit denuntiat.

Dictātă, n. f. Dicuntur veluti themata atq; præscripta quæ magister ludi pueris præbere consuevit. [Gall. *Ce que le maistre donne à escrire à ses disciples.* Ital. *Quello che il maestro da in nota à suoi discepoli.* German. Das ein Schulmeister seinen Lehrjüngern auffzuschreiben angegeben hat. Hispan. *La lection que se da a los discipulos para escrivirla.* Polon. *Rzecz ktora poto [illegible] mistrz do pisania swoim ucz[illegible].* Vngar. *Az mit az mester tanituányinak beszéllget, és magyaráz, [illegible] nyelvesz[illegible].* Angl. *That which the master enditeth [illegible].*] Cic. ad Attic. 13. Non modò Tironi dictare, sed ne ipsi quidem auderem scribere. Horat. Sic iterat voces & verba cadentia tollit, Vt puerum sævo credas dictata magistro. ¶ Nec [illegible] literis tantùm, sed in aliis quoque artibus dictata dicuntur. [illegible] peragit dictata magistri Omnia. Suet. in Cæsa. [illegible] tirones [illegible] suscipereot, ipsiq; dictata exercentibus [illegible] vbi per dictata gladiatoria præcepta, documentaque significantur. Dictata autem dicuntur hujusmodi themata quoniam quæ docemus, inculcamus, ut penitùs excipiantur & edisçantur.

Dictātĭo, onis, f. t. dictata. [Polon. *Powiedanie.* Vngar. *Magyarázás, oktatás, [illegible].*] Paul. D. l. 29. Tit. 1. libro 90: Lucius Titius miles notario suo testamentum scribendum notis dictavit, & antequam literis præscriberetur, vitâ defunctus est. Quæro an hæc dictatio valere possit?

Dictātor, m. t. δικτάτωρ, δικτάτωρ, αὐτοκράτωρ τῶν λοιπῶν ἀρχῶν. Apud Romanos summus erat magistratus qui periculosissimis reip. temporibus à consule de nocte capitis auspiciis dici solebat: unde & Dictator dictus est: Et quia cæteris omnibus magistratibus, præterquam Tribunos plebis, cessantibus, Dictatoris summa potestas erat in populum, is quoque Magister populi appellatus est, ut scribit Varr. Cic. 3. de Finib. rectiùs magister populi (is enim est Dictator) quàm Sylla. Erat autem extraordinarius magistratus habens jus animadvertendi in cujuscunque civis Romani caput, nec ab eo provocandi jus erat, nec alio pacto creari solebat quàm quum vis aliqua major repente oborta ingentem urbi cladem minitari videretur. Dicebatur autem Dictator à Consule, qui deinde Magistrum equitum dicebat. Liv. lib. 9. ab Vrbe: Fabius L. Papyrium Dictatorem dixit. Iuven. Sat. 8. Fumosos equitum cum Dictatore magistros.

Dictātŏr, [Vngar. *Emeng.*] cujus in urbe Româ summum jus, & planè regia potestas fuit, lege latâ, ut opinor, T. Lartio Flavo II. Qu. Clœlio coss. sine provocatione creatus, & de consularibus lectus. Porrò, quum de consularibus eum legi lex juberet, sequebatur, ut de patriciis crearetur, consules enim tunc, & per annos deinde multos, patricii fuerunt: nec priùs de patriciis legi dictator desiit, quàm creari duo consules patricii desierunt: nō enim consul patricius dictatorem quenquam de plebe dixisset. itaq; qui primus de plebe dictator, fuit. C. Marcius Rutilus, is à M. Popillio Lænate consule plebeio dictus est. ita communicata plebi dictatura, anno ab Vrbe condita CCCIC., idque contra veterem consuetudinem, non tamē contra legem factum est: non enim lex dictatorem de plebe fieri vetuerat, sed de consularibus jusserat: at C. Marcius consularis. satisfecit igitur legi Popillius, quum consularem hominem dictatorem dixit: patriciis non satisfecit, quia cōsularē de plebe dixit: quum omnes antea de patriciis dici consuevissent. Eâdem fortasse lege sancitum est, (legem certè, quæ hoc sanxerit, nominat Plutarchus in Fabio) ne dictator equo posset uti, idq; vel ob eam causam, quòd, quū plus inesse roboris in pedestribus copiis putaretur, proptereà in legione permanere, nec locum deserere deberet imperator, vel quòd, quum ad alia omnia dictatoris esset singularis potestas, in hoc uno voluerunt eum populo inferiorem videri. Senatus tamen petenti Fabio Maximo Verrucosso contra veterem legem concessit, ut equo vehi posset, datumq; id hominis virtuti, ac tempori, quum cæsis ad Cannas Romanis, in uno Fabio, dictatore creato, melioris fortunæ spes reposita videretur. Dictaturæ spatium semestre fuisse, nec longiùs esse per leges potuisse satis constat: duo tamen, propriam potentiam legibus ac libertati anteponentes, L. Sylla, & C. Cæsar, uterq; patricius, perpetuam dictaturam armis invasêre. verùm Sylla modestior: dictaturam enim sponte deposuit, solusque, aut cum paucis comitibus in publico versari solitus est: eumque à quodam ingenii satis liberi adolescente conviciis acerbissimis vexatum historiæ produnt, Syllamq; tum dixisse, Hic adulescens nequis unquam posthac in deponendâ dictaturâ me imitetur, efficiet: Cæsar etiam illud sæpè in ore habuit: Sylla nescivit literas, quū ejus inscitiam, imprudentiāq; in omittendâ dictaturâ notaret. Ex Aldi libro de legibus Romanis.

Dictātrix, icis, f. t. quæ dicit agenda, præcipit & imperat. [Vng. *Parancsoló asszony.*] Plaut. Persa: Tu hic eris dictatrix nobis.

Dictātōrĭŭs, a, um, [ὁ τοῦ δικτάτορος. Vngar. *Emengbéz való, eméngi.*] Quod ad dictatorem pertinet, seu quod est Dictatoris. Liv. 6 ab Vrb. Postremò dictatorium fulmen in se intentatum. Dictatorius gladius, Cic. pro Cluen. Dictatorius juvenis, Dictatore patre natus, Li. 1 Dec. lib. 7.

Dictātūră, f. p. Dictatoris dignitas. [δικτάτωρος ἀρχή. Vngar. *Emengsig.*] Plutarch. περὶ χειροτονίας ἀνυπεύθυνος ἀρχῆς. Livius: Dictaturæ semper altius fastigium fuit. Nam à Dictatoribus non erat jus provocandi, quibus etiam animadversio capitis data est. Dictaturam gerere. Cic. 2. Offic. Quòd is paucos sibi dies ad Dictaturam gerendam addidisset.

Dictĭto, as, pen. corr. à dicto, secundum à dico frequentativum, Passim & frequenter dico. [שנן schinnen. συχνὰ & πολλάκις λέγω. Gall. *Souvent, ou en plusieurs lieux, dire ou raconter quelque chose.* Ital. *Dire spesso.* German. Offt sagen/sagen eins sagen. Hisp. *Dezir à menudo.* Polon. *Ustawnie ięz mowię.* Vngar. *Beszélgetem, mondogalom.* Angl. *To endite often and in sundrie places.*] Cicer. 3. Verr. Ve hoc jam palam dictitent. Idem ad Lentul. Quem post reditum dictitant fracto animo & demisso fuisse. Idem 3. Offic. Dictitabat se hortulos aliquos emere velle.

Dictērĭă, orum, n. s. Dicta salsa & acuta, & quodam quasi aculeo pungentia. [שיחות schenináh. σκώμματα. Gall. *Paroles de mocquerie.* Ital. *Motti che pongono, motti piacevoli.* German. Spottreden/schmutzwort. Hisp. *Donayre, motejando.* Polon. *M[illegible] ostre a prze raslime.* Vngar. *Tréfa, gunyolo beszéd.* Angl. *Mers quippes and tauntes.*] Mart. Omnibus arrides, dicteria dicis in omnes. Varro, ὄνος πρὸς λύραν, Quam mobile neque orto psalticium attulit psalterium quibus sonant in Græcia dicteria. ¶ Dicteria petulantiùs jacta Prisci Næsonica vocabant, [illegible], à Mæsone quodam histrione comœdiarum Megarensi.

Dicis causâ, Varro locutionem antiquam esse scribit, & ab eâdem origine deductam ut verbum Dico: fortassis à recto Dex, dicis, ex Dico: item ut Iudex, judicis, à Iudico, & Index indicis, ab Indico. Nam si juncto verbo, autore Varrone, Iudex dicitur qui jus dicit, verisimile est voce simplici similiter eum qui dicit, Dicem appellatum. Dicis autem causa id fieri dicimus, quod nullâ aliâ de causâ fit, quàm ut factum esse dicatur. Caius l. 4. D. Commodati. Sæpè enim, *inquit*, ad hoc commodantur pecuniæ, ut dicis gratia numerationis loco intercedāt. Vlpian. in l. D. ad S. Syll. Excusantur servi qui auxilium tulerūt sine dolo malo. Nam si finxerit quis auxilium ferre, vel dicis gratiâ tulit, nihil hoc commentum illi proderit. Hæc omnia ex Lexico Hotomani.

Dictamnum, n. s. sive Dictamnus, δίκταμνος, Dioscoridi. [Gall. *Une herbe appelee dictam, ou gingembre de iardin.* Ital. *Dittamo.* German. Ein kraut diß nammens/etlich sagen es seye ein gattung der wilden poley. Hispan. *El dictamo yerva cono cida.* Pol. *Dyptam, ielenie korzen.* Vngar. *Diptamus.*] Herba est in Cretâ præcipuè nascens, acris, lævis, pulegio similis, sed majoribus foliis, quæ tomento quodam spissâque lanugine pubescunt. Florem nullum aut semen profert. Produnt in Creta capras sagittis percussas, hujus herbæ pastu eas excutere. Virgil. 12. Aeneid. Dictamnum genitrix Cretæâ carpit ab Idâ, Puberibus caulem foliis & flore comantem Purpureo: non illa feris incognita capris Gramina, quum tergo volucres hæsêre sagittæ. Cic. 1. de Nat. Deor. Capras auditum in Cretâ feras: quum essent confixæ venenatis sagittis, herbam quærere quæ dictamnus vocatur: quam quum gustavissent, sagittas excidere dicunt è corpore.

Dictātŏr, Dictatura, Vide Dico, dicis.

Dictĕrĭum, Dictio, Dictito, Dicto, Dictum, Vide Dico.

Dĭcrŏtum, pen. corr. n. s. δίκροτον. Latinè dicitur biremis, quæ duobus tantùm remorum ordinibus regitur, à prorâ scilicet & à puppi. [Ital. *Fusta.* German. Ein Meerschiff/das auff dem band zwey ruder hat. Ang. *A galey that twoo oares in a seate.*]

Julius Pollux lib.1: Dicrota sunt naves quæ duobus gubernaculis pariter à prorâ reguntur & puppi. Cic. Attic. lib. 5 ἄφρακτα Rhodiorum, & dicrotum Mitylenæorū habebam, & aliud catascopion. Idem libro 16: Nam & ipse Dominus bona planè habet dicrota. ¶ Dicroton item medici vocāt pulsos quoddam genus in arteriis, à geminato percussu. Galen. in tract. de Pulsibus.

Dictyōtă, [δικτυωτά. Vng. Tranyir rzerèppel ékesitvdi alkotmány.] Opera quæ nostri reticulata vocant, ita dicta quòd in hoc ædificii genere tessellæ, macularum quæ in reti conspiciuntur, similitudinem referant. δίκτυα enim Græci vocant retia. Plin. lib. 36. cap. 22, Dictyotōn vocat reticulatam structurā, quam frequentissimè Romæ struunt rimis opportunam. Ubi tamen in vulgatis codicibus legitur Dictyothetōn.

Dĭdascaliă, f. p. [לקח lekah διδασκαλία. Gall. Doctrine. Ital. Dottrina. German. Die leht/unterweisung. Hispan. Doctrina è ensennanca. Polon. Pokazanie en nauky. Vng. Tanitság, tudomány. Ang. Doctrine.] Latinè doctrina, sive eruditio, ἀπὸ τοῦ διδάσκειν, quod est docere sive instituere. Cæl. Cic. lib. 7: Genere tamen quod ad nos pertineat, & διδασκαλίαν quandam, ut versetur inter manus habeat.

Dĭdascălŭs, m. s. [מורה moreh מלמד melammed διδάσκαλος. Gal. Docteur, maistre. Ital. Maestro. German. Ein lehrer/Underweiser/Schulmeister. Hispan. Maestro que ensenna. Polon. Nauczyciel, mistrz. Vng. Mester, tanito. Angl. A maister or teacher.] Nobis præceptorem sonat, ἀπὸ τοῦ διδάσκειν, hoc est, à docendo.

Dīdo, didis, dididi, diditum Distribuo, divido. [חלק chalak, διανέμω. Gall. Bailler, distribuer, departir. Ital. Distribuire, dividere. German. Außtheilen. Hispan. Partir en partes, repartir. Polon. Podzielam. Vng. Elosztom. Angl. To distribute and giue.] Dictumq; videtur dido, quasi divido, ablatâ mediâ syllabâ Horat. 2. Serm. Sat. 2: Abluti senis exemplo dum munia didit: id est, divit. ¶ Frequenter accipitur pro divulgo, sive dispergo. Virgil. 7. Aen. Diditur hic subitò Trojana per agmina rumor. Idem 8. Aen. Cognatiq; patres, tua terris didita fama. Est autē hoc verbum Lucretio in primis familiare.

Dīdōron, penult. prod. [δίδωρον. Gall. De deux palmes. Ital. De dui palmi. German. Zweyer hand breit, oder lang. Hispan. De dos palmos. Polon. Na wie dłoni szeroki. Vngar. két araszni. Ang. Of two hand bread.] Quod est duorum palmorum: unde lateris quoddam genus sesquipedali longitudine. Plin. didoron appellat, à longitudine nimirum duorum palmorum majorum, quorum singuli valent palmos minores tres: hoc est, digitos duodecim. Verba Plinii sunt hæc ex lib. 35. cap. 14: Genera laterum tria: didoron quo utimur longum sesquipede, latum pede. Alterum tetradoron. Tertium pentadoron. Græci enim antiqui δῶρον palmum vocabant: & ideo dora, munera, quia manu darentur. Ergo à quatuor & quinq; palmis, prout sunt, nominantur. Hactenus ille.

Dĭdrachmum, n. p. δίδραχμον, Numus est duas drachmas continens, ut refert Bud. in lib. De asse.

Dīdūco, is, pen. prod. act. e. In diversas partes & diversa loca duco, distraho, dirimo. [נפץ naphats, διαιρῶ, διαχωρίζω. Gall. Desioindre, separer, & faire aller vne part çà & l'autre là. Ital. Dimenare & menare in diuersi parti. German. Zerziehen/von einander thun. Belg. Verscheyden/vanden. Hispan. Partir en partes diuersas. Polon. Rozwodzam, rozrywam. Vng. Két felé vonom. Angl. To conueighe to sundrie partes and places, to disioyne and separate.] Cæsar 6. bell. Gall. Dimittendæ plures manus, diducendiq; erant milites. Colum. libro 6, de bobus domandis: Post hæc diductis malis educito linguam. Idem libro 4: Validam vitem in ramos diducere censeo. Pers. Qua, quæ iter ambiguum est, & vitæ nescios error, Diducit trepidas ramosa in compita mentes. Virg. lib. 1. Georgic. —quique paludis Collectum humorem bibulâ deducit arenâ. Propert. Non ego complexus potui diducere vestros.

Dīductūs, a, um, Particip. Cic. 3. de Orat. Rivis est diducta oratio, non fontibus. ¶ Terræ diductæ. Id est, divisæ apertæq;. Tacit. lib. 2: Diductis terris hauriebantur.

Dĭdymus [תאום teôm, δίδυμος. German. Zwilling. Belg. Zweeling. Polon. Dwoiśli. Vng. Kettö.] Latinè Geminus dicitur. Quo nomine vir Alexandrinus dictus est, qui licet ab ineunte puerita oculis captus foret, divinas tamen literas optimè callebat, & inter Ecclesiasticos scriptores illustris fuit: quūque propter cæcitatem etiam elementorum ignarus esset, Geometriam tamen, quæ vel maximè visu indiget, perfectissimè tenuit. Autor Hieronymus. ¶ Fuit & alter Didymus Alexandrinus salsamentarii filius, quo nemo (ut Quintil. inquit) plura scripsit. Grammaticus fuit, & ad Augusti tempora pervenit: ob assiduam circa libros moram, χαλκέντερος, appellatus, quam ad tria millia librorum & quingentos scripsisse dicitur. ¶ Fuit & alius Grammaticus Alexandrinus, qui Romę docuit. Alius item Poëta qui Georgica scripsit. ¶ Alius præterea philosophus Academicus.

Dĭēs [יום iôm, ἡμέρα. Gall. Iour. Ital. Il giorno. German. Ein tag. Belg. Een dach. Hispan. El dia. Polon. Dzien. Vngar. Nap. Angl. A day.] Tàm masculini quàm fœminini generis est in numero singulari, plurali verò tantùm masculini. Illud tamē interest, quod dies in fœminino genere denotat tempus indeterminatum: & ideò diminutivum cujus est diecula, quod significat breve tempus & moram. Dies verò quum tempus significat viginti quatuor horarum, vel etiam spatium illud ab oriente Sole ad Solem occidentem, masculini est: nam illud tempus est determinatum. Sic diem hesternum, & diem hodiernum, potiùs dicimus quàm hesternam, vel hodiernam. Contrà, pro tempore incerto dicimus longa dies, pro longo tempore, non autem longus dies. Iuvenalis Longa dies igitur quid contulit? Id est, longum tempus. Virgil. 11. Aeneid. Multa dies, variusque labor mutabilis ævi Retulit in melius. Iurisconsulti item binâ, trimâ, quadrimâ die usurpāt pro tempore biennii, triennii, quadriennii. Sed confunditur quandoque hæc differentia. Virgil. 2. Aeneid. Iamque dies infanda aderat. Cicero ad Quintum Fratrem: In qua primum erat, quòd antiquior dies in tuis fuisset adscripta literis, quam in Cæsaris. Plin. lib. 13. cap. 25: Mirum quòd eadem die germinat, qua injectum est. ¶ Dies qui civilis dici solet, à mediâ scilicet nocte in sequentem (ut Macrob. lib. 1. cap. 3. tradit) ita dividitur. Primum diei tempus dicitur mediæ noctis inclinatio. Deinde gallicinium, sive galli cantus, ἀλεκτρυοφωνία, quòd tum galli canunt. Inde conticinium, ἀωρὶ νὺξ, quum & galli conticescunt, & homines quiescunt. Deinde Diluculum quum incipit dignosci dies ὄρθρος. Inde mane, quum dies est clarus πρωΐ. Inde meridies, diei medium ἡ μεσημβρία, μέσον ἡμέρας. Inde jam suprà vocatur occiduum tempus, δείλη: quod & serum diei vocatur ὀψὲ & mox suprema tempestas hoc est, diei novissimum tempus: sicut est expressum in duodecim tabulis, Solis occasus suprema tempestas esto. Deinde Vespera, seu Vesper, ἑσπέρα à stellâ quam Græci ἕσπερον, Plaut. Vesperuginem, Ennius Vesperum, Martialis Phosphorum, Virgil. Hesperon appellant. Inde Crepusculum vespertinum, δείλη ὀψία, dictum à crepero, quod dubium significat, tanquam lux dubia, quòd incertum sit, id tempus noctis an diei existat. Ab hoc tempore prima fax noctis, quòd tum primum faces, hoc est, lumina inferri incipiant, νυκτὸς ἀρχή. Deinde nox concubia, à cubando: deinde intempesta quæ non habet idoneum tempus rebus agendis. In has partes distribuebant diem, qui constat ex vigintiquatuor horis, & lucem tenebrasque continet: eumque diem, civilem vocabant, quòd in aliis atque aliis civitatibus & regionibus alio modo observaretur. Athenienses enim diem civilem auspicabantur à Sole occidente, ad Solem iterum occidentem: Babylonii ab ortu Solis ad Solem secundò exorientem. Umbri à meridie ad meridiem subsequentem. Romani autem à mediâ nocte ad mediam noctem: quorum à nobis quoq; consuetudo observatur, adeò ut siquid ante mediam noctem gestum sit, id præcedenti diei ascribatur, quòd à mediâ nocte, subsequenti diei annumeretur. ¶ Interdum diem dicimus, ut solam lucem intelligamus, tenebras verò sub noctis nomine. Virg. 6. Aeneid. Noctes atque dies patet atri janua Ditis. ¶ Est & dies naturalis ab ortu ad occasum Solis. ¶ Dies totius anni ex institutione Numæ, aut festi erant, aut profesti, aut intercisi. Festi dies aut sacrificiorum, aut epularum, aut ludorum causâ fuerunt instituti. Profesti autem dividuntur in fastos, comitiales, comperendinos, status, præliares. Intercisi verò dicebantur, qui & humanis & divinis negotiis erant communes. Erant & atri dies, de quibus locis suis. ¶ Hujus nominis genitivus est diei, dii, dies, & die. Cicero pro Sex. Equites non daturos illius dies pœnas. Virgil. 1. Georg. Libra dies somnique pares ubi fecerit horas. Idem 1. Aeneid. Munera, lætitiamque dii. Sal. in Iug. Vix decimâ parte die, pro diei. ¶ Die crastini, die septimi: pro die crastino & septimo. Plaut. Most. Hanc rem die crastini quum herus resciverit. Idem Menæch. Nam ibi mercatum dixit esse die septimi. Undè Macrob. 1. Sat. cap. 2: Die quinti, die proximi, die pristini: pro quinto, proximo, & pristino. Vide Gell. lib. 10. cap. 24. ¶ Derivativa & composita à dies, sunt hodie, quotidie, pridie, meridies, nudiustertius, nudiusquartus, diarium, æquidiale, æquidium, diluculum, & perdius. ¶ Dies qui hebdomadem constituunt, à septem Planetis cognominati sunt. Primus septimanæ dies, à Sole, dies Solis, sive Phœbi dicitur. ἡλίου ἡμέρα, πρώτη σαββάτου. Secundus à Lunâ, Lunæ, σελήνης. Tertius à Marte, Martis ἄρεως. Quartus à Mercurio, Mercurii, ἑρμοῦ. Quintus à Iove, Iovis διός. Sextus à Venere, Veneris, ἀφροδίτης. Septimus à Saturno, Saturni, κρόνου. ¶ Dies critici, sive crisimi. κρίσιμοι ἡμέραι, à medicis dicuntur judicatorii, in quibus scilicet de ægritudine ferri judicium potest. Vide suprà Crisimi dies. ¶ Per antiquum diem, δι' ὑπερμέσης ἡμέρας, proverbialiter olim dr. admodum obsoletâ priscaque. Refertur à Diogeniano, Finitimum illi, Magno Platonis anno. ¶ Ipsa dies quandoque parens, quandoque noverca est, ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη ἄλλοτε μήτηρ. Versus est Hesiodi, quo significatum est, non omni die bene esse posse, sed isto bene, atque alio malè. Inde translatum, quòd matres bene volunt liberis, novercæ oderunt privignos. ¶ In diem vivere, est præsentibus rebus contentum vivere, atq; ex parato, minimè solicitum de futuris. Quæ vita Græcis dicitur ἐφήμερος βίος: & ἐφημερίοι, qui ad eum vivunt modum. ¶ Quinquennii die, pro Quinto anno. Proculus in l. Atilicinus. ff. de Pactis dotalibus. Quum inter virum & uxorem pactum conventum ante nuptias factum esset, ut quibus dicbus dos data esset, iisdem divortio facto redderetur: post quinquennium quàm nuptiæ factæ sunt, uxor viro dotē dedit. divortio facto, quæro utrum quinquennii die vir uxori dotem reddet, an statuto legibus tempore. ¶ Venire in diem, pro Nasci, sive in lucem prodire dixit Soli-

rit Solinus cap. 4. Scipio Africanus prior qui defunctâ parente quòd excisus utero in diem venerat, primus Cæsar appellatus est. ¶ Diei civilis divisionem à Romanis observatam lege in Scholiis Beroaldi super Apul. As. aur. fol. 34.

Diecula, diminutivum à die. gen. fœm. quod ferè pro exiguâ temporis morâ accipitur. [ἡμερίδιον. Gall. *Un petit jour, un jour seulement, un petit de temps.* Ital. *Picciol spacio di tempo.* German. Ein weilin. Hispan. *Pequenno espacio de tiempo.* Polon. *Dzionek.* Vngar. *Napotska.* Angl. *A short day, one day onely, a litle while.*] Terent. in Andr. Non satis habes quòd dieculam addo. id est, aliquam temporis dilationem. ¶ Asconius Pædianus in 2. Orat. in Verrem: Diminutivè diecula dicitur.

Diescit, m.e. Dies fit. [ἡμέρα γίνεται. Gall. *Il se fait iour.* Ital. *Si fa giorno.* Germ. Es taget / es wird tag. Hispan. *Ya viene el dia.* Pol. *Dnieie.* Vng. *Meg virrad.* Angl. *It waxeth day.*] Sicut noctescit, nox fit, quibus solùm utimur in tertiis personis absolutè & impersonaliter.

Diespiter, diespitris, Diei pater. Ζεὺς, Ζηνὸς. Id est, Iupiter: sicut Diiovis, quasi die juvans, quòd homines die & luce quasi vità ipsâ juvaret. Horat. lib. 1. Carm. Namque diespiter Igni corusco nubila dividens. Macrob. Ipsi quoque Romani diespitrem Iovem appellant.

Diequarti, & Diequartè, pro diequarto. Diequinti & diequintè, pro diequinto. Dieprìstini vel pristinè, pro depristino, quod nos converso compositionis ordine dicimus pridie. Die crastino, & alia multa. Videntur autem veteres differentiam fecisse inter diequarto & diequarte: ut illud, pro præterito sit, quod nos nudiusquartus dicimus; hoc, de futuro. Vide Macrob. Saturn. lib. 1. & Gell. lib. 10. cap. 24. Sunt autem hæc omnia composita, & pro adverbiis accipimus.

Directi, teste Nonio, à die vocari sunt crucifixi, quasi ad diem erecti. Festus scribit directum per antiphrasin dici apud veteres, volentes significare malum diem. Vnde Directâ adverbialiter dicimus. Plaut. Quin tui directâ cum fœculâ & cū porculis. Directâ in mentis quasi in malam diem. Vnde proverbialiter, In directum abemus ire, quibus precimur exitum.

Diurno, as, n.p. Diu vivo, teste Nonio. [Gall. *Viure longuement.* Ital. *Viuer longo tempo.* Germ. lang leben. Hispan. *Durar mucho tiempo.* Polon. *Dlugo zyie.* Vngar. *Sokàig élek.* Angl. *To liue long.*] Est autem verbum à die deductum, sicut Perennare ab anno.

Diurnus, a, um, A' die fit sicut nocturnus à nocte. Quod ad diē pertinet, quod die fit. [ἡμερήσιος. Gall. *De iour, ou d'vn iour.* Ital. *Diurno, di giorno.* Germ. Täglich. Hispan. *Cosa del dia.* Pol. *Dzienny.* Vng. *Nappali.* Angl. *Belonging to the day.*] Cic. de Senect. An censes (ut de me ipso aliquid more senum glorier) me tantos labores diurnos, nocturnosque domi, militiæque suscepturum fuisse, &c. Plaut. in Menæch. Indeusque ad diurnam stellam crastinam potabimus.

Diurnum, ni, n.f. Liber continens acta singulorū dierum, diarium. [ἐφημερίς. Gall. *Papier iournal.* Ital. *Giornale.* German. Tagbuch / ein Buch in welches man verzeichnet / was auff ein jeden tag geschicht. Hispan. *Historia que procede de dia en dia.* Pol. *Ksiegi do ktorych zapisuia dzienne sprawy.* Vngar. *Irásbéli könyvetske, az kiben minden napi dolgot fel szoktak irni.* Ang. *A booke conteining the actes of euerie day.*] Iuven. longi relegit transacta diurni. Aliàs diurnum accipitur pro victu atque mercede unius diei. Seneca: Diurnum accepit, in centunculo dormit. Idem lib. 2. Controv. Consors modò omnis fortunæ diurnum petam.

Diutinus, a, um, Longus, diuturnus. [אָרוּךְ *aruch, diuturnus,* χρόνιος. Gall. *Qui dure long temps, de durée.* Ital. *Longo, continuo.* German. langwirig. Hispan. *Cosa de mucho tiempo.* Polon. *Dlugi.* Vng. *Hosszu ideiü.* Angl. *That indureth long.*] Cic. lib. 10. Famil. Libertatis desider. io. tædio; diutinæ servitutis. Sic Cæsar: Diutinus labor. Et Livius, Diutinum bellum.

Diutinè, adverb. idem quod diu. [διὰ, πολὺν χρόνον. Gall. *Longuement, longuement.* Ital. *Longamente, di giorno.* Ger. Langezeit / langwirigklich. Hisp. *Luengo tiempo o en luengo tiempo.* Pol. *Dlugo.* Vngar. *Sokaig.* Angl. *A great while, a long tyme.*] Plaut. in Ruden. Ille qui consultè, doctè, atque astutè cavet, Diutinè uti bene licet partum bene.

Diutulè, diminut. à Diu, significat aliquandiu. [ἐπ' ὀλίγον. Gall. *Quelque temps, assez long temps, non pas trop.* Ital. *Un poco chetto di tempo.* German. Langlecht / ziemlich lang. Hispan. *Poco tiempo, o un poco tiempo.* Polon. *Prydlužszym.* Vngar. *Egy ideig.* Angl. *A litle while.*] Gellius: Quum diutulè tacitus cogitando fuissem. Apul. in Flor. At non itidem major meus Socrates, qui quum decorum adulescentem & diutulè tacentem conspicatus foret, &c.

Diutiùs, comparativum ab adverbio Diu [χρονιώτερον, μακρότερον. Gall. *Plus longuement.* Ital. *Più allo. go, più longamente.* German. Länger. Hispan. *Mas tiempo.* Polon. *Dluzey.* Vng. *Tovàbben, tovább.* Angl. *Longer.*] Cicero 6. Verr. Potero hoc ego onus tantum, aut in hoc judicio deponere, aut diutiùs tacitus sustinere. Plautus Rud. Sed meâ desidiâ spem deserere nolui? Eò vos amici detinui diutiùs. Cicer. Non obtundam diutiùs aures vestras.

Diutissimè, Longissimo tempore. [לְעוֹלָם וָעֶד *leholám vahédh,* πλεῖστον χρόνον. Gall. *Fort long temps, tresloguement.* Ital. *Longhissimamente.* German. Allerlängst / aller weiligste. Hisp. *Longissimo tiempo.* Polon. *Bardzo dlugo.* Vng. *Hosszu*

idejig, igen késén. Angl. *Very long.*] Cic. de Amic. Catonem induxi senem disputantem, quia nulla videbatur aptior persona quæ de illâ ætate loqueretur, quàm eius qui & diutissimè senex fuisset, & in ipsâ senectute præ cæteris floruisset.

Diuturnus, a, um, Diutinus, à diu derivatum: [אָרוּךְ *aruch* χρονιαῖος, χρόνιος. Gall. *Qui dure long temps.* Ital. *Che dura longo tempo.* Germ. langwirig. Hisp. *Cosa de mucho tiempo.* Pol. *Bardzo dlugi.* Vngar. *Hosszú ideiü, sokáig tartó, sok ideig való.* Angl. *That indureth a long tyme.*] ut, Visus diuturnus, silentium diuturnum; apud Cic. Idem de Senect. Quas quidem sic avidè arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens.

Diuturnitas, tatis, f.t. Longinquitas temporum, numerus dierum: [אֹרֶךְ יָמִים *orech jamim,* πολυχρονιότης. Gall. *Longue durée, longue espace de temps.* Ital. *Longa durata, lunghezza di tempo.* German. Langwirigkeit. Hispan. *Longura de tiempo.* Polon. *Dlugość.* Vngar. *Hosszu idő, vénség hosszu volta.* Angl. *Lenghte continuance of tyme.*] ut, Diuturnitas belli: Cæsar. Diuturnitas temporum, Cic. Idem de Senect. Semper enim mihi studiis laboribusque viventi non intelligitur quando obrepat senectus: ita sensim sine sensu ætas senescit, nec subitò frangitur, sed diuturnitate extinguitur.

Dieteris, Tempus duorum annorum. [שְׁנָתַיִם *schenataim,* διετία. Gall. *Espace de deux ans.* Ital. *Il spatio di due anni.* German. Die zeit zweo jār lang. Hispan. *Tiempo de dos annos.* Polon. *Czas dwuletny.* Vngar. *Ket esztendő.* Angl. *The space of two yeares.*] sicut Trieteris, τριετηρίς, trium annorum, vel certè (ut eleganter docet Censorinus) quod tertio quoque anno recurrit. Nam apud veteres Trieteris constabat ex quinque & viginti mensibus: hoc est, ex duobus annis, quorum alter duodecim habebat menses, alter tredecim. Sic etiam Penteteris, πεντετηρίς, dicitur tempus hoc duplicatum: hoc est, quadriennii spatium: ita dictum, quòd quinto quoque anno recurrat.

Diffamo, act. p. Per diversas partes famam divulgo, sinistram famam de re quapiam spargo [הוֹצִיא דִבָּה *hotsi dibbah* ... *halach ra bil.* διαφημίζω. Gall. *Diffamer.* Ital. *Diuulgare mala fama.* German. Bettrumbten / ein bös geschrey außbringen. Hisp. *Diffamar.* Pol. *Sromocę, obmawiam.* Vngar. *El hir hirdem, mindenütt gyalazom.* Angl. *To diffame, to report ill of.*] Sumitur enim fere in deteriorem partem. Tacitus: A' Nerone probroso carmine diffamatus, contumeliis ultum ibat. Adulterium diffamatum, Ovid. lib. 4. Metam.

Diffarreatio, f.t. [Polon. *Rozwod.*] Sacrificii genus inter virum & uxorem, quo confugium dissolvebant per confarreationem contractum. Erat autem Confarreatio quædam solennitas, quam soli sacerdotes observabant in uxore ducenda. Soli enim sacerdotes, autore Boëthio, per confarreationem uxorem ducebant. Quâ de causâ divortium per diffarreationem solis quoque sacerdotibus proprium fuit. Dicitur autem Confarreatio, quod farreo libo adhibito coniungerentur: & contrà diffarreatio, quòd simili libo adhibito disjungerentur.

Differcio, Compositum est à farcio, Impleo, & distendo [מִלֵּא *millé,* ... Gall. *Remplir de tous costez.* Ital. *Empire, distendere.* German. Außfüllen / voll schoppen. Hispan. *Empetigo recalcar.* Polon. *Kożukam, nadziewam.* Vngar. *Meg töltöm.* Angl. *To searce, to stuffe or putte in.*] Horat. lib. 1. Satyr. 5. Inde forum Appi Differtum nautis. Idem lib. 1. Epist. Differtum transire forum.

Differo, Spatium temporis extendo. [אִחֵר *ichér,* ἀναβάλλομαι. Gall. *Differer, delayer, prolonger.* Ital. *Differire, prolongare.* German. Verziehen / auffschieben. Belg. Vertrecken. Hispan. *Dilatar el tiempo.* Polon. *Odkładam.* Vngar. *Elhalasztom.* Angl. *To delay, to prolong.*] Virg. lib. 6. Distulit in seram commissa piacula mortem. ¶ Interdum est in diversa loca ferre. διαφέρω, Plaut. in Rud. Nos cum scaphâ tempestas dextrovorsum differt ab illis. Idem in Cur. Iam ego te faciam, ut hinc formicæ te frustulatim differant. ¶ Interdum diffamare, divulgare. Lucil. Gaudes, quum de me ista foris sermonibus differs. Plaut. in Trin. Nolo ego mihi te jam prospicere, qui meam egestatem leves: sed ut inops infamisq; sim, ne mihi hanc famam differant. ¶ Interdum dividere, scindere, dissipare, διασπάω. Terent. in Adelph. Me miseram differar doloribus. Simile Græcis est διαφορεῖν. ¶ Interdū in ordinem ponere, διατάττειν. Virg. lib. 4. Georg. Ille etiam seras in versum distulit ulmos. ¶ Interdum distare, διαφέρειν, διαφέρω. Cic. Divin in Verr. At vide quid differat inter meam opinionem & tuam. ¶ Differre à Cic. pro Cecinna: Qui hoc ab illo differt à cæteris robore, Plin. in epist. Differunt in candore, Plin. lib. 9 cap. 35.

Differens, particip. διαφέρων. Cice. 1. de Legibus: Etenim ratio, quâ unâ præstamus belluis, &c. certè est communis, doctrinâ differens, discendi quidem facultate par.

Differentia, f.p. Discrimen, dissimilitudo [מַחְלֹקֶת *mahalokheth,* διαφορά. Gall. *Difference.* Ital. *Differenza.* German. Vnderscheid. Hispan. *Diferencia.* Polon. *Rożność.* Vngar. *Külömbség.* Angl. *Difference.*] Cic. 4. Acad. Quòd videretur esse quædam in visis differentia. Idem 5. de Fin. Ita fit ut quanta differentia est in principiis naturalibus, tanta sit in finibus bonorum malorumque dissimilitudo. Indifferens, ἀδιάφορος, quod scilicet per se neq; bonum est, neque malum.

Differitas, f.t. pro differentia, quo antiqui utebatur. [διαφορά.

Vngar. *Kwsombieg*] Lucr. lib. 4: Tantaque in his rebus distantia, differitasque est. Nonius.

Dilatus, particip. Prolatus, productus. [מאוחר *meuchar* מעוכב *meuhkab*. ἀναβεβλημένος, Gall. *Differé, dilaté*. Ital. *Differito, prolongato*. Germ. Verzogen/oder auffgezogen. Hispan. *Differido, prolongado*. Polon. *Przedłużony*. Vngar. *Halaztatot*. Angl. *Delayed, prolonged*.] Cic. 4. Verr. Quasi metueret ne Petilius privato illo judicio transacto, aut dilato, eum cæteris in consilium reverteretur. Pœna dilata in tempus mortis, Ovid. 3. Trist.

Dilatio, f. t. Temporis prorogatio, sive extensio. [עכבה *hikkebah*. ἀναβολή. Gall. *Delay, dilation, attente*. Ital. *Dilatione, prolongamento*. German. Verzug/oder auffzug/verlengerung. Hisp. *Dilacion*. Polon. *Przedłużenie odwloka*. Vngar. *Elhalaszás, haladék*. Angl. *Delaying, differring*.] Plin. lib. 18. cap. 10: Nec ulla segetum minus dilationem patitur. Cic. 3. Phil. Quæ est igitur exspectatio, aut quæ nimia dilatio temporis?

Dilator, oris, m. t. Cunctator. [מאחר *meacher*. μελλητής. Gall. *Delayeur, qui differe, fatard*. Ital. *Prolongatore, indugiatore*. Germ. Ein auffzieher/saumiger/auffschieber. Hisp. *Prolongador del tiempo*. Polon. *Przedłużacz*. Vngar. *Halogató, késedelmes*. Angl. *A delayer, or prolonger*.] Horat. in Arte: Dilator, spe longus, iners avidusque futuri.

Diffibulare, Aperire, discingere, fibulam resolvere. [ἀναπορπᾶν. Gall. *Desboucler*. Ital. *Disfibbiare*. German. Die hafften auffslösen/ auffbretsen. Hispan. *Quitar la hevilla o candado*. Pol. *Rozpinam*. Vng. *Kikapcsolom, megoldom*. Ang. *To lowse, to unbuckle or unbutton*.] Papin. Emirat, & torvè chlamydem diffibulat aura.

Difficilis, le, Laboriosus, onerosus, habens multum difficultatis & laboris. [קשה *kascheh* ... δύσκολος, δυσχερής. Gal. *Difficile, malaisé*. Ital. *Difficile, mal genale*. Germ. Schwer. Hisp. *Difficultoso*. Pol. *Trudny*. Vng. *Nehéz*. Angl. *Hard, uneasie*.] Terent. in Heaut. Nihil tam difficile quin quærendo investigari possit. ¶ Si tamen de homine dicatur, idem erit quod Morosus. Cic. de Sen. Moderati enim, nec difficiles senes.

Difficultas, f. t. abstractum, Labor, angustia, asperitas. [קשי *keschi*. δυσκολία. Gall. *Difficulté, malaisance, empeschement*. Ital. *Difficultà*. German. Die schwere. Hispan. *Difficultad de hazer qualche cosa*. Polon. *Trudność*. Vngar. *Nehézség*. Ang. *Difficultie, uneasinesse*.] Cicero pro Cluentio: Prospicio quantum in agendo difficultatis, & quantum laboris sit habitura. ¶ Accipitur eleganter pro inopia: ut, difficultas rei numariæ, aut frumentariæ. Cic. 4. Verr. Et simul ostendit se in summa difficultate esse numaria.

Difficile, Difficiliter, & difficulter, Aegrè, vix, cum labore. [בקושי *bekaschi*. δυσκόλως. Gall. *Difficilement, malaisément, à grand peine, avec difficulté*. Ital. *Difficilmente, malagevolmente*. German. Schwärlich/kümmerlich. Hispan. *Difficilmente*. Pol. *Trudno, ledwo*. Vng. *Nehezen*. Angl. *With difficultie*.] Plin. lib. 27. cap. 11: In cacumine autem semen inter folia durum, & quod difficilè evellatur. Liv. lib. 5. bel. Pun. Circundati pedites haud difficulter impetum incursantium Numidarum arcebant.

Difficul, antiqui dicebant pro difficile. Autor est Nonius, qui adducit testimonium Varronis: Quod utrùm sit magnum an parvum, facul, an difficul.

Diffido, is, Non fido, despero. [ἀπιστῶ, ἀπελπίζω. Gall. *Se deffier*. Ital. *Diffidarsi, non haver speranza*. German. Mißtrawen/ ubel trawen. Belg. Wantrouwen. Hispan. *Desconfiarse*. Polon. *Wątpię, nie ufam*. Vngar. *Nem bizom*. Angl. *To mistrust, to dispaire*.] Cicero 2. de Divinat. Nihil affirmabo: quæram omnia, dubitans plerunque, & mihi ipse diffidens. Ibidem: Eudemus ita graviter ægrotus fuit, ut omnes medici diffiderent. ¶ Dicimus autem diffido tibi, & diffido de te. Ser. Sulp. Ciceroni: Plura me ad te hac de re scribere pudet, ne videar prudentiæ tuæ diffidere. Ad Heren. Et de nobis non diffidimus. ¶ Cum infinitivo. Cic. ad Qu. Fratrem lib. 1: Vtrem posse confici non diffiderem. Cato cap. 157: Quos diffidas sanos facere, facis.

Diffisus, part. [ἀπιστήσας, ἀπελπίσας. Polon. *Wątpiący*. Vng. *Nem bizo*. Angl. *Mistrusting*.] Cic. pro Muræ. Fatebor enim Cato, me quoque in adolescentia diffisum ingenio meo, quæsisse adjumenta doctrinæ.

Diffidentia, æ, f. p. huic opponitur Fidentia. [ἀπιστία, ἀπελπισμία. Gall. *Deffiance*. Ital. *Diffidenza*. German. Mißtrauung. Hisp. *Desconfiança*. Polon. *Nieufność, wątpliwość*. Vng. *Hihetetlenség, bizodalmatlanság*. Ang. *Mistrust*.] Cic. 4. Tusc. Est fidentia: id est, firma animi confisio, scientia animi quædam est, & opinio gravis non temerè assentiens, metus quoque est diffidentia exspectati & impendentis mali. Idem 1. de Invent. Quod genus fidentiæ contrarium est diffidentia, & ea re vitium est: audacia non contrarium, sed appositum est, ac propinquum, & tamen vitium est. Ovid. 2. de Remed. amor. Fit quoq; longus amor, quem diffidentia nutrit.

Diffidenter, adverb. Timidè: ejus contrarium est Fidenter. [ἀπίστως, ἀπελπίστως. Gall. *Avec deffiance, sans grande esperance*. Ital. *Con diffidenza, senza esperanza*. German. Mißtrawlich ohn gute zuversicht. Hisp. *Con desconfiança*. Pol. *Zwątpieniem, wątpliwie*. Vng. *Félelmesen, bizodalmatlanul*. Angl. *With mistrust, without hope*.] Cicero pro Cluent. Alterâ tantummodo consuetudinis causâ timidè & diffidenter attingere rationem veneficii criminum.

Diffindo, diffidi, diffissum, act. t. Findo, divido. [בקע *bikkah*. σχίζω, διασχίζω. Gall. *Fendre & mettre en pieces*. Ital. *Fendere, tagliare in piu pezzi*. German. Zerspalten/ zertheilen. Belg. Van den anderen clieven. Hisp. *Henderen diversas partes*. Pol. *Rozrzczepiam, rozłupuję*. Vngar. *Meghasitom, kétfelé vágom*. Ang. *To cutt or cleave a sunder*.] Virgil. 9. Aen. Et media adversi liquefacto tempora plumbo Diffidit, ac multa porrectum extendit arena. ¶ Diffindere diem, teste Budæo, est id quod nos rem in crastinum continuare dicimus, vel remittere. Tria enim, inquit idem, erant apud antiquos pronunciandi genera: aut enim dies diffindebatur: hoc est, res in posterum diem rejiciebatur, aut comperendinabatur: id est, in tertium diem differebatur: aut ampliabatur, quum res non in posterum neque in perendinum, sed in longiorem diem pro judicum arbitrio rejiciebatur. Vlpian. l. secunda, Si quis cautio. Et ideò etiam lex XII. tabular. Si judex, vel alteruter ex litigatoribus morbo sontico impediatur, jubet diem judicii esse diffissum. Gell. lib. 14. cap. 2: Iussi igitur diem diffindi, atque inde à subselliis pergo ad Phavorinum philosophum.

Diffingo, is, ere, Corrumpo, & destruo quod fictum & formatum est. [שחת *schichath*. διαφθείρω. Gall. *Desfaire ce qui est fait, luy oster sa forme & figure*. Ital. *Guastare, corrompere*. German. Etwas gemachts zerbrechen und anderst machen. Hispan. *Gastar, destruir, desfigurar*. Polon. *Zepsowanie czego już uczynionego*. Vngar. *El rontom, rontom, terethem*. Ang. *To unmake, to undoe that was made*.] Horat. 3. Carm. -neque diffinget, infectumq; reddet, Quod fugiens semel hora vexit. Vbi Acron: Diffinget, id est, confundet, immutabit, sive divellet. Idem Carm. -utinam nova incude diffingas retusum in Massagetas, Arabesq; ferrum. Vbi Acron: Diffingas, contusum reformes: nam sicut fingere, formare dicitur, sic & diffingere, est quassatum reformare. Idem Ser. -equidem nihil hinc diffingere possum: id est, non possum negare rem sic non se habere.

Diffinio, diffinis, ex dis, & finio, act. q. Definio. [גזר *ghazar*. ὁρίζω. Gall. *Definir, determiner*. Ital. *Diffinire, terminare*. German. Entscheiden. Belg. Verclaren. Hispan. *Diffinir, o determinar*. Polon. *Opisuję*. Vngar. *Meghatarozna*. Ang. *To define, to determine*.]

Diffinitè, Finitè, definitè. [Vngar. *Meghatározva*.] Cic. pro Balbo: Quæ diffinitè civitatem donandi Pompeio potestatem fecerat: sic enim in antiquo manuscripto hoc in loco & multis aliis legitur.

Diffinitio, f. t. quæ & Definitio, & Finitio appellatur, constans ex genere & differentiis: ut, Homo est animal rationale mortale. [ὅρος, ὁρισμός. Gall. *Definition, determination*. Ital. *Diffinitione*. German. Entscheidung/ die beschreibung eines dings was es von natur seye. Hispan. *Definicion o determinacion*. Polon. *Opisanie rzeczy jako ostatnia wsobie*. Vngar. *Meg hatarozas, magyarazas (avagy) kimondas*. Ang. *A definition*.] Quint. Finitio, est rei propositæ propria & dilucida, & breviter comprehensa verbis enuntiatio. Dicta autem est diffinitio sumpta translatione ab his qui fundos prædiaque dividunt alia ab aliis. Nam ut illi agrum ab agro diffiniunt, atque habitam de finibus controversiam distinguunt: sic per definitionem res à rebus distinguuntur, & veluti certis quibusdam finibus circumscribuntur.

Diffiteor, ex dis, & fateor, d. f. Nego, inficior. [מאן *mehn*. ἀρνοῦμαι. Gall. *Ne vouloir pas confesser, denier*. Ital. *Negare, non confessare*. German. Verneinen/ nicht wöllen bekennen, leugnen. Belg. Loochenen. Hisp. *Negar o non confessar*. Pol. *Przę, wyznać nie chcę*. Vngar. *Tagadom*. Ang. *To denie*.] Cicer. Itaque nunquam diffitebor multa me, ut ad effectum horum consiliorum pervenirem, & simulasse invitum, & dissimulasse cum dolore. Columel. libro 4. capite 10: Nam quòd in profundo semina frigore laborare dicuntur, nos quoq; non diffitemur.

Difflo, as, Est flatu prosterno. [נשב *nischschab*. διαφυσάω. Gall. *Espandre ou abatre par souffler, faire aller en vent*. Ital. *Gettare à terra soffiando*. German. Zerblasen/ niderblasen. Hispan. *Derribar soplando*. Polon *Rozdmam*. Vng. *El fuuom*. Angl. *To blowe away*.] Plaut. in Mil. Cujus tu legiones difflasti spiritu, quasi ventus folia.

Diffluo, act. t. In diversas partes fluo, Liquesco. [διαρρέω. Gall. *couler de toutes pars, se dissoudre & ne pouvoir tenir ensemble*. Ital. *Scorrere in piu parti*. German. Zerfliessen. Hispan. *Correr le liquido en partes*. Polon. *Rozpływam się, rozpuszczam się*. Vngar. *Idestova folyok*. Angl. *To loose and fall asunder*.] Plin. 21. cap. 13: Qui edere, abjiciunt se humi, refrigerationem quærentes: nam & sudore diffluunt. ¶ Diffluere otio, vel luxuriâ, est immodico otio, vel immodicæ luxuriæ indulgeo. Terent. in Heaut. Vt ejus animum, qui nunc luxuriâ & lascivia diffluit, retundam.

Diffringo, is, act. t. In varias partes frango. [שבר *schibbér* ... *rah*. διαρρήγνυμι. Gall. *Rompre en pieces, briser*. Ital. *Frangere in piu parti*. Germ. Zerbrechen. Hispan. *Romper in muchas partes*. Pol. *Łamię*. Vngar. *El tördelöm*. Angl. *To break in pieces*.] Plautus in Asin. Crura hercle diffringentur.

Diffugio, is, In diversas partes fugio, huc illuc fugio, dilabor. [ברח *barach*. διαφεύγω. Gall. *Fuir çà & là, escouler, eviter*. Ital. *Fuggire in diverse parti*. German. Von einander hin und her fliehen. Belg. Van den anderen vlien. Hispan. *Huir en diversas partes*. Polon. *Uciekam tam y sam*. Vngar. *Szélyel futok*, ide sto-

[illegible] fusok. Angl. *To flie here and there, to eschew.*] Virg. lib. 3. Georg. quò tota exterrita sylvis Diffugiunt armenta. Cæs. 8. bell. Gal. Hi repentino malo perterriti, diffugiunt ad sua præsidia. ¶ Ponitur etiam translatè pro Vitare. Cic. 5. Verr. Diffugerunt enim permulti, id quod ostendam. ¶ Item pro refugere, renuere. Varr. 2. de Re rust. Nec tamen diffugio quin dicam quæ scio de suillo pecore.

Diffŭgĭum, gii, n. f. [מנוס manús. [illegible] Gall. *Fuite ça et là.* Ital. *Refugio, ridutto.* German. Zuflucht/aufflucht. Hispa. *Huida.* Polon. *Ucieczka.* Vngar. *Aszille futás, idestena futás.* Angl. *Flying to sundrie partes.*] Tacit. Proximorum diffugia languentibus jam studiis.

Diffundo, diffudi, diffusum, act. t. Huc illuc fundo, dispergo, dissipo. [פזר pazár. פזר zaráh. פשט pascath. [illegible] Gall. *Espandre.* Ital. *Versare, spargere in più parti.* Germ. Zerspreiten/hin vnnd wider giessen. Hisp. *Derramar en diversas partes.* Polon. *Rozlewam.* Vngar. *Szélleszt, széllyel öntöm.* Angl. *To powre out and scatter abroade.*] Colum. lib. 2. Nam vel respuit duritiam soli dens aratri, vel siquâ parte penetravit, non minutè diffundit humum. ¶ Accipitur pro dilatare. Cicer. lib. 1. de Orat. Diffusa ramis patulis platanus. ¶ Diffundere animum alicujus, est exhilarare. Ovid. 1. de Arte Amand. Spectabunt juvenes læti, mistæque puellæ: Diffunderetque animos omnibus ista dies.

Diffūsŭs, particip. [פזור pazúr. פזור [illegible] Gall. *Espandu, espars.* Ital. *Sparso.* Germ. Zerspreitet oder außgespreitet. Hispan. *Derramado.* Polon. *Rozlany, rozszerzony.* Vng. *Széllel öntött.* Ang. *Powred out abroade.*] Cicer. 2. de orat. Est enim heri nobis ille hoc Catule pollicitus, se jus civile quod nunc diffusum & dissipatum est, in certa genera coarctaturum. ¶ Diffusum vinum: hoc est transvasatum quod dicitur. Veteribus enim mos erat primum in cuppas vinum per aliquod tempus relinquere, donec efferbuisset: deinde verò in cados & dolia diffundere: unde diffusum vinum appellatur. Cic. 2. de Finibus: Quibus vinum diffusum è pleno sit hirsiphon, ut ait Lucilius.

Diffūsē, adverb. Dispersè. [[illegible] Gall. *Espandument, largement, & avec estendue, de costé & d'autre.* Ital. *Sparsamente.* Ger. Zerspreitetlich/weitleuffig. Hisp. *Derramadamente.* Polon. *Szeroce.* Vng. *Széllel.* Ang. *Scatteringly, without order.*] Cicer. 1. de Invent. Enumeratio est, per quam res dispersè & diffusè dictæ, unum in locum coguntur.

Diffūsĭo, onis f. t. Dilatatio, dispersio. [[illegible] Gal. *Effusion, & la espandement.* Ital. *Il spargere, spargimento.* German. Zerspreitung/zertheilung. Hispan. *Derramamiento.* Pol. *Rozlewanie, rozszerzenie.* Vngar. *Széllesztés, széllel öntés.* Angl. *A powring out or sprinkling abroade.*] ut, Diffusio animi, pro exhilaratione. Seneca de vitâ beatâ: Ex cognitione veri gaudium grande & immotum, comitasque & diffusio animi.

Digămma, [illegible]: sive Digamma Æolicum, dicta est F litera, quòd duplicis Γ imaginem referre videatur. Cic. ad Attic. lib. 9. fundum suum Formianum vocat digamma, quòd nomen ejus ab F litera initium sumeret. Delicium, *inquit*, digamma vendecem, quantum in solo solerem quærere non solùm Romæ, sed etiam delicium digamma viderem. Locus corruptus.

Digămŭs, m. f. [δίγαμος. Gall. *Qui a deux femmes, ou deux fois marié.* Ital. *Quell' che ha havuto due mogliere.* Germ. Das zwey Weiber hat oder zweymal geweibet hat. Hisp. *Casado dos vezes.* Pol. *Tenktore dwie żony miał, albo ktora dwa męże miała.* Vng. *Kit feleségü.* Ang. *That hath bene twise maried.*] Qui duas duxit uxores. Hier. contra Iovin. Non damno digamos. Sic digama mulier dicitur, quæ duos habuit maritos.

Digĕro, is, digessi, digestum, act. t. Ordino, dispono. [ערך [illegible] פרק [illegible] Gall. *Porter ça & là, ordonner & disposer, mettre en ordre.* Ital. *Ordinare, disporre.* Germ. Ordnen/in ordnung setzen. Belg. Ordineren. Hisp. *Ordenar, disponer.* Polon. *Rozrządzam, rozkładam.* Vngar. *Elrendelem.* Ang. *To set in order, to dispose.*] Virgil. Æneid. 3: Quæcunque in foliis descripsit carmina virgo, Digerit in numerum. Ita dicimus aliquid digestum: id est, loco suo compositum [illegible]. ¶ Quandoque Dilucido, interpretor, [illegible]. Virg. lib. 2. Ita digerit omnia Calchas. ¶ Quandoque Divido, distinguo. Plin. lib. 18: Poma serantur, inserantur que, vineæ pastinentur, semina digerantur. ¶ Quandoque Concoquo: [[illegible] Polon. *Trawię.* Vng. *Megemésztem.*] Iuv. Digere paulisper vinum quo mades. Cic. ad Attic. libr. 4: Stomachus concalfiat ut digerat multa cruda facilius. Macr. Igitur in ventre fit prima digestio. Sed hoc ad primum significatum reduci potest, quum digestio sit distributio cibi ordinata. Distribuitur enim alimentum per venas totum in corpus, justàque quâdam œconomiâ tantum unicuique particulæ impertitur quantum illi nutriendæ satis sit. Quatuor autem in quoque corpore fiunt digestiones, quarum prima fit in ventriculo; secunda ab hepate; tertia in venis; quarta in singulis membris, dum quod unicuique membro utile est, ipsi membro fit nutrimentum: inutile autem per poros & meatus excernitur. Vide plura apud Macrob. cap. 4. lib. 7. ¶ Per translationem, Cic. ad Quint. Fratr. lib. 2: Facias ut mea mandata digeras.

Dīgestĭo, verb. f. Ordinatio. [ערך [illegible] מערכת [illegible] Gall. *Ordonnance, distribution, ordre.* Ital. *Ordinanza, dispositione.* Germ. Ordnung. Hisp. *Repartimiento, ordenamiento.* Pol. *Rozrządzenia.* Vng. *Rendelés.* Ang. *A setting in order, a disposing of things.*] Plin. lib. 3. cap. 1: Itaque interiori in parte digestionem in literas ejusdem nos sequuturos, coloniarum mentione signatâ, quas ille in eo prodidit numero. Cic. 3. de Orat. Digestio quæ ex oratio est, ea est partitio. ¶ Concoctio & digestio. [[illegible] Pol. *Strawność.* Vng. *Megemésztés.*] Cels. in proœmio: Sive hac de causâ concoctio incidat, sive de illâ: & sive concoctio sit illa, sive tantùm digestio.

Dĭgĕrĭes, f. q. Digestio, dispositio. [[illegible] Vng. *Rendelés.*] Maccob. Nec mirum si digeries morsum reprehensionis evasit.

Digestorum libri ideo duplici ff. signatur, quòd Græci Pandectas per π rum accentu circumflexo notabant, sub quibus & Digestorum libri comprehensi sunt: unde facilè literas π in ff. Latinè inolevit. Alciat. lib. 3. Dispunct. cap. 12. Digestorũ autem nomen primus Salvius Iulian. invenit, qui jus civile, cùm olim confusim traditum esset, tanquam in quandam artem illud redegit. Alciat. in Rub. C. de Edendo.

Dĭgĭtŭs m. f. à digerendo quidam derivari putant, quòd natura miro decentique ordine digitos digesserit: Id est, d. [illegible]. [אצבע etsbáh, [illegible] Gall. *Doigt.* Ital. *Dito.* Germ. Ein finger. Belg. Eenen vinger oft teen. Hispan. *Dedo.* Polon. *Palec.* Vngar. *Ujj.* Ang. *The finger.*] Plaut. in Persa: Ne si me uno digito attigeris, te ad terram affligam scelus. Digitorũ nomina sunt hæc, Pollex, [illegible]: Index, λιχανός, [illegible]: Infamis, sive famosus, [illegible]: Medicus, [illegible], id est, medicinalis, seu anularis, quòd in eo anuli primùm gestari cõsueverunt: Minimus, [illegible], qui & auricularis, [illegible]. Indicem qui pollici proximus est alio nomine *salutarem* veteres vocaverunt. Martial. libr. de Nupt. Phil. Quidam redimitus prior ad eos compresso digito salutari, silentium commonebat. ¶ Medius digitus alia habet nomina. Nam dictus est verpus, à verrendo podice. Ob quam etiam causam impudicus, & infamis vocatus est. Et quando porrigebatur, signum derisionis & contumeliæ erat. Mart. Ostendas digitum, sed impudicũ Alconti, Dasioque, Symmachoque. Iuvenal. Ipse minaci Prebeeret laqueum, mediumque ostenderet unguem. Persius: frontem atque uda labella Infami digito, & lustralibus antè salivis Expiat. ¶ Digitum tollere, significat favere, suffragari: sicut Digitum deprimere, suffragio derogare. [illegible]. Horat. Vulgus utroque suum laudabat pollice ludum. ¶ Digitum exere, peccas: proverbialiter dicitur de iis quos ut vitia sua fateantur cogimus. Tractum à gladiatoribus, qui victi ostensione digiti veniam à populo postulare cogebantur. Persius Satyr. 5: Nil tibi concessit ratio, digitum exere, peccas. ¶ Digitum transversum nõ excedere. Plaut. Aulul. Istic adesto: si hercle tu ex isthoc loco Digitum transversum, aut unguem latum excesseris, &c. Id est, minimo spatio. ¶ Dicitur &, Digitum ab aliquâ re non discedere, pro Ne tantillum quidem. Cic. 6. Verr. Oculos de isto nusquam dejicere, neque ab argento digitum discedere. Idem ad Att. lib. 7: Mihi certum est ab honestissimâ sententiâ digitũ nusquam. ¶ Digitus in aquæ ductibus accipitur pro certo quodam aquæ modulo quo ex castello in vicos aut regiones, aut etiam in nobiliorum ædes aqua dividebatur. Habebant enim aquæ ductus sua castella ad divortia vicorum, ex quibus aqua à castellario per uncias & digitos dividebatur. Habebat autem digitus rotundus diametrum unius digiti. Autor Frontinus. ¶ Cœlum digito attingere, proverbiali nimirum hyperbole dicuntur, qui longè supra mortalium conditionem, ac diis proximi esse videntur. Cicer. ad Attic. lib. 2: Nostri autem principes digito se cœlum putant attingere, si mulli barbati in piscinis sint qui ad manum accedant. ¶ Extremis digitis attingere est leviter attingere. Cic. pro Cæl. ¶ Metiri digitis dicitur qui rem accuratiùs expendit quàm oporteat. ¶ Monstrari digito, [illegible], pro eo quod est insignem esse. Luc. in Hermonide. Horat. 4. Carm. Od. 3. & Pers.

Dĭgĭtŭs ăquæ, sexta decima pars pedis, uncia verò duodecima. Paul. de Serv. Rust. præd. l. Lucius Tit. Digitum tibi dono aquæ.

Dĭgĭtŭlŭs, & Digitellus, diminutiva. [[illegible] Gall. *Petit doigt.* Ital. *Dito picciolo.* Germ. Ein fingerlein. Hisp. *Dedo pequeño.* Polon. *Paluszek, paluszek.* Vng. *Ujjacska.* Angl. *Little finger.*] Terent. in Eun. Sine biduum hoc prætereat, Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus.

Dĭgĭtālĭs, & hoc digitale. Quod habet mensuram digiti. [[illegible] Gall. *De la grosseur, espesseur, largeur & longeur d'un doigt.* Ital. *Di misura d'un dito.* Germ. Fingermässig/das eines fingers dick oder lang ist. Hispa. *Cosa que tiene quandidad de un dedo.* Polon. *Co jest dlugo na palec.* Vng. *Egy ujjnyi.* Ang. *That is of the measure of a finger or inche.*] Plin. libr. 22: Et anchusæ radix in usu est digitali crassitudine.

Dĭgĭtālĭă, n. f. substantivum. Digitorum tegmenta dicuntur. [[illegible] Gall. *Doigtier, deguier ou comme les doigts, gants.* Ital. *Ditale.* Germ. Fingerhut/Hendschuch. Hisp. *El dedal ò dedil del dedo.* Pol. *Paluch, rekawice.* Vng. *Gyűszű.* Ang. *A thymble or any thing covering the fingers, as finger stalles.*] Varr. lib. 1. de Re rust. Olea manu stricta, melior ea quæ digitis nudis legitur, laudabilior, quàm illa quæ cum digitalibus.

Dĭgĭtellŭs, sive Digitellum [Pol. *Rojownik.*] Herba est quæ alio nomine Sedum, sive Sempervivum majus appellatur. [illegible]. Vide Plin. lib. 25. cap. 13.

Dĭgĭtātŭs, m. f. Qui digitos habet. [[illegible] Gall. *Qui a*

digit. Ital. chi ha diti. Germ. Der finger hat. Hisp. Que tiene dedos. Pol. Pal. zasty. Vng. Vyas, az minek vya vagyon. Angl. That hath fingers.] Plin. l. 11. c. 47: Aviũ aliæ digitatæ, aliæ palmipedes.

Digladior, Gladiis certo, contendo, dissentio. [ἀλληλοις ξίφεσι μάχομαι, διαμάχομαι. Gall. Debatre par armes & comme tirer à cousteaux, noiser. Ital. Far' alle coltellate. Germ. Fechten, streiten, mit schwertern streiten. Belg. Schermen. Hispan. Acuchillar. Pol. Szermuie, sechtuie. Vngar. Harczolok, hadartozkodom. Angl. To fight with swordes, to contend or striue.] Cicer. Quid Antipater digladiatur cum Carneade tot voluminibus.

Dignatio, Digno, Dignitas, Dignor. Vide DIGNUS.

Dignosco, act. t. Agnosco, cognosco, aut discerno. [הכיר hichchir. διαγινώσκω. Gall. Cognoistre entre d'autres, discerner. Ital. Cognoscere, dignoscere. Ger. Vor einem andern erkennen, underscheiden. Hisp. Cognoscer entre cosas diversas. Pol. Rozeznawam. Vng. Meg ismerem. Ang. To discerne, to know among otheris.] Lactant. lib. 6: Invicemq; se dignoscunt. Suet. in Othon. Vulso corpore, galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato, & annexo, ut nemo dignosceret. Col. lib. 2. cap. 2: Dignoscere terram sapore. Plin. lib. 12. cap. 17: Dignosci vix potest à mastiche verâ.

Dignus, a, um, Qui aliquid meretur, cui aliquid merito debetur. [ראוי raui, כדאי a chir. ἄξιος. Gal. Digne. Ital. Degno. Ger. Wirdig, wart. Belg. Werdich. Hisp. Digno. Pol. Godny. Vngar. Melto. Ang. Meete or conuenient, worthie.] ut, Dignus laude, qui meretur laudem ἀξιέπαινος. Dignus castigatione, qui meretur castigationem. Plaut. in Rud. Neq; digniorem censeo vidisse anum me quanquam, Quoi deos atq; homines censeam benefacere magis decere. Terent. in Heaut. Ego meum esse dici tantis per volo, Dum quod te dignum est facias. Contrarium ejus est Indignus. Mart. Digna tuo cur sit, indignaq; nomine dicam: hoc est, dicam cur merearis & nõ mercaris hoc nomen.

Dignè, adverb. pro dignitate. [ἀξίως. Gall. Dignement, comme il appartient, honestement. Ital. Degnamente come s'appartiene. Ger. Wirdiglich. Hispan. Dignamente. Polon. Godnie. Vngar. Meltan. Ang. Honestlie, worthilie.] id est, honestè, uti honestum decet. Plaut. Mil. quam dignè ornata incedit, aut meretricè. Cic. de Senect. Nunquam igitur satis laudari dignè poterit philosophia: hoc est satis pro dignitate. ¶ Dignè etiam significat pro meritis. ἀξίως, κατ' ἀξίαν. Indignè, præter merita. ἀναξίως, παρ' ἀξίαν. Ovid. Leniter, ex merito quicquid patiare, ferendum est: Quæ venit indignè pœna dolenda venit.

Dignanter, adverb. Dignè. [ἀξίως. Pol. Godnie. Vng. Meltan.] Vopiscus in Tacit. Ipsum igitur qui nos tueri debet, loquentem dignanter audire.

Dignitas, f. t. Honestas, honor, amplitudo, splendor. [מעלה mahalah, שאת sžeth, יתר iether. ἀξία, ἀξίωμα, ἀξιοπρέπεια. Gal. Dignité, bonne reputation. Ital. Dignità, ampiezza, honore. Germ. Würde, wirdigkeit. Belg. Werdicheit. Hispan. Dignidad, honra, reputacion. Pol. Godność. Vngar. Meltosag. Ang. Worthinesse, honour donne to ones merites, manly maiestie or comelinesse in fauour.] Gell. Cujus dignitas nec augeri laudibus, nec minui destractionibus potest. Cic. Trebatio, lib. 13. Ut omnibus in rebus ei te commodes, quando fides dignitasq; tua patitur. ¶ Interdum sumitur pro Virili pulchritudine, τὸ ἀξίωμα, ἡ εὐπρέπεια. Idem lib. 1. Offic. Pulchritudinis duo sunt genera: unum muliebre, quam venustatem appellamus: alterum virile, quam dignitatem dicimus. Idem de Orat. In formis aliis dignitas inest, aliis venustas. ¶ Est etiam dignitas in sermone, quum scilicet oratio est gravis, & voce remissa, de qua Autor ad Herenn. σεμνότης, σεμνότης. Hujus contrarium est Indignitas, pro dedecore, sive ignominia, & quod indignum est, sive quod cõtra dignitatem. Lib. 4. ad Herenn. Nequeo verbis consequi indignitatem rei. Cic. pro Qu. Ligario: Quum ad secundum Calendas intercalares priores rogatu fratrum tuorũ venissem manè ad Cæsarem, atque omnem adeundi atque conveniendi illius indignitatem & molestiam pertulissem. Autor ad Herenn. lib. 3. Acuta exclamatio fauces & vocem vulnerat: eadem lædit auditorẽ: habet enim quiddam illiberale, ad muliebrem potiùs vociferationem, quàm ad virilem dignitatem in dicendo accommodatum. ¶ De privatæ dignitatis gradibus. Vide Lag. de Method. jur. Civil. part. 2. de privat. dignit. &c.

Dignitatum species, recentiores Iurisconsulti quatuor esse tradunt, Illustres, Superillustres (quæ dictio non satis Latina est) Spectabiles & Clarissimos. Sed Alciati doctrina verior, cujus elegans cap. extat de eâ re in lib. Dispunct. 3: Dignitates in jure nostro propriè quæ clarissimatus, Equitatus, perfectissima gradibus continentur, quos Alciatus non uno loco attingit, ostendens quantum hac in re aberratum hactenus sit.

Digno, as, act. p. Dignũ judico, dignor. [ἀξιόω. Gall. Iuger & reputer digne, daigner. Ital. Giudicare degno, degnare. Germ. Wirdigen, wirdig achten. Hispan. Tener por bien, hazer ò reputar por digno. Pol. Godnym czynie. Vngar. Meltonak velem, meltoztatom. Angl. To thinke worthie, to vouchsafe.] Pacuvius: Quis deos infernos, quibus cœlestes, dignet decorare honoribus?

Dignoro, as, act. p. Signum inuro, quemadmodum fieri solet sceleratis, & pecoribus [στιγματίζω. Polon. Piatnuie. Vngar. Meg belyegzem.] Festus: Sic & equi quadam notâ insigniebantur. Anacreon: ἐν ἰσχίοις μὲν ἵπποι πυρὸς χάραγμ' ἔχουσι.

Dignor, passivum, Dignus habeor. [ἀξιοῦμαι. Gal. Estre reputé, estimé digne. Ital. Esser tenuto degno. Ger. Wirdig geachtet seyn. Hispan. Ser tenido por bien y digno. Pol. Zagodnego iestem, raczam mie. Vng. Meltor altatatom, meltosztattatom. Angl. To be esteemed and holden worthie.] Virg. 3. Aen. Conjugio Anchisa Veneris dignare superbo. Cic. Oecon. Homo e tu numero hominũ qui apud nos hoc nomine dignantur: id est, digni habentur.

Dignor, deponens, pro Dignum judico, seu habeo: usitatius. [ἀξιόω. Gall. Estimer & reputer digne, daigner. Ital. Giudicare degno, degnare. German. Wirdig achten. Hispan. Tener por bien, hazer ò reputar por digno. Pol. Zagodnego mam. Vngar. Meltoztatom, meltonak velem. Angl. To think worthie, to vouchsafe.] Virgil. 1. Aen. Tum Venus: Haud equidem tali me dignor honore, id est, dignam judico, inquit Servius. Suet. in August. Universum deniq; genus operas aliquas publico spectaculo præbentium etiam curâ suâ dignatus est: id est, dignum judicavit, & dignatione suâ prosequutus est.

Dignandus, Cic. 1. Acad. Quæ autem secundum naturam essent, ea sumenda, & quadam æstimatione dignanda docebat.

Dignatio, onis, f. t. Idem quod Græci ἀξίωμα dicunt: id est, dignitas & amplitudo propter honores gestos, aut magistratum, vel propter oris, morumque majestatem. [מעלה mahalah, שאת sžeth, יתר iether. ἀξίωμα. Gall. Dignité, bonne reputation. Ital. Dignità. Germ. Wirdigung, das wirdig achten. Belg. Eerwerdicheyt. Hisp. Dignidad, reputacion. Pol. Godność, raczenie, szacunie. Vng. Meltosag, becsület. Angl. And good reputation, reuerence shewed to a man.] Cic. ad Att. lib. 4: Etsi meus quidem est fortior, nec quicquam nisi de dignatione laborat. Sueton. Vesp. Exin' fortitus Aphricam, integerrimè, nec sine magnâ dignatione administravit. Liv. 2. ab Urbe: pro gratiâ & familiaritate posuisse videtur: Appius (inquit) interpres lectus, haud ita multo in principum dignationem pervenit. Indignatio, ex rei alicujus indignitate collecta. ἀγανάκτησις. Iuven. Sat. 1: Si natura negat, facit indignatio versum.

Digredior, eris, Discedo, egredior, à te discedo, à proposito abeo. [הלך halach מן אחר, עבר avar. παρεκβαίνω, ἀπαλλάττομαι. Gal. Partir d'un lieu. Ital. Partire. German. Hinweg gehn / neben sich gehn. Belg. Wech gaen. Hispan. Partirse de lugar. Polon. Odstepuie, odchodzie. Vng. El megyek, el távozom, el térek. Angl. To go out of a place or from a purpose.] Virg. 3. Aen. Hos ego digrediens lachrymis affabar obortis. Cic. Cornificio: Etsi perinique patiebar animo, te à me digredi. Idem 1. de Nat. deor. Luna autẽ iisdem spatiis vagatur quibus Sol: sed tum congrediens cum Sole, tum digrediens. ¶ Cum accusativo sine præpos. Hirtius de Bello Afric. Inde parvulam proclivitatem digressus, sinistrâ parte campi propter mare legionem educit.

Digressus, particip. [שהלך ga hich ἀπελθών, ἀπαλλαγείς. Gal. Qui s'en est parti, qui a laissé le chemin qu'il tenoit. Ital. Separato, partito. German. Hingangen, abgeschiden. Hisp. Partido de lugar. Pol. Odstapienie, rozstanie. Vngar. Elment, el távozot, el tert. Angl. That goeth frome a place, or purpose.] Digressa dicitur quæ divortium cum marito fecit. Suet. in Cal. cap. 43: Diremit nuptias Prætorii viri, qui digressam à marito post biduum statim duxerat, quamvis sine probri suspicione.

Digressus, us, ui, m. q. Digressio: cui contrarium Accessus. [סור sarah, ἀπόστασις, ἀπαλλαγή. Gall. Departement. Ital. Departimento. Germ. Abweichung, hingang, absünderung. Hisp. Aquella partida. Pol. Odchod, rozstanie. Vngar. El menés, távozás, el térés. Ang. A digression, a going away.] Cic. lib. 1. Tusc. Tenuissimum lumen facit proximus accessus ad Solem, digressus autem longissimum. Idem ad Qu. Frat. lib. 1: Deinde congressus nostri lamentationem pertimui: digressum: verò non tulissem.

Digressio, onis, f. t. Pro discessu: huic opponitur congressio. [סור sarah ἀπάντησις. Gal. Digression, changement de propos, departement. Ital. Esso departirsi, mutar proposito, degressione. Ger. Hingang, abscheid. Hispan. Aquella partida. Pol. Rozeyscie, rozstanie. Vng. El menetel, el távozás. Ang. A digression or going frome.] Cic. ad Qu. Frat. lib. 1: Minus acerbum, minus miserum fuit, quàm fuisset tum congressio, tum verò digressio nostra.

Diiambus, διίαμβος. Pes metricus ex duobus iambis constans: hoc est, ex quatuor syllabis, quarum prima & tertia breves sint, secunda autem & quarta longæ: ut Amœnitas.

Dii manes, Per duas dictiones, ab antiquis crediti sunt esse animæ hominum quæ è corpore emigraverunt: unde etiam vetusta sepulchrorum monumenta Diis Manibus videmus esse inscripta. Alii Manes eosdem esse putant, quos in vitâ Genios appellamus: voluntque homini duos assignatos esse Genios qui ne mortuorum quidem corpora deserant, sed unà cum iis sepulchra inhabitent. Apuleius de Demonio Socratis: Manes, animæ dicuntur meliores meritis, quæ in corpore nostro Genii, & à corpore separatæ Lemures vocabantur. Quòd si domos infestarent, Larvæ dicebantur: contrà, si boni fuerint, Lares familiares. Servius arbitratur, Manes per antiphrasim quasi minimè manos dictos. Sabinorum enim linguâ Manum, bonum dicebatur: unde & Immanis. Numerantur etenim Manes inter noxia numina: unde subinde in feriis erant placandi ne nocerent. Vide plura in dictione MANES.

Dŏmŭs, f. s. & q. Propriè ædificium ad habitandum factum, quod ex tecto & parietibus constat improprie pro quocunque habitaculo. [בית báyt. οἶκος, δόμος. Gall. *Maison.* Ital. & Hisp. *Casa.* Germ. Ein Hauß. Belg. Een huys. Pol. *Dom, chalupa.* Vng. *Ház.* Ang. *An house.*] Vnde & templa & avium nidi domus dicuntur οἰκήματα, Virgil. lib. 6: Ostia jamq; domus patuêre ingentia centum Sponte sua, Idem 8. Aen. Antiquasq; domos avium cum stirpibus imis Eruit. ¶ Aliquando domus dicitur familia. οἰκία. Idē lib. 5: Sergestusq;, domus tenet à quo Sergia nomen. ¶ Aliquando sumitur pro totâ aliquâ gente. Idem 1. Aeneid. Quū domus Assaraci: volēs intelligi Romanos, qui ab Assaraco per Trojanos originem ducunt. ¶ Aliquando pro patriâ. Idem 3. Aen. Da propriam Tymbræe domū, da mœnia fessis. ¶ Facit autē genitivum, domus, & domi, dativum domui, accusativum domum, vocativum domus, ablativum domo. Differunt tamen duo hi genitivi, domi & domus, ut Domus ædificium ipsum significet quod ex tecto & parietibus cōstat. Aptè itaque dicemus partem domus sum demolitus; non, partem domi. Pro eodē etiam apud veteres legitur Domuis. Varro: Perrexit in interiorem partē domuis. Domi maneo οἰκουρῶ. Terent. in Adelph. Quid ais, bone vir, est frater domi? ¶ Invenitur tamen nonnunquā apud antiquos genitivus domi pro domus. Plaut. in Trinummo: Non fugitivus est homo: cōmeminit domi. ¶ In numero plurali facit nominativū domus, dativum & ablativum domibus, accusativum domos, vel domus, genitivum domorum, & nonnunquam domuum. Plin. lib. 8. c. 57: Quo in genere multi & hoc incolas domum posuêre mures. Legitur etiam nonnunquam in ablativo singulari domu. Plautus in Milite: Ait, sese Athenas fugere cupere ex hac domu. Domi & in domo, idem significat, εἰς τῷ οἴκῳ. Quintil. In domo furtum factum ab eo qui domi nō fuit. ¶ Revertor domum, & ad domū, οἴκαδε. Exeo domo, vel è domo οἴκοθεν. ¶ Admittūt autē obliqui hujus nominis adverbialiter positi tantùm adjectiva, Mea, Tua, Sua, Nostrâ, Vestrâ, & aliena: ut, Erā domi meæ. Tu eras domi tuæ, & sic de cæteris. Cic. pro Domo suâ: Quid tibi necesse fuit anili superstitione, homo phanatice, sacrificium, quod alienæ domi fieret, invisere? Aliquando nō solent apponi, sed subintelligi: ut, domi ero, scilicet meæ. ¶ Domi & militiæ, genitivi adverbiales: id est, absolutè positi pro eo quod est in pace & in bello: hoc est, pacis & belli tēpore. In his observatum est, ut ferè per conjunctionē Et vel Que connectantur. Terent. Adelph. Una semper militiæ & domi fuimus. Cic. de Senect. An censes (ut de me ipso aliquid more senum glorier) me tantos labores diurnos nocturnosq; domi, militiæq; suscepturum fuisse? ¶ Domus amica, domus optima, οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. Nusquam cōmodiùs, nusquā liberiùs, nusquā lautiùs homini vivere contingit, quàm domi. ¶ Domi conjecturam facere, οἴκοθεν εἰκάζειν. Quod non aliunde petitur, id domi fieri dicitur. Plaut. Cistel. ¶ Domi pugnans more galli in eum qui semper domi desidens, non audet vel in bellum vel in certamina proficisci foras. Nam hoc animal pugnacissimum quidem est, sed domi. ¶ Vna domus non alit duos canes, [illegible]. Proverbio iactatus senarius in eos, inter quos parum convenit propter idem lucrum, quod communiter expetunt. Refertur ab Aristophanis interprete ¶ Domi manere oportet bellè fortunatū, [illegible] Cui suppetit copia facultatum, is si velit fortunatam agere vitam, domi vivat. ¶ Ad eandē pertinet metaphorā. Domi habere. ¶ Hujus nominis diminutiva sunt, Domuscula, Domuncula, οἰκίσκος, οἰκίδιον.

Dŏmūncŭlă, æ, f. p. diminutivum [οἰκίδιον Pol. *Domek.* Vngar. *Házaska.*] Vlpianus D. lib. 47 T. t. 12. leg. 5: Si domunculam habeat, &c.

Dŏmĕstĭcŭs, ca, cum. Quod ad domum pertinet, quodque ex domo nostra est. [בן בית ish bay. h. οἰκεῖος Gall. *Domestique, de la maison.* Ital. *Domestico, di casa.* Germ. Ein Haußgenoß oder Haußgehörig. Hispan. *Cosa casera ò de casa, Domestico.* Vngar. *Házi házbéli.* Ang. *Perteining to householde.*] ut, Domistica negocia, domestica exempla, domesticum lenocinium. Domesticus usus, & consuetudo apud Ciceronem. Domesticum funus, domestica furta, domesticum testimonium. ¶ Aliquando domesticus dicitur mansuetus ac mitis. ἥμερος. Plinius: Mitte animal, atque domesticum.

Dŏmĕstĭcŭs, ci, m. s. Qui in eâdem domo nobiscum habitat. [οἰκεῖος, ἐφέστιος. Vng. *Házi harnoke.*]

Dŏmĕstĭcātim, adverbium. significat per varias domos, sive per domesticos. [κατ' οἰκίας. Gall. *De mai on en maison, par les maisons,* Ital. *Di casa in casa, per le case.* German. Von Hauß zu hauß. Belg. Van huys te huyse. Hispan. *De casa en casa.* Pol. *Zdomu do domu.* Vngar. *Házonkent.* Ang. *From house to house.*] Suet. in Cæs. Quorum ut quàm maxima exspectatio esset, ea quæ ad epulum pertinerent, quamvis macellariis oblocata, etiam domesticatim apparabat.

Dŏmĭcœnĭum, n. s. Cœna quæ fit domi. [οἰκοσίτια Pol. *Domowa wieczerza.* Vngar. *Hátunknál való vatsora.*] Apul. Martial. libro quinto: Si tristi domicœnio laboras Torani, potes esurire mecum.

Dŏmŭĭtĭo, f. t. [Gall. *Retour en la maison.* Ital. *Ritornata à casa.* German. Heimgang. Hispan. *Tornada à casa.* Polon. *Nawrocenie do domu.* Vngar. *Hazá menés.* Angl. *A returning home to the house.*] Dictio composita ex domo, & itio, quasi reversio ad domum. Cic. lib. 1. de Divin. Sed Rhodiorum classi propinquum

quum reditum, ac domuitionem dari. Apul. lib. 3. Denique nec larem requiro, nec domuitionem paro. Itiones autem dici, sicut reditiones, & abitiones, testis est Terentius qui in Phormione ait: Hæccine erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ?

Dŏmĭcĭlĭum, n. s. Habitatio longi temporis, unà cum omnibus suis rebus & fortunis. Itaque domicilium non domus aut habitatio facit: sed ubi quis larem, rerumque suarum summam constituit, unde rursus non sit discessurus. [מעון *mahôn*. οἰκητήριον. Gall. *Domicile le lieu de la demeure ou habitation.* Ital. *Domicilio, habitatione di longo tempo.* German. Ein behausung / lange wierige wohnung. Belg. Bewooninghe / woonplaetse / ofte woonstede. Hispan. *La casa, ò la morada della de luengo tiempo.* Pol. *Mieszkanie, przybytek.* Vngar. *Lakás (a' egy) sok ideig valo lakasra keszitetet ház.* Ang. *A dwelling place.*] Vnde mutare domicilium dicuntur qui migrant, ut aliam urbem habitent, tanquam illius cives futuri. nam qui ad tempus habitat, mox inde discessurus, domum quidem potest habere quam conduxit, domicilium autem non habet. Cic. 7. Verr. Sedem antiquam, divinumque domicilium nocturno latrocinio atque impetu compilavit. Gellius: Qui domicilium in Italiâ non haberet. Cicero de Senect. Animus cœlestis ex altissimo domicilio depressus & quasi demersus in terram.

Dŏmo, domas, domui, domitum, & interdum domavi, domatum, olim tertiæ conjugationis fuit, si Prisciano credimus, quemadmodum & omnia primæ conjugationis verba quæ præteritum faciunt per ui, divisas syllabas. Inde manserunt domui, domitum, & domitor. Mansuefacio, cicurefacio, edomo. [כבש *kabash*, רדה *radah*. δαμάζω. Gall. *Domter, surmonter, rendre subiect.* Ital. *Domare, sottomettere, far soggetto.* German. Demmen / zam machen. Belg. Temmen. Hispan. *Domar.* Polon. *Skraman, ujarzmiam, sobie sprawiam, vikramam, obieżdżam.* Vngar. *Meg enyhitem, meg szelidítem.* Angl. *To subdue, tame or overcome.*] Virgil. 3. Georg. Talis Amiclæi domitus Pollucis habenis Cyllarus, & quorum Graii meminêre Poetæ, Martis equi bijuges. Plaut. in Cas. Sed quid ais, jam domuisti animum? Plin. de viris illustr. Prætor Galliam domuit, Consul Hispaniam, altero Consulatu Sardiniam. Hinc Domitos hostes dicimus, id est, victos: & domitos populos, in potestatem redactos. Cicero de Provinc. Consul. Atque hanc Macedoniam domitis jam gentibus finitimis, barbariâque compressâ, pacatam ipsam per se & quietam. ¶ Equorum domitores, πωλοδάμνοι. Virg. 7. Aen. Lausus equûm domitor, debellatorque ferarum. Domiti equi, δεδμημένοι: atque Indomiti, ἀδάμαστοι. Indomitæ gentes, feraces. Idem 8. Aeneid. -raptis concurrunt undique telis Indomiti agricolæ. Et 8. Aeneid. Indomitique Dahi. ¶ Hinc componitur Perdomo, penult. corr. quod est valde domo, vel ad finem domo. Mart. 1. Herculeæ laudis numeretur gloria, plus est, Bis denas pariter perdomuisse feras.

Dŏmĭtūrā, ræ, f. p. Domandi actus. [δάμασις. Gall. *Domtement, apprivoisement.* Ital. *Domatione, domamento.* German. Zemmung / zam machung. Belg. Een temmatinge. Hisp. *Domadura, aquella obra de domar.* Polon. *Vikromienie, pokiełznienie, ujarzmienie.* Vngar. *Meg enyhités, szelídités.* Ang. *A taming or breaking.*] Plin. l. 8. c. 46: Domitura boum in trimatu, postea sera, antea præmatura. Col. lib. 6: Curandum ne in domiturâ, bos, calce, aut cornu quenquam contingat.

Dŏmĭtŭs, tus, tui, m. q. Ejusdem significationis. Polon. *Obieżdżeni, vkrocenie.* Vng. *Meg enyhités.* Angl. *A taming.*] Cicero lib. 2. de Nat. deor. Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones.

Dŏmĭtŏr, oris, m. t. Qui domat: hoc est, cicurem, & mansuetum reddit. [מכבש *mekabbesh*. δαμαστής, δαμαστήρ. Gall. *Domteur, qui domte.* Ital. *Domatore.* German. Ein Zämer / der einen dempt vnnd zam macht. Hispan. *El domador.* Polon. *Pokiełznięcy, vikramiący, obieżdżący.* Vng. *Enyhitö, szelídítö.* Angl. *He that tameth.*] Ovidius 2. Trist. Quid tibi de terrico referam domitore Chimæræ? ¶ Pro eodem etiam legitur Domator. Tibullus: -cōversus terga domator.

Dŏmĭtrix, cis, f. t. [δαμάτειρα, δαμάστειρα. Gall. *Celle qui domte.* Ital. *Donna che doma, vince & supera.* German. Ein Zämerin. Hispan. *Domadora.* Pol. *Taka ktora vikramia.* Vngar. *Szelídítö asszony.* Angl. *She that tameth.*] Virgil. 3. Georg. -domitrixque Epidaurus equorum.

Dŏmābĭlĭs, le, om. t. Qui est aptus ad domandum. [εὐδάμαστος. Gall. *Domtable, aisé à domter.* Ital. *Cosa che si può domare.* Germ. Zämig / das wol zu zwingen vnd zu zämen ist. Hisp. *Cosa que se puede domar.* Pol. *Łatwa do vikromienia.* Vng. *Szelídítésre alkolmas enyhitöt, meg.* Angl. *Easie to be ouer come or tamed.*] Horat. lib. 5. Carm. Od. 14 Te Cantaber nō antè domabilis Miratur. Ovid. 9. Metā.

Atque immune necis, nullâque domabile flammâ.

Dŏmĭtūrŭs, a, um. particip. futuri temp. Virgil. 4. Georg. Dulcia mella premes: nec tantum dulcia, quantum Et liquida, & durum Bacchi domitura saporem.

Dŏmĭto, tas, tare, frequentativum. [συχνὰ δαμάζω. Pol. *Vkramiam, vkrocam.* Vng. *Meg enyhitöm, szelídítöm.* Angl. *To make tame, to subdue.*] Virgil. 3 Georg. Et prensos domitare boves. Idem 7. Aen. -domitant in pulvere currus.

Dŏmĭnŭs, m. s. A domo fit, & is propriè dicitur qui domui præest, & qui in familiam imperium habet. [בעל *bahal*, אדון *adhon*. κύριος, δεσπότης. Gall. *Seigneur, maistre.* Ital. *Padrone, signore.* Germ. Ein Herr / Haußherr. Belg. Een Meester / heere. Hisp. *Sennor como de siervos.* Pol. *Pan, ociec czeladn.* Vng. *Vrgazda.* Ang. *A maister, a lord.*] Sunt enim dominus & servus ex τῶν πρός τι, ex iis quæ ad aliquid referuntur. Terent. in Eun. Apparet servum hunc esse domini pauperis. Plaut. in Castel. Quis istic habitat? L. Demipho dominus meus. ¶ Item Domini appellatio ad eos extenditur qui rei alicujus proprietatem habent, etiamsi usufructus alienus sit. ¶ Abusivè tamen & filiifamiliâs, & cæteri liberi, qui in potestate sunt, & usufructuarii, domini dicuntur. *Hæc ex Vlpiano.* ¶ Item Dominus vocatur qui in regnum vel civitatem imperium habet, & cui populi subsunt. Virg. 1. Aeneid. Romanos rerum dominos, gentemq; togatam. ¶ Rursus dominus dicitur maritus. Idem lib. 4: -connubia nostra Reppulit, ac dominum Aenean in regna recepit. ¶ Sunt etiam amantium verba dominus & domina, blanditiis apta. Ovid. Hæc tibi sub domino est Pyrrhe puella tuo. Et iterum: Nam furor in dominam temeraria brachia movit. ¶ Item ponitur pro convivii exhibitore. Varro, aut dominum, aut vinum, aut aliud quid laudato. Cic. in Vatin. Quum ipse epuli dominus Qu. Appius albatus esset. Dominos quoque & dominas, sumi solent pro deo ac dea. Ovid. -& Domino solvere vota Iovi. ¶ Dominus simpliciter appellatur in Iure Civili, qui quoquo tempore usucœpit l. si finit § Iulianus. de damno infecto. Quamvis & veteres honoris causâ dominum aliquem dicere solebant, ut quum Nerat[ius] ad Paulum scribens, l. Nesennius ad L. Falc. Ex facto, inquit, Domine talis species incidit. Sic & mariti uxores suas, & mariti [illegible] quandoque appellant. Sic & Plinius: Trajanum dominum eâdem scilicet cōsuetudine, cujus & Martialis quoque & Seneca meminerunt. Dominus fit is, cui traditur ex causâ emptionis, donationis, dotis, mutui, legati, hæreditatis, solutionis, transactionis, sententiæ, vel similibus. l. traditionibus C. de pact. l. nunquam nuda. De acquirendo rerum dom. Domini appellatio a domo deducitur, οἰκεῖον, proprium Græci vocant: & a domo derivant Vlp. in tit. Instit. de hæred. qual. & different. Domini appellatio ad eos extenditur, qui rei alicujus proprietatem habēt, etiamsi ususfructus alienus sit. Vlpian. Domini abusivè dicuntur filiifamilias, & cæteri liberi qui in potestate sunt, & usufructuarii. *Ex Vlpian.*

Dŏmĭnă, næ, f. p. Hera, domini uxor, quæ in familiam, aliúmve rem imperium habet. [גבירה *gebira*. δέσποινα. Gall. *Dame, maistresse.* Ital. *La signore, la maestra.* Germ. Ein Fraw / Herrin. Belg. Een Meesterse / Vrouwe van den huyse. Hispan. *Sennora como de [illegible].* Polon. *Pani.* Vngar *Asszony.* Ang. *A ladie or maistresse.*] Cic. in Parad. Cupiditas honoris dura domina. Idem libro 2. de Fin. Dominæ rerum omnium virtutes. Virg. lib. 3. Aeneid. Et vincti curru dominæ subiêcere leones. Cic. l. 3. Offi. Hæc enim una virtus omnium est domina & regina virtutum. De justitiâ loquitur. ¶ Domina, κατ' ἐξοχὴν quandoque pro Proserpina legitur. Virg. 6 Aeneid. Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.

Dŏmĭnĭcŭs, derivatum. [κυριακός. Pol. *Panski.* Vngar *Vri.*] ¶ Dominicæ habitationes, apud Columel. libro 9. capite 5. Et Rationes dominicas pecuarias conficere, apud Varr. lib. 2. de Re rust. cap. 10.

Dŏmĭnŏr, aris, Ius & imperium in rem aliquam habeo, rerum potior, regno, dominatum teneo. [רדה *radah*, משל *mashal*, שׂר *sar*, בעל *bahal*. δεσπόζω, κρατέω. Gal. *Maistriser, dominer.* Ital. *Signoreggiare.* German. Herrschen. Belg. Heerschappen. Hispan. *Enseñorear.* Pol. *Panuie.* Vngar. *Vraskodom.* Ang. *To have dominion or maistership, to beare rule.*] & frequentissime habet dativum. Virg. 1. Aen. -victis dominabitur Argis. ¶ Modò accusativum, cum in præpositione. Ovid. lib. 1. Metam. -& quod dominari in cætera posset. Cicero in Catone: Felix senectus, si usque ad ultimum spiritum dominatur in suos. ¶ Modò ablativum cum præpositione in. Sulpit. Ciceroni: Quum casus & natura in bonis dominatur. Virg. li. 2 Aen. Incensâ Danai dominantur in urbe. ¶ Interdum etiam cum genitivo invenitur, sed non nisi in sacris literis. ¶ Dominor aliquando passivè accipitur. Cicer. 1. Offic. O domus antiqua, quàm dispari domino dominaris.

Dŏmĭnāns, Participium, Qui dominatur. Cicero 2 de Finib. Maximas verò virtutes jacēre omnes necesse est voluptate dominante.

Dŏmĭnantĭŏr, Comparat. Lucret. libro 3: Et magis est animus vitai claustra coërcens, Et dominantior ad vitam, quàm vis animai.

Dŏmĭnātŭs, m. q. Principatus. [משרה *misrah*, ממשלת *memshalah*, גבורה *gebura*. [illegible]. Gall. *Domination, seigneurie, maistrise.* Ital. *Signoria, tirannide.* German. Ein Herrschafft. Hispan. *Sennorio.* Pol. *Panowanie.* Vng. *Vraskodas.* Angl. *Dominion, lordship, maistership.*] Cicer. 4. de Finib. Quum autem assumta ratio est, tanto in dominatu locatur, ut omnia illa prima naturæ hujus tutelæ subjiciantur. Idem 1. de Divin. Quæ erat urbs in Thessaliâ, tum admodum nobilis, ab Alexandro autem tyranno crudeli dominatu tenebatur.

Dŏmĭnātŏr, oris, m. t. [משל *moshel*, שׂר *sar*. κυριεύων, δεσπότης. Gal. *Dominateur & seigneur.* Ital. *Il Signore.* German. Ein Herrscher. Hispanicè, *El que enseñorea.* Polon *Ten ktory panuie.* Vngaricè, *Vraskodo.* Anglicè, *That hath dominion, a lord.*]

Cicero

Cicero 2. de Naturâ deorum. Dominator rerum Deus.

Dŏmĭnātrix, f. t. [שרה *saráh*. *ἄνασσα*, *κυρία*, *δεσπότις*. Gall. *Celle qui domine*. Ital. *Donna che signoreggia*. Germ. Ein Herrscherin. Hisp. *La che señorea*. Pol. *Ta ktora panuie*. Vng. *Vralkodo asszony*. Ang. *She that hath dominion*.] Cic. l. 1. de Invent. Cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas.

Dŏmĭnātĭo, f. t. Imperium. [משרה *misráh* ממשלה *memschaláh* עצר *hóser*. *δυναστεία*. Gall. *Seigneurie, domination*. Gall. *Signoria, dominio*. German. Beherrschung oder Herrschafft. Hispan. *Señorio*. Polon. *Panowanie*. Vngar. *Vraság, vra kodás*. Angl. *Lordship, maister ship, impire*.] Cic. 5. Verr. Quâ impudentiâ putatis eum in dominatione fuisse, qui in fugâ tam improbus sit? Tacit. lib. 13. Quæ cunctis malis dominationis cupidinibus flagrans, &c. Cic. 2. de Invent. Dominatio rationis in libidinem. ¶ Interdum Dominatio, cùm filiusfamiliâs jus patriæ potestatis exit, suique dominii & juris, paterque familiâs efficitur. Festus: Regalia exta appellantur, quæ potentibus inspectum honorem pollicentur: privatis & humilioribus hæreditates: filio familiæ dominationem.

Dŏmĭnĭum, nii, n. s. Imperium, & principatus. [משרה *misráh* ממשלה *memschaláh* עצר *hóser*. *δυναστεία*. Gall. *Seigneurie, domination, maistrise*. Ital. *Dominio, signoria*. Germ. Herrschafft. Hispan. *Señorio*. Polon. *Panowanie*. Vngar. *Vraság, hatalom, valkodás*. Angl. *Lordship, impire, dominion, rule*.] Varr. 2. de Re rust. c. 6. In mercando item (ut cæteræ pecudes) emptionibus, traditionibus dominium mutant.

Dominĭum, dominii, est jus de re corporali perfectè (quod salvâ Legum prohibitione fiat) disponendi. Alciat. traditionibus. Codice de Pact. Dominium, *inquit Bartol.* est jus de re corporali perfectè disponendi, nisi lege prohibeatur. Appelleus noster Plinius definit hoc modo: Est jus de re corporali perfectè disponendi, si rei copiam habeas, sin minus vendicandi: nisi vel lege, vel conventione prohibearis. Est etenim Dominium ipsissima causa rei vendicationis, quam videlicet alius quispiam nobis invitis, vel possidet, vel detinet. Dominium dividitur in directum, & utile. l. primâ §. fin. Si ager vectigal. vel emphyt. pet. Partitur in proprietatem & usumfructum, l. 4. de Vsufruct. l. qui usumfructum. de verborum obligat. Sed & alias in Iure inveniri Dominii species, indicat Alciatus in Parergis. Quoddam enim Dominium est *ἐπ' ἐλπίδι*: id est, in spe, ut quum in l. in suis de Lib. & posthum. filiusfamiliâs rerũ paternarum dominus vocatur, unde & sui hæredes dicuntur, tanquam sibi ipsis succedant: erant enim vivente quoq; patre domini. Aliud est dominium *κατ' ἀνάληψιν*: id est, per anticipationem dicere possumus, ut quum mulier rei suæ in dotem traditæ domina dicitur. l. in rebus. Codice, de Jur. dotium. Aliud est Dominium quod vidua habet, quam maritus relictis liberis decedens, in testamento jussit esse dominam usufructuariam, administratricem (dominium enim illud *ἀκυρὸν* & imaginarium est) eam solùm in domo præeminentiam consecuta, quam vivente marito habebat. Ideoque ad alimenta tantùm contrahitur; est igitur & hoc dominium *ἐν ψιλῷ ὀνόματι*. Aliud est quod summum seu majus dominium vocant: quæ nimirum scilicet majestas, cujus observationem fœderati supremo Principi, vel Reipubl. debent, l. non dubito. de Capt. & postlim. rever. Effectus autem majoris dominii, quos non paucos referunt, ab interpretibus petendi sunt. ¶ Dominium item dividitur in id quod Jure Gentium acquiritur, & in id quod Jure Civili. Prius aut sine possessione acquiri non potest, posterius potest maximè l. à Titio. in fin. de Furt. l. quum hæredes. in princip. de Acquirend. possessione, l. facta, ad S. C. Trebellian. l. primâ, de bon. possession. §. 1. Institut. de Acquis. per adrog. & titul. proximè sequenti cum similibus. Dominium proprietas, & usus fructus, quæ duo sunt partes dominii, & nō minùs perfectiones, quàm Dominium ipsum sunt ex pluribus causis. l. 3. §. ex pluribus de Acquir. possess. l. non ut ex pluribus de Regul. Jur. §. sic itaque discretis. Institut. de actionibus. Quasi dominium. Jus in Re, & obligatio, sæpenumerò sunt ex pluribus causis. l. & an eadem. l. penultima. de Except. rei judic. dicta. l. non ex pluribus, quum sint quedam imperfectiones. Dominium acquiritur tùm Jure Gentium, tùm Jure Civili. Jure Gentium, occupatione, inventione, alluvione, traditione, &c. Jure Civili autem, usucapione, præscriptione, legato, aditione hæreditatis, arrogatione, & nonnullis aliis modis. Quod tamen ad traditionem attinet, requiritur ipsius traditionis justa causa. Dominium, quasi dominium, & Jus in re specificum, affinia sunt inter se, & species distinctæ ipsius Juris in re generici. Directum verò & utile, species ipsius Dominii. Dominii duo esse officia Bartol. in l. 1. ff. de Acquir. possess. explicando Possessionis definitionem, tradit. Vnum disponendi: alterum vendicandi, per l. in rem actio, de rei vend. l. si quis. vide §. differentia, jam dicto titulo de Acquirend. possession.

Dōnārĭa, Donativum, Vide DONUM.

Dōnātus, participium à Donor. Vide Dono in DONUM.

Dōnax, [*δόναξ*. Germ. Ein gattung eines grossen Rors. Pol. *Trzesina abo laska*. Vng. *Sziltye, Nád*. Angl. *An angling rodde of a cane*.] Et calamus crassiore ligno, & tenui foramine, quem totum fungosa replet medulla, fruticosissimum, & nonnisi in aquaticis nascens, sagittis aptissimus. Longissima internodia habet, & dum calefactus est, facilè flectitur. Hinc apud Plin. lib. 16. cap. 36. Calamus fruticosissimus donax dictus est.

Dōnĕc, adverbium, Significans quoad, vel quousq;. [עד *had*, *ἕως*, *ἕως ἄν*, *ἄχρις οὗ*. Gall. *Iusques à ce que, tandis que*. Ital. *Fin che, mentre che*. German. Biß das. Belg. Tot dat. Hispan. *Hasta que*. Pol. *Poki*, *azdoted*. Vngar. *Miglen, mig*. Angl. *Vntill*.] Terent. in Andr. Nunquam destitit orare usque adeò donec perpulit. ¶ Jungitur autem tàm indicativo modo, quàm subjunctivo, & cunctis etiam tempori. De præsenti exemplum est apud Plaut. in Cistel. –non destiti instare usqueadeo donec adjurat se annus, &c. De præterito suprà positum est exemplum ex Terentio. Exempla futuri nusquam non occurrunt. Virgil. 1. Aeneid. –donec regina sacerdos Marte gravis, geminam partu dabit Ilia prolem. Ad eundem etiam modum cum omnibus subjunctivi temporibus jungitur. Columel. Donec ea aqua, quam adjecerit, decoquatur. Cato de Re rust. Donec pecuniam satisfecerit, aut delegarit, pecus & familia quæ illic erit, pignori sunto. Terent. in Phorm. Donec tibi quod pollicitus sum effecero. ¶ Accipitur etiam donec pro quandiu. Ovid. de Ponto lib. 3. Donec eris fœlix, multos numerabis amicos. ¶ Veteres pro Donec dixerunt Donicum. Cato de Re rust. Sed usq; licebit vellas, donicum semen videris ire. Livius quoque ita usurpat: Ibi manens sedeto donicum videbis me carpento vehentem domum venisse. Plaut. Inimicus esto donicum ego revenero.

Dōnum hujus doni, n. s. Ex Græco est (inquit Festus) quod illi vocant *δῶρον*. [מנחה *minchâh* שחד *schóchad* Gall. *Don, present*. Ital. *Dono, presente*. German. Ein Schenck oder Gaab. Belg. Gifte, gave. Hisp. *Don, que se da como quiera*. Pol. *Dar*. Vngar. *Aiándék*. Angl. *A gift or present*.] Plin. lib. 35. cap. 14. Græci enim (ait) antiqui doron palmum vocabant, & ideò dōra munera, quia manu darentur. Est autem donum, quod aut propitiandis Diis datur, aut hominibus pro benefactis, quæ nulla necessitate juris, sed sponte præstantur. Ovid. de Arte. Munera, crede mihi, placant homines que Deosque: Placatur donis Juppiter ipse datis. ¶ Differt donum à præmio, ut præmium sit, quod datur ex præcedenti merito: donum, quodvis munus quocunq; modo datum. ¶ Donatus illud Terent. in Eunuch. Quod vis donum & præmium à me optato, id optatum feres; distinguit donum à munere, ut donum deorum sit, munus, hominum: quæ tamen differentia nullo modo observatur. Nam & dona dicuntur quæ dantur hominibus, & munera quæ diis offeruntur. Itaque vera differentia hæc videtur, ut Donum dicatur majorum esse rerum: Munus verò minorum. Nam & regna, & regiones, & oppida, & prædia, cæterasq; res immobiles, dono dari passim legimus, muneri dari non item. ¶ Aliquando donum dicitur de rebus perniciosis. Virg. Eclog. 6. Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit. ¶ Donum honorarium: id est, quod datur patrono, ab honore dictum, quod hujusmodi muneribus clientes patronos suos solerent honorare. Neque enim, ut hodie, ita olim patroni mercede conducti clientum negotia suscipiebant, quod illo tempore ignominiosissimum putabatur: grati tamen clientis erat acceptum à patrono beneficium munusculo aliquo remetiri: quod illi donum honorarium vocabant. Nostri autem seculi advocati (ut non infacetè ait Budæus) arbitraria, non honoraria dona accipiunt: quippe qui pro suo arbitrio litigatoribus mercedem præscribunt, nullumque suæ rapacitati faciunt modum.

Dōno, as, act. p. Donum in aliquem confero, largior, munere afficio, munus do. [נתן *nathan* זבד *zabád* חנן *chanán* שחד *schachâd*. *δωρέομαι*. Gall. *Donner*. Ital. *Donare*. German. Schencken, begaaben. Hisp. *Dar gratuitamente*. Polon. *Daruie*. Vngar. *Aiandékozok*. Angl. *To give, or present a gift*.] Plaut. in Aulul. Ab eo donatur auro, uxore & filio. Idem in Amphitr. Quo pacto sit donis donatus plurimis. Cic. 1. de Orat. Inseri quidem & donari ab arte non possunt: omnia sunt enim illa dona naturæ. Senec. de Benefic. lib. 5. cap. 14. Vt circumspectius donaremus, circumspectiùs eligeremus eos, in quos merita conferuntur. Cic. in Pis. Mihi populus Rom. universus illâ in concione non unius diei gratulationem, sed æternitatem, immortalitatemque donavit. ¶ Donare civitate, est efficere cives, & jura civium dare. *πολίτην ποιεῖν*, *πολιτείας μεταδοῦναι*. Cicer. pro Archia Poeta: Quid? à Q. Metello Pio familiarissimo suo, qui civitate multos donavit, neque per se, neque per Lucullos impetravisset? ¶ Hujus verbi compositum est, Condono, quod quandoque pro simplici usurpatur: quandoque significat quicquam ad aliorum petitionem do; quandoque ignosco *συγχωρῶ*. Terent. in Phorm. Argentum quod habes, condonamus tibi. Salust. Haud facilè alterius libidini malefacta condonabam.

Donātus, participium, Munere affectus, cui aliquid donatum est. [נתון *nathun*, *δωρηθείς*. Polon. *Vdarowany*. Vngar. *Megaiándékoztatot*.] Virgil. 5. Aeneid. Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit. ¶ Hujus contrarium Indonatus *ἀδώρητος*.

Dōnātĭo, f. t. Est doni alicujus in alterum collatio, & propriè ea, quæ nullo urgente jure, sed ex merâ liberalitate fit, idque eâ quidem mente, ut statim qui dat velit accipientis fieri, nec ullo casu ad se reverti. [מתנה *mattanáh*, *δωρεά*. Gall. *Donnaison*. Ital. *Donatione*. German. Ein freywillige schenckung / vergaabung. Hispan. *Donacion*. Polo. *Darowanie*. Vngar. *Aiándékozás*. Angl. *The presenting or geuing of a gift*.] Quod si sub conditione fiat, non est vera donatio. Cicero in Orat. Vt aureâ corona donaretur, eaque donatio fieret in theatro populo convocato. Di-

cimus autem, dono tibi munus, & dono te munere. ¶ Donatio onerosa dicitur cùm donatus revocat donationem propter ingratitudinem. Zasius. §. Item si quis. Institut. de Action. Donatio dividitur in eam, quæ fit mortis causâ, & in eam quæ fit simpliciter, l. Senatus. §. de mort. causa don. l. alienatum §. Sin. de verb. signif.

Dōnāriă, n. s. Sunt ipsa (ut Valla docet) dona, quæ deo offeruntur. [מנחה *minchah* שי *schai* זבד *zebedh*. ἀναθήματα, ἀφιερώματα. German. *Kirchen gezierd / oder geschenck.* Belg. *Kercken Cieraet en Ornamenten.* Polon. *Podarki.* Vngar. *Istennek rendeltetett ajándék.* Angl. *Giftes and presentes or sacrifices offered to god.*] quæ scilicet dicata diis, ex tholis, aut parietibus, aut etiam columnis suspenduntur. Macrob. Ornamenta verò sunt clypei, coronæ & hujusmodi donaria. ¶ Nonnunquam locus est, in quo dona reponuntur, & pro ipso etiam templo. Virgil. lib. 3. Georg. Tempore non alio dicunt regionibus illis Quæsitas ad sacra boves Iunonis, & uris Imparibus ductos alta ad donaria currus. Gell. libro 2. cap. 10. Vbi reponi solerent signa vetera, quæ ex eo templo collapsa essent, & alia quædam religiosè donariis cōsecrata. Apul. Ibi donarium deæ perquam opulentum, plurima auri & argenti ratio in lancibus, speculis, poculis, & hujusmodi utensilibus. Quod est contra Laurent. Vallam, qui Servium reprehēdit, quòd donaria interpretetur loca, in quibus dona suspenduntur.

Dōnātīvum, Munus quod à principe vel imperatore militibus donatur. [מנחה *minchah* שי *schai* זבד *zebedh*. ἐπίδοσις. Gall. *Largesse de Prince, donaison generale.* Ital. *Dono fatto da un Principe.* Germ. *Ein Gaab oder verehrung so ein Fürst oder Hauptmann seinen Kriegsleuten thut.* Belg. *Heeren schenck oft present.* Hispan. *Don hecho de Principe.* Polon. *Podarek.* Vngar. *Fejedelemtül vitézeknek adatott ajándék.* Angl. *A gift or dole of a Prince or Noble man.*] Suetonius in Domitiano: An duplum donativum militi donaret. Plin. in Paneg. Nam mihi cogitanti eundem te collationes remisisse, donativum reddidisse, congiarium obtulisse, &c. Tacit. lib. 10. Et adventu quintanorum quintadecimanorumque auctæ legiones, donativum poscunt.

Dōnātīvŭs, creditor, qui donationem facit. [Polon. *Podarca.* Vngar. *Ajándékozó.*] Paulus Jureconsf. Si de duobus debitoribus mortis causâ donativus creditor uni acceptum tulit, & convaluerit, eligere potest utri condicat.

Dōnātīcæ cŏrōnæ, Dicebantur quibus victores in ludis donabantur: quæ postea magnificentiæ causâ institutæ sunt, super modum aptatæ capitibus, quali amplitudine fiunt, quum lares ornantur. Festus.

Dorcadias, Herba, quæ alio nomine mustium vocatur, passioni hepatis confert.

Dŏrcăs, dorcadis, f. t. [צביה *tsebijah*. δορκάς. Polo. *Sarna.* Vngar. *Oz. (auagy) vadkecske.* Angl. *Aroe.*] Dama, seu caprea, ἀπὸ τοῦ δέρκειν ὀξέως: hoc est, ab eo quòd acutè videat. Plin. lib. 28. cap. 8. Dorcadis pelle collo suspensa. Martial. lib. 13. Delicium parvo donabis dorcada nato.

Dorcidion, Dictamnum. Diosc. lib. 3. cap. 35.

Doriphagi, orum, m. s. Appellantur quasi donivori, & dona hæsitantes, nostro tempore nonnulli *vistempetæ* & *cupedipetæ*, vel etiam *cupedivori* appellari possunt.

Dōrīs, idis. [δωρίς. Germ. *Ein stechendes Kraut mit einer rotfarben wurtzen*] Herba est anchusæ similis, lanuginosior tamen, & minus pinguis, tenuioribus foliis & languidioribus. Radix oleum non fundit, sed rubentem succum, & in hoc ab anchusâ distinguitur. Hæc Plin. lib. 22. cap. 20.

Dōrmĭo, is, n. q. verbum absolutum, Somnum capio, sopitus sum. [ישן *jaschen*. κοιμάομαι, καθεύδω. Gall. *Dormir.* Ital. *Dormire.* German. *Schlaffen.* Belg. *Slapen.* Hispan. *Dormir.* Polon. *Spie.* Vngar. *Alszom.* Angl. *To sleepe, to be a sleepe.*] Plaut. in Trin. Egomet autem quum extemplò arcum Mihi & pharetram & sagittas sumpsero, cassidem in caput, dormibo Placidè in tabernaculo. ¶ Aliquando cum accusativo, & præpositione IN. Plin. in Epist. Nihil est quod in dextram aurē fiduciâ mei dormias: non impunè cessatur. ¶ Dormire in utramvis aurem, est animo otioso, securo, vacuoq; esse. Terentius in Heaut. Adeemptum tibi jam faxo omnem metum, In aurem utramvis otiosè ut dormias. ¶ Dormire in utrumvis oculum, idem significat. Plaut. in Pseud. De istâ re in oculum utrumvis conquiesco. ¶ Dormire alieni, dicitur is, qui non inservit ei, neq; per omnia gerit morem. Cic. ad Fab. Gall. 7. 25. Capius (opinor) olim, Non omnibus dormio: hic ego, Non omnibus, mi Galle, servio. ¶ Dormit sol, quando non lucet. Plautus Amph. Credo equidem dormire solem atq; appotum probè.

Dōrmĭēns, Particip. Qui dormit. Significat etiam cessantem sive cessatorem. Terent. Adelph. Quid credebas? dormienti hæc tibi confecturos deos?

Dōrmīto, as, penult. prod. n. p. Frequentativum est, quamvis diminutionis significatum quandoque habeat. [נום *num*. νυστάζω, ὑπνώττω. Gall. *Sommeiller, avoir faim de dormir.* Ital. *Haver sonno.* German. *Hefftig schlaffen.* Hispan. *Entre dormir y velar.* Polon. *Zasypiam.* Vngar. *Szunnyadok.* Angl. *To sleep often, to have a desire of sleeping, to slumber.*] Horat. Quandoque bonus dormitat Homerus. Est autem propriè Dormitare, somno detineri. Plaut. in Amph. Te dormitare ajebas, mensa ablata est, cubitum hinc abiimus.

Dōrmīsco, is, Dormio. [καθεύδω, κοιμῶμαι. Pol. *Poczinam, spac.* Vngar. *Alanni fogok.*] Plaut. Curc. Caput deponit, quum dormiscit, ei subduco annulum.

Dōrmītātŏr, m. t. Qui solet dormire, & omnia negligentiùs agere. [נום *nam* נרדם *nirdam*. ὑπνώτης. Gall. *Dormeur, dormant, endormi & negligent en ses affaires, songeart.* Ital. *Dormigliore, da poco.* German. *Ein schläfferiger / der so liederlich zu seinen sachen thut / als wann er schlieffe.* Hispan. *Dormidor.* Polon. *Ospalec.* Vngar. *Szunnyadozó, aluszékony.* Angl. *A sleeper, a sluggard, a slumberer.*] Plaut. in Trin. -mira sunt, Ni illic homo est aut Dormitator, aut sector zonarius.

Dōrmītōrĭŭs, a, um, adjectivum: ut, Cubiculum dormitorium ubi dormitur. [κοιτωνὸς. Gall. *De dormir, qui sert à dormir.* Ital. *Che serve à dormire.* German. *Das zum schlaffen gehört.* Hispa. *Cosa pertenesciente à dormir.* Pol. *Do spania przina, legaco.* Vng. *Aluashoz való.* Angl. *That serveth for sleeping.*] Plin. Junior in Epist. Est in hac diætâ dormitorium cubiculum, quod diem, clamorem, sonum excludit.

Dōrmītōrĭum, n. s. substantivè, Dormitorium cubiculum. [τὸ κοιμητήριον, τὸ κοιτῶν. Gall. *Chambre à dormir, lieu où on dort.* Ital. *Luoco da dormirvi, dormitorio.* Germ. *Ein schlaffkammer.* Hisp. *El dormitorio.* Pol. *Komora do spania.* Vng. *Alvo hely.* Angl. *A dortour, a bed chamber.*] Plin. lib. 30. cap. 6. Post hæc jubent eum in pariete dormitorii, tectòve includi.

Dorodocia, æ, f. p. Corruptio est muneribus facta, quam Jurisconsulti sordium verbo significare solent: dicitur autem & de corrupto, unde Dorodocos judices Demosthenes appellat, quos *Nummarios* nos appellamus: id est, sordidos.

Dōrōn, [מנחה *minchah* שחד *schechad*. δῶρον. Gall. *Don, present.* Ital. *Dono.* Germ. *Ein Gaab / oder Schencke.* Hispan. *Don.* Polon. *Dar.* Vngar. *Ajándék.* Angl. *A gift, a present.*] Donum à Græcis dicitur, quòd munera ferè manu dentur. Apud antiquos enim Græcæ linguæ scriptores, δῶρον pro palmo, sive manu invenitur. Plin. lib. 35. cap. 14. Græci (inquit) antiqui dōron palmum vocabant, & ideo dōra, munera, quia manu darentur. Vnde Antidora, ἀντίδωρα, remunerationes. Vetus autem illa significatio adhuc remansit in compositis, Didōron, Tetradōron, & Pentadōron, pen. prod. quibus lateres, in structuris ædificiorum significantur, qui duorum, quatuor, aut quinque palmorum longitudinem habent. Palmi autem nomine mensuram intelligimus duodecim digitorum, quem palmum majorem, sive dodrantem vocant.

Dōrsum, si, n. s. Tota posterior corporis pars, à collo usque ad os sacrum. In qua significatione legitur & dorsus mascul. gen. [גב *gab*. νῶτον. Gall. *Dos, eschine.* Ital. *Dorso, schiena.* German. *Der rucken.* Belg. *De rugge.* Hispan. *El espinazo, ò el lomo.* Polon. *Grzbiet.* Vngar. *Hat.* Angl. *The backe.*] Plaut. in Milite: Timeo quid rerum gesserim: ita dorsus totus prurit. Non solum autem dicitur de hominibus, cæterisq; animalibus, sed etiam de inanimatis: ut de littoribus, aquis, montibus, & hujusmodi. Virgil. 5. Aeneid. Namq; inflicta vadis, dorso dum pendet iniquo. Quibus in locis significat duriorem arenam (ut inquit Servius) quæ meantibus ultro citroq; fluctibus densatur: quòd à nautis pulvinus vocatur. ¶ Antiqui tamen dossum dicebant quod nunc dorsum dicimus. Vnde dossuaria jumenta à Varrone dicta lib. 10. cap. 10. quæ dosso vehunt. Ad quam rem (inquit) habent jumenta dossuaria domini, alii equas, alii pro his quid aliud, quod onus dorso ferre possit.

Dōrsuālĭă, n. t. Tegumenta quibus equi & boves teguntur. [ἐφίππια. Gall. *Couvertures de cheval.* Ital. *Coperte da cavalli.* Germ. *Ein Ruckendecke / Reitdecke.* Hispan. *Las cobertoras de los bueyes, ò cavallos.* Polo. *Deka, na konie albo na woli.* Vngar. *Barom pokrocza.* Ang. *Sadle clothes.*] Julius Cap. Processerunt centeni albi boves cornibus auro jugatis, & dorsualibus apricis discoloribus præfulgentes.

Dōrsuōsŭs, Adjectivum. Solin. cap. 40. Ita incertis molibus nunc in brevia rescinditur dorsuosa, nec æstibus inundatur inquietis.

Dŏrx, de hac ferè in verbo Barbarus: Non placet (inquit) quorundam distinctio inter Dorcadem & Dorcem, quasi Dorcas cervinus pullus sit. Dorx animal diversum: cum Dorcas Aristoteli, non cervum, sed capream significet. Certè Diosc. in coaguli mentione Dorcadem à dorce separavit. *Hæc Barbarus.*

Dŏrȳcnĭum, n. s. δορύκνιον, Strychni genus est Theophrasto, radice candidâ, longâ, cubitali, cavâq;, folio erucæ majusculo, caule quadricubitali, capite gethyi majore, pilosioreq;, pilulæ platani non absimili. Drachmæ pondere datur, ut sibi quia placeat, & pulcherrimum se existimet: duplicatum pondus majorem insaniam creat, spectris vanis animo obversantibus: triplicatum perpetuas gignit furias: cui ponderi si quid adjiciatur, præsentem necem affert. Ab his effectibus à quibusdam manicon est appellatum. Dorycnium autem putatur, quod lancearum cuspides in prælio eo tingerentur.

Dŏrȳphŏrŭs, pen. cor. m. s. [δορυφόρος. Pol. *Straz albo garda krolewskiego ciala.* Vngar. *Fejedelem örző dardas.* Angl. *A gentleman about a prince that beareth a speare.*] Satelles qui lanceam, aut spiculum gestans, tuetur corpus principis. Nam δόρυ lancea est, vel spiculum. Curt. lib. 10. Cognatorum Darii regis turbam quindecim millia hominum fuisse muliebriter propemodum cultam: luxu magis quàm decoris armis conspicuam: doryphori vocabantur: peculiare enim erat illius agminis insigne. ¶ Est etiam viri proprium, apud Quintilianum.

Dōs, tis, f. t. Propriè dicitur quod marito cum uxore datur. [מהר móhar. προίξ. Gall. *Douaire, le mariage d'une fille*. Ital. *Dote*. German. Ein Ehesteur oder heimsteur. Belg. Bruyleft eft ho- welick Goet / Merghengifte. Hisp. *Dote del casamiento*. Pol. *Possag*. Vng. *Jegy ruha*. Angl. *The dowrie which the woman doeth giue vnto hir husbande*.] Plaut. in Amphit. Non ego illam mihi dotem duco esse quæ dos dicitur: Sed pudicitiam, &c. Terent. in And. Dos est Pamphile decem talenta. Idem in Adelph. Vxor sine dote veniet: intùs psaltria est. ¶ Duo autem dotium genera ea numerantur à Iurisconsultis, profectitia scilicet, & adventitia. Profectitia dos est, quæ à parentibus profecta est de bonis eorum: Adventitia verò, quæ aliunde advenerit: ut si quis patri certam pecuniam dederit quam filiæ nubenti reddat. ¶ Transsumitur præterea latiùs hujus nominis significatio pro omni eo quod alicui datum est vel à naturâ, vel ab hominibus. προίξ. Vnde dotes animi dicuntur, prudentia, justitia, fortitudo, & hujusmodi: & dotes corporis, pulchritudo, robur, incolumitas, & his similia. Martial. lib. 13: Nec poteris similæ dotes numerare, nec usus. Cicer. lib. 1. Orat. Cujus artem quum indotatam esse, atque incomitatam, & incomptam videres, verborum eam dote locopletasti, & ornasti. Ovid. 3. Trist. Nam tibi quũ facilis mores natura pudicos, Et raras dotes, ingeniumq; dedit. ¶ Dotes etiam prædiorum dicuntur pro adventitiis emolumentis quibusdam & aliunde quæsitis, non ipsis inoatis: quæ inde appellationem sumpserunt, quòd prædiorum oneribus ac sumptibus tolerandis attributa sunt, ut dotes in matrimoniis. Ex Hotomano.

Dōtālis, le, om. t. Quod ad dotem pertinet, vel in quo dos cōnstit. [προικῷος, ὁ τῆς προικός. Gall. *Douairier, de douaire*. Ital. *Dotale*. Germ. Das zu der Ehesteur gehört. Hisp. *Cosa que se da en dote y casamiento*. Polon. *Possagi*. Vngar. *Jegy ruhához való*. Angl. *Pertainingto dowrie*.] Vnde Dotalia bona, Dotales fundi. Plaut. in Asin. Dotalem servum Sauream uxor tua Adduxit, cui plus in manu sit quàm tibi. Idem in Mil. Hasce ædes dicas dotales tuas. Liv. lib. 26: Hæc tibi à me dotalia dona accedent.

Dōto, es, act. p Dotem do. [מהר mahár. προικίζω. Gall. *Douer*. Ital. *Dotare, dar dote*. German. Außsteuren / mit einer Ehesteur begaben. Belg. Besteden / ten houwlick gheven. Hispan. *Dotar la mugere casamiento*. Polon. *Possag albo wiano date*. Vngar. *Jegy ruhát adok*. Angl. *To giue dowrie, to endowe*.] Sueton. in Vesp. Vitellii hostis sui filiam splendidissimè maritavit, dotavitque etiam, & instruxit.

Dōtātus, a, um adjectivum, Vnde Dotatam mulierem dicimus, quæ dotem habet: & indotatam, quæ dotis afi maritum nihil attulit. [ἄπροικος. Polon. *Possagiem opatrzoni*. Vngar *Jegy ruhás*, (item) *meg házasitatott, kazdag*. Angl. *Endowed, which giueth dowrie to hir husband*.] Plaut. in Asin. Hæ sunt, atque aliæ multæ in magnis dotibus incommoditates, sumptusque intolerabiles. Nam quæ indotata est, ea in potestate est viri: dotatæ mulctant & damno & malo viros. ¶ Dotatum etiam latiùs intelligimus eum qui bonis quibusdam animi, corporis, aut fortunæ præditus est. Manil. lib ult. Tertia Plejadas dotabit forma sorores. Ovid. 11. Metam. Nata erat huic Chione, quæ dotatissima formâ Mille procis placuit.

Dōsis, δόσις, à verbo Græco δίδωμι quod est dare. [Polon. *Lieka*.] Hac voce nostri hodie medici utuntur pro portione simplicium medicamentorum compositionem ingredientium.

Dōthien, entis. [δοθιὴν. Pol. *Wrzedzie sima cielie*.] Abscessus cum tumore qui ex crassis humoribus in carnosis plerunq; locis fit: mitis, quum in solâ cute coierit: maleficus autem, nec facilè curabilis, quum ex alto in summâ cutem emerserit. Vide Marcellum Virg. in Diosc. lib. 2.

Dōxa, æ, f. p. δόξα. Latinè opinio dicitur. Vnde & Paradoxa, παράδοξα, quæ admiratione digna sunt, & opinionem hominum superant, vel potius præter opinionem. ¶ Interdum majestas dicitur. ¶ Item gloria. Vnde Eudoxa, vera gloria.

D ante R.

DR. In notis antiquorum, Drusus. D R. P. dere promittit. D. R S. de regibus. D. R M. de Romanis. D. R P de republicâ. D. T. S. P. Diem tertium, sive perendie, vel sive per eundem, vel sive perendinum. DS. Deus. DS. Diis. D. S. P. O. de suâ pecuniâ obijt. D. SP. S. P. de sapientiâ suâ perfecit. D. SVP. P. de supinâ pilâ. D. S. de to solo. D. SP. de sepientibus. D T. duntaxat. D. T. durat. D. TB. de tribubus. D. TRIB. TL. S. De tribunali tulit sententiam. D. T. G. Q. S. De tuo genio quod sentis.

Drăbē, [δράβη. Polon. *Polni kmin*.] Herba est cubitialtitudine, gracilibus virgulis, quarum latere utrinque vestiunt folia, quæ planè Lepidii viderentur, nisi teneriora essent, candidioraque. In cacumine sambuci umbellam gerit, in qua candidi flores emicant. Hanc nonnulli herbarum periti Orientale Nasturtium, alii Babylonium vocaverunt. Vide Ruell. libro 2. capite 89.

Dracæna, δράκαινα, cum diphth. draconis fœmina: sicut leonis fœmina, leæna.

Drăchmă, f. p. [דרכמונ darchemón אדרכן adharcón. δραχμή. Gall. *Dragme, huictiesme partie d'vne once*. Ital. *Dramma, denaro*. Germ. Ein quintlein / der vierdte theil eines lots. Belg. Een vierendeel van een loot. Hispan. *Drama peso, ò adarame*. Pol. *Dragma, to iest, osma czesc od vncie*. Vngar. *Gadás*. Angl. *A dramme, the eight part of an ownce*.] Genus ponderis ex decem & octo siliquis: id est, tribus scrupulis cōstans. ¶ Est & genus numismatis, de varium valens Romenum: hoc est (ut Budæus docet) solidos Turonenses tres cum semisse. Terent. in Andr. Vix, *inquis*, drachmis obsonatus est decem. Cic. 1 de Divin. Quibus divitias pollicētur, ab his drachmas ipsi petunt.

Drăco, onis, m. t. [תנין tannín. δράκων. Gall. *Dragon*. Ital. *Dracone*. German. Ein Drach. Belg. Een Draecke. Hispan. *Dragon*. Polon. *Smok*. Vngar. *Sárkány*. Ang. *A dragon*.] Serpens annosus, qui multâ ætate in insolitam magnitudinem excrevit: ita dictus ἀπὸ τοῦ δέρκειν, quòd hoc animal acutissimi visus esse credatur: unde etiam à Poëtis thesaurorum custodiis fingitur præesse. Plin. lib. 8. cap. 11, author est Dracones in Indiâ in tantam excrescere magnitudinem, ut perpetuum cum elephantis bellum gerant. ¶ Dracones etiam dicuntur à Plin. lib. 17. cap. 23. à tortuositatis similitudine palmites emeriti, pluribusque annis indurati: Nuper (*inquit*) repertum draconem serere juxta arborem: ita palmitem appellamus emeritum, pluribusque induratum annis. ¶ Draco marinus etiam Piscis est, qui & Araneus piscis vocatur. de quo Plinius libro nono, capite 48. Vide ARANEVS.

Drăcōnītēs, δρακονίτης; sive Dracontias, gemma est quæ fit ex cerebro draconum, sed non nisi viventibus abscissa gemmescit, invidiâ animalis mori se sentientis: quapropter mos est amputare caput dormientibus. Est autem colore translucido, nec poliri potest, aut artem admittere. Plin. lib. 37. cap. 10.

Drăcōntĭum, n. s. [δρακόντιον. Gall *Herbe appelee serpentine*. Ital. *Dragontea*. German Drachenwurtz. Hispan. *Dragontia*. Pol. *Ostrasko*: Herbario, *wezownik*. Ang. *Dragons or dragonwort*.] Herba hortensis est, teste Dioscoride, folio hederæ, magno, & cādidis notis insigni, caule recto, bicubitali, versicolore, maculis respersio purpureis, ita ut anguem planè referat. Officinæ *Serpentariam & Columbinam* appellant. ¶ Est etiam hoc nomine genus vitis apud Colum. lib. 3. cap. 2. quod vini generositate cum Aminneis conferri possit. Vnam (*inquit*) vitem præcoquam, nobis ante hoc tempus incognitam, Græcâ consuetudine dracontion vocari comperimus, quæ fœcunditate jocunditateq; arcellatæ, basilicæq; & Bituricæ comparari posset generositate vini, Aminneæ.

Drăcūncŭlus, [δρακοντίσκος. Gall. *Serpentine, serpentaine*. Ital. *Dracontea*. German. Schlangenkraut Belg. Speerworet / slangencruyt. Hispan. *Dragoncia*.] herbæ genus est quod *dracontion* Græci, pharmacopolæ *Serpentariam* appellant: utroque nomine à caulis figurâ deducto, qui maculis quibusdam variegatus, quandam serpentis similitudinem referre videtur. Vide paulò antè in dictione DRACONTION. ¶ Est etiam Dracunculus piscis ex concharum genere. Plin. lib. 32. cap. 11.

Drăgmă, atis. [δράγμα. Polon. *Rzecz ktora wgarsci sa zapic mozemi*. Vngar. *Marok, egy marokni*. Angl. *A handfull, a bundell*.] Apud Græcis dicitur quod nos *rapinam*, aut *manipulum* dicimus: hoc est, quantum unâ manu comprehendere possumus.

Drāmă, atis. [δρᾶμα. Polon. *Gra w komedij*.] Est actus vel repræsentatio fabularum, in quibus Poëtæ persona non admiscetur.

Drāmătĭcŭs stylus, Dicitur qui mixtus non est, ubi Poëte nusquam loquitur: ut sunt comœdiæ & tragœdiæ: Exegematicus, in quo solus Poëta, Mixtus, ubi promiscuè & Poëta & persona. Dictus drammaticus, δραματικός, quasi activus, à δράω ago.

Drĕpănis, Arist. [δρεπανίς. Pol. *Morska cstkolka*] hirundo marina. Plin. lib. 10. cap. 30. & lib. 30. cap. 4. Item lib. 11. cap. 47. Vide HIRVNDO.

Drŏmăs, adis. [בכרה bichráh. δρομάς. Germ. Ein Camel oder Dromedary. Polon. *Dromedarz zwierze*. Vng. *Gyors teve*.] Cameli species est, à velocitate cursus nomen habens. Liu. lib. 7. bell. Maced. Ante hunc equitatum falcatæ quadrigæ, & cameli, quos appellant Dromadas.

Dromones, Genus piscium est apud Plin. lib. 32. cap. ultim. à peroicitate ita appellatum. δρομάδες. ¶ Dromones item navigia celerrima, quasi cursoria Iustiniano vocantur in l. secunda. C. de offic. præf. præt. Afr. quos celoces Latini appellant à celeritate, ut scribit Nonius: Milites, *inquit*, constituas, qui possint & ipsum trajectum servare, & omnia quæcunque in partibus Hispaniæ, vel Galliæ, sive Francorum aguntur, viro spectabili duce, denunciare. In quo trajecto etiam Dromones quantos provideris ordinari facias.

Drŏmŏs. [δρόμος. Pol. *Miesce do jezdu*. Vngar. *Futás*, [*avagy*] *futo hely, pállya*.] Latinè cursus; quamvis nonnunquam accipietur pro loco ipso in quo curritur. ¶ Hinc Caradromos, de quo suo loco.

Drŏpāx, acis. pen. gen. corr. m. t. [δρώπαξ. Pol. *Pliastr ktori wlosi wyrwa*. Vngar. *Kepposzto szor mellyeszib wnosság, kenet*.] Vnguenti genus est quod ad evellendos è corpore pilos solet adhiberi. Vnde δρωπακίζειν Græci dicunt pro eo quod est unguentis adhibitis corpus glabrum reddere. Mart lib 3: Psilothro faciemque lavas, & dropace calvam. Idem lib. 10. Lævis dropace tu quotidiano.

Drupæ. [δρυπεπεῖς. German. Oliven / die noch nicht gut zu essen sind. Polon. *Przejrzale oliwy*.] Baccæ oleæ jam nigrescētes: & mox ab arbore casuræ: unde & nomen apud Græcos acceperunt, παρὰ τὸ πίπτειν ἐκ τῆς δρυός.

Dryophyte, es, f. p. Ranæ genus est apud Plin. lib 32. cap. 7: Ranæ (*inquit*) quas dryophytas & calamitas vocant. Pol *Zaby*

 jedaß

geddgem fie vodgace. Vngar. *Az mily béták az essönel az egböl le esnek.*] Item cap. 10: Iecur ranæ dryophytes, aut calamitæ in pelliculâ grauis alligatum. Quibus tamen in locis eruditiores malunt legere *diopetas & diopetin*: ut ranas illas intelligas, quæ aut cum pluviâ de cœlo decidunt, aut certè ex pluviâ nascuntur. Græci enim *διοπετὲς* vocãt quicquid ex aëre est delapsum, quasi à Iove missum.

Dryŏphŏnŏn, *δρυόφονον*, Herba est dryopteri similis, cauliculis tenuibus, cubitalibus, circundatis utrinque foliis oxymyrsinæ similibus, sed candidioribus & mollioribus, flore sambuci. Edunt decoctos cauliculos, semine verò pro pipere utuntur. Officinæ *Nemoralem myrtum* appellant.

Dryŏs hyphĕar, *δρυὸς ὕφεαρ*, Genus visci est, copiosissimè in quercu nascens: unde & nomen accepit. Est autem sui generis planta fruticosa, sesquipedalis, lenta, semper virens, gravis odoris, buxi folio, baccis exiguis, sine flore, tactum sequens, nunquam in terrâ nascens. Vide Plin lib. 16. cap. ult.

Dryŏptĕris, [*δρυοπτερίς*. German. Ein kraut / so sich dem Engelsüß / Steinfarb oder baumfarb vergleicht.] Herba est filici similis, in arboribus nascẽs, tenui foliorum subdulcium incisurâ, radice hirsutâ. Plin. lib. 27. cap. 9. Vulgus *Osmundam arboream* appellat.

Drypĕtæ. [*δρυπεπεῖς*. Polon. *Doirzale olywe*. Vng *Ert olay mag.*] Olivæ sunt maturæ & adultæ, ita dictæ à *πίπτω* & *δρῦς*, quasi jam ex arbore decidentes.

D ante V.

D.V. In notis antiquorum, Devotus vir, vel vester, vel Diis volentibus vel devotus Vestæ, vel dies Quintus. DVC. DVC. Ducum Ductore, vel ducum ductio, vel ductorum ductor. DVL. vel DOL. vel DVLCIS. dulcissimus. D.VIIII. Diebus novem. DV.I.S. Devotu istorum servatur. DV. vel DVS. Devotus. DVL. dulcis. DVLMS. dulcissimus. D.V. M.T. dolo vel malo tuo D.VS. deæ virgines, vel de virtutibus, vel de verbis.

Dŭă in neut. gen. veteres dixerunt pro duo. *δύο*. Quintil. lib. 1. c. 10. Dua pondo & trepondo usque ad nostram ætatem dictum est, & recte dici Messala confirmat. Sic etiam apud Cic. in Orat. Video sepulcra dua, duorum corporum.

Dŭālis, le, Quod est duorũ [*δυϊκός*. Gall. *Dual, qui signifie deux, de deux*. Ital. *Numero di due*. Germ. Zweyig / zweyfach. Hispan. *Numero de dos*. Pol. *Dwoysti*. Vngar *Kettöe*. Angl. *Of two*.] Servius in illud Virg. 1. Aen. Conticuère omnes: Conticuêre (inquit) pro conticuerunt: nec est (ut quidam dicunt) duàlis numerus: qui apud Latinos nusquam penitùs invenitur.

Dubenus, teste Festo, pro domino veteres dixerunt. [Polon. *Pan*. Vngar. *Vr*.] Pacu. Tum dubenus servos ligatos pessime verberat.

Dubĭo, as, Apud antiquos legitur pro dubito, sive in dubio sum. [*διστάζω*. Pol. *Watpię*. Vngar. *Kételkedem*.] Plautus: Dubiat quid agat.

Dubĭŭs, m. f. Dicitur qui duas vias habet, & utram eligat, nescit: sicut ambiguum, quod in ambas agi partes possit. [תלוי *talui*. *ἀμφίβολος*, *ἄπορος*. Gall. *Doubteux, incertain*. Ital. *Dubbioso*. Germ. Zweyfelhafftig. Belg. Twyfelachtig / onseker. Hispan. *Cosa dudosa*. Polon. *Wątpliwy*. Vngar. *Kétséges*. Angl. *Doubtfull, uncertaine*.] Liv. 4. ab Vrbe: Quum equites procul visi nõ sine terrore ab dubiis quinam essent, mox cogniti &c. Virgil. 2. Aen. Nec dubiis ea signa dedit. Terentius: Non dubium est quin mihi magnum ex hac re sit malum. Lib. 1. ad Herenn. Dubium genus est, quum habet in se causa & honestatis, & turpitudinis partem. ¶ Nonnunquam etiam dubium accipitur pro ancipiti periculo. Vnde in dubium venire, id est, quod in discrimen adduci. Terent. in Adelph. Tua fama & gnatæ vita in dubium veniet. Sic Salutem dubiam dixit Cicero in Epistol. ad Ligarium, pro eâ, quæ in periculo versatur. ¶ Cœna dubia dicitur, quum tanta opponitur ciborum copia, ut cogaris dubitare quid potissimum debeas sumere. Terent. in Phorm. Ille ringitur, tu rideas: Prior bibas, prior decumbas: cœna dubia opponitur. G. Quid istuc verbi est? S. Vbi tu dubites quid sumas potissimum. ¶ Dubia causa dicitur, quæ (ut voce utamur forensi) semiplenè probata est. Gl. est celebris in l. admonendi ff. de jurejurando. Dubiis interpretandis ad mitiora deflectendum esse, schola nostra omnino recepit. ¶ Dubium argentum. Id est, pecunia de cujus pondere vel bonitate dubitari potest. Plaut. Epidic. Accipe argentum hoc Danista, hic sunt quadraginta minæ: Siquid erit dubium, immutabo. ¶ Dubium nisui. Salust. in Iugurth. Deinde ipse cũ illorum armis sequi, quæ dubia nisui videbantur, potissimùm tentare. ¶ Cum genitivo, ut Vitæ dubius, Ovid. 3. Trist. Dubius animi, Virg. 3. Georg.

Dŭbĭē, adverb. [*ἀμφιβόλως*. Gall. *Douteusement, en doute, incertainement*. Ital. *Dubiosamente*. German. Zweyfelhafftiglich. Belg. Twyfelick. Hisp. *Dudosamente*. Pol. *Niepewnie, wątpliwie*. Vng. *Kétségessen*. Ang. *Doubtfully*.] Cicer. 1. de Divin. Potest autem accidere, ut aliquod signũ dubiè datum, pro certo sit acceptũ. Liv. 2. ab Vrbe: Nec dubiè ludibrio esse miserias suas. Hujus cõtrarium est indubiè, *ἀναμφιβόλως*, sine dubio.

Dŭbĭōsŭs, a, um, adjectivum, Incertus, dubius. [תלוי *talui*. *ἀμφίβολος*, *ἀμφίβολος*. Gall. *Doubteux, plein de doubte*. Ital. *Dubbioso*. German. Voll zweyfel / ungewiß. Hispan. *Dudoso*. Polon. *Niepewny*. Vngar. *Kétséges*. Angl. *Very doubtfull or uncertaine*.] Gell. lib. 3. cap. 3: Quas à cæteris segregavit, quoniam dubiosæ non erant. Idem lib. 5. cap. 10: Dubiosum hoc, inexplicabileq́;.

Dŭbĭto, as, Dubius sum. [ספק *saphak*, פסח *pasach*. *ἀμφιβάλλω*, *διστάζω*. Gall. *Doubter*. Ital. *Dubbitare*. German. Zweyfeln. Belg. Twyfelen. Hispan. *Dudar*. Polon. *Watpię*. Vng. *Kételkedem*. Ang. *To doubt*.] Cicer. 4. Academ. Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt qua sobrii: dubitant, hæsitant, revocant se interdum. Idem lib. 10. Epistol. Nam de tuâ ergà me voluntate non dubitant. ¶ Non dubito quin. Terent. Andr. Hic nunc non dubitat, quin te ducturum neges. Cic. de Senect. Quod si acciderit, non dubitat quin brevi Troja sit peritura. ¶ Dubitare an & utrum. Plautus Capt. At etiam dubitavi hos homines emerem, an non emerem, diu. Cicer. 5. Verr. Infinitè dubitare utrum sit utilius, propter multos improbos uni parcere, an, &c. ¶ Dubitare pro Cogitare. Virgil. 9. Aeneid. -percipe porrò Quid dubitem, & quæ nunc animo sententia surgat. Id est, cogitem. Omnis enim cogitatio in dubitatione est ante sententiam. Servius. ¶ Dubitare item ponitur pro vereri, cunctari. *ὀκνεῖν*. Plaut. in Epidico: Quid istuc dubitas dicere? hoc est, Quid times, aut vereris? Cicero de Amicitiâ: Nec dubitare illum in omni sermone appellare sapientem. Iuvenalis Satyr. 8: -quis tam Perditus, ut dubitet Senecam præferre Neroni? ¶ Hujus composita sunt Abdubito, Subdubito, quorum significata vide suis locis.

Dŭbĭtātŭr, impersonale. Cic. 4. Verr. Idem Attic. lib. 4: Sed utrũ fronte, an mente dubitant.

Dŭbĭtāns, particip. [ספק *toleh*, פסח *pas*. *διστάζων*, *ἀμφιβάλλων*. Gall. *Doubtant, qui doubte ou est en doubte*. Ital. *Dubitante*. German. Zweyfflend. Hispan. *Dudoso*. Polon. *Wątpiący*. Vngar. *Kételkedvén, kételkedö*. Ang. *That doubteth, doubting*.] Cicero pro Domo suâ: Identidem se ipse revocando dubitans, timens, hæsitans, omnia aliter ac vos in monimentis habetis, & pronuntiarit & fecerit.

Dŭbĭtātŭs, partic. [*διστασθείς*. Pol. *Wątpiący*. Vng. *Az kiröl kételkedtének*.] Ovid. 2. Metam. Venit, & intravit dubitati tecta parentis. Dubitatus amor, apud eundem ad Liviam.

Dŭbĭtātĭo, f. Hæsitatio, scrupulus. [*δισταγμός*. Gall. *Doubte*. Ital. *Dubitatione*. Germ. Zweyfflung. Hisp. *Duda*. Pol. *Wątpienie*. Vng. *Kételkedés*. Ang. *Doubt*.] Cicer. 2. de Orat. Quis timor? quæ dubitatio? quanta hæsitatio, transactusque verborum? Idem ad Trebonium. Nullam enim dubitationem apud me reliquisti quantum me amares.

Dŭbĭtāntĕr, quod est à dubitans: Dubitatim à dubitatus, Dubiè, timidè. [*ὀκνηρῶς*. Gall. *Doubteusement*. Ital. *Dubbiosamente*. Ger. Mit zweyfel. Hispan. *Dudosamente*. Polon. *Wątpliwie*. Vngar. *Kételkedve kétségessen*. Ang. *Without hope, or doubtfully*.] Cæcil. Imperator clamat de medio, ut milites à sinistro cornu removeant, & Gallis non dubitanter immittant. Sisenna apud Nonium: Quòd hostem non dubitatim cum pluteis & scalis iter facere cernebat.

Dŭbĭtābĭlĭs, le. [*ἐνδοιαστός*, *ἐνδοιάσιμος*. Pol. *Wątpiący*. Vngar. *Kétséges*.] Ovid. 13. Metamorph. Atque ego si virtus in me dubitabilis esset, Nobilitate potens essem. Idem libro 1: nec erit dubitabile verum.

Ducatus, Vide DVCO.

Dŭcēntĭ, ducentæ, ducenta. Plin. lib. 16. cap. 40: Anni ducenti ante excidium Trojæ.

Dŭcēntĭēs, Adverb. Cic. 2. Philip. Ego enim amplius ducenties acceptum hæreditatibus retuli.

Dŭcēnĭ, a, um, Bis centum: ut, Duceni pedes, Plin. lib. 6. cap. 26. Et, Duceni anni, apud Plaut. in Pseud.

Dŭcēnārĭŭs, m. f. Qui duas centurias: id est, ducentos milites, ducebat in acie secundâ, qui & primus hastatus dicebatur. [*διακοσιάρχης*. Gall. *Capitaine de deux cens hommes*. Ital. *capitano di ducento soldati*. German. Ein Hauptmann über zweyhundert Kriegsknecht. Hispan. *Capitan de dozientos hombres armados*. Pol. *Rotmistrz nad dwiema sty zolnierzow*. Vngar. *Készáz vitéz hadnaggya*. Angl. *A Capitaine of two hundred men*.] Apud Suetonium legitur quartam judicum decuriam ab Augusto additam esse, quæ Ducenariorum diceretur, judicaretque de levioribus summis. Ducenarii autem videntur nominari à censu ducentorum sestertiorum.

Dŭcēnārĭŭs, a, um, adjectivum, Quod constat ducentis: [*διακοσιαῖος*. Gall. *De deux cens*. Ital. *Di dugento*. Germ. Das zweyhundert hat. Hisp. *De dozientos*. Pol. *Dwusty*. Vng. *Készázböl való*. Angl. *Of two hundred*.] ut, Ducenaria pondera: hoc est, ducentarum librarum, apud Plin. lib. 7. cap. 20.

Dūco, is, duxi, ductũ, a. t. Deduco, capio, sumo. [נהג *nahagh*, נהל *nahal*, נחה *nachah*, *ἄγω*, *συμπεραίνω*. Gall. *Mener, conduire, guider*. Ital. *Guidare, condurre*. German. Führen. Belg. Leyden. Hisp. *Guiar, llevar, guiando*. Pol. *Wiodę*. Vngar. *Viszem, vezérlem*. Ang. *To lead, or guide*.] Propriè ducimus volentes, trahimus invitos. Seneca: Fata volentem ducunt, nolentem trahunt. ¶ Quandoque significat respicere, judicare, existimare, *ἄγω* quoq; Græcis & *ἡγοῦμαι*. Cic. Trebatio: Ego si mei commodi rationem ducerem, te mecum esse maximè vellem. Virg. 10. Aen. -tanton' me crimine Pignum Duxisti? ¶ Quandoq; in passivo significat delector, afficior. Cic. in Verr. Act. 2: Si quis honore aut gloriâ ducitur, *ἄγεται*. ¶ Quandoq; volvere, pertractare. Virgil. lib. 6. Aen. Sic equidem ducebam animo, rebarq; futurum. ¶ Quandoq; nudare, educere, *ἕλκειν*. Idem lib. 12: Ille tamẽ clypeo objecto cõversus in hostẽ Ibat, & auxilium ducto mucrone petebat. ¶ Quandoq; contrahere; *συνάγειν*. Idem 9. Eclog. Astrum, quo

quo segetes gauderent frugibus, & quo Duceret apricis in collibus uva colorem. ¶ Ducere somnos, est dormire. Virg. 4. Aen. Nate deâ, potes hoc sub casu ducere somnos? ¶ Ducere muros, est struere. τειχίζειν. Idem 1. Aen. pars ducere muros, Molirique arcem ¶ Quandoq; contraho, συστέλλω. Martial. Qui ducis vultus, & non legis ista libenter. ¶ Quandoq; in longum protrahere. ἐκτείνω. Cic. ad Cæsarem Iun. lib. 1: Ne te duceretur, fecimus ut Hercules Antianus in alium locum transferretur, ex Nonio. ¶ Quandoq; demittere, descendere. Plaut. in Aulul. Vbi ille abit, ego me duco ab arbore. ¶ Quandoq; gerere. Virg. lib. Aen. 9: Hi bellum assiduè ducunt cum gente Latinâ. ¶ Quandoq. cædere: ut Ducere pugnum pro Cædere pugno. Paul l. 4. de injuriis: Si cû servo meo pugnum ducere vellem, in proximo restantem invitus percusserim, injuriarum nô teneor. ¶ Dicitur & de re obscœnâ, virilia sua turpiter contrectare. Plaut. Si tenderis, ducite, ne disrumpamini. ¶ Item de funeribus: ut, Ducere funus idem sit quod efferre. Virg. 4. Georg. -& tristia funera ducit, ubi scribit Servius illud Persii Satyr. 2: -Nerio jam tertia ducitur uxor, in eâdem significatione intelligendum esse. ¶ Dicitur etiâ in condemnatis, in addictis, & in iis quibus à magistratu manus injecta esset. Terent. Ducent damnatum domum. Cic. in Rull. Ego is consul qui concionem metuam, qui Tribunos pleb. perhorrescam? sæpè & sine causâ tumultuer? qui timeam ne mihi in carcere habitandum sit, si tribuni plebis duci jussissent. ¶ Hinc & genus locutionis quo uxorem ducere aliquis dicitur, ortum: Coëmptio enim inter virum & uxorem fiebat: & in auctionibus emptori dicebatur, ut rem emptam sibique addictam duceret. ¶ Hujus verbi composita sunt Abduco Adduco, quæ sunt contraria: Conduco, Circunduco, Deduco, Diduco, Educo, Induco, Introduco, Obduco, Perduco, Produco, Reduco, Seduco, Subduco, Superduco, & Traduco: quorum singula vide suis locis. ¶ Duco, vetus locutio fuit: ducere se, pro latenter abire, ac discedere. Terent. in Hecyrâ: Vxor, *inquit*, ubi me ad filiam ire sensit, se duxit forâs. & Plaut. in Aulul. Ego me deorsum duco de arbore. & in Bacchidibus. Duc te ab arbore. & Asinius in Epist. ad Cic. Balbus quæstor, magno pondere auri, majore argenti coacto de publicis exactionibus, ne stipendio quidem militibus reddito, duxit se à Gadibus. Ex Aldi Scholiis in Epistol. fam. ¶ Duce pro Duc. Plaut. Mostel. Lepidè, duce me amabò.

Ducātus, us, m. q. Præfectura, imperium militare, dignitas ducis. [הגנמ *minhâgh*. ἡγεμονία, στρατηγία. Gall. *Charge, conduite, gouvernement*. Ital. *Carico, conduttà, governo*. German. Ein Hauptmanschafft/ein Fürstenthumb. Hisp. *La guia acaudillamento*. Pol. *Panstwo, ksiestwo*. Vngar. *Herczegség, hadnagyság*. Angl. *A duckedome or duchie*.] Suet. in Nerone: Privignum Rufinum Crispinum Poppææ natum, impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus & imperia ludere, mergendum mari dum piscaretur, servis ipsius demandavit. Scribit Lampridius: Heliogabalum Præposituras & Ducatus, & officia palatina vendidisse.

Ducātio, onis, f. t. Ducatus. [Pol *Ksiestwo*. Vngar. *Visel, vezerles*.] Tertul. de Coron. milit. Vel ipse hæc præstruxerim, & cæteras officialium coronarum causas, quibus familiarissima ista ducatio necessitatis.

Ducātŏr, ris, m. t. Pro duce, apud eundem Tertullianum. [Pol. *Hetman*. Vngar. *Vezér hadnagy*.]

Ducto, as, act. p. Huc illuc duco. [גהנ *nihêg*. ἄγω, ἡγεμονεύω. Gall. *Mener, conduire souvent*. Ital. *Menar in questa en quella parte*. Germ. Hin und her führen. Hisp. *Guiar à menudo ò en diversas partes*. Pol. *Tam y sam wode*. Vng. *Hordozom, viselem*. Angl. *To lead here and there*.] Salust. Huc accedebat, quod Lucius Sylla exercitum, quem in Asiâ ductaverat, quo sibi fidem faceret, contra morem majorum, luxuriosè, nimisque liberaliter habuerat. Plaut. in Capt. Meo ti libitum est, ductavi dolis. ¶ Ductare etiam est rem Veneream exercere: unde Plautus ludens in voce ambiguâ: Errabo potiùs, *mepis*, quàm quis me ductet. Terent. in Phorm. Vt phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratis. Plaut. Asin. -qui quidem eum filio potet unâ, atq; unam amicam ductet decrepitus senex. Ad hanc item significationem respicit Quint. qui ait: Ductare exercitum non sine rubore dici.

Ductĭto, as, aliud frequentativum Sæpè circunduco. [ἀπάγω. Pol. *Wlawie w dze*. Vngar. *Gyakran hordozom*.] Terent. in Adelph. Tu inter eas restim ductitans saltabis.

Dūx ducis, com. t. Qui ducit. [ריגנ *naghîdh* שילש *schalîsch* דיקפ *pekîdh* ἡγεμών, ἀγωγός. Gall. *Capitaine, conducteur, celuy ou celle qui meine ou conduit*. Ital. *Capitan, guida*. Germ. Ein führer oder führerin. Belg. Een Hoopman/overster. Hisp. *Duque, capitan, guiador*. Polon. Wodz, *hetman*. Vngar. *Vezér, hadnagy, herczeg*. Angl. *A captaine he or she that leadeth or guideth*.] Plaut. in Casin. His præstigiis dux fuit uxor: ea hanc invenit rimam. Virgil. 1. Aen. -portantur avari Pygmalionis opes pelago: dux fœmina facti. Cic. in Verr. Sed tunc inopes relicti à duce, præfectoque classis, eundem necessariò cursum tenere cœperunt. Idem 1. Tusc. Mortem, non interitum esse omnia tollentem, atque delentem: sed quandam quasi migrationem, commutationemque vitæ, quæ in claris viris & fœminis dux in cœlum soleret esse in cæteris humi retineretur, & permaneret tamen. Ovid. 2. de Pont. Primus ut auderem committere carmina famæ Impulsor: ingenii dux fuit ille mei. Seneca Hippol. Fœmina dux malorum & scelerum artifex.

Dūctŏr oris. m. t. Qui præest exercitui, imperator, dux. [ריגנ *naghîd* שילש *schalîsch* דיקפ *pakîdh*. ἡγεμών, στρατηγός. Gall. *Conducteur, meneur, capitaine*. Ital. *Conduttore, capitano*. Germanicè, Ein Hauptman. Belg. Een Hoopman. Hispan. *Guiador*. Pol *Hetmen*. Vng. *Hadnagy, herczeg*. Angl. *A captaine, guyde, or leader*.] Virg. 2. Aen. fracti bello, fatisque repulsi Ductores Danaûm. Cicer. 1. Tusc. Quoties non modò ductores nostri, sed universi etiam exercitus, ad non dubiam mortem concurrêre?

Dūctŭs, us, m. q. nomen. Imperium, præfectura. [גהנמ *minhâgh* הדקפ *pekuddâh*. ἀγωγή. Gall. *Conduit, conduitte*. Ital. *Condotta*. Germ. Ein führung oder leitung. Belg. Een leydinge. Hisp. *Guia, obra de guiar*. Polon. Wiedzienie. Vng. *Hadnagyság vezérség, herczegség*. Angl. *A guyding or leading*.] Liv. 4. ab Vrb. Ductu Fabii, cui fortè ea provincia evenerat, nihil dignum memoratu actû. ¶ Ductus aquarum. Cic. 2. Offic. Adde ductus aquarum, derivationes fluminum. Idem 2. de Leg. Ductus verò aquarû quos isti tubos & euripos vocant, quis non, quum hæc videat, irriserit? Dicitur & Aquæ ductus pro eodem.

Dūctĭo, nis, f. t. Ductus: [ἀγωγή. Polon. *Przewiedzienie*. Vngar. *Vitel*.] ut, aquæ ductio. Pomponius D. l. 43. Tit. 20. l. 3. Quia locus totus fluminis serviat ductioni. Vlpian. D. lib. [illegible] Tit. 30. l. 3: Hoc autem interdictum pertinet ad ductionem, ut ducere quis possit eos, in quos habet jus ductionis.

Dūctārĭus, a, um, adjectivû, Qui ducit, ἀγωγός, ἀγωγικός. Vnde ductarius funis, quo in trochleis utimur: & qui per orbiculos trochleæ trajicitur. Apud Catonem & Vitruvium lib. 10. cap. 2. & 3. & 5. [Gall. *La corde d'un polie*. Ital. *Fune da tirare per una carella*. Germ. Zugseil/Scheibenseil. Hisp. *Maroma ò cuerda para alcar*. Pol. *Przewodnik: item powroz ktorim przicziagami*. Vngar. *Vezérlő igazgato, vivő*. Angl. *That leadeth or guideth*.]

Dūctĭlĭs, le, Quod facilè ducitur, attenuaturque. [שקמ *mikshâh*. ἐλατός, ἀγωγός. Gall. *Aisé à mener & conduire*. Ital. *Atto à condurre*. German. Zügig/das man leichtlich zerziehen kan. Hisp. *Lo que ligeramente se puede bolver*. Polon. *Cziagli*. Vngar. *Vehető, kinyújtható, ki verhető*. Angl. *That is easy guideth as one pleaseth, that may be made thinne*.] Vnde Aes ductile, quod malleis obsequitur, attenuaturque in laminas. Plin. lib. 34. cap. 8. In Cypro æs coronarium, & regulare est: utrunque ductile. ¶ Ductilis scena dicebatur, quum tractis tabulatis hac atque illac species picturæ interior videbatur. Ductile flumen. Martial. libro 12: -hic riguæ ductile numen aquæ.

Dūctim, adverbium, Paulatim & cum morâ. [ἑλκυστικῶς. Gall. *Peu à peu*. Ital. *A poco à poco*. German. Langsam. Hispan. *Poco à poco*. Polon. *Zwolna*. Vngar. *Lassan-lassan, halkal*. Anglicè, *By litle and litle, piece ad piece*.] Plaut. in Curc. Immergere in me liquores tuos sino ductim. Colum. lib. 4. cap. 25: Major autem pars operis in vineam ductim potiùs quàm cæsim facienda est: hoc est, potiùs ductu falcis, quàm ictu.

Dudum, de exiguo tempore dicitur, teste Valla, dimidiæ scilicet horæ, vel horæ unius, duarum, vel trium: ita tamen ut tempus unius diei rarò excedat: [רבכ *chebár*. πάλαι, ἐκ πολλοῦ. Gallicè. *Piece, il a ja assez long temps, auparavant*. Ital. *Poco fa, pur hora*. German. Vorlangest. Belg. *Lange*. Hispan. *Agora poco ha, de aqui à poco*. Polon. *Niedawno*. Vngar. *Imént régen*. Angl. *Long ago, a great while bygone*.] ut Dudum intravi, Dudum te exspecto: id est, hora est, vel tres, ex quo intravi. & ex quo te exspecto. ¶ Quandoque etiam transcendit diem. Plin. lib. 4. Fabri qui dudum assueti apud Pœnos. Et lib. 19: Nam dudum ex eâdem Hispaniâ zoelicum venit in Italiam, plagis utilissimum. Terent. in Andriâ: Quàm maximè abs te postulo atq; oro, Chreme, Vt beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes.

Dūellă, Duæ sextulæ sunt: hoc est, tertia pars unciæ.

Dūellum, duelli, n. s. Ab Antiquis dicebatur quod postea dictum bellum. [המחלמ *milchamah* ברק *keráb*. πόλεμος. Gallicè, *Guerre*. Ital. *Guerra*. German. Ein Krieg zweyer partheyen. Hisp. *Guerra*. Polon. *Bytwa miedzi dwiema*. Vngaricè, *Had*. Angl. *A combat, fighting of two hand to hand*.] Liv. 6. bell. Maced. Quòd populus Rom. eo tempore duellum jussisset cum rege Antiocho esse. Cicer. 2. de Leg. Nam æs atque ferrum duelli instrumenta, non fani. Cic. de Orat. Antiqui nomina contrahebant, quo essent aptiora, ut duellum, bellum. Hinc Perduellis, & Perduellio: quæ videbis suo loco.

Dūello, as, Bello. [םחלנ *nilchám*. πολεμέω. Gall. *Guerroyer, combatre*. Ital. *Combattere, guerreggiare*. Germ. Kriegen/streiten. Hisp. *Guerrear, pelear*. Polon. Walcze. Vng. *Hadakozom*. Ang. *To combat, to fight hand to hand*.] Vnde Duellator, qui Duellum peragit. [πολεμιστής. Gall. *Guerroyeur, combatant*. Ital. *Combattente, guerriere*. Hisp. *Guerreador, peleador*. Angl. *That fighteth hand to hand*.] Plaut. in Capt. Domi, belliq; duellatores optimi.

Dūellĭcus, a, um, Bellicus. [πολεμικός. Gall. *Belliques, de guerre*. Ital. *Di guerra*. Germ. Kriegisch. Hispan. *Cosa de guerra*. Polon. Woienny. Vngar. *Hadakozó*. Angl. *Warlyke, perteining to warre*.] Plaut. in Epid. nempe quem in adolescentiâ memorant apud reges armis, arte duellicâ Divitias magnas sibi adeptum.

Dūicēnsŭs. (inquit Festus) cum altero: hoc est, cû filio censu.

Dūidens, Hostia antiqui ab antiquis appellata est, quam nos *bidentem* dicimus. Festus.

Dūis, & Duint, Antiqui dixêre pro dederis, & dederint. Plaut. Capt. Ac mihi libellum pro eo argento ne duis. Vide, Do, das.

Dulcacidus Dulcifluus. Vide Dulcis.

Dūlcĭs, dulce, om. t. Suavis, charus, jucundus, quod quidam à delicio

delicio deducunt, quod dulcia maximè alliciant. [מתוק *matôk.* γλυκερὸς, γλυκύς. Gall. *Doulx.* Ital. *Dolce, soaue.* Germ. Süß. Belg. Soet. Hisp. *Dulce.* Polon. *Słodki.* Vngar. *Edes.* Angl. *Sweete.*] Plaut in Truc. Nunc postquam scio dulce atq; amarum quid sit ex pecunia, &c. Cic. 2. de Nat. deor Omne enim animal sensus habet: sentit igitur & calida & frigida, dulcia & amara. Idem 3. de Legib. Nostra autem causa, quæ, optime & dulcissime frater, incidit in Tribunitiam potestatem, &c. Idem Attic. lib. 15: Longiori epistolæ superiorique respondi: nunc breviorem, priorique quid respondeam, nisi eam fuisse dulcissimam. ¶ Eius composita sunt Prædulce, valde dulce, ὑπεργλυκύ, Subdulce, aliquantum dulce ὑπόγλυκυ.

Dulciculus, a, um, Diminutivum est à dulci: מתוק *môthik,* ὑπόγλυκυς. Gall. *Doulcet.* Ital. *Dolcetto.* German. Süßlecht. Hispan. *Dulce un poco.* Polon. *Trochę słodki.* Vngarice. *Edesecske.* Angl. *Sweetish, or somewhat sweete.*] ut, Dulciculus caseus, Plautus. Dulcicula potio. Cic. 3. Tusculan. Demus scutellam dulciculæ potionis.

Dulcēdo, inis, Dulcitas, Dulcitudo, & Dulcor, in eodem sensu accipiuntur. [מתק *métheq,* γλυκύτης. Gallicè, *Doulceur.* Ital. *Dolcezza.* German. Süßigkeit. Belg. Soetigheit. Hispan. *Dulçura.* Polnicè, *Słodkość.* Vngar. *Edesség.* Angl. *Sweetnesse.*] Plin. Contrectata dulcorem amittit. Nævius: O suavis linguæ sonitus, ô dulcitas, conspirium animæ. Accius: Tanta huic invasit in corda dulcedo. Cic. 3. de Orat. Quinetiam gustatus, qui est sensus ex omnibus maximè voluptarius, quique dulcedine præter cæteros sensus commovetur. Ovid. 1. de Ponto: Nescio qua natale solum dulcedine cunctos Ducit, & immemores non sinit esse sui. Cic. 3. de Orat. Nam urbanitatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris, & dulcedo & ordor orationis sunt ducta à cæteris sensibus.

Dulciārius, a, um, adjectivum: ut Dulciarius panis, qui conficitur ex sacharo & nucibus pineis, vel amygdalis ad jentacula: ut est qui vulgò apud Italos dicitur *Marzapane.* μαζοποιὸς ἄρτος. ¶ Pistor dulciarius. [ἐδεσμάτων ἀρτοποιός. Gallicè, *Pastissier.* Ital. *Chi fa confettione, pasticciere.* German. Ein Süßbächer, Pastetenmacher. Belg. Pasteibacker. Hispan. *Confitero, pastelero.* Pol. *Piernikarz, pasztetnik.* Vngl. *Mézes pogácsa müvö.* Ang. *A baker of sweete meates.*] Qui panes, & mellita concinnat edulia. Mart. lib. 14: Mille tibi dulces operum manus ista figuras Extruit: huic uni parca laborat apis. Lamprid. de Heliogabalo: Dulciarios habuit, qui de dulcibus exhiberent, quæcunque coqui de diversis edulis exhibuissent. Vbi dulciarius substantivè accipitur pro concinnatore eduliorum mellitorum.

Dulcēo, ces, dulcui, à quo dulcesco, is, Dulcis fio. [מתק *mathák,* ערב *harab.* γλυκαίνομαι. Germ. *Devenir doulx, s'adoulcir.* Ital. *Farsi dolce, addolcirsi.* Germ. Süß werden. Hisp. *Endulcirse.* Polon. *Słodzieć.* Vng. *Meg édesülök.* Ang. *To wax sweete.*] Cic. in Cato. Primò uva est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit. ¶ Hujus compositum est Obdulcesco, quod est dulcis fio.

Dulcē & dulciter, adverbia. [γλυκερῶς, γλυκέως. Gall. *Doulcement.* Ital. *Dolcemente.* German. Süßiglich. Hispan. *Dulcemente.* Polon. *Słodko.* Vngar. *Edesen.* Angl. *Sweetely.*] Plaut. in Mil. Hercle astuit & dulce & comedicè. Cicer. de Clar. Orat. Tum historia quædam scripta dulcissimè. Cic. 2. de Finib. Aut enim eam voluptatem tuetetur quam Aristippus: id est, quæ sensus dulciter, ac jucundè movet.

Dulcăcidus, a, um, Vox est Qu. Sereno admodum familiaris, pro eo quod mistum quendam saporem habet ex acido & dulci: cujusmodi sunt quædam ex malorum punicorum genere. [Pol. *Słodkokwaśny.* Vng. *Bor-izu.*]

Dulcifluus, a, um, Quod dulciter & suaviter fluit, γλυκύρρους.

Dulcilŏquus, Qui suaviter loquitur, μειλίχιος.

Dulcisŏnus, Suaviter sonans, γλυκύφωνος.

Dulco, as. act. p. Dulcem efficio. [מתק *himtik.* γλυκαίνω. Gall. *Adoulcir, faire doux.* Ital. *Addolcire.* Germ. Süß machen. Hisp. *Endulzar ò hazer dulce à otra cosa.* Pol. *Słodzę.* Vngar. *Édesítek, meg édesítem.* Ang. *To make sweete.*] Sidon. Apollinaris ad Agricolam: Pareo libens, laudaturus vitæ tam dulcatæ solicitius ingenuitatem. ¶ Hinc edulco, as, quod est ex acerbo, aut amaro, dulce & suave reddo. Cn. Marius: Quapropter edulcare convenit vitam, curasq; acerbas sensim gubernare.

Dulia, [עבודה *habodáh.* δουλεία. Gal. *Servitude.* Ital. *Servitù.* German. Knechtschafft, Dienstbarkeit. Hispan. *Servidumbre.* Pol. *Służba, posługa.* Vngar. *Szolgálás,* (item) *szolga.* Angl. *Seruitude, seruice.*] Servitus, sive cultus, qualem servi domino exhibent. ¶ Accipitur item pro ipsis servis, quemadmodum & apud Latinos Servitii vocabulum.

Dum, adverbium temporale est, & modò pro Quando ponitur. [בעוד *beghod* ὅταν. Gall. *Quand, cependant que, iusques à ce que, mais que pourueu que.* Ital. *Mentre che, fin che.* Germanicè, Dieweil, biß. Belg. Tot dat, so langhe. Hispanicè. *Mientras que, hasta que.* Polon. *Pokąd, aż.* Vngar. *Mig.* Angl. *When, or vntill.*] Plin. lib. 7. cap. 53: Nullis evidentibus causis obiêre, dum calceantur matutinò duo Cæsares. ¶ Modò pro donec. ἕως. Terent. in Eunuch. Exspectabo dum venias. ¶ Modò pro postquam. Martial. Audieris dum grande sophos: id est, postquam audieris. ¶ Quando autem in compositione ponitur post nec, vel non, vel haud, semper adverbium temporis est: ut, needum, nondum, hauddum, pro non adhuc, μήπω οὔπω. ¶ Est etiam conjunctio, & significat modò, vel dummodo. Salust. in Iugurtha: Neque id quibus modis assequeretur, dum sibi regnum pareret, quicquam pensi habebat. Idem in Catil. Postremò neque sumptui, neque modestiæ suæ parcere, dum illos obnoxios fidosque sibi faceret. ¶ Interdum etiam syllabica est adjectio, Terent. Adesdum, paucis te volo. ¶ Componitur cum qui, ut quidum: cum age, ut agedum: cum modò, ut Dummodo: & cum taxat, ut duntaxat.

Dūmus, m. f. Dicitur omnis spina [סיר *sir* קוץ *kots* סנה *sneh.* φρύγανον. Gall. *Buisson ou espinaye.* Ital. *Spino spina.* Germ. Ein Dornbusch. Belg. Doornhaghe, doornbosch. Hispan. *Espinal ò breña, ò mata aspera.* Pol. *Cierniną w zarośla.* Vng. *Tövises bokor.* Angl. *A bushe of thornes.*] Cic. 5. Tusc. Animadverti columellam non multum è dumis eminentem, in qua inerat sphæræ figura. Ovid. 12. Metam. solidoque revellere dumo Annosam pinum magno molimine tentat.

Dumōsus, a, um, Frondosus, spinosus, vepribus plenus. [ἀκανθώδης, ὁ ἐν θάμνοις μεστὸς. Gall. *Buissonneux, plein d'espines & buissons.* Ital. *Pieno di spine & rovi.* Germanicè, Dornechtig, hecktechtig. Hispanicè, *Lleno de espinal, ò breña ò mata aspera.* Pol. *Ciernisty.* Vngar. *Tövises, bokros.* Ang. *Full of bushes and thornes.*] Virgil. 1. Eclog. Non ego vos posthac viridi projectus in antro, Dumosa pendere procul de rupe videbo. Antiqui per interpositionem unius literæ pro eodem dixerunt dusmosus: sicut cosmittere pro committere, casmillus pro camillus, & casmœnæ pro camœnæ.

Dumētum, ti, n. f. Locus est dumis: hoc est, spinis obsitus. [φρυγανώδης ἀκανθών. Gallicè, *Vne buissonniere, vn lieu couuert de buissons.* Ital. *Spineto.* German. Ein ort da viel dörn und hecken stehn. Belg. Een hegge, eest hage. Hispan. *Espinal ò bosque aspero.* Pol. *Miejsce ciernistą pełne.* Vng. *Bokros, tövises.* Angl. *A grownd full of bushes and brambles.*] Huiusmodi loca, autore Festo, antiqui appellabant dumecta, quasi dumiceta, quæ postea sublata per syncopen duabus literis dicta sunt dumeta. Cicer. 5. Tusc. Septum undique & vestitum vepribus & dumetis. Idem 4. Acad. Quum enim campus in quo exultare possit oratio, cur eam tantas in angustias, & Stoicorum dumeta compellimus?

Duntaxat, Ex dum adverbio, & taxo, as, pro æstimo: & significat solùm, saltem, dummodò. [רק *rak,* μόνον, γε δή, μόνον Gall. *Seulement.* Ital. & Hispan. *Solamente.* Germ. Allein. Pol. *Tylko.* Vngar. *Csak.* Angl. *Only.*] Cicer. pro Deiot. Quod ipsum etsi non iniquum est, in suo duntaxat periculo. ¶ Interdum etiam (quod aliqui negaverunt) habet ante se negationem & post se, Sed etiam, aut Verum etiam. Liv. lib 46. Nec animum nobis duntaxat fidelem, ac bonum præstitit, sed omnibus interfuit bellis, quæ gessistis.

Duo, [שנים *schenáyim* δύο, vel δύω Attic. Gall. *Deux.* Ital. *Due.* Germ. Zween, zwo, zwey. Belg. Twee. Hisp. *Dos en numero.* Polon. *Dwa.* Vngar. *Kettö.* Anglicè, *Two.*] & Ambo, sicut docet Priscianus, genitivos & accusativos per secundam declinationem proferunt duorum, arborum, duos, ambos. Dativus autem & ablativus tertiam inflexionem sequuntur. In genitivo frequens est syncopa duûm pro duorum. ¶ Invenitur etiam accusativus masculinorum quandoque similis nominativo, proferturque uno, more Græco. Horatius: duo si discordia vexet inertes. Virgil. 11. Aen. Si duo præterea tales Idæa tulisset Terra viros: id est, duos.

Duŏdĕcim [שנים עשר *schenáim hasar.* δώδεκα, δυωκαίδεκα. Gall. *Douze.* Ital. *Dodici.* German. Zwölff. Hispanicè, *Dozeen numero.* Polon. *Dwanaście.* Vngar. *Tizenkettö.* Angl. *Twelue.*] Cicer. 2. de Legib. Discebamus enim pueri duodecim, ut carmen necessarium.

Duŏdĕcies, adverb. Cic. in Salust. Ne causam diceret, sestertio duodecies cum Cæsare paciscitur. Liv. 8. bell. Maced. Tyberis duodecies campum Martium, planaq; urbis inundavit.

Duŏdĕcĭmus, & duodenus. [שנים עשר *schenéim hasar.* δωδέκατος. Gall. *Douziesme.* Ital. *Duodecimo.* Germ. Der zwölffte. Hisp. *Dozeno in orden.* Pol. *Dwanasty.* Vngar. *Tizenkettödik.* Angl. *The twelfth in order.*] Plin. Nec totâ suâ ætate generant, ferè anno duodecimo desinentes. Cæsar. 5. bell. Gall. Vxores habent deni, duodeniq; inter se communes.

Duŏdēnārius, Duodeviginti, ὀκτὼ καὶ δέκα, & huiusmodi, Ducenties, Ducentenus, Duodecies. Liv. 8. bell. Maced. Tyberis duodecies campum Martium, planaque urbis inundavit. ¶ Duodenarius idem quod duodenus. Pomponius Lætus de Sacerdote Romano: Ab hoc numero duodenario arvorum sacerdotes duodecim esse voluit.

Duŏdēni, Adjectivum, plur. num. Idem quod duodecim. Cæsar. 5. bell. Gal. Vxores habent deni, duodeniq; inter se communes. Astra duodena, Virgil. 1. Georg.

Duŏdēvīcies, Duodevigesimus, Ducentesimus.

Duŏdētrīcēsĭmus, Gel. lib. 3. cap 10.

Duōnum. [טוב *tôb.* ἀγαθόν. Gall. *Bon.* Ital. *Buono.* German. Gut. Hisp. *Bueno.* Polon. *Dobry.* Vng. *Iò.* Ang. *Good.*] Veteres pro bono dixerunt, sicut duellum pro bello. Festus.

Duplāris numus. Vide Duplus.

Duplex, hujus duplicis, cujus duæ sunt partes. [משנה *mischneh.* διπλοῦς, διπλάσιος. Gall. *Double, redouble.* Ital. *Doppio.* Germ. Zwyfach. Belg. Dubbel. Hisp. *Doblado ò doble.* Polon. *Dwoisty.* Vngar. *Kettös kéttzeres.* Angl. *Double, twofold.*] Virgil. 1. Aen. Duplicem gemmis, auroque coronam. ¶ Nonnunquam etiam pro duobus accipitur: ut apud Cicer. 1. Tusc. Itaq. differunt duas esse vias,

vias, duplicesque cursus animorum è corpore discedentium. Virg. 1. Aen. -duplices tendens ad sidera palmas. ¶ Quandoque latum. Virgil. 2 Georg. -duplici aptantur dentalia dorso. Idem 3. Georg. At duplex agitur per lumbos spina. Vbi Servius: Aut revera duplex, aut lata. ¶ Duplices tantùm numero plurali, generis masculini, tabellarum genus est, in quibus literæ secretiores, & amatoriæ scribi solebant: quæ quidem aliquando etiam triplices erant. Martialis: Tunc triplices nostros, nō vilia dona putabis, Quum se venturam scribet amica tibi. Sic Duplices, Triplices, quadruplices, & Quintuplices porticus dicuntur, in quibus ordines columnarum duplicati, triplicati, quadruplicati, & quintuplicati sunt. Vitruv. lib. 5 duplici palæstrarum porticu collocanda complura membra.

Duplĭcĭtĕr, adverb. Duobus modis, bipertitò. [διχῆ, διπλῶς, διχῶς. Gall. Doublement, en deux sortes. Ital. Doppiamente. German. Auff zwen weg. Hispan. Dobladamente. Polon. Dwoiako, wczwoie. Vngar Kétképpen. Ang. Twofold or twowise.] Cic. ad Pætum: Dupliciter delectatus sum tuis literis.

Duplĭcārĭī, vel (ut aliis placet) Duplicarii, milites erant, qui duplum accipiebant stipendium. [διμοιρῖται. Polon. Zolnierze dwoie przyimuiace.] Liv. 2 ab Vrbe: Ad hoc centuriones, duplicariosque qui reliquerant ordines, virgis cæsos securi percutiebat.

Dŭplico plicas, act. p. Duplicem facio, gemino: [כפל chaphal. διπλόω. Gall. Doubler, redoubler. Ital. Doppiare, raddoppiare. Germ. Zwyfach machen. Belg. Dobbelen. Hispan. Doblar. Polon. Dwoie. Vng. Meg bellőm ketszere: &c. Angl. To double.] ut, Duplicare numerum. Cicer. 2 de Nat deor. Quum sæpiùs duplicaret numerum dierum, &c. Vnde & pro augere. Salust. Et Mauros victus duplicaverat bellum. Virgil. in Bucolic. Et sol crescentes decedens duplicat umbras. ¶ Hinc Adduplico, Conduplico, & Reduplico, ἀναδιπλόω.

Dŭplĭcātĭo, Verbale, f. t. διπλασιασμὸς, apud Senec. quæst. 4: Horum duplicatio proxima à terris calefacit.

Dŭplĭcātò, adverbium. [διχῆ. Gall. Doublement, au double. Ital. Doppiamente, à doppio. German. Zwyfaltiglich. Hispan. Dobladamente. Polon. Wdwoie. Vng. Kétrendel, kettőstő. Angl. Double, twise, or two maners.] Plin. lib. 2. cap. 17: Rursus Saturni & Iovis (Stellæ) duplicatò digrediuntur.

Dŭplĭōnem, veteres dixerunt mulctam dupli, eadem forma qua Talionem dicimus pœnam, qua quis ad simile damnum condemnatur, quale alteri intulerit [ζημία τοῦ διπλασίου. Gall. Le double, deux fois autant, peine du double. Ital. Pena di doppio. German. Zwyfache straaff. Hispan. Pena del doblo. Polon. Dwoysta kaźń. Vngar. Két annyi. Angl. The double, twise so much.] Plin. lib. 18. c. 3: Noxámve, duplionémve Prætoris arbitratu decerni.

Dŭplŭs, dupla, duplum, Alterum tantùm. [משנה mischneh. διπλάσιος. Gall. Double, encor autant. Ital. Doppio, due volte tanto. German. Zwyfachtig/noch ein mal also viel oder also groß. Hisp. Doblado, dos vezes tanto. Polon. Dwoiaky, dwa rzy tak wiele. Vng. Két annyi. Angl. Double, twise so much.] Vnde verbum Duplo, διπλόω, idem est quod Duplico. Plaut. in Pœnul. Duplum pro furto mihi opus est. Idē in Capt. Qui locant cædundos agnos, & duplam agninam danunt: id est, qui sub nomine agninæ carnis ovillam quoque vendunt, & ita duplum: hoc est, duplicatam & duorum generum agninam præbent, mentientes agninam esse.

Dŭplă, æ, f. p. pro Duplum: [Pol. Dwoiako. Vng. Két annyi.] unde duplæ cautio, quum emptor stipulabatur à venditore duplum pretium rei, si ea evinceretur, quod in pretiosarum rerū venditionibus fieri solebat. Varr. lib. 2. de Re rust. Si res mancipio non datur dupla promitti solet, aut si ita pacti, simpla.

Dŭplum, dupli, n. s. substantivum: [משנה mischneh. τὸ διπλάσιον. Gall. Le double. Ital. Doppio. Germ. Zwyfach/doppler. Hisp. El doblo. Pol. Dwoiako. Vng. Két annyi. Ang. The double.] ut, Condemnari dupli, ea forma dictum qua condemnari capitis. Cato de Re rust. in præfatione: Majores enim nostri sic habuēre, & ita legibus posuēre, furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli: id est, ut bis tantùm reddat, quantum furatus est. Sic pœna dupli, apud Cic. lib. 3. Offic.

Dŭplārĭs nŭmĕrŭs, dicitur in quo minor bis numeratur. διπλάσιος. Duplariæ, sive duplares actiones, dicuntur à Iurisconsultis, quæ in duplum dabantur: sicut quadruplariæ, quæ in quadruplum. ¶ Duplares milites, in veteri militia dicebantur, qui torque aureo ob virtutem donati, duplam annonam accipiebant ampliùs quàm cæteri: quemadmodum simplarii, qui annonam simplam accipiebant, præter eam quæ in singula militū capita distribuebatur. Ita dicti, quòd duplam & simplam annonam extra ordinem accipiebant. Veget. lib. 2: Torquati, inquit, duplares, & torquati simplares erant, quibus torquis aureus solidus virtutis præmium fuit: quem qui meruisset, præter laudem interdum duas consequebatur annonas: duplares duas, simplares unam.

Dŭplārī, Duplicarii. [Polon. Dwoiey. Vng. Kettőzteni.] Gaius D. lib. 38. Tit. 10. l. 3: Admonendi tamen sumus parentum liberorumque personas semper duplari.

Dŭlārĭo, f. t. Dupli pœna, duplio. Paulus D. lib. 9. Tit. 4. leg. 31: Certè non tantùm duplationis, sed & conditionis rationem habendam Iulianus putat.

Dŭpondĭŭs, Vide Dipondius.

Dūrāmĕn, Duramentum, Duracinæ uvæ, Vide Durus.

Dūrătĕŭs, a, um, Ligneus. [δουράτεος. Gall. De bois, ou dur comme bois. Ital. Ligneo, di legno. German. Hölzin. Hispan. Cosa de madera ò de leña. Polon. Drzewiany. Vngar. Fás, fából való. Angl. Of woode.] Lucret. lib. 1: Nec clàm durateus Trojanis Pergama partu Inflammasset equus nocturno Grajugenarum. Adjectivum est Græcum. Illi enim Durata, δοῦρα vocant, quæ nos ligna.

Dūrĭŭs, a, um. δούρειος, Durateus: id est, ligneus. Inde Nox duria, apud Valerium Flacc. 2. Argonaut. -manet immotis nox duria fatis. Pro ea nocte qua durius equus à Trojanis exceptus fuit, & in urbem admissus. Cæl. Rhodig. lib. 27. Antiq. lect. cap. 25, ait Equos durios ex poētica historia posse dici magnos statuosósque, à magnitudine videlicet equi illius Trojani.

Dūrĕtă. [Polon. Wanna do mycia.] Hispanica vox est, qua illi significare solent vas illud amplum in balneis, in quo sedentes lavamur: Latini solium vocant. Sueton. in Augusto: At quoties nervorum causa marinis, albulisque calidis utendum esset, contentus hoc erat, ut insidens ligneo solio, (quod ipse Hispanico verbo Duretam appellabat) manus ac pedes alternis jactaret.

Dūrŭs, a, um, Solidus, firmus, & difficilè cedens tactui: ejus contrarium est mollis. [קשה kascheh. σκληρός, στερεός. Gall. Dur & aspre. Ital. Duro. Germ. & Belg. Hart. Hispan. Cosa dura, cruel ò difficil. Pol. Twardy. Vng. Kemény. Angl. Harde.] Virgil. 4. Aeneid. -sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus ¶ Per translationem capitur modò pro patiente, ac tolerante laborum. Idem 2. Georg. Scipiadas durus bello. Et 6. Aen. -gens dura atq; aspera cultu. ¶ Aliquando pro sævo, crudeli, aspero. Idem 3. Georg. Quid juvenis, magnū cui versat in ossibus ignē Durus amor? Cic. 7. Verr. Quis tam fuit illo tempore durus & ferreus, quis tam inhumanus præter unū te, &c. Terent. Phorm. Adeóne ingenio te esse duro, atq; inexorabili, Vt neq; misericordia, neq; precibus molliri queas? ¶ Accipitur itē pro noxio. Virg. 4. Georg. Aut durum tineæ genus. ¶ Durus ad studia, qui studiorum delectatione non capitur. Cic. pro Archia: Nam & Cimbricas res adolescens attigit, & ipsi illi C. Mario qui durus ad hæc studia videbatur, jucundus fuit.

Dūrĭcors, ordis, t. σκληροκάρδιος, σκληραύχην, ενος à nonnullis dicitur pro eo quod est duri cordis.

Dūrĭuscŭlŭs, diminutivum. [ὑπόσκληρος. Gall. Duret, un peu dure. Ital. Alquanto duro. Germ. Hartecht. Hisp. Cosa un poco dura. Polon. Przytward slim. Vngar. Keményetske. Ang. Somewhat harde.] Plin. in præfat. Ille enim, ut scis, permutatis prioribus syllabis duriusculum se fecit.

Dūrē, & Dūrĭtĕr, adverbia, inter se differunt: quòd duriter sit, sine sensu laboris. Durè, crudeliter, ut illud ad laborem, hoc ad sævitiam referatur. [σκληρῶς. Gall. Durement. Ital. & Hispan. Duramente. German. Hartiglich. Pol. Twardo. Vngar. Keményen. Angl. Hardely.] ¶ Præterea durè in alterum, duriter in nos aliquid facimus. Terent. in And. Primùm hæc pudicè vitam parcè ac duriter Agebat, lana ac tela victum quæritans. Sed hæc differentia, ut pleraque aliæ, à scriptoribus nullo pacto observatur. Terent in Adelph. -factū à vobis duriter, Immisericorditerque est: atque etiam, si est, pater, Dicendum magis apertè, illiberaliter. Verba sunt Aeschinis ad Mitionem patrem quibus cum illo expostulat, quòd ipse, & simulatus ille hospes Milesius nimis duriter consuluissent, non de se ipsis, sed de virgine illa, & ejus amatore.

Dūrĭtĭă tiæ, f. p. & durities, tiei. f. q. Firmitas & soliditas. [קשי keschi. σκληρότης, σκληρία. Gall. Dureté. Ital. Fermezza, saldezza, durezza, crudeltà. Germ. Harte. Hisp. Dureza, crueldad. Polon. Twardość. Vngar. Keménység. Angl. Hardenesse.] Plin. lib. 9. cap. 36: Tanta duritia acuseu est. Idē lib. 13. cap. 9: Duritiæ firmæ lignū. ¶ Accipitur & pro asperitate, crudelitateque. Terent. in Heavt. -tum hoc timet, Ne tua duritia illa antiqua etiam adaucta sit. Cic. in Partition. Et fortitudinem audacia imitatur, & patientiam duritia immanis. Plin. lib. 13 cap. 15: Duritie & maturitate incorrupta spissari. Cic in Cat. Quanta in altero comitas, in altero durities.

Dūrĭtās, atis, f. t. Duritia. [σκληρότης. Polon. Twardość. Vngar. Keménység.] Cic. in Orat. Alii duritatem & severitatem quandam verbis, & orationis quasi mœstitiam sequuntur.

Dūrābĭlĭs, le, Quod durare potest. [διαρκής. Gall. Qui est de durée. Ital. Durabile, che può durare. Germ. Langwirig/wärhafft. Hisp. Durable, cosa que puede durar. Polon. Trwały. Vng. Tartó, sokáig álló. Angl. Durable.] Ovid. Quod caret alterna requie, durabile non est. Plin. lib. 9. cap. 43: Durabilia ac lectilia, quæ modicè humida.

Dūrāmĕn, n. t. & Duramentum, o. f. Brachium vitis. [σκληρωμα. Gal. Durée, ou ce qui est de durée: le jet ou bras de vigne prochain de la souche. Ital. Ramo de la vite, traltico, firmatione. German. Das hart rebschoß so zu nächst am stock steht. Hisp. Encurecimiento, penca à braço de la vid. Polon. Winna a twardsza galaska przi pniu, wardzina. Vngar. Szőlő vessző, (avagy) bónal vessző. Angl. The boughe of the wine tree nigh the stump or stocke.] Col. lib. 5. cap. 21: Sed ut caput trunci, pedali ferè spatio sit inferius jugo, quaternis brachiis, quæ duramenta quidam vocant, dividatur in totidem partes. Idem cap. 22: Considerandum erit cujus longitudinis sint duramina quæ excedant prædictam mensuram. ¶ Duramentum etiam pro cōfirmatione & firmitate. Senec. de Tranquil. vitæ

Dices tenera esse virtutum principia, tempore ipsis duramentum & robur accedere Valer lib.2 cap.2: Efficacissimum igitur virtutis duramentum necessitas.

Dūrăcĭnā pĕrsĭcā [illegible] Aeginetæ. Quorum corpus ligno adhæret, avelliq; nequit. Gal. *Pesches dont l'escorce ou la peau dure.* Ital. *Persiche non si spiccano dall'osso.* Germ. Pfersich die noch hart anhangen. Hispan. *Duraznos.* Polon. *Broskwinia a'bo owoc mocno [illegible].* Vngar. *Duranci, barazk.* Angl. *That hath an harde hull or harde skinne.*] Plin.lib.15.cap.21: Sed persicorum palma duracinis. Idem lib.15.cap.28: Quædam statim à ligno recedunt, ut nuces & palmæ, quædam adhærent, ut olivæ laurique: quorundam in genere utraque est natura, ut persicis. Etenim duracinis adhæret corpus, è lignoq; avelli nequit, quum in cæteris facilè separetur.

Dūrăcĭnæ ūvæ dicuntur, quæ duram & firmam corticem habent, à duritie, vel à duris acinis [Polon. *Twarde jagody.*] Plin. lib 14. cap. 1: Vva non alibi gratior callo, ut inde possit invenisse nomen duracini duris acinis. Suet ex Epistol. Augusti: Dum lectica ex regia redeo, panis unciam cum paucis acinis uvæ duracinæ comedi.

Dūrĭcŏrĭă. n. f. dicuntur quæ sunt duri corii. [illegible] Gall. *Qui sont le cuir dur.* Ital. *Che hanno il cuojo duro.* Germ. Die ein harte oder zähe haut haben. Hispan. *Cosa que tiene el cuero duro.* Polon. *Twardeskore.* Vngar. [illegible]. Angl. *That hath a harde hide.*] Vnde Ficus duricoriæ, quæ habent durum corticem: meminit. Plin.lib. 15 cap.18.

Dūro. a.t. 1. Durum facio, firmo, solido. [[illegible] *hikschah* [illegible] Gall. *Durcir, endurcir.* Ital. *Far duro, saldo, fermo.* German. Hart machen. Hisp. *Endurescer à alguna cosa.* Pol. *Twardzę.* Vng. [illegible]. Ang. *To make harde.*] Colum. lib.7: Annicula mula rectè à matre repellitur, & amota montibus aut feris locis pascitur, ut ungulas duret, sitque postea longis itineribus habilis. Cæsar 6. bell. Gall. Hoc se labore durant adolescentes. Martial lib.13: Sorba sumus molles nimium durantia ventres. Hirt. 1. bell. Pun. Neque erat difficile opus quòd cæmenta non calce durata erant. Quint.lib 1, per translationem posuit pro confirmare. Multa (inquit) linguæ vitia, nisi primis eximuntur annis, inemendabili in posterum pravitate durantur. ¶ Aliquando significat tolerare. [illegible]. Virg 1. Aen. Durate, & vosmet rebus servate secundis. In qua significatione quandoque contra naturam jungitur accusativus, maximè apud poetas. Horat. lib. 1. Carm. vix durare carinæ Possunt imperiosius æquor. ¶ Item persistere, perseverare, diu permanere, [illegible]. Plaut.in Amph. Durare nequeo in ædibus, ita me probri, stupri, de decoris à viro arguram meo. Terent.in Adelph. Non hercle hic quidē durare quisquam, si sit, potest. ¶ Hujus composita sunt, Eduro, Induro, Obduro, Præduro, Perduro, Reduro, quæ vide suis locis.

Dūrātrīx, icis, Verbale, f. r. Plin.lib.14.cap.1: Additq; acinis eandem quam in dulcis amphoris, vel duratricem illam firmitatem austeritas picis infusa prædulcis.

Dūrĕo, es, durui, Durus sum: [[illegible] *kaschah*, [illegible]. Gall. *S'endurcir, devenir dur.* Ital. *Indurire, durare.* German. Hart seyn. Hisp. *Endurecerse.* Polon. *Twardy jestem, twardzieje.* Vngar. *Meg keményedem.* Angl. *To be harde, or waxe harde.*] à quo Duresco, durus fio. Cic. 2. de Nat. deor. Ita, & Aquilonibus reliquisq; frigoribus adjectis durescit humor. Ovid 2. Metam. Oraque duruerant, signumq; e sanguine sedebat. Col lib 9: Plumulæ sub cauda clunibus detrahendæ, ne stercore coinquinatæ durescant. ¶ Composita à dureo rarò sunt in usu, quemadmodum & ipsum simplex, sed eorum loco utimur compositis à duresco, ut Induresco vix dicimus, frequentissimè autem Induresco, Obduresco, undique durus fio, [illegible]. Perduresco, vide durus fio quæ vide suis locis.

Dŭumvĭr, duumviri, m. (eadem forma dictus est qua Triumvir, quod scilicet duo tantùm in eo officio essent. Ger. Zween oberste Meister oder Burgermeister / so täglich vom Rhat auserkoren oder erwählt werden. Polon. [illegible]. Vng. [illegible]. Ang. *Officers in Rome which had equall authoritie over pr[illegible] at the [illegible] in [illegible].*] Erant autem in Coloniis & municipiis summi magistratus, item ut Romæ Consules: de quorum officio & potestate consule Lexicon Hotomani. Vlpian. l. Si quis uxori. §. Si fugitivum. ff. de furt. Si fugitivum meum quis quasi suum, à Duumviro vel aliis qui potestatem habent de carcere vel de custodia dimittendi, acceperit, an is furti teneatur. Cicero in Oratore: Planeque Duumvirorum judicium, aut Trium virorum capitalium, aut Decemvirorum litibus judicandis dico nunquam. ¶ Duumviri item creabantur usitata lege, qui de perduellione judicarent, de quibus Livius lib.1: Duumviri, inquit, perduellionem judicent si a duumviris provocarit, provocatione certato, &c. ¶ Duumviri navales Liv.9. ab Vrb. A[illegible] etiam ut Duumviros navales classis ordinandæ reficiendæq; causa idem populus juberet.

Dŭumvĭrātŭs us, m. q. Dignitas duumvirorum. [Polon. *Panowanie dwu panow [illegible].* Vng. *Szabasag, [illegible].* Ang. *A [illegible] of equall autoritie.*] Plin lib.4. Epist. ad Sempronium: Hunc Agonem Trebonius in Duumviratu suo tollendū curavit. Paul. l. Honores. ff. de Decur. Is qui non sit decurio, duumviratu, vel aliis honoribus civilibus fungi non potest.

Dŭumvĭrālĭs, le, Quod ad duumviratus munus pertinet. [Pol. *Dwu mężow [illegible].* Vngar. [illegible]. Ang. *Belonging to the office of equall autoritie.*] ut, Dignitas duumviralis, Judicium duumvirale. ¶ Quando verò de homine dicitur, eum significat qui aliquando duumviratum gessit: sicut Consularem vocamus, qui Consulatu perfunctus est: & Triumphalem, qui triumphum peregit. Vlpian. l. 1. ff. De albo scrib. Qui duumviratum gesserunt (si hic honor præcellat) & inter duumvirales antiquissimus quisque prior.

Dūx. Vide Dvco.

D ante Y.

Dўăs. [illegible], Numerus est binarius, sicuti decas numerus est denarius.

Dўnastēs, hujus dynastæ, δυνάστης. Qui in magistratu est, aut qui in civitate plurimùm pollet. [Gal. *Baron, possesseur de seigneurie.* Ital. *Barone, o [illegible].* German. Ein Freyherr / ein gewaltiger grosser Herr. Belg. Gewaldich een machtich Heere / Baenderheere. Hispan. *Señor muy alto y poderoso.* Polon. *Pan, [illegible].* Vngar. *Maga bíró polgár.* Ang. *A great lord, or noble man of great power.*] ita dictus à verbo Græco δυνάω, quod posse significat, sive potentem esse. Scribit Strabo reges Dynastas vocari, propterea quòd plurimùm possint, polleantq; & populos quò velint, aut vi, aut persuasione perducant. Cic. ad [illegible]. Erit nebulo iste cum istis dynastis in gratia. Idem 11. [illegible] Idem si cæteri reges, tetrarchæ, dynastæq; fecissent. ¶ Horum dignitas Dynastia, δυναστεία, vocatur.

Dўōtă æ, sive Diota. [[illegible] Gall. *Vaisseau à boire avec deux anses.* Ital. *Vaso da bere con due orecchie.* German. Ein trinckgeschirr mit zweyen ohren. Belg. Een vate dat [illegible] met twee Ooren. Hisp. *Vaso para beber con dos orejas.* Polon. [illegible].] Vtroq; enim modo scriptum invenimus, Doliolum genus, vino conservando idoneum: à duabus auribus, hoc est, ansis, ita appellatum. Vide supra Diota.

Dўscŏlus a. f. [[illegible] δύσκολος. Gall. *Difficile à contenter.* Ital. *Difficile, fastidioso.* German. Ungeschlacht / unbeholffenlig. Hispanicè, *Difficil, el que la [illegible].* Polon. [illegible]. Vngaricè, [illegible]. Anglicè, *Hard to please.*] Difficilis, & morosus: quod vitii genus à Græcis δυσκολία appellatur.

Dўsentĕrĭă, [δυσεντερία. Gall. *Trenchée de ventre avec flux de sang par exulceration des boyaux.* Ital. *Dolore al ventre o flusso di sangue.* German. Die rothe ruhr oder der roth schaden. Belg. Roodt meetsoen / den bloetganck. Hispan. *Cámaras de sangre.* Polon. [illegible]. Vngar. *Vérhas.* Angl. *The bloodie flixe with gnawing of the bowels.*] Intestinorum exulceratio cum inflammatione & excretione sanguinolenta, ventrem magnis doloribus torminibusque exercens. Quidam intestinorum difficultatem. Celsus tormina interpretatur. Cicero Gallo libro 7. Epistol. Sane δυσεντερίαν pertimueram. Plinius lib 22 cap.25: Ad dysenteriam bibitur cum absinthio. ¶ Hinc Dysentericus, δυσεντερικός, dicitur qui hoc morbo laborat. Plin. lib. 20. cap. 2: Auxiliatur dysentericis semen cucumeris.

Dўsnŏmĭă, æ, f. p. δυσνομία, dicitur perversa juris, legumque constitutio.

Effusōres, m. t. Qui patrimonium peculiúmve temerè & largè expendunt dissipantque. Verbum familiare D. Cæs. Imper. Augusti. Frid. 4.

Effūtĭo, effutis, pen. prod. Ineptè, & inconsultè loquor [בטא *bitta*, ἐκλαλέω, ἐξαγορεύω, ψυχρολογέω. Gall. *Parler inconsiderement & à la volée, ne pouvoir tenir secret ce qu' on sait.* Ital. *Parlare impudentemente, vaneggiare parlando.* Germ. *Herauss plaudern/ein unbesinnet Geschwätz treiben.* Hisp. *Hablar vanidades.* Polon *Niebaczniemowie, wiszczebiotanie.* Vngar. *Trafogok, fecsegék.* Angl. *To speak vnadvysedly.* [Translatio sumpta à vase futili, quod patulo ore, fundo acuto, instabile, nihil in se continet. Terent. in Phorm. Eò perperam olim dixi, ne vos fortè imprudentes foris Effutiretis. Horat. in Arte poëtica: Effutire leves indigna tragœdia versus. Varro Evax verbum nihil significat, sed effutitum naturaliter est. Nonius effutire exponit pro dicere cum mendacio: adducitque Cic. 5. Tusc. Nec hoc sic agit, ut ex tempore quasi effutire videatur.

Effūtītus particip. [מבוטא *mebuttá.* ψυχρολογηθείς.] Cic. 2. de Divin. Quorum partim ficta apertè, partim effutita temere, nunquam ne mediocriter quidem cuiquam, non modò prudenti probata sunt.

E ante G.

Egĕlĭdo. act. p. Quod gelatum est dissolvo. [ἀποψυχραίνω. Gal. *Desgeler.* Ital. *Disghiacciare, dilegnare.* Germ. *Entfrören.* Hisp *Enxebiar la cosa fria.* Pol. *Odmarzam.* Vng. *Megolvasztom.* Ang. *To tame, to relen..*] Sidonius: Egelidarentur fibræ glaciales.

Egĕlĭdŭs, a, um, Quod de summo gelu aliquid remisit. [χλιαρός. Gal. *Desgelé, qui n' est pas froid, ne aussi chaud, mais tiede.* Ital. *Tepido.* German. *Das kalt ist/vnd doch nicht auff das höchst.* Hisp. *Cosa tibia primero caliente.* Polon. *Odmarzly, stracenie zymna, ocieplony.* Vngar. *Melegetske, sem hé sem hideg.* Angl. *Warmen, thawed.*] Suet. de August. Vngebatur sæpiùs, sudabat ad flammam, deinde profundebatur egelida aqua, vel Sole multo tepefacta. Ovid. Sed gelidum Borean egelidumque Notum. Col. lib. 10: Nunc est vel gelidum, nunc est mollissimus annus. Servius valde gelidum interpretatur, explicans locum illum Virg. 8. Aen. Et procul egelido secretum flumine vidit.

Egens, egentis, om. t. Qui eget, pauper, tenuis. [אביון *ebion.* ἐνδεής, ἄπορος. Gall. *Qui a faute & diserte, disetteux, souffreteux.* Ital. *Bisogno so.* Germ. *Dürfftig/mangelhafftig.* Hisp. *Pobre ò menesteroso.* Polon. *Potrzebni, vbogi, niedostatni.* Vng. *Szükölködö-szegeny.* Ang. *Povre, needie.*] Terent. Phorm. Egens relicta est misera ignoratus parens. Cicero de Amicit. Quocirca & absentes adsunt, & egentes abundant, & imbecilli valent. Idem ad Attic. lib. 14: Servique & egentes in tecta nostra cum ferro immissi. Plaut. Bacch. nequius nihil est. Quam egens consilii servus.

Egentĭŏr, & egentissimus. [Polon. *Vboższy.* Vngar. *Szükölködöbb.*] Cicero Attic. lib. 6: Nihil illo regno spoliatius, nihil regerentius. Ad eundem lib. 9: Egestates tot egentissimorum hominum.

Egĕo, es, egui, n. f. Alicuius rei inopia laboro, indigeo [חסר *chasér.* δέομαι, χρῄζω. Gall. *Avoir faute & disette, avoir besoing, estre en indigence & povreté.* Ital. *Haver bisogno.* Germ. *Mangel haben/ dürfftig seyn.* Belg. *Behoeven/derven.* Hispan *Aver menester.* Pol. *Potrzebuie, iestem niedostatek, cierpie.* Vng. *Szükölködöm.* Angl. *To neede, to lak, to be in extreame povertie.*] Plaut. Capt. Quia tute ibi egeas in patria: nec tibi ut vivas, domi est. Cic. 2. de Finib. Qui consumptis patrimoniis egeant. Idem 2. de Divin. Magnificum illud etiam, Romanisque nominibus gloriosum, ut Græcis de philosophia literis non egeant. Idem 2. de Nat. Deor. Quæ non modò: ut fierent, ratione eguerunt, sed intelligi qualia sint, sine summa ratione non possunt. ¶ Hinc componitur indigeo, ἐνδέομαι.

Egēnŭs, pen. prod. m. f. Pauper, tenuis. [אביון *ebion* ... ἄπορος. Gall. *Povre, indigent.* Ital. *Bisognoso.* Germ. *Dürfftig, arm.* Belg. *Behoeftich.* Hisp. *Pobre ò menesteroso.* Polon. *Vbogi, niedostatni.* Vng. *Szükölködö szegeny.* Angl. *Needie, lacking, poore.*] Liv. 9 ab Vrbe: Omnium egena corporis humani profecti sunt. Plaut. in Pœn. Sæpè egenas res multas tibi mandavi, Milphio, Dubias, egenas, inopiosas consili. Virg. 8. Aen. & te quoque dignum Finge Deo, rebusq; veni non asper egenis. Idem 6 Aen. quum tu supplex in rebus egenis, Quas gentes Italûm, aut quas non oraveris urbes?

Egestās, f. t. Paupertas, inopia, mendicitas, tenuitas. [מחסור *machsor.* ἔνδεια. Gall. *Indigence, povreté.* Ital. *Povertà, bisogno.* Germ. *Dürfftigkeit/Armut/Mangel.* Belg. *Behoefticheit.* Hisp. *Pobreza ò menester.* Polon. *Vbostwo, niedostatek.* Vng. *Szükség, szegénység, szükölködés.* Angl. *Povertie, neediness, lack.*] Virg. 1. Georg. labor omnia vincit Improbus, & duris urgens in rebus egestas. Cic. in Parad. Itaque istam paupertatem, vel potius egestatem ac mendicitatem tuam, nunquam obscuravisti.

Egĕstōsŭs, ἄπορος, ab egestate formatur, sicut à sobrio, sobriosus. Cyprianus: Quum nulla fuerit oportunitas scandali, ubi transeuntes quod prius est, egestosam habuerint mansionem. Hanc vocem apud classicos scriptores non temerè invenies.

Egĕro, is, pen. corr. egessi, egestum, act. t. [הוציא *hoci*, ἐκφέρω, ἐκφορέω. Gall. *Vuider & porter dehors.* Ital. *Portar fuori.* German. *Austragen/ausführen.* Hisp. *Sacar á fuera.* Pol. *Wyprožniam, wynoszam.* Vngar. *Ki tolyom, ki viszem.* Angl. *To beare or cary out, to cast out.*] Col. lib. 1: Avium primum habetur stercus quod ex columbariis egeritur. Plin. epistol. 101: Cisterna fons egerit aquam, & recipit.

Egĕstus, us, m. q. [הוצאה *ab hoci.* ἐκφορά, ἐκκένωσις. Gall. *Emportement & vuidange.* Ital. *Vuotamento.* German. *Austragung/Ausläerung.* Hispan. *Sacamiento á fuera.* Pol. *Wyprožnienie wirzucenie.* Vngar. *Ki tolyat, ki vitetés.* Ang. *A conveighing or bearing out.*] Senec. 3. de Nat. quæst. Quemadmodum corpora nostra ad egestum venter exhaurit &c.

Egestĭo, onis, f. t. [ἐκκόμισις, ἐκφορά. Pol. *Wyprožnienie.* Vng. *Ki tolyas, ki vetel.*] Plin. epist. 159: Si Pallantis facultates adjuvare publicarum opum egestione contingeret.

Egĕriēs, iei, f. q. Idem Solin. epist. 159: Hoc tunc votum Senatus, hoc præcipuum gaudium populi, hæc liberalitas maxima gratissima, Pallantis facultates adjuvare publicarum opum egestione contingeret.

Egermĭno. as. Germino, germina emitto. [צמח *tsamách.* βλαστάνω, φύω. Gall. *Germer & bouter dehor, bourgeonner.* Ital. *Germogliare.* Germ. *Herauss spreissen/ herfür wachsen.* Hisp. *Brotar, echar renuevos los arboles.* Polon. *Wyrastam.* Vnga. *Ki sarjazom, ki fakadozom.* Ang. *To budde out.*] Colum. lib. 5. cap 5: Bipedaneis scrobibus malleolus deponitur: qui cùm egerminaverit ad unam materiam revocato. Idem lib. 4. cap. 17: Quæ infra truncum caput egerminaverint.

Egestās, Vide Egeo in Egens.

Egestās, Vide Egeo in Egens.

Ego, mei, vel mis, mihi, me, à me, pronomen primæ personæ [אני *ani.* ἐγώ, ἐγών. Trahitur à Græcis ἐγώ. Gal. *Ie, moy.* Ital. *Io.* Germ. *Ich.* Hispan. *Yo.* Polon. *Ia.* Vng. *En.* Angl. *I.*] Sal. in proœmio Cat. Sed multi mortales dediti ventri atque somno, indocti inculti; vitam sicuti peregrinantes transiegere. Quibus profectò contra naturam corpus voluptati, anima oneri fuit. Eorum ego vitam mortemque juxta æstimo. Quasi dicat, Hæc est mea sententia, vel, Quod ad me attinet. ¶ Egomet pro Ego. Plaut. in Amphit. Egomet memet verberavi.

Egrĕdĭŏr, deris, d. t. Extra gradior, exeo, progredior [יצא *jatsá.* ἐξέρχομαι, ἐξίεμαι. Gal. *Sortir hors.* Ital. *Vscir fuori.* Germ. *Hinaus gehen.* Belg. *Wtgaen.* Hisp. *Salir fuera de lugar.* Pol. *Wychodze.* Vngar. *Ki megyek.* Angl. *To go forth or abrode.*] Ter. in Adel. Vnde egreditur? Ibidem: Egreditur ab ea: id est, de domo eius. Cic. Senatui, li. 15: Erat enim magna suspicio, Parthos ex Syria egredi atq; irrumpere in meam provinciam conaturos, &c.

Idem

Idem 2. in Catil. Ipsum egredientem urbe prosecuti sumus. Idem ad Attic. lib. 13: Quò faciliùs sustentari nos possemus, pedem è villa adhuc egressi non sumus. ¶ Dicimusque Egredior templo; & è templo, & templum: id est, gradior extra templum.

E̅grĕssŭs, & Egressio. [...] Gall. Sortement, sortie, issue. Ital. Uscita. Germ. Außgang. Hispan. Aquella salida à fuera. Polon. Wyście. Vngar. Ki menetel, ki menés. Angl. A going forth.] Cic. in Pison. Itaque credo, si minus frequentia sua vestrum egressum ornando atq; celebrando, ac hominibus fal- tem bonis, ut Consules, non tristissimis, ut hostes aut proditores prosequebantur.

E̅grĕgĭus, a, um, Quasi ex toto grege electus, excellens, eminens, & præstans. [...] Gall. Qui est separé du troupeau, excellent. Ital. Egregio, scie to Germ. Außbündig, fürtrefflich, außerlesen. Belg. Wtgelesen. Hispan. Noble y principal, señalado. Pol. Przebrany, znamienity. Vng. Kitetszo nemes, sipisé. An. Excellent passing good.] Terent. in Andr. Forma egregia, & ætate integra. Proprium comparativum non habet: quo tamen usi sunt veteres. Lucr. lib. 4: Nam nihil egregius quàm res secernere apertas A dubiis. Iuvenalis etiam Lucretium imitatus ab egregiè adverbio formavit comparativum egregiùs, pro magis egregiè: Egregiùs (inquit) cœnat, meliusque miserrimus.

E̅grĕgĭē, adverbium, Excellenter, præclarè: quamvis etiam usurpetur pro valdè. [...] Gall. Excellemment. Ital. Egregiamente. German. Fürtrefflich. Hispa. Sennaladamente. Pol. Osobliwie, znacznie. Vng. Tettesbessen, nemessen, ... Angl. Passingly well.] ut apud Terent. in Andr. Horum ille nihil egregiè præter cætera studebat. Cic. Attic. Dolabellam tibi valde placere video, mihi, mihi egregiè.

E̅gŭlă, Genus sulphuris, lanis suffitu mollitiem candoremq; inducens Plin. lib. 37. cap. 15: Tertio quoque generi unus tantum est usus ad suffiendas lanas: quoniam candorem tantum, mollitiemque confert. Egula vocatur hoc genus.

E̅gurgĭto, as, pen. corr. act. p. Exhaurio. [...] Gall. Vuider, avacuer, tirer dehors. Ital. Vacuare, cavar fuora. Germ. Außleeren, außschöpffen. Hispan. Vaziar, desembuscitar. Polon. Wypróżnić. Vngar. Kimeritem, kiüresítem, kihányom. Angl. To mak voyde, to emptie.] Plaut. in Epid. Atque egurgitem domo prorsus.

E ante H.

E.H. In notis antiquorum, eius hæres, vel ex hæredibus, vel ex hæreditate. E.H.E. exhæres esto, vel ex hæreditate est. E.H.O. L.L.N.R. eius hac omnibus lege nihil rogavit.

Ehem, Interiectio est subitò aliquid deprehendentis: cuius frequens est usus apud Comicos. [...] German. Oho. Polon. Oho, weisz, ecce.] Terent. in Evnuch. Quis hic loquitur? ehem tune eras hic mi Phædria? Idem in Adelph. Ehem opportunè, teipsum quærito.

E̅heu, Interiectio est dolentis.] [...] Gall. Helas. Ital. Hà, hai. Germ. Ach, o weh. Hisp. Ayme. Polon. Ach, och. Vng. Hay, gay. Ang. Ah, allacc.] Virgil. 2. Erlog. Eheu quid volui misero mihi. Cicero antequam iret in exilium: Eheu conditionem temporis huius.

E̅hŏ, Interiectio est ad se vocantis [...] Germ. Oia] Interdum etiam excitativa particula est, qua attentionem nobis paramus eius cum quo loquimur. Terentius: Eho dic mihi si omnes coniectum hunc in nuptias inimici vellent, quod nisi hoc consilium darent? Idem in Evnucho: Ehodum dic mihi, éstne, ut fertur forma? Idem in Andria: Ehodum ad me ¶ Aliàs interiectio admirantis: ut apud eundem in Andria: Eho an tute intellexisti hoc assimulatier.

E ante I.

E.I.M.O. In notis antiquorum, Eiusmodi. E.I.M.C.V. ex iure manum consertum vocavit.

E̅ī, dativus ab is, ea, id, [...] Aliquando habet qualitatis vim. Terent. in Andr. Einé ego ut adverser? hoc est, tali tam bono. ¶ In metro plerunque monosyllaba dictio est, sicut Cui & Huic: licet quandocunque etiam duarum syllabarum reperiatur: ubi (e) modò corripitur, modò producitur. Iuvenal. - iuvenes horeantur, ut illam Ire viam pergant, & eidem incumbere sectæ. Lucr. lib. 6: Scilicet & fluvius qui visus maximus ei.

E̅iă, [...] habah, [...] Gall. La, ca, hay, sus, avant, or, ca, orbien, hay avant, sus avant. Ital. Hor su, or via. Ger. Wo an, hey. Pol. Nu [...] Modò adhortantis est. Martial. lib. 2: Eia age rumpe moras. Plaut. in Epid. Eia verò age dic. ¶ Interdū corripientis. Terent. in Evnucho: Eia haud sic decet. Varios prætereà usus habet, quos ex ipsis passim autoribus non difficile est deprehendere.

E̅iăcŭlor, aris, d.p. & Fiaculo activum, eminùs & longè iaculor. [...] ramah. [...] Gall. Darder & ietter au loing. Ital. Lanciare. Germ. Hinauß schiessen in die weite werffen. Hispan. Tirar ò lançar. Polon. Wystrzelam. Vng. Kiuetem, ki haytom, ki lövöm. Ang. To shoote à farre of.] Plin. lib. 4. cap. 12: In cuius forum solstitio Athos eiaculatur umbram. Gellius libro 16. cap. 19: Se in salum eiaculaverat. Ovid. 4. Metamorph. - vitiato fistula plumbo Scinditur, & tenui stridente foramine longas Eiaculatur aquas.

E̅iero, Vide Ei v r o.

E̅iĭcĭo, act. t. Expello, extrudo, detrudo. [...] gerisch [...] nadhaph, [...] Gall. Ietter hors. Ital. Scacciare fuori. German. Außwerffen, außstossen. Belg. Wtwerpen, wtstooten. Hispan. Hechar fuera. Polon. Wyrzucam, wypędzam. Vngar. Ki vetem, ki hányom. Ang. To cast out.] Cicero Terentiæ libro 14: Ejicere nos magnum fuit: excludere facile. Terentius in Evnuch. hoc hunc dices Ejectos hinc nos; omnium rerum heus, vicissitudo est. Virg. 8. Aeneid. Necnon Tarquinium ejectum Porsenna jubebat Accipere. ¶ Quandoque extendo. Idem 10. Aeneid. - ejectoque incumbit cernuus armo. ¶ Ejectum quoque pro naufrago idem posuit, aut certè pro eo qui vi tempestatis ad litus aliquod compulsus est. Idem libro 4. Aeneid. - ejectum, litore egentem Excepi. ¶ Ejicere absolutè ponitur pro abortire, ut intelligas P a r t v m. Vlp. si servum Dig. tit. ad leg. Aquil. Si mulier pugno, vel equa ictu à te percussa ejecerit, Brutus ait Aquilia teneri.

E̅iecto, as, are, frequentativum. [...] Gall. Ietter souventes fois. Ital. Gittar spesso fuori. German. Offt oder viel außwerffen. Hisp. Echar à fuera muchas vezes. Pol. Wyrzucam, wiurzam. Vngar. Ki hányalom. Ang. To caste of often.] Plaut. Merc. Nec hic te opprimeret imprudentem atque ejectaret. Favilla ejectata, Ovid. 2. Metamorph. Arenas ejectare; Idem 5. Metamorph.

E̅iectio, onis, f.t. [...] Gall. Iettement dehors, bannissement. Ital. Esfogitar fuori. Germ. Außwerffung, verstossung. Hispan. Echamiento, obra de echar fuera. Pol. Wyrzucenie. Vng. Ki vetes, kihányatás. Ang. A casting or throwing out.] Cic. ad Att. lib. 2: Tenemur undique, neque jam quominus serviamus, recusamus: sed mortem & ejectionem quasi majora tenemus, quæ multò sunt minora.

E̅iectamentum, ti, n. s. pro excremento. [...] Gal. Ce qui se reiette, comme ce que la mer iette au bord. Ital. Ciò che si gitta, come del mare al lito. Germ. Außwerffen, also was das Meer an das Land außwirfft. Hisp. Cosa que se echa fuera. Polon. Wmiot. Vnga. Az mi ki hányatik, ... Ang. Things cast or hurled or throwing which the sea doth cast to land.] Tacitus de moribus German. Diu quinetiam inter cætera ejectamenta maris jacebat, de succino loquitur.

E̅iectitius, a, um, [...] Plin. lib. 11: Vulva ejectitio partu melior quàm edito: ejectitia vocatur illa hæc porcaria.

E̅iŭlo, as, are, n.p. Ploro. [...] Gal. Crier & braire en se plaignant, plourer à haute voix. Ital. Gridare piangendo. German. Heulen. Belg. Huylen. Hispan. Gritar amentando y gemiendo. Polon. Skwlam. Vng. Sirok, iaygatok. Angl. To yelle, to wayle.] Plaut. in Aul. Insit tibi postulare plorans, ejulans. Cic. 2. Tusc. Ipsum enim Herculem viderat in Oeta magnitudine dolorum ejulantem.

E̅iŭlatio, f.t. & ejulatus, m.q. Lamentatio, planctus [...] jelalah, [...] Gall. Braymement, pleurement en criant. Ital. Piagnerad alta voce. Germ. Heulung. Hisp. Obra de gridar lamentando. Pol. SKpienie. Vngar. Siraisaygatás. Ang. A wayling, a yelling.] Plaut. Capt. Ejulatione haud opus est, oculis multa miseria conditis. Cic. de Arusp. resp. Non sunt illi ejulatus & gemitus Philoctetæ. Idem 2. Tusc. Ingemiscere nonnunquam viro concessum est, idque rarò: ejulatus verò ne mulieri quidem.

Ejuno Mulieres jurabant, ut ait Petronius, Iunonam suam. Sosipater Ejuno, ut Erastor.

E̅iuro, as, are, act. p. Eiero, juramento rejicio, detestor. [...] Gal. Recuser avec serment, refuser, resigner, & quitter solennelement. Ital. Giurare, fa. ramentare. German. Verschweren, mit dem Eydschwur abtünden. Hisp. Negar por iuramento. Pol. Odprzysięgam. Vng. Eskövésemmegvetem. Angl. To refuse, renounce by an othe.] Vnde Ejurare judicem iniquum, est interposito juramento sibi judicem suspectum esse nomine iniquitatis, ejus jurisdictionem declinare. Cicero 12. Philipp. Itaque alacres & læti, spe pacis oblata, inter se impii cives, quasi vicissent, gratulabantur: sic me iniquum ejurabant, de me querebantur, diffidebant etiam Servilio. ¶ Sic etiam Ejurare forum iniquum, est jurisdictionem fori alicujus detrectare, interposito prius juramento, se in eo foro jus suum tueri non posse. Cic. in 5. Verr. Negotiatores putant esse turpe id foru sibi, in quo negotiantur, iniquum ejurare: Prætor totam provinciam suam sibi iniquam ejurat. ¶ Ad hunc etiam modum Cicero in Epist. ad Pætum: Tu autem inquis, quid mihi bonam copiam ejures, nihil est. Ubi ejurare bonam copiam accepit Cicero pro jurare sibi non suppetere copiam aut facultates ad faciendum impendiū cœnæ, quam Cicero per jocum ab eo petebat. ¶ Pro eodem etiam legitur Ejerare. Cic. 3. de Orat. Ejero, inquis, iniquus est: quum esset admurmuratum, ah, inquit: P. C. non ego illum mihi iniquum eiero, verùm omnibus. Sunt tamen qui hoc in loco legant eiuro: item alii qui deiero.

E̅iusmŏdi, & per interpositionem unius syllabæ, Eiusdemmodi. nomina sunt indeclinabilia, ex duobus genitivis composita, idem significantia quod talis [...] charezeh [...] Gall. De telle maniere ou façon, de mesme sorte. Ital. Di cotal maniera. Germ. Sollich, der gestalt. Bel. Dusulcken, soodanige. Hisp. Desta manera. Polon. Taki. Vngar. Ollyan. Angl. Such like, of the same sorte.] Terent. in Andria: Nam quicum ingeniis conflictatur eiusmodi, &c.

E ante L.

E.L. In notis antiquorum, Edita lex. E.L.G. E.E.I. E. arguit bonitas eius.

E̅lăbor

Elābŏr, penult. prod. d. t. Effugio, excido, evado. [נפל naphal ... Gall. S'escouler, eschapper secrettement, se desrober. Ital. Fuggire, sdrucciolare, scorrere. German. Entrinnen/entwischen. Hisp. Huir ò de scabullir de lugar. Pol. Vcjekam, wypadam. Angl To slide or slipe away, to escape.] Virgil. 2. Aen. Ecce autem elapsus Pyrrhi de caede Polites. Idem 1. Aen. Antenor potuit mediis elapsus Achivis Illyricos penetrare sinus. Significanter dixit *Elapsus*, quum vellet significare eum è manibus penè Graecorum ipsum comprehendentium evasisse. Sic Plaut. in Capt. Ea spes elapsa est: id est, effugit. Planc. ad Cic. Magno cum labore parricidarum elapsus sum iis. Ad Her. lib. 3: Nec hoc alia de causa potest accidere, nisi quòd usitatae rei facilè memoria elabuntur, insignes & novae diutiùs inanimo manent.

Elāpsus, participium. [נפל naphel ... Gall. Eschappé. Ital. Scampato. Germ. Entrunnen/ entwischt. Hisp. Descabullido de lugar. Polon. Ten ktori sie wimknal, wiknal. Vnga. Kimenekedet, ki szabadult. Angl. Escaped.] Cic. in Somnio Scipionis: Nam eorum animi qui se corporis voluptatibus dediderunt corporibus elapsi circum terram ipsam volutantur.

Elăbōro, as, avi, n. p. Valde laboro, operam do, contendo, enitor. [... Gal. Prendre grand labeur & travail à faire quelque chose. Ital. Affaticarsi grandemente. Ger. Bearbeiten / etwas mit ernstlicher Arbeit zu wegen bringen. Hisp. Mucho trabajar. Polon Vsiluie, Pracuie, starum sie. Vng. Igem munkalkodom. Ang. To indevour or labour diligently, to take paine.] Cic. Capitoni: Apud hominem facillimum atque humanissimum Plancum enitere, elabora, vel potiùs eblandire, effice, ut Plancus quem spero optimum esse, sit etiam melior opera tua. Idem 1. Offic. Ad quas igitur res aptissimi erimus, in his potissimùm elaborabimus. Idem de Senect. Hae sunt exercitationes ingenii, haec curricula mentis: in his desudans atque elaborans, corporis vires non magnopere desidero. Idem 7. Philip. Omne enim curriculum industriae nostrae in foro, in curia, in amicorum periculis propulsandis elaboratum est. Plin. lib. 34. c. 3. Privatim Aegina candelabrorum superficiem duntaxat elaboravit. Elaboratus amor. Horat. Epod. 14: Cui persaepè cava testudine flevit amorem Non elaboratum ad pedem.

Elăcătēnes, ἠλακατῆνες: Athenaeo pisces cetacei ex Thunnorum genere ad saliendum idonei, quae salsamenta melandrya vocantur. Est verò μελάνδρυς thunnus magnus sive Orcinus. Plin. lib. 6. c. 15. Apud Festum: Elacatena, sive (ut aliis placet) Elacata, genus est salsamenti quod vulgò vocatur *melandrea*. Col. lib. 8. c. 19: Scombri, Charchari, elacataeq; ventriculos: & ne per singula enumerem, salsamentorum omnium purgamenta, &c. Plin. lib. 32. c. ult. elacatenas inter pisces recenset.

Elactēsco, Est album fieri ad modum lactis. [λευκαίνομαι Gal. Se faire blanc, devenir blanc comme laict. Ital. Imbianchire. Germ. Weiß wie Milch werden Hispan. Emblanquecerse, blanco como leche. Polo Bialium yestawam iako mleko Vng. Megtejesedem, feierenek. Angl. To waxe white, or to be turned into milk.] Plin. lib. 24. ca. 21: Mirum aquam radice addita, addensari sub odio, atque elactescere. Nonnulli legunt *lactescere*.

Elaeempōrĭa, Id est, olei publicè coëmendi cura. Iurisc. in l. fi. §. patrimonium. de Mun. & hon. Elaeemporia & Opsoniona, (hoc est, leguminum comparandorum cura) apud Alexandrini patrimonii munus existimatur. Bud. in Pand.

Elaeōn, [... Gall. Huile. Ital. Oglio. Germ. Oel. Hispan. Azeite. Pol Oleiu rodzaiy slinacy... Vng. Olay. Ang Oyle.] Latini oleum vocant. Ex quo componitur Elaeomeli, ἐλαιόμελι. Oleum in Syria sponte ex ipsis oleis manans, sapore melleo, alvum mollit, bilem detrahit. Vide Plin. lib. 23. c. 4. ¶ Est etiam elaeon idem quod olivetum. Sed in ea significatione apud Graecos scribitur, ἐλαιών, per ω oxytonum: & declinatur Elaeon, onis: ut Platon, onis.

Elaeothēsĭum. Latinè unctorium, & sumitur pro loco, ubi unctores corpora ungere solebant post lavationē. [V. Aenob hely.]

Elanguĕo, gues, n. s. Languore conficior, tabesco, languesco. [... Gal. N'en pouvoir plus, devenir debile, perdre courage. Ital. Languire. Germ. Erligen / schwach und unmögend werden. Hispan. Enflaquecerse. Pol. Mdleie, slabieie. Vngar. Ellankadok, el bannadok. Angl. To pine and weather away.] Plin. de Viris illustrib. Quumq; urbem capere posset, in Campaniam divertit, cujus deliciis elanguit. Liv. 3. bel. Pun. Neque tamen elanguit cura hominum ea mora. Idem 5. ab Vrbe. Differendo deinde elanguit res.

Elanguēsco, scis. [... Vng Ellankadok, iruadok. Ang. To pine and weather away.] Elangueo Gel. lib. 2: Negotiis se plerunque umbraticis & variis quaestionibus intentos habent: in quibus eorum omnis vigor animi, corporisq; elanguescit, & quod Salustius ait, effoeminatur. Liv. 1 ab Vrbe: Ut elanguescendum aliena ignavia esset. Cornus elanguescens & jam casura. Silius lib. 4.

Elāphăbŏlĭōn, [ἐλαφηβολιών. Vng Karácson hava.] Mensis est nomen apud Graecos, qui nostro Decembri ferè respondet: ita dictus à cervorum venatione, quia ex consuetudine, Dianae eo mense offerebantur. Gaza tamen Februarium vertit.

Elāphŏbŏscōn, ἐλαφόβοσκον, Herba est ferulacea, teste Plin. lib. 22. cap. 22. geniculata digiti crassitudine, semine corymbi, dependentibus foliis olusatri, commendata in cibis, contra serpentium omniumque aculeatorum ictus, fama est, cervos herbae huius pabulo serpentum morsibus resistere: unde & nomen accepit. Nam ἔλαφος Graecis cervum, sive cervam significat, βόσκω verò pabulum.

Elăpĕ. Genus serpentis. Plin. lib. 23. c. 5: Salsamentorum cibus prodest à serpente percussis, & contra bestiarum ictus, mero subinde hausto, ita ut sub vesperam, cibus vomitione reddatur: peculiariter à chalcide, ceraste, aut quas sepas vocant, aut elape, dipsadéve percussis.

Elăpĭdo, as. a. p. Lapidibus purgo. [סקל sikkel. ἀπολιθολογέω ... Gal. Espierrer, oster & jetter les pierres d'un lieu. Ital. Nettare un campo da pietre. German Von Steinen sendern oder raumen. Hisp. Despedregar la tierra. Pol. Kamieniu ... Vng Követ ... Ang. To ridde a place of stones.] Plin. lib. 17. c. 4: Agri Syracusani agro advena cultor elapidato luto Sole perdidit fruges, donec regessit lapides.

Ēlargĭŏr, giris, d. q. Largior. [... Gall. Faire largesse, donner largement. Ital. Donare. German. Außgeben. Hispan. Dar largamente. Pol. Wydaie. Vng. Kiadom, el osztogatom. Ang To give liberalise, to lashe out and wast.] Liv. Possessores, & magna pars patrum Tribunitiis se iactare actionib. principem civitatis elargiendo de alieno popularem fieri quaerentes.

Elassēsco, is, ere, Lassus fio. [... Gal. Se lasser, devenir las. Ital. Stancarsi. German. Müd oder lass werden. Hisp. Cansarse. Polon. Slabieie. Vngar. Elfáradok, el lankadok. Angl. To waxe wearie, to decaie. Plin. lib. 16. c. 15. In arboribus tamen nimia germinatio elassescit.

Elăte, es, f. p. [ἐλάτη. Vng. Legenye fa.] Plin. lib. 12. cap. ult. Species est abietis unguentis nascens, quam alii palmam, alii spathen appellant. Dioscorides verò, Galenus, Aegineta, & Hesychius elaten vocant tenerum palmae germen, quoddamque prosilientis fructus operimentum. Quorum sententia videtur verisimilior. Nam qui cum Plinio abietem inter unguentorum materias enumerarit, non facilè invenias.

Elătērĭum, n. s. ἐλατήριον, Medicamenti genus est sex sylvestri cucumere confectum ad purgandam alvum accommodatum. Vnde etiam à nostris medicis *agnatinum* dicitur, quòd ventrem vehementer exagitet. Plinius lib. 20 c. 1: Cucumim sylvestrem esse diximus multò infra magnitudinem sativi: ex eo fit medicamentum quod vocatur elaterium, succo expresso ex semine.

Elătīnē, elatines, pen. prod. foem. gen. ἐλατίνη. Herba, quae folia helxines habet, pusilla, pilosa, rotunda, semipedalibus ramulis quinis senisvé, à radice statim foliosis: nascitur in segetibus, acerba gustu. Plinius lib. 27. cap. 9. Vulgus, teste Ruellio, vocat *Ky*p *flium, campestre*. [Pol. Pom... Angl. Kenning bucke, or bind corne.]

Elătītes, m. t. ἐλατίτης. Lapis est ex genere haematitarum, ambustis praecipuè utilis: ita dictus quandiu crudus est: nam coctus, Miltites appellatur Autor Plin. lib. 36 cap. 20.

Ēlatro, as, Quasi quodam cum latratu eloquor, & canina quadam mordacitate in lucem profero. [ἐξυλακτέω. Gal. Abbayer. Ital. Baiare. Germ. Mit grossem geschrey/ als mit hundsbellen etwas reden. Hisp Ladrar como los perros. Pol. Wsy ... Vngar. Ki ... Ang. To barke, to speake alowde.] Horat. lib. 1. Epist. ad Lollium: Alter rixatur de lana saepè caprina: Propugnat nugis armatus: scilicet ut non Sit mihi prima fides & verè, quod placet, ut non Acriter elatrem.

Ēlātus, Vide Effero, effers.

Ēlăvo, pen. corr. Eluo, lavo. [... Gall. Laver, lessiver ou nettoyer. Ital. Lavare. Germ. Außwäschen Hisp. Lavar. Polon Wimiwam. Vngar. Kimosom. Ang. To wash, to rinse or wash cleane.] Col. lib. 12. cap. 50: Sed quum fuerit oliva elota, reliqua, sicut suprà praecipimus, fieri debebunt. ¶ Elavare se bonis, per translationem pro denudare & spoliare. Plaut. in Asin. Nam mare haud mare est: vos mare acerrimum. Nam in mari repperi hic elavi bonis.

Ēldiā, Dictamnum apud Diosc. lib. 3. c. 35.

Ēlĕcebrae, argentariae, Dictae sunt ab antiquis meretrices, teste Festo, ab eliciendo argento. Locus est apud Plaut. in Menaech. ubi nunc legitur *Illecebrae argentariae*.

Ēlectio, onis, Elector oris, Vide Eligo.

Ēlecto as, Vide Elicio.

Ēlectrum, n. s. [ἤλεκτρον Gall Ambre: c'est aussi un certain metail d'or avec la cinquiesme partie d'argent. Ital. Ambro, metallo fatto d'oro con la quinta parte d'argento. Germ. Augstein/Börnstein Belg. Amber ost amber. Hisp. El Embar, y oro de veynte quilates. Pol Bursztin. Vngar. Gyanta. Ang. Amber, also a metall made of gold and the fyft part of sylver.] Gummi sive lachryma, succúsve creditus est ex arboribus pinei generis profluens. A Latinis succinum dicitur. Multum laborabant veteres ubinam electrum nasceretur. Aliis dicentibus ad Padum fluvium esse populos arbores, ex quibus deflueret: aliis credentibus in insulis quibusdam maris Adriatici gigni, quas idcirco Electridas vocaverint. Hodie verò notissimum est, electrum provenire in insula maris Germanici, non procul à littore Prutenico, quam Germani sua lingua Sudaw appellant. Ex cujus insulae scopulis in mare delapsum, partim Oceani, aestu ad litus ejicitur, partim rusticorum opera (quibus principes pro servis utuntur) in ipso mari colligitur: atq; universum ad principem ordinis refertur, ad quem non exiguum ex eo quotannis redit vectigal. Neque tamen

tamen verum est ex erboribus defluere, sed ex saxis. Primò autem, quum emanat, liquidum est, sed maris aërisque frigiditate in eam quam videmus duritiam concrescit. Est itaque electrum, sive succinum, nihil alind quàm bituminis genus, maris regionisq; frigore ex liquida consistentia in duritiam commutatum. ¶ Ab hujus similitudine verisimile est dictum esse quoddam metalli genus, quod ex parte quadam auri & argenti commistione conficitur. Plin.lib.33.c.4: Aurum in quo quinta argenti portio est, electrum vocatur. Hoc autem modo neturale est, modò cura efficitur. Quod si quintam argenti portionem excedet, incudibus non resistit. Plin. Ibidem. Electro lucidior, ἠλέκτρου διαφανέστερος. De re magnopere dilucide, aut de forma supra modum nitida, quòd electrum miro quodam more pelluceat. Ex Luciano.

Ēlĕctrīnŭs, a, um, ex electro. [Vngar. *Gyántás.*] Vt vasa Electrina: D.lib.34. Tit.2.l.32. Spartianus in Quieto patera electrina.

Ēlectŭs, Vide ELIGO.

Ēlĕēmŏsȳnă, f.p. Munus quod inopi detur. [צדקה *tsedhakáh.* ἐλεημοσύνη. Gall *Aumosne.* Ital. *Elemosina.* Germ. Ein Almusen. Belg. Almoes. Hisp. *Limosna.* Polon. *Ialmuzna.* Vngar. *Alamisna.* Ang. *Almesse.*] Ab ἔλεος, quod miserationem significat. Spartianus de Caracalla: Non tenax in largitionem, non lentus in eleemosynam.

Ēlĕgāns. Vide ELIGO.

Ēlĕgia, pen.prod. f. p. sive Elegia per quinque syllabas. [ἐλεγεία, ἐλεγεῖον. Gal. *Vne elegie, vers elegiaques, vers pitoyables.* Ital. *Elegia, verso miserabile.* Germ. Ein Trawerliedt oder Klaglied. Hisp. *El cantar de cosas tristes.* Pol *Smutne lament, piosnka narzekania.* Vngar. *Siralmas vaok, vers (avagy) alagya.* Ang. *lamentable verses.*] Latinè sonat carmen miserabile, ab ἐλεῶ misereor, quòd hoc potissimùm genere carminis miserabiles hominum ærumnæ, & amorie querimoniæ soleant decentari. Vnde etiam à Poëtis, lachrymabilis & flebilis elegia perpetuis epithetis appellatur: quanquam postea etiam rebus lætis servire didicerit, ut testatur Horat. de Arte Poëtica: Versibus (*inquit*) impariter junctis querimonia primùm. Post etiam inclusa est voti sententia compos. ¶ Ad hujus vocis etymologiam non obscurè alludit. Ovid. in Epicedio Tibulli his versibus: Flebilis indignos elegia solve capillos: Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit. Hoc est, quemadmodum à miseratione nomen habes, ita miserabile nacta es argumentum.

Ēlĕgīdĭŏn, diminutivum. [ἐλεγείδιον. Vngar. *Siralmas versetske, alagyátska.*] Pers. Satyr.1: non si qua elegidia erudi Dictarunt proceres.

Ēlĕgīăcŭs, adjectivum: [ἐλεγειακός. Vng. *Alagyás.*] ut, Elegiacum carmen, & Elegiographus, elegiarum scriptor, qui scilicet poëmata conscribit alternis versibus hexametris & pentametris. Quo in genere poëmatis primam apud Græcos palmam meritus est Callimachus, apud Latinos Ovidius.

Ēlĕgīă, elegiorũ, pluralis numeri, pro carminibus elegis. [Vn. *Alagyás vers.*] Plaut. Merc. Occentent noctu ad ostium, meæ impleantur carbonibus elegiorum fores.

Ēlĕgŭs a. um, pen.corr. adjectiv. ut, Elegus versus, flebilis. [Vn. *Alagyás.*] Horat.lib.1. Carm. Ode 33: Albe, ne doleas plus nimio, memor immitis Glyceræ, Neu miserabiles Decātes elegus.

Ēlĕgŭs, [ἔλεγος, ἐλεγεία. Vngar. *Agalyás ver.*] Idem quod elegia, sive carmen elegiacum. Ovid. 3. Fastor. Nunc primùm velis elegi maioribus itis.

Elelisphacos. Herba multis morbis accommodata. Plin.lib.12. c.25. Item pro salvia, Diosc.lib. 3.cap.40

Ēlĕmēntă, orum, n. s. Sunt principia omnium rerum, ex quibus aliqua omnia cõponuntur, & in quæ resolvuntur [יסודים *iesodhím.* στοιχεῖα Gall. *Elemens, commencements de toutes choses.* Ital. *Elementi.* Germ. Das Element / die ersten anfäng eines dings / aus welchem es zu seinem wesen kompt. Belg. Elementen Hisp *El principio material de que alguna cosa se compone.* Pol. *Zywioła.* Vngar. *Elsö állatok, kezdetei (avagy) Alamoton.* Angl. *The elementes.*] Ea à Philosophis numerantur quatuor, ignis, aër, aqua, & terre. Cicer. 2 de Nat. deor. Omne corpus aut aqua, aut ignis, aut aër, aut terra, aut quæ ex iis componuntur. Idem 1. Acad Ergo illa initia, & (ut è Græco vertam) elementa dicuntur, è quibus aer & ignie movendi vim habent, & efficiendi: reliquæ partes, accipiendi, & quasi patiendi. Horum similitudine etiem notas literarum elementa vocamus, quòd ex iis primùm syllabæ, deinde ex syllabis dictiones constituantur. Sicut etiam illa coeuntia omne corpus efficiunt: sic hæ coniunctæ literarum vocem quasi corpus aliquod componunt. Inde elementariæ literæ dicuntur prima literarum rudimenta. Iulius Cap. Puer, *inquit*, literis elementariis & calculo imbutus. ¶ Elementa Mundi, τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου, apud scriptores Theologicos, & præsertim Apostolum, sunt rudimenta quibus Deus Ecclesiam suam in veteri lege quasi sub pædagogo erudivit: id est, Iudaismus sive Mosaici ritus.

Ēlĕmēntārĭŭs senex, A' Seneca dicitur qui adhuc in primis elementis instituitur. Ite enim ait lib. 5. Epistol. Turpis & ridicula res est elementarius senex. ὀψιμαθὴς γεραιός ... καὶ γέρων ...

Ēlĕmēntātĭo, f. t. Est ipsorum elementorum circa unumquodq; aut de singulis horum doctrina: licebit & sic definire: Elementatio ex elementis & principiis usq; ad finẽ, speculatio dicta est.

Ēlĕmpŏrĭă, Elæemporia. Olei coëmendi cura. Acad. l. ult. §.2. D. de munere & hon. Elemporia & sprætura apud Alexandrinos patrimonii munus existimatur.

Ēlĕnchŭs, elenchi, masc. s. [מופת *hassumah.* ἔλεγχος. Gall. *Argument.* Ital. *Argomento.* Germ. Ein betriegerer / Argument. Hispan. *Argumento.* Polon. *Zdradliwi dowod, & sprzeciwny ...* Ang *An argument.*] Latinè dici potest argumentum, ab ἐλέγχομαι, argumentor. Plerunque tamen pro argumento sophistico ponitur cavillatorio. ¶ Est etiam elenchus index libri, quem vulgò vocamus *Tabulam*: [Gall. *Vne table.* Ital. *L'indice, tavola.* Germ. Ein Tafel oder Register. Belg. Een tafel oft register. Hispan. *El registro.* Polon. *Regestr.* Vng. *Eröszeg, bezenyzás (avagy) versöniös vilongo erössög.* Angl. *The table of a booke.*] ab ἐλέγχω, quod aliquando investigo significat vel exploro. Indicis enim adminiculo inquirimus quicquid toto opere contineatur. ¶ Sunt etiam elenchi margaritæ majores, fastigiata longitudine. Plin. lib. 9. cap.35 Et proceribus sua gratia est (elenchos appellant) fastigiata longitudine, alabastrorum figura in pleniorem orbem desinentes. Hos digitis suspendere & binos & ternos euribus fœminarum gloria est. Iuven. Satyr 6: turpe putat nil, Quum virides gemmas collo circundedit, & cum Auribus extensis magnos commisit elenchos.

Ēlĕnctĭcŭs, a, um, ut Elenctici libri. Quint. lib. 2. c. 6: Sed alii sunt ejus sermones ad coarguendos qui contrà disputant, compositi quos ἐλεγκτικοὺς vocant: alii ad præcipiendum, qui ὑφηγητικοί appellantur.

Ēlĕo, es. maculo. [μιαίνω, κηλιδόω. Gall *Maculer.* Ital. *Macchiare.* Ger. Vermaasgen / besudlen. Hisp. *Manchar ò manzillar.* Pol. *Smolocco* Vng *Bé ...* Ang. *To distayne, to foyle.*] Lucil. lib.6: Si hic vestimenta eluit luto, ab eo eisum magnum ad cachinnum impudens subjicit.

Ēlĕŏs, ἐλεός, Apul. Arist. Hist. lib. 8. c. 3. Gezæ Aluco: vis est nocturna, ungu bus aduncis, quæ mures, talpesq; venetur. Versatur in desertis ædificiis ec montibus. [Vng. *Bagoly*]

Ēlĕŏphȳllŏn, Phylo dicta herba apud Diosc. lib. 3. c. 141.

Ēlĕŏsĕlīnum, Sativo apio grandius. Diosc. lib. 3. c. 73.

Ēlĕŏstăphȳlŏs, Vitis oleæ insita, utriusque arboris fructum ferens.

Ēlĕphāngĭă, Lego in barbaris sonare, Latinè aromatica: unde pilulæ Elephanginæ.

Ēlĕphāntĭă, f. p. sive Elephantiasis. [ἐλεφαντίασις. Gal. *Ladrerie, lepre, mesellerie.* Ital. *Lepra ò ...* Ger. Ein gattung der Malzey / Aussatz Belg. Lazerije / malaetschcijt. Hispa. *Cierta especie de lepra.* Polon. *Trad.* Vng. *Eör poklosság, (item) ...* Ang. *Leaprie.*] Morbus est, quem vulgus medicorum *Lepram* vocat: ita tamen ut alium esse intelligamus à lepra Græcorum: quæ scabiei species est, cutem manifestis crustis obducens. Oritur elephantiasis à sanguine ete bilis naturam habente, qui temporis processu in atram bilem planè convertitur. Rationem hujus nominis referunt ad elephanti naturam, cujus cutis ulcerosis quibusdam vallibus intersecatur. Differt à cancro, quòd hic partem corporis depascat: elephantia per totum corpus diffundatur. Plin. lib. 26. autor est, elephantiasin in Italia ante Cn. Pompeii tempora non fuisse

Ēlĕphāntĭăcŭs. [ἐλεφαντιακός, ἐλεφαντιατικός. Vng *Eör poklos.* Angl. *Leaperous.*] Qui morbo elephantiæ laborat. ¶ Lact. lib.4. Div. Instit. c. 20. hos Elephanticos vocat. Leprosi (*inquit*) verè atque elephantici debent haberi, quos vel infinitæ cupiditates ad scelera vel insatiabiles voluptates ad flagitia compellunt.

Ēlĕphās. elephantis, m. t. & Elephantus, ti, m. s. [ἐλέφας. Gall. *Elephant, ou yvoire, qui est la dent d'un elephant.* Germ. & Belg. Ein Elephant oder Helffant. Ital. & Hisp. *Elefante.* Pol. *Elefant.* Vng *Elefant.* Ang. *An elephant.*] Animal est omnium terrestrium maximum, Europæ incognitum, nisi ex Asia aut Africa invectum. Duos habet gentes, sive potiùs cornua, ex quibus fiunt opera eburnea. Cic. de Senect. Nec nunc equidem vires desidero adolescentis: non plus quàm adolescens tauri, aut elephantis desiderabam. Idem 2. de Nat. Deor Manus etiam data elephantis, quia propter magnitudinem corporis difficiles aditus habebant ad pastum. Idem 9 Philipp. Romeni nepotem Antiochi elephantos alere prohibuerunt. ¶ Poëtæ nõnunquam elephantum pro ebore posuerunt, more Græcorũ, qui τοῦ ἐλέφαντος appellatione & belluam, & ebur intelligunt. Virg. lib. 3 Georg. In foribus pugnam ex auro, solidoque elephanto. ¶ Elephanti biennio utero gravescunt, nec ampliùs quàm semel gignunt, nec plures quàm singulos: vivunt annos trecentos. Hos primùm vidit Italia, Phyrri regis bello in Lucanis: unde & boves lucas nominavit: quoniam Itali maximã quadrupedem quam haberent, vocarent bovem. ¶ Elephantus etiam inter beluas marinas recensetur: de quo Plin. lib. 9. ca. 5, & lib 32. c. ult. ¶ Elephantus quoque astacus, è specie locustarum. Plin. lib. 32. c. ult. Elephanti locustarum generis nigri, pedibus quaternis bisulcis, *&c.* ¶ Elephantus non capit murẽ, ἐλέφας μῦν οὐχ ἁλίσκει. Generosus & excelsus animus negligit prædas viles & lucelle minuta. Vir egregiè doctus non insectatur minutulos istos literatorum simios. ¶ Homo prępotens non offenditur injuriolis tenuium. ¶ Elephantum ex musca facis, ἐλέφαντα ἐκ μυίας ποιεῖς. Res exiguas verbis attollis atq; amplificas. Luc. in Muscæ encomio. ¶ Nihil ab elephante differs, ἐλέφαντος διαφέρεις οὐδέν. In magnos & studiosos diceba-

tur:

tur: etiamsi primam ingenii laudem Plinius tribuit elephantis, sed inter bruta: verùm corporis moles & formæ fœditas adagio locum fecit. ¶ Nec elephantus quidem ebiberet, οὐδ' ἂν ἐλέφας ἐκπίοι. De poculo prægrandi: quum elephantus proboscide immensam aquarum vim quum libet hauriat. Athenæus.

Ĕlĕphāntĭnŭs, a, um, pen. cor. [ἐλεφάντινος. Vng *Elefántér, élefánthoz való*. Angl. *Of an elephant.*] Nomen possessivum: ut Pellis elephantina. ¶ Elephantium emplastrum describit Celsus lib. 5. ca. 19, sic dictum, eodem teste, quòd sit percandidum, quasi eburneum. ¶ Elephantini libri, apud priscos fuerunt, in quibus senatusconsulta scribebantur, quæ ad principes pertinebant.

Ĕlĕphāntŏzōgrăphī, ἐλεφαντοζωγράφοι, à Plutarcho in Periclis vita, vocantur pictores qui in ebore pingunt.

Ĕlĕvo, as pen. cor. act. p. Sursum levo, in altum tollo, sublevo. [הרים *harím*. μετεωρίζω, ἐπαίρω. Gall. *Leuer en haut.* Ital. *Leuare, alzare.* Germ. Erhöben in die höhe. Belg. Oprichten. Hisp. *Alzar ò solevar de abaxo arriba.* Pol. Wznoszę. Vng. *Fől emelem.* Ang. *To lift vp, to heaue aloft.*] Plaut. Cape dum lapidem hunc atq; eleva. ¶ Item rem aliquam minuo extenuo, & verbis deprimo [ἐκφαυλίζω, ἐλαφρύνω, ἀτιμάζω. Gall. *Extenuer, alleger, attenuer, faire moindre, descharger.* Ital. *Abbassare, sprezzare.* Germ. Vernichten/ verkleinern/ ring schetzen. Hisp. *Adelgazar, de menusar.* Pol. *Lzę, ganię, zle cz obmawiam.* Vng. *Aggyalazom, kissebbítem.* Ang. *To make ligther, to ease of griefe and sorow.*] Tractatum à re ponderosa, quæ ut ferri possit elevatur: id est, imminuitur. Liv. 3. ab Vrbe: Major (*inquit*) si vana nostra P.C. autoritas ad plebem est, vos elevatis, eam quippe quia plebs senatusconsultum in continuandis magistratibus solvit. Idem lib. 28: Post receptâ totam Hispaniam, ita ut vestigium belli nusquam reliquum sit, elevare meas res gestas. Quintil. lib. 5: Gentium simul universarum elevata testimonia ab oratoribus scimus. Elevare autoritatem, dignitatem, judicium, vel testimonium alicujus: hoc est, verbis imminuere & extenuare. Livius lib. 47. ab Vrbe: Cujus autoritatem perpetuo vitæ tenore partam, toga candida elevabat.

Ĕlĕvātĭo, onis, f. t. [ἀπαλλαγμός. Vng. *Gyalázatos kissebbités.* Ang. *A leafsiger braning vp.*] Quint. lib. 9: Et illæ elevationes videlicet, O dii boni.

Ĕleūthĕrĭūs, ἐλευθέριος, Latinè dicitur Liberalis, ingenuus, servator, liberatorque. Hinc Eleutherius Iovis cognomentum, ab eo impositum, quòd depulsa Medorum dominatione, Græcos libertati restituisset. Suidas.

Ĕleūthĕrĭă, orum, n. s. ἐλευθέρια, Sacra quædam apud Samios, τῷ ἔρωτι hoc est, Amori Deo dedicata. ¶ Eleutheria item dicebantur lætiores epulæ, quas servi libertate donati celebrabant. Plaut. in Persa: Basilicè agito eleutheria.

Ĕlĭcē, Vide HELICE.

Ĕlĭcĭo, cis, pen. corr. cui, citum, act. t. Educo, extraho, allicio. [הוציא *hotsi*. ἐξάγω. Gal. *Attraire, tirer hors.* Ital. *Hiescare, trar fuori.* Ger. Hinaus ziehen/ herfür reitzen. Hispa. *Atraer pro fuera, sacar à fuera.* Polon. Wyciągam. Vng. *Ki vonszom, ki vszomom.* Angl. *To pike or draw out, to allure.*] Plaut. in Bacch. Vt eum ex lutulento cœno Properè hinc eliciat foràs. Plin. lib. 19. c. 5: Sapor autem asper, & medicamenti instar ad eliciendas alvos. Ovidius: Credibile est lachrymas elicuisse Deo. Cic. 1. de Orat. Verbum ex eo nunquam elicere potui de vi ac ratione dicendi. ¶ Elicere cœlo. Eliciunt cœlo te Iupiter. Ovid. 3. Fast. ¶ Suscitare & elicere fontem. Plin. epist. 95. lib. 4: Nam nescio quòd libramentum abditum & cæcum, quod quum exinanitum est, suscitat & elicit fontem: quum repletur, moratur & strangulat. ¶ Literas ab aliquo elicere. Cic. Att. lib. 9. 171: Tuas volo elicere literas, maximeque concilium. ¶ Elicere & invitare. Plin. epist. 195: Ipse igitur exhibes negotium tibi, qui elicis & invitas ut quàm plurima communicare tecum velim.

Ĕlecto, as, frequentativum formatum à verbo Elicio. [ἐπιφλέγομαι, ἐπάγομαι. Vng *Gyakorta, kinyomom, ki vonszom.*] Plaut. in Asin. Ibo adversum, atque electabo quicquid illud sit. Hoc est, eliciam.

Ĕlĭcēs pen. corr. m. t. Sulci aquarii per quos aqua collecta ex agro educitur: ab eliciendo dicti: [ἀγωγοὶ ὕδατος. Gal. *Petis fossez ou rayes autour ou dans vn champ pour en tirer l'eau dehors.* Ital. *Fossi d'in torno di campi.* Germ. Wasserfurchen in den Ackern. Belg. Vooren/ graven/ groepen. Hispan. *Sulcos grandes para desaguar la tierra.* Polon. *Brózda.* Vng *Vs et veterle valo barazda, folyas.* Angl. *Gutters or forowes to conueigh water.*] Col. lib. 2. c. 8: Sed quanvis tempestivè sementis confecta erit, cavebitur tamen, ut patentes liras, crebrosq; sulcos aquarios, quos nonnulli elices vocant, faciamus, & omnem humorem in colliquias, atque inde extra segetes derivemus.

Ĕlĭcĭŭs, Iupiter, in Aventino colebatur, ab Eliciendis & evocandis fulminibus dictus. Ovid. 3. Fast. Eliciunt cœlo te Iuppiter: unde minores Nunc quoq; te celebrant, Eliciumq; vocant.

Ĕlīdo, dis, pen prod. elisi elisum act. t Incido, frango, occido, elicio. [רצץ *ritstsats*. ἐκθλίβω. Gall *Rompre & casser, escacher, presser & faire sortir.* Ital. *Fracassare, rompre.* Germ. Aussschlahen/ aussstossen/ zerbrechen. Belg. Uttrecken. Hispan. *Quebrar, ò lisiar.* Pol. Wyciskam, wybicam. Vng. *Ki nyomtatom, ki tőröm, ki taszítom.* Ang. *To dash or beate against something, to bruise.*] Cic. 3. Tusc. Atq; ii stirpibus sunt ægritudines quàm multæ, quam amaræ, quæ ipso trunco everso omnes elidendæ sunt. Plaut. in Rud. Iubeo oculos elidere. Virgil. 8. Aen. ut prima novercæ Monstra manu, geminosque premens eliserit angues. Plin. libr. 11. c. 37: Cæteris ossibus leonis est tanta duritia, ut ignis elidatur velut è silice.

Ĕlīsŭs, part. [נרצץ *nirtsats*. ἐκθλιβείς. Gall. *Rompu, cassé, escaché.* Italic. *Rotto, fracassato.* Germ. Zerbrochen/ zerstossen. Hisp. *Quebrado ò lisiado.* Polon. Wybity, wyciśniony. Vng. *Ki nyomatott, ki taszittatott.* Ang. *Dashed or against, beaten, striken.*] Suet. in Cæs. Ac sæpè præ turba, elisi, exanimatique sunt. Ovid. 6. Met. Exiliantque cavis elisi nubibus ignes.

Ĕlĭgo, gis, pen corr. act. t. Lego, deligo, opto. [בחר *bachár*. ἐκλέγω, αἱρέομαι. Gal. *Eslire, choisir.* Ital. *Eleggere, far elettione.* Germ. Auslesen/ erwehlen. Belg. Verkiesen. Hisp. *Eleger ò escoger.* Pol. Wybieram. Vng. *Választok.* Angl. *To choose, to elect and pike out.*] Cic. 4. Acad. Quam potissimùm sententiam & disciplinam meliùs eliget? Idem 1. Verr. Quoties ille tibi potestatem optionemq; facturus sit, ut eligas utrum velis. Idem Octavio: E duobus autem malis quum majus fugiendum sit, levius est eligendum. Varro de re Rust. De asinis quenque amplissimum, & formosissimum quem possunt eligunt. ¶ Deligere verò significat ex magis idoneis aliquem legere ad aliquid agendum. Delegit sibi sæpè pop. Roman. Imperatorem ad bella, ut Pompeium ad bellum Mithridaticum. Imperator quoque deligit milites, non eligit, ad rem videlicet bellicam idoneos: & inter eos agit delectum quum dispicit quinam rei militari magis sint accommodi. Et agricola delectum agit inter tauros, quos scindendo solo, quosque procreandæ soboli destinet. At si ex multis daretur optio, quem sibi vellet eligeret, non diligeret. Idroque semper ferè dicitur in eodem sensu, Datur tibi optio: & Datur tibi electio. ¶ Hinc delectus, a, um, participium. & Delectus, us, nomen: Valla libro 5 cap. 63.

Ĕlēctŏr, oris, m. t. [בוחר *bocher*. ἐκλογεύς, ἐκλέγων. Gall. *Eslecteur, essleur, choisisseur.* Ital. *Elettore.* Germ. Ein Erwehler. Hispan *Elegidor.* Polon. Wybórca. Vngar. *Választó.* Angl. *A chooser, a piker out.*] Ad Heren. lib. 4: Postremò in eo vim artificii consumat, ut ipsi ab aliis potiùs eligendi, quàm aliorum boni electores existimentur.

Ĕlēctĭo, onis, f. t. Selectio, delectus. [מבחר *mibchár*. ἐκλογή, αἵρεσις. Gal. *Election, eslite, choix.* Ital. *Elettione, eletta.* Germ. Ein wahl oder Erwehlung. Belg. Een verkiesinge. Hispan. *Obra de eleger.* Pol. Wybranie. Vngar. *Választás.* Angl. *A choosing or piking out.*] Cic. in Orat. Iudicium electioque verborum. Idem 3. de Finib. Initia quorum ex electione virtus possit existere.

Ĕlēctŭs, [בחור *bachúr*. ἐκλεκτός. Gall. *Esleu, choisi.* Ital. *Eletto.* German. Erwehlet/ ausgelesen. Hisp. *Elegido.* Polon. Wybrany. Vngar. *Választatot.* Angl. *Choosed, elected.*] Cic. 5 de Finib. Electis verbis dictatæ res.

Ĕlēctŭs, us, ui, m. q. [Vng. *Választás.* Ang. *A choise.*] Ovid. Epist. 2: In necis electu parva futura mora est.

Ĕlĕgāns, pen. corr. om. t. nomen est, non participium, ab hoc verbo eligo deductum, ut Cicer. de optimo dicendi genere innuere videtur, quum inquit: Nam si ut in epularum apparatu magnificentia recedens, non se parcum solum, sed etiam elegantem videri volet, eliget quibus utatur. Sunt enim pleræq; aptæ hujus ipsius oratoris de quo loquor, parsimoniæ. Est igitur elegans idem quod cultus, ornatus, politus. [יפה *japheh*. φιλόκαλος, κομψός, καθαρός. Gal. *De choix, d'eslite, beau, joli, orné.* Ital. *Elegante, polito.* Ger. Wolgeziert/ schön. Belg. Verchiert/ schoon. Hispan. *Lindo, galano y gentil.* Pol. *Cudny, piekny, nadobny.* Vngar. *Ekes, szép.* Ang. *Neate, feate, gay, pretie, tricke, and trimme.*] Cic. 2. de Finib. Nemo nostrûm istuc generis asotus jucundè putat vivere, mundos, elegantes, optimis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, venatione, &c. Terent. Evnuch. Regem elegantem narras. Idem: Quum me ipsum noris, quàm elegans formarum spectator siem. Vbi Donatus: Elegans spectator est qui sit cunctantis & fastidiosi judicii, cui non quid placet facilè. Cic. 6. Verr. Vide ne ille non solùm temperantia, sed etiam intelligentia te atque istos qui se elegantes dici volunt, vicerit. ¶ Apud antiquos usque ad Catonis tempora elegans non honoris, ut hodie, vocabulum erat, sed reprehensionis, & vitii. Gell. lib. 11. cap. 2: Elegans homo non dicebatur cum laude, sed id ferè verbum ad ætatem D Catonis, vitii non laudis fuit. Cato lib. de Morib. Avaritiam omnia vitia habere putabant: sumptuosus, cupidus, elegans, vitiosus, irritus, qui habebatur, is laudabatur. ¶ Ideò Mar. Tullius Lucio Crasso & Scævolæ non meram elegantiam, sed multa parsimonia mistam laudi dedit in lib. de clar. Orat.

Ĕlĕgāntĭă, f. p. Munditia, lautitia, cultus, ornatus: ab eligendo ut putatur dicta. [תפארת *tiphéreth*. φιλοκαλία, κομψότης. Gall. *Bonne grace, elegance, magnificence, honnesteté.* Ital. *Eleganza, politezza, nettezza.* German. Schöne/ zierligkeit. Hisp. *Lindeza, gala, y gentileza.* Polon. *Cudność, piękność.* Vng. *Ekesség, szépség.* Ang. *Preatinesse, trimmenesse, &c.*] Cic. in Orat. Fucati verò medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur: elegantia modò & munditia remanebit. Idem 2. de Finib. Contemnit enim differendi elegantiam, confusè loquitur. Idem 3. de Finib. Agricultura quæ abhorret ab omni politiore elegantia. Hæc tamen apud veteres non ad ingenii opera, sed duntaxat ad nimis amœnum, lautumq; cultum ac victum applicabatur, nec sine vitio erat: nunc elegans solùm laudando dicitur: ut Elegans oratio. Est enim elegantia orationis virtus quæ facit ut unum-

E¯ncænĭa, cum æ diphtongo, Innovatio. [חנכה *chanuchah.* ἐγκαίνια. Gal. *Renouuellement, innouation.* Ital. *Innouatione.* Germ. Erneuwerung / einweyhung. Hisp. *Innouacion ò comienço.* Pol. *Odnowienie, poświacanie, kaściniáś.* Vngar. *Vjitás.* An. *An innouation.*] Aug. Encænia, festivitas erat dedicationis templi. Græcè enim καινὸν, dicitur novum. Quandocunque enim novum aliquid fuerit dedicatum, encænia vocatur.

E¯ncanthĭs, ἐγκανθὶς Morbus oculorum, cùm in maiori ipsorum angulo tuberculum enascitur, quod genas parùm patitur diduci. Nomen habet à situ. Nam Græci oculorum angulos κανθοὺς appellant.

E¯ncardĭă, f. p. ἐγκαρδία, Gemma est à cordis effigie sic dicta. Eius tria enumerantur genera: primum, in quo nigra effigies cordis eminet: secundum viridi colore, cordis effigiem repræsentans: tertium, nigrum cor ostendens, reliqua sui parte candidum. Autor Plin. lib. 37. c. 10.

E¯ncarpă, Sunt ornamenta capituli columnarum palmites aut ramos cum suo fructu habentia: aut etiam arbusculæ fructuosæ, quæ vocantur δένδρα ἔγκαρπα à Græcis: aut frondibus & ramis implexi innixique fructus. Vitruuius lib. 4. & eymatiis & encarpis pro crinibus dispositis frontes ornaverunt. ¶ Sunt & ἔγκαρπα Hesychio segetes triticeæ sectæ messæque.

E¯ncaustĭcē, es, f. p. ἐγκαυστικὴ, Genus picturæ quod adhibito igne fiebat, coloribus scilicet adustis, cera igni resoluta. [Ger. Ein gebrennt gemält / oder die Kunst / also einzubrennen / es sey in Glaß oder in irdene Geschirr. Vng. *Twzzel valo kepirás.* Angl. *Enameling.*] Apul. Encausticen oppidò exercens, se & duos filios sustentabat.

E¯ncaustēs, stæ, f. p. [ἐγκαύστης. Vng. *Twzze valo képíro.* An. *An enameler.*] Latinè inustor dici potest: hoc est, pictor, qui coloribus adustis, & cera igne resoluta rerum effigies exprimit. A verbo Græco καίω, quod est uro. Vitruv. Quod facere ab encausto dicitur. Plin. l. 35. c. 11: Lysippus quoque Æginæ picturæ suæ inscripsit encaustem: quod profectò non fecisset, nisi encaustica inventa.

E¯ncaustŭs, a, um, adiect. Encausto pictum. [Vng. *Twzzel égetett zimmel festékkes irattatott.* Ang. *Enameled, wrought with fier.*] Mart. lib. 3: Encaustus Phaëthon tabula tibi pictus in hac est: Quid tibi vis dipyrum, qui Phaëthonta facis?

E¯ncaustum, sti, n. f. [ἔγκαυστον. Vngar. *Twzzel égetett festék.* Ang. *Varnish, enamell, or other like picture wrought with fier.*] Materia est adusta, ad picturam apta. Plin. Figlinum opus encausto pinxit. Latinè dicitur inustum. Hoc genus picturæ primus Nicias in usu habuit. Vide Hermolaum in Castigat.

E¯ncaustĭcŭs, a, um, alind adiectiuum: [Vng. *Twzzel égetettekből, festékes.*] ut, Encaustica pictura. Plin. lib. 35. cap. 11: Sed aliquanto vetustiores Encausticæ picturæ extitere.

E¯ncaustē, tes, apud Plin. lib. 35. c. 11: Lysippus quoque Æginæ picturæ suæ inscripsit encausten, quod profectò non fecisset, nisi encaustica inventa. Alia exemplaria habent *encausten.*

Enchunoides, Herbæ species serpillo similis; surculosus palmi altitudine, orbiculato folio, speciem lectipedum præbens. Dicitur & lectipedes à Græcis κλινοπόδιον.

E¯nchīrĭdĭōn, n. f. [ἐγχειρίδιον. Gall. *Liure qui se peut tenir en la main, manuel.* Ital. *Libro che si può tenere in mano.* Germ. Ein Handbüchlein. Belg. Handtboecken. Hispan. *Libro manual, y que se puede tener en la mano.* Polon. *Ksiąszcżka ma'a, maiaca w'obie krol...* Vngar. *Hanczár, ennyi a keda.* Angl. *A booke meete to be borne in the hand.*] Exiguus quidam libellus, ita dictus quòd ad manum semper haberi debeat, sive quòd manu nullo negotio possit circumferri. ¶ Sed & gladiolum, seu militarem pugiunculum, & remi partem illam, quam nautæ manu comprehendunt, enchiridion vocari Iulius Pollux tradit.

E¯nchōrĭŭm, [ἐγχώριον, Vngar. *Belső lakos.*] Græci dicunt indigenam: hoc est, in eo ipso loco in quo agit genitum: unde Enchoriæ aues dicuntur nostrates quibus opponuntur exoticæ, seu peregrinæ.

E¯nchrīstă, ἔγχριστα. Vng. *Kenő orvosság.*] Apud Celsum: Medicamenta sunt liquida, quæ illinunt.

E¯nchūsă, ἔγχουσα. Polon. *Cżerwony korzen.*] Herba est similis anchusæ (unde & Pseudanchusa nominatur) sed lanuginosior & minus pinguis, tenuioribus foliis, & languidioribus. Radix non fundit oleum, sed rubentem succum, qua nota ab anchusa discernitur. Autor Plin. lib. 22. c. 20.

E¯nclĭsĭs, f. t. ἔγκλισις, Inclinatio: & unum de accidentibus verbi, quod Latini Modum dicunt.

E¯nclĭtĭcŭs, tica, ticum, ἐγκλιτικός, Inclinatiuus, ut Encliticæ coniunctiones, que, ve, ne quoniam inclinant ad se accentum.

E¯ncolpĭæ, f. p. ἐγκολπίαι, ut ait Aristotel. venti sunt qui è mari veniunt per sinus. Nam κόλπους Græci sinum vocant.

E¯ncōmĭum, mii, n. f. [תהלה *thehillah.* ἐγκώμιον. Gall. *Louange, tesmoignage d'honneur.* Ital. *Laude.* German. Ein herrlich Lob. Hisp. *Alabança ò loor.* Pol. *Chwała, sczesna pochwała.* Vnga. *Dicséret.* Ang. *Louing, praise*] Laus vel præconium alicuius, & propriè quod ex multis eius virtutibus compingitur. Nam quæ unam tantùm singularemque spectant virtutem (ut si quis iustum Aristidem prædicet) Græci ἐπαίνους potius appellant. Solebant autem encomia cani, vel dici victoribus (quæ inde etiam epinicia dicebantur) in quibus occasione recentis meriti repeti solebat, quicquid illi in vita laude dignum gessissent. ¶ Encomium ante victoriam canis, πρὸ τῆς νίκης ἐγκώμιον ᾄδεις. In eum qui præproperè gloriatur, re non dum confecta. Nam apud Græcos qui rem strenuè gessissent in bello, oratione aut carmine laudabantur: quæ laudatio propriè encomium dicitur. Plato in Lyside.

E¯ncōmĭastēs, [ἐγκωμιαστής. Polon. *Chwalca.* Vng. *Dicsérő.*] Dicitur laudator, qui alterius celebrat encomium.

E¯ncŏmbōmătă, [ἐγκομβώματα, Vng. *Leanyi öltözet.*] teste Nonio, vestes sunt puellares, quemadmodum & Patnacides. Varro de liberis educandis: Vt puellæ habeant potiùs in vestitu, chlamydas, encombomata, ac patnacidas, quàm togas.

E¯ncrўphĭās, [ἐγκρυφίας Vng. *Hamuba sült pogácsa.*] Dicitur panis subcineritius, διὰ τὸ ἐγκρυφιάζειν, quòd dum coquitur, sub cineribus abscondatur.

E¯ncyclĭŏs, [ἐγκύκλιος. Gall. *Circulaire, orbiculaire, rond.* Ital. *Circolare, rotondo.* German. Rund. Hispan. *Cosa de cerco, de circulo.* Pol. *Okrągły.* Vngar. *Kerekded.* Ang. *Rounde.*] adiectivum est apud Græcos, quod nos orbicularem interpretari possumus. Vnde ἐγκύκλιος παιδεία, circularis, & ex omnium disciplinarum orbe confecta scientia dicitur: quem etiam Latinorum nonnulli mutuati à Græcis voce Encyclion dixerunt. Vitruv. lib. 1 c. 1: Encyclios disciplina, uti corpus unum, ex his membris est composita. Rursus idem in Præfat lib. 6. Gratias agit parentibus, quòd se erudiendum curaverint encyclia doctrinarum omnium disciplina. ¶ Encyclias commentationes, ἐγκυκλίους ἐξηγήσεις, Aristoteles in Ethicis eas intelligit, quas Gellius extrarias: hoc est, exoticas vocat. Martian. cyclicas: cuiusmodi & Problematum sunt libri, & quæ populares à Cicerone ac Themistio, quæstiones appellantur, quòd de rebus omnibus tanquam in circulo passim quæreretur.

E¯ncyclŏpædĭă, f. p. [ἐγκυκλοπαιδεία. Gall. *Vniuersité profonde & intelligence de toutes les sciences.* Ital. *Scienza vniuersale.* German. Der Zirckel aller guten Künsten / da eine an der andern hangt. Hispan. *Sciencia vniversal.* Pol. *Przebieżenie y poznanie nauk wszystkich, tak iż bis iedne z druga trzimal.* Vng. *Minden tudom anyoknak értelme, tudása.* Angl. *A perfect knowledge of all artes and sciences.*] Latinè dici potest circularis vel orbicularis scientia. Est enim omnium artium & disciplinarum perfecta scientia. Ratio nominis proculdubiò tracta est à circularis figuræ perfectione.

E¯ndĕlĕchĭă, ἐνδελέχεια, Vide ENTELECHIA.

E¯ndĕplōro, ras, pen. prod. antiqui dixerunt, teste Festo, pro Imploro, quod est cum questu inclamo, & cum fletu rogo, quod est propriè vapulantis.

Endoitium, o. f. initium.

E¯ndĭădys, ἓν διὰ δυοῖν, Figura quum una res metri causâ in duas diuiditur, vt apud Virg. molemque & montes insuper altos id est,

id est, molem montium. Sic alibi:-pateris libamus & auro, pro pateris aureis. Hujus figuræ meminit Servius in primum Aeneidos, ubi tamen omnium penè doctorum sententia corruptè legitur pro ἓν διὰ δυοῖν: hoc est, unum per duo, cui contraria figura legitur apud Donat. in Andriam Terentii, quam vocat δύο δι' ἑνός: id est, duo per unum.

Endo, antiquè idem est quod In. Endo procinctu, pro In procinctu. Significat autem quum ex castris in prælium exitum est. Nam veteres togis incincti pugnabant, autore Festo. Gell. lib. 5. cap. 19: Velitis jubeatis Quirites, &c. uti ei vitæ necisque in eum potestas siet, uti patri endo filio est. Sic enim doctissimus vir Franc. Hotomannus legendum existimat.

Endromis, idis. f.t. [... addéreth jehár. ἐνδρομίς. Gall. Habillement velu contre l'hiver. Ital. Veste pelosa pellicciata. Germa. Ein Winterkleid oder Rock. Belg. Een pije/ofte winterrock. Hispanic. Vestidura que se puede traer en el invierno. Polon. Gunia ko... Vngar. Guba, bobay. Ang. An ynish mantle, à course winter gowne.] Vestis genus hirsutum, longiorisque villi, venti, pluviæque injuriis arcendis in primis accommodatum. Primus earum usus inventus creditur apud Lacedæmonios, quanvis postea, etiam in Gallia fieri cœperint. Dicta endromis ab eo quòd ἐν δρόμῳ: hoc est, in cursu, ea maximè uterentur. Mart. lib. 4. endromidis usus elegantissimo Epigrammate exequitur:

Sordida, sed gelido non aspernanda Decembri,
Dona peregrinam mittimus endromidem.

Juvenalis Sat. 6. mulieres Romanas taxat, quòd endromide purpurea uterentur: Endromidas (inquit) Tyrias, & fœmineum ceroma Quis nescit?

Eneco, as, enecui, enectum, Neco, interficio, occido. [... hemith ... katál ... ἀποκτείνω, ἀναιρέω. Gal. Tuer, faire mourir. Ital. Uccidere. Germ. Ertödten/umbbringen. Hispan. Matar. Pol. Zadussam, zabiam. Vng. Meg ölöm. Angl. To kill, to slay.] Plaut. in Amphit. Puer ambas angues enecat. Colum. lib. 11. ca. 3: Ne herois enecetur tuta. ¶ Aliquando enecare simpliciter accipitur pro molestum esse, unde frequens est apud Comicos: Enecas me: hoc est, obtundis me, sive gravis & molestus es mihi. ¶ Veteres etiam Enico dicebant. Terent. Eho, tu consobrinum tuum non noras? DEM. Enicas & postea: Satin' etiam si te delibutum gaudio reddo? ANT. Enicas, &c.

Enectus, participium. [... ἐκτεθνηκώς, ἡμιθανής. Gal. Tué, recreu, gasté & perdu, travaillé jusques au mourir. Ital. Ammazzato, & travagliato estremamente, mezo morto. Germ. Ertödtet. Hisp. Casi muerta, o muy trabajada, ò medio muerta. Polon. ... Vng. Holt elevenen, ... Ang. Kylled, slaine.] Nun tam mortuus, quàm propemodum mortuus. Valla lib. 6. cap. 27: Ut, enectus fame, Cic. 2. de Divin. Plenus, & enectus, contraria, Ibidem.

Energia, pen. prod. f.p. [... ἐνέργεια. Gall. Energie, efficace. Ital. & Hisp. Efficacia. Germ. Wirckung/krafft. Pol. Moc, sila. Vng. Erö, ... Angl. Efficacie, force.] Latinè efficacia, seu operatio. Hieron. Haber nescio quid latentis energiæ, vivæ vocis actus. Fit ab adjectivo Græco ἐνεργής, efficax. Unde & verbum ἐνεργέομαι, quod est officio sive operor. Energia itaque est quædam quasi actio & operatio interior, quæ est veluti via ac dux ad exteriorem corporis actum.

Enervo, vas, act. p. Debilito, quasi nervis & robore spolio. [... chalásch ... ἐκνευρίζω. Gal. Oster la force, debiliter. Ital. Indebolire, fiaccare. Germ. Krafftlos machen. Belg. Krencken. Hispan. Quitar los nervios y fuerças. Polon. Moc odeimuie. Vng. Meg erötlenítem. Ang. To make weake, or feable.] Cic. de Senect. Sed tamen ut vos videtis, non planè me enervavit, non afflixit senectus. Lactant. lib. 5: Hæc præsentia terræ bona virtuti contraria sunt, & vigorem mentis enervant.

Enervatus, participium: [... chalúsch ... ἐκνενευρισμένος. Gall. Debilité, qui a perdu sa force & comme ses nerfs. Ital. Snervato, effeminato, non virile. German. Krafftlos gemacht/geschwächt. Hisp. Cosa floxa y flaca y sin nervios. Pol. Osłabiony. Vng. Meg erötlenített. Angl. Made weak.] ut, Enervati & exangues homines. Cicero pro Sest. Languidus & enervatus philosophus. Cic. 1. de Orat. Enervata & muliebris sententia. Cic. 2. Tusc.

Enervus, a, um, vel Enervis, Debilis, mollis, effœminatus, quasi sine nervo. [... challásch ἄνευρος. Gall. Mol & effeminé, n'ayant aucune virilité. Ital. Debole, molle, snervato. German. Schwach/weibisch. Belg. Swack. Hispan. Flaco, sin nervios. Polon. slaby, mdły. Vng. erötelen, gyenge. Ang. Weake, feble.] Unde enerva saltatio apud Apuleium, quæ sinuosis flexibus, & corpore plicatili fit, quasi effœminata, mollis. Plin. in Paneg. Visum est spectaculum inde non enerve, nec flexum, nec quod animos virorum molliret, & frangeret. Quintil. l. 9. c. 4: In universum autem si sit necesse, duram potiùs atque asperam compositionem malim esse quàm effœminatam & enervem. ¶ Enervati pro mollibus ac delicatis. Sex. Aurel. Victor in Tito: Enervatorum greges abire præcepit.

Engangis, vel Gangitis, idem quod Gagates apud Dioscor. lib. 4. Sic dictus à Gange Lyciæ civitate. Hunc neq; fortis ignis impetus exedit, ut inquit in Theriacis Nicander. Vocatur & alio nomine Engis, autor Scholiastes Nicandri.

Engonasis, ἐγγόνασις, Signum cœleste, quod Latinè Ingeniculus vocatur. is Hercules est, qui dextro genu nixus, sinistro pede capitis draconis dextram partem opprimere conatur. Vide Hyginum lib. 2. & 3. Julium Firm. lib. 7. Mathes. Oriente ingeniculo, (quem engonasin Græci appellant) nati cum testimonio Martis & Lunæ, erunt funambuli, uribatæ, & neurobatæ, & qui talia pertractant.

Enhydris. [... ἐνυδρίς. Gall. Serpent en continuere vivant in l'eau. Ital. Serpente de acqua. German. Ein Wasserschlang. Hisp. La culebra que vive en el agua. Polon. Wąż wodny. Vngar. Vízi kigyo. Ang. A water snake.] Coluber in aqua vivens, unde nomen accepit. Plin. lib. 30. cap. 3: Dentium doloribus medetur draconis os è spina, item enhydris. Est autem serpens masculus, & albus. Herodotus in Melpomene, pro lutra accepisse videtur: ἐν δὲ ταύτῃ ἐνυδρίες ἁλίσκονται & κάστορες. Quo in loco Valla ἐνυδρίας, lutras vertit.

Enhydros, ἔνυδρος, Lapillus absolutæ rotunditatis, & cum candore lævitatem habens, liquorem intùs continens ad motum fluctuantem, ut albumen in ovis. Auror Plin. lib. 37. c. 11.

Enim, Conjunctio causam subjungens, & secundum locum ferè in oratione obtinens. Nam, nanque: [כי chi, γάρ. Gall. Car, certes. Ital. Imperoche. German Dann. Hisp. Porque. Pol. Bowiem. Vng. Mert. Angl. For.] ut, Cole pudicitiam. hæc enim hominem vindicat à scelere. ¶ Compositum autem cum verò, significat certè. Cic. 5. Verr. Enimverò ferendum hoc non est. Plaut. in Trin. Enutu is es? CH. Is enim verò sum. Idem in Persa: Ain verò verbereum caput? P. Ajo enim verò. Cic. 6. Verr. Ille enim verò negat Livius: Tunc enim verò deorum ira admonuit. Componitur item cum adversativis particulis at & sed: ut Atenim, Sedenim, quæ & ipsæ adversandi vim habent. Virgil. 1. Aen. Progeniem sed enim Trojano à sanguine duci Audierat. Terent. in Adelph. Atenim non sinam. ¶ Nihil enim. Plaut. Mostell. Quid tu tecum? TR. nihil enim. ¶ Verùm enim. Terent. Verùm enim quando bene promeruit fiat, suum jus postulat. Idem in Eunucho: Verba dum sint: verùm enim si ad rem conferentur, vapulabit. ¶ Imò enim. Terent. in Andr. Imò enim quam maximè abs te postulo atque oro Chreme. ¶ Imò enimverò. Terent. in Eun. dum sequor hanc fit mihi obviam. P. Incommodè hercle. CH. Imò enimverò infeliciter.

Eniteo, es. n.f. Valde niteo, clareo, emineo. [... ἐκλάμπω, ἐκλάμπομαι. Gal. Estre poli & orné, estre clair & beau. Ital. Risplendere. Germ. Scheinen/hefftig glantzen. Hispan. Resplandecer. Pol. Lśnię się, świecę się. Vng. Tündöklöm, fen... Angl. To shyne cleerlie, to wax famous and renowmed.] Unde Enitesco, lcis, nitidior & clarior fio. Autor ad Heren. li. 1: Quæ cum summa laude prodita vetustate, summa cum laude enitescit. Salust. Postremò Cæsar bellum exoptabat, ubi virtus ejus enitescere posset.

Enitor, eris, enisus, vel enixus, d.t. Pario. [... jag'áh ... ἐκπονέω. Gal. S'efforcer de parfaire, avec peine & difficulté achever quelque chose. Ital. Partoire, sforzarsi. Germ. Gebären: item, etwas mit sonderbarem fleiß vnderstehen. Hispan. Parir la muger, estribar. Polon. Kopie, ... Vng. Szülök, igyekezem, ... Ang. To travaile to enforce ones selfe to do a thing.] Plautus in Amphitr. Geminos Alcmena enititur. Varr. lib. 2. de Re rust. Faciendaque septa secreta ab aliis, quò enitentes secludere possis. Ex quibus intelligitur alienam esse Nonii sententiam, qui enixas mulieres ex eo dictas esse scribit, quòd vinculis quibusdam periculi & nexo solutæ sint. ¶ Interdum idem quod conari, & allaborare. φιλοτιμέομαι. Salust. in Jugurth. Ab adolescentia ita se enixum, ut ab optimo quoque probaretur.

Enixus us, ui, m.q. Ipse enitendi seu pariendi actus. Plin. l. b. 10. c. 63: Equæ post unum annum ab enixu utiliter admittuntur. Sic idem lib. 8. c. 16.

Enixe, Studiosè, & cum magno conatu. [φιλοτίμως. Gall. En s'efforçant, de tout son pouvoir. Ital. Studiosamente. Germ. Mit allem fleiß/trewlich/ernstlich. Hisp. Instante, con instancia. Pol. Z pilnością, usilnie ... Vng. Nagy igyekezettel. Angl. With tooth and naile, with all might & power.] Plautus in Trin. Tibi relinqui ob eam rem enixè expeto. Cic. pro Sextio: Meam causam boni omnes enixè susceperant. ¶ Enixim pro enixè. Sisenna l. b. 4. Histor. Ego illos malos & audaces semper enixim contra fortunas atque honores hujus ordinis omnia fecisse sentio. ¶ Enixissimè etiam dixit Servius.

Enisus, a, um, Particip. Id est, conatus. Cic. Qu. Fr. li. 3. Angit unus Milo, sed velim finem afferat Consulatus: in quo enitar non minus quàm sum enisus in nostro.

Ennam, antiqui dixerunt pro etiamne, teste Festo. ἦ γάρ.

Enneaphyllon, [ἐννεάφυλλον. Pol. Dziewięciornik.] Herba est quæ longa folia novena habet, causticæ naturæ. Imponitur lana circundata, ne urat latus: continuò enim pustulas excitat, lumborum doloribus & coxendicum utilissima. Plin. libro 27. cap. 9.

Enneaphthongos, [ἐννεάφθογγος. Vng Kilencz szavu.] Quod novem edit voces: ut, Enneaphthongos chelys, apud Martialem. Pro eodem etiam ἐννεάφωνος dicunt Græci.

Enneas, enneados, ἐννεάς, Est numerus novenarius, sicut Decas denarius. [Vng. Kilencz.]

Eno, as, ate, n.p. Natatione evado, vel nando aliquò pervenio, enato. [... naph, ἐκνήχομαι. Gal. Nager dehors, ... en nageant. Ital. Notare, pervenire à qualche luogo nuotando. Germ. Auß schwimmen. Hisp. Salir del agua nadando. Pol. Wypływam. Vng. Ki úszok. Ang. To swymme out and escape.] Liv. 3. bel. Mac. Multæ na-

H

tæ naues ejectæ, multæ ita haustæ mari, ut nemo ad terram enaverit. Virg 6. Aen. Insuetum per iter gelidas enavit ad Arctos.

E'nōdo, das, act. p. Nodis purgo, nodos reseco. [ἐξαμματίω. Gal. Oster les neuds, esclaircir, declarer. Ital. Snodare. Germ. Von knöpffen seuberen/die knorren abhawen. Hisp. Desenbarar, desanudar. Pol. Obciynam, jeśli odcynam. Vng. Iomoitul'és bóske, vel megtortom, meg magyarazom. Angl. To expone clearlie, to take away knottes.] Col. li. 5. c. 5: Quæ ulmus à positione bene provenerit, ejus summæ virgæ falce debent enodari. ¶ Per metaphoram accipitur pro declarare sive explicare. Autor ad Heren. lib. 2: Deinde contrariæ legis enodabimus voluntatem, & eam trahemus ad nostræ causæ commodum.

E'nōdātĭo, nis, f. t. Explicatio, expositio. [פתרון parâschâh פתרון puthrôn פשר péscher, ἐξαμμάτωσις, διασάφησις, λύσις. Gall. Declaration. Ital. Dichiaratione. Germ. Auflösung/erklärung. Hispan. Declaracion de lo escuro. Pol. Wyłożenie, wykład. Vng. Meg magyarázás. Angl. A plaine declaring, or expounding.] Cic. in Topic. Ea est insita, & antè percepta cujusque formæ cognitio enodationis indigens. Idem 3. de Nat. Deor. Quid vos delectat illa explicatio fabularum, & enodatio nominum?

E'nōdātus, part. [מבואר בהיב meboar heteb. ἐξαμματωθείς, σαφηνισθείς. Gal. Declaré. Ital. Dichiarato. Germ. Außgelößt/erklärt. Hispa. Declarado. Pol. Wyłożony, wyrażony. Vng. Meg magyarázatos. Ang. Declared, made manifest.] Cic. 2. de Invent. Præcepta magna conquisita cura, perspicuè conscripsit, atque enodata diligenter exposuit.

E'nōdātē, adverb. Clarè, perspicuè. [באר היטב beér heteb. δήλως. Gall. Clairement, apertement, sans neud. Ital. Chiaramente, senza scrupulo. Germ. Klärlich. Hisp. Claramente sin nnudo. Pol. Iaśnie. Vng. Nyilván, világoson. Ang. Clearlie, planelie.] Cic. 3. de Finib. Hæc igitur nobis explicanda sunt: sed si enodatius, vos ignoscetis. Idem 2. de Invent. Quæ illius erunt, leviter attingendo, sua diligenter & enodatè narrando.

E'nōdis, de, pen. prod. om. t. Planum, sine nodo. [ἀνάμματος, ἄκομβος. Gall. Sans neuds. Ital. Senza nodi. German. Ohne knöpff/glatt. Hisp. Sin nudos, ò desanudado. Polon. Gładki, nie sękowaty. Vngar. Bóskóknélkül való, ganélkül való. Ang. Without knottes.] Virg. 2. Georg. Aut rursum enodes trunci resecantur. Plin. l. 12. c. 14: Quibus credi potest, matrem quoque teretem & enodi fruticare trunco. ¶ Per metaphoram Enode etiam dicitur quod sine difficultate est. Plin. Epist. Recitabat ἐξωθεμάγνες, eruditam sanè luculentamque materiam (scriptæ legis erat) fluentibus, & teneris, & enodibus, sublimibus etiam ut poposcit locus.

E'nōrchis, ἔνορχις, Gemma est candida, quæ divisa fragmentis, testium effigiem repræsentat, Autor Plin. l. 37. cap. 10.

E'nōrmis, me, om. t. Dicitur magnum, sine mensura, nimium: eò quòd normam & mensuram excedat. [ἄμετρος, ἔκνομος. Gal. Desmesuré, desbordé, sans mesure, desreglé. Ital. Enorme, smisurato. German. Vnmässig groß/vngerstalt. Hisp. Muy grande, sin medida. Polon. Niepomierny, niekształtny. Vng. Mérteklettelen, nagy. Angl. Without measure, out of order.] Plin. in Epist. Omnis enim advertit quod eminet & extat: sed acri intentione dijudicandum est immodicum sit an grande, altum an enorme. Plin. lib. 17. c. 12: Eædem enormes cerasis, lauris.

E'nōrmĭtas, f. t. [ἀμετρία. Vng. Mérteklettelenség, bőség.] Spart. in Caracal. Sed enormitate stipendi militibus, ut solet placatis.

E'nōrmĭter adverb. [ἐκτόπως, ἀμέτρως. Gall. Desmesurement, sans mesure, desregleement. Ital. Fuor di regola, Fuor di misura. German. Vnmässiglich/vber die maß. Hispa. Sin medida. Pol Sipetnie. Vng. Mertéketlenül, mérteketlenül. Angl. Out of measure ad rule.] Plin. lib. 37. cap. 6: Simili modo, si ex alio colore in se admittat aliquid enormiter.

E'nōtesco, is, Innotesco, Notus fio. [נודע nodhâh. γνωρίζομαι. Gall. Venir en cognoissance. Ital. Farsi noto. Germ. Erkannt werden. Hisp. Hazerse conocer. Pol. Znaionim sie stawam. Vng. Ei hon jedóm, ismeretessé lenni. Ang. To be knowen abroad.] Plin. in epist. Enotuerunt quidam versus tui, & invito te claustra refregerunt. Suet. in Otho. Qui tamen sic quoque hoc disticho enotuit.

E'ns, & Entia, à verbo Sum deducta, τὸ ὄν, τὰ ὄντα, voces sunt solis penè Philosophis usurpatæ. [Vng. Állat.] Quint. lib. 8. cap. 3: Multa ex Græco formata nova, ac plurima à Sergio Flavio, quorum dura quædam admodum videntur, ut Ens & Essentia: quæ cur tantoperè aspernemur, nihil video, nisi quòd iniqui judices nos sumus, ideoque paupertate sermonis laboramus.

E'nsis m. t. Gladius, mucro. [חרב chéreb. ξίφος. Gall. Espee. Ital. Spada. Germ. Ein Schwerdt. Belg Een Schweert. Hisp. Cuchillo, ò spada, ò daga. Pol. Miecz. Vng. Szablya, vagy fegyver. Angl. A sword.] Cic 2. de Nat. Deor. Aulaq; funestum prima est fabricarier ensem. Virgil. Et curvæ rigidum falces conflantur in ensem. Ovid. 3. Fast. Ensibus exertis bellica læta dea est. ¶ Ab ensis fit diminutivum Ensiculus, ξιφίδιον. Plaut. in Rud. In eo ensiculo literarum quid est? ¶ Perque enses, perq; ignem oportet irrumpere, [illegible] καὶ μαχαιρῶν καὶ πυρὸς ... quum significamus quidvis [illegible] subeundum.

E'nsĭfer, [ξιφηφόρος.] μαχαιροφόρος, ξιφοφόρος. Gall Qui porte espee. Ital Che porta spada. Germ. Ein Schwerdtrager. Hispan El que trae cochillo ò espada. Polon. Miecznik. Vngar. Fegyver, kard hordozó. Angl. That beareth a sworde.] Ovid. 2. de Arte. : Ensifer Orion aspiciendus erit. Idem 4. Fast.

E'nsis Xiphion herba apud Diosc. lib. 4. c. 23.

Entaticos, ab erigendo & inflando sic dictum, Satyrium apud Diosc lib. 3. c. 145.

E'ntĕlĕchia, f. p. ἐντελέχεια, Perfectio, vis ex se movens, agitatio sive energia. Aristoteles animam ita appellavit, li. 2 de Anima. Cicero continuatam quandam & perennem motionem interpretatur, 1. Tusc. quæst. Quintum genus adhibet vacans nomine, & sic ipsum animum entelechiam appellat novo nomine, quasi quandam continuatam motionem & perennem. Sunt qui endelechiam per d scribendum existiment: sed per t plurimis probatur. Corinthus Grammaticus autor est Atticos ἐνδελέχειαν per τ ἀντὶ τοῦ δ ἐνδελεχείας scribere consuevisse. Idem apud Lucianum in judicio vocalium queritur Δ de suis sedibus pulsum à τ, i hac ipsa voce.

E'ntĕni, τὰ ἔντερα, dicuntur terrestres ventriculi quidam.

E'ntĕrĭōne, es, f. t. ἐντεριώνη, medulla lignorum.

E'ntĕrŏcēlē, f. p. [ἐντεροκήλη. Vng Tökösség. Ang. The disease of burst when the gut falleth downe into the coddes.] Species herniæ, quum intestina decidunt in scrotum: quemadmodum epiplocele, ἐπιπλοκήλη, quum eodem delabitur omentum: & hydrocele, ὑδροκήλη, quum in alterum è testibus humor confluit. Omnesq; has species, nostri vocant hernias, inquit Celsus. Ramices verò qui sequuntur. Porocela πωροκήλη, quum ex abscessu aliquo circa scrotum materia lubdura ... Sarcocela, σαρκοκήλη, quum in ipso scroto cõcrevit caro. Cirsocela, κιρσοκήλη, quum venæ intumuerunt, tunicis testium integris, vel in ipso scroto: Bubonocele est tumor testiculi ex inflammatione febrem afferens, vel tumor in inguine ex repletione nervi, ex quo testiculus dependet. Est tamen ubi Plin. enterocelam dixerit ramicem, ut in medicinis cupressi.

E'ntĕrŏcēlĭcus, Qui enterocela laborat. [Vngar. Tökös.] Plin. libro 26. capite 8: Enterocelicis datur ex aqua, & illitur vesicæ vitiis.

E'ntĕrŏn [ἔντερον. Vng. Bél.] Latinè intestinum. Hinc quidam exenterare, ἐξεντερίζειν, pro eviscerare, & intestina detrahere, deduci putant. Vide suo loco.

Enthaemon, Medicamentum quod conficitur ex quibusdam lacrymis, quæ emanant ex oleis, quæ in Arabia nascuntur. Plin. lib. 12. c. 17.

E'nthēca, æ, f. p. ἐνθήκη, accipitur à Luciano pro scrinio, in quo veluti in fidejussione nummos & supellectilem preciosam deponimus.

E'nthĕmăta n. t. ἐνθήματα, A medicis vocantur quæ vulneribus recentibus imponuntur, ad reprimendum sanguinem, & humorum affluxum. ¶ In insitionibus item enthemata vocantur surculi qui in fissuram trunci inseruntur.

E'nthĕsis, ἔνθεσις, Latinè interpositio. ¶ Significat etiam frustum in os inditum, quod pueris à nutricibus datur: hoc à Cicerone mansum vocatur.

E'nthĕtŏn, ἔνθετον, Medicamentũ à præstantia remedii dictum.

E'nthĕus, a, um. [ἔνθεος. Vng. Istennel teli.] Numine divino plenus Stat. Syl. 2. H[a]c thyrsos, hic plectra ferit, hic enthea lauro Tempora, Minoa crinem premit ille corona.

E'nthĕātus, a, um. Divino numine afflatus. [Vngaric. Isten[nel] tölt.] ut Entheata vatum pectora, apud Mart. lib. 6.

Enthostathidia, thoracis intima.

E'nthūsĭasmus, [ἐνθουσιασμός. Vng. Isteni ihlet.] Est divinus quidam vigor, qualem habent dicta aut scripta eorum qui divino numine sunt afflati: ab ἐνθουσιάζω, quod significat Afflor numine.

E'nthȳmēma, pen. prod. atis, n. t. & Enthymematum, ti. ἐνθύμημα, ἀπὸ τοῦ ἐνθυμεῖν, quod est mente concipere, animadvertere, considerare. Commentum vel commentationem Quint. interpretatur: quòd mentis actio omnis atq; sententia, enthymema nominetur, sicut docet Cic. in Top inquiens: Ex hoc illa Rhetorum sunt ex contrariis conclusa, quæ ipsi enthymemata appellant. Enthymema (inquit Rufinianus) dicitur quum periodus orationis ex contrariis sententiis astringitur: quale est illud Ciceronis in Divinat. Tamen his operam tuam pollicere, qui te neque velle sua causa, nec si velis, posse arbitrantur. Dialecticis enthymema est syllogismus imperfectus, in quo ex unico enuntiato infertur conclusio: ut, Castitas virtus est, ergò amplectenda. Nam ad perfectionem syllogysmi deest prior enuntiatio, quam majorem vocant, virtus omnis amplectenda. Iuvenalis Satyr. 3: aut curtum sermone rotato Torqueas enthymema.

E'ntŏma, n. t. ἔντομα. A Græcis appellantur quæ nos vocamus insecta. [Vng. Nyakatlan állatok.] cujusmodi sunt muscæ, crabrones, apes, & ejusmodi: ratione nominis inde (ut opinor) ducta, quòd pleraque ex iis circa medium sui incisa sunt, adeò ut posterior pars tenui admodum discrimine adhæreat priori.

E'ntўpōsis, Vbi articulus cõfirmatur, vel humeri acetabulum.

E'nūbo, is, pen prod. n. t. [ἐκγαμίζω. Gall. Espouser un homme, prendre pour mari. Ital. Maritare. German. Mannen/ein Mann nemmen/sich verheuraten. Hisp. Casarse fuera su estado. Pol. Zamąż idę. Vngar. Kihazasodom. Ang. To be maried to some man.] à Liv. videtur usurpatum pro extra suum ordinem nubere: ita enim ait lib. 10. ab Vrb. Virginiam Auli filiam patritiam, plebeio nuptam L. Volumnio Cos. matronæ, quòd è patribus enupsisset, sacris arcuerunt.

E'nuptĭo

Enūptio, f.t. Livius lib. 9. Decad. 4: Vt Hispalæ Fecenniæ datio, diminutio gentis enuptio, tutoris optio ita esset quasi ei vir testamento dedisset.

Enucleo, as, act. p. Aperio & nucleum è calyce extraho. Nucleus verò dicitur quod tenerum in nuce includitur. [... Gal. *Cerner, mettre hors le noyau, ou counoi... & mettre en evidence*. Ital. *Aprire, cavare il nocciolo della noce, & l' ostriga della guscia*. German. Ein Nuß aufthun/ ein Nußkernen auß der Schalen thun: item, erklären. Hispan. *Abrir o sacar el meollo, o pepita de la fruta*. Polon. *...* Vng. *...* Angl. *To take the kernell of a nut out of the shell, to declare*.] ¶ Per translationem enucleare significat declarare, & explanare. ... Cic in Parti. Nec quicquã in amplificatione nimis enucleandum est.

Enucleatus participium. [... Gal. *Esclercy & descouvert, mis en evidence & declaré*. Ital. *Dichiarato, aperto, manifesto*. German. Erklärt/ eröffnet. Hisp. *Abierto, declarado, manifesto*. Polon. *...* Vng. *...* Ang. *Declared, whereof the kernell is taken out of the shell*.] Cic. pro Planc. In quo primum illud debes putare: comitiis præsertim ædilitiis, studium esse populi, non judicium: eblandita illa, non enucleata esse suffragia. Idem de Orat. Genus dicendi acre, acutum, enucleatum.

Enucleatè, adverbium purgatè, exquisitè, clarè, ac sine asperitate. [... Gall. *Clairement, apertement*. Ital. *Chiaramente*. Ger. Offentlich/ klärlich. Hisp. *Claramente*. Pol. *...* Vng. *...* Ang. *Clearlie, plainly*.] Cic. lib. 4. Tusc. Habes ea quæ de perturbationib. enucleatè disputant.

Enudo, as, are, Nudo. [... Gall. *Desnuer, exposer*. Ital. *Nudare, spogliare*. German. Entblössen: item, erklären. Hisp. *Desnudar, o vestir..., declarar*. Pol. *...* Vng. *...* Ang. *To make naked, to uncover*.] Et per translationem, exponere, ac velut nuda lectui aperire: hoc est, interpretari. Cic. 1. de Legib. Et rerum plurimarum obscuras & necessarias intelligentias enudavit, quasi fundamenta quædam scientiæ.

Enumero, as, are, act. p. Numero, recenseo. [... Gall. *Denombrer, nombrer & conter*. Ital. *Annoverar*. German. Erzehlen. Hisp. *Contar por numeros*. Pol. *...* Vngar. *...* Ang. *To number, to compte, to reken*.] Cic. 4. Verr. Dixi jam ante me non omnia istius quæ in hoc genere essent, enumeraturũ. Col. l. 8. ca. 17: Et ne per singula enumerem lafamentorum omnium purgamenta. Proper. l. 2. Eleg. Enumerat miles vulnera, pastor oves. Teren. Adel. tamne enumerasti quod ad te rediturum putes.

Enumeratio, f.t. Est ipse enumerandi actus. [... Gall. *Denombrement, nombrer & conter*. Ital. *Esso annoverare*. Ger. Erzehlung. Hispan. *Aquella cuenta por numeros*. Pol. *...* Vng. *...* Ang. *A numbring, or reckening*.] Præterea est argumenti genus frequens apud Oratores, quum plurimis rebus expositis, & cæteris infirmatis, una reliqua necessario confirmatur, hoc pacto: Necesse est aut inimicitiarum causa ab hoc esse occisum, aut metus, aut spei, aut alicujus amici gratia: aut si horum nihil est, ab hoc non esse occisum. Cicer. 1. de Invent. Enumeratio est per quam res dispersè & diffusè dictæ, unum in locum coguntur, & reminiscendi causa unum sub aspectum subjiciuntur. Cic. pro Cluentio: Verum quum habeam rem non dubiam, sed apertam atque manifestam, enumeratio singulorum argumentorum non est necessaria. ¶ Est etiam enumeratio pars epilogi, quum argumenta autoritatis, aut præcipua per totam orationem sparsa, in fine repetuntur, ut altius memoriæ insideant. De qua multa in Rhetoricis apud Herennium.

Enuntio, as, act. p. Eloquor, effero, exprimo, profero, pronuntio, dico, significo. [... Gallicè, *Divulger, reveler, dire, prononcer, prononcer*. Italicè, *Pronunciare, proferire, parlare, esprimere*. Ger. Außkünden/ außsprechen. Hispan. *Pronunciar, o declarar*. Polo. *...* Vngar. *...* Ang. *To utter, to pronounce*.] Cicer. 2. de Finibus: Gravissimæ sunt ad beatè vivendum breviter enuntiatæ sententiæ. ¶ Ponitur etiam pro simplici nuntiare, vel è longinquo significare. Cic. Epist. ad Atticum lib. 1: Cossinius hic, cui dedi literas, valde mihi bonus homo, & non levis, & amans tui visus est, & talis qualem esse eum tuæ mihi literæ enuntiarant. ¶ Elegantissimus præterea hujus Verbi usus est pro divulgare, & quod arcanum erat, retegere, ut, Enuntiare adversariis amicorum consilia. Cic. pro Roscio Amerino. Enuntiare mysteria dicendi. Idem primo de Orator.

Enuntiatus, part. [... Gall. *Proferé, prononcé*. Ital. *Proferito, pronunciato*. Germ. Gesagt/ außgesprochen. Hispan. *Pronunciado, declarado*. Polon. *...* Vng. *...* Ang. *Vttered, pronounced*.] Quint. libro 4 cap. 5: Sermo rectus, & secundum naturam enuntiatus.

Enuntiatum, ti n. f. Oratio perfecta, verum aut falsum significans, effatum, pronuntiatum, enunciatio. [... Gal. *Proposition*. Ital. *Propositione*. Germ. Ein vollkommene Red/ oder Spruch/ der etwas bestetiget oder verneinet. Hisp. *Proposicion*. Pol. *...* Vngar. *...* Ang. *Annunciation*.] Nostræ ætatis Dialectici *propositionem* vocant. Cicero de Fato: Nec si omne enuntiatum aut verum est, aut falsum, sequitur illicò causas esse immutabiles.

Enuntiativus, a, um. [... Gal. *Declaratif*. Ital. *Dichiarativo*. Germ. Das da außgeredt oder außgesprochen mag werden. Hisp. *Cosa que denuncia, o declara*. Pol. *...* Vng. *...* Ang. *Declaratiue*.] Senec. Epist. 118: Sequuntur deinde motus animorum, enuntiativi corporum. Ibidem: Aliquid est enuntiativum de corpore, quod alii effatum dicunt, alii enuntiatum, alii edictum.

Enuntiativè, vel enarrativè deduci dicitur, quum similiter aliqua res sine mysterio, sine momento deducitur, ut quum dicen. Peto à Titio, qui est hæres Sen. ista verba: Qui est hæres, nuntiativa sunt. Vnde etiamsi non est hæres Seii, tamen procedit libellus. Casus est, ut ajunt, in terminis, in l. quæ familiæ, quem tex. ut singularem, secundum præceptorem meum D. Zasium, omnes doctores exclamant. ff. de famil. ercisc. Dispositivè autem narrata vim habent & obligandi & disponendi causam, adeò ut ea quæ medullas respiciunt, mutari emendarive nequeant, maximè si pro reo faciant. Per text. elegantem in l. cum precum. C. de lib. Caus.

Enuntiatio, onis, f.t. Enuntiatum, effatum, pronuntiatum. [... Vng. *...*] Cic. de Fato: Omnis enuntiatio (quod ἀξίωμα Dialectici appellant) aut vera aut falsa est. Ibidem: Explicanda vis ratioque enuntiationum, quæ Græci ἀξιώματα vocant.

Enuntiatrix, cis, f.t. [... Vngar. *...*] Quint. lib. 2 c. 15: Ars inventrix, & judicatrix, & enuntiatrix.

Enutrio, is, pen. corr. act. q. Nutrio, alo, sustento. [... Gall. *Nourrir, & es...* Ital. *Nodrire*. Germ. Ernehren/ auferziehen. Hispan. *Criar*. Pol. *...* Vng. *...* Angl. *To nourish, to bring vp*.] Plin. l. 12. c. 1: Tantum postea honoris increvit ut mero infuso enutriantur. De platano. Col. l. 3. c. 3: Deinde sata non ita enutriẽ ut antè convalescant ac pr... filiant, quàm retorrescant.

E ante O.

EOR. In notis antiquorum Eorum.

Eo, is, ivi vel ii, itum, Notæ significationis est. [... Gall. *Aller*. Ital. *Andar*. Germa. Gehen. Belg. Gaen. Hispan. *Andar*. Pol. *...* Vng. *...* Ang. *To go, to walke*.] Ire, Redire contraria. Matt. lib. 6. Et Capitolinas itq; reditq; vias. Ovid. Epist. 10. Anxius huc illuc dissimulanter eo. ¶ Interdum significat venire, ... Terent. in Adelph. Quæso ut unà mecum ad matrem virginis eas. ¶ Ire pedibus, Plautibus Sic Nam pedibus ire non queo. ¶ Ire in sententiam pedibus, est alterius sententiæ non verbo, sed corpore accedere. ... Livius li. 7. ab Vrbe: Qui hoc sentitis, in dexteram partem pedibus transite: quæ major pars erit eo stabitur consilio. Deinde frequentes omnes in dexteram pedibus transierunt. Hæc ratio inventa est, quòd nonnunquam longum esset audire singulos, in magno, præsertim Senatorum vel judicum consessu. Quum igitur duæ tresve sententiæ dictæ erant ab iis, qui primi rogabantur, reliqui in illorum cum quibus sentiebant, sedilia transibant, ut res expeditiores fierent. ¶ Aliquando ne pedib. quidem præ multitudine ad sententiam ire poterant, ideoq; manu sententiam significabant: quod Quintil. intelligit, ubi ait: Manibus pedibusq; imus in sententiam necessitatis. Huic contrarium est, Ire in alia omnia: hoc est, ab autore sententiæ alicujus dissentire, & in aliorum sententiam discedere. Cicero Lentulo, libro 1. Epistol. Quatenus de religione dicebat, ei rei quia obsisti non poterat, Bibulo assensum est: de tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia. ¶ Navibus instructis ire. Virgil. 2 Aeneid. Et jam argiva phalanx instructis navibus ibat. Cicer. ad Attic. libro 10: Navigio ille iterum trans mare, credere non possum. ¶ Ire rectis sensibus. Cicero 13. Philip. Si me rectis sensibus euntem dii immortales, ut spero, adjuverint. ¶ Ire inficias, negare. Terentius in Adelph. hoc reliquum est, Si inficias ibit, testis mecum est anulus quem amiserat. ¶ Ire in aciem, pro militare. Quintil. libro 9. capite 2: Qui aliquando fortiter fecerat, & alio bello petierat ut militia vacaret ex lege, quòd quinquagenarius esset, adversante filio ire in aciem coactus, deseruit. ¶ Ire in articulum dicitur seges, quum nodos, veluti articulos quosdam acquirit. Plin. libro 18. capite 17: Si in articulum seges ire cœperit. ¶ It dies, prò præterit, & elabitur Plaut. Rud. Verba facimus, it dies. ¶ It res pro succedit. Cic. Attic. lib. 14: Incipit res melius ire quàm putâram. ¶ Ire in consilium, judices dicuntur, quum ut capita conferunt, aut in interiore consilio instrumenta litis percensere aggrediuntur: quum processus esse super bucellum dicitur: id est, in medium positus. Cic. pro Cluentio: In consilium itur judices triginta duo, sententiis decem & sex absolutio confici poterat. Budæus. ¶ Ire per. Ovid. 14. Met. satis est inamabile regnum Aspexisse semel, Stygios semel isse per amnes. ¶ Eunt depressum, pro Deprimunt. Plaut. Cist. frigidam Subdolè suffundunt, viris cum suis nos solere prædicant. Suas pellices esse ajunt, eum depressum, quia nos sumus libertinæ. ¶ Ire agere conjunctim à Iurisconsultis dicitur, pro disjunctim. Aliud enim est ire: aliud agere. Ire, hominis est: agere, jumenti. Qui actum habet, iter habet, at non contrà. Ergo ire, agere semper conjunguntur, ut tres servitutes compendio sermonis comprehendantur, Iter, via & actus. Nam sub verbo agere, tacitè

H 2　　quoque

quoque vehere comprehenditur. Hæc ex Hotomanno. ¶ Hoc verbum, præter naturam aliorum verborum quartæ conjugationis, facit futurum in bo: ut, Eo, ibo, quemadmodum & queo, quibo. ¶ Invenitur tamen etiam nonnunquam Eam, ut apud Terent. Eunuch. Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem quum accersor ultro. ¶ Composita abeo, is, quamvis simplex sit neutrum, aliqua tamen sunt activa: ut, Adeo, adeor: obeo, obeor: intereo, intereor: subeo, subeor. Iuven. -quòd si subeuntur prospera castra. Claud. Quadrig. Pugna acriter cõmissa, ac multis utrinque interitis. Virg. l. 10: Morte obita, quales fama est volitare figuras. ¶ Componitur, Eo cum ab, ut: abeo: ad, adeo: am, ambio, in quo b interponitur euphoniæ causa, & e vertitur in i. ante, anteeo: circum, circumeo: con, coëo, in quo abjicitur n: contra, contraeo: ex, exeo: in, ineo. inter, intereo: intro, introeo: ob, obeo: per, pereo: pro, prodeo, in quo d, interponitur sonoritatis gratia: præ, præeo, de quo latius suo loco: præter, prætereo: re, redeo. sub, subeo: super, superbio, ubi interponitur b, & e mutatur in i: trans, transeo: venum, veneo. A' supino itum, itu, fit itus us, & itio. ¶ [Hebr.] *hêle h. ᾽πορεία* Gall. *Allee, voyage.* Ital. *Andamento, g ta camino.* Germ. Das gehen / gang. Hisp. *Obra d. and r, andadura.* Pol. *Chod.* Vng. *Menés.* Ang. *A going or walking.*] Cicer. Attic lib. 15: Quis porrò noster itus, reditus, vultus, incessus inter istos? Suet. in Tiberio, c. 38: Ad extremum vota pro itu & reditu suo suscipi passus, ut vulgò jam per jocum Callipedes vocaretur. Ter. Phorm. Hæcine erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ Lemni? Cic. Attic. De obviam itione ita faciam ut suades.

I'tur impersonale Terent. in Andr. Ea quoniam nemini obtrudi potest, itur ad me.

I'tio, itionis, verbale, f. t. [Vng *Menés.*] Cicero de Divinat. Sed Rhodiorum classi propinquum reditum, ac domum itionem dari. Idem ad Att. De obviam itione faciam ut suades.

I'tus, itus, m. quidem quod itio. [Vngar. *Menés*] Cic. ad Atticũ: Quis porrò noster itus, reditus, vultus, incessus inter istos? Varr. de ling. Lat. 4. Iter ab itu appellatum est. Item Titinnius poeta: itum, gestum, amictum qui videbant ejus.

I'to, as, frequentativum. Frequenter eo. [*φοιτάω, & πολλὰς ἔρχομαι.* Gal. *Aller souvent.* Ital. *Andar souente.* German. Offt gehen / gehen eins gehens. Hisp. *Andar muchas vezes.* Pol. *Vstawaiec oize.* Vng. *Menisogethk gyakranmegyök.* Angl. *To go often.*] Suet. de Clar. Rhet. Majores nostri quæ liberos suos discere, & quos in ludos itare vellent, instituerunt.

E'ò, pro tanto: sicut & quò, pro quanto ponitur. *τοσούτῳ.* ut, Eò magis, quò magis. Salust. in proœmio Catil. Statui res gestas populi Romani carptim, ut quæque memoria digna videbuntur, perscribere, eòque magis, quòd mihi à spe, metu, partibus Reip animus liber erat. ¶ Quandoque ponitur pro ideo, vel propterea *ἐπὶ τούτῳ.* Terent. in Eunuch. Eóne es ferox, quia habes imperium in belluas? Ibidem: Eò ad eam non admissa sum. ¶ Aliquando significat usq; illuc. Liv. 5: Ipsa vestigia quærentem dominum eò deductura erant. ¶ Aliquando significat id, vel usque ad id *εἰς τοῦτο*, ut apud eundem in proœmio operis: Quæ ab exiguis profecta initiis, eò crevit, ut jam magnitudine laboret sua. Sic dicimus, Eò magnitudinis quod est. Ad eam magnitudinem. Eò sapientiæ devenit: id est, ad eam sapientiam *εἰς τοῦτο σοφίας.* ¶ Eousque, in tantum. *ἐπὶ τοσοῦτον.* Valer. Max. lib. 1: Natam vitem eousque crevisse, donec cunctas dominationis suæ partes inumbraret.

Eonem, appellavit Alexander Cornelius arborem, ex qua esset Argo, similem robori viscum ferenti, quæ nec aqua, nec igne posset corrumpi. Plin. libr. 3. cap. 22.

E'ōs, [Hebr. *scivchar. ἠώς.* Gall. *Aurore, le poinct du iour, l'aube du iour.* Ital. *L'Aurora.* German. Morgenröte / der herbrechend Tag. Hispan. *Alua.* Pol. *Switanie.* Vng. *Hajnal.* Ang. *The breake of the day.*] Priori longa à Græcis vocatur, quàm nos dicimus *auroram.* Ovid. 3. Fast. Tres ubi luciferos veniens præmiserat Eos. Idem 4. Fast. Proxima victricem quum Romam inspexerit Eos.

E'ōūs, Eoa, um, *ἠῷος.* Gall. *Oriental, d'Orient.* Italicè, *Orientale.* Germ. Das zu dem morgen gehört / morgenlich. Hispan. *De Oriente.* Polo. *Sw ta aciporanni.* Vng. *Nap keleti.* Ang. *East.*] Adjectivum est, idem significans quod Orientalis, habetque primam syllabam indifferentem: quanquam sæpiùs producitur. Derivatur enim ab *ἠὼς*, dictione Græca, qua illi auroram significant: quæ quamvis frequentiùs per η scribatur, invenitur tamen quandoque scripta per ε. Productionis exempla nusquam non occurrunt. Reliquum est ut aliquot exemplis doceamus posse breviari. Lucan. lib. 8: Aut Arabum portus mercis mutator Eoæ. Idem: Claudimus Hesperias gentes, aperimus Eoas. Propert. lib. 2: Sive illam Hesperius, sive illam ostendet Eous. Virgil. 2. Aeneid., Confligunt Zephyrusque, Notusque, & lætus Eois Eurus equis. Ovid. 2. Amorum: Gallus & Hesperiis. & Gallus notus Eois.

E'ōūs, substantivũ, *ἠῷος*, prima vocali per ε. unde primã syllabã corripit. Vnus ex equis Solis, Ovid. 2. Metam. Vide AETON.

E'ōusque, Vide Eò.

E ante P.

E.P. In notis antiquorum, Edendum parcè. E.M.P. epitaphium. E.P. epulatio, vel è publico. E.P. epist. E.P.M. epistolam misit. E.P.R. & præparat. E.P.S. Episcopus.

E'pāgo, onis, m. t. *ἐπάγων*, Artemo navis, sive trochlea qua funes ductarii, & cætera navis armamenta explicantur: qua quæ majora onera ex portu in navem attolluntur. Vitruvius Ergatas videtur appellare.

E'pāgōgē, es, f. t. *ἐπαγωγή*, Argumentationis genus ex concessis sententiam laqueos texens, ad irretiendum eum qui se semel interrogandum præbuit, aliis atque aliis percontationibus sese mutuò excipientibus. Vide commentaria Budæi.

Epalelima, Vulgare promiscuũ, ac palæstræ dictum unguẽtum.

Epan[illegible] elia, dicitur cùm quis accusatur, quod præter leges concionetur, aut Rempubl. campellar.

E'pănădiplōsis, f. t. *ἐπαναδίπλωσις*, Figura est quæ fit quum eadem dictione versus clauditur à qua exordium sumpsit. Virg. 1. Aen. Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.

E'pănălēpsis, f. t. *ἐπανάληψις*, Est repetitio sententiæ, ut iterum audita, altiùs insideat auditoribus. Cicer. pro Rabirio: Libenter si esset integrum, profiterer idem, Saturninum, C. Rabirii manu interfectum. Nihil me iste clamor commovet. Et deinde subdit: Libenter, *inquam*, profiterer.

E'pănăphŏră, f. p. *ἐπαναφορά*, Latinè repetitio: figura est quum ab eadem dictione plures sententiæ inchoantur: qualis est apud Virgilium in Gallo: Hic gelidi fontes, hic mollia prata Lycori. Hic nemus, hic ipso tecum consumerer ævo.

E'pănŏdŏs, pen. cor. f. s. *ἐπάνοδος*, Schema est *διανοίας*, quum ad id regredimur, unde semel discessimus: ut Principatus bonus, non autem bonus qui in tyrannidem commutatur.

E'pārchĭă, æ, f. p. [Hebr. *chilión. ἐπαρχία.* Vngar. *Tartomány.*] à Græcis dicitur, quam Latini provinciam, sive præfecturam appellant: unde Eparchus, *ἔπαρχος*, provinciæ præses: & Eparchiotes, *ἐπαρχιώτης*, provincialis.

Epatilis, [illegible], Diosc. lib. 4. cap. 145.

E'pauxis, *ἔπαυξις*, Dici potest incrementum.

E'pĕctăsis pen. corr. *ἐπέκτασις*, Dici potest porrectio: figura quæ in medio dictionis litera vel syllaba interponitur: ut, Induperator, pro imperator. A' verbo Græco *ἐκτείνω*, quod est porrigo, vel ulteriùs extendo.

E'penthĕsis, pen. corr. f. t. *ἐπένθεσις*, Interpositio literæ vel syllabæ ad medium dictionis, ut longior fiat numero syllabarum, vel temporum. A' verbo Græco *ἐντίθημι*, quod est interserere: ut, Relligio pro religio, alituum pro alitum.

E'phēbus, pen. prod. m. f. Pubes. [Hebr. *nahar* Hebr. *helem. ἔφηβος.* Gall. *Ieune iouuenceau, à qui commence a venir la barbe.* Ital. *Giouanetto di prima barba.* Germ. Ein Jüngling vber vierzehen Jahr / dem der Bart anfacht wachsen. Belg. Een jonghelinck dis den baart in de eerst heeft / oft die over die vierthien jaren oudt is. Hispan. *Iouen, mancebo barbado y luzio.* Pol. *Miodziencik kotry [illegible] las wiqs dl, a mechmusis psss ia.* Vng *Ifiu je auois fin.* Angl. *A stripling of xv yeares.*] ex ἐπὶ & ἥβη, pubertas. Iuven. Atmenius Zelotes cunctis narratur ephebis. Terentius in Andr. Nam is postquam excessit ex ephebis, Sosia, Liberiùs vivendi fuit potestas: id est postquam excessit ex ea ætate, qua pubem primò emisit. Cic. 1. de Natur. deor. Athenis quum essem è gregibus epheborum, vix singuli reperiebantur.

E'phēbīă, f. p. Pubertas. [Hebr. *chulas* Hebr. *halumim ἐφηβία.* Gall. *Adolescence.* Ital. *Giouentù che commincia d' anni quindeci.* Germ. Das Alter der angehnden Jugend. Hisp. *Mocedad.* Polon. *Zaczecynilwa wiro, menste, mloau, c.* Vng *Ifiusàg.* Angl. *Strypling age.*] Prima ætas adulescentiæ & extrema pueritiæ, ut tradit Donatus. Censorinus de die natali, cap. 5 ita distinguit, ut decimo quinto ætatis anno, quum primùm pueritiam egressi sumus, dicamur *μελλέφηβοι*: hoc est, futuri ephebi: decimosexto *ἔφηβοι* decimoseptimo *ἐξέφηβοι*, quasi ephebiam egressi.

E'phēbīum. *ἐφηβεῖον.* Gal. *Le lieu où les adolescens s'exercitoyent.* Ital. *Luoco doue s'essercitano i giouani.* Germ. Das Ort oder der platz / an dem sich die Jugend übt. Hispa *Lugar donde se exercitan los moços.* Pol. *[illegible] mlodz [illegible].* Vng. *Az hol azifiak magokat gyakorlyák.* Ang. *A place to yongemen to playe or exercise game in.*] Dictus palæstræ locus, in quo ephebi exercentur: de quo Vitruvius libro 5. sic inquit: In duplici porticu collocentur hæc membra, ephebium in medio: hoc autem est exedra amplissima, &c.

E'phēdră, æ, f. p. *ἐφέδρα.* Dioscoridi Herba est aliis nominibus caucon, & anabasis appellata. Nascitur ventoso ferè tractu, scandens arbores, & ex ramis propendens, folio nullo, cirris numerosis, qui sunt junci geniculati. Hæc Plinius libro 26. cap. 13: Hac mulierculæ utuntur ad vasa lignea emundanda, pectinumque opifices ad buxi scabritiem expoliendam. Vulgò *Prelam* vocant.

E'phēgēsis. penult prod. f. t. *ἐφήγησις*, Causæ vel judicii genus, quum accusabatur is cui regione aliqua interdictum erat, ut exuli aut homicidæ.

E'phēlis, pen. prod. *ἐφηλίς*, Tuberculum seu aspredo cutis in facie ex ardore Solis prognata.

E'phēmĕră sive, E'phēmĕrŏs. [*ἐφήμερος.* Vngar *Egy napi hideg ites.*] Febris est unus diei, qua & Latini diariam appellant, eò quòd diei unius (quantum in ipsa est) spatio terminetur.

E'phēmĕris. penult corr. f. t. Liber seu commentarius, in quo res quotidiana acta referuntur. [*ἐφημερίς.* Gall *Registre & papier iournal.* Ital. *Giornale, registro.* Germ. Ein Denckbüchlin / in welchem tägliche Handlungen verzeichnet werden. Jarbuch. Belg. Een dagelicx handel Boeck. Hisp. *Historia que procede de dia en dia.* Pol. *Ksiega do ktorei spraw k[illegible] dzia wpissuiemy.* Vng *lerczõ könyuecske, az kobemen.*

libamindannapi dolgo, t'irmk. Ang. A regiſter, a reckening book wherein thinges dayly donne be written.] Liber in quo res geſtæ per ſingulos dies ſcribuntur: latinè Acta diurna, & Diarium dicitur: ab ἐπὶ, & ἡμέρα, dies. Mos fuit Romanis ut ſingula rerum ſuarum tabulam conficerent: unde Iuvenalis ἀκριβῶς pro libro in quo diurnales divinationes erant: In cujus manibus, ceu pinguia ſuccina, tritas Cernis ephemeridas. Propertius pro libro fœneratoris ſumpſit, in quo ſumptus pecuniæ mutuatitiæ fœneratitiæque perſcribit, & ratiunculam per ſingulos dies expenſi acceptique ſubducit, & lucra damnaque computat: Me miſerum, his aliquis rationem ſcribit avari, Et ponit duras inter ephemeridas. Cicer. pro Quintio: Diſcedens in memoriam redit Quintius, quo die Roma in Galliam profectus ſit: ad ephemeridem revertitur, invenitur dies profectionis. Calendarium à Seneca dicitur: Adverſaria à Cicerone. Vide ADVERSARIA.

Ephēmĕrōn, [ἐφήμερον. Vng. Egy napig élő] Animal naſcens apud Hypanim fluvium, qui influit in Boſphorum: eodem quo naſcitur die interiens. Ariſt. libr. 5. Animalium. ¶ Hinc natum adagium Ephemeri vita, ἐφήμερα ζῶα. De iis qui ſtatim emoriuntur aut pereunt.

Ephēmĕrōn [ἐφήμερον. Polon. Láczá.] Duarum herbarum nomen eſt Dioſcoridi, quarum alteri folia tribuli lilii, ſed tenuiora, caulem parvum, florem candidum, amarum, ſemen molle, radicem unam digitali craſſitudine, odore non inſuavi: traditque in locis præcipuè opacis naſci. Hæc hodie herba eſſe creditur, quæ floſculos candidos gignit, gratiſſimi odoris, quos vulgus Lilium convallium appellat. [Vng. Gyöngy virág, ... gyöngy virág, kakuk virág.] Dictum autem ephemeron putatur, quod florem habeat languidiſſimum, & qui uno die marceſcat. ¶ Alterum ephemeri genus ab eodem colchicum appellatur, à quibuſdam etiam bulbus agreſtis. [Polon. Paſchy.] ſub Autumnum exitum florem fundens croceo ſimilem, folia habens pinguiora quàm bulbus, caulem ſeſquipedalem, ſemen ruſum, radicem ex nigra ruſeſcentem, qua deſquamata intus albicet, ſuccumque lacteum fundat. Vulgus Canis etiam appellat, quòd guſtatum canes enecet. Quin etiam homines bulbi ſimilitudine invitatos more fungorum ſtrangulat. Unde etiam ephemeron appellatum exiſtimant, quòd die uno perimat.

Ephĕſtĭi, [ἐφέστιοι. Vng. Házi istenek.] à Græcis dii appellantur qui à nobis Penates, & Lares, quòd aris & focis præſtare putarentur. Appellatione enim ἑστίας, Græci focum ſeu larem intelligunt.

Epheſtion, vel Epheſtios, Ariſtolochia, Clematidis, Dioſc. lib. 2. cap. 5.

Ephĕſtris, idis, ἐφεστρίς, Veſtis quæ ſupra arma indui ſolet. [Vng. Fegyver felett való ruha.] Bayfius putant eandem fuiſſe quam Romani paludamentum appellarunt.

Ephi, eſt menſura trium modiorum, de qua fit mentio in ſacr. literis.

Ephĭaltes, m. t. [ἐφιάλτης. Gall. Le loup garon. Ital. La marra, la ſtria, la cavallo. Germ. Nachtmänn, Schrottin, Alp. Belg. De mare oft nachtmerrie. Hiſp. Mampeſada, mampeſadilla.] A noſtris dicitur Incubus. Eſt autem morbus quieſcentes in lecto plurimum infeſtans, quum velut ingenti pondere nobis ſuper incumbente premi videmur. [Vngar. Éjjel ... a mi vállainkra ..., ... lidércnyomás.] Dictus ἀπὸ τοῦ ἐφάλλεσθαι, hoc eſt, à conſcendendo ſive inſiliendo. Generatur aut (ut nonnulli medicorum tradiderunt) ex voracitate & cruditate, evaporatione ſcilicet in caput redundante. ¶ Dictus eſt etiam hoc nomine, quidam ex Neptuni filiis, qui quum ſingulis menſibus novem digitos creſceret, in tantam altitudinem evaſit, ut ſtatura ſua fretus unà cum fratre Oto ſuperis bellum inferret: quapropter à Iove fulmine ictus, ad inferos eſt detruſus. Virg. in Culice. Nam victus ſedet immanis ſerpentibus Otus Devinctus, mœſtum procul aſpiciens Ephialtem.

Ephippia, orum, n. f. Propriè tegmina, ſeu ſtragula quibus equi ſternuntur, vel ſellæ equis ad inſidendum impoſitæ. [ἐφίππια ἀπὸ τοῦ ἐπὶ τοῖς ἵπποις. Gall. Selles ... de chevaux, comme houſſes & autres choſes. Ital. Selle di cavalli, e ſimili ornamenti. Germ. Sattel. Belg. Sadel. Hiſpan. Sillas ò cubiertas de cavallos. Polon. Siodło. Vng. Nyereg, ... mindenaz mit lóra tesznek ... Ang. Horſe harneis.] Cato, ſive Varro, ſive alius quiſquis eſt, qui de liberis educandis librum conſcripſit, Mihi porro modica fuit una tunica & toga ſine faſciis calceamenti, equus ſine ephippio. Horat. in Epiſtol. Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

Ephippiati equites. Qui ephippia habent in equis. [Vngar. Nyerges lovon ülők.] Cæſar 4 bell. Gall. Neque eorum moribus turpius, aut inertius habetur, quam ephippiis uti: itaq; ad quemvis numerum ephippiatorum, quamvis pauci, adire audent.

Ephippiarii equi. Quibus ſellæ imponuntur propter molliorem vecturam. [Vng. Nyerges lovak.] Vide in dictione STRATA.

Ephiſia, Artemiſia apud Dioſc. lib. 2. c. 125.

Ephydrum [ἔφυδρον. Polon. Przeſlka, koſzyſkowe.] Herba, quæ & equiſetum, & hippuris, & anabaſis appellatur. Vulgus Prela vocat. Vide HIPPURIS.

Ephod, ἐφώδ, dictio Hebræa, qua ſignificatur ſuperhumerale pontificis veſtimentum.

Epialos, ἠπίαλος, Genus febris eſt ex pituita frigida vel vitrea, putrefactaq;. Nomen dedit ei placidi pellaria Ponti ſubdola, quam Græci ... quoniam agitatum ex tranquillo citiſſimum efficitur: vel ἀπὸ τοῦ ἠπίως ἀλεαίνειν, quòd blandè ac modicè calefaciat.

Epibădes, pen. corr. Naves vectoribus ſolùm transvehendis accommodatæ. [Vng. Kis hajó.] Vlpianus l. 1. §. Igitur præpoſitio ff. de exercit. Quædam enim naves oneraria, quædam (ut ipſi dicunt) ἐπιβάδες ſunt. Et plero que mandare ſci ... vectores recipiant & ſic ut certa regione, & certo mari negotientur. Bayfius: Epibades, ſcopæ, dictæ ut opinor, quaſi epibatides, ad epibatas ſolum id eſt, vectores trajiciendos. Et fortaſſe legendum apud Iureconſultum, epibatas.

Epĭbătæ [ἐπιβάται. German. Kriegsleut auff dem Meer. Belg. Krijgsluyden ter zee. Vng. Hajon vivók.] Sunt bellatores in re navali. Hircius de bello Alex. Capta eſt una hoſtium quadriremis, depreſſa eſt altera, a...que perturbata: deinde omnes epibatis nudatæ. Idem lib. de bell. Afric. Ibique Getulis remigibus, epibatiſque complet. Dicti epibatæ ἀπὸ τοῦ ἐπιβαίνειν, hoc eſt, à conſcendendo: nonnunquam generaliter eo nomine omnes intelliguntur qui navim conſcendunt, ut aliquo ea vehantur.

Epibathra, thræ, [ἐπιβάθρα. Vng. Hajóra grádics, ſtyária.] Scalæ nauticæ, quibus in navim conſcenditur.

Epicaia, indeque verbum Epicaizare: vocabula ſunt inſulſa, quamvis protrita. Nam ut docet Bud. potius Epicia & Epizare dicendum eſt.

Epicauma, atis, ἐπίκαυμα, Oculi ulcus cruſtoſum, ſordidum & impurum humore fœdo jugiter effluente. Ita dictum à quadam adultionis ſimilitudine.

Epicēdium n. ſ. [ἐπικήδειον. Gall. Chant de dueil. Ital. Verſo funebre. German. Ein lied das man bey einer Leich zu Ehren dem abgeſtorbnen ſinget, Klag oder Grabſchrifft. Belg. Bigtie ... geſanck. Hiſp. Cancion o verſo en muerte. Pol. ... Vngar. Halotti éneklő ... Ang. ...] Carmen eſt, quod in laudem defuncti, corpore nondum humato, cani ſolet: alter nænia, vel monodia dictum. Quod verò corpore jam ſepulto, tumulo inſcribitur, dicitur epitaphium.

Epicharidia Genus naviculæ.

Epichĕremata, n. ἐπιχειρήματα, quæ dicantur oſtendit Quint. lib. 5 cap. 10 his verbis: Epicherema Valgius aggreſſionem vocat. Celſus autem indicat non noſtram adminiſtrationem, ſed ipſam rem, quam aggredimur, id eſt, argumentum quo aliquid probaturi ſumus, etiamſi nondum verbis explanatum jam tamen mente conceptum, epicherema dici. Quidam epicherema rationem vocant: Cicero melius ratiocinationem. Item capite 14. ejuſdem libri. Epicherema autem nullo differt à ſyllogiſmis, niſi quòd illi & plures habent ſpecies, & vera colligunt veris: Epicheremati ſer ... circa credibilia eſt uſus.

Epichriſta, ἐπίχριστα, Apud Galenum in eundem ferè uſum accipiunt, quo circumlitiones, quas Dioſcorides περιχρίσματα, & καταπλάσματα appellat, id eſt circumlitiones, quod eſt expoſitio. Nam & in pictura circumlitionem vocant, quum operibus jam perfectis, manus admovetur ultima, quæ illa ipſa properanter lambenteque; emicillo circumlegat, atque reviſet.

Epĭchyſis ἐπίχυσις, Vaſis genus, teſte Varro in 4. de ling. Lat. è Græcia primum advectum nomen habens ἀπὸ τοῦ ἐπιχεῖν, ab infundendo. Unde nonnulli etiam infundibulum hoc nomine appellant. [Vng Tölcsér.]

Epĭcĭthariſma. tis, pars erat fabulæ poſtrema. Quum enim omnis fabula recenſebantur publicè ad demulcendos ſpectatorum animos, qui tædio longæ narrationis jam languebant, in fine priuſquam dimitterentur, Citharœdus aliquis prodibat, & quod authoribus præludebat, epicitharisma vocabatur. Hinc apud Tertul. lib. advers. Valent proverbii loco ponitur Epicitharisma poſt fabulam. Dictum ἐπικιθάρισμα, ſicut ἐπικαλεῖσθαι aut ἐπίφθεγμα.

Epicœnum, n. ſ. [ἐπίκοινον. Gall. Maſle. Ital. Miſchio. Germ. Vermiſchet. Hiſp. Mezclado. Pol. Pomieſza ... Vng. Közönséges. Angl. Mixed, or mingled.] Græcis idem eſt quod promiſcuum. Unde epicœnum genus à Grammaticis appellatur, quod ſub uno articulo promiſcuè utrumque ſignificat ſexum. Intereſt autem inter genus commune & epicœnum, quod in genere communi & homines ſunt, & pecora: in epicœno pecora tantum. Quis autem hujus generis ſit uſus, intelligi poteſt hoc modo: Nomina enim brutorum animalium, quæ ſub una terminatione & marem ſignificant, & fœminam, aut facile ſexum diſcernuntur difficile. Si facile marem à fœmina diſtinguas, erunt communis generis, duobuſque declinabuntur articulis, ut hic & hæc bos. Sin difficile, erunt epicœna, unoque erunt contenta articulo, quem ex terminatione deprehendimus: ut paſſer, epicœni generis eſt ſub articulo hic, quia terminationem ſortitur maſculinam: aquila item epicœni generis eſt ſub articulo hæc, quia terminationem habet fœmininam. Quintil. lib. 1. ca. Nec ſtatim diligentem putabo, qui promiſcua, quæ & epicœna dicuntur, oſtenderit, in quibus ſexus uterque per alterum apparet.

Epicraſis, vocant, inquit Gal. l. 9. Meth. vinoſi ſieri curationem Græcè, ἐπίκρασις.

Epicoma, ex alterationum, quæ in oculis oriuntur, differentiæ.

Epicopi, dicuntur remis appoſiti & gubernaculis: quanquam

& qui aliena navi iter faciunt, sic dicantur quoq;, quos Homerus item Emporos vocat.

Epicrŏcum, penult. corr. Genus vestimenti crocco colore infectum, tenue & pellucidum. Autor Festus.

Epĭcŭs, ca, cum, ἐπικός, adjectivū est deductum à Græco nomine ἔπος, quod carmen significat, & propriè Hexametrum: unde Epicus poëta, ἐποποιὸς dicitur carminis heroici scriptor. Cic. de opt. gen. Orat. Itaque licet dicere & Ennium summum epicum poëtam, si uti ita videtur, & Pacuvium tragicum, & Cæcilium fortasse comicum. Epicum poëma. Cic. de opt. gen. Orat. Poëmatis enim tragici, comici, epici melici etiam, ac dithyrambici, quod magis est tractatum à Latinis, suum quodvis est diversum à reliquis. Vide Cæl. Rhodig. l. 17. c. 20.

Epĭdēmĭă, est Accessus ad civitatem aliquam observari plerumq; solitus, Hæc Budæus in Pandect. ¶ Epidemiam vocant medici morbum populariter vagantem, sive populariter sparsum. ¶ Epidemetici, de quibus titulus est apud Justinianum, sunt hospitiorum metatores in urbe: hoc est, qui in valvis januarum faciunt inscriptiones, quibus significatur quis in ea domo sit hospitaturus, nam ἐπιδημεῖν idem valet quod ad civitatem in rem præsentem venio. Hæc Alciat. in 3. poster. lib. Codicis. Memin. & Cælius lib. 7. c. 14.

Epĭdĕrmis, is, ἐπιδερμίς, Cuticula est exterior in animantis corpore è vera cute veluti efflorescens, adeò tenuis, ut vel atterendo vel scalpendo facilè possit lacerari. Nomen inde habet quòd ἐπὶ τῷ δέρματι: hoc est, super veram cutem sita sit.

Epĭdictĭcon, ἐπιδεικτικὸν, Causæ genus est apud Rhetores, à Latinis laudativum dictum, quòd præcipuè in laudando & vituperando versetur. Ad verbum transfertur Demonstrativū. ἐπιδείκνυμι enim Latinè est demonstrare. Cic. de Orat. Dulce igitur orationis genus, & solutum, & effluens, sententiis argutum, verbis sonans est in illo epidictico genere.

Epidimii morbi qui sint, apud Hippocratem require in dictione: Morbi qui in uno tempore, &c. ¶ Epidimiales morbi vocantur: id est, grassantes vulgò & publicè. Scripsit Epidomion aliquod Hippocrates.

Epĭdipnĭdes, [ἐπιδειπνίδες ἐ ἐπιδόρπια. Germ. Der Nachtisch / als Frucht und Käß. Polon. [illegible]. Vng. [illegible]] Sunt epulæ quæ in extrema cœna vel prandio adferuntur: unde etiam proprio quodam epitheto *seræ epidipnides* vocantur. Mart. lib. 11: Hinc seras epidipnidas parabit.

Epĭdrŏmĭdēs [ἐπιδρομίδες. Vngar. [illegible]] Plagarum funiculi sunt, teste Polluce, quibus retia panduntur contracta & retrahuntur expansa: ita dicti quòd ictuum plagæ per ea discurrant. Plin. lib. 19 ca. 1 usus est ablativo epidromis, velut à nominativo epidromos, vel epidrome. Videmus (inquit) plagas tantæ tenuitatis, ut annulum hominis cum epidromis transirent.

Epĭdrŏmŏs, [ἐπίδρομος. Vng. *Hajo tattyán vala vitorla*] Veli genus quod in puppi panditur. Nautæ *Mezanam* vocant. Sunt enim tria velorum genera, acation, quod maximum præcipuumque navis velum est: dolon, quod supra acation attollitur, quum maxima celeritate opus est: & epidromos, quod circa puppim tenditur. Autor est Iulius Pollux.

Epĭgămĭă, miæ, ἐπιγαμία, Connubium, affinitas cum aliis gentibus.

Epĭgastrĭŏn [ἐπιγάστριον. Vngar. [illegible]] A rei anatomicæ peritis vocatur extima totius ventris pars, totumque illud quod intestina tegit, ex cute, adipe musculis octo, & peritonęo compactum, totum illud spatium comprehendens, quòd est à cartilagine mucronata, nothisque costis, usq; ad ilia, atq; ad ipsum usque os pubis. Cels. lib. 4 c. 1 abdomen appellat.

Epĭgĕnēmă, atis, n. t. quasi dicas adventitium germen, atque sic vocat Gal. morborum symptomata, lib. 1. de differentiis morborum. Græcis parùm est in usu: sed symptomata & pathema, & pathos creberrimè ipsis sunt in ore. Vide etiam de Morborum symptomatis.

Epigetis Clematis herbe, apud Diosc. l. 4. c. 192.

Epĭglossis, f. t. seu Epiglottis, Lingua est quæ asperæ arteriæ meatum abstruit, ne cibus aut potus per œsophagum ad pulmonem descendat. [ἐπιγλωττίς Gal. *Languette ou petite langue, comme coll. qui garde que ce qu' on boit & mange ne tombe és poulmons.* Ital. *La linguetta che è sopra il collo ò la bocca del polmone*, Ger. Das zäpfflin im halß / so die lufftrören beschleust. Belg. Gorgel/tongisten Hisp. *El gatillo.* Polon. *[illegible]*. Vngar. *Nyelveke*, *nyelw csap.* Ang. *A li le tongue as t as wh h keepeth meate to pas inte the win de pipe.*] Plin. lib. 11. cap. 37: Tonsillæ in homine, in sue glandulæ. Quod inter eas uvæ nomine ultimo dependet palato homini tantùm est. Sub ea minor lingua epiglossis appellata, nulli ova generantium. Opera ejus gemina, duabus interposita fistulis, exterior earum appellatur arteria, ad pulmonem atq; cor pertinens. Hanc operit in epulando, ne spiritu ac voce illac meante, si potus cibúsve in alienum deerraverit tramitem, torqueat. Altera interior appellatur sanè gula, qua cibus atque potus devoratur. Tendit hæc ad stomachum, inde ad ventrem. Hanc per vices operit, quum spiritus tantùm aut vox commeat: ne restagnatio intempestiva alvi obstrepat.

Epĭgrammă, tis, n. t. Ἐπίγραμμα, seu Epigrammatum, ti, n. s. Dicitur inscriptio, vel superscriptio: ἀπὸ τοῦ ἐπιγράφειν, quod est superscribere. [Ger. Ein Vbergeschrifft oder Titel. Vng. *Pergoma, (avagy) pergoma vers.*] Cic. pro Archia poeta: Quòd epigramma in eum fecisset, tantummodò alternis versibus longiusculis. Idem in Atticum, lib. 1. Epist. 11: Epigrammatis tuis quæ in Amaltheo posuisti, contenti erimus.

Epĭgrămmătŏgrăphŭs, m. f. Epigrammatum scriptor. [Vng. *Pergomairó.*]

Epĭgrăphē, pen. corr. [Ἐπιγραφή. Gall. *Titre, l' inscription.* Ital. *Titolo, ò inscrittione*, Germ. Titel oder vberschrifft. Belg. Opschrift/ ofte titel Hispan. *Titulo* Vng *Hitvalló írás.* Ang. *A title or inscription.*] Titulus, inscriptio: item census: id est, annumeratio civium: & lustrum

Epĭgryphŭs, ἐπίγρυπος, habens aduncum nasum.

Epĭlepsĭă, f. p. [Ἐπιληψία. Gal. *Malcaduc, le mal sainct Jean.* Ital. *Mal caduco.* Germ. Die fallend sucht oder siechtag. Belg. De vallende siecte. Hispanic. *Gota coral.* Polon. *Caduk.* Vng. *Nyavalya.* Ang. *The falling sicknesse.*] Morbus est quem Latini comitialem appellant, propterea quòd comitia dirimeret, si quis eo in campo fuisset correptus. Epilepsiæ autem nomen à Græco ἐπιλαμβάνεσθαι deductum est, quòd in eo capiantur, & vincantur sensus, adeò ut à mortuis nihil absint. Nam una cum convulsione totius corporis principes cerebri operationes auferuntur, toto videlicet cerebro, vel duobus ejus præcipuis ventribus, affecto. Hinc etiam ἱερὰν νόσον: hoc est, sacrum morbum, quidam ex Græcis appellarunt, quòd cerebrum sanctissimam nostri portionem, quoddamque mentis veluti sacellum, peculiariter infestet. Quidam etiam Herculeum, ab Hercule, quem morbo huic obnoxium fuisse tradunt. ¶ Qui hunc morbum, patiuntur, epileptici, ἐπιληπτικοὶ, dicuntur.

Epĭlĭgnă, Vnguenti genus utilissimum, quo passim utebantur.

Epĭlŏgismŭs, [ἐπιλογισμός. Vng. *Summoba vétekezés.*] Cognatio, computatio: à verbo Græco ἐπιλογίζομαι, quod est excogito, & rationem subduco.

Epĭlŏgŭs, penult. corr. m. f. Peroratio, conclusiò, postrema orationis pars. [ἐπίλογος. Gall. *Conclusion.* Ital. *Conchiusione.* Ger. Die Beschliessung. Hispan. *Conclusion.* Polon. *Zamknienie mowy.* Vng. *Végező beszéd.* Ang. *A conclusion.*] Cicer. 4. Tusc. Num etiam Rhetorum epilogum desideramus? Rhetores tripartitum epilogum faciunt, constantem enumeratione, amplificatione, & commiseratione. Per enumerationem fit rerū repetitio, quæ Græcè dicitur ἀνακεφαλαίωσις: id est, recapitulatio: per amplificationem concitantur animi auditorum: per commiserationem flectuntur ad misericordiam.

Epĭmēdĭŏn, ἐπιμήδιον, Caulis est non magnus, hederæ foliis denis duodenisve, neque florem, neque fructum ferens, radice tenui, nigra, gravi odore. Romani *Vindictam* appellant.

Epimelas, Gemma candida est, nigricante superne colore. Plin. l. 37 c. 10.

Epĭmēlĭs, idis, [ἐπιμηλίς. Vngar. *Naſp fajta.*] Mespili genus est mali magnitudine, folio tantùm minore, pomum ferens rotundum, esculentumque, fundo in latitudinem resimo, astringentis naturæ, & tardè maturescētis, Galenus τρίκοκκον vocari testatur, à tribus granis sive ossibus quæ in se continet.

Epĭmēnĭdĭum, (ut Plin. l. 27. c. 9. scribit) est tertium bulbi genus, cibis gratum, angustius folio, minusque aspero, quàm cæteræ scillæ species.

Epĭmŏnē, penult. corr. Græca vox, Latinè perseverantia. [ἐπιμονή Gall. *Perseverance.* Ital. *Perseveranza.* German. Verzug oder Beharrung. Hispa. *Continuacion perseverancia.* Polon. *Zastanowienie, zawczasgnienie.* Vng. *Álhatatosság.* Ang. *Perseverance, stedfastnesse.*] Figura quando ad majorem effectum denotandum in eadem dictione perseveratur, ut Virg. sic sic juvat ire sub umbras. Hæc etiam Epizeuxis, ἐπίζευξις vocatur.

Epĭmythĭŏn [ἐπιμύθιον. German. Die außlegung / lehr unnd unterweisung einer Fabel. Vngar *Magyarázás, erkölcs.*] Fabulæ est expositio, ejusq; utilitas ut quum apologi rationem & sententiam autores mythologici attexunt: ut sunt apud Aesopum appendices fabularum, quasi affabulationes Budæus.

Epĭnīcĭă, orum, n. f. [ἐπινίκια. Gall. *Vers, louanges, feste ou celebrité qu' on dit, chante, ou fait pour la victoire gaignee, comme les feux de joye.* Ital. *Giuochi & feste per la vittoria*, German. Ein Fest oder Gesang so man auß freuden eines erlangten Siegs haltet. Hispa. *Cantos ò juegos publicos hechos por alguna victoria como huegos de alegria.* Polon. *Pieśń ktora [illegible] zwycięstwa.* Vngar. *Győzedelemért való örvendetes, és disérő ének, győzedelemért dicsérő versek, (avagy) Győző ének vers.* Angl. *Verses or songes of triumphe.*] Græci vocant celebritates pro parta victoria: ab ἐπὶ, & νίκη, cujusmodi sunt ignes nocturni, pyræque quæ ad primum statim victoriæ nuntium in testimonium publicæ lætitiæ accendantur: solennes præterea supplicationes, & aliæ id genus sollennitates, quibus partæ victoriæ gaudium solemus testari. Sueton. accipit pro carminibus in laudem victoriis compositis in Nerone. Sequenti, *inquit*, die lætum inter lætos cantaturum epinicia, quæ jam nunc sibi componi oporteret.

Epĭnyctĭdēs, ἐπινυκτίδες, Pustulæ minutæ, seu vari dicti à nocte, in qua maximè proveniunt. Iulius Pollux: Epinyctis pustula sublivida, modicè tumescens, & plena sanguinis in tibiis, & pedibus. ¶ Accipitur etiam pro oculorum morbo. Plin. li. 20. c. 6: Illitis foliis sanantur & ambusta, & epinyctides: ita vocatur hulcus aciem hebetans, & in angulo oculi perpetuo humore manans.

Epĭpām-

Epipampholon, excessus omenti per ipsum umbilicum.

Epicdium, seu Epiedium, ii, n. s. canticum quod dicitur cadaveri nondum sepulto: alio nomine Nænia dicitur ex ἐπὶ super, & ᾠδὴ canticum. [Gal. *Un chant funebre, ou de dueil.* Ital. *Canzone mortu.* German. Klag oder Todtenlied. Belg. Lijckgesang. Hisp. *Cancion para los muertos.*]

Epipatron, Similis ocimastro herba. Vide de hac Barbari corollarium de Ocimastro.

Epiphania, [ἐπιφάνεια. Gall. *Le iour des rois.* Ital. *Il giorno di treri, o magi.* German. Drey Königen Tag Belg. Drie Coningen dach/Der thien dach. Hisp. *El dia de los reyes.* Pol. ... Vng. ... Ang. *The twelfe dayes.*] Apparitio, seu manifestatio dicitur. ἀπὸ τῆς ἐπιφανείας hoc est, ab apparendo. Inde Epiphania, orum, à Christianis dicuntur festa, quæ nos *Apparitionem Domini* vocare possumus. Hieron. Dies Epiphaniorum. Græco sermone sic vocatur. Quod enim apud nos *apparitionem* vel *ostensionem* dicimus, Græci *epiphaniam* vocant. Hoc autem ideo, quia Dominus noster eo die Servator apparuit è tenebris. Licet enim olim natus esset ex Maria, & triginta annorum explesset ætatem, tamen ignorabitur a Mundo. ¶ Epiphania quoque vocatur, quum latitudo mensuratur cum longitudine. Vide in dictione GRAMME.

Epiphonema, n. r. ἐπιφώνημα, Rei narratæ, vel probatæ summa acclamatio. Epiphonematis post rem narratam exemplum est apud Virgil. libr. 1. Aeneid. Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Post rem autem probatam apud Cicer pro Ligario: Quorum igitur Cæsar impunitas tuæ clementiæ laus est, eorum se ipsorum ad crudelitatem acuet oratio? ¶ Dicitur etiam epiphonema clausula arguta, quæ in fine posita aurem ferit, quales plerunque solent esse clausulæ quæ epigrammata claudunt.

Epiphora, æ, ... f. p. [ἐπιφορά. Gall. *Defluxion et yeux.* Ger. Ein gäher fluß in den Augen. Belg. ...] Morbos oculorum quem vulgo *Lacrymam* vocant, quum descensus humoris cujusdam mordacis oculos angit: ἀπὸ τοῦ ἐπιφέρειν hoc est, ab inferendo. Plin. l. 20. r. 2: Caro peponum epiphoris oculorum & doloribus imponitur. Columell. li. 6. c. 16. de magudari: Eadem radix contusa, & cum oleo lenitèr inuncta, vitium oculorum expurgat, epiphoram supprimit, polenta conspersa multa aqua. Dicitur & de aliis membris. Plin. lib. 26. c. 13: Testium vero epiphoris cum ramis laureæ teneris adeò peculiaris est, &c.

Epiplexia, f. p. ἐπιπληξία, sive Apoplexia dicitur subita percussio: πλήσσειν enim percutere est. [German. Der Schlag/oder Gut Belg. Dehaant Gode.]

Epiplocele, ἐπιπλοκήλη, Herniæ species, quum omentum descendit in scrotum. Vide ENTEROCELE.

Epipteron, Lens palustris, apud Diosc. lib. 4. cap. 90.

Epirhedium, n. f. Vehiculi genus non dissimile bennæ: compositum nomen ex ἐπὶ, & rheda. Iuven. Sat. 8: ...trinoq; trahunt epirhedia collo.

Epischidion [ἐπισχίδιον. Gal. *Coin pour fendre bois.* Ital. *Conio da fender legni.* Germ. Ein weggi mit dem man das Holtz spaltet. Hisp. *Cunna ò cuno para hender.* Pol. *Klin.* Vng. *Ek.* Angl. *A wedge to cleave woode.*] Apud Vitruv. accipitur pro cuneo quo ligna finduntur. Nam σχίζειν Græcis est findere.

Episcopus, pen. prod. m. f. [... Gal. *Euesque, prelat, qui a la superintendence ...* Ital. *Vescovo.* Germa. Ein Bischoff oder Auffseher. Belg. Een Bisschop. Hisp. *Obispo perlado de yglesia.* Pol. *Biskup, ...* Vng. *Pispek.* Ang. *A bishope.*] Magistratus nomen fuit apud veteres, cujus officium erat panis & cæterarum rerum, quæ ad cibum pertinent, curam habere: ut colligi potest ex verbis Arcadii, ff. de Muner. & honorib. Latinè interpretatur speculator, ab ἐπισκοπεῖν, quod speculor significat vel considero. Vnde etiam hodie ad Antistites translatum est, quod illorum præcipuè munus sit, gregis sibi commissi vitam explorare. Hac voce usus est Cic lib. 7. Epist. ad Att. Vult enim (inquit) Pompeius me esse quem tota hæc Campania, & marit ma ora habeat episcopum ad quem delectus & negotii summa referatur.

Episcopium, n. f. [ἐπισκοπεῖον. Gall. *Maison episcopale, Eueschè.* Ital. *Vescovato.* German. Eines Bischoffs Hoff/ die Wohnung eines Auffsehers oder Wächters. Hisp. *Obispado, morada del Obispo.* Pol. *Biskupi dwor.* Vngar. *Pispek ...* Ang. *A bysshopes house or mansion place.*] Episcopi habitatio dicitur: sicut Prætorium appellatur ubi Prætor jus reddit.

Episcopius, a, um. Exploratorius, speculatorius. [ἐπισκόπιος. Gall. *Brigantin.* Ital. *Bregantino.* Germ. Das zu dem auffsehen oder wachen gehört. Hispan. *Barca para espias.* Polonic. ... Vng. ... Ang. *belonging to an espiall, a brigantine.*] Cicer. ad Attic. Quinto Non. conscendens ab hortis Cluvianis in phaselum episcopium: id est, navem exploratoriam.

Epispastica, ἐπισπαστικά, Medicamenta quæ pertinent ad hulcus purgandum, pusque extrahendum: dicta à verbo Græco ἐπισπάω, quod idem est quod attraho.

Epistalma, id est, commisso principis, per mandati subscriptionem facta. Alc. in l. C. pactum de pact.

Epistates, [... ἐπιστάτης. Gall. *Grangier, procureur de mais on.* Ital. *Castaldo, procuratore.* German. Ein Schaffner. Hisp. *Mayordomo procurador.* Pol. *Szafarz.* Vng. *Falus ...* Angl. *A steward, a baily.*] Græcè dicitur qui à nobis villicus, procuratorq; ac præpositus rei faciendæ vocantur. ¶ In fœminino genere epistata, villica dicitur. quæ præest diligenter familiæ rusticanæ: qua voce utitur Cato de Re rust. c. 56.

Epistola, læ, f. p. [... ἐπιστολή. Gall. *Epistre missiue, lettres.* Ital. *Epistola, lettera.* German. Ein sendtbrieff. Belg. Een brive. Hisp. *Carta mensajera.* Pol. *List.* Vng. *Leuél.* Ang. *A missiue a writing.*] Literæ ἀπὸ τοῦ ἐπιστέλλειν, quòd est mittere, quia ad absentes mittitur. Plaut in Epid Quia quotidie ipse ad me è legione epistolas Mittebat. Idem in Pseud. Herus me tibi salutem multam voluit dicere: Hanc epistolam accipe à me, hanc me tibi jussit dare. Cic. Quinto Fratri lib. 1: Illud quod est epistolæ proprium, ut is ad quem scribitur, de his rebus quas ignorat, certior fiat, prætermittendum esse non puto.

Epistolium, n. f. [ἐπιστόλιον. Gall. *Petites lettres, petites missiues.* Italice *Epistoletta.* Germ. Ein Sendtbrieffin. Hisp. *Pequeña carta mensajera.* Pol. *Listek.* Vng. ... Ang. *A litle letter.*] Parva epistola. Catullus: Conscriptum hoc lacrymis mitto epistolium.

Epistolaris, re, Quod ad epistolam pertinet: [ἐπιστολιμαῖος. Gal. *Les appartenances ou servans aux missiues.* Ital. *Cosa pertinente à lettere missiue.* German. Das zu einem Sendtbrieff gehört. Hispan. *Cosa perteneciente à carta mensajera.* Polo. ... Vng. ... Ang. *That belongeth to wrytinges.*] ut, Epistolaris charta, Martialis libro 14. Hieronymus: Neque enim epistolaris angustia evagari longiùs patiebatur.

Epistomium, n. f. [ἐπιστόμιον. Gall. *Le robinet, la cannelle.* Ital. *Cocchiume.* Germ. Ein Han oder Zapff an Fassen und andern Dingen. Belg. De hane. Hisp. *Pico del jarro.* Pol. ... Vng. ...] Dicitur instrumentum illud æneum, quo in fontibus ora salientium obturantur, verticulum in medio pertusum habens, quod admittit vel arcet aquam: Galli sua lingua *Fontem* vocant. Hoc etiam instrumento utimur ad vinum ex dolio hauriendum. Seneca ad Luc... ... argentea epistomia effuderint: & adhuc plebeias fistulas eloquor. Varro lib. 3. de Re rust. c. ... & aqua calida & ... ex orbe ligneo, mensaq; quam dixi in primis radiis esse, ... ita ... ut in unum quenque actum, sic ut influat in convivium. Vitruv. lib. 10. De hydraulicis organis loquens accepit epistomium pro eo obturaculo, quod in musicis organis spiritum continet, & laxat ut opus est. Motione, inquit, vectium vehementiore spiritus vehemens compressus, epistomiorum aperturis influit, & replet anima canales.

Epistropheus, ἐπιστροφεύς, à rei anatomicæ peritis dicitur prima ex septem colli vertebris, omnium ut latissima, ita & tenuissima, duplicem habens concavitatem capitis convexitatem, sive processus recipientem: cujus articulationis beneficio caput ad latera circumagitur. A quo ista vertebra nec epistropheus appellatur, à verbo Græco ἐπιστρέφω, quod inter cætera significat converto, circumago.

Epistrophe, ἐπιστροφή, Rutiliano figuro est λέξεως, quum eadem in verba plures desinunt sententiæ. Rutilius tamen Lupus hanc inter schemata sententiarum refert, epiphoramque appellat.

Epistylium, n. f. [... ἐπιστύλιον. Gal. *Le chapiteau d'une colomne ou pilier.* Ital. *Capitello.* German. Ein deckel oder Kopff so man eben auff ein Saul setzt/Capital. Belg. Capiteel. Hisp. *Capitel y breta columna.* Pol. ... Vng. ... Angl. *The chapiter of a piller, a litle piller set vpon a greater.*] Capitellum quod super Columnam ponitur. Corpus enim columnæ, scapum vocant: fundamentum basim: illud verò quòd columnæ superponitur, epistylium appellant. Vide multa de epistyliis apud Vitruvium.

Episynalœphe, es, f. p. ἐπισυναλοιφή, Figura est dictionis, eadem cum synæresi, qua duæ syllabæ iisdem literis remanentibus, in unam conglutinantur: ut, Aeripidem cervam, apud Virgilium, pro Aëripidem. Huic opponitur diæresis, qua una syllabe in duas resolvitur: ut, Sylvæ trissyllabum, apud Horatium, pro dissyllabo Sylvæ. Inter episynalœphen & synalœphen hoc interest, quòd synalœphe propriè fiat in diversis dictionibus, prima sequentis dictionis vocali ultimam præcedentis absumente: ut, Carthag. Italiam. Episynalœpha verò non nisi in eadem fit dictione, nulla litera pereunte: sed duabus tantùm in unam coalescentibus.

Epitaphium, phii, n. f. [ἐπιτάφιον. Gall. *Epitaphe, l'escriture qu'on met sur vne tombe.* Ital. *Epitaffio di sepoltura.* German. Ein grabe schrifft. Belg. Bijschrift/grafschrift. Hisp. *Epitaphio de la sepultura.* Pol. *Napis nagrobie.* Vng. ... Angl. *An epitaphie, or scripture on a graue.*] Dicitur inscriptio quam sepulchris inditi videmus in laudem defunctorum: quale est illud apud Virgil. in Daphnide: Daphnis ego in sylvis, hinc usq; ad sydera notus, Formosi pecoris custos, formosior ipse. Item illud apud Ovid. in Epist Phyllidis: Phyllida Demophoon leto dedit hospes amantem: Ille necis causam præbuit, illa manum. Dictum epitaphium, quòd humato jam corpore, ἐπὶ τῷ τάφῳ hoc est, in sepulchro solrat inscribi. Nam quod cadaveri nondum humato in defuncti laudem accinebatur, epicedium dici consuevit.

Epitasis, ἐπίτασις, in Comœdia vehementissimus actus, qui catastrophen præcedit, in quo omnia quasi fervent & æstuant inter

inter spem & metum. Apud grammaticos etiam pro exaggeratione sumitur.

Epithalamium, n.s. [ἐπιθαλάμιον. Gall. *Chanson nuptiale*. Ital. *Sonetti de le nozze*. Germ. Ein Hochzeitgesang. Belg. Bruyloft liedeken. Hisp. *Cancion de casados*. Vng. *Valakinek, halalara tartatot vers (azaz) éneke*.] Sacer hymnus, qui in nuptiis canitur. Nam ἐπιθαλάμιον Græcis idem est quod conjugalis.

Epitheca, Græcis est, quod *Dos* Romanis. Unde prædiorum epithecæ apud Iurisconsultos, quas Papinianus impositiones interpretatur, quamvis pro Epithecis vitiosè legatur Eutici, ut apud Vlp. Leg. Rhod. lib. 22. c. 13 Ant. lect.

Epithemata, ἐπιθέματα, Medicamenta sunt, quæ parti affectæ foris adhibentur, panniculo aut linteo illita: ita dicta à verbo Græco ἐπιτίθημι, quod est imponere.

Epithesis, is, ἐπίθεσις, præter vulgatas illas apud Græcos significationes, quibus pro impositione, sive aggressione sumitur, apud Iurisconsultos etiam usurpatur pro inscriptione quadam appositilia, in contumeliam, fraudemve alicujus facta. Vlp. l. Lex Cornelia ff. de injur. & famosis libellis: Eadem pœna ex Senatusconsulto tenetur is qui epithesin aliúdve quid, sive scripturam in aliorum notam produxerint.

Epitheton, pen. corr. n.s. [ἐπίθετον, A Quintiliano dicitur appositum, ab aliis adjectivum: παρὰ τὸ ἐπιτίθεσθαι τοῖς ὀνομαστικοῖς: hoc est, ab eo quòd substantivo apponatur. Epitheta tribus de causis nominibus adduntur: Discretionis: ut Phrygiæ molimur montibus Idæ. Est enim & Ida Cretæ mons. Proprietatis: ut, Terribili implexum setaque & dentibus atris: Ornatus, ut: Alma Venus. Differt autem epitheton ab antonomasia, quòd illud nunquam solū ponitur, sed nomini proprio alicujus adjicitur: antonomasia autem per se proprii nominis vice ponitur.

Epithymbrum pro eo accepit Paulus, quod est in Thymbro, modò quo Epithymum vocemus, quod est in Thymo.

Epithymia, æ, [ἐπιθυμία. Gall. *Concupiscence, desir*. Ital. *Concupiscenza, voglia, avidità, brama*. German. Begierd. Hispan. *Codicia*. Pol. Zadze. Vng. *Gonosz kévánság*. Angl. *Concupiscence*.] Latinè dicitur concupiscentia, desiderium à verbo ἐπιθυμέω, quod est concupisco.

Epithymos, Thymus apud Diosc. lib. 3. cap. 43. Plin. lib. 21: Epithymum, flos est thymi, sed non omnis.

Epitimia, ἐπιτιμία. Vng. *Ep tisztesség*.] Fama uniuscujusque integra, nulla infamiæ nota labefactata. Vtitur hac voce Modest. l. Si re. D. de tut. & curat. Si quis (inquit) à parentibus prohibitus fuerit tutor esse, neque creari hunc oportet: & si creatus fuerit, nec recusaverit prohiberi cum esse tutorem manente epitimia hoc est, famæ integritate. Huic opponitur ἀτιμία: hoc est infamia, vel ignominia.

Epitogium, Genus pallii quod supra togam ferebatur. [Ang. *An hoode that couereth the shoulders*.] ab ἐπί, & toga. Quint. lib. 1. cap. 5.

Epitome, es, f.p. & Epitoma, æ, pen. corr. [ἐπιτομή. Vng. *Kö id summa*. Ang. *An extract or short draught*.] Breviarium, abbreviatio, vel compendium: à verbo Græco ἐπιτέμνω, quod est abbrevio. Cicer. ad Attic. lib. 13: Epitomen Bruti Cælianorum velim mihi mittas. Idem lib. 12: In Bruti epitoma Fanniorum scripsi quod erat in extremo.

Epitonia, orum ἐπιτόνια ab ἐπιτείνω, sunt instrumenta, quibus funes intenduntur, rota instructa & puteis adplumbata eo ordine, ut terni & quaterni simul aquam eodem ex puteo haurire nossint, funiculo per rotam dimisso. Vlpian. l. 17. §. 5. D. de act. empt. Castella plumbea, putea, opercula puteorum, epitonia fistulis adplumbata, aut quæ terra continentur, quamvis non sint affixa, ædium esse constat. Hotomannus in Lexico.

Epitragias, ἐπιτραγίας, Piscis genus, à fœdo hirci odore ita dictum.

Epitragi, ἐπίτραγοι, Vermes vitibus infesti: ita dicti quòd hircorum more vitium frondes prærodant.

Epitrapezia, ἐπιτραπέζια, Dicuntur generaliter mensis apta, quæ sunt vascula & potoria & escaria, ab ἐπί & τράπεζα.

Epitritus, pen. cor. m. [ἐπίτριτος. Pes ex quatuor syllabis constans quarum una semper ab aliis tribus discrepat. Est autem quadruplici differentia. Primus constat ex iambo & spondeo: id est, ex prima brevi & tribus longis: ut sacerdotes. Secundus ex trocheo & spondeo: id est ex secunda brevi, aliis longis: ut, conditores. Tertius ex spondeo & jambo id est, tertia brevi, aliis longis ut hæreditas. Quartus ex spondeo & trocheo id est, ex quarta brevi, cæteris longis: ut, Prænestinus. ¶ Epitritus etiam pro ortio dicitur, continens aliquem numerum, & ejus partem tertiam: ut quatuor epitriti proportionem habent ad tria duodecim, ad novem quadraginta, ad triginta.

Epitrochasmus, ἐπιτροχασμός, Figura est sententiarum, teste Aquila, qua plura inter se distantia velociter percurrimus, eo consilio, ut adversarium perturbemus. A verbo, ἐπιτροχάζω, quod est, velociter percurro.

Epitrope, es, pen corr. ἐπιτροπή, Schema est διανοίας, teste Rutilio, quum rei alioqui vehementer confidentes, judici permittimus, ut quemadmodum illi visum fuerit, constituat, eiq; nos parituros pollicemur. Rufinienus epitropen esse ait, quum alicui figuratè permittimus, ut faciat quod velit, quum tamē id minime sentiamus, profertque exemplum ex 4. Aeneid. I, sequere Italiā ventis, pete regna per undas. Ibi enim Dido, quanvis liberum abitum Aeneæ permittere videatur, re tamen ipsa maximè dehortetur, difficultatem et periculum ab oculos ponens. Dicta epitrope, à verbo Græco ἐπιτρέπω, quod est rem alicujus arbitrio permitto. Latinè concessionem vocare possumus.

Epityrum, ἐπίτυρον, Genus est edulii, Siciliæ frequentius, quàm Italiæ, teste Varr. lib. 6 de ling. Lat. Plaut. in Milite: Si urum epityrum edam apud illum, eluriens insanè. Quidam existimarunt cibi caseati genus esse, ab eo quod Græci τυρόν, caseum appellant. Quibus apertè refragatur Columellæ autoritas, qui epityrum in olivis conditura genus esse docet, in Græcis civitatibus potissimùm usurpatum, docetque rationem qua id fieri soleat. Idem sentit & Cato, qui lib. de Re rust. cap. 119. ejus confectionem præscribit his verbis: Epityrum album, nigrum, variumque sic facito. Ex aleis albis, nigris, variisque nucleos eicito, sic condito: concidito ipsas: addito oleum, acetum, coriandrum, cyminum, fœniculum, rutam, mentham. In orculam condito: oleum supra fiet: ita utitor. Sunt qui hoc conditura genus pityrum vocare malint: itaque tàm apud Catonem quàm Columellam legendum censeant: vocis originem repetentes à pityri olivæ genere, conditura hujusmodi aptissimo. Verum hi parùm diligenter Catonis verba videntur expendisse, qui non ex certo quopiam olivæ genere, cui pityris nomen fuerit epityrum sive pityrum fieri docuit: sed ex quevis oliva tàm alba, quàm nigra aut varia Columella quoque ex pausia vel orchite ante maturitatem decerpta conficiendum præcipit, nulla pityris facta mentione. Potiùs itaque iis assentiendum putaverim, qui genus hoc conditura ἀπὸ τοῦ πιτύρου: hoc est, à furfure dictum existimant: cujus similitudinem quandam referre videntur tùm cymini, coriandri, fœniculi, & lentisci semina, tùm rutæ menthæq; folia minutim concisa.

Epizeuxis, ἐπίζευξις, Combinatio, figura, qua dictio in versu absq; medio aliarum combinetur. Virgil. 9. Aeneid. Me me adsum qui feci & apud Terent. in Andr. O Mysis Mysis.

Epodus, Vide Epos.

Epops, m. t. ἔποψ, Avicula fordidissima est eaque cristata, unde & ἀκρεργὸν ὄρνις à Græcis appellatur. [Polon. *D. dek*. Vngaric. *Sza babuk, banka babuk, szarakakota*. Ang. *A lapwinke, a bastard or blak plovuer*.] Latinì à sono quem edit, confecto nomine Vpupam vocent.

Epoptæ, ἐπόπται, In sectis dicebantur mystæ, qui totum jam annum initiati, ad spectanda sacra admittebantur. A' verbo ἐποπτεύω, quod est spectare sive inspicere. Vnde & sacrorum inspectionem ἐποπτείαν Græci appellant.

Epos neutr. gen. [ἔπος. Vng. *Vers*.] quamvis Græcis generale sic nomen, modò verbum significans, modò versum, κατ' ἐξοχὴν tamen pro carmine heroico accipitur, quod & Longum Ennius appellavit. Diomedes: Epos (inquit) est carmē hexametron, divinarum rerum & heroicarum, humanarumque comprehensio. Martialis: Scribebamus epos, cœpisti scribere, cessit Aemula ne starent carmina nostra tuis. Horat. 1. Serm. Satyr. 10: forte epos acer, Ve nemo, Varius ducit.

Epodus, epodi, pen prod. ἐπῳδός. Est genus carminis in quo singulis versibus singulæ clausulæ subjiciuntur, & veluti accinuntur: idq; ferè alio genere carminis, & plerunque breviori: cujusmodi sunt pleraq; apud Horat. Iambico dimetro post heroicum, aut trimetrum Iambicum statim succedente. Quint. lib. 10. c. 1: Iambus non sanè à Romanis celebratus est, ut proprium opus à quibusdam interpositus, cujus acerbitas in Catullo, Bibaculo, Horatio: quanquam illi epodos intervenire non reperiatur.

Epoto, as are, Potando exhaurio [ἐκπίνω. Gall. *Boire tout, ne rien laisser*. Ital. *Votar bevendo, bever tutto*. German. Außtrincken/ außsauffen. Hisp. *Vaziar bevendo, bever todo*. Pol. Wypiam, wlihkam. Vng. *Ki zom*. Angl. *To drink out all at oner*.] Martial. lib. 12: Quæque Tyron toties epotavère lacernæ. Plaut. Menæch. Cōfecto prandio, vinoq; epoto. Cic. pro Cluentio: Quem statim epoto poculo mortuum esse dixistis. Liv. 8. ab Vrbe: Epoto medicamento suamet ipsi fraude perierunt. Venenum epotum. Cic. pro Cluent. ¶ Epotus equus, pro sanguine equi poto. Martial. lib. 1: Venit & epoto Sarmata pastus equo. Vide Plin. libr. 18. cap. 20.

Epulæ, arum, f.p. quasi edipulæ. Sunt cibi in quotidianum hominum usum comparati. [מטעמים *mathammim, εὐωχία*. Gal. *Viandes*. Ital. *Vivande*. German. Speiß/Kost. Belg. Cost/Eetware spijse. Hisp. *Manjar o comida*. Pol. Pokarm. Vng. *Etek, étel, eledel*. Angl. *Dayly meate, or foode*.] Cicer. 3. Philip. Vino & epulis retentus & alea est: si epulæ potiùs quàm popinæ nominandæ sunt. ¶ Epulæ etiam bestiarum cibus quotidianus dicitur, Virgil. 4. Aeneid. epulasque draconi Quæ dabat. Horat. 2. Serm. Sat. 3: cui stragula vestis Blattarum ac tinearum epulæ, putrescat in arca. ¶ Epulum verò propriè publicum convivium significat, quale exhiberi solebat aliquādo civibus vel à triomphantibus, vel in honore magni alicujus civis mortui, vel in dedicatione tépli. [משתה *mischteh, ἑστίασις, εὐωχία*. Gal. *Banquet, festin*. Ital. *Convito solenne*. Germ. Ein Bancket/ein herrliche offne malzeit. Belg. Groote bertlijcke maeltijt/groot banquet. Hispan. *El combite publico, o sarao real*. Pol. Cz. Biesiada obecna. Vngar. *Lakodalom, kózönseges vendégség*. Angl. *A banket, or a noble feast*.] Iuven. Satyr. 3: Vnde epulum possis centum dare Pythagoreis. Cic. pro Muræn. Is quum epulū Q. Maximus Africani patrui sui nomine populo Romano daret, rogatus est. Sed confunduntur quandoq; nam epulū pro

pro privato convivio invenitur, & epulæ pro convivio publico & communi. Cic. pro Cn. Plancio: Sepulchrum L. Catilinæ floribus ornatum, hominum audacissimorum ac domesticorum hostium conventu epulisq; celebratum est. Idem de Cla. Orat. Carmina in epulis cantata à singulis convivis de clarorum virorum laudibus. ¶ Epulam quoq; in singulari numero Veteres dixêre, teste Festo Pompeio.

E`pŭlōnēs, m.t. Dicti sunt apud antiquos, teste Livio lib. 3. bell. Mac. Triumviri, quorum munus erat, Iovi, cæterisq; diis epulas instruere: ἐπουλωταί. Romæ (inquit) eo anno primum Triumviri epulones facti: hi epulas Iovi cæterisq; diis instituendi potestatem habebant. Cic. de Arusp. resp. Patres conscripti, vosque Pontifices, ad quos epulones Iovis opt. max. si quid est prætermissum, aut commissum afferunt: quorum sententia illa eadem renovata atq; instaurata, celebratur. August. lib. de Civit. asserit epulones perpetuos fuisse, qui ad auream Iovis mensam statuæ oppositam perpetui erant convivæ, ut mimorum potiùs & parasitorum contubernia, quàm Dei sacra celebrarentur. ¶ Dicuntur etiam epulones qualescunq; convivæ qui epulis intersunt quos etiam Veteres epulonos dixerunt, per secundam inflexionem. [Ang. Gullyguttes, glut ons.] ¶ Inde Coepulonus, dicitur convictor, & iisdem epulis vescens. Plaut. Persâ: O mi Iupiter terrestris & coepulonus.

E`pŭlări, d.p. Est in convivio esse, seu convivari. [Ἑστιᾶσθαι, ... Gall. Banqueter manger en banquet. Ital Mangiar in convito. German. Zechen. Hispan. Con er en combite. Polon. Biesiadowac, ... Vng. ... Ang. To eat at feastes in banket.] Liv. lib. 25. Vulgò apertis ianuis in propatulis epulati sunt. Cic. 2. de Fin. Quum in voluptate sint qui epulentur. Idem de Senect. Epulabatur igitur cum sodalibus omnino modicè: sed erat tamen quidam fervor ætatis.

E`pŭlātŭs, particip. [Ἑστιαθείς. Gall. Qui a fait bonne chere, qui a mangé & pris son repas. Ital. Chi a mangiato. Germ. Der gezecht hat. Hisp. El que a comido. Vngar. ... Ang. That hath made good cheere.] Cic. 2. Tuscul. Post epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse.

E`pŭlātio, onis f.t. Convivium, victus. [ἑστίασις. Gall. Banquettement. Ital. Il far de convi i. German. Zechung / Gasthaltung. Hisp. Aquella obra de comer à hazer combite. Polon. Biesiada. Vngar. ... Ang. A banketing, a feasting.] Colum. lib. 12. cap. 3. Quæ ad mensam quotidianam atque epulationem pertinerent.

E`pŭlāris re, Quod ad epulas pertinet. [Ἑστιατικός. Gall. De banquet, appartenant à festin ou banquet. Ital. Chi è che a vivande si conviene. German. Das zu einer Zech oder Gastmahl gehört. Hispan. Cosa que se come à per enecea ella. Pol. Do biesiady ... Vng. ... Ang. That belongeth to a banket.] ut, Epulare sacrificium: epularis sermo, qui in convivio fit. Cic. 3. de Orat. Quum essent ipsi à Numa ut etiam illud ludorum epulare sacrificium facerent, instituti. Apul. Iam illatis luminibus epularis sermo percrebuit. ¶ Epulares etiam vocabantur, qui in sacris epulabantur, σύνδειπνοι. Varr. Dum epulares nocte epularentur.

E`pŭlātōrĭŭs. a. um, quod aptum est ut in epulis comedatur. [... Gall. Ce qui est bon à manger. Ital. Cosa mangiatiua. Ger. Das zur Speiß tauglich ist. Hispan. Cosa que se puede comer. Polon. Do bry do ... Vngar. ... Ang. That is meete for banketing.]

E`pŭlis, idis, [ἐπουλίς. Vngaricè, ...] Dicitur quoties iuxta dentes in gingivis caro excrevit. Paulus Aegineta parvum abscessum esse ait circa gingivas, qui nisi discutiatur, suppuratur.

E`pŭlōtĭcă medicamenta, ἐπουλωτικὰ φάρμακα, à medicis appellantur quæ cicatricem obducunt. Nam ἐπουλοῦν Græcis est ad cicatricem perducere.

E ante Q

E Q. C. In notis antiquorum, Equestris cohortis. E Q. M. S P. P O M. equitum magister Spurius Pompeianus. E Q. P. eques publicus. E Q. R. eques Romanus.

E`quă, equæ, Equarius, Eques, Equester &c. Vide Equus.

Equapium Nonnulli appellarunt herbam, quam Latini olus atrum nominant existimantes ita transferri posse Græcam vocem. [ἱπποσέλινον. Polon. Czarna kapusta. Vngar. ...] Quam nomenclaturam apud idoneum scriptorem non facilè reperias. Neq; ἱπποσέλινον, tàm equinum quàm magnum aut prægrande apium sonat Nam ἵππος, & βοῦς, in compositione sæpè vocabulorum significata intendunt, amplitudinemque & magnitudinem important.

E`questris, Vide Equus.

E`quicervus, Animal in Oriente, habens cornua & iubas post collum descendentes usq; ad scapulas, & barbam sub mento, ungulas, & corpus ad cervi quantitatem, ἱππέλαφος. Vtitur hac voce Aristotelis interpres in lib. de Animalibus.

E`quidem, Affirmativa coniunctio est, Certè. [... Gall. Quant à moy, certes, certainement. Ital In vero, certamente. German. Zwar / fürwar / warlich. Belg. Voorwaer. Hispan. Ciertos, ciertamente en verdad. Pol Zaiste, zaprawde. Vngar. ... Ang. Sure ir, truelie.] Cicer. de Amic. Equidem ex omnibus rebus quas mihi aut fortuna, aut natura tribuit, nihil habeo, quod cum amicitia Scipionis possit comparari. Sunt qui existiment compositum esse ab ego & quidem, quòd frequentissimè inveniatur iunctum cum verbis primæ personæ: ut apud Virgil. 12 Aeneid. Equidem merui, nec deprecor, inquit. Quo in loco equidem idem videtur significare quod ego quidem. Hoc tamen nihil urget, quum semper in verbo primæ personæ, singularis numeri, intelligatur nominativus ego. Præterea quum inveniatur coniunctum cum verbis cuiusvis personæ in utroque numero, constat certè ubique non posse exponi per ego. Persius Satyr. 5. Non equidem hoc dubites amborum fœdere certo Consentire dies. Vbi cum secunda persona coniunctum est. Idem etiam cum verbo tertiæ; personæ posuit Satyr. 1. Per me equidem sunt omnia protinus alba. Cic. ad Attic. Sic ages igitur: equidem id erit primum proximum Clodiæ. Huc accedit quod interdum invenitur simul positum in oratione cum ego, ut apud Salust. Ego quidem sic existimo. Quo in loco si velis equidem explicare per ego & quidem, ineptissimam conficeris perissologiam. Satius itaque erit dicere, equidem nihil aliud significare quam quidem.

E`quŭs, Animal, nemini non notum. [סוס sus, ἵππος. Gall. Cheval. Ital & Hisp an. Cavallo. German. Ein Roß oder Pferdt. Belg. Een peerdt. Polon. Koń. Vngar. Lo. Angl. An horse.] Sunt qui ab æqualitate dictum putent, quasi æquum detracta prima litera, quæ diphthongum efficiebat: quòd equi pares eligi solerent, qui bigis, quadrigisque iungerentur. Sed hæc etymologia ut pleraque aliæ, admodum videtur frivola. Cicero de Amic. Nemo est qui non equo quo consuevit, libentiùs utatur, quàm intractato & novo. Idem in Verrem. Eum nemo unquam sedentem in equo vidit. Virgil. 2. Aeneid. & equorum agitator Achilles. Ovid. 3 Metamorph. Vt fremit acer equus, quum bellicus ore cruento Signa dedit tubicen. ¶ Equorum alii gradarii, qui molli gradu, & sine succussura incedunt: contra succussores, qui sessorem frequenter inquietant. Alii dicuntur veredi, in cursu velocissimi, quibus maiores usi sunt in venatione. ¶ Equus Troianus, proverbium, de occultis latebris, conspirationibusque ad perniciem alicuius tendentibus. Cic. pro Muræn. Intùs, intùs, inquam, est equus Troianus, à quo nunquam me consule dormientes opprimemini. ¶ Equis & quadrigis: id est, omni conatu. Cic. ad Quint. Frat. lib. 2. Sic ego qui in isto homine colendo tàm indormivi diu, te mehercule sæpè excitante, cursu corrigam tarditatem, cùm equis, tùm verò (quoniam scribis poema ab eo nostrum probari) quadrigis poëticis. ¶ Velis equisque Cic. 2. Offic. Cum his velis equisque (ut dicitur) si honestatem tueri ac retinere sententia est, decertandum est. Quo tamen in loco nonnulli malunt legere, viris equisque. ¶ In planitiem equum ἐς πεδίον τὸν ἵππον. Quoties quis ad id provocatur, in quo plurimum valet, quoque vel maximè gaudet. Equus in campo, tanquam in sua est arena. Luc. in Capt. & Plato in Theæt. Translatum videtur à militia. Nam quoties res est pedestri cum equite, pedes fugit campestria, sectaturque loca impeditiora. ¶ Equi senectus, ἵππου γῆρας. Proverbium in eos dici solitum, qui præclare rebus gestis in iuventa, postea quam consenuerint, ad sordidas curas semet abiiciunt. Sumptum à generosis equis, qui senio fracti, in pistrinum aut carrum, aut aliud id genus opus detruduntur, olim in pretio habiti, dum integris viribus essent. Plutarch. L. qui facr. V. Sacer. ¶ Quod equus ornet campum. Vide Liberi. Quæ maximè in equo spectanda, vide Apul. de Deo Socrat. ¶ Equus stellæ, de qua Cic. 2. de Nat. deor. Huic equus ille iubam quatiens fulgore micanti Summum contingit caput alvo, stellaque iungens Vna. Ex Arato. ¶ Equus, machina bellica. Plin. lib. 7 cap. 56. Equum qui nunc aries appellatur, in muralibus machinis Epeum ad Troiam. Subaudi, invenisse dicunt.

E`quă, æ, f.p. in dativo & ablativo pluralibus equabus, Equini generis fœmina. [סוסה susah, ἵππος ἡ. Gall. Iument. Ital. Cavalla. German. Ein Stut / Mutterpferdt. Belg. Een merrie / ofte meere. Hispan Yegua. Polon. Klacza, kobyla. Vngar. Kabala ló. Ang. A mare.] Ovid. 2. Metam. Nobiliumq; greges custos servabat equarum. Ibid. lib. 9. Nec vaccam vaccæ, nec equas amor urit equarum.

E`quĕs, com. t. Insidens equo. [פרש parasch, ἱππεύς. Gall. Chevaucheur, qui est à cheval, chevalier, homme d'armes. Ital Cavalliere cavalcatore, che è à cavallo cavalliero, huomo d'arme. Germ. Ein Reuter. Belg. Een Ruyter. Hispan. Varon muger à cavallo, cavallero. Polon. Iezdziec, rycerz. Vng. Lovagos, ... Angl. A man of armes, an horse man, a knight.] Plaut. Mil. neque equest neq; pedes prafectus quisquam tanta audacia est, Qui æquè faciat confidenter quàm mulieres faciunt. Virgil. Aeneid. 8 Interea præmissi equites ex urbe Latina. ¶ Sumitur quandoque pro equo. Virgil. 3 Georg. Impositi dorso atque equitem docuêre sub armis Insultare solo, & gressus glomerare superbos. ¶ Equites etiam dicebantur à Romanis qui Equestrem dignitatem erant adepti, aut ex Equestri ordine prognati: quorum ordo, quanvis dignitate Senatoria aliquando erat inferior, proximam tamen ab illa obtinebat dignitatem. Neque solùm dignitate, verùm etiam censu distinguebantur equites à senatoribus. Census enim Senatorius duplo maior erat censu Equestri. Nam ante Augusti tempora census Senatorius erat octingentorum millium: Hoc est coronatorum XX M. Census autem equestris quadringentorum millium: hoc est, coronatorum X M. quanquam postea pro arbitrio principum

sæpiùs auctus fuit census, & imminutus. Matt. lib. 8. Vescitur omnis Eques tecum populusque Patresque. ¶ Equei, Tria genera loquendi Latini scriptores usurpant, eques, equestris ordinis, equestri loco natus, quæ utrum idem significent, an verò differant & quatenus differant, considerandum. Eques & equestris ordinis, idem sunt: nam & eques quicunque est, & dicitur idem equestris ordinis, & est, & dicitur, & contrà. Quòd si eques patre natus est equite, qui nunquam senator fuerit; is equestri loco natus dicitur: sin patre natus est senatore, eques quidem, sed non equestri loco natus: qui porrò, quum eques fuisset, in senatum est allectus, eques non ampliùs dicitur, sed assumpto nobilioris ordinis nomine senator: ornamenta tamen retinet equestria, anulum aureum & equum publicum. Itaque M. Cicero quum equite Romano natus esset, nunquam postea quam in senatum pervenit, eques appellatur, sed senator. atque ipse suis in scriptis, quum de ordine senatorio loquitur, nostrum appellat. quum de equestri, non item. is igitur non eques, neque equestris, sed senator, & senatorii ordinis jure dicebatur. At mihi venit in mentem, quod in quadam epistola scripsit M. Cæl. ad Cicer. Nostri *inquit*, equites nisi acutiùs vidissent. *nostri* ob eam causam dixit, quia uterque patre equite Romano natus erat. Potest igitur esse eques equestri loco natus, & eques non equestri loco natus. itemque potest esse senator equestri loco natus, & senator non equestri loco natus. cujus verò pater eques fuit is, si senator factus est, definit appellari eques, & equestris ordinis, eadem tamen retinet insignia, nisi si ea, ignominiæ causa notatus à Censoribus, amisit. Ex Aldi observationibus.

Equĕstĕr, hujus Equestris, & hic & hæc Equestris, & hoc Equestre: ab eques fit, Quod pertinet ad equitem [ἱππικός. Gall *De cheual ou cheualier, des appartenance d'hommes d'arme ou de gens à cheual.* Ital. *Equestre cio che à caualerie si conuiene.* German. Reuterisch / das zu den Rossen und der Reuterey gehört. Hisp. *Cosa de cavalleria.* Polon. *[illegible]* Vngar. *Lonaghoz valo, lonage.* Angl. *Of an horse, that belongeth to knighthes or horsemen.*] ut, Equestres copiæ, Cic. 3. de Finib. Equestris disciplina, 6. Verr. Equestris ordo, ad Brutum: Equestris ordinis Princeps. Equestrem verò ordinem, ἱππικὸν τάγμα, medium fuisse constat inter patritios & plebem: hi olim sub Romulo regibusque Celeres dicebantur, teste Plin. lib. 33. cap. 2. à Celere (ut quidam putant) Remi interfectore: deinde à flectendis equis, Flexumines vocitati: postea Trossuli, à Trossulo oppido Tusciæ, quòd id sine ullo peditum adjumento equites ceperint. ¶ Hujus ordinis ornamenta & insignia fuerant, equus publicè datus, & anulus aureus. Census item ad hunc ordinem obtinendum requirebatur 400000. nummûm, quę omnia dignitas, splendor & ornamentum equestris ordinis dicebantur. Vnde illud Cic. in Sextiana de quodam Gellio: Ornamenta confecit equestris ordinis, nomen retinet.

Equĕstrĭă, um, n. t. Erant quatuordecim ordines graduum in Orchestra, in quibus sedebant Equites. ἱππικά. Senec. lib. 7. de Ben. Equestria omnium Equitum Romanorum sunt. Et iterum: Sed quum in theatrum veni, si plena sunt equestria, *&c.* Sic Popularia dicebantur, ubi plebs ipsa in theatro sedebat. Sueton. in Domit. Et quia pars major intra popularia deciderat, quinquagenas tesseras in singulos cuneos Equestris ac Senatorii ordinis pronuntiavit.

Equĭto, ac, Equo iter facio. [רכב rachab ἱππεύω, ἱππάζομαι. Gal. *Cheuaucher, aller à cheual.* Ital. *Caualcare.* German. Reiten Hisp. *Caualgar.* Polon. *Iade na konni.* Vngar. *Lonagolok, lonal iárók nyargalok.* Ang. *To be on horseback, to ride.*] Horat. Serm. Sat. 3. Ludere par impar, equitare in arundine longa. Cicero pro Domo sua: Quum is in illo nostro exercitu equitaret cum suis delectis equitibus. Idem 2. Tusc. Apud quos autem venandi & equitandi laus viget. Macrob: Satur. lib 6. cap. 9. autor est, veteres etiam equitare de ipso equo dixisse, & equitem pro equo nonnunquam acceptum inveniri: Lucil. Nempe hunc currere equum nos, atque equitare videmus. Quanquam alii distinctionem post dictionem equum faciant, ut *nos*, sit accusativus, ad hunc modum: Neque hunc currere equum, nos atque equitare videmus: ut sit sensus, Videmus equum currere, & nos equitare. ¶ Hujus composita sunt, Adequito, Obequito, & Perequito, de quibus vide suis locis. ¶ Equitandi peritus ne cantet, ἱππεύειν εἰδὼς μὴ ᾄδε. Sumptum à poëta quopiam, in eum qui professus res serias versatur in nugis. Greg. Theol. in Epist. ad Eudoxium Rhetorem.

Equĭtārī, passivè. Plin. lib. 8. cap. 18. Omnes autem in iis terris jumentorum dorso funguntur, atq; etiam equitantur in prælio. De camelis loquens.

Equĭtātĭo, onis, f. t. [ἱππεία, ἱππασία, ἵππασις. Gall. *Cheuauchement.* Ital. *Esse caualcare.* German. Reitung / ritt. Hisp. *Obra de caualgar.* Vng. *Lonaglás nyargalás.* Ang. *A riding.*] Plin. lib. 28. cap. 4. Equitatio stomacho & coxis utilissima.

Equĭtātŭs, us, m. q. Equitum manus & turmæ: huic contrarium peditatus copiæ. [τὸ ἱππικόν. Gall. *Cheuallerie, gendarmerie, gens à cheual.* Ital. *Caualleria.* German. Ein Reutiger Zeug / oder reitung. Belg. Dat peerdtvolck / de Ruyterie. Hispan. *Caualleria ò gente de cavallo.* Polo. *Iazdakonna.* Vngar. *Lonag sereg.* Ang. *A companie of horsemen.*] Tacit. lib. 19. Nutantem exercitum victor equitatus incursat. Idem lib. 33. Quinetiam ipsum equitum nomen sæpè variatum est, in eis quoque qui ad equitandum trahebantur. ¶ Ponitur aliquando pro equitatione, sive equitandi actu. Plin. lib. 33. Fœmina equitatu atteri & aduri solet.

Equārĭus, ria, rium, Quod ad equum pertinet: ut, Equarius medicus, qui equis medetur. [ἱππιατρός. Gall. *De cheuaux, seruant à cheuaux.* Ital. *Qualcunque cosa che serua à caualli.* Germ. Das zu dem Roß gehört. Hispan. *Cosa que sierue ò perteneсe à cauallos.* Pol. *Konsky.* Vng. *Lohoz valo.* Ang. *That serueth for an horse.*] Valer. Maxim. lib. ult. Herophilus equarius medicus, C. Marium septies consulem avum sibi vendicando, se extulit.

Equārĭă, f. p. Magnus equorum grex est. [τὸ ἱπποφόρβιον, τὸ ἱπποφορβεῖον. Gall. *Vn haras, vn troupeau de cheuaux ou iumens.* Ital. *Gregge de canallio è caualle.* Germ. Ein hauffen Roß. Hispan. *El hato de cauallos ò yeguas.* Polon. *Stado kony* Vng. *Ménes.* Ang. *A great floock of horses or mares.*] Varro in Procem. 2. de Re rustic. Quod & ipse pecuarias habui grandes, in Apulia ovarias, in Reatino equarias.

Equĭfĕrus, ri pen. corr m. s. Equus ferus: id est, non mansuetus. [ἵππος ἄγριος. Gal. *Cheual sauuage.* Ital. *Cauallo seluatico.* Ger. Ein wild Roß. Hispan. *Cauallo brauo, fiero, y [illegible].* Polon. *Dziki kon.* Vngar. *Valdo* Angl. *A wyld horse*] Cujusmodi in Septentrionalibus regionibus nasci autor est Plin. lib. 8. cap. 15. Idem lib. 28. cap. 9. In primis efficax equiferorum sanguis. Et ibidem cap. 10. De equiferis non scripserunt Græci.

Equĭmēntum, n. s. Merces quæ datur pro admissura equi. [ὁ μισθὸς τοῦ ἵππου ἀναβάτου. Gal. *Le salaire d'vn estallon qui a sailli vne iument.* Ital. *Prezzo dello stalone, che cuopre vna caualla.* German. Der lohn so man gibt / wann man den Hengst zu der Stutt gelassen hat. Hisp. *Iornal de garannon caualle.* Pol *Zaplata od stadnika.* Vng. *Bika bér.* Ang. *The reward of a stalion that hes leppena mare.*] Varr. An si equam emisses quadrupedem, ut meo asino Reatino admitteres, quantum poposcisses dedissem equimenti?

Equīlĕ, pen. prod. n. t. Stabulum equorum. [ἱπποστάσιον, ἱππών. Gal. *Estable à cheuaux, escuyrie.* Ital. *Stalla de caualli.* Germ. Ein Roßstall. Belg. Een Peerdtstall. Hisp. *Cauallerиza ò establo de cauallos.* Polon. *Stainia konska.* Vng. *Lo istallo.* Angl. *An horse stable.*] Sicut ab ove, ovile. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 7. suadet, frænos in equili suspendere, ut oculi equuleorum consuescant videre eorum faciem, & è motu crepitus audire.

Equīnŭs, na, num, possessivum, Quod est equi, quod pertinet ad equum. [ἵππειος. Gall. *De cheual, qui est d'vn cheual.* Ital. *Di cauallo, cauallino.* Germ. Rössin / oder / daß des Roß ist Hisp. *Cosa de cauallos.* Polon. *Konsky.* Vngar. *Loo lohoz valo.* Ang. *Of an horse.*] Horat. in principio de Arte poët. Humano capiti cervicem pictor equinam jungere si velit. Idem 2. Epistol. Vtor permisso, caudæq; pilos ut equinæ Paulatim vello. Virg. 10. Aen. Aere caput fulgens, cristaq; hirsutus equina.

Equĭsessŏr, oris, m. t. [ἱφίππος. Vng *Lou ag lonon idro.* Ang. *A racer.*] Qui ambulat pedibus equinis: id est, qui equitat: sicut qui in lectica gestatus, ambulat pedibus lecticariorum. Hunc melius simplici voce *sessorem* vocamus.

Equĭsētum, ti. n. s. Herba est à caudæ equinæ similitudine nomen habens, alias nominibus ephedra, & anabasis appellata. [ἵππουρις. Gall. *Queuen de cheual, asprele, ou prele.* Ital. *Coda di cauallo, asprella.* German. Schaffthew. Hispan. *Cola de mula, rabo de mula* Pol *Koczczy ogon, przelka.* Vng. *Lo fark.*] Vulgus *Prelam* appelat pectinum opificibus in primis cognitam, qui ea buxum expoliunt, & mulierculis, quæ vasa lignea ea extergunt. Vide Plin. lib. 26. cap. 13.

Equĭso, onis, m. t. Qui equorum curam gerit, eosque instituit. [ἱπποκόμος. Gall. *Donteur & piqueur de cheuaux, escuyer.* Ital. *Cozzone de caualli.* German. Ein Roßzamer / der die Pferd mit bereiten anführt / Marstaller. Belg. Peerdebereyder. Hisp *Cauallerizo de cauallos.* Polon. *Koniarzy.* Vngar. *Lonász mester.* Ang. *An horse breaker or keeper.*] Varr. Nam ut equus qui ad vehendum est natus, tamen traditur magistro, ut equiso doceat tollutim incedere. Veteres autem (ut Nonius annotavit) non modò equorũ magistrum, sed aliarum etiam rerum, gubernatorem equisonem vocabant. Vt equisones nautici dicebãtur, qui navim ducebant.

Equĭtābĭlis, le, Equiti pervius. [ἱππάσιμος. Gall *Cheuauchable, qui aisement on peut cheuaucher.* Ital. *Luogo doue si può caualcare.* Germ. Da man wol reiten mag. Hispan. *Lugar donde se puede canalgar.* Pol *Dosiądź wolny.* Vng. *Lonagolisra vale alkolmas hely.* Ang. *Easie to ride.*] Vt locus equitabilis, in quo equi facilè inambulare possunt. Liv. Opportuna explicandis copiis regio erat equitabilis, & vasta planities. Hujus contrarium est inequitabilis. Idem: Imber violentiùs quàm aliàs fusus, campos lubricos equitabilesq; fecerat.

Equĭtĭum, tii, n. s. Equorum armentum. [ἱπποφόρβιον. Gall. *Vne troupe de cheuaux, vn haras.* Ital. *Mandra de caualli.* German. Ein hauffen oder schar Rossen. Hisp *El ato de cauallo è yeguas.* Pol. *Stado kónskie.* Vng. *Ménes, lo csorda.* Ang. *An heard or race of horses.*] Vlp. l. Plenum §. Equitii ff. de Vsufructu legato: Equitii usu legato videndum an & donare possit, & ad vehendum sub jugo uti. Tacit. de Germania: Mos & civitatibus ultrò equitium conferre principibus.

Equŭlĕus, le, Pullus equinus. [ἱππάριον. Gall. *Cheualet, poulain* It. *Poledro, polledrino* Ger. Ein Füllin oder Rössin. Belg. Een veul. Hisp *Pequenne caualle.* Pol. *Zrzebie.* Vng *Tsiko, (vagy) bak sa.* Ang. *A colte or yon horse.*] Cicer. in Orat. Vt igitur domitores equorum non verbera solùm adhibent ad domandum, sed cibũ etiam sæpè subtrahunt, ut fame debilitetur equuleorum nimia

effrænata

effrænata vis. Idem in Verr. Equuleos argenteos nobilis qui Qu. Maxim. fuerunt, aufert. ¶ Est & tormenti genus, quo ad exprimendam è noxiis, consciisve veritatem Romani utebantur: ita dictum (ut quibusdam placet) ab equi forma: tametsi alii ardentem laminam malunt interpretari. Cicer pro Deiotaro: Facti enim in equuleo quæstio, juris in judicio. Idem 7 Philip. Ponite ante oculos vincula, verbera, equuleum, carnificem, tortoremq;. Seneca lib. 2. Epistol. Sævitia commenta est equuleos, cruces, uncum & tunicam illam alimentis ignium illitam, & intextam. Cic. 5. Tuscul. Hæc etiam in equuleum injiciuntur, quo vita non aspirat beata. Idem lib. 4. de Finib. Nec si ille sapiens ad tortoris equuleum à tyranno ire cogatur, similem habeat vultum ac si ampullam perdidisset. Sed in hac significatione alii malunt scribere eculeus perc.

Equŭlŭs, m. f. diminutivum ab equus. [ἱππάριον. Gall. C[illegible] poulian. Ital. Cavallino. Germ. Rößlin / klein Roß. Belg. Een jonck peert. Hisp. Pequenno cavallo. Pol. Konik. Vngar. Lovacska. Ang. A little colt, a nage.] Cic. lib. 2. de Nat. deor. Omnia in perfectis & maturis docet esse meliora: ut in equo, quam in equulo: in cane, quam in catulo: in viro, quam in puero. Varr. 2. de Re rustic. cap. 7. scribit equulum post annum & sex menses domari posse.

Equŭlă, æ, f. p. parvam equam significat sicut equulus parvum equum. [τὸ ἱππάριον, ἡ πωλίς. Gall. Petite ou jeune jument. Ital. Cavallina. German. Ein junge oder kleine Stutt. Hispan. Pequenna yegua. Pol. Klacka, kobyłka. Vngar. Kabalacska. Ang. A little mare.] Varr. Nemo est tam negligens, quin summa diligentia eligat asinum qui saliat equulam.

Equio, is de equis dicitur quum coitum appetunt, sicut catulio de canibus, & subio de suibus. [ἱπποµανεῖν. Gall. Quand le iuments demande le cheval, quand elle est chaude. Ital. Quando la cavalla va in salto. Germ. Wañ die Roß leuffig oder rossig sind. Hisp. Quando los cavallos y las yeguas son calientes. Pol. Klacz [illegible]. Vng. Mene [illegible]. Ang. To do the act of generation betwixt horses and mares.] Col. lib. 7. Equienti mulæ cruda brassica datur. Plin. lib. 8. cap. 63. Equas domitas sexaginta diebus equire.

Equiriă, ἱπποδρόµια, Aristophani. Ludi curules, à Romulo in honorem Martis instituti. Hi in campo Martio celebrabantur tertio Calend. Martias. Ovid. 2. Fast. Iamq; duæ restant noctes de mense secundo, Marsq; citos junctis curribus urget equos: Ex vero positum permansit equiria nomen.

E ante R.

E R. In notis antiquorum, erunt vel erit. E R E. vel E R G ergo. E R [illegible]. eripiet, vel erit paratus.

Erādico, as, penult. longa, Propriè significat unà cum radice evello. [עקר hakar שרש schoresch ἐκριζόω, ὦ. Gall. Arracher, oster. Ital. Sterpare, cavar fin in radice: con la radice. Germ. Außwurtzlen / mit der wurtzlen außziehen. Hispan. Quitar ò arrancar hasta la rayz. Polon. Wykorzeniam, sik z korzeniem wyrywam. Vngar. Gyökerestöl ki [illegible]. Ang. To pluck up by the rootes.] ¶ Per translationem pro radicitus, & omnibus modis perdo. Terent in Andr. Di te eradicent, ita me miseram territas.

Erādo, is, ere act. t. Expungere. [עקצה hiktsiah. ἀποξύω, ἐξαλείφω. Gall. Racler, oster en raclant. Ital. Radere, levar via, cancellare. German. Außkratzen. Hisp. Raer ò borrar. Polon. Wyskrobuie. Vng. Ki vakarom [illegible] Ang. To scrape out or away.] Colum. lib. 3. Postea surculos quos inserere voles, eradito tàm altè quàm cuneum immisisti, sed ita ne medullam, néve alterius partis corticem lædas. ¶ Vnde eradere aliquem ex albo Senatorum, est ex Senatorum numero expungere. Tacit. lib 4. Apidium Merulam, quòd in Acta Divi Augusti non juraverat, Senatorio albo erasit.

Erāsŭs, particip. [מקצה muktsah. ἀπεξυσµένος. Gal. Raclé. Ital. Raduto Germ. Außgekratzt / abgeschabt. Hispan. Raido. Pol. Wyskrobany, wytarty. Vngar Ki vakartatott, ki törölt. Ang. Scraped out or away.] Plin in Paneg. Datum est iis qui post edictum tuum in locum erasorum subditi fuerant, æquatiq; sunt cæteris illis etiã quibus erat non promissum. Erasorum: id est, deletorum è numero eorum qui accipiebant congiarium. Budæus.

Eragonia, dicuntur quæ ad causam non pertinent, velut extra certamen.

Erănarchēs, chis. Collector & exactor tributorum. [ἐρανάρχης, ἀπὸ τοῦ ἐράνου: id est, à contributione. [Vngar. Adoszedo.] Alciat. Parerg. lib. 11.

Erănă pĕcūniă, quid, & corruptè hactenus herosa apud Iurisc. in l. creditor de solut. lectum esse Alciat. ostendit eleganti cap 25. lib. Dispunct. 2. Catanæus apud Plin. 2. vocem Eranos interpretatur Exactores, per collationem dicens, sic Pollucem, Athenæum & eos secundum Ammon. interpretari.

Erathemis, anthyllis. Diosc. lib. 1. cap. 154.

Erasi, quos vulgo extra statum positos vocamus. Ex Budæo.

Ercīscĕrĕ Prisca lingua significat dividere. [חלק chalák. Gall. Diviser, partir. Ital. Dividere, partire. Germ. Theilen / abtheilen. Hisp. Partire. Pol. Dzielię, rozdzielam. Vngar. Megoszta[illegible]. Angl. To devyde.] Apud Cicer. 1 de Orat. Ercisceri in secunda conjugatione legitur: Nec si parvi navigii & magni eadem est in gubernando scientia: idcirco qui quibus verbis ercisceri oporteat, nesciat. idem eriscundæ familiæ causam agere non potest. ¶ Inde judicium familiæ eriscundæ: id est, rei familiaris dividendæ. Cic. pro Cecinna: In possessione bonorum quum esset, & quum ipse sextulam suã nimiùm exaggeraret, nomine hæredis arbitrum familiæ eriscundæ postulavit. ¶ Sunt qui herisco per aspirationem scribant, ejus originem reducentes ad verbum Græcum ἑρκίζειν, quod significat intersepire. ¶ Hinc Erctum patrimonium, divisum, apud Festum, Erctum citumq; fit inter consortes, ut in libris legum Romanorum legitur. Erctum à coërcendo, Citum à ciendo. Hæc Festus. In quibusdam tamen exemplaribus legitur Erectum, malè. Nam Erctum dicitur, quod quum hæreditas divisa est, alter ab alterius parte ercetur.

Erechites, Senecio, apud Diosc. lib. 4. cap. 98.

Ē rĕgĭōnĕ, Ex adverso. [נגד négheath נכח nochach. ἀπεναντίας, ἐξ ἐναντίας. Gall. Vis à vis, tout devant. Ital. All' incontro. German. Gestracks vor uber. Hispan. Enfrente de algun lugar. Polon. Prawie naprzeciwko. Vng. Ellenbe. Ang. Right against.] Cic. 2. de Div. Videt è constantissimo motu lunæ quando illa è regione Solis facta incurrat in umbram terræ, quæ est meta noctis, ut eam obscurari necesse sit. Budæus.

Ē rĕnatā, Significat ex occasione rei præsentis capto consilium. [αὐτοσχεδίως, αὐτοσχεδιαστικῶς, ἐκ τοῦ παρόντος, ἐξ αὐτῆς τῆς ἀφορμῆς. Vng. Hirtelen, Seszeket.] Et aliquando dicitur absolute, e re nata: & aliquando cum conjunctio: ut. Erenatum exordium dixit Quintil. hoc est, subitò inventum. Apul. Erenata fallacia: significatur enim muliebris dolus ad fallendum subito excogitatus, non domi antè compositus, sed ex ipsa re & negotio expromptus.

Ē rĕ mĕā, ἐκ τοῦ ἐµοῦ, ἐκ τοῦ ἐµοί. E re tua. Vide suprà in E & Ex.

Ē rēmĭgo, as, ere, n. p. Enavigo, emetior. [ἐκπερᾶν κώπαις, διαπλεῖν. Gall. Naviger tout outre, passer tout à travers une mer ou un fleuve. Ital. Remigare, navigar con remi. German. Durchrudern / durchschiffen. Hisp. Navegar remando. Polon. Lodzią przeieżdżam. Vng. [illegible]. Ang. To row over.] Plin. lib. 2. ca. 67. Circa Caspium quoq; multa Oceani littora explorata, parvoq; breviùs, quàm totus hinc aut illinc Septentrio eremigatus.

Ē rēmŏdĭcĭum, [ἐρηµοδίκιον. Apud Iurisc. de minorib. l. Ait Prætor, dicitur, quasi desolatum ac desertum judicium seu desertio causæ: quum vel actor, vel reus in judicio abest, quasi ἐρηµοδίκιον: id est, causa deserta, vel vadimonium desertum. In vulgatis editionibus corruptè legitur hero[illegible].

Ē rēmŭs mi, penult. prod. m. f. Solitudo [שממה chemamáh מדבר midhbar. ἐρηµία. Gall. Desert, lieu solitaire. Ital. Eremo, luoco solitario. Germ. Ein Einödde / wüste. Belg. Een woestijne / wildernisse. Hisp. Yermo, desierto. Polon Pustsza Vngar. Puszta. Ang. Desert, wildernesse.] Hinc Eremitæ, ἀναχωρηταί, ἐρηµῖται, qui eremum: hoc est, locum solitarium religionis ergo incolunt.

Ē rēpo, is, ere, n. t. Ex loco abdito in lucem repo. [זחל zachál יצא ietsa[illegible] ἐξερπύζω. Gall. Sortir en grimpant & gravissant, grimper hors, gravir hors. Ital. Arrapparsi alla cosa alta & difficile. German. Herauß kriechen / herfür kriechen. Hisp Gatear sobre algun lugar. Polon. Wylazłem, wygrabotam sie. Vngar. Ki mászak. Ang. To creep out.] Plaut Aul. Foràs lumbrice qui sub terras erepsisti modó. ¶ Interdum idem est quod ad loca alta & prærupta evado, ubi non modò pedibus, verumetiam manibus ad ascendendum opus sit. Suet. in Tiberio: Tertius quòd is a tergo insulæ erepsisset ad se.

Ē rēpto, ab Erepo frequent. [Vng. Ki mászkálok anág y mász degalok.] Senec. epist. 102. Pecunia quoq; circa paupertatem plurimum moræ hebet dum ex illa ereptat.

Ē rēpūblĭcā, id est, ex utilitate & commodo publico, τοῦ κοινοῦ συµφέρει. Suet. in Cæs. Plerique pecunias contulerunt, ne Catone quidem abnuente, eam largitionum è republ. fieri.

Eresionem, sive Iresionem vocabant plantam oleagineam velleribus & corallis involutam. Vnde & nomen. Contra pestilentiam foribus imponi solitum ut apud Aristoph. Hanc & Corythalion dicebant, etiamsi pro, laureo quidam ramo accipiant, in eundem lustrationis usum.

Eretrici, Canes Apollinis jussu nutriti, qui & aratro terram vertere dicebantur.

Ē rgā, præpositio, licet eandem vim habere videatur quàm contra, benevolentiæ tamen est: [אל hal. πρός. Gall. Envers. Ital. Inverso. German. Gegen. Belg. Tegen. Hispan. Cerca en amor y voluntad. Polon. Przeciwko. Vngar. Hozza, (& cum affixis) hozzám, hozzád hozzáia. Ang. Towardes.] ut: Pro meo summo erga te amore onus subeo. Cic. ad Lentul. Epist. 1. Ego omni officio, ac potiùs pietate erga te cæteris satisfacio omnibus. Terent. in Heaut. Timent omnia, patris iram, & animum amicæ se ergà ut sit suæ.

Ē rgāstērĭum, rii, n. f. [חנות chanuth. ἐργαστήριον. Gall. Boutique. Ital. Bottega. Germ. Werckstatt. Hispan. Tienda de officiales. Pol. Warsztat, kramnica. Vngar. Mühel. Ang. A shop.] Officinæ fabrorum atq; opificum, itemq; tabernæ in quibus merces venduntur. l. 12. C. de cohort. & in decretis distinct. 44.

Ē rgāstŭlum, li, penult. corr. n. f. [חנות chanuth. ἐργαστήριον. Gall. Le lieu où on enferme & enchaisne aucunement les serfs & esclaves, & les fait on besongner, une prison. Ital. Bottega, dove si rinchiudevano i servi incatenati à lavorar per giornata. Germ. Ein ort da man die Knecht gebunden zu schwerer arbeit braucht / als in einẽ Steinbruch oder Ertzgrub. Belg. T' gevangen Huys / t' steen. Hispan Carcel de siervos enel campo. Polon. Miejsce gdzie związany sług ci [illegible] robic musieli, łamiącz kamien albo kruszcze kopiąc. Vngar. Szolgálatnak háza, rabotának helye. Angl. A place where slaves were bound to work, a gaill or prison.] Taberna vel officina ubi lapides metallave fodiuntur, vel aliud quippiam operis à vinctis servis fit: dictum ab ἐργάζοµαι, operor. Livius 2. ab Vrbe: Ductum se à creditore non in servitium, sed in ergastulum & carnificinam

cinam esse. Iuven. Satyr. 8. Quid facias talem sortitus Pontice servum? Nempe in Lucanos, aut Thusca ergastula mittas. ¶ Accipitur etiam nonnunquam ergastulum pro iis qui ergastulis fuerunt inclusi. Varro: Misitq; mox eo virum qui tota ergastula liberrate donaret.

Ergastulus, li, m. f. Dicitur servus qui ergastulo inclusus, vel ex vinculis, aut compedibus opus facit [...]. Gall. [...]. Germ. Ein Knecht der gebunden arbeiten muß. Belg. [...]. Hisp. [...]. Po. [...]. Vngar. [...]. Angl. [...]] Plin. Colitura ergastulis pessimum est, ut quicquid agitur à desperantibus.

Ergastularius, rii, m. t. Qui præest ergastulis. [...]. Gall. [...]. Ital. [...]. German. Ein Verwalter / der ober so der arbeitsam Knecht gesetzt ist. Belg. [...]. Hispan. [...]. Pol. [...]. Vngar [...]. Ang. [...]] Col. lib. 1. cap. 8. docet quomodo ergastuli ab ergastulariis tractari debeant. Ergastularii fer. 1, [...].

Ergo, Illativa sive completiva conjunctio est, quæ maioribus aut verum clausulis, sicut igitur. [...]. Gal. [...]. Ital. Dunque, adunque. Germ. Derhalben/darumb. Belg. Daerom. Hispan. Assique pues, luego. Polon. Przeto, [...]. Vngar. [...]. Angl. Then, therfore] Aliquando inceptiva est, conveniens maximè indignationi [...], ut in carmine illo Augusti Cæsaris, quo Virgilii poëma verat aboleri. Ergóne supremis potuit vox improba verbis Tam dirum mandare nefas! ¶ Aliquando hortativa, [...]. Virgil. 2. Aen. Ergo agè chare pater. ¶ Aliquando vim nominis habet, accipiturq; pro ablativo, causa, sive gratia [...], in qua significatione circunflectitur posteriorem, perpetuoq; eam producit: quam alias habet modò ferentem. Virg. 6. Aen. illius ergô Venimus, & magnos Erebi tranavimus amnes. Sisenna lib. 3. Milites ut lex Calphurnia concesserat, virtutis ergô civitate donati.

Ergon, [...], Latinè opus significat.

Ergumenus, a, um, qui dæmone agitatur, ab [...], agitor, prohibeor.

Erice, es, vel Erica æ. f. p. [...]. Gall. Bruyere, brier. Ital. Erica. Germ. Heyden. Belg. Heyde. Hispan. Breco, [...]. Polon. [...]. Ruthen [...] appellant. Ang. Heath to make broomes on.] Frutex est non multum a myrice differens colore rorismarini, & folio non admodum dissimili. Flores emittit Autumni tempore, quum reliquæ omnes herbæ, & virgulta defloruerunt, quare ab apibus præ florum aliorum inopia, maximè appetuntur: sicque ex iis mel quod ericæum vocatur, sylvestrem, & minimè probatum saporem referens. Autor Plin. lib. 24. cap. 9. & lib. 11. cap 16.

Erigeron. [...]. Gal. Senecon. Ital. Cardoncello, [...]. Germ. Creutzwurtz oder Grindtkraut. Belg. Cruyswortel / [...]. Hispan. [...]. Pol. [...]. Vng. [...]. Ang. Groundsell] Herba est caliculis subrubicundis, specie & mollitia trissaginem referens: ita dicta quòd Vere canescat, & quàm citissimè in albam quandam lanuginem abeat. Sonat enim erigeron Latinè Vernum senem. Vnde etiam hodie nonnulli [...] vocant.

Erigo, is, erexi, erectum, ere, act. r. Ab è & rogo compositum. Elevo, attollo, extollo, excito. [...]. Gal. Esleuer, hausser, [...]. Ital. Drizzare, [...]. German. Auffrichten. Belg. Oprichten. Hisp. Alcar. Polon. Podnoszę, [...]. Vngar. [...]. Ang. To raise vp, to lift vp, to advance.] Cicer. pro Rosc. Amer. Quem simul atq; attigi, statim homo se erexit. Idem 1. de Legibus: Nam quum cæteras animantes abjecisset ad pastum, solum hominem erexit, & ad cœli quasi cognationis, domiciliique pristini conspectum excitavit ¶ Per translationem accipitur pro consolari & sublevare. Cic. pro [...]. Diffidentemque rebus suis confirmavit, afflictum erexit, perditumque recreavit. ¶ Erigere ad spem, & in spem. Cicer. pro Domo sua: Civitatemque fractam malis, mutatam, debilitatam, abjectam metu, ad aliquam spem libertatis & pristinæ dignitatis erexit. Sic 3. Philip. Liv. 10. bell. Punic. Iis honoribus mollitus regis animus, erectusque in spem propinquam sublato Syphace. Sic 3. ab Vrb. Agrarii se in spem libertatis erexerant. ¶ Aliquem erigere. Ad divitias & honores extollere. Ovid. ad Pisón. Mecœnas tragico quatientem pulpita cæstu Erexit Varum. ¶ Patriam erigere: id est, Celebrem reddere. Claud. 8. Pan. Scilicet illa tui patriam præcepta Platonis Erexêre magis, quàm, &c. ¶ In digitos erigi. Quint. lib. 2. cap. 3. Vt statura breves in digitos eriguntur, & plura infirmi minantur.

Erectus, partic. [...]. Gal. Esleué, [...]. Ital. Erto, drizzato. German. Auffgericht. Hisp. Leuantado, [...]. Polon. [...]. Vng. [...]. Ang. Raised vp, lifted vp right.] Cicer. Ego vos ardentes & erectos ad libertatem recuperandam adhortabor. Idem ad Brut. Erectior senatus erat non sententiis solùm nostris, sed cohortationibus excitatus.

Erineos. Epimedium herba, apud Diosc. lib. 4. cap. 28.

Erinum, Medicamentum vocatur, quod purgat caput per nares.

Erioxylon, pen. prod. [...], Lana est quæ ab arboribus producitur. Vlp. S. cui lana. ff. D. l. 3. Lana (inquit) legata, etiam leporinam, lanam & anserinam, & caprinam credo contineri: & de ligno, quam Græci [...] hoc est, lineam lanam appellant.

Eriphia, [...], Herba est septem lanuginosis ramulis apii modo foliata, purpureo flore, & eo quidem perenni, semine fabaceo, totidem radicu is quot ramis. Hanc Magi prodidêre in avenas carabeum habere, sursum deorsumque decurrentem cum sono hœdi: unde & nomen accepit. Vide Plinium libro 24. cap. 18.

Eripio, pis, pen. corr. act. t. Vi tollo: &, ut ait Pomponius Iurisconsultus, aufero, adimo, extorqueo. [...]. Gall. Rauir, oster par force. Ital. Rapire con per forza. German. Hinauß reissen / mit gewalt auß den händen zucken. Belg. Ontrecken. Hisp. Arrebatar. Polon. [...]. Vngar. [...]. Ang. To snatch and pluck away by force.] Terent. in Heaut. Crucior bolum tantum mihi ereptum tam subitò de faucibus. Duplicem omnino habet constructionem. ¶ Interdum enim cum accusativo habet dativum: & tunc ferè in malam partem accipitur, ut Vallæ placet. ¶ Aliquando vero cum accusativo habet ablativum, præcedente aliqua præpositione: & tunc sæpius in bonam partem accipitur, nonnunquam tamen etiam in malam. Sed hæc Vallæ differentia non est omnino vera. Nihil enim usitatius est his locutionibus, Eripere aliquem morti, periculo, damno, dolis, & similibus, ubi certè quanvis accusativum habeat cum dativo, in bonam tamē partem accipitur. Virg. 12. Aen. Accelera, & fratrem si quis modus, eripe morti. Plin. in Epistol. Eripe me huic tormento. ¶ Eripere, simpliciter usurpatum pro, De periculis eripere. Virg. 3 Aen. Hos Helenos scopulos, hæc saxa horrenda canebat, Eripite ô socii pariterq; insurgite remis.

Ereptus, a, um, Part. [...], Cic. pro Rosc. Amer. Ipse assiduitate, consilio, autoritate, diligentia perfecit, ut S. Roscii vita erepta de manibus sectorum, sententiis judicum permitteretur. ¶ Ereptus, mortuus. Ovid. ad Liv. Obvia turba ruit, lachrymisq; rigantibus ora, Consulis erepti publica damna refert. Sil. lib. 1. Ereptoque trepidus ductore exercitus.

Erithacus, ci, [...]. Ang. Robenredbrest.] Avis est solitaria, formam & colorem mutans, cum nomine. Nam hyeme tantùm erithacus, æstate phœnicurus appellatur, à puniceo caudæ colore. Autor Plin. lib. 10. cap. 29. Theodorus ex Arist. rubeculam vertit.

Erithales [...], Herba est semper virens, quæ alio nomine sedū, sive semper vivum minus appellatur. V de Plin. l. 25. c. 13.

Ericius militaris, Est machina militaris, infestis undiq; horrens telis ut aculeis echinus. Salustius: Saxaq; ingentia, & axe vincti orbes per pronum incitabantur, axibusque eminebant in modum ericii militaris veruta binûm pedum.

Erivo, as, penult. prod. Rivis factis educo, evacuo. [...]. Gall. Euacuer & faire escouler par ruisseaux. Ital. Scolare per condutti, vuotare. Germ. Das wasser in gräblinen hinauß tichten. Hisp. Vaziar la agua. Polon [...]. Vng. [...]. Ang. To make emptie and voyde by a river.] Plin. lib. 17. cap. 26. Cæterùm majore in parte orbis etiam pluvias Autumni aquas erivari convenit.

Erodius, m. t. [...]. Vngar. Gém.] Homero, avis est quæ in coitu sanguinem excudat: unde nomen impositum creditur. Quænam tamen avis sit, non satis convenit inter scriptores. Suidas enim ciconiam putat esse, aut aliquam ciconiæ similem, putatque erodion dictam quasi elodion, quòd scilicet in paludibus versetur. August. fulicam esse credit, Theodorus ardeolam.

Erodo, is, ere, Rodo. [...]. Gal. Ronger autour. Ital. Rodere. Germ. Benagen. Hispan. Roer. Pol. [...]. Vng. [...]. Ang. To gnaw of.] Plin. lib. 11. cap. 29. Omnia verò morsu erodentes. Colum. lib. 10. Nec solum teneras audens erodere frondes. Erosus sale. Plin. lib. 12. cap. 9.

Erogennēton, [...], Herba est sic dicta quòd amatoriis convenit. [...] enim, & [...] gigno, & [...] amor dicitur.

Erogo, as, pen. corr. Distribuo, & expendo. [...]. Gall. Eslargir, distribuer, donner à celuy qui demande. Ital. Distribuire, spendere. Germ. Außgeben / außspenden. Belg. Wtdeelen. Hispan. Distribuir y dar alguna cosa. Polon. Wydaie, naklad czinię. Vngar. [...]. Ang. To give or bestowe, to spend, to laye out.] Plin. epist. 240. Deinde quam ipsi erogare in oleum soliti, parati sunt in operibus balinei conferre. Erogare pecunias ex ærario. Cic. in Vatinium: Vnde in eos sumptus pecunia erogaretur. Liv. 1. ab Vrbe. ¶ Invenitur etiam exrogare, quod est (ut Festus inquit) ex lege vetere per novam legem eximere.

Erogatus pen. prod. particip. [...]. Gall. Distribué. Ital. Distribuito. Germ. Außgegeben / außgetheilt. Hispan. Distribuido. Pol. [...]. Vngar. [...]. Ang. Spended, bestowed.] Vt pecunia publica ex ærario erogata. Cic. 5. Verr.

Erogito, as, pen. corr. [...]. Gall. Fort prier & souuent. Ital. Pregare instantemente. German. Heftig vnd treungenlich bitten. Hisp. Con instancia y muchas vezes preguntar. Polon. Wipraßam. Vngar. [...]. Ang. To pray or requeste much or often.] Vehementer rogo. Plaut. Capt. Interibi ego ex hac statua verveces volo Erogitare meo minore quid sit factum filio.

Erŏgātĭo, verbale, f.t. Distributio. [מחלקת *machaloketh.* *ἱκδοσις, ἰερανος.* Gall. *Distribution, donaison, despense, largesse.* Ital. *Distributione, despensa.* Germ. Außgebung / Außtheilung / Außspendung. Hispan. *Aquella distribucion al que euega.* Pol. *Wydawanie, rozdawanie.* Vng. *Ki eszkagadás el költés.* Ang. *A geuing or bestowing.*] Vt erogatio pecuniæ. Cic. ad Att. lib. 15. Plin. in Paneg. Vt tot impendiis, tot erogationibus sola sufficiat. Atq; hic in malam sumitur, quemadmodum apud Suet. plerisq; in locis, nempe pro largitionibus & profusionibus pecuniarum.

Ĕrōs. [עגבה *hagbhāh.* *ἔρως.* Gal. *Amour.* Ital. *Amore.* Germ. Liebe. Hispan. *Amor.* Pol. *Milóść.* Vng. *Szerelem szeretet.* Ang. *Loue.*] Amor, Latinè: unde erotica carmina: id est, amatoria. ¶ Fuit etiam nomen Comœdi hujus meminit Cicer. in Orat. pro Roscio Comœdo.

Erothales, Aizoum majus apud Diosc. lib. 4 cap. 91. Sic dictum, quia amatoriis conveniat.

Ĕrōtēmă, atis, n.t. Græca dictio, Latinè, Interrogatio. [*ἐρώτημα.* Gal. *Interrogation.* Ital. *Interrogatione.* Germ. Ein Frag. Hisp. *Pregunta de respuesta.* Polon. *Pitanie.* Vng. *Kérdés.* Angl. *An interrogation.*] ¶ Est item erotema Aquilæ figura quædam, quam Cicero interrogatum vertit: qua utimur ubi exacervandi aliquid interrogamus ut exaugeamus rei invidiam. Differtque à pysmate: hoc est, à quæsito. quòd ad erotema una voce respondeti possis negando vel confitendo: ad pysma verò nonnisi pluribus.

Ĕrōtўlŏs, *ἐρωτύλος*, Gemma eadem quæ enepicoros, & hieromnemon dicitur: a Democrito præcipuè laudata in argumentis divinationum. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Ĕrro, erras, errare, n.p. Vagor, labor, errore ducor, pecco, offendo. [שגה *schagah* תעה *ta‛ah* נוע *nua‛h* בשגש *schog(h)ah.* *ἀλητεύω, πλανάω.* Gall. *Aller cà & là, s'esgarer, se fouruoyer.* Ital. *Errare, fallare.* German. Irren, oder irr gehn. Hisp. *Errar.* Polon. *Bładzę, chybiam się.* Vngar. *Tévelygök, bujdosom.* Ang. *To stray abrode, erre, to wander, to be deceiued.*] Virgil. 1. Aen.-heu, si qua, juvenes, monstrate, mearum Vidistis si quam hic errantem forte sororum. Cic. 3. Tusc. ex Homero: Qui miser in campis mœrens errabat Aleis. ¶ Sed quoniam pecudes errando: id est, vagando pascuntur, errare ponitur pro pascere. Virg. 3. Eclog. Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ. ¶ Errare aliquando est putare, vel approbare verum esse quod falsum est, vel falsum esse quod verum est: vel certum pro incerto, sive falsum sive verum sit: *σφάλλομαι, πλανῶμαι.* Vnde sciendum quòd licet quis absque ignorantia errare nequeat, non continuò qui aliquid nescit, errare: sed qui se existimat scire quod nescit, & falsum pro vero, sive incertum pro certo approbat. Quæ tamen significatio metaphorica est. Cic. 12. Philip. Cujusvis est hominis errare, nullius nisi insipientis perseverare in errore. Idem 5. Verr. Erravit, an potiùs insanivit Apronius? Terent. Andr. Hicce, non tibi habeo, ne erres. Idem in Eunuch. Quid tu his rebus credis fieri? tota erras via.

Ĕrrātur, Pass. Cicer. 4. de Finib. Si aut res ignoratur, aut erratur in nomine. Hinc Erratus, a, um, Particip. pass. Virgil. 3. Aeneid. Talia monstrabat relegans errata retrorsum Littora Achæmenides. Ovid. 3. Fast. Protinus erratis læti vescuntur in agris. Id est, quos errando lustraverant. ¶ Composita sunt, Aberro, Deerro, Oberro, Pererro, Exerro: quorum significata vide suis locis.

Ĕrrŏr, ris, m.t. ut scribit D. August. in Enchir. est existimatio, vel approbatio veri pro falso, & certi pro incerto, vel è converso. [מדוחה *nedhuah* שלו *chalú* משגה *mischgheeh.* *πλάνη.* Gall. *Erreur, esgarement, fouruoyement, faute faite par ignorance.* Ital. *Errore, fallo.* German. Irrthumb / fehl. Belg. Dwalinge. Hisp. *Errada.* Polo. *Błąd, chyba.* Vngar. *Tévelygés bujdosás.* Angl. *An errour, a straying abrode.*] Cic. 1. Acad. Omnes enim qui ad illa arma fato sumus nescio quo Reipub. misero funestoq; compulsi: etsi aliqua culpa tenemur erroris humani, à scelere certè liberati sumus. Horat. in art. Quid deceat, quid non? quò virtus, quò ferat error. ¶ Propriè autē error est deflectio à via, quum scilicet viæ ignari, extra iter institutum deflectimus. ¶ Inter errorem & errationem hoc interesse Donatus existimat, quòd error, animi sit: erratio, pedum, *πορεία.* Terent. in Adelph. Sanè hàc multò propiùs ibis, & minor est erratio: id est, minus est spatii quo erras. Cic. de Vnivers. Itaq; eum ab omni erratione liberavit.

Ĕrrābundus, di. Affatim vel valdè errans, vagabundus. [נוד *nodhedh* נד *nadh.* *πλανώμενος, ἀλήτης.* Gall. *Vagabond, qui va errant cà & là.* Ital. *Errabondo, vagabondo.* German. Irrend / umbschweiffend. Hisp. *Vagabondo, erradizo.* Polo. *Bładzący.* Vng. *Tévelygő bujdosó.* Ang. *That wandreth much, a vagabond.*] Liv. 1. ab Vrbe: Quum nunc in liminibus starent, nunc errabundi domos suas, ultimùm illas visuri, pervagarentur. Virg. 6. Ecl. Si quà fortè ferant oculis sese obvia nostris Errabunda bovis vestigia.

Ĕrrātĭcus, tica, cum. Vagabundus, qui scilicet certa seda carens, errat & vagatur. [נוד *nodhedh* נד *nadh.* *πλανητικός.* Gal. *Errant, vagant cà & là.* Ital. *Erratico, errante.* Germ. Vmbschweiffig. Hisp. *Erradizo.* Polon. *Błąkający się.* Vngar. *Bujdosó tévelygő.* Angl. *That wandreth or strayeth much.*] Gel. lib. 2. cap. 2. Interibi aliquot ex iis qui aderant, erraticum esse hominem dicere, & nullius rei incolamque sordentium ganearum. Hinc etiam herbæ erraticæ, & frutices erratici dicuntur qui non sunt sativi, sed ubique sua sponte latè serpunt. Plin. lib. 19 cap. 8. Est & erraticum intubum quod in Aegypto cichorium vocant. Sic Erratica brassica, apud Colum.

Ĕrrātum, ti, n.s. Peccatum. [שלו *schalú* אשם *aschám.* *σφάλμα, πλημμέλημα.* Gal. *Faute promotement prouenant par ignorance.* Ital. *Errore, peccato.* Germ. Ein sünd / fehl. Belg. Sunde. Hispan. *Yerro, yerror.* Pol. *Błąd, Grzech.* Vngar. *Vétek, bűn.* Ang. *A fault comming of ignorance.*] Cic. Tironi: Tantum mihi dolorem cruciatumq; que attulerunt errata meæ ætatis, ut non solùm animus à factis, sed aures quoq; à commemoratione abhorreant. Idem 2. de lege Agrar. Cui errato nulla venia, rectè facto exigua laus.

Ĕrrātĭo, verb. f.t. Error. [מנוד *menód* מתעה *nedhah.* *τὸ πλάνημα, ἡ πλάνησις.* Gal. *Fouruoyement, esgarement.* Ital. *Esso errare.* Germ. Irrthumb / misstritt. Hisp. *Obra de errar.* Pol. *Błądzenie.* Vngar. *Tévelygés.* Ang. *A wandring, a straying abrode.*] Terent. in Adelph. Sanè hàc multò propiùs ibis, & minor est erratio. Cic. 2. de Nat. deor. Nulla igitur in cœlo nec fortuna nec temeritas, nec erratio, nec vanitas inest: contraque omnis ordo, veritas, ratio, constantia. Idem de Vnivers.

Ĕrrantĭă, Idem Accius Neoptolemo: Satis jam dictū est, neq; ego errantia animi pravè morigerabor. Nonius. Antiquum.

Ĕrrōnēs, m.c. Qui incertis sedibus vagantur. [נודים *nodhim.* *πλανῆται, περιφερόμενοι, ἀλῆται.* Gal. *Vagabons errans.* Ital. *Vagabondi, vaghi, erranti.* German. Vmbschweiffer / Vaganten / Landtstreicher. Belg. Lantlooper. Hisp. *Vagabundos, erradizos.* Pol. *Tułacze, vagantowie.* Vngar. *Budosók, kuritolók, koslatók.* Ang. *Vagabondes.*] Tibul. Atque iterum errorem sub tua signa voca. Sappho apud Ovid. in Epist. Nec vos erronem tellure admittite nostrum. Vlpiano Errones appellantur servi qui non quidem fugiunt, sed frequenter sine causa vagantur, & tempore in res nugatorias consumpto, seriùs ad dominum redeunt.

Ĕrrōnĕus, Qui vagatur, erro. [נודד *nodhedh* נד *nadh.* *πλανήτης, πλάνος.* Gall. *Vagabond.* Ital. *Vagabondo.* German. Vmbschweiffer. Hispan. *Vagabundo.* Pol. *Biekacz, tułacz.* Vngar. *Budosó, kuritoló.* Ang. *A vagabond.*] Col. lib. 7 cap. 12. Maximè autem debent in custodia vigilaces conspici, nec errones, sed assidui & circumspecti magis quàm temerarii. De canibus loquitur. Vlpian. in L. ædiles, de Aedilit. edict. Si aleator erroneus vel vinarius sit factus.

Ĕrŭbesco, scis, n.c. Propriè significat rubore suffundor, rubeo. [בוש *bosch* חפר *caphar.* *ἐρυθριάω.* Gall. *Rougir de honte, auoir honte & vergongne.* Ital. *Arrossire.* Germ. Schamrot werden. Hispan. *Envergonçarse.* Polon. *Wstydzę się.* Vngar. *Meg pirulok, magam meg szégyenlem.* Ang. *To blushe or be ashamed.*] Ovid. 2. Amor. Eleg. 8. Sensi te totis erubuisse genis. ¶ Et quia quos alicujus rei pudet, ferè rubore suffunduntur, factum est ut erubescere accipiatur pro pudore suffundi. Cicer. 1. de Legib. Erubescunt pudici etiam loqui de pudicitia.

Ĕrūcă, cæ, penult. prod. f.p. Genus vermis qui in olerum folia repit, abroditque præsertim brassicas. [חזם *hazám.* *κάμπη.* Gal. *Chenille, chatepelouse.* Ital. *Ruga verme.* German. Ein raup / grasswurm. Belg. Een rupse. Hisp. *La oruga gusano.* Polon. *Gasienica, gąsiánka.* Vngar. *Hernyó.* Ang. *A canker, a worme that commonly eateth coleworres.*] Vnde etiam ab erodendo eruca appellata est. Colum. lib. 11. Vbi verò apricis regionibus, post pluvias, noxia incesserunt animalia, quæ à nobis appellantur Erucæ, Græcè autem *κάμπαι* nominantur, vel manu colligi debent, vel matutinis temporibus frutices olerum concuti. Sic enim adhuc corpent nocturno frigore, si deciderint, non ampliùs in superiorem partem prorepunt. ¶ Est etiam herba quædam virtutis calidæ, quæ venerem excitat. [*εὔζωμον.* Gall. *Herbe nommee Roquette.* Ital. *Ruchetta.* Hispan. *Oruga yerua.* Polon. *Włoska gorczyca.* Ovidius de remedio am. Nec minus erucas jubeo vitare salaces. Colum. lib. 10. Excitet ut Veneri tardos eruca maritos.

Ĕructo, as, act.o. est frequentativum verbi erugo, is. [חוציא *hib-biah.* *ἐρεύγομαι.* Gall. *Roter, jetter & mettre hors.* Ital. *Ruttare, rutegiare.* Germ. Herauß görbsen. Belg. Wtripsen. Hispan. *Echar regoldando.* Pol. *Wyrzygam, rzygam.* Vngar *böfögök.* Ang. *To belke or break wynde out of the stomache, to cast out.*] Erugere enim (ut Festus docet) semel factum significat, eructare, sæpiùs. Est autem eructare, ructando aliquid ejicere. Horum omnium primitivum est vetus verbum Rugo, is, ruxi, ructum. Vnde fit Ructus, hujus ructus, quod crudi stomachi sonitum significat, quem edere solent qui plus æquo onerarunt ventriculum, *ἐρυγμός.* Item Ructo, ctas, quod est sonitum ejusmodi edere, *ἐρεύγομαι.* Iuvan. Si bene ructavit, si rectè minxit amicus. ¶ Pro eodem etiam nonnunquam invenimus Ructor deponens. Horat. Hic dum sublimes versus ructatur. ¶ Hinc rursus fit secundum frequentativum Ructito. Col. lib. 7. Gemitus exprimit, locoq; stare non patitur: sæpè decumbere & ructitare cœpit, caudamq; crebriùs agere. Eructare autem propriè (ut jam diximus) significat ructando aliquid emittere, vel ejicere. Virgil. 3. Aen. de Polyphemo: -saniem eructans, ac frustra cruento Per somnum commista mero. ¶ Per translationem tamen accipitur pro quovis modo ejicere. Virg. 6. Aen. de Acheronte: -vastaq; voragine gurges Aestuat, atq; omnem Cocyto eructat arenam. ¶ A ructo fit etiam alterum compositum irructo.

Ĕructātĭo, f.t. [*ἔρευξις* vel *ἐρυγμός.* Vng. *Böfögés.*] Iulius Firmicus libro 4. Mathes. Quos intrinsecus dolor collectus assidua eructatione discruciat.

Ĕrŭdĕro, as, penult. corr. n.p. Ruderibus expurgo. [סקל *sikkél.* *ἐκχερμόω.* Gallicè, *Nettoyer de toutes pierres plastras & autres matieres de vieux edifices.* Italicè, *Purgare, nettare vn campo di pietre & altr*

aluveolordure. German. Seubeten von dem unrath und gemüsel so ein alt zerbrochen gemeur gibt/alß stein/kalch/ꝛc. Hisp. *Limpiar la vassara ò pozo, desspedregar.* Pol. *Pussczia kiego lamoigu czysczje.* Vngar. *Rom les aékos töredekös ki fztitok.* Angl. *To tak eway rubbeu or rubbish of auld houses.*] Sunt autem rudera, purgamenta, putà, cæmentum lapides confracti, arenaicalx, & hujusmodi ex ruinis congesta. Hinc eruderatur ager, qui veterum ædificiorum materia scatet. Eruderare itaque, est purgare, & rudera ejicere. Varr. 2. de Re rust. cap. 2. Solum oportet esse eruderatum, & proclivum, ut everri facilè possit.

Ērŭdĭo, is, pen. corr. act. q. Ex rudi doctum facio, doceo, instituo, expolio, imbuo. [למד *limmádh* אלף *illéph* השכיל *hischchil* יסר *jasár* παιδεύω, μυθεύω. Gall. *Enseigner, endoctriner, instruire.* Ital. *Ammaestrare, instruire.* Germ. Underweisen/lehren. Hispan. *Enseñar doctrina.* Polo. *Vcze, pokazuie.* Vngar. *Tanitom, oktatom, bölcsé teszöm.* Ang. *To teach, to instruct.*] Cicer. 1. Tusc. Philosophia verò omnium mater artium quid est aliud nisi ut Plato ait, donum: ut ego inventum deorum? Hæc nos primùm ad illorum cultum, deinde ad jus hominum, quod situm est in generis humani societate, tum ad modestiam magnitudinemque animi erudivit.

Ērŭdĭtĭo, f. t. Doctrina institutio. [לקח *lekách.* παίδευσις, μάθησις. Gal. *Erudition, avoir instruction, enseignement.* Ital. *Dottrina, scienza.* German. Gelehrte. Hisp. *Enseñanaca de doctrina.* Polo. *Nauka, vmiejetnosc.* Vng. *Tudomany, tanulsag.* Ang. *Erudition, cunning.*] Cic. 1. de Finib. Nullam eruditionem esse duxit, nisi quæ beatæ vitæ disciplinam juvaret. Idem 1. Acad. Sine eruditione Græca intelligi non possunt. Idem 2. de Orat. Omnis eruditionis expers, atq; ignarus.

Ērŭdĭtŭs, particip. Edoctus, institutus. [מלמד *melummá h.* πεπαιδευμένος, πεπαιδευμένος. Gal. *Appris savans, endoctriné, instruit.* Ital. *Ammaestrato.* Germ. Gelehrt. Hisp. *Enseñado en doctrina.* Pol. *Nauczony wyczony.* Vng. *Tanitatot.* Ang. *Instructed, taught.*] Cic. Qu. Fratri, lib. 1. Sic verò fallaces sunt permulti, & leves, & diuturna servitute ad nimiam assentionem eruditi. Idem 3. de Orat. Nonne Socratici erant disputationibus eruditi?

Ērŭdĭtŭs, m. f. nomen. Doctus, sciens, literatus: [למוד *limmúdh.* πεπαιδευμένος, ἀκριβής. Vngar. *Bölts, tudos.* Angl. *Learned, cunning.*] ut, Erudita operatio id est, scitè facta. Plin. lib. 11. cap. 14. Tertium araneorum genus erudita operatione conspicuum. Disciplina juris civilis eruditissimus. Cic. 1. de Orat. Colum. l. 8. cap. 16. Doctaq; & erudita palata fastidire docuit fluvialem lupum. Quintil. lib. 1. cap. 5. Hoc eruditius quæritur. Vide Doctus in DOCEO.

Ērŭdītē, & Ērŭdītĭŭs adverbia. [Vng. *Böltsen, tudóssan.* Ang. *Learnedly, cunningly.*] Colum. Agriculturæ lib. 1. cap. 2. Duo volumina similium præceptorum de vineis Iulius Græcinus conscripta facetiùs & eruditiùs posteritati tradenda curavit.

Ērŭdītŭlŭs, li. diminutivum. [Vng. *Böltseske, tudosotska.* Ang. *Some what learned, a litle, master in learning.*] Catull. in Mamurram & Cæs. Morbosi pariter, gemelli utrique Vno in lectulo, erudituli ambo.

Ērūgo, as. pen. prod. are, act. p. Cutem extendo, & rugas tollo. [ἐκρυτιδόω. Gall. *Oster & faire en aller les plis & rides.* Ital. *Distendere, levar via le grinze.* Ger. Die runtzlen vertreiben. Hisp. *Desarrugar, quitar arugas.* Pol. *Zmarszczenie odeodgam.* Vng. *Ki terjesztöm, ki feszitöm.* Ang. *To take away wrinckles.*] Plin. l. 12. c. 19. Lichenas, & lepras, & furfures in facie emendant: erugant corpora.

Ērūgātĭo, verbale. f. t. quo usus est Plinius, lib. 18. cap. 21. [ἐκρυτίδωσις. Gall. *Desridement, ostement de rides.* Ital. *Esso cacciare la rugine.* German. Vertreibung der runtzlen oder rumpffen. Hispan. *Obra de desarrugar y quitar las arrugas, desarrugamiento.* Pol. *Zmarszczenia wirarci.* Vng. *Ki terjesztés, ki feszités.* Ang. *A taking away of wrinckles.*]

Ērvĭlĭă, f. p. Genus est leguminis, folio quàm faba longiore, flore apibus gratissimo: ideo rei rusticæ scriptores circa alvearia seri præcipiunt. [ὄροβος. Gall. *Pois.* Ital. *Arabeia.* Germ. Erweissen. Belg. Erwitten. Hisp. *Arveja.*] Colum. lib. 1. Sasetna putat agros stercorari lupino, faba, vicia, ervilia.

Ērumpo, is. n. t. Cum impetu egredior, eruptionem facio. [בקע *bikk(éah)* פרץ *parás.* ἐκρήγνυμι. Gall. *Saillir & sortir avec violence & impetuosité, faire une saillie.* Ital. *Vscire fuori con empito.* Germ. Herausbrechen/hinausfallen. Hisp. *Salir con impetù.* Pol. *Wipadam, wyriwam sie.* Vng. *Ki rohanok, ki fakadok.* Angl. *To brust out or to break out with force.*] Cæs. 1. bell. Civil. Quò paratiores essent ad insequendum omnes, sive noctu sive interdiu, erumperent. Cicer. 1. in Catilinam: Sed nescio quo pacto omnium scelerum, ac veteris furoris, & audaciæ maturitas in nostri consulatus tempus erupit. ¶ Erumpere ad pugnam. Colum. lib. 9. cap. 4. de Apibus. ¶ Erumpere ab aliquo. Ovid. in Ibin: -Stygiis erumpere nitar ab oris. ¶ Erumpere ex Cic. pro Sestio: Conjuratio ex latebris atque ex tenebris erupit. ¶ Erumpet in nervum isthæc fortitudo. Terent. Phorm. O vir fortis atque amicus: verùm hoc sæpè Phormio Vereor, ne istæc fortitudo in nervum erumpat denique. Vbi Donatus, Ex consuetudine Romana dixit: quia sæpè in nervum conjiciebantur ex aliquo maleficio in carcerem missi. An proverbium à sagittariis natum est, quòd immoderatæ plerunq; vires adducendo arcu non telum incitent, sed nervum rumpant? an ex eo quòd sæpè fortiùs ferientes, nervum sibi aliquem lædant? Ergo fortitudine nimia sæpè vinci, sæpè decipi contingit. ¶ Invenitur interdum activè positum cum accusativo à tergo. Terent. in Eunucho: Iámme erumpere hoc licet mihi gaudium?

Ērŭptĭo, verbale, f. t. quæ propriè dicitur cùm milites ex urbe vel ex castris impetum in hostes faciunt. [פרץ *perés.* ἐκδρομή, ἐκβολή. Gall. *Saillie ou sortie avec impetuosite.* Ital. *Lo uscire con empito.* German. Ein außbruch/das hinauß fallen. Hispan. *Aquella obra di salir con impetu.* Polon. *Wyaręszka, wyrwanie.* Vngar. *Kirohanás, fakadás.* Ang. *A brusting or breaking out.*] Cæsar. 1. bell. Civil. Non solùm ab eruptionibus caveant, sed etiam singulorum hominum occultos exitus observent.

Ērunco, as, Herbas noxias, & spinas, fruteta que evello. [ἐκβοτανίζω. Gall. *Sarcler, arracher les herbes inutiles qui croissent en quelque champ parmi les bonnes.* Ital. *Purgare, ò tirar via l'herbe.* Germ. Außreuten. Hispan. *Rozar ò arraincar las y ruas.* Pol. *Wikorzentam zioláskodliwe, plewie.* Vngar. *K gyomlátom.* Ang. *To weede or pluck up weedes.*] Antiqui enim, teste Festo, runcam dicebant quæ deinde runcina cœpit vocari: hoc est, instrumentum ferratum quo radices spinæq; in agris solent excindi. Hinc verbum runcare, & compositum eruncare.

Ērŭo, is, act. t. ejicio, extraho. [הוציא *hisfil* חלץ *chillés.* ἐξερύω, ἐξαιρέω. Gall. *Tirer hors, arracher de parmi, demolir.* Ital. *Cavare, tirare.* Germ. Außreissen/außziehen/herfürziehen. Belg. Wtrecken. Hispan. *Sacar à fuereslo escondiao.* Polon. *Wyrwam.* Vngar. *Ki vatom, ki vonyom.* Ang. *To draw out with force by the rootes.*] Col. lib. 7. cap. 5. Subluvies & intertrigo pice per se liquida, vel alumine & sulphure atque aceto mistis ritè eruentur. Plin. lib. 11. cap. 37. Certè nulli sine redundantia ejus eruitur oculus. ¶ Interdum est in totum destruere. ἀναιρεῖν. Lactant. lib. 7. Eruentur funditùs civitates. Virgil. 2. Aeneid. -Trojanas ut opes, & lamentabile regnum Eruerint Danaï. ¶ Est etiam eruere, perscrutando invenire, & veluti ex abditissimis latebris in lucem proferre. Cic. pro Muræna: Ex animalium vetustate eruenda est memoria nobilitatis tuæ. Sic idem 2. de Orat. dixit. Cura & cogitatione aliquid eruere: hoc est, investigare & invenire. Idem 2. Tusc. Si verò scrutari vetera, & ibi ea quæ scriptores Græciæ prodiderunt, eruere coner, &c.

Ērvŭm, n. s. [ὄροβος. Gal. *Ers.* Ital. *Moclo.* German. Roßwicke. Belg. Ervem/peerdowicken. Hisp. *Iervos, hiergos, cizylaon, emillaqua.* Pol. *W ka.* Vngar. *Vaslentse, lödnök.*] Genus leguminis, siliqua cylindracea, fructu lignoso, nec lenticulæ dissimili: cujus duo sunt genera, alterum candidum, alterum rufum. Candidum dulcedine præstat. Vtrunque in siliquis grana sine septo habet, quæ se invicem ipsa tangat. Siliquæ forma teres, & ad rationem grani cylindracea. Patientissimum vetustatis est: in eo tamen phalangium innascitur. Col. Ervum lætatur loco macro, nec humido: quia plerunque corrumpitur. Virgil. 3. Eclog. Eheu quàm pingui macer est mihi taurus in ervo. Dictum ervum ab eruendo: capitur enim & manu vellitur. Hoc semen à Delphinatibus, apud quos abundat, illorum lingua vocatur *Des erz.*

Erygion, Aloë. Diosc. lib. 3. cap. 4.

Ērўngĭŏn, sive Eryngе. [ἠρύγγιον. Gal. *Panicaut ou chardon roland.* Ital. *Cento capi.* Germ. Manstrew oder Brachendistel/ein kraut. Belg. Cruysdistel. Hisp. *Cardo corredor.* Polo. *Mikolaiek.* Vngar. *Szamár tövis, szunyog tövis.*] Herba ex genere aculeatarum, passim in campestribus nascens, quam alio nomine à capitulorum multitudine Centum capita appellant. Vide Plin. lib. 22. cap. 7. & lib. 11. cap. 15. & 16.

Ērўsĭmŏn, ἐρύσιμον. Gal. *Velar, de là tortelle.* Ital. *Irione.* Germ. Hedetich. Belg. Wilde mostaert. Hisp. *Rinchaon.*] Semen est non dissimile sesamo, teste Galeno, lib. 1. de Aliment. facult. sed deteriùs, parciusque nutriens. Romani *irionem* vocant, teste Plin. lib. 22. cap. ult. ¶ Alii genus herbæ esse volunt, ut Diosc. lib. 2. Alii agreste nasturcium. Alii cum frugibus annumerant, alii cum oleribus.

Ērўsĭpĕlăs, atis, n. t. [ἐρυσίπελας. Gal. *Le feu saint Antoine.* Ital. *Erysipelas, fuoco di sant Antonio.* Germ. Carfunckel/das Gloet oder S. Antons fewer. Belg. Sint Antonis vier/de Roose.] A Celso, ulceris genus, quum super inflammationem rubor ulcus ambit, isque cum dolore procedit. Nascitur ex intemperie composita primarum qualitatum cum affluxu flavæ bilis, teste Galeno lib. 1. de different. morb. Apud Celsum titulus quidam sic habet, Curatio erysipelarum: ac si nominativus esset erysipela, quo in loco arbitror legendum; *Curatio erysipelatum.* ¶ Erysipelas, autore Galeno, is tumor est, qui ex tenui sanguine interim & cum bilis parte incenso ac fervente consistit. Serenus. ¶ Est etiam morbi species, quæ dicitur ignis: Languida quo multo torrentur membra calore. Quanquam me non fallit quid alii faciant, ἐρυσίπελας. Fit in vulva, quando vulva effectum igni similem sentit, & tunc inflammatur ipsa, & in aliquibus penetrat interdum usque ad alias partes secundæ. Vel, Est rubor inflammatus, qui cum ardore febrem aliquando, interdum horrorem infert.

Ērўsĭscēptrum, n. s. ἐρυσίσκηπτρον, Multæ herbæ hoc cognomine apud Diosc. leguntur, quo nominis etymo, aut qua tandem ratione, non video: nisi quòd Hermolaum Barbarum, & M. Vergilium dubitare video. Asphaltum vocant.

Ērўthăcē, ἐρυθάκη, Herba quam alii sandaracham, alii cerinthum nominant. Hic est apum, dum operantur, cibus, qui sæpè in favorum inanitatibus invenitur sepositus, saporis amari, sed plenus humoris, Varr. 3. de Re rust. cap. 16. Erythacen vocant, qua

quà favos extremos inter se conglutinant. Erythace à coloris rubedine dicitur. Græcè enim [illegible], rubor appellatur.

Erythăcus, Vide ERITHACUS.

Erythinūs, five Erythrinūs, [illegible] Oppiano. Gal. *Rouget*. Ital. *Phragolino*. German. Ein gattung Meerfisch/ von farb rotlecht. Hisp. *Pagel*.] Piscis ex fhagio simillimus, rubescentis coloris, excepto ventre candido, cujus oculi guttis aureis distinguuntur. De eo Arist. hist. lib. 8. cap. 13. Oppianus 1. Halieut. Plin. lib. 32. cap. ult. lib. 9 cap. 16. In quodam genere omnino non sunt mares, sicuti in Erythrinis, & channis: omnes enim ovis gravidæ capiuntur, quod est desumptum ex Arist. hist. lib. 4. & 6.

Erythra Melissophyllon, Diosc. lib. 2. cap. 117.

Erythrănōn à colore acinorum, Hederæ genus, de quo vide Bar. in Coroll.

Erythrănum, Satyrium. Diosc. lib. 5. cap. 146.

Erythrŏdănum, [illegible] Gall. *Garance*. Ital. *Robbia da tingere*. Germ. Rötber röte/ ein kraut. Hisp. *Laruvia*. Polon. *Marzana* [illegible] Vngar. *Festö fü* Ang. *Madder herbe to die or colour with*.] Herba est rubram habens radicem, qua tinguntur lanæ. Latini rubiam tinctorum appellant. Vide Plin. lib. 24. cap. 11.

Erythrŏs, [illegible] Gall. & Ital. *Sumach*. Germ. Ein hatter roter samen der Apotec. Hisp. *Sumagre fumach*.] Frutex, alio nomine ruhs appellatus, cujus folio curiarii in condensandis pellibus utuntur. Vnde & excoriarium fruticem quidam appellarunt. Vide Plin lib. 24. cap. 11. Galli *Vinum* vocant.

Erythrotaones. [illegible] Gall. *Phesant bruant*. German. Aurhan/ Pirckhaner. Belg. Orhan. berckhan. Vng. *Fajd*. Ex antetum genere volucres, in quibus nitor eximius absolutaq; nigritia, & in superciliis cocci rubor: ita dicti, quasi [illegible]: hoc est, rubri pavones.

E ante S.

E.S. In notis antiquorum, E senatu. E.S. AE.MR è sacra ædeMartis. ESS. VDD. MM. R. esse videndum monumentum Regis. EE. esse, vel ex edicto. EE. I. P. esse in potestate, vel in posterum. EE. M. G. P. esse magis potest, vel, magister potest. EE. M. F. I. esse magis fieri jussit. EE. N. P. esse non potest. E. ERG R. ejus ergo rex.

Esalōn, Vide ABSALON.

Escă, f. p. ab edendo dicta: Cibus non solùm hominū, verùm etiam omnium animalium. [illegible] Gal. *Viande, mangeaille, amorse, pat*. Ital. *Esca, cibo*. Germ. Speyß oder aß. Belg. Spyse oft aes. Hisp. *Manjar o yesca, como ael hingo*. Polon. *Pokarm*. Vngar. *Etel, etedel*. Ang. *A bayte, foode*.] Ovid. 2. Amor. Elegia 6. Nux erat esca tibi, causæq; papavera somni. Cic. 2. de Nat. deor. Sus verò quid habet præter escam? ¶ Accipitur præterea, pro eo quod datur avibus, piscibúsve decipiendi gratia. Cicer. de Senect. Divinè enim Plato escam malorum, voluptatem appellat: quòd ea videlicet homines capiantur, ut hamo pisces. ¶ Vnde inesco, as, est porrecta esca decipere aves, vel pisces, & per translationem, homines aliqua illecebra in perniciem aut ducere. Terent. in Adelph. Nunquam rem facies, abi, ut [illegible] inescare homines, Sannio.

Escārĭŭs, a, um, Quod ad escam pertinet. Escaria vasa. [illegible] Gall. *Appartenant à viandes*. Ital. *Cosa che a vivande si appartiene*. German. Das zur Speiß gehört. Hisp. *Cosa de comer*. Polon. *Pokarmowy*. Vngar. *Etkes, eteknez valo*. Angl. *That belongeth to foode*.] Plin. lib. 36. cap. 26. Ad escaria vasa totum rubens vitrum, non translucens. Escaria mensa, teste Festo, dicitur quadrata, in quo homines epulantur. Vincula escaria. Plaut. Menæch. Facilè asservabis dum illo vinclo vincies. Ista istæc nimis lenta vincula sunt escaria.

Escālĭs, & hoc escale, pen. prod. [illegible] Vng. *Megetheto, edenivalo*.] Paul. in L. Quum quidam ff. Supell. leg. Escale autem vel potorium argentum non deberi.

Esculentŭs, a, um, Quod esui aptum est. [illegible] Gal. *Bon à manger*. Ital. *Mangiatiuo*. Germ. Essig/ das gut zu essen ist. Hisp. *Cosa de comer*. Pol. *Do jedzenia sposobny*. Vngar. *Eledel re valo, meg etheto*. Ang. *Any thing to be eaten*.] Plin. lib. 10. cap. 10. Notatum milvos nihil esculenti rapere unquam ex funerum ferculis. Cicer. 2. de Nat. deor. Atque ita eligere ex iis quæ sunt esculenta. Ibidem: Iam gustatus, qui sentire eorum quibus vescimur, genera deberet, habitat in ea parte oris qua esculentis & poculentis iter natura patefecit. ¶ Omnia esculenta obsessis, [illegible] Quum urget necessitas nihil nō facimus: & vehemēter famelicis nullus non suavis est cibus.

Escŏ, as, are, Solinus usurpat cap. 53. ad finem: Noceri eis omnibus quidem locis nefas ducunt, sed in Thessalia vel maximè, ubi serpentum immanis copia est, quosdam escandi gratia infectantur, regionibus Thessaliæ plurimum mali detrahunt. De ciconiis.

Eschără, [illegible] Vng. *Sebtsorpelles*.] Græcis dicitur crusta sive duritiës illa quæ vulneribus per cauteria quædam induci solet, quum sanguis aliter sisti non potest.

Escharŏtĭcă medicamentă, [illegible] dicuntur caustica, quæ vim habent escharam: hoc est, crustam inducendi.

Escŭlŭs, f. f. arbor est ex genere glandiferarum. [Germ. Ein Mispelbaum. Vng. *Makk*.] eadem cum illa (ut nonnulli existimant) quam Theophrastus [illegible]: id est, latifoliam appellat. Est autem fago magnitudine, & glande inferior, duplicem ferens gallam, alteram quernæ non dissimilem, sed nulli rei utilem: alteram nigram, tingendis lanis utiliorem. Dicta esculus, teste Servio in 2. Georg. quòd primi mortales, nondum inventis frugibus, glande ejus pro esca uterentur. Idem tamen Servius autor est principium hujus vocis diphthongo scribi cōsuevisse: cui tamen consuetudini hodie doctiores non obtemperant, plus originis rationi, quàm Servii autoritati tribuentes. Virg. 2. Georg. Altiùs, ac penitùs terræ defigitur arbos, Esculus in primis, quę quantum vertice ad auras Aethereas, tantum radice ad tartara tendit. De hac arbore vide plura apud Plin. lib. 12. cap. 1. & lib. 16. cap. 4. & lib. 17. cap. 20.

Escŭlĕŭs, a, um, [illegible], Quod est ex esculo. Pallad. li. 1. cap. 9. Deinde ut axes quernæ cum esculeis non misceantur. Ovid. 1. Metam.

Escŭlētum, ti, penult. prod. [illegible], Locus esculis consitus. [Vng. *Makfas hely*.] Horat. 1. Carm. Quale portentum neq; militaris Daunia in latis alit esculetis. Fuit autem locus in urbe qui nomen accepit ab esculis quæ ibi excisæ sunt: quemadmodum Fagutal à fagis, Lauretum à lauris, Cornetta à corneis. Varro.

Esdră, Compositio valens ægritudinibus cerebri, haud scio an Prophetæ illius, qui in Biblius sacris celebratur, an suo ipsius nomine confecta, cujusmodi sunt haud parum multa. Describitur à Nicolao.

Esopos, Sylvestris lactucæ genus, Diosc.

Esito, Vide EDO, es.

Esquĭlĭæ, Vide EXQUILIAE.

Essĕdum di. pen. corr. [illegible] Ger. Ein Rollwagen. Belg. Rollewagen. Polon. *Kolasa*. Vng. *Kolyakosi*. Ang. *A charriot or wagon*.] Vehiculum Gallorum, Britannorumq;, apud Belgas primò repertum. Cic. ad Attic. lib. 6. Hic vedius venit mihi obviam cum duobus essedis, & rheda equis juncta & lectica, & familia magna. Virg. 3. Georg. Belgica vel molli melius ferat esseda collo. ¶ Legitur etiam esseda genere fœminino. Seneca Epist. 57. In iis quæ me sine evocatione circumstrepunt, essedas transcurrentes pono. Hinc dicti esse darii, qui esseda regunt, aut qui ex essedis pugnant. Cic. Trebatio: Tu qui cæteris cavere didicisti, in Britannia ne ab essedariis decipiaris, caveto. Cæs. 5 bell. Gall. Equites hostium, esse dariiq; acriter prælio cum equitatu nostro in itinere conflixerunt.

Essentiă, f. p. [illegible] Gal. *Essence*. Ital. *Essenza*. Germ. Wäsenheit / gegenwertigkeit. Hispan. *Essencia*. Pol. *Podstat*. Vng. *Allat valo saggal valo lesel*. Ang. *Essence, the being of any thing*.] Vocabulum est religiosis quidem Latinæ linguæ observationibus non usitatum, à Philosophis tamen [illegible] melioris inopia in usum receptum, pro ipso Esse cujusvis rei, quam [illegible] Græci appellant. August. lib. 12. de Civitate Dei: Sicut ab eo quod est sapere, vocatur sapientia: sic ab eo quod est esse, vocatur essentia novo quidem nomine, quo usi veteres non sunt Latini sermonis autores, sed jam nostris temporibus usitato, ne deesset etiam linguæ nostræ quod Græci appellant [illegible]. hoc enim verbum è verbo expressum est, ut diceretur essentia. Quintil. lib. 8. cap. 3. Quorum dura quædam admodum, ut ens, & essentia: quæ cur tantopere aspernemur non video nisi quòd iniqui judices adversus nos sumus: ideoque paupertate sermonis laboramus. Hinc essentiale, [illegible], quod est essentiæ: & Essentialiter, [illegible], secundum essentiam. Vocabulo sunt solis Philosophis & Theologis usurpata.

Esto, Vide SUM.

Estrix, Esurio, Esuritio, Esuritor, Vide EDO, es.

Esula, f. p. [Polon. *Sosnka, mlecz swini*. Vng. *Eotej*.] Hujus varia genera à perito rei herbariæ distinguenda erunt. *Evonymus*, vulgò apud Barbaros, item Gallos & Italos *Fusaria* vel *fusanum* appellatur ab usu fusorum, propter materiæ soliditatem: à nonnullis ferota sacerdotum, à figura fructus. Tragus Tomo 3 Fusariam nulla ratione evonymum esse negans, carpinum facit. Gesnerus in Caprâ, lit. C. [Polon. *Trzmiel, quibusdam swidwina*.] Coqui etiam verucula transfigendis lardo carnibus ex ea conficiunt.

E ante T.

ET. In notis antiquorum Etiam. ET. NC. & nunc.

Et, [illegible] Gall. *Et mesmes*. Ital. *Et, e*. Germ. Und. Belg. Ende. Hispan. *Y*. Polon. *Itez*. Vngar. *Es, is*. Ang. *And*.] Conjunctio est Græca [illegible], quam Latini inversione literarum suam effecerunt. Est autem copulativa: ut Cicero eloquens fuit, & Philosophus. Duplicaturque interdum, ac completiva est in diversis rebus: ut, Te admirantur & cives & hospites. Virgil. 1. Aen. multum ille & terris jactatus & alto. ¶ Modò accipitur prò etiam. Idem 2. Aen. quorum Iphitus ævo jam gravior, Pelias & vulnere tardus Vlyssi. ¶ Modò interrogativa, seu expletiva. Virgil. 1. Eclog. Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi? ¶ Modò indignativa, [illegible]. Virg. 1. Aen. & quisquam numen Iunonis adoret Præterea, aut supplex aris imponat honorem? Cic. pro Milone? Et sunt qui de Appia loquantur, taceant de curia? Virgil. 6. Aen. Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis? ¶ Ponitur interdum [illegible], pro, hoc est, sive id est. Plaut. Annos natus jam sexaginta, & senex. ¶ Interdum pro quia. Virg. in Buc. Audieras, & fama fuit. Quint. lib. 1. cap. 5. Has primū audiet puer, harū verba effingere imitando conabitur: & natura tenacissimi sumus eorū quæ mollibus animis percipimus. Plerumq; sententiarum initiis competit, quemadmodum & Græcis [illegible]. Idem: Et finitæ quidē sunt partes duæ quas hæc professio, &c.

¶ Inter-

¶ Interdum ponitur pro adverbio ornandi. Virgil.. corpusque lavant frigentis, & ungunt:id est, deinde ungunt. ¶ Item pro quamuis, sive tamen. Cic. de Senect. Defendi legem Voconiam magna voce, bonisque lateribus, & videtis annos meos: id est, tamen videtis quàm sim jam senex. ¶ Item interdum pro quod, si sequatur, si. Cic. Catil. 3. Et si non minùs nobis jucundi atque illustres sunt ii dies quibus conservamur, quàm ii quibus nascimur: profectò apud vos in honore debebit is, qui eandem hanc urbem conditam amplificatamque servavit. Terent. in Phorm. Et si tibi res sit cum eo lenone. Vbi Donatus: Et, *inquit*, non connexiva, sed inceptiva particula est. ¶ Hujus composita sunt, etsi, ἢ ἐ, & tametsi. ¶ Et pro Nam vel Quia. Virg. Audieras, & fama fuit. Quint. lib. 1. cap. 1. Has primùm audiet puer: harum verba effingere imitando conabitur: & natura tenacissimi sumus eorum quæ rudibus annis percepimus. Ex Valla, lib. 2.

E¯tĕnim, Nam, enim, quia: & ferè primum sibi in oratione locum vendicat. [כי chi. ἐπειδή, καὶ γάρ. Gall. *Pource car.* Ital. *Certo, perciochè, perchè.* German. Dann. Belg. Want/voorwaer. Hispan. *Porque ciertamente.* Pol *Bowiem.* Vngar. *Mert.* Angl. *For, becaus.*] Cic. 4. Verr. Etenim quoniam numerum injuriarum vobis non possum exponere: sigillatim autem de uniuscujusque incommodo dicere infinitum est, genera ipsa injuriarum quæso cognoscite. Idem 2. de Divinat. Etenim ex divisione hoc secundum est. Plin. Etenim multa de hac Magi prodiderunt, quæ non sunt nobis commemoranda. Invenitur tamen & secundo loco. Seneca: Quis etenim inter tot corporis cruciatus, fœlicem quenquam esse posse existimat? ¶ Accipitur aliquando pro quippè. Cic. pro Flacco: Neque in toto Aemoneosium testimonio commovebor: etenim quibus ego istam laudationem remittam: id est, quippe quibus, *&c.* ¶ Nonnunquam divisa compositione per duas dictiones effertur, vocula aliqua in medio interjecta. Cic. de Clar. Orat. Et dicere enim benè nemo potest: hoc est, etenim dicere benè.

Eterocrithon, Genus hordei, à rubigine, & quoniam incurvum nascitur.

E¯thanĭŏn, ἠθάνιον, Vasis ænei genus est, quo Aegyptii uti consueverunt. Nam (teste Athenæo) in Aegyptiorum omnib. penè domibus tria erant vasa ænea, cyathus, phiala, & ethanium.

Ethesios, teste Plin. lib. 36. cap. 28. lapis est ex quo confici solent mortaria.

E¯thĭcē, es, vel E¯thĭcă, æ, f p. pars philosophiæ ad mores pertinens, De moribus, moralis. [ἠθική. Gall *Philosophie morale.* Ital. *Filosofia morale.* Germ. Das t[illegible] der Philosophey/so von guten sitten lehret. Hispan. *Philosophia mor*[illegible] Polon. *Cząśćia p. losophy, ktora dobrich obiczaiowucży.* Vngar. *Erkölus formálo tudomány.* Ang. *Morall philosophie.*] Cic. de Fato: Quia pertinet ad mores, quos ἦθη Græci vocant, nos eam partem philosophię de moribus appellare solemus: sed decet augentem linguam Latinam nominare moralem.

E¯thĭcŭs, penult. corr. Moralis. [ἠθικός. Gall. *Moral.* Ital. *Morale.* Germ. Das zu der Zuchtlehr dienet. Hisp. *Moral, y pertenciente à costumbre.* Polon. *Do obiczaiow przynależący.* Vng. *E költs formalo,* Ang. *Morale.*] Cic. in Orat, Duo sunt etiam quæ benè tractata ab Oratore, admirabilem eloquentiam faciant: quorum alterum est quod Græci ἠθικὸν vocant, ad naturam & ad mores, & ad omnem vitæ consuetudinem accommodatum.

E¯thĭcă, orum, ἠθικά, n, Opus moralem tractans philosophiam: quo nomine Aristoteles libros de moribus inscripsit.

Ethmoides: id est, cola: vocantur narium meatus, quibus olfactus percipitur. Gal. lib. 2. de Olfactus sensorio.

E¯thnĕarchēs, æ, ἐθνάρχης, Gentis princeps.

E¯thnĕarchĭă, Principatus, vel Præfectura.

E¯thnĭcŭs, pen. corr. m. f. [גוי goi. ἐθνικός. Pol. *Pogánsky.* Vng. *Pogány.* Ang. *A nethnick.*] Gentilis, ab ἔθνος, quod gentem significat. Hieronymus contra Iovinianum: Et si ducendæ essent uxores, Christianas tantùm accipi juberet, an & Ethnicas?

E¯thŏlŏgŭs, penult. corr. [ἠθολόγος. Gall. *Bouffon, farceur, badin.* Ital. *Histrione, buffone.* Germ. Der ein Ding mit weiß und gebärden so er führet / außdruckt / daß man es schier verstünd / ob er schon sonst schwiege. Hisp. *Representador ò fingidor de persona agena, como quien representa comedias y tragedias.* Pol. *Figlarz wrazący przez lasskowanie ludskie obiczaie, ktore, chocz milczy, rozumie z mowzse.* Vng. *Az ki keze hanyásaval gestalataval azer költsőket mutattya.* Ang. *A fawnin scoffer, a flattering iester.*] Morum expressor, qui gestu ipso corporis, & sono vocis ita exprimit mores hominum, ut gestibus loqui videatur. Cic. 2. de Orat. Mimorum est enim & ethologorum si nimia est imitatio, sicut obscœnitas, *&c.* Quibus verbis Cic. nimiam in Oratore imitationem reprehendit, quasi mimicam, non oratoriam. Budæus.

E¯thŏlŏgĭă, æ, ἠθολογία, Est affectum morumq; personę alicujus effictio. Quint. l. 1. c. 9 Ethologia personis cõtinetur. ¶ Ethologia Rutilio Lupo figura est sententiarum, quum verbis sonoq; vocis exprimitur, ac describitur hominis consuetudo & mos.

E¯thŏpœi, ἠθοποιοί Dicuntur histriones qui mores & gestus imitantur ejus personæ quam sustinent.

E¯thŏpœĭă. [ἠθοποιΐα. Gall. *Representation des facons & manieres d'autruy.* Ital. *Imitatione delle maniere d' altri.* Germ. Außtruckung eines anderen weyß und gebärden. Hispan. *Representacion de maneras y costumbres de alguno.* Polon. Wirażenie obiczaiow drugiego. Vngar. *Termézetinek és erkölcsinek ki formalása mutatása.* Angl. *A representation of an otheris maneris.*] Est morum affectuumque alicujus expressio, quæ ethologia à nonnullis appellatur. Differt à prosopopœia, teste Aquila, quòd in hac personas fingimus quæ non sunt: in Ethopœia verò certis quibusdam personis vel ad improbitatem vel ad dignitatem sermonem accommodatè effingimus.

E¯thŏs (ut inquit Quintilianus) uno verbo Latinè dici non potest, hoc enim omnes mentis habitus continentur, à quo pictores quidam & statuarii Ethici dicti sunt. Budæus.

E¯tĭam, Conjunctio est idem significans quod quoque. Plautus: Tuóne etiam id rescisti miser? ¶ Aliquando significat adhuc [גם gham אף. Gall. *Aussi, davantage, encor.* Ital. *Ancho, anchora, etiamdio.* Germ. Auch/noch. Belg. *Oock.* Hisp. *Tambien.* Pol. *Itez, przytim tez.* Vng. *Ismet meg es.* Ang. *Also, moreouer.*] Terent. in Andr. Nihil suspicans etiam mali. Ibidem: Non satis me pernosti etiam qualis sim, Simo. ¶ Aliquando præterea. Idem in Andr. Etiam puerum inde abiens conveni Chremis. Ibidem: Imò etiam, quo tu minus scis ærumnas meas, Hæ nuptiæ non apparabantur mihi. Etiam, responsio est affirmativa, quemadmodum & ita. Plin. Tacito, Studes, *inquam*? Respondit, Etiam. Vbi? Mediolani. ¶ Aliquando & affirmandi vim habet, nulla tamen præeunte interrogatione: ut idem sit quod sic. Cic. pro Rosc. Comœd. Si non, quomodo tabulas conficis? Si etiam, quamobrem quũ cætera nomina in ordinem referebas, hoc nomen triennio amplius, quod erat in primis magnum, in adversariis relinquebas? ¶ Accipitur & pro quin potiùs. Plin. in Panegyr. Nullius ab eo magistratus jus, nullius autoritas imminuta est, aucta etiam. ¶ Ponitur quoq; interdum ita, ut ab eo intelligatur non solùm. Cic. ad Lent. Quumq; ea contentio mihi magnum etiam foris fructum tulisset: hoc est, non solùm domi & in urbe, sed foris etiam & extra urbem. Idem Attic. lib. 9. Etiam hæc me solicitant, quasi dicat, non solùm maxima ista, sed etiam minima. ¶ Etiam atque etiam, pro valde, summopere. Cic 6. de Finib. Atqui iste locus est Piso tibi etiam atque etiam confirmandus. ¶ Etiamdum, pro adhuc. Terent Hoc ego mali non pridem inveni, atque etiamdum scit pater. ¶ Etiámne. Plaut. in Asin. Teq; obsecro herclè, ut quæ loquutus despuas. D. Fiat, geratur mos tibi. L. agè excrea. D. Etiámne? L. Agè quæso herclè usque ex penitis faucibus. D. Etiam. L. Amplius. D. Nam quousque? L. usque ad mortem volo. Cic. Att. lib. 10. Etiámne Balbus in Senatum venire cogitet? ¶ Etiamnum idem quod Adhuc, vel ad hoc usque tempus. Plaut. Trucul. Mihi etiamnum quid sit negotii, falsus, incertusque sum nisi quia Timeo tamen. ¶ Pro eodem etiam legimus Etiamnunc. Idem in Amph. Lassus sum herclè è navi, & vectus huc sum, etiamnunc nauseo. ¶ Ponitur & pro statim, illicò, vel extemplò. Plaut. in Aulul. Abscede hinc etiamnunc. ¶ Etiam tum, pro usquetunc, vel usque ad id tempus, vel tunc adhuc. Terent. Hecyr. Me educit foràs, narraque ut virgo ad te integra etiam tum fiet. Cic. de Orat. Omnes etiamtum retinebant illum Periclis succum. Adria. Cardin. Quod multi, *inquit*, inscitè quidem & minùs Latinè dicunt, usque nunc, usque tunc, usquead id tempus, perfecti illi Romani sermonis parentes, etiamnunc, etiamtunc, vel etiamnum, etiamtum, dicebant.

E¯tsī, [כי chi. καί τοι. Gall. *Combien que, iaçoit que, toutesfois que.* Ital. *Benche, tutto che, anchor che.* Germ. Wiewol/obschon. Hisp. *Aunque,* Pol. *Aczkolwiek.* Vngar *Jollehet.* Angl. *Albeit, suppose.*] Conjunctio adversativa est, indicativum exigens, quemadmodum & quanquam: quum tamen quamvis & licet magis subjunctivo gaudeant. Plaut. in Trinum. ibo huc Quò mihi imperatum est etsi odi hanc domum. Terent. in Andr. Ibo: etsi herclè sæpè jam me spes hæc frustrata est. Cic. pro Milone: Etsi vereor Iudices, *&c.* ¶ Interdum etiam cum conjunctivo invenitur. Cic. de Amic. Etsi illis planè orbatus essem. ¶ Nonnunquam etiam interrogativè profertur. Cic. Attic. Do, do pœnas temeritatis meæ: etsi quæ fuit illa temeritas? ¶ Interdum Etsi invenitur junctum cum quamvis. Cic. ad Att. lib. 16. Etsi quamvis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ, approbator certè fuisti.

E¯tўmŏlŏgĭă, f. p. ἐτυμολογία. Latinè veriloquium sonat: ab ἔτυμος verus, & λόγος sermo, vel loquutio. [Vng. *Igazán valo szollasnak moggya.*] Cic. 1. Acad. Verborum etiam explicatio probatur: id est, qua de causa quæq; essent ita nominata, quam Etymologiam appellant. Sed quia veriloquium (ut inquit Boëthius in Topica Ciceronis) minùs in usu Latini sermonis habetur, Cicero etymologiam vocat notationem, quia notam facit eam de qua prædicatur. Aristot. symbolum nominat: quidam etiam originationem, teste Fabio.

E¯tўmŏn, etymi, ἔτυμον. Idem quod etymologia. Varro 3. de Re rust. cap. 48, de gluma loquens: Videtur vocabulum etymon habere à glubendo, quòd eo folliculo deglubatur granum.

E¯tўmŏlŏgŭs, ἐτυμολόγος, Qui rationem verborum indagare solitus est.

E¯tўmŏlŏgĭcŭs, ἐτυμολογικός, ut Etymologica ratio. Gellius libro 1. capite 18. Resolvit in voces Latinas ratione etymologica falsa.

E ante V.

EV. In notis antiquorum Ejus. E. V. V. N. V. V. E. Ede ut vivas, ne vive ut edas.

E¯văcŭārĕ, Exinanire. [בזק bazak פנה pinnah, ... κενόω. Gall. *Vuider hors, evacuer.* Ital. *Evacuare, votare.* German. Auß-

ären,Belg. Ʒledl maten.Hiſ.Vaziar,cuacuar. Pol. Wiproznic. Vng. Meg ureſz.e.et. Ang. To emptie,to make voyde] Vnde evacuare alvum.Plin.lib.20.cap.6:Diocles hydropicis cum centaurea, aut in fico duplici ad evacuandum alvum.

E¯vādo,dis,ſi,ſum,act.t.Effugio,exeo,erumpo. [נמלט nimlat ... Gall. Paſſer outre, parvenir, venir au deſſus,eſchapper.Ital Scampare,fugire. German. Entgehn/entrinnen. Belg.Ontgaen. Hiſpan. Eſcapar de peligro, ſalir hecha alguna coſa. Pol.Zbielem,zbieluin wihodze.Vng.Kiſzabadulok,kimenekedom. Anglic.To eſcape,to paſſe without danger.], Virgil. Aeneid.9: nostrâne evadere demens. Sperasti te posse manus? Cicer. pro Cælio:Putaruntne meliori tempore prosilire, quàm tum Licinius venisset,quum in manu teneret veneni pyxidem? quæ quum jam erat tradita servis,si evasissent subitò ex balneis mulieris amici,Liciniumq; comprehendissent.&c. id est, ſi e balneis erupissent.Cæsar.Reliquos equites consectati, paucos qui ex fuga evaserant,reliquerunt. Sic evadere è manibus hostium, apud Livium:& Evadere ex judicio aliquo, apud Ciceronem, liberationem quandam præ se ferre videtur: quemadmodum & Salustius dixit: At ni Marius signa inferre, atque evadere oppidum properavisset,profectò cuncti,aut magna pars fidem mutavissent, ... Cicero primo Tusculan. Accedit,ut eò faciliùs animus evadat ex hoc aere. Idem de Senect. Mihi quidem nunquam persuaderi potuit animos dum in corporibus essent mortalibus,vivere: quum exissent ex iis,emori: nec verò non animum esse insipientem quum ex insipienti corpore evasisset. ¶ Ponitur etiam hoc verbum pro eo quod est ad finem perduci vel exitum habere. Terent. in Andr. Quàm timeo quorsum evadas:id est,ad quem finem perveniat oratio tua. Ibidem: Et heri semper lenitas verebar quorsum evaderet. Cic.Att.lib.16: Tu quidem & prudenter, & amicè suades,ut in his locis sim potissimum, quoad audiamus hæc quæ commota sunt quorsum evadant. Plaut. in Asin. Demiror quid sit,& quò evadat sum in metu. ¶ Item pro fieri. ... Cic. in Verrem: Tu ejusmodi evasisti,in furtis ac divisoris disciplina educatus. Idem in Brut. In dicendo pauci digni nomine evadunt. Liv.lib.1.ab Vrbe: Iuvenis evasit verè indolis regiæ. ¶ Evadere in muros,vel in cacumen montis,est ascendere, vel potiùs scandendo pervenire. ... Virgil. 2. Aeneid. Evado ad summi fastigia culminis. ¶ Evadere ardua, apud Livium. ¶ Evadere ante oculos, pro apparere. Virgil. 2. Aeneid. Vt tandem ante oculos evasit, & ora parentis. ¶ Evadere ad conjecturam: id est,consequi conjectura. Plaut. Nunquam hodie quivi ad conjecturam evadere ¶ Evadere in malum. Terent. in Adelphis: verùm nimia illæc licentia Profectò evadet in aliquod magnum malum.

E¯vāgor, aris, d.p. Latiùs vagor,exspatior. [נעד nadd. ... Gal. Sortir de ſon ranc,errer ou pla ce,vaguer ca & là,ſortir de propos. Ital. Vagare, andare vagabondo, ... Germ. Außſchweiffen. Hiſpan. Andar fuera vagando. Polo. Daleco ... Vng. ... Ang. To wander abroade.] Liv. 2. bell.Pun. Frontibus enim adversis concurrendum erat, quippe nullo circà ad evagandum relicto spatio. ¶ Per metaphoram evagari est aliquid extra propositum dicere,& velut à via instituta digredi. Quint. lib.2: Verum hactenus evagari satis fuerit.

E¯vāgātio,verbale,f.t.[... Vng Ki bonalgás ... Ang. A roming or wandering abroade.] Plin.lib.2. cap.17: Ac spatia longitudinis,latitudinum evagatione pensat.

E¯vāgino.as,vagina diripio atque educo. [Vng. Hüvelyébol ki vonyom.Ang To drawe a weapon out of the sheath or scabberd.] Iustinus Histor.lib.1: Gladio sua sponte evaginato in femore graviter vulneratus occubuit.

E¯vālĕo,es,pen.corr n.ſ.Validor & potentior fio. [גבר ghabar ... Gall. Pouvoir. Ital. Ingagliardirſi.German.Vermüglich ſeyn. Hiſp.Mucho poder.Polo. Duzyie,moczniee. Vng. Erősebb ... Ang. To waxe more stronge and heall] Stat.5 Sylv. sibi ne illa nefanda Pocula lethalesque manu componere succos Evaluit? Luc.lib.1. Ovid.Epist.24. ¶ Evalere dicitur de precio & significat ut valere simplex. Macrob.lib.3 Satur.c 7 Cùm ipsa margarita centies sestertium sine contentione evaluisset.

E¯vālesco. Robur & vires acquiro. [גבר ghabár חזק chazák ... Gal. Retourner en vigueur. Ital. Riſſorarſi,pigliar forza & vigore. Ger. Starck werden. Hiſpan. Tornar en fuerca. Pol.Moci nabiwam. Vngar Erős ... Angl. To become healthy or strong.] Plin. lib. 55: Quæ postquam evaluit, flacescente patritia Marsico bello, languida autoritas Patrum facta est,ac paulatim in sterilitatem emarcuit maiestas,Quint. lib.2.cap.9. Adiuta cura natura magis evalescit.

E¯vāllo,as,act.p. Excludo, & quasi extra vallum eiicio. [גרש gherèſch. ... Gallic. Chaſſer dehors. Ital.Cacciar fuori. Ger. Hinauß ſtossen oder werffen. Hiſpan. Echar à fuera.Polon. Precz wypichram,wiuatam. Vng. Ki vetem. Angl. To exclude or shout out.] Verbum est obsoletum. Varro apud Nonium:Donec foràs nos intùs evallaverunt.

E¯vāllo, is, Est purgare frumentum. [... kenìph ... zeràh. Gall. Vanner,crible. Ital. Vagliare, crivellare. German. Das Korn wannen oder seubern. Hiſpan. Cirnar, acribar. Polon. Wiwiewam. Vng. Megtisztítom. Ang. To cleanse wheat, or to winnow.] Plin. lib.18.cap.10:Et ipsa quæ evalluntur, variam pisturarum rationem habent Ibidem: Triticum autem perfundi aqua multa jubet,postea evalli, deinde Sole siccatum pilo repeti.

E¯vānĕo, es, secunda syllaba producta, n.ſ. à quo Evanesco, quòd est pereo,E conspectu abeo. [נבל nabal ... Gal. Devenir à néant,ſe perdre,s'eſvanouir. Ital. Svanire,farſi vano, ſparire.Germ. Vergehn/verſchwinden. Belg. Te niet werden. Hiſpanic.Deſvaneſcerſe, deſaparecer. Pol. Zniszczeję. Vng. Elenyészöm, el veszek Ang To come to nothing, to vanish away.] Plin. lib. 9. c.51: Vere pectines, limaces, hirundines eodem tempore evanescunt. Cic. de Clar. Orat. Isque & orationes reliquit quæ jam evanuerunt. Idem ad Att. lib.3: Postquam extenuari & evanescere spem nostram vidi, mutavi consilium.

E¯vānĭdus,a,um, Inanis, caducus,& citò periturus. [הבל hebil. ... Gal. Qui n'a point de vertu, qui ſouda in s'eſvanouit.Ital.Caduco, ſmarito. Germ. Hinfellig/vergänglich. Hiſpan. Deſvanecido. Polon. Ziszczony. Vng Veszendő, mulandó, hiaba való. Ang. Vaine, fayte, that will ſone perish.] Col.lib.de Arbo. cap. 17: Nam quæ in proceritatem extenduntur, evanidæ sunt, parum fructus ferunt. Plin. lib. 37.c.5: Quædam ex iis senescunt, paulatim viriditate evanida. Ovid. 5. Metam. Pectoraque in tenues abeunt evanida rivos.

E¯vāngĕlium, [בשורה beſoràh. ... Gall. Evangile, bonne nouvelle. Ital. Evangelio, buona nova. Ger. Ein gute botschafft/fröliche zeitung. Belg. Een blijde tijdinge/boodschap. Hiſpan. Evangelio, ò buen mensage. Polon. Wessole zwiastowanie. Vng. Evangelium, örvendetes izenet. Ang. The goſpell.] Lætus nuntius.] Vnde non immeritò à Christianis Evangelium appellatum est, salutiferum illud nuntium, à Christo veracissimo Patris nuntio nobis allatum.

E¯vangĕlia,orum, pluraliter, & neutro genere, dicuntur sacrificia & supplicationes quæ pro jucundo nuntio decerni consueverunt: vel etiam merces allati jucundi nuntii. Cicer. Attic. lib.2: O suaves duas epistolas, quibus evangelia deberi fateor. Idem ad eundem: Itáne nuntiat Brutus, illum ad bonos viros? evangelia? sed ubi esse? nisi fortè se suspendit. Vlpian. in l. Falsus ff de Furt. Ergo si ea quæ dicunt Græci evangelia, petat: id est, mercedem pro rei inventæ vel repertæ nuntio.

E¯vāngĕlus, Bona nuntians. Vitruv. li. 10: Honores ei decreverunt & nomen mutaverunt, ut evangelus nominaretur.

Evapelus, stolidus & amentes dictos refert Phocion Grammat.

E¯vanno, is, ere, act.t. Vanni motu eventilo. [... Gall. Van ... Ital. Sventolare. German. Außwannen. Belg. Wtwannen. Hiſpan. Cavanear ò aventar. Polon. Opal... Vngar ... Ang. To fanne or winnow.] Varro 1. de Re rust. Ita fit, ut quod levissimum est in eo, atq; appellatur acus, evannatur foràs extra arcam. ¶ Per translationem sumitur pro amovere. Pompon. ex Pannuceatis: Dixi ego illud futurum: in prima valva est: vix hæret misera, evannetur, & mea ocyus opera ut hac lecero. ¶ Apud Nonium legitur evannetur, ut ventiletur, tanquam esset ordinis primi, quemadmodum etiam usque adhuc creditum fuit. Sed siquis simplex Vanno consideret, de quo infrà exempla posuimus, videbit pro evannetur, evannatur apud Nonium legendum esse.

E¯vāpŏrātio, onis, f.t. Vaporis expiratio. [... kitór. ... Gall. Evaporation. Ital. Vapore. German. Ein außdempffung/vertriechung. Hiſpa. ... Polon. Paræ ... Vng. Gőzölgés. Angl. A steaming, a breathing out, or evaporation.] Senec. lib 1. Nat. quæst Nec mirum, si terris omnis generis & varia evaporatio est. Idem lib. 3: Nec trahit saporem evaporatio, quia clausa perlabitur.

E¯vāsto, stas, stare, act.p. Vasto. [נחש nathás ... Ital. Deſertare, guaſtar. Italice, Guaſtare a e ... German. Verwüsten/verstören. Hiſp. Deſtruir ò ... Polo. Pustosze ... Vng. Pusztítok. Ang To destroye, to waste] Liv. 10. ab Vrbe: Ibi duo Consulares exercitus diversis vagati partibus, omnia quinque mensium spatio evastaverunt.

E¯vāx. Interjectio exultantis. Plaut. in Menæch. Evax, jurgio uxorem tandem abegi.

Eūcæriă, Græca dictio, Latinè opportunitas. [εὐκαιρία. Gall. Opportunité, occaſion. Ital. Opportunità, occaſione. German. Gelegenheit/tauglichkeit/guter anlaß Hiſpa. Sazon, occaſion. Pol. Prawie cżas. Vngar. A kolmatoság. Angl. Occaſion, opportunite.] Cicer. 2. de Finib. Et quemadmodum opportunitas (sic enim appellamus εὐκαιρίαν) non fit major productione temporis. Idem 1. Offic. occasionem interpretatur.

Eūchārĭstĭă, f.p. [... thodáh. εὐχαριστία. Vngar. ... (...) hala adás.] Vox est Græca, quam nos Gratiarum actionem vertere possumus: unde & εὐχαριστεῖν, Græci dicunt pro gratias agere. Hieronymus gratiam sive gratiositatem vertit: ab adjectivo εὐχάριστος, quod jucundum sonat & gratiositatem.

Euchorica, Ebulus apud Dioscor. lib.4 cap 185.

Eūchȳlă n.ſ. [εὔχυλα. Vng. Ió ize] Dicuntur quæ sunt boni succi: ut carnes aviculorum montonarum, & piscium saxatilium. His opponuntur κακόχυλα, quæ malum generant succum, ut caseus vetus & salsamenta. χυλὸς Græcis succus est, sive liquor.

Eūchȳmă, εὔχυμα, Græca appellatione dicuntur quæ boni sunt succi, sive præstantis saporis. Nam χυμὸς Græcis modò succum significat, modò saporem.

Euchymŏnŏn, mi, n.f. εὔχυμον, ellebori species sic dicta.

Eŭctēria orum, n.f. Sunt loci, in quibus orationes, acta, & provinciarum continentur. Alc. in l. immutatis C. de Agricolis & censitis lib. 11.

Eŭdoxia. [שם טוב Shem tob. εὐδοξία. Gal. Bonne renommee. Italicè, Buona fama. German. Ein gut lob oder guter leumbden. Hisp. Buena fama. Polon. Dobra slawa, dobre mowa. Vngar. Io hirneu. Angl. Good renowme.] Claritas nominis, laus, existimatio, & bona fama. Cicer. 3. de Finibus: De bona autem fama, quam appellant εὐδοξίαν. Aptius enim est hoc loco bonam famam appellare quàm gloriam.

Eveho, is, act. t. Extra veho, asporto, aufero. [הוציא נשא nasá hamas. ἐξάγω. Gall. Emmener, porter dehors. Ital. Condur fuori, portar fuori. German. Außführen. Belg. Wtvoeren. Hisp. Levar a fuera. Pol. Wywozę. Vngar. Kihozom, ki viszem. Angl. To cary out.] Varro lib. 1. de Re rust.: Quarto eundem fructuosiorem faciunt vecturæ, si viæ sunt qua plaustra agi facile possint, aut flumina propinqua quæ navigari possint, quibus utrisque evehi atque invehi multa ad prædia scimus. Liv. 5. belli Pun. Vbi primum tranquillitas maris in altum evexisset. Et libr. 1. ab Vrbe: Vt in collem Esquiliarum eveheretur. ¶ Per translationem significat extollo [נשא nasá. ἐξαίρω. Gall. Hausser, eslever. Ital. Inalzare. German. erheben / herfür ziehen vnd hoch bran bringen. Hispan. Alçar a riba. Polon. Wywyższam. Vngar. Fölmagasztalom, feiprom. Ang. To lift vp.] Virgil. 6. Aeneid. pauci quos æquus amavit Iuppiter, aut ardens evexit ad æthera virtus, Dis geniti potuêre.

Evectio, f. t. Evehendi actus. [משא massa תרומה teruma. ἐξαγωγή. Gall. Portement dehors. Ital. Portamento di fuori. German. Hinauß fuhrung. Hispa. Obra de levar afuera. Polon. Wywożenie. Vng. Ki vonyas, ki vitel. Ang. A carying out.] Evectiones etiam teste Budæo, dicuntur diplomata, sive Chartulæ signo principis obsignatæ, quibus potestas permittitur aliquid evehendi. Vnde C. de Curs. public. cavetur, ut evectiones ab omnibus postulentur.

Evectus, tus, m. q. Evectio & portatio, quæ fit vel navibus, vel curribus in aliquem locum. [Vng. Kimenes, ki vitel. Ang. A caying away to any place.] Plin lib. 18. cap. 5: Malus est ager cum quo dominus luctatur. Cato inter prima spectari jubet, nam solum sua virtute valeat qua dictum est positione, ut operariorum copia propè sit, oppidumque validum, ut navigiorum evectus, vel itinerum.

Evelatum, Veteres dixére pro eventilato. [מנופה... Gall. Esventé. Ital. Sventolato. German. Erlüfftet / erscubert. Hisp. Aventando. Polon. Wywiane. Vng. Megszelelt. Ang. Winnowed.] Vnde velabra dicuntur quibus frumenta eventilantur. Autor Festus.

Evello, is, evelli, & evulsi, evulsum, act. t. Extraho, Extirpo: [נתש nathásch ... ἐκτίλλω, ἐκσπάω. Gal. Arracher. Ital. Sverpare, svellere. Germ. Außrupffen / außreissen. Belg. Wttrecken. Hispanic. Arrancar algo de lugar. Pol. Wyrywam w cyagam. Vng. Ki szaggatom, ki gyomlálom. Ang. To pluck vp or away.] ut, Evellere sibi capillum præ luctu, apud Cicer. 3. Tuscul. Idem ad Attic 5: Excisa enim est arbor, non evulsa: itaque quàm fruticetur vides. Sic, Evellere se ex complexu, apud eundem: &, Evellere sese ex cœno, apud Plin. lib. 8. cap. 42. ¶ Per translationem Evellere sibi scrupulum ex animo. Cic. pro Rosc. & pro Cluentio: Evellere opinionem aliquam ex animis hominum.

Evulsio, verbale, f. t. [...massach, ἐκσπασμός, ἀφαίρεσις. Gall. Arrachement. Ital. Esvellimento. German. Außrupffung / außreissung. Hispan. Obra de arrancar algo de lugar. Polo. Wyrwanie. Vng. Kiszaggatás, kigyomlálás. Ang. A plucking vp, a pulling away.] Cicer. de Nat. deor. Qui primus purgationes alvi, dentisque evulsionem invenit.

Evenio, evenis, penult. corrept. eveni, eventum, Venire, accedere. [קרה kará, ἀποβαίνω, ἐκβαίνω. Gal. Advenir. Ital. Venire, accaderse, accadere, avvenire. German. Begegnen / widerfahren. Belg. Geschien. Hispan. Acontecer. Polon. Trafia mi sie, przychodzę. Vng. Megyök, (item) bíró... Angl. To happen by chaunce, to come to passe.] Plautus Casina. Sine modò rus eveniat, remittam ad te virum. ¶ Nonnunquam etiam significat evadere: hoc est, per quamcunque difficultatem ad aliquid pervenire, exitum habere. Plaut. in Mostel. Hei mihi, commissa hæc blanda dicta quò eveniant, madeo metu. Idem in Epid. Expectando exedor miser, atque exenteror, quò mihi Epidici blanda edicta eveniant: nimis diu maceror. ¶ Sæpiùs tamen ponitur pro contingere, accidere, συμβαίνειν, ἀποβαίνειν, & tàm in malam quam in bonam partem accipi solet. Plaut. in Asin. Opta id quod ut contingat tibi, vis. AR. Quid si optaro? LE. Eveniet. Idem in Persa: Quid agitur? T. Vivitur. Satin' ergo ex sententia? V. Si eveniunt quæ opto, satis. Idem in Mercat. Omnia mihi hodie eveniunt præter sententiam: non vivam vesperi, Nisi illanc à me scelestam abigam. Cicer. 3. Offic. Quod autem in poëmatibus, & in picturis usu evenit, in aliisque compluribus, ut delectentur imperiti. Idem Fam 2: Ex quo vereor, ne idem eveniat in meas literas. ¶ Quandoque est obvenire, & sorte alicui obtingere. Salust. in Iugur. Metellus & Syllanus coss. designati provinciam inter se partiverant, Metelloque Numidia evenit.

Evenit, impersonaliter pro ita cecidit [Vng. Történt.] Terentius in Andr. Quid tu Athenas insolens? C. Evenit.

Eventum eventi, neutro genere, quod in plurali eventa facit. [מקרה mikré. ἀποβαῖνον, συμβαῖνον. Gall. Evenement, la fin & issue de quelque chose. Ital. Rivscimento di qualche cosa. German. Außtragung eines dings / ein beschehung eines handels. Hispan. Acontecimiento, ò la salida de lo que acontece. Polonic. Trafunek ... Polonic. Kimenetel ... Ang. The end event, that followeth of.] Lucret lib. 1: Eventum dici poterit quodcunque erit actum. Cic. Partition. Si cujusque facti, & eventi causa ponetur. Idem in Divinat. Si eventa quærimus quæ exquiruntur avibus. Idem ad Att. cum. Semper causæ eventorum magis movent, quàm ipsa eventa. ¶ Eventum præstare, est periculum alicujus rei in se recipere, ὑφίστασθαι τὸ μέλλον ἔσεσθαι.

Eventus, gen. mascul. & quarti ordinis, tàm in plurali numero quàm in singulari dicitur quod casu aut fortuna, nobis evenit, tam in bonum quàm in malum. [מקרה m. ..., συμβαῖνον, ἀποβαῖνον. Gal. Evenement. Ital. Evento, avvenimento, caso. German. Der außtrag oder außgang. Belg. Een geschiedenisse. Hispan. Acontecimiento. Pol. Iakikolwiek ... Vng. ... Ang. Happening, successe, that fell with of any thing.] Cic. lib. 1. de Orat. Vt enim quisque optimè dicit, ita maximè dicendi difficultatem, variosq; eventus orationis, expectationemque hominum pertimescit. Virg. 6. Aen. – cæcosque volutat Eventus animo secum. Ovid. 2 de Ponto: Nam timore eventus deterioris abest. Ovid. in Epist. Phyllidis: – careat successibus opto, Quisquis ab eventu facta notanda putat.

Eventilo, as, act. p. Ventilatione purgo. [זרה zeráh. λικμάω. Gal. Esventer. Ital. Crivellare, sventollare. Ger. Auß werffen oder wannen ersäuberen. Hispan. Derramar al viento, aventar. Polon. Wywiewam. Vngaric. ... Ang. To clense by winnowing, to fanne corne.] Colum. lib 1: Et celeriter frumenta deteruntur, non cedente solo pulsibus ungularum, tribularumque: & eadem eventilata, mundiora sunt.

Everbero, act. p. Verbero. [הכה hická. ... μαστίζω. Gall. Battre. Ital. Battere, percuotere. Germ. Schlahen / Schwingen. Hisp. Herir, ò açotar. Pol. Wybiiam. Vng. ... Angl. To strike, to whippe.] Quint. lib. 2. cap 4. An credibile sit, super caput Valerii pugnantis sedisse corvum, qui os oculosque hostis Galli rostro atque alis everberaret? Ovid. 14. Metam. – & cineres pullis everberat alis.

Evergo, is, Emitto. [שלח schilláh. προχέω. Gal. Envoyer dehors. Ital. Mandar fuori. Germ. Herfür geben. Hispan. Embiar à fuera. Polo. Wydaię, wypuszczam. Vng. Kieresztem. Angl. To send forth.] Liv. libro 45: Montes ingentis altitudinis spem faciebant, eo magis quòd nullos apertos evergerent rivos, occultos continere latices, quorum venæ in mare permanentes, unde miscerentur.

Everro, is, everri, eversum act. t. Scopis expurgo. [... כבד kibbér. ... Gal. Balayer & nettoyer. Ital. Spazzare. Germ. Außwischen. Belg. Wtkeeren / wtveghen. Hispa. Barrer. Pol. Wymiatam. Vng. Kisöpröm, kisöpröm. Ang. To swepe cleane, away.] Columel. libro 8: Stabula frequenter everrenda & purganda, humorque omnis urinæ deverrendus est. ¶ Per translationem accipitur pro spolio, expilo. Cic. 3. Verr. O Verrea præclara, quoquam tu accessisti, quo non attuleris istum diem. Etenim quam tu domum, quam tu urbem adiisti, quod fanum denique, quod non eversum atque extersum reliqueris? ¶ Everrere sermones, pro curiosè excutere. Sen. 3. de Ira: Qui malignos sermones, etiamsi secretò habiti sint, everrit, se ipse inquietat.

Everriator, m. t. Dicitur is qui jure accepta hæreditate, justa facere defuncto debet: quæ si non fecerit, seu quid in ea re turbaverit suo capite luat. Id nomen ductum à verrendo: nam Exverræ sunt purgationes quædam domus, ex qua mortuus ad sepulturam ferendus est, quæ fit per everriatorem, certo genere scoparum adhibito, ab extra verrendo dictæ.

Everriculum, li, n. f. Rete est piscatorium à Græcis dictum: & à verrenda aqua sic appellatum. [חרם chérem. σαγήνη. Gall. Seine ou ... Ital. Rete da pescare. Germ. Ein zug oder spreitgarn der Fischeren. Belg. Een Neet. Hispa. Lance barredera de pescadores. Pol. Siecz... Vngar. Sulhé varsa. Angl. A dragnet.] Varro 3. de Re rust. c. 17: Quò neq; everriculo in littus educere possent vivá saginam plebei cœnæ pisces. Cicer 6. Verr. expilatorem Siciliæ Verrem, everriculum appellat. Quòd nunquam (inquit) Iudices, hujusmodi everriculum in illa provincia fuit? Idem libr. 3 de Nat. Deor. Doli mali actionem everriculum appellat omnium malitiarum: quòd scilicet ea everrantur omnes fraudes è vita hominum civili. Est ea enim actio prodita ad terrorem hominum subdolorum, qui ignominiam ejus judicii reformidant. Verba Ciceronis sunt hæc: Inde everriculum malitiarum omnium, judicium de dolo malo quod C. Aquilius familiaris noster protulit: quem dolum idem Aquilius tùm teneri putat, quum aliud sit simulatum, aliud actum. Hæc Budæus.

Everto, is, everti eversum, act. t. Excindo, diruo, demolior. [הרס haras ... נתש ... καθαιρέω, ἀνατρέπω. Gall. Renverser ce qui est dessus dessoubs abolir, destruire. Ital. Rovinare, mettere sotto sopra. German. Vmbkehren. Hispan. Rebolver à tras tornar, abatir, destruir. Pol. Wywracam. Vng. ... Angl. To turne vp side downe, to overthrowe.] Cicer. libr. 1. Offic. De evertendis diripiendisque urbibus valde illud considerandum est. Virgil. 3 Aen. – Priamique evertere gentem Immeritam visum superis. Idem 1. Aen. Disjecitque rates, evertitque æquora ventis.

ventis. Cic. 3. Verr. Nec per summam injuriam pupillum Iunium fortunis patris conetur evertere. Idem 1. de Orat. Qui duorum scalmorum naviculam in portu everterit.

Eversio, verbale, f. t. Ruina, casus, pernicies. [מהפכה mahpecah. ἀνατροπὴ, καταστροφὴ, ἀνατάτωσις, καθαίρεσις. Gall. Renversement, destruction. Ital. Abbattimento, distruttione. German Umbkehrung/ umbwerffung. Hispa. Ob a de trastornar alguna cosa. Polon. Wywrocenie. Vng. Tönebbl, kifordulás el rontás. Ang. An ouer throwing à turning vpsiue downe.] Plin. lib. 22. cap. 17: Eversiones vehiculorum. Cic. de Senect. Hinc Rerump. eversiones. Eversio vitæ, Cicero 4. Acad.

Eversus, a, um, Dirutus, destructus [נהפך nephpach. ἀνατετραμμένος, ἀνατρεπτὸς, καταστραφείς. Gal. Renversé, renversé par terre, destruit. Ital. Rovinato, cascato, atterrato, distrutto. German. Umbkehrt. Hisp. Trastornado, destruydo. Vngar. Töröébbl, k fordítasor. Angl. Ouerthrowen, turned vp side downe.] Vt eversa urbs, Plinius libro 15. cap. 18. Eversus fortunis, Cicero pro Flacco. ¶ Eversæ cervices dicuntur, cuius cervices non amplius erectæ sunt, sed depressæ. Terent. Heautont. Ego te autem novi quàm esse soleas impotens, Inversa verba, eversas cervices tuas; ¶ Fasces eversi, Consulatus fato amissus. Ovid. ad Liv. Quos primum vidi fasces, in funere vidi, Et vidi eversos, iudicium que mali.

Exanguĭs, gue. Quod ſine ſanguine eſt, exanimatus, [ἔξαιμος ἀναιμος. Gall. *Sans ſang qui n'a point de ſang* Ital. *Senza ſangue, exſangue.* Ger. Ohne Blut/Blutlos. Belg. Bloete loos/ bootwit. Hiſp. *Cosa ſin ſangue ò muerta.* Polon. *Bezkrwie.* Vngar. *Vértetten, vérnekül valo.* Angl. *Without bloode, pale for anger.*] Cicer. 7. Verr. Ne denique etiam eXanguium corpora mortuorum, ne mortor, &c. Idem pro Seſtio: Quem quum jacentem & conciſum pluribus vulneribus extremo ſpiritu exanguem & confectum viderent, &c. Liv. 3. bell. Pun. Propè exanguis ruina ſuperincidentium. ¶ Accipitur etiam pro pallido: quòd pallentes videantur ſanguine carere, quum ſanguis per extrema diffuſus, ſit cauſa ruboris: contrà recedente ſanguine, ſubito palleſcimus, ut in metu videmus accidere, quum ſanguis ſe recipit ad interiora. Ovid. 3. Triſt. Aſpicis exangui chartam pallere colore. Sic etiam Horatius cuminum dixit exangue, quòd ſemen illius epotum pallidos reddat bibentes, Epiſt. 1: - quod ſi Pallerem caſu, biberem que exangue cuminum.

Exănĭmŭs, a, um, & Exanimis, eXanime. & Exanimatus, ata, atum, ambo duplicem, eandemque ſignificationem habent, licet Servius voluerit hæc inter ſe differre. [ἄψυχος. Gal *Sans ame, ſans vie, mort, à demy mort, eſtonné, eſpouvanté.* Ital. *Sbigottito, ſpaventato, morto.* Germ. Todt/oder vor forcht halb todt. Belg Doot. Hiſp *Desmayado medio muerto, ò del todo muerto.* Pol. *Napoly umarly.* Vng. *El holt, holt eleven.* Ang. *Dead, half dead for feare, aſtonied.*] Nam ut eXanimus, ſive eXanimis, modò idem eſt quod mortuus, ut apud Livium libro 8: Ut uno ictu eXanimem equo præcipitaret. Virg. 1. Aeneid. Exanimumque auro corpus vendebat Achilles. Modò idem eſt quod eXterritus, & veluti animi deliquio conſternatus. Idem libro 4: Audiit eXanimis, trepidoque eXterrita curſu, Unguibus ora ſoror fœdans, & pectora pugnis, Per medios ruit. ¶ Sic & EXanimatus, ἀγωνιῶν, ἐκπλαγής, non ſolùm pro eXterrito, ſive perturbato. Terent. in Andr. Ibi tum eXanimatus Pamphilus. Bene diſſimulatum amorem & celatum indicat: ſed etiam pro mortuo accipitur, ut apud Liv libro 22. Unam in ipſa porta ſoſpite filio repente oblato, in conſpectu ejus eXpiraſſe ferunt: alteram, cui mors filii falsò nuntiata erat, mœſtam ſedentem ad primum conſpectum redeuntis filii gaudio nimio eXanimatam. Lucr lib. 6:

> Exanimis pueris ſuper eXanimata parentum,
> Corpora nonnunquam poſſes retroque videre,

Exanimalis, Quod non est animal, vel quod est sine anima. [ἄψυχος. Gall. *Sans ame, mort*. Ital. *Senza anima, non animato*. Ger. Das kein leben hat. Hisp. *Sin anima, non animal*. Vngaric. *Lelketlen allat*. Anglicè, *Dead, without life*.] Plaut. in Bacch. Nam neque Bellona mihi unquam, neque mars creduat, ni illum exanimalem faxo, ni ve exhæredem fecero vitæ suæ. Idem etiam in Ruden. posuit pro eo quod animam eripit. Ita (*inquit*) malè vivos ita multæ in pectore. Sunt curæ exanimales.

Exanimo, mas, act. p. Perterreo, perturbo. [בהל *bihél*. ἐκφοβέω, ἐκπλήττω. Gal. *Oster le cœur, troubler grandement*. Ital. *Spaventare, porre paura, sbigottire*. Germ. Heftig erschrecken/biß auff den Todt erschrecken. Belg. Verväeren. Hispan. *Desmayar de otro*. Polon. *Strach się ... fraszę*. Vng. *Elholtá tezém, el rettentém, iesztem*. Anglicè, *To make afrayde, to astonish that one can not tell what to do*.] Plaut in Aulul. Nimis malè timui, priusquam intrò redii, exanimatus fui. Terent in Andr. Oratio hæc me miseram exanimavit metu. Quando vero ab anima est, significat anima privo, sive neco. ἀποψύχω. Curtius: Multos exanimavit rigor insolitus nivis, multorum adussit pedes plurimorumque oculis præcipuè perniciabilis fuit. Gell. li. 3. cap. 15: Anus repentè filio viso, copia atque turba, & quasi ruina irridantis inopinati gaudii oppressa, exanimataque est.

Exanimatio, onis f. t. Perturbatio, metus. [בהלה *behaláh*. ἔκπληξις, ἀψυχία. Gal. *Troublement d'esprit avec grande peur & frayeur*. Ital. *Mancamento di spirito, & gran timore*. German. Erschreckung/wann einer von jhm selbs kompt. Hispan. *Aquella obra de desmayar á otro, desmayo*. Pol. *Zatrwożenie*. Vng. *Eliiedés, el hellá senés*. Ang. *Troubling of mynd, astonying*.] Cic. 1. Offic. Ne in perturbationes, atque exanimationes incidamus. Idem lib 4. Tusc. Exanimatio est metus subsequens & quasi comes pavoris.

Exanio, nias, act. p. Et saniem, vel plus aut alium quemvis inutilem liquorem exprimo. [ἐξιχωρίζω, ἰχῶρα ἐκθλίβω, ἢ ἐκπυΐζω. Gallic. *Faire sortir le sang ou la bouë d'une playe*. Ital. *Cavar fuori la marcia*. Germ. Den eyter außlassen/vom eyter seubern. Hisp. *Sacar la anguaza é podre*. Polon. ... Vng. *Enét ki nyomom*. Ang. *To presse and thrust matter out of a wound*.] Colum. lib. ult. Vt omnem amaritudinem ejus pallore exaniet. Et alibi: Patimur autem nonnunquam tota nocte & postero die baccam velut exaniari.

Exanthemata, n. t. [ἐξανθήματα. Polon. *Ospice po wsystk ... ciele*. Vng. *Kiv. hem. ō.*] A medicis appellantur tumores, sive papulæ per totam cutem afflorescentes, præcipuè in pueris, idque beneficio naturæ corporis profunda expurgentis. Horum duo sunt genera. Sublimia quæ cutem in manifestum attollunt tumorem, eamque exulcerant, & pruritum excitant. Vulgus *Morbillos* appellat. Et Lata, quæ exiguum quidem faciunt tumorē, non tamen exulcerent, neque pruritum excitant. Vulgò *Variæ* dicuntur, quod maculis per totum corpus sparsis, variis cutem infiriant coloribus. [Angl. *The malle pockes*.]

Exantlo, Vide Exanclo.

Exaptus, Aptus [נכון *nachón*. ἐξηρμοσμένος. Gal. *Apte, convenant*. Ital. *Atto*. German. Wol geschickt/gantz füglich. Hisp. *Id muy ataviado*. Polon. *Dorzecny, sposobny*. Vng. *Alkalmatos, illendō*. Ang. *Apt convenient, meete*.] Lucr. lib. 4: Brachia nec porrò validis exapta lacertis Esse manusque datas utraque à parte ministras, Vt facere ad vitam possimus quæ foret usus.

Exardeo, es. Inflammor, incendor. [דלק *dalák*, יקד *jakádh*. ἐκφλέγομαι. Gall. *Ardre, estre enflammé*. Ital. *Ardere grandemente, essere infiammato fuor di misura*. German. Heftig brennen/entbrünnen. Belg. Zeerbranden. Hispan. *Mucho arder*. Pol. *Zaporzam*. Vng. *Felgyulladok, meg égek*. Ang. *To be hoate, to be one fyre*.] Transfertur ad multas res, ut dicatur in aliquo exardere injuriam, dolorem, ambitionem. ¶ Item exardere aliquem ira, & indignatione: sive exardere in iras, ut apud Martial. quod est veluti excandescere Cicer. 5. Tusc. Contra quorum disciplinam ingenium ejus exarserat. Idem 4. Verr. Exarsit iracundia ac stomacho. Idem Attic. libro 2: Nunc verò sibilis vulgi, sermonibus honestorum, fremitu Italiæ vereor ne exarserint. Idem pro Rab. Posthumo: Etiam ad innocentiam periculum tempus illud exarserat.

Exardesco, is, ere, n. t. inflammor. [דלק *dalák*, יקד *jakádh*. ἐκκαίομαι, ἐκκαομαι. Gall. *S'allumer & brusler*. Ital. *Farsi ardente*. Germ. Brennend werden. Hisp. *Arder mucho*. Polon. *Zapalam się*. Vngar. *Felgyulladozok, meg égdegélek*. Angl. *To be inflammed, to waxe one fyre*.] Cicer. 2. de Orat. Nulla materies tam facilis est ad exardescendum, quæ nisi admoto igni, ignem concipere possit. Plin. lib. 13. cap. 25: In igne autem ut ferrum exardescentes. ¶ Transfertur etiam ad animum pro accendi, & inflammari. Cicer. 3. Verr. Homo ut hæc audivit, sic exarsit ad id quod non modò ipse nunquam viderat. Sic exarsit, *inquit*, hoc est, tanto amore inflammatus est. Idem de Amicit. Ex quo eorum exardescit sive amor sive amicitia.

Exaresio, Exaresco, aridus fio, exiccor, exhaurior. [יבש *jabésch* חרב *charáb* ξηραίνομαι. Gall. *Devenir sec, tarir*. Ital. *Divenire arido, seccarsi*. German. Außdorren. Hispan. *Secarse*. Pol. *Wysycham*. Vng. *Megszáradok*. Ang. *To be made d ye*.] Nisi quod exaresio, passionem quandam videtur importare, quam non habet exaresco: ut exarescere dicatur quod sponte sua aridum fit: exaresieri, quod vi aliqua externa redditur aridum. Sed hæ differentiæ à doctioribus videntur magis, quàm observentur. Plin. lib. 26. De fuco marino: Sed omnib. articulis morborum impositis, antequam exare fiat.

Exaresco, n. t. aridus fio. [יבש *jebésch* חרב *charáb*. ξηραίνομαι. Gall. *Devenir sec, tarir*. Ital. *Seccarsi*. Germ. Dürr werden. Belg. Dorr worden. Hisp. *Secarse*. Pol. *Schnę*. Vngar. *Meg száradok*. Ang. *To waxe drye, to be made d ye*.] Colum. lib. 4: Et sole, ac vento penitus siccari atque exarescere. Cic. Papyr. Deinde ipsa illa, & qua fuit in me facultas orationis, nisi me ad has exercitationes retulissem, exaruisset: hoc est, omnino arida facta fuisset. ¶ Exarescere ex more. Plaut. Milit. Neque dum exarui ex amoœnitate rebusque voluptariis.

Exareno, as, are, act. p. est expurgare, & veluti arenas auferre, [τὴν ἄμμον ἀφαιρεῖν. Gall. *Oster l'arene & le limon*. Ital. *Purgare della arena*. German. Vom sand säubern. Hispan. *Quitar la arena*. Pol. *Spiasku oczyszcze*. Vngar. *Fövenytöl meg tisztitom*. Ang. *To purge from sand*.] Plin. li. 33. c. 3: Postea exarenatur, an satis decoctum sit splendore deprehendentes, iterumque exhaletur igni.

Exarmo, as, act. p. Armis spolio. [ἀφοπλίζω. Gallice, *Desarmer*. Ital. *Disarmare*. Germa. Wehrloß machen. Belg. Ontwapenen. Hisp. *Desarmar le armado*. Polon. *Oreze odeymuie*. Vng. *Fegyvertöl meg fosztom*. Angl. *To vnarme, to take harnesse frome*.] Suet. in Domit. Minervam quam superstitiosè colebat, somniavit excedere sacrario, negantem ultra se cum tueri posse, quòd exarmata esset à Iove. ¶ Exarmare feras: hoc est, dentes, ungues eis adimere; & ex feris mansuetas reddere. ἡμεροῦν. Vnde Exarmatæ bestiæ, pro cicuribus & mansuefactis accipiuntur. Lamprid. in Heliogab. Habuit leones & leopardos exarmatos in deliciis. Exarmare accusationem. Plin. libro 3 epist. metaphoricōs dixit pro debilitere & infirmare.

Exaro, pen. corr. n. p. Arando eruo. [חרש *harásch* ... ἐξαρόω. Gal. *Labourer, en labourant recueillir*. Ital. *Arare, trar fuori arando*. German. Herfürackern/außeren. Belg. Uytackeren. Hisp. *Arar sacar á fuera arando*. Polon. Wyoruie. Vngar. *Kiszántom*. Ang. *To eare or ploughe land*.] Cicer. 2. de Divin. Est ne quisquam ita desipiens, qui credat exaratum esse, Deum dicam an hominem: hoccine, a castro arutum fuisse, vel inter arandum è sulco emarsisse. Loquitur de Tage quodam, quem antiquitas fabulata est in agro Tarquiniensi aratro altiùs impacto, repentè ex sulco emersisse. Plin. lib. 17. cap. 19. Qui olivetum sæpiùs miscerit, is tenuissimas radices exarabit. ¶ Est etiam exaro idem quod ex aratione percipio. Cicer. 5. Verr. Quum ex agris tres fratres consortes profugissent, quòd iis plus frumenti imperabatur, quàm quantum exararant. Ibidem: Nonne plus lucri nomine eripitur, quàm quantum frumenti omnino exararant. ¶ Per translationem significat scribo. [χαράσσειν. Polon. *Pisse*. Vng. *Irok, meg irom*. Ang. *To drawe with the penne, to write*.] Qui enim stylo scribunt in codicillis, hi quasi sulcos more aratorum ducere videntur. Inest autem in hoc verbo tacita quædam festinationis & brevitatis significatio, quum scilicet paucis & obiter aliquid scribimus. Cicer. Cornific. Hæc quum essem in Senatu, exaravi. Idem Attic. lib. 12: Vnodecimo die postquam à te discesserā, hoc literularum exaravi, egrediens è villa ante lucem. ¶ Exarare idem aliquando quod excindere & delere, ductum ex more aratri ducendi diruris urbibus. Cic. de leg. 11: Quum multa in eo loco sepulchre fuissent, exarata sunt: id est, excisa & deleta. Paul. 4 § 4. D. de fin. regund. Sic dicantur termini dejecti vel exarati judex qui de crimine cognoscit, etiam de finibus cognoscere potest.

Exarticulatio. Est ossis secundum naturam moti ex concavitate profunda excussio, in locum minimè naturalem.

Exascio, as, are, act. p. Dedolo, dolebra & ascie paro. [פסל *pasál*. ἀποσκεπαρνίζω. Gall. *Esbaucher, faire le gros de quelque besong*. Ital. *Polire, spianar*. German. Behawen/rauch machen. Belg. Beslichten. Hispan. *Dolar y labrar de segun ... acuela*. Pol. *Nasiekam, wyprawuie*. Vng. *Meg gyalulom*. Ang. *To cutt out or ... be* ...] Translatio à fabris lignariis sumpta, qui ligne prius dolant, deinde poliunt. Plaut in Asin. Iam hoc opus est exasciatum: id est, utcunque dolatum; nondum tamen undequaque expolitum.

Exaspero, as, act. p. Exacuo, valde asperum facio. [חמר *hemér*. ἐξαγριόω. Gall. *Faire aspre & rude, irriter & courroucer*. Ital. *Esasperare, inasprire, inacerbire*. Germanic. Scharpff oder rauch machen. Belg. Scherpen. Hisp. *Exasperar, ensañar á otro*. Polon. *Ostrze, nasiekam*. Vngar. *Meg élesitém, meg darabositom: item, meg kesergetem*. Ang. *To make rough, to prouoke and stirre vp to anger*.] Sil. saxoque exasperat ensem. Tacit. Saxo exasperatur ferrum. ¶ Exasperare fauces, est asperas & inæquales reddere. Plin. lib. 23. capite 4: Fauces exasperat & venena omnia hebetat. ¶ Per metaphoram pro irritare sive concitare ponitur. παροξύνω, ἐξαγριαίνω. Col. lib. 9. cap. 15: Neque enim convenit æstu medio exasperatas apes lacessiti. Liv. 8. bel. Pun. Ad quorum primum adventum exasperati animo, mox ipsis placido sermone permulcentibus notos, cum quibus coogressi erant, leniti sunt. Quintil. R. m verbis exasperavit.

Exatio, es, act. p. Satio, exaturo. [השביע *hisbiáh*. καλῶς κορεννύω, ἐκπιμπλάω. Gall. *Rassasier, assouvir, saouler, contenter*. Ital. *Saziare, satollare, contentare*. Germa. Ersettigen/erfüllen. Hisp. *Hartar, y enhastiar*. Pol. *Nasicam*. Vng. *Meg elégitem*. Angl. *To fill*. Liv. lib. 8. bel. Mared Populum Romanum ne morte quidem Scipionis exatieri, nisi & ipsius fama sepulti laceretur.

Exaturo, as, act, a. p. Saturo. [Vng. *Meg elégitem*. Ang. *To satisfie and fill hym fulle the meate*.] Ovid. 5. Metam. Sed quæ visceribus veniebat

veniebat bellua ponti Exaturanda meis. ¶ Translatè apud Cic. 7. Verr. Quum ejus cruciatu atque supplicio pascere oculos animumq; exaturare vellent, potestas auspiciendi nemini facta est. Idem 6. Tusc. De Sardanapalo: Hæc habui quæ edi, quæque exaturata libido Hausit.

E¯xaudio, dis, act. q. Audio, admitto. [ענה hanáh שמע schamah, ἐξακούω. Gall. Ouyr entierement, exaucer. Ital. Essaudire, concedere vna dimanda. German. Erhören. Belg. Verhooren. Hispan. Bien oyer, consentir à lo que se dize. Pol Wysłuchuie. Vngar. Meg halgatom, meg hallom. Angl. To heare entierly.] Virg. 1. Aen. & nulli exaudita deorum Vota, precesq; meæ. Ovid. 2. de Pont. Eleg. 9. Supplicis exaudi juvenum mitissime vocem. Liv. lib. 6. Equidem clara increpans voce, ut hostes exaudirent, redire in prælium jubet. Terent. in Hecyr. Vereor si clamorem ejus hic crebrò exaudiat, ne parturire intelligat.

E¯xauditus, pen. prod. particip. Auditus. [נשמע nischmáh, ἀκουσθεὶς, ἐξακουστός. Gall. Exaucé. Ital. Essaudito, chi ha ottenuto. Germ. Erhört. Hispan. Oydo, consentido. Polon. Wysłuchany. Vngar. Meg hagaltatatos, halla tatot. Ang. Heard.] Clamores exauditi. Cic Att. 1. Vox naturæ exaudita, Idem 1. de Fin. Vox exaudita per lucos, Virg. Georg.

E¯xaugeo, es, act. s. Augeo. [הרבה harbáh, ἐξαυξέω, ἐπαύξω. Gall. Accroistre, augmenter. Ital. Accrescere grandemente. Germ. Heftig mehren. Hisp. Mucho acrecentar. Polon. Mnożę, barzo rozmnażam. Vng. Meg öregbitöm. Ang. To increase, to augment.] Plaut. Stich. egenti heræ subveni benefacta majorum tuorum exaugr. Terent. Heaut. Concurrunt multæ opiniones quæ mihi animum exaugeant, Locus, occasio, ætas.

E¯xauguro, as, pen. corr. act. p. [ἀνιεροποιέω, βεβηλόω, ἐξιερόω ποιέω. Gall. Desacrer, degrader. Ital. Disconsecrare. Germ. Entweyhen / degradieren. Hispan. Disconsagrar, desagradar. Polon. Zwrzedu składam. Vngar. Szentsegeböl kiuetöm. Ang. To vnhallow, to disgrade.] Propriè significat ex sacro profanum facio: contrarium ejus est Inauguro, per augurium sacrum facio. Non solebant enim veteres nisi addicente augurio, templum dedicare, aut sacerdotem consecrare: neq; etiam quod sacrum fuit, nisi addicentibus avibus profanare. Liv. 1. ab Vrb. Et ut libere à cæteris religionibus area esset, tota Iovis templiq; ejus quod inædificaretur, exaugurare fana sacellaque statuit: quæ aliquot ibi à Tatio rege primùm in ipso discrimine adversus Romulū pugnæ vota consecrata inaugurataq; postea fuerant. Et paulò pòst: Nam quum omnium sacellorum exaugurationes admitterent aves, in Termini fano non addixêre.

E¯xauguratio, verbale, f. t. Livius.

E¯xauspico, cas, ἐξοιωνίζομαι. Plaut. Capt. Exauspicavi ex vinculis, nunc intelligo Redauspicandum hunc esse in catenas denuò. Id est, malo auspicio huc processi, utique qui à vinculis, in quibus eram, initium viæ cepi: propterea redauspicare: hoc est, regredi in catenas, quasi iterum auspicandum, & fœliciorem viam incœptandum mihi necesse video.

E¯xautoro, as, pen. prod. significat ab autoramento: hoc est, obligatione militari, & juramento solvo & delibero. [ἀζωνέω. Gall. Casser gens de guerre, quitter le serment à celui qui a iuré. Ital. Disobligare, cassare i soldati. Germ. Vrlauben / dess Eyds erlassen. Belg. Orlof geven. Hisp. Soltar el iuramento al que iuro. Pol Zprzysięgi wypuszczam; odpustzenie daie. Vng. Menseget menedekes, szabatsagot adok. Ang. To discharge of his othe.] Quod barbari dicunt quitare juramentum. Vnde exautorati milites dicuntur qui missionem habuerunt, ἀφαιρεθέντες, ἀπεζωσμένοι. Et quamvis frequenter cum dedecore exautorare dicatur, persæpè tamen significat missos facere à militia milites citra vituperationem. Liv. lib. 25. Volonum exercitus qui vivo Graccho summa fide stipendia fecerat, velut exautoratus morte ducis, ab signis discessit. Et lib. 26. Postea de concione advocata de rebus à se gestis quum disseruisset, exautoratos dimisit. Vlpian. Exautorare interpretatur insignia militaria detrahere: quod cum infamia conficitur: ut est apud Lampridium: qui scribit Alexandrum tumultuantes legiones exautoravisse.

E¯xballisto, stas, significat ballista prosterno, & metaphoricōs decipio. ἐκβαλλίζω. Plaut. in Pseud. Ego hunc communem meum atq; nostrum omnium hostem exballistabo lapide.

E¯xcæco, as act. p. Visum eripio, luminibus orbo. [עור hivvér. τυφλόω. Gall. Aueugler, crever ou oster les yeux. Ital. Accecare, cavare gli occhi. German. Blind machen. Hispan Cegar à otra persona. Pol. Oślepiam. Vng. Meg vakitom. Ang. To mak blind, to blind.] Cic. 1. Acad. Num ergo is excæcat nos, aut orbet sensibus?

E¯xcalceo, reas, act. p. Calceos detraho. [נשל נעל naschal nahál, ὑποδήματα λύω. Gall Deschosser. Ital. Scalzare. German. Entschuhen. Hispan. Descalsar. Polon. Wyzuwam. Vngar. Saruidt le vonyom. Ang To vnshooe, to tak of the shooes.] Sueton. in Vitell. cap. 2. Claudium uxoribus libertisq; addictum, ne qua non arte demereretur, pro maximo munere à Messalina petiit ut sibi pedes præberet excalceandos.

E¯xcalefacio, act t. aut detracta e litera Excalfacio, Calefacio, calidum reddo. [חמם chimmém, ἐκθερμαίνω. Gall. Eschauffer. Ital. Scaldare, riscaldare. German. Erwarmen. Hispan. Calentar à otro. Polon. Zagrzewam. Vngar. Meg melegitöm. Ang. To mak very heate.] Plin. lib. 21. cap. 20. Vrinas magis excalefacit, quàm erorum ipsum. Ibidem: Modicè his tamen utendum est, quoniam excalfaciunt.

E¯xcalfio, pen prod. [חם cham, ἐκθερμαίνομαι. Gall. S'eschauffer. Ital. Scaldarsi. German. Erwarmen. Hispan. Calentarse. Pol. Rozgrzewam sie. Vngar. Meg melegedöm. Angl. To be made heat.] Plin lib. 24. cap. 7. Quum siccari excalfierive opus fit.

E¯xcalfactio, t. t. [ἐκθερμανσις, ἐκθερμασία. Gall. Eschauffement. Ital. Esso scaldarsi. German. Erwermung. Hispan. Calentamiento. Polon. Rozgrzanie. Vngar. Meg melegedes. Angl. A making very heate.] Plin. lib. 31. cap. 9.

E¯xcalfactorius, [מחמם mechammém. θερμαντικός. Gall. Qui a vertu de eschauffer, eschauffant. Ital. Ch'a vigore di scaldare. German. Das erwermen oder erhitzigen kan. Hisp. Cosa para calentar. Polon. Do rozgrzania łaźny. Vngar. Meg melegitö. Angl. That hath force to heate.] Excalfactoria vis, apud Plinium.

E¯xcalpo, is, Scalpo, exravo, [חקק chak פתח pittách. ἐγγλύφω, ἐκκολάπτω. Gall. Entailler, engraver. Ital. Scalpire. Germ. Ausshölen. Hispan. Escu pir dolar con sinzel. Polon. Wydłubuie. Vng Vaagatom, ajagatom. Angl. To graue or intaile.] Cato cap. 18. Arbores crassas pedes duos, altas pedes novem, cum cardinibus: foramina longa pedes tres semis, & excalpta digitos sex.

E¯xcandefacio, Candens & ignitum reddo. [הלבין hilbin ליבן libbén, διαπυρόω. Gall Eschauffer tant vne chose qu'on la face devenir blanche. Ital Infocare, infiamare, scaldare vna cosa fin che diuenga bianca. Germ. Glüend machen Hispan. Enflammar. Polon. Rozżarzam. Vngar. Meg tüzesitöm. Angl. To mak burning heate or angrie.] Excandefacere frumentum, vel annonam, est caritatem ejus augere, & in pretium immoderatum extollere. Varro 3. de Re rust. cap. 2. Sed ut ad hunc bolum venias, opus erit tibi aut epulum, aut triumphus alicujus, ut nunc fuit Scipionis, Metelli, aut collegiorum cœnæ, quæ tunc innumerabiles excandefaciebant annonam. Vbi excandefacere annonam, est pro eo quod paulò pòst dixit: Incendere annonam. Quotus quisque, inquit, est annus, quo non videas epulum aut triumphum, aut collegia epulari, quæ nunc innumerabiles incendunt annonas.

E¯xcandesco, is, excandui, n. t. ab Excandeo, significat incendor, inflammor, exardesco. [הילבין hilbin. ἐκπυρόομαι. Gall. S'enflamber, e courroucer asprement. Ital. Ardere, infiammarsi. German. Vom Fewr angehn / glüend oder entzündt werden. Hispan. Encenderse. Polon. Rozpalam sie, Zapalam sie. Vngar. Fel gyulaок, meg tüzesedöm, item, igen meg haragszom. Angl. To be redde hoate, to be very angrie.] Cato de Re rustica capite 95. Nam si in tecto coquas, quum bitumen & sulphur additum est, excandescet. ¶ Per translationem accipitur pro irasci, quòd ira veluti igni quodam animus soleat incendi, θυμοῦμαι. Cælius Cicer. libro 8. Epistol. Id postquam rescivit, excanduit, & me causam inimicitiarum quærere clamitavit.

E¯xcandescentia, æ, f. p. ab Apuleio lib. de dogmatibus Platonis, appellatur ea animæ pars quæ irritabilis est, habens domicilium in corde: quam alio nomine Irascentiam nominat, qua scilicet subitò ad iracundiam incendimur. [חמה chemáh, θυμός. Gall. Enflambement, courroux aspre & aigre. Ital. Infiammatione. Germ. Entzündung mit gähem zorn Hisp. Encendimiento por ira. Pol. Zapalczywość. Vng. Fö gyulolás, meg tüzesülés, meg haragvás. Angl Greath wrath and anger.] Cicer. 4. Tusc. Excandescentia autem sit ira modò nascens: & modò existens, quæ θύμωσις Græcè dicitur: odium, ira inveterata: inimicitia, ira ulciscendi tempus observans: discordia, ira acerbior, intimo odio & corde concepta.

E¯xcanto, as, are, act. p. Incanto, sive perniciem incantationibus affero. [לחש lichésch כשף chischchéph ἐπᾴδω. Gall. Enchanter. Ital. Incantare, ammaliare. German. Verzaubern. Hispan. Encantar. Polon. Oczarnie. Vngar. Meg bübiolom baiolom. Angl. To charme, to inchant.] Plinius libro 28. cap. 2. Qui fruges excantasset. Plautus in Amphitr. Præstigiator fortè aut veneficus excantat tibi familiam. ¶ Ponitur etiam aliquando pro Incantione è loco aliquo evocare. Propert. lib. 3. Eleg 3. Vt per te clausas sciat excantare puellas, Qui volet austeros arte ferire viros. Horat. Epod 5. Quæ sidera excantata voce Thessala, Lunamque cœlo deripit. ¶ Excantare, Excludere, inquit Nonius Plaut. Bacch. Nam credo cuivis excantare cor potest. Lucil. Satyr. lib. 12. Quæ ego nunc Aemylio præcanto, atque exigo, atque excanto. Varro Eudæmonibus: Vbi vident se cantando ex ara excantare non posse, diripere incipiunt. Antiquum.

E¯xcarnia, ἄσαρκα, vocantur loca in corpore humano quæ carne interjecta non sunt.

E¯xcarnifico, act. p. Dilanio, in partes seco, quod proprium est lanionum & carnificum. [נתח nittách. κατακρεουργέω. Gall. Faire mourir en bourreau, hacher piece à piece, bailler plusieurs tourmens. Ital. Stracciare, tagliare en pezzi. German. Zu stucken hawen / aussmartern. Belg. Cappen. Hispan. Atormentar haziendo sangre, encarnicar. Polon. Na kęsy tak kas sieke, widręczam. Vngar. Meg skaggatom, el konczolom. Angl. To rent or cutt in pieces.] Sueton. in Vitel. Apud Gemonias minutissimis ictibus excarnificatus, atque confectus est, κατεκρεουργήθη. Cicero 3. de Natur. Anaxarchum Democriteum à Cyprio tyranno excarnificatum accepimus. ¶ Per translationem pro excruciare ponitur. Terent. in Heauton. Vt te omnes equitem dii deæque, quantum est Syre, Cum istoc invento, cumque incœpto perdunt: Hujusmodi mihi res semper comminiscere, ubi me excarnifices.

Excavo, as, are, act. p. Cavo. [כרה *charáh* חתר *chatár*. [illegible] Gall. *Caver, creuser*. Ital. *Cavare, far concave*. German. Außhölen. Hispan. *Cavar como piedra ò madera*. Polon. Widłubuie. Vng. *Kivaiom*. Ang. *To mach holow*.] Cic. 6. Verr. Erat etiam vas vinarium ex una gemma prægrandi, trulla excavata cum manubrio aureo. Varr. 3. de Re rust. cap. 5. Circum natalitia sunt excavata anatum stabula. Senec 4. Natur. Quæst. Stillicidii casus lapidem cavat, & hæc ipsa excavatio rotunda fit.

Excavatio, verbale. f. t. [[illegible] Gall. *Cavement, creusement*. Ital. *Cavamento*. Germ. Außhölung. Hisp. *Aquella obra de cavar assi*. Polon. Widłubanie. Vng. *Kivaiás*. Angl. *The making of a thing olow*.] Senec. 4. Nat. Quæst. Stillicidii casus lapidem cavat: & hæc ipsa excavatio rotunda fit.

Excedo, dis, pen. prod. n. t. Discedo, egredior. [הלך *halách* עלה *haláh* [illegible] Gall. *Separer, ceder & partir, s'en aller, se desloger*. Ital. *Partirsi, andarsi*. German. Außziehen/hinweichen. Belg. Wtrecken/wtgaen. Hispan. *Partir de algun lugar*. Pol. *Odchodzę, odstępuię*. Vng. *ki megyök, el megyök*. Ang. *To depart, to go forth*.] Cæsar 4. bel. Gall. Nam cum omnibus suis domo excesserant, Rhenumq; transierant. Ibidem: Aurigæ interim paululùm è prælio excedunt. Plaut. in Aulul. Istic adesto, si herclè tu ex isto loco digitum transversum aut unguem latū excesseris. ¶ Item supero, antecello. [נצח *nitsétseách* הותיר *hotír*. [illegible] Gall. *Exceder, surmonter*. Ital. *Superare, eccedere*. Germ. Vbertreffen/höher und grösser seyn/fürgehn. Hispan. *Sobrepujar*. Ang. *To passe or surmonte*.] ut, Cicero facile excedit omnes eloquentia. Excedere è vita, idem est quod mori. Cic. de Clar. Orat. Sed ad eos si placet, qui è vita excesserunt, revertamur. In qua significatione etiam dicimus Excedere absolutè Cic in Orat. in Senatu habita post reditum: Quo quidem tempore, quum is excessisset, qui cædi & flammæ vobis autoribus, restiterat.

Excessus us ui. verbale. m. q. [[illegible] Gall. *Deslogement, desplacement*. Ital. *Dipartita, morte*. German. Der tödtlich Abscheid auß diesem Leben. Hispan. *Partida de lugar*. Pol. *Rozłączenie się z światem*. Vngar. *ki menes el menes*. Ang. *A going away, a departing*.] ut, Excessus è vita. Cic. de Finib. In his excessum è vita, & in vita mansionem. Excessus vitæ. Cic. 1. Tusc. Neque excessu vitæ sic deleri hominem. ¶ Et excessus absolutè etiam pro morte positum invenitur. Idem 1. de Legib. Certè non longè à tuis ædibus inambulans, post excessum suum Romulus Iulio Proculo dixerit se Deum esse.

Excello, excellis, vel excello, excelles, excellui, excelsum supero, præsto antesto, emineo. [הותיר *hothir*. [illegible] Gall. *Exceller, outrepasser, surmonter*. Ital. *Superare, sopravanzare*. Germ. Vbertreffen. Belg. Te boven gaen. Hisp. *Sobrepujar*. Polon. *Cześnię, przewyższam*. Vng. *Feljül haladom, fő vagyok*. Ang. *To excell, to passe and surmonte*.] Construitur tàm cum dativo quàm cum accusativo. Cic. pro Pomp. Vt is qui dignitate principibus excellit, facilitate infimis par esse videatur. Lactant. lib. 7. Qui omnes licet eloquentia excelluerit. Cicer. pro lege Manilia: Hic miramur hunc hominem tantum excellere cæteris. Sed hæc significatio videtur esse translatitia. Nam propriè excellere est altitudine vel statura eminere.

Excellens, participium. [מותיר *mothir*. [illegible] Gall. *Excellent*. Ital. *Excellente*. German. Vbertreffend oder fürtreffend. Hispan. *Sobrepujador*. Polon. *Naiwiętszy*. Vngar. *Fölyül haladó, fő, méltoságos*. Ang. *Excellent passing*.] Vnde tumultum, vel montem excellentem dicimus, qui inter cæteros eminet. Cic. antequam iret in exilium: Dii, deæque immortales, qui excellenti tumulo civitatis sedem Capitolii in saxo incolitis constitutam.

Excellentia, æ, f. p. Eminentia, magnitudo, præstantia, nobilitas. [יתרון *jithron*. [illegible] Gall. *Excellence*. Ital. *Eccellenza*. Germ. Fürtreffenheit. Hisp. *Sobrepujanca, excellencia*. Polon. *Przewyższenie, przodek*. Vng. *Fölyül haladás, méltoság, magasság, [illegible]*. Angl. *Excellencie, standing above other passing*.] Cic. 1. Offic. Nobis autem personam imposuit ipsa natura magna cum excellentia, præstantiáq; animantium reliquorum.

Excellenter. adverb. Magnificè, excelsé. [[illegible] Gall. *Excellemment, excellentement*. Ital. *Excellentemente*. German. Fürtreffenlichen. Hispan. *Excellente, y altamente*. Polon. *Przewiele dobrze, szlachetnie, wybornie*. Vngar. *Magasságosan, méltoságosan, fönen*. Angl. *Excellently, passingly*.] Cicero 1. Offic. Quæ magno animo & elato fortiter, excellenterque gesta sunt.

Excelsus, Nomen ex participio, Altus, procerus, editus [רם *ram* גבה *gaboá* עליון *helion*. [illegible] Gall. *Haut, eslevé*. Ital. *Alto, elevato*. German. Hoch. Hisp. *Cosa alta y ensalcada* Pol. Wysoki. Vgn. *Fölséges, magasságos, méltoságos*. Ang. *Higth*.] Cic. 2. Tusc. Te natura excelsum quendam, videlicet, & altum, & humana despicientem genuit. Aul. Gell. lib. 2. Tanto fuisse Herculem corpore excelsionem.

Excelsitas, f. t. Altitudo. [מרום *maróm* גבה *geboáh* גבהות *gabhúth*. [illegible] Gall. *Hautesse*. Ital. *Altezza*. Germ. Hoche/hochheit. Hispan. *Altura*. Polon. Wysokość. Vng. *Fölség, magasság, méltoság*. Ang. *Highnesse, the highs*.] Plin. lib. 21. cap. 5. A lapide quadragesimo ad eam excelsitatem, ut in omnes urbis montes levarentur. Cic. 3 Offic Etenim multò magis est secundum naturam excelsitas animi, & magnitudo, &c.

Excelse, adverbium, Altè, excellenter. [[illegible] Gall *Hautement* Ital. & Hisp. *Altamente*. German. Höchlich/höher. Polon. Wysoce powaźnicy. Vngar. *Magassan, fölségessen*. Angl. *Highly*.] Colum. lib. 4. cap. 1. Si modò scandit excelsus, plus alimenti terræque desiderat. Cicer. in Orat. Omnia profectò, quum se à cœlestibus rebus referret ad humanas, excelsiùs magnificentiusq; & dicet & sentiet.

Excelsissime, Adverb. [Vngar. *Igön magassan*.] Velleius Paterculus Histor. lib. 1. Cujus quàm diu Sparta diligens fuit, excelsissimè floruit.

Exceptio, Excepto, ptas, Vide Excipio.

Excerebro, bras, Cerebrum eripio. [[illegible] Gall. *Escerveller*. Ital. *Discervellare*. German. Deß Hirne herausnemmen. Hispan. *Descalabrar, è quebrar los sesos privar de celebro*. Polon. *Mózgu dobywam*. Vngar. *Agyavelét, ky vagom*. Angl. *To knock out the braines*.] Qui mactat pecus, quasi qui excerebret. Interpres bibliorum.

Excerno, nis, excrevi, excretum, Purgo. [נקה *nikkáh* נפה *pinnáh* הבדיל *hibdil* הפריח *hiphriah*. [illegible] Gall. *Separer, purger & oster le mauvais*. Ital. *Purgare, cernere*. Germ. Außseuberen/außscheissen Belg. Racken. Hisp. *Apartar lo limpio, purgar*. Pol. *Cziszczę, chędożę*. Vng. *Kitisztitom ki valaztom, kyzgetom*. Ang. *To seuer, and tak the good frome the euill*.] Colum. lib. 2. Itaq; in area detrita frumenta sit aggerenda, ut omni flatu possent excerni. Itaq; dicimus excernere alvum, vel simpliciter excernere, pro onus ventris dejicere. Cels. libro 4. Quoniam portæ modo in inferiores partes, ea quæ excreturi sumus emittit.

Excrementum, n. s. Quod egeritur ex cibo potuque. [[illegible] Gall. *L'ordure du corps qui on se se bore*. Ital. *Il purgamento del corpo*. Germ. Allerley koht unnd unraht so vom Leib geht. Hisp. *Superfluidad del cuerpo*. Pol. *Wszakie plugastwo, necz sieszq*. Vng. *Szár, ganè*. Ang. *The offall, the refuse of any thing sifted*.] Et est duplex, siccum scilicet, & humidum conceptaculum humidi dicitur, vesica: conceptaculum sicci, alvus nominatur. Oris excrementum. Tacitus. lib. 20. Precabaturque principem, ut genas, & oculorum orbes dignaretur respergere oris excremento. Plin. lib. 10. cap. 43. Scribit corvum, quod excrementis suis calcamenta fœdasset, à mancipe proximæ sutrinæ fuisse exanimatum.

Excretus, ta, tum, participium à verbo excernor, Egestus, expurgatus. [[illegible] Gall. *Purgé, sassé, separé d'avec*. Ital. *Espurgato*. Germ. Außgeseubert. Hispan *Purgado alimpiado*. Polon. *Wiecz sczony*. Vngar. *Ki tisztitatot, ki ganelos*. Angl. *Cleansed, sifted, severed*.] Colum. lib. 8. Furfures à farina excreti. Vnde excreta tritici, dicuntur vulgò grana, quæ ex incerniculo pro immundis seponuntur. Colum. lib. 8. Vbi annona est carior, excreta tritici minuta commodè dantur gallinis: hoc est, furfures à farina excreti.

Excretum, ti, n. s. substantivum, Purgamentum quod ex cerniculo à frumento separatur [מוץ *mots*. [illegible] Gall. *Criblure, qu'on iette en purgeant*. Ital. *Purgamento che si cava fuori del formento*. German. Wust/daß man vom Korn außreytert. Hisp. *Purgacion del trigo con el crivo e cedaço*. Pol. *Plewy*. Vng *Ocsu (arany) visec*. Ang. *The offall or refuze of a thing sifted*.] Colum. lib. 8. cap. 4 Vbi annona est carior, excreta tritici minuta commodè dantur gallinis.

Excerpo, pis. psi, ptum, act. t. Decerpo, deligo. [ארה *aráh* בחר *bachár*. [illegible] Gall. *Extraire, cueiller par eslite*. Ital. *Cavar fuori cernendo, carpire*. German. Außklauben/ außläsen. Belg. Wtlesen. Hispan. *coger rompiendo*. Pol. *Przebieram*. Vngar. *Ki szakasztom, le szakasztom, ki válosztom*. Ang. *To picke out, to gather here & there the best*.] Terent. in Phorm. Tu id quod boni est excerpis, dicis quod mali est. Cic. 3. Offic. Excerperes ex his ipsis siquid inest boni. ¶ Vnde excerpta, dicimus quæ ex libris veluti flosculos extrahimus. [illegible] ¶ Est etiam excerpere idem quod eximere. [illegible] Vnde excerpere aliquem de numero Poëtarum, est eum inter Poëtas non numerare. Horat. Serm. Satyr. 4. Primum ego me illorum dederim quibus esse Poëtas Excerptam numero. Sic excerpere se hominum consuetudine, dicit Seneca in Epist. pro secedere ab hominum congressu. Excerpere se vulgo. Seneca de Tranq. vitæ: Excerpere vulgo Pauline, &c.

Excelsus, Vide Excedo.

Excetra, træ, penult. prod. Dicta est hydra Lernæa, quòd uno cæso capite tria excrescebant, [illegible] Plaut. in Persa: Nam cum leone, & cum excetra, cum cervo, & cum apro Aetolico, cum avibus Stymphalicis, cum Antæo deluctari mavelim, Quàm cum amore. Ovidius: Pars quota Lernææ serpens erit unus echidnæ? Scribit Diodorus, Herculem debellasse hydram non solùm ferro, sed etiam flammis, adhibito Iolao, quo incisam cervicem ardenti face evestigiò inureret. Constat (secundum Historicos) hydram in Lerna Argivorum regione paludem extitisse, aquas evomentem quæ vastabant vicinas civitates, in qua uno meatu clauso, multi erumpebant. Quod Hercules videns loca ipsa excussit, & sic aquæ meatus clausit. Nam hydra, [illegible]: id est, ab aqua; nomen accepit. Plato asserit in Euthydemo, hydram fuisse callidissimum sophistam, cui præter sapientiam, pro uno sermonis capite amputato, multa repullulabant.

Exchalcio, exchalcias, are, Verbum à dictione Græca [illegible] formarum significat à despoliare, & auferre nummos. [Vng. *Pénzitul meg fosztom*.] Vnde Porphyrio in Horatium, libro 1. Serm.

Serm. Satyr. 8. Voranus, inquit, Q. Lutatii Catuli libertus omni loco, omni tempore furacissimus fuisse dicitur. De quo etiam illud traditur, quum deprehensus à nummulario esset, de cujus mensa nummos subtractos in calceos sibi infarcierat: quidam jocans: Bellè, inquit, te nummularius ille exhalciavit: cum aspiratione scilicet secundæ syllabæ: simul ut chalcon: id est æs, ablatum ex calceamento objiceret. Vide etiam Cæl. Rhod. Antiq. lect. lib. 19. cap. 9.

E'xcido, dis, pen. cor. n. t. ab ex & cado, a in i mutata, præteriti excidi, supinum excasum facit: E' loco, vel re aliqua sublimiori cado, Elabor, fluo, defluo. [נפל nephál. ἐκπίπτω. Gall. Choir de quelque lieu. Ital. Cadere. Germ. Aussfallen. Belg. Utvallen. Hisp. Caer. Polon. Wypadam. Vngar. Ki esném, le esném. Angl. To fall out of any place.] Virg. 2. Georg. Nam sæpè incautis pastoribus excidit ignis. ¶ Vnde per translationem Excidere animo: id est, oblivisci. Idem 1. Aen. Necdum etiam causæ irarum, sævíq; dolores Exciderent animo. ¶ Interdum dissentire. Lucil. lib. 27. Ego ab Archilocho excido. ¶ Excidit nobis aliquod verbum, quum quod alioqui dicturi non eramus, imprudenter proferimus. Cicer. pro Sylla: Verbum ecquod unquam ex hujus ore excidit, unde quisquam posset offendi? ¶ Sunt & aliæ non invenustæ hujus verbi translationes: ut quum nobis victoriam, aut spem aliquam è manibus, excidisse dicimus, quum significare volumus nos amisisse quod propemodum tenebamus. Cicer. ad Brutum: Deinde ita multa peccata, ut quodammodo victoria excideret è manibus. ¶ Excidere uxore, est ambitæ uxoris spem amittere. Terent. And. Herus, quantum intelligo, uxore excidit.

E'xcido, dis, pen. prod. act. t. excidi, penultima longa, excisum, Compositum à cædo, Excindo, eruo. [כרת charáth קצץ kețés. ἐκτέμνω, ἐκκόπτω. Gall. Coupe & oster quelque chose. Ital. Tagliare, fendere, distruire. Germ. Aufshawen. Belg. Uthouwen. Hispan. Cortar, tajar, romper, destruir. Pol. Wysiekam. Vngar. Kivagom. Ang. To cutt downe to destroy, to cutt of.] Cic. lib. 2 Offic. Nec lapides ex terra exciderentur ad usum nostrum necessarii. ¶ Item penitùs destruo. Idem in Catone: Quomodo Carthagini malè jamdiu cogitanti bellum inferatur, multò tempore antè denuncio: de qua vereri non antè desinam quàm illam excisam cognovero. ¶ Ex animo excidere. Cic. de Provin. Conf. Nónne vobis videor & ultimi temporis recordatione, & proximi memoria, medium illud tristissimum tempus debere, si ex rerum natura non posse evellere, ex animo quidem certè excidere? Hoc est, memoria evellere.

E'xcidium, dii, n. f. Ab excido deduci manifestum est, pro eversione & ruina urbis, provinciæ [קצץ ketés. ἀνάστασις, ἀλωσις. Gall. Destruction, ruinement. Ital. Esterminio, rouina. German. Ein zerschleiffung / so man ein Statt oder Stat gar ausreutet und zerstöret. Belg. Een verderffenisse. Hisp. Cayda, ò destruycion. Pol. Zburzenie. Vngar. El romlás, elveßés és vágás. Ang. The sacking, rasing or destroying of a citie.] Liv. 7 bell. Pun. Magnum se excidio ejus urbis terrorem cæteris earum injecturum. Plin. lib. 19. cap. 39. Fuitq; arbor fatalis excidio urbis.

E'xciso, as, penultima prod. Lanio, vulnero [ברר פרק porák kașás. ἐκτέμνω. Gall. Couper, deschirer & dicouper. Ital. Stracciare, ferire. German. Aussthawen / verwunden. Hispan. Despedaçar, herir. Polon. Wysiekam, wrzbuie. Vng. Meg sebesitöm, meg vagdalom. Ang. To teare and cutt of.] Nonius. Excisatum, laniatum, vulneratum. Plaut. Cistell. Capillo scisso, atque excisatis auribus.

E'xcisio, onis, Verbale, f. t. Actus ipse excidendi. ut, Excisio tectorum. Cic. pro Domo sua.

E'xcindo, dis, act. t. Excido, Everto, diruo, deleo. [כרת charáth קצץ kațás. Gall. Couper & gaster, destruire & ruiner. Ital. Distruggere, rouinare. Germ. Zerstören / ausreuten. Hisp. Destruir, cortar. Pol. Zrzucam burze. Vng. Ki vágom le rontom. Ang. To sack, destroy, or over trowe.] Cic. pro Planc. Vrbem unam mihi amicissimam declinavi, quæ se vel potiùs excindi, quàm è suo complexu me eriperet, facilè pateretur.

E'xcisorius a, um. [חוצב choréth. ἐκκοπτικός. Vngar. Ki vágo.] ut, Excisorius scalper, quo cariosa exciditur caro, apud Celsum lib. 6. cap. 3.

E'xcio, cis, excivi, excitum, pen. prod. act. t. vel Excieo, es, excivi, excitum, penultima correpta, Evoco, excito, incito, allicio, concito, stimulo, commoveo, elicio [הקריא karà צעק zahak ἐκκαλέω. Gall. Esmouvoir, faire lever & fortir, hucher. Ital. Chiamare, svegliare, incitare. German. Hinausberüffen. Belg. Utroepen. Hispan. Llamar, mover, ò despertar à otro. Polon. Wiwoluie. Vngar. Ki hivom, fölindítom, föltgatom, ki ßerzédem. Angl. To provok, to call out, to waken.] Plaut. in Epid. Quid est pater, quòd me excivisti ante ædes? P. Vt matrem tuam videas: id est, evocasti. ¶ Aliquando expergefacere, ἐξεγείρω. Liv. lib. 1. Hercules ad primam auroram somno excitus. Idem lib 4. ab Vrbe: Sed dictatorem quoque ex somno excivit. Sic excire cubilibus. Livius libro 5. ab Vrbe: Extremos tamen pavor cubilibus suis excitos, quæ aut unde vis esset ignaros, in fugam, & quosdam in hostem ipsum improvidos intulit. Excire animas sepulchris, Virg. 4. Aen. Plaut. in Cistel. Et mihi excivisti lacrymas? Ita excire tumultum, excire aliquem ad cupiditatem discendi, Liv. 1. ab Vrbe.

E'xcito, tas, pen. corr. frequentativum. Eadem significatione est cum verbo excio: nam aliquando significat commovere ad virtutem. [העיר hehir. αἰσγείρω, παροξύνω, παρορμάω. Gall. Esmouvoir, exciter, inciter. Ital. Eccitare, commouere, stimolare. Germ. Bewegen / erwecken. Hispan. Mover, despertar. Polon. Pobudzam, pobudzam. Vngar. Föl ßerzedezem, föl serkentem, föl inditom, föl támasztom. Ang. To waken, to stirre vp, to raise.] Cæsar 7. bel. Gall. Excitare ad arma civitatem. Cic. 1. de Divinat. Terent. in Heaut. Non vides quantum mali ex ea re excites? ¶ Aliquando expergefacere. ἐξεγείρω. Livius 5. bell. Pun. Scipiones me ambo dies noctesque curis insolemnibusque agitant, & excitant sæpè somno. Cic. pro Sylla: Excutient tibi istam verborum jactationem, & te ex somno sæpè excitabunt. ¶ Mortuos ab inferis excitare. Cic. in Orat. & in Topicis. ¶ Excitare ædificium, pro erigere. Senec. Epist. 35. Puta duo ædificia excitata esse: ambo paria, atq; excelsa, ac magnifica. ¶ Excitare, aliquem de spectaculis, & aliquem ludos spectantem loco depellere: quod decoctoribus accidere solebat, qui quòd Equestrem censum habere desiissent, à quatuordecim gradibus arcebantur. Quintil. lib 3. cap. 6. Si excitatus fuerit de spectaculis, & injuriarum aget, depulsio actoris erit.

E'xcitari, passivè Cic. 5. de Finib. Excitantur spe gloriæ quæ habet formam honestatis & similitudinem. Miles truci excitatur classico, Horat. Epod. 1.

E'xcitatus, nomen ex participio. [מעור muhár ἐγηγερμένος. ἐξεγερμένος. Gall. Esmeu, incité. Ital. Smosso, incitato. German. Bewegt / erweckt. Hispan. Movido. Polon. Wzbudzony. Vngar. Föl inditatot, föl támasztatot. Ang. Stirred or moued vp.] Plinius lib. 20. cap 17. Optimum quàm excitatissimi odoris, & quàm nigerrimum: hoc est, odoris vehementissimi. ¶ Excitatus homo. Cic. 2. de Natur. deor. Quæ primum eos humo excitatos, celsos, & erectos, constituit, ut deorum cognitionem, cœlum intuentes, capere possent.

E'xcitatè, adverbium: Hoc est, vehementer, & lucidè. [ἐξεγερμένως, σφοδρῶς. Gall. Fort, impetueusement. Ital. Con vehementia, grandemente. Germ. Hefftig / hitzig. Hispan. Grande ò fuertemente. Polon. Jasnie. Vngar. Föl inditua, fenyesen, fényesség. Ang. Strongly.] Plin. lib. 37 cap. 7. Et in his autem mares excitatius fulgent: fœminæ pinguiores sunt, & crassus nitent: hoc est, majorem fulgoris vim habent, & quodammodo excitatiorem aliis.

E'xcipio, pis, pen. cor. Accipio, recipio. [קבל kibbél. ὑπολαμβάνω. Gall. Recevoir, extraire, recueillir. Ital. Eccettuare, ricevere. Ger. Empfahen / auffnemmen / c. Belg. Ontfangen. Hispan. Sacar ca regla, recebir con honra ò buena, voluntad. Polon. Wiymuie, biore. Vngar. Et fogadom, be veßem, to ßemel el, ki veßem, ki veßem. Ang. To tak out, to receiue, to entertaine, to welcome.] Plaut. Rud. Súmne ego scelestus, qui illuc hodie excepi vidulum? aut quem excepi, qui non alicubi in solo abstrusi loco? ¶ Aliquando significat idem quod demo, eximo numero, ἐξαιρέω. Cic. 4. Acad. Nihil excepit de quo non proficeatur. Idem lib. 1. Tusc. Nam si solùm eos diceres miseros quibus moriendum esset, neminem tu quidem eorum qui viverent exciperes. ¶ Aliquando idem est quod recipio, præcipuè afflictos ἀναδέχομαι. Virg. 3 Aeneid. Heu quis te casus dejectam conjuge tanto Excipit? ¶ Aliquando inquirere. Cic. de Orat. Quædam dari ex hac vita ad pertrahendos animos hominum, & ad excipiendas eorum voluntates. ¶ Aliquando separare. Virg. lib. 9. Aen. ipsum illum clypeum, cristasq; rubentes Excipiam sorti. ¶ Aliquando per dolorem capere, opprimere, intercipere, comprehendere incautum. Cic. Att. lib. 8. Admoniti sumus ut caveremus, ne exciperemur à Cæsare: quòd is in eadem loca quæ nos petebamus, celeriùs etiam quàm nos possemus eò quo intenderat, venturus esset. Cæsar 6. bell. Gall. Multos ex fuga dispersos excipiunt. Virgil 1. Aen. Excipit incautum, patriasque obtruncat ad aras. ¶ Aliquando colligere: ἐκδέχομαι. Martial. Ventris onus misero (nec te pudet) excipis auro. ¶ Aliquando abscondere. Plautus in Aulul. Ne partem tibi ab eo indipisces, neq; furem excipies. ¶ Aliquando compositè & sine tumultu obsistere: δέχομαι, ἐκδέχομαι. ¶ Aliquando educo ἐκδέχομαι, ἀναδέχομαι, ὑπολαμβάνω. ¶ Excipere brachiis. Colum. lib. 9. cap. 15. Excipere clamoribus, pro applaudere. Plin. Epist. 38. Pudet referre quæ quàm fracta pronunciatione dicantur, quibus quàm teneris clamoribus excipiantur. Gremio alicujus excipi. Claudianus Paneg. 6. quum genitoris amico Exceptus gremio mediam veheretur per urbem. ¶ Excipere osculo. Plinius in Paneg. Gratum erat omnibus quòd Senatum osculo exciperes. ¶ Excipere, pro audire. Plautus Amphitr. Quid memoret hinc excipiam, ne propereà. ¶ Excipere audire auribus. Plin. Epist. 84. ¶ Subire, & excipere tela. Cic. de provin. Consul. Excipere cicatrices adverso corpore. Cic. 7. Verr. Excipere gladio. Quint. Curt. lib. 9. E' quibus duos gladio ita excepit, ut ante ipsum exanimes procumberent. Excipere item dicuntur qui alio dictante aliquid describunt. Sueton. de Tito: E' pluribus comperi notis quæq; excipere velocissimè solitum: & cum amanuensibus suis per ludum, jocumq; certantem, imitari chirographa quæcunq; vidisset. ¶ Excipere se in genua, pro erigere. Senec. Epist. 67. Qui succisis poplitibus ingenua se excepit. ¶ Excipere se in pedes, & excipere se pedibus, illud apud Livium, hoc apud Curt. Livius 4. ab Vrbe. Confestim & ipse hasta innixus, se in pedes excipit. Curt. lib 9. Sed fortè ita libraverat corpus, ut se pedibus exciperet. ¶ Excipere item est, opponere aliquid actori, quò minùs id quod petit auferat.

E'xceptio,

Exceptio, onis, f. t. Exceptio. [ὑπεξαίρεσις. Gall. *Exception, chose qui restraint une generalité.* Ital. *Eccettione, clausula che restringe una generalità.* German. Außnemmung / Vorbehaltung. Belg. Een wtneminge. Hispan. *Exception de la regla.* Polon. Wyjęcie. Vngar. *Ki vétel, fogás.* Ang. *An exception.*] Cic. de Amic. Tum est inter eos omnium rerum, consiliorum, & voluntatum, sine ulla exceptione communitas. ¶ Exceptio item dicitur quæ à reo opponitur adversus petitionem actoris. Cic. 2 de Inven. Nam & Prætoriis exceptionibus multæ excluduntur actiones. Vlp. l. 2. ff. de Except. Exceptio dicta est quasi quædam exclusio quæ interponitur actioni cujuslibet rei, ad excludendum id quod in intentionem, condemnationemq; deductum est.

Exceptor, m. t. [Vng. *Ki író.*] Amanuensis. ὑπογραφεύς, qui dictata excipit: Iulius Firmicus Mathes. lib. 3. Si Mercurius cum Saturno fuerit inventus, Sole cum iis in eodem loco constituto, malitiosos facit, malevolos, pessimos in omnibus actibus, & aut advocatos aut Iurisperitos, aut scribas aut exceptores.

Excepto, as, Identidem eximo, & ad me traho. ἐξαιρέω, ὑπολαμβάνω. Gall. *Prendre souvent, recueillir, tirer à soi.* Ital. *Eccettuare, trar à se, trar fuori.* Germ. Außnemmen / zu sich nemmen. Hisp. *Sacar fuera de numero, o alçar hazia si.* Pol. Wyimuję, k sobie przyciągam. Vngar. *Ki veszem gyakran, ki szedegetem.* Ang. *To take to me often.*] Cic. in Parad. Et videat aliquè summis populi beneficiis usum, barbatulos mullulos exce, tantem de piscina & pertractantem. Virgil. lib. 3. Georg. Ore omnes versæ in Zephyrum stant rupibus altis, Exceptantq; leves auras. & sæpe sine ullis Conjugiis vento gravidæ, mirabile dictu. Cæs. 7. bel. Gal. Eos ipsos rursus singulos exceptans in murum extulit.

Exceptorius, a, um, Adject. Vlp. in l. instr. ff de instructo vel instrumento leg. Quasi vindemiatorii, exceptoriique.

Exceptitius a, um. [ἐξαίρετος, ἔκκριτος. Gal. *Choisi, esleu, ou reservé.* Ital. *Cosa eletta, & da rac gl[i]e re.* German. Das man außnimpt oder zu sich nimpt / vnd empfahet. Hisp. *Cosa digna de ser recebida.* Polon. *To, ktori może być wzięty.* Vngar. *Ki vetetett.* Ang. *Excepted, and sett a part.*] Qui excipitur. Plin. lib. 18 cap. 10. Adjiciuntur his genera, bromos, siligo exceptitia, & tragos. Vocat autem siliginem exceptitiam Laconicam, quæ ab alia siligine excipitur, eo quòd sine arista crescit.

Excipulus, li, ab excipio, Instrumentum quo aliquid excipitur: hoc est intercipitur, & incautum comprehenditur, ut est septū ex viminibus aliáve materia contextum, ad capiendos pisces. [ἐκδοχεῖον. Gall. *Vn vaisseau ou autre chose pour recevoir une autre chose, un receptacle.* Ital. *Cosa che serve à ricevere vn'altra.* Ger. Ein Instrument oder Geschirr mit dem man etwas empfacht oder auffacht. Hispan. *Cosa que recibe ò acoge vna otra.* Polon. Wierzja. Vngar. *Les bato, az ármereggy[...].* Ang. *An engyne to take anything vnwares.*] Plin. lib. 9. cap. 22. Hyemato lacu fluctibus glomeratæ volvuntur anguillæ, in tantum mirabili multitudine, ut in excipulis ejus fluminis ob hoc ipsum fabricatis, singulorum millium globi reperiantur. Idem lib. 25 cap. 7 Videtur accipere pro genere vasis quo succus ex arboribus defluens excipitur. Vis (*inquit*) tanta est, ut è longinquo succus excipiatur. Incisæ conto subditur excipulis ventriculo hœdino: humor lactis videtur effluere. Loquitur de Euphorbia herba, à Iuba inventa.

Excipuus, a, um, Quod excipitur: sicut præcipuum, quòd antè capitur. Festus.

Exciso, excisas, Vide E X C I D O.

Excito, Vide E X C I O.

Exclamare, n. p. Vociferari, & quasi è medio pectore vocem maximè emittere: quod aut indignationis, aut doloris causa fieri solet. [צעק zahák ἀνακραγεῖν, ἀναβοᾶν, ἐκφωνεῖν. Gall. *Crier, s'escrier.* Ital. *Gridare, chiamare ad alta voce.* Germ. Außschreyen / laut schreyen. Belg. Lude roepen. Hisp. *Llamar dando vozes, gritar.* Pol. Krzyczeć. Vngar. *Fől kiáltani.* Ang. *To crie out a lowde.*] Terent. in Phorm. Itaque plenè hercle exclamavi gaudio. Cic. 2. de Orat. Non enim possum quin exclamem, ut ait ille in Trinummo.

Exĭtŭs, us. vi. m. q. Egressio, eventus, casus. [מוצא motsá. ἔξοδος, ἀπόβασις. Gall. *Issue, sortie, la fin.* Ital *Vscita, successo, riuscimento, fine.* German. Außgang. Hispan. *El fin ò salida de o incierto.* Pol. Wschod. Vngar. *Ki menetel, vég.* Angl. *A going forth, an issue or end.*] Cic. Sulpit. lib. 4. Neque solùm ea perspicis quæ geruntur, quæque jam gesta sunt: sed etiam qui cursus rerum, qui exitus futurus sit. Idem Tusc. 1. Quomodo initium nobis rerū omnium ortus noster afferat, sic exitum mors. Idem pro lege Manil. Hujus autem orationis difficilius est exitum quàm principium invenire. ¶ Fœlix exitus. Cicer. Cælio lib. 2. Hæc æstas habuit hunc exitum satis fœlicem: ea quæ sequitur magno est in timore. ¶ Incertus exitus, & anceps fortuna belli. Cicer. pro Marcello. Horatus 4 Carm. Ode 14. Fortuna lustro prospera tertio Belli secundos reddidit exitus. ¶ Exitus pro morte. Tacit. libro 4. Atrociore semper fama erga dominantium exitus. Idem libro 15. Quod clam ad omen ac dolum sui exitus verteret. & libro 18. Exitu demum Neronis positis odiis in medium consuluēre. ¶ Exitus alveorum. Plin. lib. 21. cap. 14. Alveorum

vitrorum, quum mel exinanitur, illini oportet exitus.

Exitium, tii, n.s. Calamitas perniciesque ade...mors: ab exeundo, ut Festus innuit. [...] Gal. *Malencontre, pitoyable & mauvaise fin & issue de quelque chose.* Ital. *calamità, rovina, morte.* Germ. Verderbnuß. Hisp. *Desastre, ...* Pol. ... Vng. ... Ang. *Utter decay, ruine.*] Antiqui enim (inquit) exitium pro exitu ponebant: nunc exitium, pessimum exitum dicimus. Terent. Phorm. Quod ego nunc subitò huic exitio remedium inveniam miser? Col. lib. 1: Sit emunita sola, & latera horreorum prohibeant curculionem: quod genus exitii quum incidit, multi opinantur arceri posse, si exesæ fruges in horreo ventilentur & quasi refrigerentur. Cic. 1. in Catil. Qui de nostro omnium interitu, qui de hujus urbis, atque adeo orbis terrarum exitio cogitent.

Exitiale, lis, Mortiferum, calamitosum, damnosum. [...] Gal. *Mortel, pernicieux, qui tue & fait mourir.* Ital. *Mortifero, dannoso, calamitoso.* German. Verderblich/tödtlich. Hisp. *Cosa assi desastrada.* Polon. ... Vng. ... Ang. *That causeth death or destruction, deadly.*] Plin. libro 8: Ille contra orbem spargit prudens, hanc quoque leoni exitialem. Virg. lib. 6. Aen. Sed me fata mea, & scelus exitiale Lacænæ, His mersere malis. Idem 2. Aen. Pars stupet innuptæ donum exitiale Minervæ.

Exitiabilis, le, Exitialis [...] Vng. ... Ang. *That can ... death or destruction.*] Liv. 7. bel. Pun. Exitiabilis prodigiorum eventus venit. Plaut. Epid. Si inveniam, exitiabilem ego illi faciam ut hunc faciat diem. Ovid. lib. 6. Metamorph. Dumque manu tentat trahere exitiabile ferrum.

Exitiosus, a, um, aliud Adject. Idem Cic. in Catil. Exitiosa conjuratio. Et ad Att. lib. 16: Exitiosum bellum.

Exequor, penult. corr. d.p. Perficio. [...] Gallic. *Executer, mettre en execution, parachever.* Ital. *Esseguire, finire, compire, mandare ad effecutione.* German. Vollstrecken/ausrichten/vollführen. Hispan. *Acabar, poner en execution.* Polon. ... Vngar. ... Ang. *To execute, to put to execution, to end.*] Plaut. in Truc. Nullam rem oportet aggredi dolosè, nisi astutè, accurateque exequare. Apuleius Neq; in tenebris, sed in propatulo jussa domini exequebar. ¶ Accipitur etiam nonnunquam pro persequi: unde Exequor injurias, idem est quod persequor, vel ulciscor. Plin. li. 3. Epist. Veniebat in mentem, priores nostros esse singulorum hospitum injurias accusationibus variis executos. Sic exequi verbis, idem est quod exprimere ... Cic. Varr. Habeo multo occultiora quæ vix verbis exequi possum.

Exequens, nomen ex particip. [...] Vng. ...] Gell. lib. 10. ca. 12: Philosophus memoriarum veterum exequentissimus.

Executio: id est, actio judicati, quam tertius, quod mirari possis, impedire potest: ratione interesse quod prætendit. Et dicitur vulgò iste casus Contradictionis, qui & causa emergens appellatur, ut Zasius indicavit. Executio sententiæ, nunc officio Judicis, nunc actione in factum fieri dicitur, leg. ... de Re Judic. Vbi Bart. quandoque & utili actione l. ff. eod.

Executio onis, f.t. perfectio, confectio. [...] Gal. *Execution, poursuite & achevement de quelque entreprise.* Ital. *Effecutione.* German Vollstreckung/ausrichtung. Hispa. *Aquella obra de executar, de execution.* Pol. ... Vngar. ... Angl. *Execution, an achieving of any thing.*] Tacitus libr. 3: Executionem ejus negotii lubens suscepit.

Executor, oris, m.t. [...] Gal. *Executeur, parachevant.* Ital. *Effecutore.* German Ein vollstrecker/der einem ding nachgeht/und fleiß thut daß es geschehe. Hisp. *Executor.* Polon ... Vng ... Ang. *An executour.*] Sueton. in Vesp. Inimicitiarum & offensarum minimè memor, executorve. ¶ Executor item dicitur qui post sententiam prolatam rei judicatæ vigorem ad effectum perducit. L. penultim. Cod. de Execut. L. 4. D. de negot. gest. &c. ¶ Executores negotiorum in jure dicuntur viatores, qui quæ ad judicium constituendum, exercendum, & exequendum pertinebant agere solebant. L. ultim. D. de testib. & multis aliis in locis qui recensentur in Commentario de verbis Juris Hotomani.

Exequiæ, rum, f.p. Funebre officium, quod scilicet in funere exequi ... ur ab eo dictæ quod homines pompam post sequuntur. [...] Gal. *Funerailles.* Ital. *Essequie, pompe funerali.* Ger. Geleitt/volge der Leich/Bestattung/Begängnuß. Belg. Lyck ... Hispan. *Exequias honra de los muertos.* Polon. ... Vng. ... Ang. *Funeralles at buriallis, offices done to the dead, dirge.*] Cicer. 2. de Legib. Sepultura, ac justis exequiarum carebunt. Terent. in Phorm. Exequias Chremeti, quibus est commodum ire, jam tempus est. Carere exequiis. Ovidius ad Liv. Exequiis caruit Livia pene suis. Exequias celebrare, apud Livium. 2. ab Vrbe. Cohonestare exequias. Cicero pro Quintio: Si funus id habendum sit ... amici conveniunt ad exequias cohonestandas, sed bonorum emptores, ut carnifices, ad reliquias vitæ lacerandas & distrahendas. Ducere exequias, Plinius libro 8. cap. 42. Prosequi exequias funeris, Cicero pro Cluentio.

Exequialis, adjectivum: [...] Gal. *Des apparte... aux ... funerailles.* Ital. *Funerale, di morto.* German. Das zu der Leich ... gehört. Hisp. *Cosa de exequias.* Vngar. ... Angl. *That pertaineth to funeralles.*] ut, Carmen exequiale Ovid. 14. Metamorph. Carmina jam moriens canit exequialia cygnus.

Exequior, quod est, exequias facio. [...] Gall. *Faire funerailles.* Ital. *Far essequie.* German. Geleiten oder Leich volge halten/bestatten. Hispan. *Ser exequias ó comer en aquellas.* Polon. ... Vngaric ... Angl. *To make funeralles.*] Varr. Ipsum propter jus liberti famulari exequiantur, hæc etiam parentalia & justa dicebantur.

Exerceo, ces, exercui, exercitum, act. (ab ex & arceo) quasi extra arceo, premo, fatigo. [...] Gall. *Exercer, tormenter, travailler.* Ital. *Essercitare, tormentare, travagliare.* German Üben/treiben/müd machen. Belg. Oeffenen. Hispanic. *Exercitar, ó fatigar.* Polon. ... Vngar. ... Ang. *To exercise or do a thing often.*] Terent. in Adelph. Isanè ego te exercebo hodie, ut dignus es, silicernium. ¶ Quandoque etiam in opus cogere, quod vulgò dicitur *facere, tab...* [...] German. Etwas thun/arbeiten. Polo. ... Vnga. ...] Virgil. libro 3. Georg. Exercete viri tauros. ¶ Quandoque tractare, ... Colum. libro 4: Qui urbanas & delicatas artes exercuerit. ¶ Quandoque habere. Salustius in Prooemio Iugurthæ: Iurgia, discordias, simultates cum hostibus exercebat. ¶ Quandoque lucrari. Terent. in Heaut. Ancillas, servos, nisi eos qui opere rustico faciundo facilè sumptum exercent suum. Omnes produxi, ac vendidi. ¶ Quandoque probè terram colere. ... Virgil. libro 1. Georg. Exercetque frequens tellurem atque imperat arvis. ¶ Quandoque insequi, ... Virg. lib. 4. Aen. Tum vos ô Tyrii, stirpem & genus omne futurum Exercere odiis.

Exercitus, ta, tum, participium: ut, Homo exercitus, qui multis negotiis assuetus sit, & experientia doctus & detritus. [...] Gall. *Exercé, usité & duit, rusé, travaillé.* Ital. *Essercitato.* Germ. Geübt/wolgebraucht. Belg. Wel gheoeffent. Hispa. *Exercitado.* Pol. ... Vngar. ... Angl. *Exercised, practised.*] Plinius in Epist. Vidistine unquam quemquam tam laboriosum, tam exercitum, quam Varenum meum? Cicero libro 5. Tusculan. usus est Inexercitus, ..., pro non exercitato, quum ait: Asclepiadem ferunt non ignobilem nec inexercitum philosophum. ¶ Aliquando sumitur pro fatigato, indurato, & in laboribus perferendis assueto, perito denique & experto. Virgilius lib. 3. Aeneid. ... Iliacis exercite fatis. Cic. pro Planc. Quo quidem etiam magis sum non dicam miser, sed certè exercitus. ¶ Exercitum in re aliqua. Cicero pro Fonteio: Postremò ipse, cùm in omnibus vitæ partibus honestus atque integer, tum in re militari cum summi consilii & maximi animi, tum verò usu quoque bellorum gerendorum, in primis eorum hominum qui nunc sunt, exercitus.

Exercitor, m.t. Qui alterum in re aliqua exercet. [...] Gal. *Qui exerce, qui duit & usite à quelque chose.* Ital. *Chi essercita o avezza uno a qualche cosa.* Germ. Der einen übt und braucht. Hispa. *El que exercita.* Polo. ... Vnga. ... Angl. *An exerciser or practiser.*] Plaut. in Trin. hic quisquis est. Curculio est exercitor: is hunc hominem cursuram docet. ¶ Est etiam exercitor, teste Vlpiano, libro 1. ff. de exercit. actione, ad quem reditus & obventiones navis perveniunt: sive is sit dominus navis, sive à domino navem per aversionem conduxit vel ad tempus, vel in perpetuum.

Exercitorius, adjectivum etiam formatum à nomine exercitor, quo significatur quicquid ad exercitorem attinet. [...] Gall. *D'exercice.* Italicè. *Cosa che appartiene a essercitatione & uso.* Germ. Was zu dem Gebrauch gehört. Hispan. *Cosa de exercicio.* Polon. ... Vng. ... Ang. *That pertaineth to an exercise.*] Navis exercitoria. Actio exercitoria. Afric. in l. 5. Exercitorem ff. de exercit. act. Quæsitum est an non aliter L. Titius exercitoria teneretur.

Exercitium, n.t. Exercitatio, actio. [...] Gall. *Exercice, travail.* Ital. *Essercitio.* German Ein übung. Belg. Een oeffeninge. Hispan. *Aquella obra de exercitar.* Po. ... Vng. ... Angl. *Exercise, use, or custome.*] Gell. lib. 17. cap. 2: Erat hoc sanè quasi ... exercitium ad conciliandas nobis, ubi venisset usus, verborum sententiarumque elegantium recordationes.

Exercitio, verbale, f.t. ... Idem quod exercitium. [Vng. ... Angl. *Exercise, use, custome.*] Vlp. in l. Si tamen ff de exercitoria actione: Si tamen plures per se navem exerceant, proportionibus exercitionis conveniuntur.

Exercitus, tus, m.q. nomen, Manus copiæ militum: ab exercendo: quia (ut inquit Varro) exercendo fit melior. [...] Gall. *Ost de gens de guerre, exercite.* Italice. *Essercito da guerra.* German. Ein Kriegsheer. Belg. Een Heyr/Een ... Hispan. *La hueste exercito.* Polon ... Vng ... Angl. *An army, an hoste.*] Veget. li. 2: Numerus militum exercitatur: unde & re ipsa atque opere exercitus nomen accepit, ut ei nunquam liceret

liceret oblivisci quod vocabatur. Solebant enim Romani milites, tàm veterani, quàm tyrones exerceri ad omne genus armorum. Vt autem exercitus dicatur, teste Vlpiano, opus est magno militum numero. Neque enim una aut altera cohors, sed plurimæ conjunctæ exercitum constituunt. Virg. 9. Aeneid. Iamque omnis campis exercitus ibat apertis. Cicer. de Provin. consul. Iam verò exercitus noster ille superbissimo delectu, & durissima conquisitione delectus omnis interiit.

Exercito exercitas, frequentativum [*hirgil lit* ... *limmâdh*. γυμνάζω. Gal. *Exerciter, accoustumer*. Ital. *Essercitare, avezzare, accostumare*. German. Fleissig oder streng üben. Hispan. *Exercitar*. Polon. *Vstawnie ćwiczę*. Vngar. *Gyakorlom*. Angl. *To exercise often*.] Cicero pro Cluent. Homo in primis ingeniosus, & in dicendo exercitatus. Terentius in Hecyr. O fortuna, ut nunquam perpetuò es bona: Sed jam prior amor me ad hanc rem exercitatum reddidit. Liv. 5. ab Vrbe: Is tùm jam non promptus ingenio tantùm, sed usu etiam exercitatus talem orationem habuit.

Exercitatior, Exercitatissimus. [*murghâl* ... *melummâdh* ... *limmûdh*. German. Wolgeübt. Pol. Wćwiczony. Vng. *Inkább gyakor lottabb, forgottab*. Ang. *Of better practise more exercised*.] Cic. 2. Offic. Deinde consuetudine beneficentiæ paratiores erant, & tanquam exercitatiores ad bene de multis promerendum. Idem pro leg. Manil. Omnibus navalibus pugnis Carthaginenses, homines in maritimis rebus exercitatissimos peritissimosque vicerunt.

Exercitator, oris, m. t. [*marghil* ... *melammêdh*. ἀσκητής, γυμναστής. Gall. *Qui duit & vsite quelqu'vn à faire quelque chose, le maistre de quelque exercice & art*. Ital. *Che vsa di fare qualche cosa*. German. Ein übet, der einen übt und braucht, er sey mit wercken oder sonst arbeiten. Hisp. *El que exercita*. Polon. *Ten ktory ćwiczy*. Vngar. *Gyakorlo*. Ang. *The maister of any exercise*.] Plin. lib. 35. cap. 12: Lecythion agilitatis exercitator.

Exercitatrix, icis, f. t. [*marghelêth* ... *melammedheth*. γυμναστική, ... Vng. *Gyakorlo*.] Quintil. libr. 2. cap. 15: Quòd duas partes civitatis corpori assignet, medicinam, & quam interpretantur exercitatricem.

Exercitatio, f. t. Vsus, tractatio, actio, meditatio, commentatio, consuetudo, quotidiana. [*hithhalô...* γυμνασία, μελέτη. Gall. *Exercitation, vsage, exercice*. Ital. *Essercitatione, vso*. German. Ein übung. Hispan. *Obra de exercitar*. Polo. Ćwiczenie. Vng. *Gyakorlas*. Ang. *Exercise, vse, custome*.] Cic. 2. de Nat. deor. Motu & exercitatione recalescunt corpora nostra. Quintil. libr. 1. capit. 2: Nam & maximè necessaria est oratori memoria, & ea præcipuè firmatur atque alitur exercitatione.

Exercio, is, ire, n. q. ab ex & sarcio componitur, & significat Sarcio.

Exero, is, pen. corr. exerui, exertum, act. t. Ab ex, & sero, Emitto, produco [*hotsi* ... ἐξάγω, ἐξέλκω. Gal. *Tirer hors, mettre hors*. Ital. *Cavar fuori*. German. Hinauß ziehen, herfür strecken. Belg. Wtrecken. Hispan. *Sacar afuera*. Polon. *Dobywam, wyimuię*. Vngar. *Ki vonszom, kinyujtom*. Ang. *To draw or pull out*.] Statius: –fulgentemque exerit ensem. Ovid. libro 1. Fast. Credibile est illos pariter vitiisque jocisque Altius humanis exeruisse caput. Plin. libro 10 capite 23: Glottis prælongam exerit linguam, unde ei nomen.

Exertus, a, um, particip. [*mutsâ*. προφαίνων. Gal. *Sorti, & mis hors sortans & apparoissans dehors*. Ital. *Sporto in fuori*. German. Außgezogen, herfür gestreckt. Hispan. *Cosa sal da afuera*. Polon. *Dobity*. Vngar. *Ki vonyattatot, ki nyujtatot*. Ang. *Put forth, shewed*.] unde Exerti dente dicuntur extra os producti, ut apro προφαίνοντες. Plin. lib. 11. cap. 37: Dentes exerti sunt apro, hippotamo, elephanto.

Exertissime id est, gnaviter aut admodum. [Vngar. *Igen emberül, serényen*.] Spart. in Suet. Tribunatum severissimè exertissimeque egit. Legendum fortè *expertissimè*.

Exerto, tas frequentativum [*hotsi* ... *hereah*. προφαίνω, προφαίνω. Gal. *Tirer & mettre hors, monstrer & faire apparoir de hors*. Ital. *Scoprire, monstrare, cavar spesso fuori*. German. Stets oder offt herfür strecken. Hisp. *Sacar afuera muchas vezes, azer aparecer afuera*. Pol. *Vstawnie dobiwam wyciągam*. Vng. *Ki vonyogatom, ki nyujtogatom*. Ang. *To put forth and shew often*.] Virg. 3. Aen. At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris Ora exertantem, & naves in saxa trahentem. Stat. 1. Theb. Exertare humeros nudamque lacessere pugnam.

Exetasticon. ἐξεταστικόν Latinè Inquisitivum dicitur.

Exfio Purgo. [*nikkâ* ... *zikkêk*. καθαίρω. Gall. *Purger, perfumer*. Ital. *Purgare, profumare*. German. Außseubern. Hispa. *Purgar*. Polon. *Vmiatam*. Vng. *Meg tisztitom*. Angl. *To purge*.] à quo fit exfitus, huius exfitus, pro purgatione. Veteres quoque Exfie pro purgamento posuêre, teste Festo.

Exfodio, dis, act. t. Fodendo eruo. [*châ ah* ... *chaphâr* ... *chathâ*. ἐξορύττω. Gal. *Tirer hors en fouyssant desterrer*. Ital. *Cavar la terra*. Germ. Außgraben, herfür graben. Hisp. *Cavar para sacar algo*. Polon Wykopuie. Vngaric. *Ki kapálom, ki ásom*. Angl. *To delue vp, to dig out*.] Plaut. Aulul. Exfodio aulam auri plenam.

Exfundo as are, A fundo evertere. Cælius Antipater libro 7: Respub. amisso exfundato pulcherrimo oppido.

Exgrumo as, are, Dicuntur cochleæ grumos eruentes, & ex grumis exilientes [ἀναθρομβοῦσαι. Ger. Under einem Erdschollen herfür kriechen oder schleichen. Vngar. *Ki másznak, magam kiturom*.] Grumus enim, terræ collectio est, à congerie dicta. Varr. 3. de Re rust. 14: Denique ipsæ exgrumantes ad propalam vitam diù producunt, quum ad eam rem pauca laurea folia interjiciunt, & aspergant furfures non multos.

Exgurgitare, act. p. [*hêk*. Gal. *Vomir, regorgir*. Italicè, *Vomitare, uttare*. German. Herauß kotzen. Hispa. *Gomitar, regoldar*. Polon Wyrzygna. Vng. *Ki szapallani, ki hagigatni*. Ang. *To parbreake, se v mitte*.] Per metaphoram Plaut. in Epidico dicit Exgurgitare pecuniam domo: Proh deûm atq; hominum fidem, quid ego Lenocinium facio, qui quidem habeam alienos domi, Atque argentum exgurgitem domo prorsum?

Exhæredo, as, are, act. p. Exhæredem aliquem scribo, hæreditate aliquem privo, ad quem ab intestato ea ventura erat. [ἀποκληρονομῶ. Gal. *Desheriter, priver d'heritage & succession*. Ital. *Diredare, privare della hereditá*. Germa. Enterben. Hispan. *Desheredar*. Polon Wydziedziczam. Vng. *Iószágombol ki tagadom*. Ang. *To disherite*.] Cic. pro Cluent. Ille quum filium exhæredaret quem oderat, ei filio homines alienissimos cohæredes conjunxit. Martial. lib. 3: Exhæredavit te Philomuse pater. Cic. 2. Philip. Igitur fratrem exhæredans, te faciebat hæredem. Ad Herenn. li. 4. Sed à necessariis omnibus exhæredatus est. Quintil. libr. 7. capit. 21 Tu impiè fecisti quum exhæredationem meruisti.

Exhæres, dis, com. t. Qui privatus est hæreditate quæ ad eum pertinebat [ἀποκληρος. Gal. *Desherité, privé de sa succession*. Ital. *Privato della hereditá*. Ger. Enterbt. Hisp. *Desheredado*. Pol. Wydziedziczony. Vngar. *Iószágbol ki tagatatot*. Ang. *One that is disherited*.] Cic. 1. de Orat. Nempe in ea causa quæsitum est de jure civili, possetne paternorum bonorum exhæres esse filius, quem pater testamento neque hæredem, neque exhæredem scripsisset nominatim. Plaut. Mostel. utinam nunc meus mortuus pater nuntietur, Vt ego exhæredem meis me bonis faciam, atque hæc sit hæres. ¶ Exhæredem vitæ suæ facere aliquem, per translationem dictum à Plauto Bacchid. pro occidere.

Exhæredatio f. t. legis implet voluntatem, præteritio secus. Illa solidat testamentum, ista infirmat: illa lege permittitur, ista prohibetur [Angl. *A disheriting*.] Salom. in 1 Galbus.

Exhæresimus, penult. corr. dies dicitur. [ἐξαιρέσιμος ἡμέρα. Vng. *Maradi vgrála*] Id est, exemptibilis: propterea sic dictus, quòd ex mense eximi solebat, ut annus cum Solis ac Lunæ ratione congrueret. Cic. 4. Verr. Consuetudo Siculorum est cæterorumque Græcorum, quod suos dies mensesq; congruere volunt cū Solis Lunæq; ratione, ut nonnunquā siquid discrepet, eximant unum aliquem diem, aut summum biduum ex mensibus quos illi exhæresimos dies nominant. Bud. in Annot.

Exhalo, as, pen. prod. act. p. Expiro, & veluti per halitum aërem emitto [*hippiach* ... *hoschiân*. ἐξατμίζω, ἐξαερόω. Gal. *Halener, ietter hors vn vent esprit, fumee ou vapeur*. Ital. *Essalare, spirare*. Germ. Außdempffen, herauß athmen, außblasen. Belg. Wtblasen. Hisp. *Echar de si vapor ò baho*. Pol. Wykurzam wideymuie. Vng. *Lehellök, kifúok, kigözölgök*. Ang. *To puffe or breath out*.] Virg. l. 7: sævamq; exhalat opaca Mephitin. Plin. l. 17 cap. 4. Quæ tenues exhalat nebulas. Cic. 5. Verr. Veniendum erat ad eos contra Apronium, qui nondum etiam Aproniani convivii crapulam exhalassent. Idem 2. Philipp. Quanquam tu quidem (ut cui familiarissimi dictitant) vini exhalandi, non acuendi ingenii causa ... multas. ¶ Exhalare animam, est mori. Ovid. 6. Metam. simul suprema jacentes Lumina versarunt, animam simul exhalarunt. Ovid. 1. Metam. Ir ... entis anima exhalata recessit. Pro exhalare vitam. Virg. 2. Aen. Vt regem æquævum crudeli vulnere vidi Vitam exhalantem.

Exhalatio. act. t. Expiratio [*mappâch* ... *nephedh*. ἀναθυμίασις, ἀτμός. Gal. *Vapeur & exhalation*. Ital. *Vapore, essalatione*. Germ. Ein dampff. Hispan. *Aquella obra de echar baho, vaho*. Polon. *Kurzawa*. Vng. *Ki lehellés, fumás, füstölgés, gözölgés*. Angl. *An exhalation or fume rysen vp*.] Plin. lib. 31. cap. 3: Certior multò nebulosa exhalatio est. Exhalationes terræ, sunt tenues spiritus, qui per æstum maximum terra diffusa exhalantur, & sursum in aëra feruntur. Cic. 1. Tusc. Quod & humidum & caliginosum est propter exhalationes terræ.

Exhalabilia sunt corpora quæcunque humorem habent: sic tamen habent ut evaporare nisi ignitis addantur, non possint.

Exhaurio, is, exhausi, exhaustum ire. act. q. Humorem evacuo, ebibo, exinanio, exicco: [*schââb* ... *dâlâ* ... *tâlâl*. ἐξαντλέω. Gall. *Espuiser, vuider*. Ital. *Vacuare, trar fuora, cavare*. German. Außschöpffen, außtrincken, abschöpffen. Belg. Wtputten, uitlegen. Hispanic. *Sacar ò vaziar*. Polo. Wyciągam, dopiiam, wysusiam. Vngar *Ki meritem meg üresitem, ki meritem*. Angl. *To drawe out, to emptie*.] diciturque exhauriri tam ipse humor, quàm id quo humor continetur. Aequè enim usitatè dicimus, Exhaurire vinum, & exhaurire dolium. Cic. 2 Philip. Tu istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauseras, ut tibi necesse esset in populi Romani cōspectu vomere postridie. Exhaurire poculum, Livius. Habet hoc verbum multas elegantes translationes: Cic. pro Sext. M. Crassus eadem sibi manu vitam exhausit, qua mortem, sæpè obtulit hostibus. Idem in Vatin. Aerarium exhaurire, Remp. compilare. Et in Pisonem: Civitates omnibus rebus exhaustæ. Ad Attic. lib. 2: Tantus fuit amor, ut exhauriri nulla posset injuria: id est, deleri. Ad Quin. Frat. 1. Exhaustus enim est sermo hominum: id est, de ea re jam loqui est desitum. Et ad Attici. lib. 1. Multa enim sunt quæ me solicitant angûntq;

quæ

quæ mihi videor, aures nactus tuas, unius ambulationis sermone exhaurire posse: id est, deponere. Ad eundem 5: Reliquum est, ut antequam proficiscare mandata nostra exhauriss: id est, exequaris. Virg. 4. Aen. - heu quibus ille Iactatus fatis, quæ bella exhausta canebat! id est, finita & quasi exantlata. ¶ Exhaurire vitam. Cicer. pro Sestio: Ne videret victorem unius inimicum, eadem sibi manu vitam exhausisse qua mortem sæpè hostibus obtulisset.

Exhaustum, sti, substantivum, n. f. [נדלך nidlêch דל dal. ἐξάντλημα. Vng. ki meritett.] Virg. 2. Georg. Est etiam ille labor curandis viribus alter, Cui nunquam exhausti satis est. Exhausti: id est (inquit Servius) exhaustionis, finitionis: quod quia asperum visum est, sed ad figuram transtulit: & ait: Exhausti, ut Servantissimus æqui, pro æquitatis. Inexhaustus, ἀνεξάντλητος, pro infinito: quasi (ut ita dicam) inexhaurabilis.

Exebenus ni, ἐξέβενος, Gemma speciosa, & candida, qua artifices aurum poliunt, ut ex Zoroastris sententia tradit Plin. lib. 37. cap. 10.

Exhedra, æ, f. p. Cubiculum erat columnis fultum & epistyliis pluribus, excisis spatiis, quibus prospectus in viam erat, aliquando sub dio, nunquam sub tecto. Alex ab Alex. de Gen. diet. lib. 5. cap. 11: Exhedram in l. Si verò. ff. de his qui de incer. procella studiaria accipi posse Budæo videtur. Accursius divinam conjectura fenestram interpretatur. Exhedra autem Græcè, à sedium frequentia, & sessitandi commoditate nomen accepit.

Exherbare, Est herbas extirpare [ἐκβοτανίζω. Gal. Arracher & oster les herbes de quelque lieu. Ital. Sterpare l'herbe svellere, sbarbare. German. Kraut außjetten. Hispan. Arrancar y quitar las yervas. Pol. Iráwe wnimam, wyplewiam. Vng. Kigyomlalom. Angl. To plucke up the grasse by the rootes.] Colum. lib. 5: Et quum geminavit ad unam perticam summittitur, crebroque foditur, atque exherbatur, nec minùs quàm vinea pampinatur. Et alibi: Exherbandus est locus.

Exhibeo, es, pen. corr. act. f. Profero in publicum, deduco, ostendo. [הוציא hotsi הראה hereáh. δεικνύω, ἐμφαίνω, παρέχω, φανερόω. Gall. Exhiber, bailler, representer, monstrer, presenter. Ital. Dare in publico, rappresentare, monstrare. Germ. Hinaußgeben / dargeben / erzeigen. Hispan. Dar traer publicamente. Pol. Wydáć, pokazuię. Vnga. Szóm elébe hozom, meg adom, ki mutatom. Ang. To give, to shew, to offer, to represent.] Paulus: Exhibere est facere in publicum potestatem, ut ei qui agit, experiundi fit copia. Cicer. 7. Verr. Is omnino servus in familia non erat, cum statim exhiberi jubet. Exhibere reum, locutio est Iurisconsultis familiaris, pro sistere. Siquis (inquit Iurisconsultus, l. Si quis, de exhib. reor.) reum criminis de quo satisdedit, non exhibuerit, pœna pecuniaria plectitur: puto tamen si dolo malo non exhibeat, etiam extra ordinem esse damnandum. ¶ Vtuntur etiam Iurisconsulti hoc verbo in alia significatione pro vitæ necessaria suppeditare. Paulus in l. Nesennius. ff. de Negot. gest. Pone, peregrè patrem ejus abiisse, & matrem dum in patriam reverteretur, tàm filium quàm filiam ejus exhibuisse. Vlpian. l. j. D. de Offic. præfect. urb. Sed & patronos egentes de suis libertis querentes audiet, maximè si ægros se esse dicant, desiderentque à libertis exhiberi. ¶ Exhibere negotium est labore vel molestia afficere. πράγματα παρέχειν. Cicer. lib. 3 Offic. Quod quum audivisset adulescens, negotium exhiberi patri. Sic Exhibere laborem: Exhibere molestiam, &c.

Exhibitus, a, um, Participium, ut Tori exhibiti. Ovid. Epist. 16: Hypsipyle testis, testis Minoia virgo. In nobis exhibitis utraq; juncta toris.

Exhibitio, nis, f. t. [הצגה mosgá. παράστασις. Gal. Representation, exhibition. Ital. Rappresentatione, exhibitione. Germ. Dargebung / fürhaltung / darstellung. Hispan. Presentation como persona. Pol Oddanie. Vng. Szóm elébe való hozás, megadás. Ang. A representing or offering.] Gell. Probari apud me debere pecuniam datam consuetis modis expensi latione, mensæ rationibus, chirographi exhibitione.

Exhilaro, as, act. p. Lætum & hilarem reddo, idem quod simplex hilaro. [שמח schimmeách. εὐφραίνω. Gall. Esiouir, recreer. Ital. Rallegrare, far allegro. Ger. Frölich machen. Hisp. Alegrar a otra persona. Pol. Obweselam. Vngar. Meg vigasztalom. Angl. To delight, to make merrie.] Colum. lib. 6. cap. 24: Quoniam nimietate verni pabuli pecudes exhilaratæ lasciviunt. Plin lib. 17. cap. 25. Nam neque ilex, picea, larix, pinus uno flore exhilarantur, natalesve pomorum recursus annuos versicolori nuntio promittunt. ¶ Exhilaratos, particip. Cicer. Pæto lib. 1: Miratis tàm exhilaratam esse servitutem nostram.

Exhomologesis is, f. t. ἐξομολόγησις, Latinè dicitur confessio. Qui criminum suorum sorde pollutus est, exhomologesis satisfactione mundetur.

Exhorreo, res, n. f. à quo Exhorresco, pro expavesco, Præ timore horreo, & contremisco. [נגע agnaz חרד charádh. φρίττω. Gal. Avoir grand frayeur & frisson, trembler fort, se herissonner. Ital. Tremare di paura. German. Ergrausen / von forcht erzittern. Belg. Beven. Hisp. Tomar alguno mal. Polon. Lekam się, drżeg się. Vngar Elrettenyedem. Ang. To quake for feare and feare so that ones eares stare withall.] Plancus Ciceroni: Sed non possum non exhorrescere, si quid intra cutem subest vulneris, quod prius nocere potest, quàm sciri curarique possit. ¶ Nonnunquam etiam ponitur activè cum accusativo à tergo. Virg. 7. Aen. Adveniat, vultus néve exhorrescat amicos. Exhorrescere, pro fremere. Ovid. 4. Metaph. - exhorruit æquoris instar. Quod fremit, exigua quum summum stringitur aura.

Exhortor, aris, d. p. Vehementer hortor. [הלהיב behir פתה bizhir פתה beseh פתה pittách. προτρέπω, προτρέπομαι. Gall. Exhorter, enhorter. Ital. Essortare. German. Vermahnen / anhalten. Hispan. Induzir con razones. Polon. Napominam. Vngar. ió útra igen intem. Ang. To exhorte, to incourage, to cherish he, to cheere.] Cicer. 1. Acad. Omnis ejus oratio tùm in virtute laudanda, & in hominibus omnibus ad virtutis studium exhortandis consumebatur. Ovid. 3 Metam. Erigor, & trepidos cives exhortor in hostem. ¶ Exhortans antis, participium act. Stat. 8. Thebaid. Ipsum exhortantem cunctos, capitisq; superbi Ingentem fulgore jubet.

Exhortatus, participium [מעודד muiáth προτραπόμενος. Gall. Qui est exhorté. Ital. Che è essortato. German. Der vermahnet. Hisp. El que induzido por razones. Polon. Napomniany. Vng. Igen intetett. Ang. That exhorteth or encourageth.] Virgil. 12. Aeneid. - sic exhortata relinquit Incertam, & tristi turbatam vulnere mentis. προτραπείς. Gal. Exhorté, admonesté. Ital. Essortato. German. Der vermahnet wird. Hispan. Induzido por razones.] Cic. in Catone: Ille enim quum esset Consul in Gallia, exhortatus est in convivio à scorto, ut securi feriret aliquem eo. um.

Exhortatio, verbale, f. t. [προτροπὴ, παρακέλευσις. Gall. Exhortement, admonestement. Ital. Essortatione. German. Vermahnung. Hisp. Aquel induzimiento con razones. Polon. Napominanie. Vng. Szorgalmatos intés. Ang. An encouraging or exhortation.] Quint. lib. 1. cap. 3: Exhortatio docentium.

Exhubero, as, Abundo. [הותיר hotir רבה rabáh רב ráb. ἐξυβρίζω. Gal. Abonder. Ital. Abondare, avanzare. Germ. Überflüssig seyn. Hisp. Abundar mucho. Pol. Obfituię. Vng. Bő vőlkőőm. Ang. To abounde.] Colum. in Præfat. lib. 1: In Asia mysiaque densa ac glutinosa terra maximè exhuberat. ¶ Nonnunquam etiam accipitur activè. Col. lib. 9. cap. 4: Quæ favorum ceras exhuberant: hoc est: huberes reddunt.

Exibilo as, penult. corr. Significat cum sono vocis, tumultuariaque sibilatione expello derideo, explodo. [ἐκσυρίττω. Gall. Chasser et rebuter en sifflant, siffler contre quelqu'un. Ital. Sibilare, fischiare bisbigliare. Germ. Außpfeiffen / mit pfeiffen hinauß treiben / verlachen. Hispan. Silvar echar eco riendo. Pol. Wygwizdam. Vng. Ki fuvolóm, ki tapsolom. Angl. To drive out by hissing.] Cic. in Parados. Histrio si paulum se moveat extra numerum, aut si versus pronuntiatus est una syllaba brevior aut longior, exibilatur atque explòditur.

Exicco, as, pen prod. act. p. Exhaurio [ייבש hobhísh יבש ibbeśch. ἀποξηραίνω, ἀφαυαίνω, ἐξαυαίνω. Gallic. Secher, dessecher, essiccer. Ital. Seccare, o in secare. Ger. Außtröcknen. Hisp. Secar ò mucho secar. Pol. Wysuszam. Vngaric. Kiszárasztom. Angl. To be made drie.] Cic. 2. de Divin. Arbores que ut hyemali tempore cum luna simul senescentes, quia tum exiccatæ sunt, tempestivè cædi putentur. Plin. lib 8. cap. 26. Quintus Cic. Tironi, lib. 16. Epist. famil. Te quidem exicco scribens.

Exiccatus, part [יבש chorab יבש nejubbásch. ἀποξηρανθεὶς, ἐξηρασμένος. Gal. Seché. Ital. Seccato. Germ. Außgetröcknet. Hispan. Secado. Polon. Wysuszony. Vng. Kiszáradt. Anglice, Withered, dryed up.] Cic. de Clar. Orat. exiccatum genus orationis. Stat. 5. Sylvar.

Exigo, is, penult. corr. exegi, exactum, act. t. Excludo, ejicio, expello, quasi extra ago. [גרש ge.ejsh נדח hidhiach ἐξωθεῖν, ἐξελαύνειν. Gallic Chasser hors, dechasser. Italicè, Escludere fuora. Germ. Hinauß treiben. Belg Overbringhen. Hispan Echar de fuera. Polon. Wypędzam. Vng Ki hozom. Anglicè, To drive or chase away.] Plaut. in Aulul. Itaque omne exegit foras. ¶ Est præterea exigo, rem aliquam jure mihi debitam peto. [נגש naghas ἀπαιτέω. Pol. Upominam się. Vng Meg kérem, kérőm. Ang. To require.] Cicer. Cassio. Longiores expectabo, vel potiùs exigam. Hinc exigere pecuniam dicimur quæ nobis debetur. ¶ Interdum est convenienter postulare. [שאל schaál. αἰτεῖν. Ang To require, to demand.] Lactant. libro 4: Sapientia spectat ad filios, quæ exigit amorem. ¶ Interdum agere, seu traducere. [בלה bychiim בלה hissuám. ἄγειν.] Terent. in Hecyr. Illique exopto ut reliquam exigat vitam. ¶ Interdum perdiscere inquirere. ἀνακρίνειν, ἐξετάζειν. Virgil. 1. Aen. Quærere constituit socius que exacta referre. Sueton. in Cæs. Britanniam petiisse spe margaritarum, quarum amplitudinem conferentem, interdum sua manu exegisse pondus. ¶ Interdum facere. Virgil 6. Aeneid. quos improba ventris Exegit cæcos rabies: ¶ Interdum definire, constituere. Virgil. 4 Aeneid. Decrevitque morituri tempus secum ipsa, modumque Exegit. ¶ Interdum complere. τελεῖν. Plaut. in Amph. Menses jam tibi exactos esse vides. ¶ Aliquando extorquere. Cicer. pro Fonteio: Itaque Titurium Tolosæ quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exegisse. ¶ Interdum expellere Plaut. in Aulul. Is uxorem suam suas sibi res habere jussit, exegit. ¶ Exigere pœnam, est sumere pœnam. Ovid. 4. Metam Exegit indicii memorem Cythereia pœnam. Idem Epist 8: Perfidiæ pœnas exigit ille locus.

Exactus, Participium, Præteritus, ejectus, expulsus [נדח niddah נגש nighas, ch נגש nuigesam. παρεληλυθὼς, ἐξ, ἐξηγμένος. Gal. Passé, parfaict, acheué. Ital. Fornito, passato. Germ. Verschiessen / vergangen / außgetrieben. Hisp. Perfecto ò passado, Pol. Wygnany,

Wigeany wipedzony. Vng. *El mult, meg lei (item) kimx tet.* Ang. *Passed ouer demanded, perfectly doone and finished.*] Liv. 4. bell. Pun. Exacta erat media ætas. Terent. in Adelph. Nunc exacta ætate hoc fructi pro labore ab his fero Odium. Cice. 7. Verr. Hoc tantùm exacta ætate laboris, itinerisque suscepit. Virgil. 3. Georg. At tribus exactis, ubi quarta accesserit ætas. Exacti reges, expulsi, Cic. 1. de Orat.

Exactus, exactior, exactissimus, Diligens, absolutus, ad unguē factus. [ἀκριβὴς ἐξειργασμένος. Vng. *Tökélletes.*] Martial libro 4: Exhortor moneoque te libelle, Vt docto placeas Apollinari: Nil exactius, eruditiusque. Plin. Epist 176: Quod ille obsequium Serviano exactissimo viro præstitit.

Exactus, pro venditione: quia merx dum venditur, exigitur à nobis, & exit, emittitur. [ἐξαγωγὴ, ἐξέλασις. Vngar. *Ei adás.* Ang. *A sale or vtterance of ware*] Quintil. Declam. 19: Sacrosanctus mercator opportunum mercis exactum puto invenit: si tam bene vendideras, miror cur pecuniam non reddideris.

Exactor, oris, m. t. Qui pecunias publicas exigit [נוגש maddiach נגש megbaré, עזר noges. ἐκπράκτωρ, ἐξεταστὴς. Gall. *Exacteur,* Ital. *Riscuotitore.* Germa. Ein Schuldforderer/einzieher. Hispan. *El cogedor de las rentas y pechos.* Polon. *Dlugu odbieraiaci, poborca.* Vngar. *Adószedő.* Ang. *A gatherer of taxes*] Cæs. 3. bell. Civil. Erat plena lictorum, & imperiorum provincia, confecta præfectis & exactoribus. Exactores Regum: id est, expulsores. Liv. 9 ab Vrb. Ita reges gesserant bella, ita deinde exactores Regum Iunii, Valeriique.

Exactio, onis, f. t. [εἴσπραξις, ἐξέλασις. Gal. *Exaction, comme levement & recouurement de deniers.* Ital *Recoimento.* Germ Aufforderung. Hisp. *Aquella obra de coger las rentas, cogimiento.* Pol. *Wyciagnienie, wypchnienie.* Vng *Erőszag szerent valo kerésé.* Ang. *A pilling & sacking.*] Colum. lib 1. cap. 8: Nulla est autem major vel nequissimi hominis custodia, quam operis exactio. Cicer. 2 de Legib. Eaque pecunia non minor esset facta cum superiore exactione.

Exiguus, a, um, Parvus, modicus [קטן *katón* מעט *mehat* דק *dak.* ὀλίγος. Gal. *Petit.* Ital. *Picc, piccolo.* Ger. Klein. Hisp. *Pequeno.* Pol. *Maly, niewielky.* Vng *Kitsin.* Ang. *Small, litle.*] Cicer. pro Dejotaro: Antea quidem majores copias alere poterat, nunc exiguas vix tueri potest. Virgil. 4. Georg. Pulveris exigui jactu compressa quiescent. Plin. in Epist. Qui nunc exiguissima legata, theatralis operæ corollarium, accipient ab hærede. Horat. 1. Carm. Ode 18: Quum fas atque nefas exiguo fine libidinum Discernunt avidi. ¶ Exiguus animi. Claud. in Eutrop. Acer in absentes linguæ jactator: abundans Corporis, exiguusque animi. ¶ Exiguum, substantivum. Ovid. 4. Trist. Exiguum pleno de mare demat aquæ. ¶ Exiguum aliquando pro exiguè adverbium. Plin. Epistol. 50: Quantum ego sapio, qui fortasse in omni re in hac certè per quàm exiguum sapio. ¶ Exiguo pòst: id est, Paulò pòst. Plin. lib. 31. cap. 2: Exiguo post cibum ipsius. De Cicerone.

Exiguissimus, Superlat. Ovid. epist. 14: De fratrum turba pars exiguissima restat.

Exiguè, adverbium, parcè, tenuiter, exiliter. [מעט *mehat.* μικρῶς, ὀλίγως. Gal. *Petitement.* Ital. *Piccolmente.* German. Wenig/schlechtlich Hisp. *Pequenna y escassamente.* Polon. *Skapie, nie hojnie.* Vng *kisinen, kinesse.* Ang *Small.*] Terent Heaut. Præbent exiguè sumptum: & ea sunt tamen ad virtutem omnia. Cicer. 3. de Orat. Celeriter exigueque dixisses, duas tibi reliquas feceras. Cicer. ad Att. lib 11: A te enim est peccatum, ut me ista epistola nihil consoletur. nam & exiguè scripta hæc est, & suspiciones magnas habet.

Exiguitas atis, f. t. [מעט *meká* דלה *dalláh.* ὀλιγότης, τὸ ὀλίγον, μικρότης. Gall. *Petitesse, peu.* Ital. *Piccolezza, poco.* Germ Kleinfüge/kleine. Hisp. *Pequenneza, escasseza.* Pol. *Niemiekość.* Vngar. *kisiség.* Angl. *Smalnesse, litlenesse.*] ut, exiguitas copiarum, Cælius Ciceroni libr 8: Nunc hæc exiguitas copiarum recessum non dimicationem mihi tuam præsagiebat. Exiguitas lactis. Varr. Exiguitas cibi, Columella. Exiguitas temporis, Livius. Exiguitas corporis, Cæs.

Exilio, is, pen. corr. Ab ex & salio, significat saltando egredior, vel erumpo. [קפץ *rakádh* נתר *nis. er.* ἐκπηδάω. Gall. *Saulter hors, sortir vistement.* Ital. *Saltar fuori.* Germ. Hinaußspringen/außspringen. Belg Opspringen Hispan. *Saltar à defuera.* Polon *Wyskakuie.* Vng. *ki-ugrom, kiszökom.* Ang. *To leape out.*] Lucan. 5: -sic fata relictis Exiluit stratis. Ovid. 9 Metamor. Exiluit. junctasque manus patefacta remisit. Cic. 4. Verr. Ita properans de sella exilivit. ¶ Accipitur etiam pro vehementer gaudere, & præ gaudio salire. ἀναπηδάω, ἐνθορεῖν, ἀγαλλιάομαι. Cic. Tironi Mihi crede, tuis & illius literis perlectis, exilui gaudio. Terent. in Heaut. -non advorti primò: sed postquam aspexi, illicò Cognovi, ad te exilui: hoc est veluti saliendo & gestiendo cucurri. Hujus frequentativum est Exulto ἀγαλλιάζομαι.

Exilis, exile, pen. prod. Tenuis. [דל *dal* דק *dak* λεπτός. Gall. *Menu, gresle.* Ital *Tenue, sottile.* German. Kleinistan. Hisp. *Feble, sotil, y delgado.* Polo. *Maly podly.* Vng. *Vekony, kitsied.* Ang. *Small leane, bare slender.*] ut, Exilis vox. Plin. lib 11. cap. 51: Bubus tantùm fœminis vox gravior, omni in alio genere exilior quàm maribus. Varro de Re rust. cap. 3: Et hic aprum glans quum pascet emptitia, facit pinguem: illic gratuita, exilem: hoc est, gracilem & malè saginatum. Cicer. 4 de Finib Illorum verò ista ipsa quam exilia de virtutis vi, &c.

Exilitas, f. t. Tenuitas, jejunitas. [דלה *dalláh.* λεπτότης, ἰσχνότης Gal. *Menuisse, gresleté, tenuité.* Ital. *La minuttezza, la sottigliezza.* Germ. Kleine/dünne. Hispan. *Simpleza y delgadeza.* Polon. *Niewielkość.* Vng. *Kitsinség vekonság.* Ang *Slendernesse, smallnesse.*] ut Foliorum exilitas. Plin. libro 21. capite 6: Foliorum exilitate usque in fila extenuata. Colum. lib. 5. cap. 5: Ne oneretur exilitas vitis.

Exiliter, adverbium, Tenuiter, jejunè. [λεπτῶς, ἰσχνῶς. Gall *Petitement, a-liement.* Ital. *Sottilmente, picciolmente.* Ger. Kleinfüglich oder schlächtlich. Hisp *Delgadamente.* Pol *Szczupie* Vng. *Vekonyan, kitsinden.* Ang. *Slenderlye, thynnely.*] Cic. 1. de Orat. Etenim videmus iisdem de rebus jejunè quosdam & exiliter, ut eum quem acutissimum ferunt Chrysippum disputavisse.

Exilium, vide Exul.

Eximo, is, pen corr. act. t. Ab ex & emo, significat excipio, seu aufero. [נשא *najá* הסיר *hesir* אצל *atsál.* ἐξαιρέω, ὑπεξαιρέομαι, ἀφαιρέομαι, ἀναιρέω. Gal. *Oster, delivrer, retirer.* Ital. *Cavar fuori, eccettuare.* Germ. Außnemmen/hinnemmen. Hisp *Sacar fuera de numero.* Pol. *Wymuie, dobywam.* Vngar. *Kivészem.* Ang. *To discharge, to except or take away.*] Cato cap. 112: Vbi triduum præterierit, eximito de dolio. Plaut. Nunquam ædepol omnes balneæ mihi hanc lassitudinem eximent. ¶ Eximere reum, est quovis modo auferre & impedire ne in judicio se sistat. Pomponius Iurisconsultus: Eripere, est de manibus auferre per raptum: eximere verò, quoquo modo auferre: ut puta siquis non raperet aliquem, sed moram faceret quò minùs in judicium veniret, ut actionis dies exiret, vel res tempore amitteretur, videtur exemisse, quamvis corpus non exemerit. ¶ Eximi de reis dicitur, cuius nomen, quum ipse in reos relatus esset, deletum est. Quod cùm aliis causis, tum præcipuè propter accusatoris absentiam fieri solebat Cicer. Verr. 4: Quo tempore omnis ista mea festinatio fuit cum periculo capitis, ob eam causam ne tu ex reis eximere, si ego ad diem non adfuissem. Et Pædian. in Cornel. Postero die quum P. Cassius assedisset, & citati accusatores non adessent, exemptum nomen est de reis Cornelii. ¶ Eximere diem, est extrahere. Cicer. ad Quint. Frat. Cùm Clodius rogatus, diem dicendo eximere cœpit. Capito apud Gellium: Cato rem quam consulebatur quoniam non è Repub. videbatur, perfici nolebat: ejus rei gratia ducendæ, longa oratione utebatur, eximebatque dicendo diem. Erat enim jus Senatori ut sententiam rogatus, diceret antè quicquid vellet alterius rei & quoad vellet. Sic Eximere horam Cicer. 5. Philipp. Horam eximere nullam in tali cive liberando, sine scelere non possumus. ¶ Aliquando cum dativo construitur: ut, Eximere noxæ, est pro absoluto habere, vel pœnam remittere, aut gratiam criminis facere: hoc est, *remissionem* (ut vocant) *dare.* Liv. 5 ab Vrb. Bene habet, inquit Dictator, Quirites, vicit disciplina militaris, vicit populi majestas: non noxæ eximitur Fabius qui contra edictum Imperatoris pugnavit. Eximere noxæ, remittere infamiam. Gell. libro 4 capite 20: Sed cùm ille dejerasset, invitissimum sese oscitatione victum, tenerique eo vitio quod oscedo dicitur, notæ jam destinatæ exemptus est à Censoribus. Eximere honoribus: id est, privare. Plin. in Epist. Quid enim miserius quam exactum, & exemptum honoribus Senatoriis laboribus & molestia non carere? ¶ Eximere numero, quod est rejicere, & tanquam indignum ab aliorum numero excludere. Quintil lib. 1: Autores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero. ¶ Eximere metu, est metu liberare. Plautus in Ruden. Exime hoc miseram metu.

Exemptus, participium, Consumptus, liberatus. [נשא *nesú* נסר *nusar* נצל *neetsal* גרוע *garruah.* ἐξῃρημένος. Gal *Osté, excepté, & retiré.* Ital *Tratto fuori del generale, eccettuato.* Ger. Außgenommen oder hingenommen Hispan *Saccado a fuera.* Pol. *Dobyty, wzięty.* Vng. *Kivétetett.* Ang *Excepted, taken away.*] Cicer. ad Quint. Frat. lib. 10: Cato concionatus est comitia haberi non futurum, si sibi cum populo dies agendi essent exempti. ¶ Exemptus apud Iurisconsultos dicitur, qui à suo judice, sive jurisdictione ordinarii subductus est. [Ang. *Enfranchised*] Exemptus est rebus humanis: id est, mortuus est. Exempta actio quæ perempta est, quum desiit quis agere posse. L. 1, & L. 26. Dig. quibus ex causis major.

Exemptilis pen. corr. Quod auferri & eximi potest. [ἐξαιρετικός. Gall *Facile à oster.* Ital. *Facile da levar via.* German. Das man außnemmen oder hinnemmen kan. Hisp. *Cosa que puede desacar a fuera.* Polon. *To co ktore wziety być może.* Vnga. *Kivehető* Ang. *That is easily exemed or taken away.*] Colum. lib. 9: Quadratæ perticæ paxillis supponuntur, ut avem recipiant assilientem. Sed idcirco sunt exemptiles, ut quum res exigit, à paxillis deductæ, liberum aditum converrentibus stabulum præbeant.

Exemptio, onis f. t. [מגרפה *migrachàh.* ἐξαίρεσις, ἐξαγωγή. Gall. *Ostement, retirement de parmi autre.* Ital *Il levar via.* Germa. Außnemmung. Hisp *Quitamiento, obra de sacar afuera.* Polon. *Wzięcie, dobycie.* Vng. *Kivétel.* Ang. *A taking away, exception or exempting.*] Colum. lib. 3. cap. 18: Quum enim per exemptionem imæ partes eorum perfractæ sunt, apertæ medullæ deponuntur.

Exemptor, ris, m. t. [נשא *nosé* חוצב מפסל *mesh* אצל *otsil.* ἐξαιρέτης, ἐξαιρέτης. Gal. *Osteur, comme un carrier qui oste les pierres de la carriere.* Ital. *Chi leva & toglie.* Germ Ein herausnemmer/ein Steinbrecher/der die Stein auß der Gruben nimpt/oder zeucht Hispan. *El que saca a fuera, como el cantero.* Pol. *Dobywacz, kamieny lamacz.* Vng. *kivevő* Ang. *A taken away*] Plin. lib 36. cap. 15: Et inter plurima

alia

alia Italiæ miracula, ipsa marmora in lapidicinis crescere autor est Papyrius Fabianus, naturæ rerū peritissimus. Exemptores quoq; affirmant, compleri sponte illa montium ulcera ibi. Exemptores vocat, qui eximunt lapides sub terra.

Eximius, mia, mium, Excellens, egregius, præstans, ab eximendo. [אדיר addir נכבד nichbáth. διάφορος, περίεργος, ἐξαίρετος. Gal. *Excellent, singulier, prime, choisi.* Ital. *Excellente, e reo, eccettuato de gli altri.* German. Fürtreffentlich/fürnehm/außbündig. Hispa. *Notable, reputado, grande, scogido.* Pol. *Przebrany, wiborny.* Vngar. *Fwelet, io szép, ékes.* Angl. *Singuler, passing goode.*] Eximii porci dicebantur maiores, qui ad sacrificium electi erant, signati macula, aut nota. sicut egregiæ oves, è grege electæ. Et quia id quod à cæteris eligitur & eximitur, non vulgare esse solet, factum est ut eximium ponatur pro insigni. Virg. lib. 4. Georgic. Quattuor eximios præstanti corpore tauros. ¶ Sumitur & in malam partem. Cic. in Verrem: Sin hanc vos in rege tàm eximiam injuriam, tàm acerbam neglexisse. Idem ad Lentulum lib. 1: Lentulum eximia spe, summæ virtutis adolescentem. cum cæteris artibus quibus studuisti semper ipse, tùm in primis imitatione tui fac erudias.

Eximiè, adverb. Excellenter, egregiè. [διαφερόντως. Gal. *Par excellence, excellemment.* Ital. *Excellentemente.* Germ. Fürtreffentlich/herrlichen. Hisp. *Notable y sennaladamente.* Pol. *Nasobnie, nawibornie.* Vng. *Fwuen, ielessen, ékessen.* Ang. *Excellentlye, passing well.*] Plin. l. 22. cap. 22: Picris ab insigni amaritudine cognominatur, ut diximus, rotundo folio, tollit eximiè verrucas. Eximiè ornatum templum Liv. Eximiè diligere, Cic.

Exin, per apocopen, sive Exinde, adverbia sunt ordinis, idem significantia quod deinde. [אחרי כן achare chen. ἐντεῦθεν. Gal. *En apres.* Ital. *Dopo, da poi.* Germa. Darnach/dannethin. Hisp. *De, de do despues.* Pol. *Potem.* Vngar. *Ezután, annak utána.* Ang. *Since that tyme, afterwarde, from that tyme forth.*] Liv. libr. 1: Vt igitur paulò antè animū inter Fidenatem Romanamq; rem ancipitem gessisti, ita jam corpus passim distrahendum dabis. Exin duabus admotis quadrigis, in currus earum distentum illigat Mettum.

Exinanio, is, ab ex & inanio, act. q. Evacuo, exhaurio, exonero. [הריק herik פנה pinnáh. κενόω. Gall. *Vuider, & rendre vain, aneantir.* Ital. *Vacuare, menomare, attenuare, ridurre à niente.* German. Außlären. Hispan. *Vaziar ò amenguar.* Polon. Wyprozniam. Vng. *Meg üresitem, meg alázom.* Ang. *To emptie or make voyde.*] Plin. l. 10 c 60: Ova sale exinaniri creduntur. Cicer. 7. Verr. Nox illa tota exinanienda navi consumitur. ¶ Hinc Exinanitio, κένωσις. Plin. libr. 13. cap. 22: Succurrit aliquando præceps alvi exinanitio.

Exinanitus, a, um, Particip. κεκενωμένος. Cicer. 2. pro lege Agr. Vectigalia abalienatis, sociis vexatis, regibus atque omnibus gentibus exinanitis, illi pecunias habebunt, vos agros non habebitis.

Exinsperatò, adverbium, Præter spem [παρ' ἐλπίδα, ἐξ ἀπροσδοκήτου. Gall. *Hors d'esperance.* Ital. *Fuor d'esperanza.* German. Vnverhofft/vnversehentlich. Hisp. *Fuera de esperanza.* Pol. *Nie nadziale, nadspodziewanie.* Vng. *Véletlen, remény kívül.* Ang. *Vnlooked for, beyonde all hope or expectation.*] Liv. libro 1: Tum clamore, qualis exinsperatò faventium solet, Romani adjuvant militem suum.

Existimo, as, pen. cor. act. p. Puto, judico, & quasi ex æstimatione statuo atq; decerno [חשב chaschab שער schaër. ὑπολαμβάνω, λογίζομαι, οἴομαι. Gall. *Estimer, & penser, faire iugement de quelque chose.* Ital. *Estimare, pensare, giudicare.* Germ. Meynen/achten/schätzen. Hisp. *Iuzgar ò pensar este mando.* Polon. *Mniemam rozumiem.* Vngar. *Vélem.* Ang. *To suppose or think.*] Quintil. Ex præteritis existimari solent præsentia. Cic 4. Verr. Certissimum accipite argumentum, quò facilius de singulari ejus impudentia existimare possitis.

Existimans antis, Particip. act. Cic. in Orat. Orationis subtilitas inimitabilis illa quidem videtur esse existimanti: sed nihil est experienti minus.

Existimatio, f. t. quæ ferè semper passivæ significationis est, & pro reputatione ac bona fama capitur: ut, Homo magnæ existimationis: id est, de quo omnes bene opinantur. [יקר jekar. δόξα, ἀξίωσις. Gal. *Reputation, renommée.* Ital. *Riputatione, fama.* Germ. Achtbarkeit/ein guter Leumbden. Hispan. *Buena fama, la estima que en alguno es tenida.* Polon. *Dobre mniemanie, slawa, powolanie.* Vngar. *Böcsület.* Angl. *A supposell, reputation.*] Paulus Iurecons. Existimatio est dignitatis illæsæ status, legibus ac moribus cōprobatus: quæ ex delicto nostro, autoritate legum aut minuitur, aut consumitur. Minuitur quoties manente libertate, circa statum dignitatis pœna plectimur: sicut quum relegatur quis, vel cum ordine movetur, vel quum prohibetur honoribus publicis fungi, vel quum plebeius fustibus cæditur, vel in opus publicum datur, vel quum in eam causam quis incidit, quæ edicto perpetuo infamiæ causa memoratur. Consumitur verò, quoties magna capitis diminutio intervenit: id est, quum libertas amittitur, veluti quum aqua & igni interdicitur. ¶ Accipitur etiam nonnunquam activè pro opinione hominum, quam de nobis conceperunt. [מחשבה machschabáh. ὑπόληψις, οἴησις. Gal. *Pensement ou iugement qu'on fait de quelque chose; estime.* Ital. *Pensamento, giudicio, stima.* German. Achtung/ein vrtheil so man von einem ding haltet. Hispan. *Aquella obra que se ga, ò pensar pensamento.* Vng. *Vélekedes.* Ang. *An opinion or iudgement that one conceiveth.*] Cic. pro Cælio: Nam quod de pietate dixistis, est ita quidē nostra existimatio, sed judicium certè parentis.

Existimator, toris, m. t. Iudex opinator. [חושב choschéb שער schohér מקיר mokir. δοξαστής. Gall. *Priseur & estimeur, estimateur de quelque chose.* Ital. *Giudice, stimatore di qualche cosa.* German. Ein Richter/Schetzer. Hispan. *Estimado, taxador.* Polon. *Szacuiacy, rozjemca.* Vng. *Velekedö.* Ang. *That speaketh and supposeth, eftiere that hath thought vpon it.*] Cic. in Orat. Meminerimus nihil nos præcipiendi causa esse dicturos: atque ita potiùs acturos, ut existimatores videamur loqui, non magistri.

Extāntiă, æ, f. p. [ἐξοχή, ὑπεροχή. Pol. *Wirostina.* Vng *Kin állás, kitetszés.*] Col. lib. 5 c. 5: Ipsa capita sine ulla extantia, neq; aratro, neq; bubus obnoxia sunt.

Extōllo, is, tuli, elatum. act. t. In altum elevo, educo, effero. [נשא *nasa* הרים *herim.* ἐξαίρω. Gall *Eslever hausser extoller* Ital. *Inalzare, accrescere.* Germ. Erheben/ in die höhe auffheben Hisp. *En alçar.* Pol. *Wiwyisgnie.* Vng. *Fel emelem* Angl. *To advance, to praise highlie, to lifte vpon high.*] Plaut. in Amph. Devolant angues jubati deorsum in impluvium duo maximi: continuò extollunt ambo capita. ¶ Per translationem accipitur pro exaggerare, amplificare Salust. Iugur. Ita eorum qui ea facêre, virtus tanta habetur, quantum ea verbis potuere extollere præclara ingenia. Apud antiquos etiam lectum est pro differre. Cæcilius Plotio: Ito intrò atque isthæc aufer: tamen hodie extoller nuptias.

Extōrquĕo, ques, torsi: tum. act. f. Est tormentis, vel alia quavis vi aliquid aufero, eripio. [ἐκβιάζω, βασανίζω, ἀποβασανίζω. Gall. *Oster par force, tirer & avoir par force* Ital. *Kavare per forza.* Germ. Mit gewalt herausbringen/ abtringen. Bel. Wtwrijden/ wtdouwen. Hispan. *Sacar atormentado.* Polon. *Wykrecam, dobywam.* Vng. *Ki sekerëm, erövel ki vonszom.* Angl. *To wrest or take away by force, to rë-straine, to confesse.*] Vnde extorquere veritatem, est adhibitis tormentis verá confessioné exprimere. Donat. Torquemus homines extorquemus veritatem. Ad hunc etiam modum dicimus extorquere errorem ex animo, extorquere regnum, vel pecuniám. Cic. in Cat. Nec mihi hunc errorem, dum vivo, extorqueri volo. Liv. lib. 2. Neq; ambigitur quin Brutus, qui tantum gloriæ superbo exacto rege meruit, pessimo publico id facturus fuerit, libertatis immaturæ cupedine, priorum regum alicui regnum extorsisset. ¶ Extorquere pro Luxare. Senec. epist. 18: Fregit aliquis crus, aut extorsit articulum: non navem conscendit, sed medicum advocat, ut fracta pars jungatur, ut luxata in locum reponatur.

Extōrtŭs, partic. [ἀποβιασθείς. Gall. *Osté par force, violemment arraché ou osté.* Ital. *Toltò à forza.* German. Mit gewalt genommen. Hisp *Sacado por fuerça.* Pol *Gwaltem wzięty.* Vngar. *Ki tekerëtett, erövel ki vonyatot.* Angl. *constrained by torments, wrested by violence.* [Cic. pro Milone Extorta est cõfitenti sica de manibus. ¶ Extortus, pro excruciato Senec. Epist. 67: His oppone ferro transfossos, aut exanimatos serpentum morsu, aut fractos ruina: aut per longam nervorum contractionem extortos minuratim.

Extōrtŏr, toris, m. t. [βιαστής Gall. *Forceur, qui oste par force.* Ital. *Che toglie à forza.* Germ. Ein abtringer/ der mit gewalt etwas auß einem bringt/ oder sonst nimpt. Hisp. *El que assi saca algo por tormentos.* Pol. *Gwaltem maiącey.* Vngar. *Erövel ki tekerö* Angl. *He that constraineth by torments: or taketh by force*] Qui vi rapit, & aufert. Terent. Phorm. Bonorum extortor, legum contortor.

Extōrrĭs, is, com. t. Qui est, extra terram; id est, patriam, exul. [גלה *galah* נדח *nidah.* ἄπολις, ἐξόριστος. Gal. *Banny hors du pays.* Ital. *Scacciato della sua patria, fuor' uscito.* Germ. Ein vertribner eines landes/ ein Bandit. Belg. Een Ballinck. Hispan *Desterrado, fuera de su tierra* Pol. *Wygnaniec, izgnie, wygnany.* Vng. *Szám ki vetet, bújdosó.* Ang. *An outcast, or he that is banished.*] Cic. 4. Ver. Hinc tentum partes familiàs extorres profugerunt. Gell. Exul, extorrisq; esto. Liv. Extorrem urbe domo, penatibus, foro, congressu æqualium. Idem lib. 2. ab Vrbe: Ne se ortum ejusdem sanguinis extorrem, egentem ex tanto modo regno cum liberis adolescentibus ante oculos suos, perire finerent.

Extrā, præpositio separata serviens casui accusativo.] חוץ *chúts*, ἔξω, ἐκτός: cui contraria est intra ἔσω. Gall. *Hors.* Ital. *Fuori.* Germ. Ausserhalb/ draussen. Bel. Buyten. Hisp. *De fuera.* Pol. *Przed.* Vng. *Ki kivül, (& cum affixis) kivülem kivüled, kivüle* Ang. *Without, forth*] Cic. 2. de Fini. Et in corpore & extra esse quædam bona. Idem de Vniversi. Sic in omni mundo partes omnes collocatæ sunt, ut nulla pars hujusce generis excederet extrà. Idem 1. Off. Cavendum autem, præsertim si ipse ædifices, ne extra modum sumptu & magnificentia prodeas. ¶ Extra pro præter, exceptionis gratia elegantissimè ponitur. Plaut. Amphitr. Vt mihi extra unum te, mortalis nemo corpore Contingit, qui me impudicam faceret. Terent. Phorm. Neque cognatus extra unam aniculam, quisquam aderat. Extrà jocum dicebant antiqui, quum quid seriò non joco dicere sese velle significabant. Cic. Trebario: Sed me herculè extra jocum homo bellus es. ¶ Extrà quàm, pro nisi, in exceptionibus concipiendis ponebatur. Cic. 2. de Invent. Ait is cui manus præcisa est, injuriarum: postulat is qui cum agitur, à Prætore exceptionem, extrà quàm in reum capitis præjudicium fiat. Vbi Si particula deesse videtur. Extrà quàm sis, ut Vlpianus in l. 1. §. Labeo scribit. ff. de flum. Sed ita excipiendum ait, extrà quàm si quid ita factum sit, uti de lege fieri licuit. *Hæc Bud.* Lib. 3. Decad. libr. 4: Campanos omnes, Attellanos, Calatinos, Sabatinos, extrà quàm qui eorum aut ipsi, aut parentes eorum apud hostes essent, liberos esse jusserunt. ¶ Ab extra deducuntur exter, exterus, extraneus, extrarius, extrinsecus, extrorsum, & τὸ ἔξω. extremus, extimus, & Extrare, verbum obsoletum quo antiqui utebantur pro egredi. De quibus mox.

Extrāclūsŭs, ager dicebatur qui intra finitimam lineam, & centurias interjacebat: ideoque extraclusus, quia ultrà limites finitima linea clauderetur & extraclusa loca sunt æquè juris subsecivorum, ultra limites, & ultra finitimam lineam, quod genus agrorum si Reipubl. populi Romani, aut ipsius coloniæ cujus fine circundatur, sive peregrinæ urbi, aut locis sacris, aut religiosis, æquè ad populum Romanum pertinentibus datum non est, jure subsecivorum in ejus, qui assignare potuerit, remanet potestate. Ex Frontino de agrorum qualitate.

Extrăĕo. ite Exire est. Afran. in auct. Simul limen intrabo, illi extrabunt illicò. Nonius.

Extrāmūrānŭs, qui opponitur intramurano [Pol. *Zamiermy.* Vng. *Kers ë kivüm valo.*] Lamprid. in Heliogab. Iusserat & lenonem P. R. unius anni meretricibus lenonibus exoletis intramuranis dari & extramuranis alia.

Extrāōrdĭnārĭŭs, ria, rium. Quod extra Ordinem fit. [ἐξαίρετος, παράτακτος. Gal. *Extraordinaire, hors la façon accoustumée.* Ital. *Estraordinario* Germ. Ausser der ordnung oder gewonheit. Hispan. *Cosa fuera de orden* Pol. *Nad w zlawę* Vngar. *Rend kivül valo.* Angl. *extra ordinarie, beside vse and custome.*] Brutus Cic. Quare tuam & facilitatem & providentiam laudabo tuá, quum exploratum habere cœpero, Cæsarem honoribus quos acceperit extraordinariis fore contentum. Idem 7. Verr. Vt omnia semper quæ jucunda videntur esse non modò his extraordinariis cupiditatibus, sed etiam ipsi naturæ ac necessitati denegarem. Sic apud eundem Præsidium extraordinarium, potestas extraordinaria, reus extraordinarius, milites extraordinarii, ἐπίλεκτοι.

Extrārĭŭs, ria, rium, Alienus, aut alienigena: hoc est, qui ex ca in qua agimus civitate oriundus non est, aut etiam qui ex nostra familia non est [נכרי *nochri* נכר *nechár.* ἀλλότριος. Gall. *Estranger, de dehors.* Ital. *Straniere alieno, forastiere.* Germ. Ausslendisch. Belg. Vreemdt Hisp *Cosa estraña y de fuera* Polon. *Obcy, wziegorodn.* Vng. *Idegen, kivül valo.* Angl. *Strange, forreyne.*] Pomponius: Præterea minabatur si extrario nupsisset, nihil se filiis ejus ex paternis eorum bonis testamento relicturũ. ¶ Canis extrarius, pro non domestico, apud Sueton in Vespas. Extrana lux. Lucret. lib. 4. τὸ ἔξω φῶς. Atque ut penitùs hujus nominis vis intelligatur, idem est quod exterus, externus, & extraneus; sive alienus; hæc enim omnia unum ferè idemque significant: quanquam Corn. Fronto originem magis quàm eorum consuetudinem secutus hæc ita distinguit: Extraneus, inquit, est qui extra candé ianuá est. Extrarius, qui extra candé aream est Exterus & externus, qui extra illam terram alterius cujusdam gentis est. Alienus autem nullo loco, sed re differt.

Extrārĭum Dicitur quicquid est extra rem de qua agitur. [Vng. *Masius valo.*] Quint. li. 7. c. 2. Quum in personam certam transfertur accusatio, aut in extrarium, *&c.*

Extrānĕŭs Alienus nullo propinquitatis gradu nobis conjunctus: quasi extraneus. [נכרי *nochri* נכר *nechár.* ἀλλότριος, ὀθνεῖος. Gall. *Estranger.* Ital. *Straniere, alieno, forastiere.* German. Ausslendiger/ frembder Hisp. *Cosa estraña y de fuera.* Polon. *Niespowinowaczony, obcy.* Vngar. *Idegen, kivül valo.* Angl. *A stranger, of an other countrei.*] Vnde extraneus hæres, apud Suet. in Claudio Cæsare c. 4: Nec dubium est quid posthæc Augustus constituerit, & reliquerit eum nullo præter auguralis sacerdotii honore impertitum: ac ne hæredem quidem, nisi inter tertios, ac penè extraneos, ne parte sexta nuncuparet. ¶ Extraneus, & Domesticus, contraria. Cicero antequam iret in exil. Pax & concordia extraneis gignetur, quum jam domesticis non insideat sed publicè provideri eripiatur. ¶ Bona extranea: id est, externa, neque animæ neque corpori propria, quæ & bona fortunæ dicuntur. Autor ad Heren. lib. 4. Hoc pacto non inornatè poterimus & in laudando & in lædendo, aut in corpore, aut in animo aut in extraneis.

Extĕrĭŏr, comparativum, sicut ab inferius, inferior, infimus. [חיצון *chitson*, ἐξώτερος. Gall *Qui est plus dehors, exterieur.* Ital. *Più di fuori, esteriore.* Germ Der ausserhalb ist. Hisp *Mas adefuera.* Pol. *Zewnętrzny* Vng. *Kivülsöbb.* Angl. *That is further out.*] Cicero de Vnivers. Atque ita quum alterum esset exteriorem

L 2 ample-

amplexus orbem, &c. Plaut. Menæh. Exterior sis, observato modo ¶ Comes exterior: id est, inferiore indigniorequè loco incedens. Horat. 2. Serm.

Extrēmūs, a, um, Vltimus, postremus. [אחרון acharon, ἔσχατος, ἄκρος. Gall. Tout le dernier. Ital. Estremo, vltimo. Germ. Der letst/ hinderist. Belg. Dat alder uterste. Hisp. Cosa vltima ò cabera. Pol. Ostatny. Vng. Vtolsò, végsò. Ang. The furthest, the last] Cicer de Amic. Cujus disputationis fuit extremum ferè de immortalitate animorum. Virg. 10. Eclog. Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem. Ponitur nonnunquam pro perditissimo, ac nequissimo, quasi à consortio humanitatis remoto. Virg. 4. Aneid. Illam terra parens, ira irritata deorum, Extremam ut perhibent) Cœo Enceladoque sororem Progenuit: hoc est, pessimam Seneca: In hoc summa bonitas, in illo extrema malitia: id est maxima, & ultra quam nulla sit malitia maior. Quod non sine ratione esse videtur, quando quidem medici affirmant, deteriores cæteris esse ultimi nascuntur. Apul. lib. 3: Fateor, Quirites, extremos latrones fugare atque protenere aggressus sum. ¶ Extremum etiam aliquando initium alicujus rei significat Plaut. Ab extremo narrare incipiā: hoc est, à principio. ¶ Ad extremum, pro In extrema parte. Liv. lib. 1. Decad. Missile telum hastili oblongo, & cætera tereti, præterquam ad extremum, unde ferrum extabat. ¶ Extrema linea amare, apud Terentium, est amare impensissimè: ducta translatione à curriculis, vel stadiis, in quibus prima linea cursus erat in carceribus, ultima in fine, quæ & calx dicebatur, quòd strigeret calce vel creta notaretur. Vltra autem calcem nihil supererit, quò cursus tendatur, spatiaque palestrarum & curriculorum lineis erant inclusa.

Extĭmŭs, mi, superl. cui opponitur citimus. [ἐσχάτατος. Gall. Tout le dernier, & le plus reculé ou esloigné de tous. Ital. Piu vltimo, piu in d etro. Germ. Der aussersist/ fernist/ weitest. Hisp. Cosa mas vltima ò cabera. Pol. Dalszy. Vng. Leg végsò. Ang. The last of all, the furthest.] Plin. lib. 2. cap. 78: Iisdem imperia quæ nunquam extimis gentibus fuerit. Extimum promontorium apud eundem libro 6. cap. 28.

Extrēmò, adverbium. [באחרונה baachronah, ὕστατον, τελευταῖον. Gall. Au dernier, à la parfin. Ital. Vltimamente, finalmente. Germ. Letstlichen/ zum hindersten Hisp. Vltimamente. Pol Na ostatek. Vngar. Végezetre, utolsor. Ang Last of all.] Cic. Attic. lib. 11: Quod enim scribis extremò, vide ne is ipse locus sit cujus causa &c.

Extrēmĭtās, mitatis, f. t. Est id quod in quaque re extremum est. ora קצה katseh, ἐσχατιά, τὸ ἄκρον. Gall. La fin, le bout, le bord Ital. La fine, l' estremo o vltimo di qualche cosa Germ. Das end vnd aufferiste theil eines jeden dings Hisp. El fin. y cabo de alguna cosa. Polon. Brzeg kończyna, kray. Vngar. Szél, vég. Ang. The extremitie, end, or border.] ut, Extremitas circuli, Plin. li. 2. c. 17. Cœli extremitas, Cicero de Vniverſ. Idem 2. de Finib. Hæc non erant ejus qui innumerabiles mundos, infinitasque regiones, quarum nulla esset ora, nulla extremitas mente peragravisset.

Extrēmĭtās, f. t. in agro ita definitur ab Aggeno: Extremitas finitima linea est, quæ intervenit, aut petiter publicum, quod transrendi conpptest, secundum legem coloniarum: quia omnis limes itineri publico servire debet: aut per limites sive terminos aliaque signa quibus territoria finiuntur: aut ubi insoluta lora remanserunt. hæc autem sunt lura quæ insoluta dicuntur, quæ aut in saxosis aut sterilibus locis sunt, aut in paludibus ubi nulla potuit exerceri cultura: quia, dum non esset quod excoli potuisset, nullis necesse fuit limitum regulis obligari. Ex Aggeno de limitibus.

Extrīnsĕcŭs penult. corr. adverbium, Externè, foris, aliundè, ab exteriore parte.] מחוץ michuts, ἔξωθεν. Gall. Au dehors, à la parfin. Ital. Di fuori. Germ. Ausserthalb von aussen. Hispan. Defuera ò hazia fuera. Polon. Zwierzchu. Vng Kiwül. Angl. On the other side, outwardly, from without] Cicer. 1. de Orat. Adhibita est igitur quædam extrinsecùs ex alio genere quodam Varro libr. 1. de Rust. capite 41: Vt non denudes medullam, ne extrinsecùs imbres noceant. Cicero 4. Academ. Irrumpunt extrinsecùs in animos nostros per corpus imagines, nobis dormientibus.

Extio, as, Verbum obsoletum est, quo antiqui utebantur pro exeo: ejus contrarium est intero [ἐξιέναι. Gall. Sortir. Ital. Vscire. Germ. Hinauß gehn. Hisp Salir à fuera Vngar. Ki megyek. Ang To go forth.] Afranius. Simul limen intrabo, illi extrabunt illico.

Extrōrsum, Versus exteriorem partem. [החוצה hachutsah, ἔξω. Gall. Vers le dehors. Ital Verso la parte di fuori. German. Hinausswerts. Belg. Buwaert. Hisp. Hazia fuera Vngar. Kiwül, kwlsò résse felol. Angl. To ward the outward part.] Sicut introrsum. versus interiorem.

Extrăho, extrahis. extraxi extractum, act. t. extrahere, Extra trahere, elicere: [משך mashach דלה dalah ἐξάγω. ἐξέλκειν. Gal. Tirer hors. Ital. Trar fuori. German. Außziehen. Belg. Wttrecken. Hisp Sacar à fuera. Pol. Wyciągam. Vngar. Ki vonszom. Angl. To draw out] ut. Extrahere serpentes cantu: extrahere venena corpori, apud Plinium. Cicero pro Cluent. Extrahitur domo Oppianicus à Manilio. Liv. lib. 6. bel. Pun. Ni venirent in Senatum circa domos eorum ituros se, & in publicum omnes vi extracturos esse. ¶ Extrahere diem, est diem consumere, quod & eximere diem dicimus. Cæsar lib. 1. bel. civil. Catone verò acerrimè repugnante, & pristina consuetudine dicendi more diei extrahence, ut sui ratio absentis haberetur, &c. Et paulò pòst: Si triduum disputationibus, excusationibusque extrahitur. ¶ Extrahere judicium, producere est, prorogare, proferre. Paulus l. 10. D. ad exhibend. Si optione intra certum tempus data judicium id in tempus extractum est, quo frustrà exhibetur, &c. ¶ Extrahere aliquem, pro inducere, & vehementer sollicitare ut aliquid faciat. Liv. lib. 2. bell. Pon. Vulgus etiam extrahere ad Consulatodum nitebantur. ¶ Extrahere se ex aliquo negotio. Terent. Phorm. Ita nunc imparatum subitò tanta te impendent mala. Quæ neque uti devitem scio, neque quo modo me inde extraham. ¶ Extrahere scelus aliquod in lucem ex occultis tenebris. Id est, prodere & manifestare. Liv. 9 belli Maced. Omnia diis propitiis, volentibusque ea faciemus, qui quia suum nomen sceleribus, libidinibusque contaminari indignè ferebant, ex occultis ea tenebris in lucem extraxerunt.

Extrāctŭs, participium. Productus, prorogatus. [נמשך nimschach, ἐκτεταμένος, ἀφελκυσθείς. Gall. Tiré hors, differé, prolongé. Ital. Tirato fuori, differito prolongato. Germ. Außgezogen. Hispan. Sacado à fuera, dilatado en tiempo, alongado. Polon Wyciągniony. Vng. Kivonatot, el halasztatot. Angl. Drawen out, a ffered.] Cic. Qu. Fratr. lib. 2: Sed per obtrectatores Lentuli res calumnia extracta est.

Extrāctōrĭŭs, ria, rium. [ἀφελκυστικός. Vng. K vonó] Plin. li. 24. cap. 11: Vulgeris arundo extractoriam vim habet: hoc est, evocatoriam & eductoriam.

Extravagantes, aliquot sanctiones principum sunt: dictæ, quòd sint extra librorum Iuris civilis contextum frequentatæ. Qualis est constitutio Lotharii Saxonis, de Feud. non alien. & D. Friderici, de pace tenenda, & de Sacrament. pub sponte factis non recta. Idem de privilegiis Ecclesi. Friderici. Imp. ejus nominis II. Item de majestete læsa, deque Rebellib. Edictum Henrici VII & rursus de pace Constantiæ, divorum Friderici Imp. & Romani regis VI. cum nonnullis aliis Principum sanctionibus publicis juris libris nec dum adjunctis, sed quæ in Archivis imperii in Reipub. usum cōservātur, ut monuit Ferrar.

Extrīco, cās, pen. prod. act. p. Verbum est à tricis deductum, Explico, expedio, libero. [ἐκλύω, ἀπεμπλέκω. Gall. Desempestrer, demesler, desvelopper. Ital. Districare, distrigare. Germ. Entwirren/ auflösen. Belg. Ontwerren. Hisp. Desembolver ò desembarar. Pol. Rozwikłam, wywodzam. Vng. Kifejtem, megszabadom, kifejtem. Angl. To unfester, to ridde.] Sunt autem tricæ capilli vel aliæ quævis res tenues, quæ gallinarum pedibus nonunquam adhærent, earumque gressum impediunt: quanvis etiam pro quibusvis rebus minutissimis accipiuntur. Plaut. in Epid. Aliqua ope exolvam, extricabor aliqua. ¶ Extricare locum aliquem pro purgare, & mundare. Col. lib. 4: Sylvestris ager præcipuè est eligendus, qui etsi frutetis aut arboribus obsessus est, facilè extricatur.

Extrĭcābĭlĕ, A' quo quis se facilè potest extricare: hoc est, eximere, vel expedire. Polon. Latwie do wywiedzenia. Vng. Azimibòl kimenni ki menekedhetni. Angl. Of the which any may ridde him self.] Cujus contrarium est inextricabile, ex quo se quis extricare non queat. Plin. lib. 36. cap. 16. Intùs labyrinthum extricabilem, quò si quis improperet sine glomere lini, exitum invenire nequeat.

Extrĭdŭs, idem est quod exalbidus. [Polon. Białawy. Vng. Ie ér, (awagy) el halvánno.] Gel. lib. 19. cap. 1: Atque ibi hominem conspicimus impavidum, & extridum, ploratus quidem nullos, sicut cæteri omnes, nec ullas ejusmodi voces cientem: sed coloris & vultus turbatione non multùm à cæteris differentem.

Extringo, gis, extrinxi, extrinctum, gere, Stringo. [σφίγγω. Gall. Estraindre. Ital. Stringere. German. Zusammen trucken. Hisp. Apretar. Pol. Ściskam. Vng. Szoritom. Angl To straine, to wring.] Cic. 6. Arad. Deinde quum paulùm digitos extrinxerat, assensus hujusmodi. Quo in loco ex Vetustis exemplaribus legitur constrinxerat, non autem extrinxerat.

Extrīnsĕcŭs, Extro, Extrorsum, Vide Extra.

Extrūdo, dis, penult. prod. act. t. Extra trudo, per vim expello. [הדיח hiddiach, ἐξωθέω. Gall. Pousser hors, chasser. Ital. Cacciar fuori. Germ. Hinaußtrucken/ außstossen. Belg. Wtstooten. Hisp. Echar fuera forcejando. Pol. Wypycham. Vngar. Ki szásztom, tolyom. Angl. To thrust or drive out violently.] Plaut. Casin. illæ autem senem in cœnam extrudere cupiunt ex ædibus: Vt ipsę suæ ventres distendant suos. Terent. in Heaut. Eò amantem invitum Pamphilum extrudit. Palnt. in Aulul. Nam qua nunc me causa extrusisti ex his ædibus? ¶ Accipitur nonnunquam pro vendere, vel alienare. Horat. 2. Epist. Laudat venales, qui vult extrudere merces ¶ Extrudere tabellarios, pro Accelerare ad iter. Cicer. ad Brut. Ego autem quum ad me de Ciceronis abs te discessu scripsisses, statim extrusi tabellarios, literasque ad Ciceronem. Idem Terentiæ lib. 14: Pollicem, si adhuc non est profectus, quamprimum fac extrudas.

Extrŭo, is, act. t. Aedifico, construo. [בנה banah, ἐποικοδομέω. Gall. Bastir, eslever un monceau de quelque chose, faire une monnoy. Ital. Edificare, fabricare. Germ. Auffbawen Belg. Opbouwē. Hisp. Edificar, ò componer. Polon. Buduie. Vngar. Fōl eppitem. Ang. To build up.] Cæs. 3. belli Gall. Omne eam mater à quæ erat

erat tufa, conversam ad hostem collocabat, & pro vallo ad utrunque latus extruebat. Extruere ædificium in alieno, apud Cicer. pro Mil. Extruere stramenta in acervum apud Col. lib. 6. c. 3. Extruere mensas epulis, & poculis. Cic. 1. Tusc.

Extructus, participium. [בנוי banui. ᾠκοδομημένος, ...] Gall. Basti, basti. Ital. Edificato. Germ. Auffgebauwen / gezet rüstet. Hisp. Edificado. Polon. Zbudowany. Vngar. Epitettet. Angl. Builded vp.] Cicer. in Pisonem: Extructa mensa non conchyliis aut piscibus, sed multa carne subrancida.

Extructissimus, superlat. [Pol. Dobrze zbudowany. Vng. Igen meg epitetet] Apul. de Deo Socratis: Villæ extructissimæ.

Extructio, onis, f. t. [בנין binian מבנה mibneh οἰκοδομία, οἰκοδόμησις] Gall. Bastiment, establissement. Ital. Edificio. Ger. Auffbawung. Hisp. Aquella obra de edificar. Pol. Zbudowanie. Vngar. Epitésés. Angl. Building vp.] Cicer. 14. Philip. Eaque extructione quæ fit ad memoriam æternitatis.

Extubero, as. act. p. Intumesco, excresco. [צבה tsabah. ἐξοιδάω, ...] Gall. S'enfler, & eslever en façon de vessie. Ital. Gonfiare, enfiare. German. Ein toerten herfür gewinnen / auffgeschwellen / aufflauffen oder sich erheben wie ein beulen. Belg. Opswellen. Hisp. Hincharse. Pol. Napucham, nadymam sie. Vngar. Meg dagadok, meg fomózom. Angl. To swell, to rise vp lyke a botche.] Plin. lib. 25. c. 13. Hæc quæ in omnibus terris est, radice follosa, ex qua media veluti extuberat. Idem lib. 37: Cavæ aut extuberantes videntur viliores æqualibus, loquitur de gemmis. ¶ Nonnunquam etiam active ponitur pro tuberibus æquale aliquid reddere. Senec. lib. 6. Nat. quæst. Defert montes, subigit plana, valles extuberat, novas in profundo insulas erigit.

Extuberatio, f. t. Tumor. [שאת seth. ...] Gal. Enfleure en façon de vessie. Ital. Gonfiamento, enfiatura. Germ. Auffgeschwellung / auffhebung. Hisp. Hinchamiento. Pol. Nacieknie. Vng. Dagadas, nöues ... Angl. A swell vp lik a botch.] Plin. lib. 31. c. 9: Luxatis imponitur cum farina & melle, item extuberationibus: hoc est, per corpus enascentibus.

Extumeo & extumesco, Tumesco, in tumorem redigor. [צבה tsaabh. ἐξογκόομαι.] Gall. S'enfler. Ital. Gonfiare. Germ. Geschwulst / auffgeblasen werden. Hisp. Hincharse. Polon. Napuchnam, nadymam sie. Vng. Ió meg dagadok, puffadok, fel hanzorom. Ang. To swell.] Plin. lib. 37. c. 5: Democritus in hoc genere posuit Armen... & Persicos illos extumescentes pinguiter.

Extumidus, da, dum. [צבה tsabh. ...] Gall. Enflé. Ital. Gonfiato, infiato. Ger. Auffgeblasen / bauchicht. Hisp. Hinchado. Pol. Nadety. Vng. Mi negas, puffadot. Ang. Swollen.] Varro 2. de Re rust. c. 51: Hanc esse modicam pro magnitudine segetes putissimum eorundam, & mediam paulo extumidam.

Extunc, ex illa hora, temporis momento: sicut ex nunc dicitur, pro ex hoc tempore & hora.

Extundo, is, tudi, tusum. Vi, vel blanditiis aliquid extorqueo. [ἐκθλίβω, ...] Gall. Faire sortir quelque chose à force coups; obtenir par force ou par amour. Ital. Cacciar per forza, overo per preghi. German. Außstossen / herauß bolderen / mit müh bettürbringen. Belg. Wtstooten. Hispan. Empuxar por fuerça o por amor. Polon. Ztrudnoscia dobywam. Vngar. Nagy nehezen meg nyerém. Angl. To beate out, to finde out with labour and paine.] Sue... Nec ut appeteret, compelli nisi à matre potuit: ea demum extudit magis convitio quàm precibus. ¶ Extundere, studiosè facere. Virgil. 8. Aeneid. Lanigerosque apices, & lapsa ancilia cœlo Extuderat. Idem 1. Georg. Vt varios usus meditando extunderet artes. Ità etiam legit Nonius, licet ibi nonnulli legant excuderet.

Exturbo, bas, E loco dejicio, extra turbo, expello, dejicio, vi ejicio. [דחה dahhah, ...] Gall. Oster violentement, ... de sa place. Ital. Scacciare, precipitare, disturbare. Germ. Hinaußstossen / ungestümiglich hinaußstossen. Belg. Wtdrijven / wtstooten. Hisp. Derrocar o echar con ... Polon. Wypycham, strącam, ... Vngar. Ki taszitom, ... Angl. To put out or from me by violence.] Cicer pro Cluent. Lectum illum genialem quem biennio antè filiæ suæ nubenti straverat in eadem domo sibi ornari & sterni, expulsa atque exturbata filia, jubet. Plaut. in Curc. Si rectè facias Phædrone, auscultes mihi, atque istam exturbes ex animo ægritudinem. Colum. lib. 8. cap. 17: Et in tranquillo consistens pisces, sedibus suis non exturbatur. ¶ Exturbare calculos, pro ejicere, & expellere. Plin. lib. 20. cap. 10. de asparago loquens: Radix quoque plurimorum prædicatione trita, & in vino albo pota, calculos quoque exturbat. ¶ Exturbare oculos alicui, pro Exculpere, sive effodere. Plaut. Pœnulo: Non ego homo trioboli sum, nisi ego illi mastigiæ Exturbo oculos atque dentes.

Exturbatus, partic. [משפל muspal, ...] Gall. Jetté par force, chassé. Ital. Spinto a forza. Germ. Hinaußgestossen oder gerissen. Hisp. Derrocado o echado por fuerça. Polon. Wypchniety. Vng. Ki taszitatot, vettetet. Angl. Put out by force.] Cat. Fruit illa procul radicibus exturbata.

Extussio, is, ire, n. q. Tussiendo aliquid ejicio. [ἐκβήττω.] Gall. Cracher en toussant. Ital. Tossire, gettar fuori qualche cosa con tosse. German. Außhusten / mit husten oder koderen außwerffen. Belg. Wthoesten. Hispan. Echar alguna cosa tossiendo. Pol. Wykaszluje. Vng. Ki köhögöm. Angl. To cough out.] Plin. lib. 35. c. 15: Purulenta quoq; extussientibus, & contra scorpionum ictus. Idem lib. 23. cap. 3. E radice oleæ quàm tenerrimè cortex derasus, in melle crebro gustatu medetur sanguinem rejicientibus & suppurata extussientibus.

Exubero, as, pen. corr. n. p. Affluo, abundo: ab adjectivo uber, quod plenum, fœcundum, & fertile significat. [שפע ...] Gall. Abonder, estre abundant & fertile. Ital. Abundare, soprabondare. Germ. Vberflüssig seyn / voll seyn. Belg. Overvloeyen. Hisp. Mucho sobrar o abundar. Pol. Jestem dostatny, ... Vng. Bövelkedem. Angl. To be wealthie and fertile, to abund.] Colum. in præfat. In Asia Mysiaque densa & glutinosa terra maximè exuberat. Virgil. 2. Georg. pomisque exuberat arbor. Aliqui per h scribunt Exhubero.

Exuberatissimus, Superlativus.] Pol. Przebrany. Vng. Igen bö, böviségös.] Gell. lib. 3. cap. 9. Hunc equum C. Bassus vidisse se Argis refert, haud credibili pulchritudine vigoreq;, ac colore exuberantissimo.

Exuccus, a, um, Quod est sine succo. [ἄχυμος, ἄικμος] Gall. Sec, sans jus sans humeur. Ital. Secco, senza succo & humori. Germ. Ohne safft oder feuchtigkeit / dürr. Hisp. Seco, sin çumo. Pol. Suchy, ... Vngar. Nedu... Angl. Without sap or humour.] Senec. in Epist. Scis illum infirmi semper & exucci corporis fuisse. Quint. lib. 12. cap. 10: Vnde nunc quoque aridi, & exucci, & exangues.

Exudo, as, pen. prod. n. p. Veluti per sudorem emitto. [ἐξιδρόω, ...] Gall. Degouter de sa sueur, rendre sueur. Ital. Sudar, mandar fuori ... Germ. Herauß schwitzen / auß lassen. Belg. Zweetende ... Hisp. Sudar, echar agua ... sudando. Polon. Wypocam. Vng. Ki verejtekezem. Ang. To sweat out sweate ...] Plin. lib. 24. c. 9: Est autem trium generum: unum arbor ipsa exudat gummi modo, alterum manat in plaga quum floret. Virg. lib. 1. Georg. exudat inutilis humor, dixit absolutè, pro sudando effluit, novo locutionis genere: nam ipse humor propriè non dicitur sudare, vel exudare, sed id quod humorem emittit. Col. lib. 12. ca. 48. Quum oliva quicquid habuit amurcæ exudavit. Eodem modo usus est Persius Sat. 3. & ægris faucibus exudat gravis halitus. ¶ Exudare causas, pro magno labore agere. Horat. 1. Serm. satyra 10.

Exveho, is. Exporto. [Pol. Wiwoze. Vng. Ki hordom.] D. lib. 19. Tit. 4. l. 5. Celsus scribit, si quis merces quas exvehendas conduxit, in horreo posuit, cum conductore ad exhibendum agi posse.

Exverræ, Purgatio quædam domus ex qua mortuus ad sepulturam ferebatur, quæ purgatio fiebat per everriatorem, certo genere scoparum adhibito: ab extra verrendo dictæ. Autor Festus.

Exverto, is, exverti, exversum, ere, prævenire, præoccupare. [קדם kiddem. φθάνω] Gall. Prevenir, anticiper. Ital. Prevenire. German. Fürkommen. Hispan. Ir delante o anticipar. Pol. Wyprzedzam. Vng. Elöl veszem, ... Ang. To preuente.] Plaut. Pœn. In malam rem. M. I tu, & herus tuus. S. Verùm enim qui benè cum norit, citò homo exverti potest.

Exugo, is, pen. corr. xi, ctum. act. t. quod & Exugeo, ges, sugendo elicio. [מצץ matsats ...] Gall. Essucer, Succer tout l'humeur. Ital. Mugnere, succiare. Germ. Außsaugen. Belg. Wtsuygen. Hispan. Chupar o mamar. Pol. Wyssiwam. Vng. Kiszopom. Ang. To sucke vp or out.] Plaut. in Epid. Iam ego me convertam, in hirundinem atq; eorsi exugebo sanguinē. Idem in Rud. Ni hunc amittis, exugebo quicquid humoris tibi est. Idem in Pœnulo: Iam nunc ego illi egredienti sanguinem exugam procul. Colum. lib. 4. c. 24. Sed ab uno latere exugitur.

Exuctus, partic. [מצוץ ...] Gall. Tout essucé, sans suc & humeur. Ital. Senza sugo, succiato. German. Außgesogen. Hispan. Chupado del todo, sin çumo. Polon. Wyssany. Vng. Ki szopatatot. Angl. All sucked out.] Gellius.

Exul, lis, com. t. Si Nonio Marcel. credimus, dicitur quasi extra solum ejectus. [... φυγάς, ἀπόλις] Gall. Banni, envoyé en exil. Ital. Bandito, esule fuor uscito. Germ. Ein vertriebner auß seinem Vatterlandt. Belg. Een Ballinck. Hispan. Desterrado y fuera de su tierra. Pol. Wygnaniec. Vng. Száműzött. Ang. Abanished man.] Cic. pro Aul. Cecin. Exilium nō est supplicium sed profugium, portusq; supplicii. Nam qui volunt pœnā aliquam subterfugere, aut calamitatem eò solum vertunt: hoc est, sedem & locum mutant. Itaque in nulla nostra lege reperitur, ut apud cæteras civitates maleficium ullum exilio esse multatum, sed quum omnes vincula, neces, ignominiasque vitant quæ sunt legibus constitutæ, confugiunt quasi ad aram, in exilium: qui si in civitate legis vim sibi e vellent, non prius civitatem quàm vitam amitterent. Hac τοῦ Solum (inquit Festus) quin significet locum, quis dubitet: quum exules quoque dicantur loco patriæ suæ pulsi? Cic. pro Domo sua: Hunc tu ejam portentosa pestis, exulem appellare ausus es, quum tantis sceleribus esses & factis notatus? Et iterū: Quid enim exul? Ipsum per se nomen calamitatis non turpitudinis. Apud Iureconsultum: Exules hi propriè sunt quibus aqua & igni interdictum est: cætera non exilia, sed relegationes sunt: Vide sequentia.

Exilium, lii, n. f. Patriæ privatio, & natalis soli mutatio. [גלות galuth, ... φυγή, φυγαδεία] Gall. Exil, bannissement. Ital. Essilio, bando. German. Vertreibung oder verweisung in das Ellend. Hispan. El destierro fuera de su tierra. Pol. Z ... wygnanie, ... Vng. Számkivetés. Angl. Banishment.] Seneca in libr. de Consolatione: Exilium nempe, loci commutatio est. Hanc commutationem loci aliquando sequuntur incommoda, pau-

da, paupertas, ignominia, contemptus, quibus tractis, nihil est quod magnopere exilium sit pertimescendum, nec commutatio loci onerosa. Assiduus enim est humani generis discursus, & naturalis quædam irritatio animis mortalium inesse creditur commutandi sedes, & transferendi domicilia. Cic. 5. Tuscul. Exilium credo, quod in maximis malis ducitur. Et paulò pòst: Iam verò exilium si rerum naturam non ignominiam nominis quærimus, quantum demum à perpetua peregrinatione differt? Triplex autem numeratur exilii genus: Nam aut certorum locorum interdictio est: aut lata fuga, ut omnium præter certum locum: aut relegatio in insulam. Erat autem exilium pœna capitalis: & exilio mulctatus, capite damnatus dicebatur. Exulis enim caput de civitate eximi dicitur. Quoties autem civitas retinetur, relegatio proprie, non exilium.

Exilium, Mentionem civium Romanorum exulantium sæpè fieri videmus: quum tamen nulla lege damnatis civibus exilium sit irrogatum, quod, ne vocari possit in dubium, ponam verba Ciceronis in oratione pro Cæcinna: Exilium *inquit*, non supplicium est, sed perfugium portusq; supplicii. Nam, qui volunt pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eò solum vertunt: hoc est, sedem, ac locum mutant: itaque nulla in lege nostra reperitur, ut apud cæteras civitates, maleficium ullum exilio esse multatum. Sed, quum homines vincula, neces, ignominiasq; vitant, quæ sunt legibus constituta, confugiunt, quasi ad aram, in exilium: qui in civitate legis vim subire vellent, non priùs civitatem, quàm vitam, amitterent: quia nolunt, non adimitur iis civitas, sed ab iis relinquitur atq; deponitur. Nam quum ex nostro jure duarum civitatum nemo esse possit: tum amittitur hæc civitas denique, quum is, qui profugit, receptus est in exilium: hoc est, in aliam civitatem. *Hæc Cic.* quæ tum, non esse exilium ulla in lege nominatum, apertè docent: tum verò ideo multos in exilium ante damnationem sua voluntate profugisse, quia legis pœnam, quam præsentes corpore subirent, ut vincula, neces, ignominiam aliquam omninò vitare vellent: nam etsi reo in exilium profecto, nihilominùs causa peragebatur, & sententiæ ferebantur (id exemplo Fabricii, de veneficio condemnari, ex oratione pro Cluentio constat: qui quum, absolutione desperata, à subselliis sua sponte discessit, eum tam latis sententiis, absentem judices condemnarunt: idemque de Verre Pædianus significat, & in commentario Milonianæ, quum ait: Multi præsentes, & quum citati non respondissent, damnati sunt) tamen, quum quod ad corpus attinet, aut ad præsentem ignominiam, ipse sibi jam reus caveat: leviora ducebat reliqua, sive sibi absenti aqua & igni interdiceretur, sive bona publicarentur, sive aliqua infamiæ nota inureretur. At idem Cic. ipse sibi quasi repugnare in Paradoxis videtur: ubi de exilio tanquã pœna legum, ita loquitur: Omnes scelerati, atq; impii, quorum tu te ducem esse profiteris, quos leges exilii affici volunt, exules sunt, etiamsi solum non mutarunt: an, quum omnes leges exulem te esse jubeant, non eris tu exul? in oratione autem pro Muræna, nova ambitus lege, quam ipse tulit, senatores in exilium missos, his verbis demonstrat: Legem ambitus flagitasti: quę tibi nõ deerat: erat enim severissimè scripta Calpurnia: gestus est mos & voluntati, & dignitati tuæ: sed tota illa lex accusationem tuam si haberes nocentem reum, fortasse armasset, petitioni verò refragata est: pœna gravior in plebem alta voce efflagitata est: commoti animi tenuiorum, exilium nostrum ordinem: concessit senatus postulationis tuæ, sed non libẽter duriorem fortunæ communi conditionem te autore constituit. Atq; hac ipsa de lege, deque exilio x. annorũ loquitur & Dio lib. XXXVIII. nec desunt alia de civibus Romanis exulantibus exempla: quos tamen à lege, vel à judicibus, qui ministri legum sunt, nominatim in exilium esse ejectos non debemus opinari. quomodo igitur exules? ¶ Sciendum est exilii duo genera fuisse, voluntarium, & legitimum, & voluntarii rursus duo genera: unum, quum reus ante latas à judicibus sententias in exilium abibat, vel ut legis pœnam vitaret, quod jam diximus, vel quia quum se damnatum iri perspicuè videret, spõte vellet eam pœnã subire, quam paulò pòst leges ei sine dubio illaturæ viderentur: quod ii, quos paulò antè nominavi, Verres Fabriciusq; omni prorsus absolutionis abjecta spe, fecerunt. non enim ante damnationem ideò discesserunt, ut legis pœnam vitarent: quando quidem Fabricius nihil exilio gravius timere à judicibus poterat: quum Oppianicum, qui mox eodem crimine præsens damnatus est, nullam omnino, præterquam exilii, calamitatem tulisse constet. nec de repetundis, quo crimine damnatus est Verres, alia præter exilium & litis æstimationem, nocentes reos pœna sequebatur, quam utranq; pœnam, post profectionem damnatus Verres tulit. ¶ Alterum exilii voluntarii genus fuit, quum reus post damnationem, quia multam à judicibus dictam solvere non posset, ex urbe discedebat. quod ut putem ei legibus ad effugiendam multæ solutionem, fuisse permissum, adducor iis verbis, quæ sunt in oratione pro Cęcinna: In colonias Latinas sæpè nostri cives aut sua voluntate, aut legis multa profecti sunt: quam multã si sufferre voluissent, tamen manere in civitate potuissent. ¶ Legitimum autem exilium erat, quum reus non illi quidẽ verbo, re tamen ipsa in exilium mittebatur: vetus enim consuetudo fuit inducta legib. more confirmata, quæ nõ modò in rep. sed imperatorũ quoq; ætate multisq; pòst seculis, viguit: ut, si quis exilii pœna dignus videretur, ei nulla exilii facta mẽtione, tecto, aqua, igni interdiceretur. ita earum rerum, quæ maximè sunt ad vitã sustentandam necessariæ, usu privatus cum uno aëris alimento contentus esse non posset, abire cogebatur. ex quo exulare cives Romani dicebantur, patet hoc in oratione pro Domo: in qua ita scriptũ est: Qui erant rerũ capitalium condamnati, nõ priùs hanc civitatem amittebant, quàm erant in eã recepti, quo vertendi: hoc est, mutandi soli causa venerant, id autẽ ut esset faciendũ, non ademptione civitatis, sed tecti, & aquæ, & ignis interdictione faciebat. Ac ne cives quidẽ omnium improbissimi, atq; audacissimi, quum in suos inimicos, acerrimo incitati odio, non leges, sed privilegia ferrent, exilium nominabant. sed iis aqua & igni interdicebant. itaq; & de ipso Cic. quod in eadem oratione legimus, P. Clodius tribunus pl. cui nihil in tota vita modestiæ fuit, qui in tribunatu pro sua libidine, neglecto more majorum, abjectis legib. cuncta gessit, ita populum rogavit: Velitis, jubeatis, ut M. Tullio aqua & igni interdicatur, neq; solùm Clodius, sed antea quotquot homines maximè seditiosi, C. Gracchus, & L. Appuleius Saturnius de suis inimicis eodem modo tulerunt. est enim eadem in oratione ita scriptum: Ne tum quidem, quum aberam, negare poteras esse me tua lege senatorem. ubi enim tuleras, ut mihi aqua & igni interdiceretur? quod Gracchus de P. Popilio, Saturninus de Metello tulit. & minorẽ, sive mediam capitis diminutionẽ, quum civitas etsi non verbo, re tamẽ adimebatur, ita fieri solitam tradit Iustin. Inst. lib. 1. de capitis diminutione, his verbis: Minor sive media capitis diminutio est, quum civitas quidem amittitur, libertas verò retinetur: quod accidit ei, cui aqua & igni interdictũ fuerit, vel ei qui in insulã deportatus est. Ergo quum dixit Cic. adversus Clodiũ in Paradoxis: Familiarissimus tuus de te privilegium tulit, ut si in operta Bonæ deę accessisses, exulares, hoc significavit, ut tibi aqua & igni interdiceretur. &, quum de ambitu damnatis x. annorum exilio puniendis Dio loquutus est, nõ aliud intellexit, q̃ ut iis in x. annos aqua & igni interdiceretur. Erat autem, ut neq; flagitia sunt paria, sic hoc pœnæ genus neq; loci spatio, neq; temporis æquale. quibusdam enim tantùm intra urbẽ: hoc est, intra pomerii fines aliis longiùs aqua & igni interdicebatur. crediderim tamen, actum satis leniter ac misericorditer cum reis, neminemque aut certè paucos admodum extra Italiæ terminos aquæ & igni interdictione summotos, qui videam Oppianicum de veneficio, quod capitale crimen erat, damnatum, impunè tamen ad urbem habitare potuisse. Notavimus enim hæc in oratione pro Cluentio: Quum vagus & exul erraret Oppianicus & hunc ad urbem profectus esset, cecidisse ex equo dicitur, & latus offendisse vehementer, & postea quàm ad urbem cum febri venerit, paucis diebus esse mortuus. Quid quòd Q. Pompeium Rufum, & T. Plancum Bursam utrunq; de vi damnatum, quod ex Dionis historia cõstat, alterum, Baulis fuisse, alterum Ravennæ scribit M. Cælius in epistola ad Ciceronem? nam Cic. ipse quadringentis millibus passuum, non ulla communi lege, neque judicum sententiis, sed iniquissimo P. Clodii privilegio, per operas Clodianas lato, abesse jussus est, aqua & igni citra illum terminũ interdictis. Milonis autem Massiliæ exulantis exemplum vix cum altero licet exemplo conjungere: grave enim facinus occiso in Appia via Clodio, à senatu judicatũ est: & fuit satisfaciendum populo, Clodii cæde concitato. ideoq; nova lex perlata & extra ordinem quæsitum, nec tamen satis habeo compertum, Massiliámne sedem exilii Milo delegerit, quòd citra esset interdictum aqua & igni, an verò, quòd quum propius urbẽ, concedente lege, posset habitare, Massiliam tamen probaverit, ac voluerit. nec puto leges, aut judices præscripsisse cuiquã, ubi esse deberet, sed non posset: nec verò de iis, de quibus & Cic. in oratione pro Balbo, & historiæ loquuntur. Q. Max. P. Popilio, Q. Philippo Nuceria, aut C. Catoni Tarraco, aut Qu. Cæpioni & P. Rutilio Smyrna locus exilii definitus est: sed ipsi, quum Romæ esse non liceret, eas urbes, ut jucundas, aut quietas, aut commodas, aut sibi fortasse benevolas, ad habitandũ legerũt. ¶ Memorabile illud fuit, quod legimus in Polybio: Capite dãnatis egredi palàm ex urbe licuisse: quòd si tribuum una, quæ scilicet ad damnationem deesset, suffragium de reo nondum tulisset, facultatem reo esse datam exilii suo sibi arbitratu deligendi exulibus autem commorari tutò licebat in qua vellent urbe fœderata, ut Neapoli, Præneste, Tybure: hæc Polybius, cujus ætate populus de capitalib. criminibus judicabat. Nam postea prætores quæsierunt, excepto crimine perduellionis, aut si quando tribunus pleb. diem alicui diceret, suffragiumq; de reo mallet à populo, quam sentẽtias à judicibus, & prętore, ferri. ¶ Quod autẽ exilii tempus disparibus in culpis diversum fuisse dixi: id ita verisimile est, ut exẽplis pbari multis nõ debeat: quare unũ ponã, etsi minimè necessariũ. Dãnatis de ambitu aqua & igni per decem annos tãtùm interdicebatur: quod antea demonstravi. at damnatis de corrupto judicio, in universum vitę tẽpus: quod in oratione p Cluentio licet cõjicere: hujus in extremo, periturũ extra patriã Cluentiũ, si dãnatus erit, his verbis significat: Quid enim profectũ, nisi ut hujus ex mediis mortis insidiis vita ad luctũ reservata, mors sepulchro patris privata esse videatur? Ac de duob. exiliis, voluntario ac legitimo, utrũ fuerit gravius, venit in mentem q̃ri posse, legitimũ existimo: primùm quod eos, quib. aqua & igni interdictũ est,

recipi

recipi recto intra spatium interdictum leges vetant: quod iis non contigit, qui sua sponte in exilium profugerunt: deinde, quòd ut ego arbitror, aliquando turpius est, exulare legibus ejectum, quàm exulare non ejectum, ejicitur enim civitate, cui aqua & igni interdicitur: qui verò sua voluntate discedit, non is civitate pellitur, sed eam ipse deserit, ac relinquit. Hùc adde, quòd quibus interdicitur, ii senatores postea non sunt, & eos legi suo loco à censore in senatum leges prohibent: quibus verò non interdicitur, ii, etiam si urbe careant, senatores tamen sunt. Hoc in oratione pro domo didicimus, in qua hæc sunt: Ne tum quidem, quum aberam, negare poteras esse me senatorem, ubi enim tuleras, ut mihi aqua & igni interdiceretur? quod Gracchus de P. Popillio, Saturnius de Metello tulit, homines seditiosissimi de optimis ac fortissimis civibus, non ut esset interdictum, quod fieri nō poterat, tulerunt, sed ut interdiceretur ubi cavisti, ne meo me loco censor in senatum legeret? quod de omnibus, etiam quibus damnatis interdictum est, scriptum est in legibus. Ergo, quum de pœnis capitalibus loquimur, aut exilium inter eas nominandum non est: quod lex nulla, nullum ob malefactum irrogabat: aut eo de exilio dicendum, quod etsi non nominaretur, necessariò tamen, quum damnatis interdiceretur aqua & igni, consequabatur. *Hæc ex lib. Aldi de leg bus R manu.*

Exilicus, a, um, φυγαδικός, quod ad exilium pertinet: ut exilica causa, quæ adversus exules agitatur.

Exulo, pe. cor. act. p. Patria privatus sum, exul sum. [גלה *chaláh*. φεύγω, ἐκπίπτω. Gall. *Estre banni, estre exil*. Ital. *Esser in essilio, esser in bando*. Germ. In ellend seyn / ein vertriebner seyn. Belg. Gebannen zijn. Hisp. *Estar de[s]terrado o estar en tierra*. Pol. *Iestem wygnan[y]*. Vngar. *Számkivetett vagyok, számkivetésben járok*. Ang. *To be banished*.] Et duobus modis dicitur scilicet de loco in quo exul est, & de quo ejectus est. Terent. in Eunuch. Perii, siam domo exulo. Plaut. in Mostel. An id mavis, ut habeat foràs urbem exuletque à patria sua, causa tua? Ovid. 3. Trist. per externas profugus pater exulat oras. ¶ Exulat avaritia ex urbe per translationem. Plaut. Persa: pulchre munitum arbitror, Perfidia & peculatus ex urbe & avaritia si exulant.

Exulans exulantis, participium [גולה *gôléh* ...] Vng. *Számkivetett*. Cic. 2. de Divin. Rex Prusias quum Annibali apud eum exulanti depugnare placeret, negabat se audere quòd exta prohiberent.

Exulcero, as, act. sive potiùs Exhulcero, Vlcus facio. [... *machas*. ἑλκόω. Gall. *Exulcerer blesser & entamer la peau*. Ital. *Impiagare*, ... Germ. Du haut verschren oder ... machen. Hisp. *Llagar o enconar la llaga* ... Pol. *Parchimiaeo* ... Vng. *Megsebesítem*. Angl. *To make sore, to break the skinne*.] Plin. li. 20 c. 6: ... lichenas, lentigines exulcerat. Varr. lib. 2. de Re rust. 9. de canibus loquens: Quidam nucibus Græcis in aqua tritis perungunt aures, & inter digitos, quòd muscæ ricini & pulices soleant (si hoc unguine non siti sunt) ea exulcerare. ¶ Per translationem accipitur pro exasperare, vel exacerbare Cic. ... Aut ea quæ sanare nequeunt exulcerant. Idem pro Deiot. Iure putabant, ut in exulcerato animo facile fictum crimen resideret.

Exulceratio, nonis, f. t. [... *machás*. ἕλκωσις. Gall. *Naureure, blessure ens ... de peau*. Ital. *Esser ferito, impiagato*. German. Versehrung der haut. Hisp. *Llaga, ... de ...* Polon. *Parchimia, ...* Vngar. *Megsebesítés*. Angl. *A making of a botche*.] Plin. lib. 20. cap. 3: Sed omnium consensu stomacho utilissimæ judicantur, & interaneorum vesicarumque exulcerationibus.

Exulceratorius, a, um, Exulcerandi vim habens. [ἑλκωτικός. Gall. *Qui ... & entamer la peau*. Ital. *Che ha virtù d'impiagare*. Germ. Das die haut verschret und auff ... macht. Hisp. *Lo que llaga ... o enconar la llaga*. Polon. *... parchimie*. Vng. *Meg sebesítő*. Angl. *That hath power to make a botche*.] ut, Exulceratorium medicamentum, Plin. lib. 32. c. 7.

Exulceratrix, icis, f. t. [...] Gal. *Qui entame ...* Ital. *Donna che impiaga*. Germ. Ein geschwärmacherin. Hisp. *La que llaga o encona la llaga*. Pol. *... parchimie*. Vng. *Sebesítő*. Angl. *That hath power to make sore, ...*] Plin. lib. 27. c. 12: vis ei stiptica & exulceratrix.

Exulto, as, are, ab ex & salio, a in u mutata, n. p. Immoderatè jacto, voluptate & lætitia nimia gestio. [עלז *alaz* ... *ghal*. ἀγαλλιᾶσθαι, γαυριᾶν, σκιρτᾶν, τῇ ψυχῇ ... Gall. *Sauter & tressaillir de joye, s'exalter & glorifier*. Ital. *Allegrarsi grandemente, gioire*. Germ. Auffspringen vor freuden. Belg. Opspringen van vreugden. Hisp. *Saltar de alegria o ... alegrarse*. Pol. *Od radości ... skacze*. Vng. *Vigadok, ô nevadok, ô vemhe ugyan ...* Angl. *To leap for joye, to glorifie and boast foolishly*.] Cicer. lib. de Repub. Est igitur quiddam turbulentum in hominibus singulis, quod vel exultat voluptate, aut molestia frangitur. Idem in Catone. Annibalem juveniliter exultantem patientia sua molliebat: hoc est, jactantia juvenili gloriantem. Virgil. lib. 9: exultantia; haurit Corda pavor. Cic. lib. 4 de Repub. Quæ sanguine alicui, quæ omni crudelitate sic exultat, ut vix hominum acerbis vulneribus satietur. Quo in loco (ut Nonius interpretatur) accipitur pro sævire: quanvis alii malint ibi pro gaudere & delectari accipi. Exsultu scribendum, & cætera ab eodem deducta.

Exultatio, onis, f. t. [... *halisúth*. ἀγαλλίασις, σκίρτησις. Gall. *Sautement de joye, ou anvoisement*. Ital. *Gioia, piacere*. Germ. Grosse freud / freudsprung / frolockung. Hisp. *Aquella alegria*. Pol. *Radość wielka*. Vng. *Vigadás, ô nevadás*. Angl. *A leaping through joye, a triumphing*.] Plin. lib. 8. cap. 54: Mutianus luna cava tristes esse, quibus in eo genere causa sit, novam exultationē adorare. Indecora exultatio, Quint. lib. 2. cap. 2.

Exultantia, tiæ, f. p. Exultatio [Pol. *Kadłowanie*. Vng. *Vigadás ô nevadás*.] Gell. lib. 12. c. 5: Cum petulantia morbi dolorisque exultantia colluctantem.

Exultanter adverbium. [σκιρτητικῶς, ἀγαλλιαστικῶς. Gal. *En sautant de joye*. Ital. *Saltando di contento & gioia*. Germ. Mit sonderbarer frewdigkeit. Hispan. *Saltando por alegria, alegramente*. Pol. *Z wielkim weselem*. Vng. *Vigadva, örömmel*. Angl. *Bragingly, as it were leaping for joye, joyously*.] Plin. Epist. 62: Quum ea potiùs quæ pressiùs & astrictiùs, quàm illa quæ hilariùs & quasi exultantiùs scripsi, possint videri accersita, & inducta.

Exultim, adverbium: Id est exultādo, & saliendo. [σκιρτητικῶς, γαυριωδῶς. Gall. *En sautant, en tressaillant*. Ital. *Saltando di gioia*. Germ. Mit auffspringen. Hisp. *Alegrandose saltando*. Pol. *Skacząc*. Vng. *Tombolva, örömmel*. Angl. *By ... and leaping*.] Horat. 3. Carm. Ode 11: Quæ velut latis equa trima campis, Ludit exultim, metuitque tangi, Nuptiarum expers, & adhuc protervo Cruda marito.

Exultabundus, valde exultans, lætitiamque gestu ostendens, γαυριῶν.

Exululo as, act. p. Valde ululo. [ἐξολολύζω. Gall. *Hurler & crier comme vn loup ... bestes*. Ital. *Vrlare, gridar forte*. German. Sehr heulen. Hisp. *Aullar*. Pol. *Wyję*. Vng. *Iuvöltök*. Ang. *To howle like a dogge or wolf*.] Ovid. lib. 1. Met. Territus ipse fugit, nactusque silentia ruris Exululat.

Exululatus, participium, voce passiva activè significans. [Vng. *Orditatos*.] Ovid. 4. Trist. Vtque suum Bacche non sentit saucia vulnus, Dum stupet Idæis exululata jugis.

Exsum, Extra sum. [ἔξειμι. Gall. *Estre dehors*. Ital. *Essere fuori*. Germ. Aussen seyn. Hisp. *Estar ... de fuera*. Pol. *... domem jestem*. Vng. *Kelow vagyok*. Ang. *To be forth*.] Sic enim lictor in quibusdam sacris clamitare solebat, Hostis vinctus, mulier, virgo exesto. Hoc est, non introito, quia scilicet ingredi ea sacra prohibebantur.

Exundo, das, Alveum exeo, sive extra alveum undas effundo, inundo. [πλημμυρέω, ὑπερεκχέω. Gall. *Se de border, s'escouler par dessus*. Ital. *Inondare, vscire dell'alveo*. Ger. Vberlauffen / vberfliessen. Hisp. *Manar o rebossar lo lleno*. Pol. *Przelewam, porzegam* ... Vngar. *Kiáradok*. Ang. *To overflow, to abounde*.] Plin. lib. 2. c. 103: In Tenendo insula fons semper à tertia noctis hora in sextam ab æstivo solstitio exundat. Col. lib. 8. c. 16: Verùm meminisse oportebit, ut rivis per quos exundat piscina, præfigantur ænei foraminibus exiguis cancelli, quibus impediatur piscium fuga.] Transfertur etiam ad alia. Tacitus in Dialogo de oratorib. Exundat, atq; exuberat admirabilis illa eloquentia. Hoc est, abundanter affluit.

Exundatio onis f. t. Inūdatio, eluvio. [... *chéphah*, πλημμυρία. Gall. *Desbordement d'ondes*. Ital. *Spargimento, inondatione*. Germ. Auffgiessung / aussliessung. Hisp. *Aquella obra de manar o rebossar*. Pol. *Przelanie*. Vng. *Kiáradás*. Ang. *A surrounding, an overflowing*.] Plin. li. 10 c. 3: Negant nasci, nisi exundatione fluminum invecto semine ab Tiaris.

Exungo, is, ere, act. t. Vngo, inungo. [... Gall. *Oindre*. Ital. *Vngere*. Germ. Wol salben. Hisp. *Vntar*. Pol. *Namazuje*. Vng. *Megkenöm*. Ang. *To anoint*.] Plaut. in Rud. ante pœnitet In mari quod delavi, ne hic in terra quoque eluam? s. Eluas tu, an exungare sineus?

Exungulo as. are. Vngues aufero. [ἐξονυχίζω. Gall. *Couper ou oster les ongles*. Ital. *Tagliar l'vnghie*. Ger. Die klawen oder negel daruon thun. Hisp. *Sacarlas vnnas*. Pol. *Kopyta ... paznokcie zbiam*. Vng. *Körmét megszedöm*. Ang. *to take away the nayles or hoofes*.] Plaut. in Truc. Hem tuos exungula malè vivitis.

Exuo, is, exui, exutum. act. t. Propriè est indumenta detraho. [פשט *paschat*. ἐκδύω. Gall. *Desvestir, despouiller*. Ital. *Spogliare*. Ger. Aufziehen. Belg. Wtdoen. Hisp. *Desnudar el vestido, despojar*. Pol. *Zwlocze, wyzuwam*. Vng. *Le vetközöm (avagy) meg fosztom*. Angl. *To vncloth, to dispoyle*.] Lact. lib. 1: Exuuntur etiam vestibus flagitante populo. Exuere se fortunis paternis, idem est quod spoliare. Liv. lib. 5: Primò se agro paterno, avitoque exuisse, deinde reliquis fortunis. ¶ Sæpè etiam accipitur pro solvo, λύω. Virg. 2. Aen. Sustulit exutas vinclis ad sidera palmas. ¶ Quandoque etiam accipitur pro denudo γυμνόω. Virgil. 5. Aen. magna ossa, lacertosq; Exuit. ¶ Exuere castris hostem, pro Expellere. Liv. 9. bel. Pun. Nec ante abscessum est, quàm castris quoque exuerunt hostem. ¶ Exuere se ex laqueis, pro Liberare. Cic. 7. Verr. Si me Hercules (id quo fieri intelligo non posse) ex his laqueis te exueris, acte aliqua vi ac ratione explicaris in illas tibi majores plagas incidendum est.

Exupero, as, penult. corr. ab ex, & supero, Supero, excello. [... *hischtarréah* ... *hothir*. ὑπερβάλλω, ὑπερέχω. Gall. *Surpasser, surmonter, outrepasser*. Ital. *Superare, avanzare*. Ger. Vbertreffen. Belg. Te boven gaen. Hisp. *Sobrar, vencer, sobrepujar a otro*. Pol. *Przewyższam*. Vng. *Fellyül haladom*. An. *To passe, to excede, to surmount*.] Plaut. in Milit. Metuo ne prædicatio tua nunc meam formam exuperet. Cic. 4. Tusc. Quis homo te exuperavit unquam gentium impudētia? ¶ Exuperare animas,

qui Mortuum esse opponitur. Cicero post red. in Senat. Quapropter memoriam vestri beneficii colam benevolentia sempiterna, non solùm dum anima exuperabo mea, sed etiam cum mortuo monimenta vestri in me beneficii permanebunt. Id est, quoadiu vivam. Vbi ex vetusto codice legitur *superero*.

Exŭpĕrāntĭă, f. p. pro eminentia. [שפע *schéphah* יתרון *jithrón*. ἐξοχὴ ὑπερβολή. Gall. *Surmontement, outrepasse, excellence par dessus*. Ital. *Trapassamento, avantamento*. Ger. Vbertreffenheit Hisp. *Aquella obra de sobrepujar, excellentia*. Pol. *Przewyssenie*. Vngar. *Felyul, haladás*. Ang *Surmounting, a passing*.] Cic. 5. Tusc. Nonne omnem exuperantiam virtutis oderunt?

Exŭpĕrātĭo, onis, f. t. Superlatio. [מותר *mothár* יתרון *jithrón*. ὑπεροχὴ, ὑπερβολή. Vng. *Föllyul haladás*] Idem ad Herenn. lib. 4. Significatio est. quæ plus in suspicione relinquit, quàm positum est in oratione : ea fit per exuperationem. Et paulò pòst: Per exuperationem quum plus dictum est, quàm patitur veritas, augendæ suspitionis caussa.

Exŭpĕrābĭlĭs, le, Qui potest superari. [ὑπερβλητὸς, νικητός. Gall. *Qui peut estre surmonté* Ital. *Cosa che si puo vincere*. Ger Das vbertroffen werden mag. Hisp. *Cosa que se puede sobrepujar*. Polon. *Do przewyssenia latwy*. Vng. *Meg győzhetö*. Angl. *That may be surmounted and passed*.] Statius 1. Thebaid. nec exuperabile diris Ingenium mortale queror. Vallum non exuperabile, Claudianus. Exuperabile significatione activa, quod potest superare. Virgil. 3. Georg. tortosq; Ixionis angues, Immanemque rotam, & non exuperabile saxum Servius.

Exŭpĕrātŭs, partic. Superatus, victus [מנוצח *menuzzách*. ὑπερβληθεὶς. Gall. *Outrepassé, vaincu*. Ital. *Trapassato, vinto*. Germ. Vbertroffen. Hisp. *Sobrepujado, vencido*. Pol. *Zwiezioŋony*. Vng. *Meg győzetet*. Angl *Surmounted, overcomed*.] Lucil. lib. 2. Sed citiùs cædunt gravioribus exuperatæ.

Exŭpĕrāntĭssĭmŭs, Superlat. [ἐξοχώτατος. Vng. *Jó örökös, meg halado*.] Apuleius in Hermetis Asclepio: Gratiae tibi agimus summe & exuperantissime.

Exurdo, das, act. p. Surdum reddo [ἐκκωφόω. Gall. *Assourdir, faire sourd* Ital. *Assordare*. Germ. Dumm machen Hisp. *En o dar ássor*. Polon *Gluchim czinie*. Vng. *Meg siketitem*. Ang *To mak deaffe*.] cujus passivum posuit Valerius Max. lib. 21: Græcis actionibus aures cutiæ exurdantur : id est, obtunduntur. Plin. lib. 32 c. 10: Panniculæ flos, si aures intraverit exurdat. ¶ Exurdare palatum, dixit Horatius pro sensu gustus spoliare, & stupefacere. Serm. lib. 2. Satyr. 8: Fervida quod subtile exurdant vina palatum.

Exurgo, gis, n. t. Surgo. קום *kum*. ἀνίσταμαι. Gall *Se lever, sourdre*. Ital. *Levarsi*. Germ. Auffstehn. Hisp. *Levantarse*. Pol. *Powstaie*. Vng. *Fölkelök*. Angl. *To arise out of some place*.] Plaut in Mostel. Quæso exurge, pater advenit. Idem Epid. Lumbos extollite, atque exurgite. Cicer. pro Cluent. Paulisper exurge, & perfer hunc dolorem commemorationis nõ necessariæ. ¶ Per translationem ponitur pro erigere se, & recreare ex diutina afflictione ἀναφέρεσθαι. Cicer. pro lege Agrar. Hæc quæ procul erant à conspectu imperii, non solùm afflixerunt, sed etiam ne quando recreata exurgere, atque erigere se possent funditùs (ut dii) sustulerunt. Idem ad Attic. Nos autem ubi exurgere poterimus, aut quando? Idem ad Cassium: Autoritate vestra Respublica exruget, & in aliquo tolerabili statu consistet. Exsurgo scribendum.

Exūro, ris, pen. prod. exussi exustum. Igne prorsus consumo, comburo. [יקד *jakádh* שרף *saráph*. κατακαίω. Gall. *Brusler*. Ital. *Abbrusciare*. Germ. Verbrennen/ außbrennen. Hisp *Mucho quemar*. Pol. *Wypalam*. Vng. *Meg égetem*. Ang. *To burne out*.] Cic. in Pison. Epirus excisa, Locri, Phocii, Bœotii exusti. Ex animo exuri. Idem 3. de Nat. Deor. Mihi quidem ex animo exuri non potest esse deos. Sed fortè legendum *exui* aut *evui*. Igni exuritur scelus: Virg 6. Aen. aliis sub gurgite vasto Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.

Exūstŭs, participium. Combustus, igne planè consumptus. [שרוף *saráph*. κατακαυθεὶς, κατακαυθείς Gall. *Bruslé, ars*. Ital. *Abbrusciato, arso*. Germ. Gar verbrunnen Hisp. *Quemado mucho*. Pol. *Wypalony*. Vng. *Meg égetetet*. Ang. *Burned, parched, dried*.] Plin. lib 2 c. 68. Media vero terrarum, quà Solis orbita est exusta flammis, & cremata Vivus exustus est. Cicer. 3. Vert. Ager exustus morientibus æstuat herbis Virg. 1. Georg. Exustus Sole caseus. Col. lib. 7. c. 8: Quorum vitiorum primum solet accidere si parùm pressus: secundum, si nimio sale sit imbutus: tertium, si Sole exustus est.

Exūstĭo, onis, f. t. [שרפה *serephah* כביר *kebir* עבור *hanér*. κατάκαυσις, ἐμπύρωσις Gall. *Bruslement* Ital. *Esso ardere, abbruggiamento*. Germ. Brunst/außbrennung Hisp. *Aquella obra de mucho quemar, quemadura*. Pol. *Wypalenie* Vng *Meg égés, (avagy) égetés*. Ang. *Aburning out*.] Cic. in Somn. Scip. Propter eluviones exustionesque terrarum, quas accipere tempore certo necesse est *&c*. Exustio solis, Plin. lib. 14. c. 24.

Exūscĭto tas Suscito [הקים *hakim*. ἀνεγείρω Gall. *Faire dresser, faire lever, esveiller*. Ital. *Suscitare, far levare, drizzare, destare*. Ger. Aufferwecken Hispan. *Despertar*. Polon. *Wybudzam*. Vng. *Föl költöm, serkentem*. Angl. *To mak to arise, to wak from sleepe*.] Cic. pro Muræna: Te gallorum, illum buccinarum cantus exuscitat. Idem lib. 1. Off. Quæ cura exuscitat etiam animos, & majores ad rem gerendam facit. ¶ Exuscitate se. Brut. ad Cic Quare non Octavius est rogandus ut velit nos salvos esse, magis, tu te exuscita, ut eam civitatem, in qua maxima gessisti liberam atque honestam fore putes.

Exŭvĭæ arum, f. p. Spolia hosti detracta: ita dicta: ab exuendo. [שלל *schalál*. σκῦλα, λάφυρα. Gall. *Despouilles de l'ennemi, la peau & despouille d'une beste*. Ital. *Spoglie nimiche, & la pelle di una bestia*. Ger. Die außgezogenen kleider der feinden/ der Raub. Hisp. *Los despojos, como de ennemicos y de bestias*. Polon. *Zwiezione rzeczy nieprzyiaciel, lup*. Vng. *Preda, nyereség*. Angl *Spoile taken frome enemies, beone, the hid of a beast*.] sicut induviæ, ab induendo. Cic. pro lege Manil. Quum eum vobis majores vestri exuviis nauticis, & classium spoliis ornatum reliquissent. Virg. 2. Aen. qui redit exuvias indutus Achilli. ¶ Et non solùm hominum tegmina, aut vestes dicuntur, sed etiam cæterorum animalium. Virg lib. 2. Georg. de serpente: Quum positis novus exuviis, nitidusque juventa Volvitur. Plaut. in Mostel. Manè castigabit eos exuviis bubulis

F

F LITERA à Prisciano inter mutas numerantur, ab aliis inter semivocales, eò quòd à vocali incipiat, & in seipsam terminetur Hæc alio nomine dicta digamma Aeolicum, quòd duplex gamma imagine referat. Eundem sonum habet quem apud Græcos φ. Vnde etiam dictionee aliquot Græcæ, in Latinorum usum receptæ, quæ apud illos per φ. scribuntur, apud Latinos per f: ut, Fama, Fanum, & similia. Vetustissimi hac litera loco aspirationis uti solebant. Dicebant enim Fordeum, trafo, vefo pro hordeum, traho veho. Fuerunt præterea apud antiquissimos, qui loco literæ fuebantur b, Bruges dicentes, pro quo posteri fruges dicere maluerunt. Hanc Claudius Cæsar inversam, ut consonantis vicem voluit præstare : quod etiam hodie in plerisq; vetustis monumentis conspicitur : nunquam tamen efficere potuit, ut omnium consensu reciperetur. Sonat aliquando asperiùs quàm u consonans : auget sonum & minuit pro qualitate loci, & alterius literæ subsequentis. ¶ In notis antiquorum F. fecit, vel felix, familia, fuit, fit figura, fides, filius, Fluvius, Februarius, fur. Faustum quoque declarabat diem. Ⅎ. pro V. ut SERⅎVS, ⅎVLGVS, ⅎIXIT. pro Servus, Vulgus. Vixit. in digamma Aeol. Ⅎ. ut in multis sepulchris. SERⅎIVS, ⅎVLGVS, ⅎALE, ⅎIXIT, pro Servus, vulgus, vale, vixit Fab Fabius. Fab Fabricavit. FAB. Fabrûm, vel fabrorum, vel fabricabant. FAV. F. Faustinæ factum. F. C. Fidei commissum, vel fiduciæ causa, vel fidei causa, vel fraude creditoris, vel faciendum curavit, vel fecit, vel fecerunt. F CD. fraude credentes. F. C. L. fraudatoris causa Latina, vel fraude clietis. F. D. Fides data, vel fecit dives, vel fecit Deus. FD C. Fidei cõmissũ. FD. M. Fides mũdi. FD AG. Fundũ agri.

Făbă f. p. Genus leguminis, notius quam ut egeat descriptione. [פול *pol* κύαμος. Gall. *Vne feue*. Ital *Fava* Ger. Ein bon. Bel. Bone. Hisp *Lahava*. Pol. *Bob, wielogrochu*. Vng. *Bab*. Angl. *A beane*. A Faliscis hoc vocabulum Latini sumpserunt una immutata litera. Dicebant enim illi Habam quam Latini Fabam, propter cognominationem literarũ F. & H. Qu. Terent. Scaur. de Ortograph. Terent. Eunuch. Atenim isthæc in me cudetur faba. ¶ Faba Græca λωτὸς dicitur. Plin. lib. 16. c. 30. Faba Græca quà Romæ à suavitate fructus sylvestris quidam, sed cerasorũ penè natura, *loton* appellant. ¶ Faba porcina, herba quam vulgus vocabulo depravato vocat *Iusquiamum*, ὑοσκύαμος. Vide latiùs in dictione HYOSCYAMUS. ¶ Fabarum arrosor, κυαμοτρὼξ, proverbio dicebatur qui in creandis magistratibus vendebat, sua suffragia. eoque quæstus gratia sedulò versabatur in Comitiis. ¶ Qui circa fabam, & salem περὶ ἅλα καὶ κύαμον. In eos dicebatur, qui se simularent scire quod nescirent: ¶ In me hæc cudetur faba, Terent. in Eunuch. Donato interprete: hoc est, in me hæc vindicabitur culpa, in me malum hoc recidet. Faba nummus : Dictum est olim fabis ferri solita suffragia: quod innuisse Pythagoram existimant quum vitaret edere fabas Corrupta itaque suffragia hoc lepedissimo tropo significavit M. Tull. libro 6. epist. 1.

Fābŭlă, læ, f. p. dimur. [τὸ κυάμιον. Gall. *Petite feve*. Ital. *Picciola faba*. Germ. Ein bönle. Hisp. *Pequenna hava*. Pol. *Bobik*. Vng. *Babocska*. Angl. *A litle beane*.] Plaut. in Stich. Pro opibus nostris satis commodulè, nucibus, fabulis, *&c*.

Fāblŭum. li, n. s. pro faba, apud Gell. l. 4 c. 11: Opinio vetus falsa occupavit, & convaluit, Pythagoram philosophum non esitavisse ex animalibus, item abstinuisse fabulo, quem κύαμον Græci appellant. [Vng. *Bab*.] Cic. 1. de Divin. ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quòd habet inflationem magnam in cibis, tranquillitati mentis quærenti vera contrariam.

Fābāgĭnŭs,

Fabăgĭnŭs, a, um, adject. Quod est ex fabis: [κυαμινός. Gall. De febues. Ital. Di fava. Germa. Das von bonen ist Hispan. Cosa de materia de havas. Pol. Wielogrochowi. Vng. Babbol valo. Ang. Of beanes] ut, Fabaginum, acus, apud Catonem de Re rust. c. 54.

Fabārĭŭs, a, um, adject. Quod ad fabam pertinet: [κυαμικός. Gall. Propre & convenable à febues. Ital. Cio che à fava si conviene. German. Das zu den bonen gehört. Hispanic. Cosa pertinesciente à las havas. Pol. Do bobuprinaležacy. Vng. Babhoz valo. Ang. That belongeth to a beane.] ut, Fabariæ calendæ: hoc est, calendæ Iuniæ, quia hoc mense adultæ fabæ divinis rebus adhibebantur, teste Macrob. in Satur. Pilum fabarium, apud Catonem c. 12.

Făbālĭă, lium, Sunt stipulæ fabarum: hoc est, culmi illi ex quibus siliquæ fabaceæ dependent. [ἀθέριγμα τῶν κυάμων. Gall. Vn feurre de febues. Ital. Stopie de fave. German. Bonenstro. Belg. Tcaf van de bonen. Hisp. Las canas de havas. Polon. Sloma bobowa. Vng. Babszalma, bab szár. Angl. The stalkes of beanes.] Plin. lib. 18. cap. 12: Sed major pars malunt fabalia maturæ sationis, quàm trimestrem fructum ejus. Nam siliquæ, caulesque gratissimi sunt pabulo pecori. Col. lib. 2: Veteres rusticos plerunque dicentes audio, malle se matura fabalia, quàm fructum trimestrem.

Făbālĭs, & hoc le, adject. [κυαμικός. Gall. De febues. Ital. Favale. Germ. Das von bonen ist Hispan. De hava. Polon. Bobiasty. Vng. Babo. Angl. Of beanes.] ut, Stipula fabalis. Ovid. l. 4. Fast. Certè ego de vitulo cinere, stipulamque fabalem. Sæpè tuli plena februa tosta manu. Ac paulò pòst declarat quid sit stipula fabalis: Sanguis ego suffimē erit, vitulique favilla, Tertia res duræ culmen inane fabæ. Culmen verò pro stipula vsurpavit. Sicut autem cinis vituli & vituli favilla, res est eadem: sic culmen fabæ & stipula fabalis, quæ & fabalia substantivè dicuntur. Plin. lib. 22. cap. 25: Fabalium etiam siliquarum cinis ad coxendices & nervorum veteres dolores cum adipis suilli vetustate prodest.

Făbācĭă, fabaciæ, f. p. A veteribus dicebatur genus libi ex fabis. [κυαμίτης. Gall. Vne sorte de gasteau ou tourteau faict de febues. Ital. Favata, focaccia, torta di fava. Germanic. Ein gattung kuchen von bonen gemacht Hisp. Manjar ò potaje de havas. Pol. Placzek bobowi. Vn. Baból tsinált pogatsa. Ang. A kind of bread made of beanes.] Plin. lib. 18. cap. 12: Quin & prisco ritu fabacia suæ religionis diis in sacro est.

Făbellă, Vide Fabula.

Făbĕr, [חורש chorésch. δημιουργός, τεχνίτης, τέκτων. Gall. Tout ouvrier besongnant en dure matiere, comme en bois, fer, pierre, & semblables choses. Ital. Fabro artefice di cose dure, come legno, ferro, pietre. German. Ein Werckman ein harter matery / als da ist / eisen / stein / holtz / wie da sind / Schmid / Steinmetz / Zimmerman. Belg. Al wat in hards stoffs werckt. Hisp. Official en qualquier arte. Pol. Rzemieślnik wszelaky kolo twardei roboty, iaki iest kowal, sloffarz, cieśla, mularz. Vnga. Kováts, ats. Ang. All craftes man that worketh in hard stuffe, as yron, woode, stone.] Generale est nomen, communeque iis omnibus qui circa duram versantur materiam, in opificioque suo malleo utuntur quæ tamen significationis amplitudo restringitur ex significatione adjectivi adjuncti. Est enim faber ferrarius, qui aliquid ex ferro conficit, σιδηρουργός. faber lignarius, qui tigna ad ædificia exaptat, οἰκοδόμος, τεκτονικός faber aurarius, qui ex auro aliquid excudit, χρυσοποιός, χρυσουργός, χρυσοχόος. & sic de cæteris. Qui verò ex gypso, argilla, cera, aliáve molli materia aliquid cōficiunt, plastæ dicuntur. Plaut. in Most. Venit imber, lavat parietes, perpluunt tigna, putrefacitq; operam fabri: nequior jam factus est. Vsus ædium, atque fabri culpa. Idem in Rud. -ut fortunati fabri ferrarii. Qui apud carbones assident, semper calent. Idem Mostell. Tacesis faber, qui cudere solos nosti plumbeos nummos. Horat. 2. Epist. 1: Marmoris aut eboris fabros, aut æris amavit. Cic. de Clar. Orat. Ego me Phidiam esse malim, quàm vel optimum fabrum tignarium. ¶ Faber quum sis, opera haud facis fabrilia, τέκτων ὢν, οὐκ ἐργάτης ξυλουργικά. Congruet in eum qui tentat ad quæ non est idoneus: vel, ob imperitiam, vel ob naturam alienam. ¶ Faber etiam piscis est, qui & zeus χαλκεύς Athenæo lib. 1. Est planus cui pinnę nigricant, latera aurea, in medio corpore utrinque fusca macula nummuli instar, lineaque obliquè à capite ad caudam protenta est. Colum. lib. 8: Faber qui in nostro Gadium municipio generosissimis piscibus annumeratur, cumque prisca consuetudine zeum appellamus, Dalmatæ Fabrum vocant: quia in eo omnia fabrilia instrumenta reperiantur.

Fabrûm in genitivo plurali, usitatius erat Ciceronis ætate, quàm fabrorum. Cic. in Orat. Fabrûm & procum audeo dicere, non fabrorum & procorum. Idem ad Attic. lib. 9: Iam duo præfecti fabrum Pompeii in meam potestatem venerunt.

Fabrē, adverbium, Idem est quod artificiosè, affabrè, scité. [εὐτέχνως. Gall. Artificieusement, ingenieusement, de main de maistre. Ital. & Hispan. Artificiosamente. Germa. Werklich / meisterlich / künstlich. Bel. Konstlich. Pol. Kunsztownie, misternie. Vng. Mesterségesen. Angl. Cunningly, craftily, workmanly.] Plaut. in Pœnul. Basilicè exornatus incedit, & fabrè ad fallacias. Idem in Menæch. Hoc facinus pulchrum est, hoc probum est, hoc lepidum est, hoc factum est fabré. Hodie usitatius est compositū ejus Affabrè, quod ejusdem est significationis. ¶ Contrarium ejus est infabré Pacuvius: Barbaricam, inquit, pestem nostris manibus obtulit, nova figura factam, commissam infabre: hoc est, fœdè & turpiter, ut interpretatur Nonius. ¶ Omnia hæc originem ducunt ab antiquo adject. Faber, bra, brum. quo usus est Ovid. 8. Metam. pro fabrilis. Dædalus, inquit, ingenio fabræ celeberrimus artis. Hinc etiam Apuleius lib. 2. Floridorum deduxit superlativum Faberrimus. Et anulum, inquit, in læva aureum faberrimo signaculo.

Fabrĕfăcĭo, is, act. t. Aedifico, artificiosè compono. [δημιουργῶ, κατασκευάζω, τεκταίνομαι. Gall. Faire artificieusement, besongner en maistre & ingenieusement. Ital. Fabricare, edificare, comporre, lavorare con arte. Germa. Werklich machen / künstlich bawen. Belg. Meesterlich maken. Hisp. Edificar, obra por artificio, componer. Pol. Kunsztownie budowac. Vngar. Epitök mesterségesen tsinalok. Angl. To builde and work make a thing cunningly or workmanly.] Plaut. in Capt. -Nec fallaciam astutiorem ullus fecit poëta, atque ut hæc est fabrefacta à nobis. Plin. de Viris illustr. Quum videret eos multum mari posse, classem magis validam quàm decoram fabrefecit: hoc est, ædificavit. Vnde fabrefactum opus: id est, artificiosè factum, εὐμήχανον, ἀσκητόν.

Fabrĭco, as, penult. cor. & fabricor, aris, deponens, Fabrili arte aliquid confingo architector. [בנה banah τεκταίνομαι, οἰκοδομέω, κατασκευάζομαι. Gall. Forger, faire bastir. Ital. Fabricare, edificare. German. Schmiden / zimmeren / machen Belg. Maken. Hisp. Fabricar, obrar por artificio. Polon. Budowac, ... Vngar. Faragok, epitök. An. To forge or frame.] Ovid. lib. 13. Metam. Craterem Aeneæ quem jam fabricaverat Alcon. Cic. 3. de Orat. Capitolii fastigium illud, & cæterarum ædium non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. Quintil. lib. 3. c. 2: nisi quis dicit, etiam gladium fabricatum ab eo, priùs qui ferrum in tutelam sui, quàm in perniciem alterius comparâsset. ¶ Transfertur etiam ad animum. Curtius: Multa interea fabricatus ingenio, quomodo avertere inde hostem posset.

Fabrĭcātŭs particip. [בנוי banúi. τεκταινόμενος. Gal. Fait, forgé, edifié. Ital. Edificato, fabricato. Germ. Geschmidet / gezimmeret / gemacht. Hispa. Obrado por artificio, edificado Polo. Vbudowany. Vng. Faragtatott, epittetett Ang. Forged, framed, wrought.] Cic. 1. de Vnivers. Et globosus est fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci vocát.

Fabrĭcātŏr, ris, m. t. A edificator, architectus, artifex. [חושב hoséb פועל pohél. τεχνίτης, κτίστης. Gall. Forgeur, ouvrier. Ital. Fabricatore, operario. German. Ein Schmid der etwas auß harter matery macht. Hispa. El que artificiosamente obra. Polon. Budownik. Vng. ..., epitö faragó. Angl. A forger a framer.] Quintil. lib. 2. c. 16: Et herclè Deus ille princeps, parens rerum fabricatorq; Mundi, nullo magis hominem separavit à cæteris, quæ quidem mortalia essent, animalibus, quàm dicendi facultate.

Fabrĭcā, ionis, f. t. Fabrica. [מעשה mahaséh מפעל miphhál δημιουργία, κτίσις, ποίησις. Gall. Forgement, façon, edifice. Ital. Fabrica, edificio. Germ. Schmidung / machung. Hispan. Aquella obra de fabricar. Polon. Budowanie. Vngar. Faragás, epités. Ang. A framing or making.] Cicer. 2. de Natur. Deor. Si erit tota hominis fabricatio perspecta.

Făbrĭcā, f. p. propriè fabri lignarii officina, quanvis & de aliis officiis dicatur. [ἐργαστήριον, τεκτονεῖον. Gall. Bastiment, ouvrage, vne forge. Ital. Bottega de legnaiolo, fabrica. Germa. Ein Werckstatt. Belg. Een werckplaetse. Hisp. Botica, è tienda de carpintero, fabrica. Angl. A forge or shope wherein any thing is forged or framed.] Nam fabricam ferream dixit Plin. lib. 7. c. 56: Fabricam ferreā invenêre Cyclopes. ¶ Ponitur pro ipsa fabricatione sive arte fabrili [μηχανή. Angl. A working in hard stuffe.] Vnde & ædificium fabricam dicimus & machinationem. Plaut. in Pœn. Nunc hoc consilium capio, & hanc fabricam apparo, ut filias dicas tuas. Cic. 2. Off. pro coagmentatione sive compactione sumpsit. Hæc (inquit) jam diligentem naturæ fabricam imitata est hominum verecundia. Paulus in l. si mancipia ff. de Instructo vel instrumento legato, posuit adjectivè, quum ait: Servum verò arte fabrica peritum.

Fabrīlĭs, le, pen. prod. Quod est fabri sive quod ad fabrum pertinet. [τεκτονικός. Gall. Appartenant à vn forgeur. Ital. Fabrile, pertinente a magnano. Germanicè. Das zu einem Schmid oder andern dergleichen werckmann gehört / Schmidgezeug. Hispan. Cosa pertenesciente à labra. Polon. Kowalsky, rzemieslnik kowalsky. Vngar. Atshoz (vagy) kovatshoz valo. Ang. Belonging to a smith or carpenter.] Horat. lib. 2. Epistol. -quod medicorum est. Promittunt medici tractant fabrilia fabri. Fabrile scalprum. Liv. 8. uel. Pun. Fabrile erratum, Cic. ad Attic. lib. 6 Fabrile glutinum. Plin. lib. 28. cap. 11. Fabrilis manus. Martial. lib. 1: Factaq; fabrili dedolat ossa manu.

Fabrē Fabricatio. Fabrica, Vide Faber.

Fabrĭco. Fabrīlĕ, Vide Faber.

Fābŭlă, æ, f. Propriè est sermo & rumor populi, & res passim divulgata, è fando dicta. [משל maschál שמועה schemúah. μῦθος. Gall. Fable, conte, devis, farce comedie, tragedie. Ital. Favola, novella. Germanic. Ein fabel / ein gemeine gassenred / ein erdichte red / Mährle. Belg. Een fabel. Hispan. Ficion, ò novella fingida. Polon. Fabula, baika, mowa zmyslona, wimysl. Vngar. Beszéd, hóz hir mes. Angl. A tale, a fable] Iuvenal. It nova, nec tristis per cunctas fabula cœnas Martial. lib. 1: Quòd nunquam maribus junctam te Bassa videbam. Quodque tibi mœchum fabula nulla dabat, Esse videbaris, fateor, Lucretia nobis. Terentius Hecyr. 1. -odiosa hæc est ætas adolescentulis: E medio æquum est excedere: postremò jam nos fabulæ sumus, Pamphile, senex atque anus. ¶ Dicitur etiam fabula, narratio ad delectationem inventa, rerum nec verarum, nec verisimilium: ut quòd Daphne

versa fit in laurum, & Taurus apud inferos fugienti à captet flumina Horat. in Serm. Satyr. 1: Quid rides? mutato nomine de te fabula narratur. Cic. 3. de Nat. deor. Iam verò quod vos illa delectat explicatio fabularum, & enodatio nominum, exsectum à filio Cœlum, vinctum item idem à filio Saturnum? ¶Apologus autem differt à fabula, ut species à genere. Dicuntur enim apologi fabulæ quæ sub tectorio ridiculæ alicujus narrationis & inter bruta animantia colloquii, recondit aliquid, quod ad vitam & mores pertineat, quales sunt fabellæ illæ quæ Aesopi nomine circumferuntur, quanvis ab Hesiodo primùm profectas constet. Comœdiæ & Tragœdiæ fabulæ sunt, non apologi. Hujusmodi autem fabulæ diversa sortiuntur nomina pro habitu & qualitate personarum. Aliæ enim togatæ dicebatur, quarum personæ togis & Romanorum cultu erant ornatæ. Aliæ palliatæ, cùm personæ Græco more palliis indutæ, in scenam prodibant. Erat enim pallium Græcis peculiare, quemadmodum Romanis toga. Togatarum genera quatuor. Sunt enim togatæ quæ prætextatæ dicuntur, in quibus reges Romani, vel duces inducuntur, personarum dignitate & sublimitate Tragœdiis similes. Prætextatæ autem dicuntur, quia ferè regum vel magistratuum prætexta utentium in hujusmodi fabulis personæ introducebantur. Secundum genus togatarum, tabernariæ dicuntur, humilitate personarum & argumentorum similitudine Comœdiis pares in quibus non magistratus, sed humiles & privatæ personæ induci solebant: quales ferè sunt mercatores, aut institores, qui in tabernis merces suas vendere consueverunt. Erant præterea fabulæ Atrelanæ, jocis & salibus quàm proximè ad Satyram accedentes: ab Attellis Campaniæ oppido, in qua plurimùm actitatæ sunt, nomen fortitæ. Aliæ erant planipediæ à planis actorum pedibus dictæ, qui ob humilitatem argumenti, & vilitatem personarum neque cothurnis utebantur, neque soccis. ¶Sine capite fabula, ἀκέφαλος μῦθος dicitur imperfectus ac mutilus sermo. Zenodotus ex Platone & Plutarcho. ¶Fabulæ, Verbum in responsione poni solitum, quum negamus verum esse quod quis dicit, veluti per tædium. Terent. Heaut. Si tibi narrem quamobrem id faciam vera causa est. C L. fabulæ.

Fābellă f. p. diminutivum est à fabula. [τὸ μυθάριον. Gal. *Petite fable, et af face* Ital. *Favoletta, favoluccia, novellina*. German. Ein mährlin. Hispa. *P. q. ueña ficion ò novella fi g. a*. Polon. *Bae ska*. Vngar. *Be szedes ke, meseske*. Ang. *A litle fable*.] Cic. pro Cælio: Verùm hæc tota vetus, & plurimarum fabellarum poëtria. Idē 5. de Fin. & 2. de Divinat. Nihil debet esse in philosophia commentitiis fabellis loci.

Fābŭlŏr, laris à fádo derivatur, & significat loqui. [סבב schabáb פטפט bi chahab ספר sippér, μυθολογέω, ὁμιλέω Gall. *Conter des fables, deviser, caqueter, babiller*. Ital. *Ragionare, favollare, favoleggiare*. German. Schwetzen, reden. Belg. Couten. Hispa. *Dezir ò contar novellas*. Polon. *Rozprawiam*. Vng. *Beszéllök, mesellök*. Angl. *To babble, to pratte or chatter*.] Plaut. in Capt. Quid fabulor? quid negabo? aut quid fatebor? Idem in Cistell. Hæc nostram esse fabulatur, hanc scire oportet, filia tua ubi sit. Id est, de re nostra loquitur. Idem in Merc. Quid illud quod solus secum fabulatur filius? ¶Fabulari pro ineptè garrire. Liv. lib. 5. Decad. 5: Et tu centurio, miles, quid de Imperatore Paulo Senatus decrevit, potius, quàm quid Sergius Galba fabuletur, audi. ¶Ejus compositum est confabulor.

Fābŭlo in activa voce, pro eodem. [Vngar. *Beszéllök*.] Plaut. in Milite: Mala es. P. Imò ecastor stulta multum, Quæ vobiscum confabulem.

Fābŭlātŏr, oris, m. t. [שח cho'ah מספר mischabéh מספר mesapér, μυθητὴς, λογοποιός. Gall. *Un faiseur de contes, raconteur de fables*. Ital. *Narratore di favole*. Germ. Ein schwetzer, fandeler, mährlin sager. Hisp. *El decidor y contador de novellas*. Polon. *Bay, ploszka, gamsliacz*. Vngar. *Beszéllö*. Ang. *A babler or prater*.] Facetus colloquutor. Suet. in August. Si interruptum somnum recuperare, ut evenit non posset, lectoribus, aut fabulatoribus accersitis resumebat, producebatque ultra primam sæpè lucem.

Fābŭlāris, are, adjectivum Fabulosus. [μυθώδης. Vnga. *Beszédimme*.] ut, Historia fabularis, in qua multa falsa, & minimè vera scribuntur. Suet. in Tiberio: Maximè tamen curavit historiæ fabularis notitiam usque ad ineptias & derisum.

Fābŭlōsŭs a, um, Dicitur quod commentitium est: vel quod fabulis & figmentis celebratur: vel de quo multa finguntur. [μυθώδης. Gall. *Fabuleux*. Ital. *Favoloso*. Germ. Er dichtet, davon man viel sagt und aber er dichtet fabelwerck ist. Hispan. *Fingido*. Pol. *Pelny basek*. Vng. *Hamis beszéllésü, meséllenü*. Angl. *Full of fables or inventions, fayned*.] Horat. l. 1. Carm. Vel quæ loca fabulosus lambit Hydaspes. Plin. lib. 10. c. 49: Pegasos equino capite volucres, & gryphas auritos, aduncitate rostri, fabulosos reor. ¶Fabulosior. Plin. lib. 33. cap. 1: Midæ quidem annulum, quo circumacto habentem nemo cerneret, quis nō etiam fabulosiorem fateatur?

Fābŭlōsē, adverbium, vel Falsò, per fabulas. [μυθωδῶς, ψευδῶς. Gal. *Par mensonge, fabuleusement*. Ital. *Favolosamente*. German. Falschlich, lugenhafftiglich. Hispan. *Fingidamente*. Pol. *Klamliwie*. Vngar. *Hazugon, mese moggyra*. Angl. *Feynedlie*.] Plin. lib. 32. c. 11: Accedat his Taprobane, insuleq; aliæ Oceani fabulosè narratæ. Idem lib. 5. c. 1: Colonia à Claudio Cæsare facta Lixos, vel fabulosissimè ab antiquis narrata.

Fābŭlōsĭtās, tis, f. t. Hoc est fabulantium vanitas. [τὸ μυθῶδες. Gall. *Conte de menterie, mensonge*. Ital. *Il contar favole, menzogne*. German. Ein erdichtung, fabelwerck. Hisp. *Aquella obra de fingir*. Polon. *Basnie*. Vngar. *Hazug meséség, beszédi hazug*. Angl. *A telling of fables or lies*.] Plin. lib. 36. cap. 13: Sed quum excedat omnia fabulositas, utemur ipsius M. Varronis in expositione ejus verbis. Idem lib. 7. c. 52: Reperimus inter exempla, Aristæi etiam visam evolantem ex ore animam in Proconneso corvi effigie magna quidem fabulositate.

Fābŭ um, Vide FABA.

Făcēllo, Vide FACIO.

Făcētŭs, ti, m. f. Dicitur qui salibus & sermonis urbanitate, citra scurrilitatem tamen, abundat, Salsus, urbanus, venustus, scitus, concinnus, festivus, argutus, dicax. [εὐτράπελος, κομψός. Gall. *Facetieux, plaisanteur, railleur, recreatif en paroles*. Ital. *Faceto, piacevole, chi ragiona piacevolmente per ridere*. Germa. Schimpflich/ höflich und bossechtig mit reden Hispan. *Cosa salada ò donosa*. Polon. *Zartowny, mowni*. Vng. *Tréfás, tréfás*. Ang. *That speaketh or doeth to mag man laughe, merie pleasant*.] Cicer. ad Quint. Fratrem: Fam neque parum facetus scurra Sextus Nævius. Plaut. in Mil. Cavillator facetus, vel commodus conviva item ero. Cic. lib. 2. de Legibus: Facetissimus Poeta veteris comœdiæ Aristophanes. Quidam à faciendo derivant, ut is sit, qui gestibus aut verbis ita alium imitatur, ut se illum faciat. Alii à fando deducunt. Cic. de Clar. Orat. Acuti, elegantes, faceti, breves homines. ¶Veteres facetum dixerunt quicquid venustum esset, & elegans. Horatius facetum dicendi genus Catoni, Virgilio decens tribuit.

Făcētē, adverbium, Eleganter, urbanè. [εὐτραπέλως, χαριέντως. Gall. *Plaisamment, par raillerie*. Ital. *Piacevolmente*. German. Schimpflichen/ mit höflichen worten. Hisp. *Donosa y graciosamente*. Pol. *Pieknym gatem*. Vnga. *Tréfásan*. Ang. *Pleasantly, merily*.] Cicer. 6. Verr. Nunquam tantum mali est Siculis, quin aliquid facetè & commode dicant. Idem pro Rosc. Amerin. Nosq; ab isto nebulone facetiùs eludimur.

Făcētĭæ, arum, f. p. Sunt quasi deliciæ quædam sermonis, & dicta urbana sine scurrilitate, iocus, sal, lepos, urbanitas, festivitas, argutiæ. [εὐτραπελία, τὰ γελοῖα. Gall. *Plaisanteries, joyeusetez de parolles, railleries*. Ital. *Facetie, burle, piacevole*. Ger. Schimpfreden/ höfligkeit mit reden Hisp. *Los donayres de palabras*. Polon. *Zartowna mowa, zarti*. Vnga. *Tréfségek, tréfa beszédek*. Ang. *Merie gestes or conceites*.] Plaut. in Milite: Nam cuiquemvis potiùs est facere ut fluat facetiis. Catullus: Est enim leporum Disertus puer, & facetiarum. Cic. 1. Offic. Sale verò & facetiis Cæsar Catuli patris frater vicit omnes. Idem 2. de Orat. Etenim quum duo genera sint facetiarum: alterum æquabiliter in omni sermone fusum: alterum peracutum, & breve: illa à veteribus superior cavillatio: hæc altera dicacitas nominata est. ¶Repetitur & in singulari Facetia, apud Apuleium in Apologia: Atque ego scio nonnullos, & cum primis Aemilianum istum facetiæ sibi facere res divinas deridere.

Făcētōsŭs, sa, sum, Iucundus, facetiis abundans. [εὐτράπελος, χαριεντώδης. Gall. *Facetieux, plein de plaisanteries & railleries*. Ital. *Pieno di piacevolezze*. Germ. Voll schimpfreden und kurtzweiliger reden. Hispanic. *Lleno de gracias y donayres*. Pol. *Pelny zartow*. Vng. *Tréfás, tréfas*. Angl. *Full of merie conceites*.] Cic. 2. de Finibus. Quos quidem dies quemadmodum agatis, & in quantam hominum facetosam urbanitatem incurratis non dico. ¶Quanquam alii hanc lectionem apud Ciceronem suspectam habent, & pro ea facetorum urbanitatem legendum censent.

Făcĭēs faciei, f. q. Species oris. [פנים panim. Gall. *La face, le visage*. Ital. *Faccia*. Germanic. Das angesicht. Belg. Aensicht. Hisp. *La cara ò frente*. Polon. *Twarz*. Vng. *Orcza, ábrázat*. Ang. *The face, the visage*.] πρόσωπον: & Vultus, πρόσωπον, differunt, quòd vultus, voluntatis indicium sit, quod pro motu animi, in facie ostenditur. Vnde Servius: Vultus est voluntatis indicium, qui pro voluntatis varietate mutatur. Virgil. 4. Aeneid. Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. Facies est pars anterior capitis humani, cōstans ex fronte, oculis, naso malis, ore, & mento. Salust. in Catil. Prorsus in facie, vultuq; vecordia inerat. ¶Sumitur tamen facies pro totius corporis forma. Terent. in Eunuch O faciem pulchram. Venit enim ab aspectu species, à fingendo figura: ita à faciendo, vel à factura corporis dicitur facies. Plaut. in Pœnulo: Sed earum nutrix qua sit facie, mihi expedi. M. Statura non magna, corpore aquilino. P. Atq; ipsa est. M. Specie venusta, ore parvo, atque oculis peregrinis. ¶Neque solùm de hominibus dicitur, sed etiam de rebus inanimatis. Sal. lib. 2. Histor. Sardinia in Aphrico mari facie vestigii humani, in Occidentem, quàm in Orientem latior. Idem: Quibus rebus permota civitas, atque immutata urbis facies erat. ¶Accipitur tamen nonnunquam vultus pro facie, præsertim apud Poëtas: qui pro eodem dicunt, Fœdato vultu, & fœdata facie. ¶Quandoque etiam facies, pro specie dicitur: εἶδος. Virgil. lib. 6. Aeneid. Quæ scelerum facies, ò virgo, effare. Idem lib. 1. Georg. tot bella per orbem, Tam multæ scelerum facies. ¶Facies etiam pro corporis longitudine ponitur. Pacuvius in Niptra: Aetate integra, feroci ingenio, facie procera. Vide Gell. l. 13. c. 28. ¶Antiqui declinabant, hæc facies, hujus facies, vel facii, pro faciei, ut testimoniis aliquot docet Gel. lib. 9. cap. 14. ¶Vertere se in omnes facies: id est, experiri omnia consilia, aut vires. Virgil. lib. 12. Aeneid. Verte omnes tete in facies, & contrahe quicquid, Sive animis sive arte vales. ¶De facie nosse, est leviter cognitum habere, quasi quem semel at-

mel atque iterum videris duntaxat: non quicum sis familiariter versatus. Id si transferatur ad res animi, fiet venustius. Cic. in Pisonem: Habet hoc ipsa virtus, quam tu ne de facie quidem nosti: id est, ne tenuiter quidem. ¶ Simile huic est, prima facie, pro primo aspectu, & priusquam pressiùs ac diligentius consideres. ¶ Faciem proverbio perfricuisse dicuntur, qui pudorem omnem dedidicerunt, velut absterso manu à vultu pudore. Plinius.

Facilis, Facilitas, Facinus, vide FACIO.

Facio, cis, ci, ctum, cujus passivum est fio. [עשׂה hasáh. πράττειν, δρᾶν, ποιεῖν. Gal. Faire. Ital. Fare. German. Machen / thun. Belg. Doen/maken. Hisp. Hazer. Pol. Czinie. Vnga. Tselekedem, miuelek. Ang. To make any thing to do.] Apud antiquissimos in usu fuit facior, quod adhuc remansit in verbis iis quæ ex præpositionibus fiunt: ut Afficio, passivum facit afficior: Conficio, cóficior, & sic de rel quis. Quæ verò ex aliis partibus componũtur, passiva faciunt per verbum fio: ut, Fabrefacio, fabrefio: Madefacio, madefio. Sic etiam pinguefacio, assuefacio, calefacio, candefacio, excandefacio, condocefacio, commonefacio, frigefacio, fervefacio, consuefacio, tepefacio, dissuefacio, mansuefacio, stupefacio, satisfacio, vacuefacio, patefacio, putrefacio, pudefacio, labefacio, expergefacio, torrefacio, & si qua alia reperiantur. ¶ Vbi illud obiter notandum est, composita à facio, habentia e ante f, quæ fiunt ex verbis secundæ conjugationis habere quartam à fine indifferentem. Horat. lib. 2. Serm. In matris jugulo ferrum tepefecit acutum. Catullus: Alta tepefaciet permista flumina cæde. ¶ Est autem facere propriè, in opere esse: id est, rei alicui faciem quandam inducere. Vnde etiam facies dicitur. Qui enim facit vas, vasis faciem illi imponit: qui vestimentum vestimenti faciem. ¶ Interdum sumitur pro scribere: id est, componere, ποιεῖν. Donatus in Terentium: Facit qui materiam componit, ut Menander. ¶ Pro æstimare. ποιεῖσθαι. Plaut in Curcul. Migrare certum jam nunc è fano foras, Quando Aesculapii ita sentio sententiam, Vt me nihil faciat, nec me salvum velit. Sic magnifacio, περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι. Parvi facio περὶ ὀλίγου ποιοῦμαι, παρ' οὐδὲν ἡγοῦμαι. Tanti facio, magno pretio æstimo, nullius æstimo, tanti æstimo. Nec composita sunt hæc, quum manifestè divisa inveniantur. Plaut in Curc. Respicio vos nihil meam gratiam facere. Idem in Rud. Minacias ego istas flocci non facio tuas. Cicer. Cecinnæ: Vrbane familiarissimè Cæsare, Pompeium faciebam plurimi. ¶ Iungitur & cum genitivis lucri, & sumpti: ut Lucrifacio idem fit quod facio lucrum: ἐργάζομαι, & sumpti facere, idem quod facere sumptum: ἀναλίσκειν. Plaut. in Persa: Non ædepol trecentis cara est: fecisti lucri. Idem in Casin. Si nunc me suspendo, meam operam luserim, & præter operam restim sumpti fecerim. ¶ Transfertur porrò verbum facio ad innumeros propemodum usus. Nam & facere verba dicimus: id est, loqui: ποιεῖσθαι λόγους. Facere iter, est ire. ὁδοιπορεῖν. Facere aliquem certiorem: est significare alicui rem aliquam. Facere gratum: χάριν φέρειν. Facere ludos exhibere. Facere lucrum, lucrari. ¶ Facere etiam, pati est: ut Facere jacturam, damnũ, naufragium: ζημίαν ὀφλεῖν. ¶ Item facere pro sacrificare: ἱερουργεῖν, ἱεροποιεῖν. Virgil. 3. Eclog. Quum faciam vitula pro frugibus, ipse venito: id est, quum sacrificabo. Cic. pro Mur. Nolite à sacris patriis Iunonis sospitæ, cui omnes Consules facere necesse est, domesticũ & suum Consulem potissimùm avellere. Plaut. Plenam faciam tibi fideliam: id est, implebo. ¶ Item convenire: συντελεῖν. Martialis: Non facit ad sævos cervix nisi prima leones. ¶ Item rem obscœnam facere. Plautus: Mavult ancillæ facere, quàm liberæ. ¶ Pertinet & ad pecuniam, quæ fieri dicitur, quum cogitur, seu colligitur. Salustius Iugurth. Quæ pecunia ad Hispaniense bellum Metello facta erat. ¶ Denique facere (*ut Papinianus inquit*) omnem omnino faciendi causam complectitur, dandi, solvendi, numerandi, iudicandi, ambulandi, reddendi. Vnde qui otiosus sedet, si rogetur quid faciat? rectè respondere poterit se nihil facere, quandoquidem otiosus est. Rectè etiam se sedere: quoniam & sedere ipsum aliquid facere est: ut jacere, navigare, quiescere. ¶ Faciam te ut plurimùm amem: id est, plurimùm amabo. Faciam ut tibi prosim: id est, tibi prodero. ¶ Fac te esse qui sum: id est, finge te esse me, vel pone te eum esse qui sum. τίθει. ¶ Facto opus est, fieri opus est, ποιεῖν δεῖ, ποιητέον. quod etiam dicimus, opus est factu. ¶ Factum iri audio illi injuriam: hoc est, audio futurum ut illi fiat injuria. Factum itur mihi contumelia. Cato pro se contra Cassium: Atque evenit ita Quirites, ut in hac contumelia quæ mihi propter hujusmodi petulantiam factum itur, Rei quoque publicæ medius fidius miserear Quirites. ¶ A facio item fiunt verba primæ conjugationis in co terminata, quæ propriè infinita sunt: ut Sacrifico, magnifico, deifico, clarifico, ædifico, vivifico, mortifico, justifico, falsifico & huiusmodi. ¶ Facere are, apud Lucretium lib. 6. pro arefacere, ξηραίνειν. Principio terram sol excoquit, & facit are. ¶ Factum, in responsione affirmativa, pro Ita, sive etiam. Teren in Eunuch. Chæreáne tuam vestem detraxit tibi? DO. Factum. PH. Et ea est indutus? DO. Factum. Ibidem: Dic mihi: aufugit? CH. Hera, factũ. ¶ Facere ægrè alicui: hoc est, facere alicui rem molestam. Terent. in Eunuch. Mi lea verò sibi putare adductum ante oculos æmulum: Voluit facere contra huic ægrè. ¶ Facere animum alicui, est incitare, & animum alicui augere. Livius 5. bell. Pun. Missum à Metaponto præsidium, Romanis fecit animum, ut nocte ex improviso opera hostium invaderent. Ovidius 5. Trist. Quæ tibi res animos in me facit improbè? ¶ Facere argentariam, est facere quæstum argentarii: hoc est, trapezitæ, sive mensarij. Cicer. 7. Verr. Is quem ille argentariam Lepti fecisse dicit. Facere auspicium dicitur avis è qua auspiciũ capitur. Liv. 1. ab Vrbe: Eam alitem ea regione cœli, & ejus diei nuntiam venisse, circa summum culmen hominis auspicium fecisse. ¶ Facere cadaver, occidere. Apul. lib. 8: Cadaver quod ipse fecerat, avidè complexus est. ¶ Facere copiam & potestatẽ alicui. Plaut. Capt. Gratiam habeo tibi, Quum copiam istam mihi, & potestatem facis, Vt ego ad parentes hunc remittam nuntium. ¶ Facere cum aliquo, est partes illius fovere, aut sequi. Gell. lib. 15. cap. 22. Ex eis nationibus quæ cum Sertorio faciebant, quum multis prælis superatus esset, neminem unquam ab eo descivisse. Cic. pro Quint. Quum veritas cum hoc faciat, &c. ¶ Fac esse, permittentis & concedentis est locutio, ac si dicas, esto, vel pone ita esse. Cic. in Verr. Fac ita esse, tamen hoc ferendum nullo modo est. ¶ Facere fidem, est facere ut quis credat, persuadere: πίστιν ποιεῖν vel παρέχειν. Cic. in Catil. Vt quoniam auribus vestris propter incredibilem magnitudinem, sceleris minorem fidem faceret oratio mea. ¶ Facere gradum, est ambulare. Cic. de Orat. Quin prodis, mi Spuri, ut quotiescunque gradum facias, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem? Plaut. in Curc. Sed grandiorem gradum ergo fac ad me obsecro: Id est, propera ad me accedere. Gradum ad aliquid facere, est per quosdam veluti gradus ab una re paulatim ad aliam transitum facere. Quint. lib. 3. c. 6: Nanque & illud frequens est, ut ea quibus minus confidimus quum tractata sint, omittamus: interim sponte nostra veluti donantes, & ad ea quæ sunt potentiora, gradum ex his fecisse contenti. Facere gradum, pro promovere. Livius 6. ab Vrbe: Accingendum ad eam cogitationem esse, conando, agendoque, jam eo gradum fecisse plebeios unde si porrò annitentur, pervenire ad summa, & patribus æquari tàm honore, quàm virtute possent. ¶ Facere gratiam jurisiurandi: id est, solvere vinculo jurisiurandi. Plaut. in Rudente: Nihil herclè hic tibi est, ne tu speres: jurisjurandi volo gratiam facias. Facere gratiam, pro onus quod subire quis tenetur, ei remittere, privilegioque ab eo eximere. Sueton. in Othone, cap. 38: Mox reddendi equi gratiam fecit eis qui majores annorum quinque triginta retinere eum nollent. Facere gratiam delicti, pro ignoscere. Salust. in Iugurtha: Cæterùm Baccho, quoniam pœnitet delicti, gratiam facit. Id est, ignoscit. ¶ Facere gratum, pro gratificari. Terent. in Eunuch. Facere, & omni te turba exolves, & illi gratum feceris. ¶ Facere injuriam, est, verbo factóve aliquem injustè lædere. ἀδικεῖν. Plaut. Mercat. Filio suo innocenti qui fecit tantam injuriam. ¶ Facere initium, incipere, ἀρχὴν ποιεῖσθαι, ἄρχεσθαι. Cicer. Attic. lib. 9. Si hic qua ratione initium fecit, eadem cætera aget syncerè, temperatè, prudenter, valde videro. ¶ Facere largitionem, seu largitiones, est largiri, & profundere, ac dissipare. Cic. 3. Tuscul. Et quidem C. Gracchus quum largitiones maximas fecisset, & effudisset ærarium, verbis tamen defendebat ærarium. ¶ Ne longum faciam, id est, ut breviter dicam. apud Horat. 1. Serm. Satyr. 3. ¶ Facere ludos, irridere, ἐντρυφᾶν. Plaut. in Aul. Quẽ tu senecta ætate ludos facias. ¶ Facere magni, est magni æstimare. περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι. Plaut. in Asin. Nunc neque quid velim facitis magni pessimæ. ¶ Facere maximi. Terent. in Phorm. Meritò te semper maximi feci Chreme. ¶ Nihil facere est nihil æstimare. περὶ οὐδενὸς ποιεῖσθαι. ¶ Facere parvi. Plaut. Rudente: Illos scelestos qui tuum fecerunt fanum parvi, & ausi sunt violare nos. ¶ Ne pili quidem facere. Catullus: Ludere hanc finit ut lubet, nec pili Facit uni. ¶ Pluris facere. Cic. Attic. lib. 8: Ego pro Pompeio libenter emori possum, facio pluris omnium hominum neminem. ¶ Facere manum, pro colligere milites. Cicero in Verrem: Illi nocte, facta manu armaque veniunt. Idem Cicer. pro Cecinna: Quum manum fecerit, copias parârit, &c. ¶ Facit mecum: hoc est, sentit mecum, ac meæ est opinionis. Ovid. Vt fateat mecum sola Corinna facit. Horatius: Et sapit, & mecum facit, & Iove judicat æquo. Ad eundem etiam modum dicimus tecum, secum, nobiscum, aut vobiscum facere. Cic. pro Sylla: Quid tum? Crassus si respondisset idem sentire, & secum facere Syllam. Idem pro A. Cecinn. Videretis autoritatem sapientissimorum hominum facere nobiscum. ¶ Facere mentionem, commemorare. Cic. de Senect. Lysandrum Lacedæmonium (cujus modò mentionem feci) dicere ajunt solitum, Lacedæmone esse honestissimum domicilium senectutis. ¶ Facere missum: Idem quod dimittere. Cic. 3. Off. Iuravitq; se illum statim interfecturum, nisi jusjurandũ dedisset, se patrem missum esse facturum. ¶ Facere modum alicujus rei, est sibi temperare, & modum non egredi. Cic. 1. de Legibus. Ipsisque magnoperè autorem fuisse, ut aliquãdo controversiarum aliquem facerent modum. Facere modos, est inter actus fabularum intercinere. Teren. in Prologo Andr. Flaccus, Claudii filius modos fecit tibiis paribus, dextris & sinistris. Cic. de Orat. Neq; id actores priùs viderfit quàm ipsi poëtæ, quàm denique illi etiam qui fecerunt modos. ¶ Facere mutuum cũ aliquo. Plaut. Trin. Benè vult tibi. Aedepol mutuum mecum facit. Idem Curc. ea me deperit: Ego autem cum illa nolo facere mutuum: id est, nolo eam deperire ut me deperit. ¶ Naufragium facere. Cic. ad Tironem: Qui cupidè profecti sunt, multi naufragia fecerunt. ¶ Facere nomen, est nominare. Liv. 8.

Fāstīdio, dis, pen. prod. divi, ditum, act. q. à fastu fit. Nam propriè fastidio, est cum fastu quodam contemno. fastidio afficior, fastidium ad aliquam rem habeo, ἀποσιτέω, cum accusativo. [קץ kas. מאס maas געל bahal. ἀηδιάζω, ὑπερφρονέω, δυσχεραίνω. Gal. *Reietter avec desdain, ne tenir conte, mespriser, desdaigner.* Ital. *Haver in fastidio, fastidire.* Germ. Ein unwillen haben/verachten. Belg. Versmaden. Hispanic. *Exhastiar, hazer hastio.* Polon. *Gardze, brzydze sie.* Vngar. *Meg vtalom.* Angl. *To contemne with disdaine, to lothe.*] Virgilius 2. Eclog. Invenies alium, si te hic fastidit Alexis. Dicunt etiam de stomacho, quum cibum aliquem respuit: construiturq; sæpissimè cum accusativo, interdum etiam cum genitivo. Horatius in Sermon. Num esuriens fastidis omnia, præter pavonem, rhombumque? Plautus in Aulul. Abiit, neq; me certiorem fecit, fastidit mei. Lucilius lib. 7 Difficiles sumus, fastidimus bonorum.

Fāstīdīre, cum infinitivo, pro Recusare. Quintil li 5. c. 11: Philosophi quanquam inferiora omnia præceptis suis ac literis credunt, repetere tamen autoritatem a plurimis literis non fastidierunt. Idem: Idque fieri, quia fastidiant præstare hanc inferioribus curam.

Fāstīdītus, pen prod. Fastidio habitus [נגעל nighal. ὑπερφρονηθείς, ἀποβεβλημένος. Gall. *Mesprisé, contemné.* Ital. *Fastiduto.* Ger. Verachtet/ab dem man hat ein Unwillen getragen. Hisp. *Enhastiado, ò menospreciado.* Pol. *Wzgardzony.* Vngar. *Meg vtaltatott.* Ang. *Hated, lothed, disdained.*] Lucan. - pars magna Senatus Fastidita jacet. Plin. in præfat. Res ardua vetustis novitatem dare, novis autoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubiis fidem. Verba fastidita repellere, Ovid 4. de Ponto, Domus fastidita. Idem 2. de Remed. am.

Fāstīdium, dii, n. s. Contemptus, tædium.] געל gohal. ὑπεροψία. Gall. *Desprisement, mespris, contemnement, desgoustement.* Ital. *Fastidio, tedio, sprezzamento.* German. Naßleidigkeit/verdruß/verachtung. Belg. Versaetheit/versmadinge/ onlust/wareheyt van spijse. Hispan. *Hastio ò aborrecimiento de alguna cosa.* Pol. *Wzgarda, brzydkość.* Vngar. *Meg vtalás, el vnas.* Angl. *Disdaine, lostsomnesse.*] Cic. 12. Philipp. Si essent arrogantes, non possem ferre fastidium: Quintil lib. 9. c. 3: Quotidiani, & semper eodem modo formati sermonis fastidium levat. ¶ Fastidium meum, quo ego alios fastidio: fastidium mei, quo ab aliis fastidior. Quintil Ceu mulier omnibus exposita mortalibus vanitatem fastidio mei, despectuq; captavit. Ad hunc etiam modum, Fastidium stomachi dicimus, quum nos ciborum nausea capit & satietas. Plin. lib. 7. c. 6: Fastidium in cibis, redundatio stomachi, indicia sunt hominis inchoati.

Fāstīdiōsus, m. f. Qui omnia fastidit, ambitiosus, superbus. [זד zedh. δύσκολος, ὑπερήφανος, ὑπερόπτης. Gal. *Qui est tout desgousté, difficile, & desdaigneux.* Ital. *Fastidioso.* Germ. Naßleidig/ verdrüssig/verachtung. Hispan. *Cosa que ha ò da hastio.* Pol. *Brzydliwy, pyszny.* Vng. *Kevély, mindent meg kéuano.* Angl. *Disdainefull.*] Cic. de Clar. Orat. Propterea quòd Antonius, qui maximè expetebatur, facilis in caussis recipiendis erat, fastidiosior Crassus, sed tamen recipiebat. ¶ Cum genitivo. Cic. de Clar. Orat. C Memmius L. filius perfectus literis, sed Græcis, fastidiosus sanè Latinarum, argutus orator, &c.

Fāstīdiōsē, adverbium, Ambitiosè. [בזדון bezadhon. ὑπερηφάνως, κομπώδως. Gall. *Arrogamment, par desdain, desdaigneusement.* Ital. *Arrogamente, con sdegno fieramente.* German. Verächtlich/ stoltzlich/ verdrüsslich. Hispan. *Hastiosamente y con fastio.* Pol. *Hardzie.* Vng. *Kevélyen.* Ang. *Prowdely, disdainefully.*] Cicero 1. de Orator. Quàm diligenter, quam sæpè fastidiosè judicamus! Idem de Orator. Nolo enim dicere de tàm suavi homine fastidiosius.

Fāstīdīliter, quoque veteres dixerunt pro fastidiosè. [Pol. *Pysznie.* Vngar. *Kevélyen.*] Varro: Cras credo, hodie nihil. Quibus instabilis animus ardens, mirabiliter non habere fastiditer inconstanti pectore.

Fatalis, Pataganeton, apud Diosc. l. 4. c. 102.

Fātālis, Vide FATUM

Fătĕor, teris, fassus d. i. Confiteor, verum esse concedo. [הודה hodhah. ἀνθομολογέομαι, συμφάσκω, ὁμολογέω. Gall *Confesser, accorder, consentir, aduouer quelque chose.* Ital. *Confessare, affermare.* Germ. Bekennen/verjähen. Belg. Belyden. Hisp. *Confessar, por su voluntad.* Pol. *Wyznawam.* Vng. *Meg vallom.* Angl. *To confesse, to acknowledge.*] Terent. in And. Ego me amare hanc fateor: si id peccare est, fateor id quoque. Martialis lib. 5. Ingenium, studiumque tibi moresq; genusque Sunt Equitis, fateor, cætera plebis habes. Virgil. 4. Aeneid. Anna (fatebor enim) miseri post fata Sichæi, &c. Donatus item: Fateri non testis est, sed rei. Terent. in Eunuch. Vidistin' fratrem Chæream? P. Non potest sine malo fateri, video. Cic. 3. Tuscul. Ut victum se quando esse fateatur. Hujus composita sunt, Confiteor, Diffiteor, Infiteor, Profiteor: vide suis locis.

Fassus, participium: [מודה modheh. ὁμολογηκώς, ὁμολογήσας, ὁμολογούμενος. Gall. *Qui a confessé.* Ital. *Che ha confessato.* German. Bekennet. Hisp. *El que a confessado.* Pol. *Wyznany.* Vngar. *Vall, az ki valamit meg vall.* Ang. *That hath confessed.*] Ovid. 13. Metam. Da veniam fasso. Ovid. 1. de Ponto eleg. 8.

Fatĭcănus, Fatidicus, Fatifer, Fatiloquus, Vide FATUM.

Fatīgo, gas, pen. prod. Lasso; sive ad lassitudinem perduco: quasi fatum ago. [הוגיע hogiach הלאה hela. κοπιάω, κοπόω. Gal. *Lasser, travailler, matter.* Ital. *Fatticare.* Germ. Bemühen/müd machen. Belg. Muede maken. Hispan. *Acosar, cansar e fatigar à otro.* Pol. *Męcze, spracuję, mdlim czynie, mdłość przyniosę.* Vngar. *Faraztom.* Ang. *To weary one.*] Est autem fatim adverbium ejusdem significationis cum suo composito affatim: hoc est, valdè seu vehementer. Virgil 5. Aeneid. Veloces jaculo cervos, cursuque fatigat. Lib. 8. ab Urbe: Qui aliquandiu pugna atroci quum & semetipsi fatigassent, & hastas aut præfregissent, aut hebetassent. ¶ Aliquando percutio. Virg. 9. Aen. versaque juvencûm Terga fatigamus hasta. ¶ Aliquando perturbo, commoveo. ὀχλέω, ἐλαύνω. Virgil. 1. Aeneid. Quæ mare nunc, terrasq; metu, cœlumq; fatigat. ¶ Aliquando excito. Virgil. socios; fatigat: Præcipites vigilare viri. ¶ Aliquando cohibeo, εἴργω Cic. lib. 3 Off. Qui non verbis sunt & disputatione philosophorum, sed vinculis & carcere fatigandi ¶ Hujus compositum est Defatigo, valdè fatigo. Terent. in Adelph. Utinam quidem (quod cum salute ejus fiat) ita se defatigarit velim, ut triduò hoc perpetuò prorsus è lecto nequeat surgere.

Fătīgātus, participium [נלאה nilhch. κεκμηκώς, κοπωθείς, κεκοπιακώς. Gal *Lassé, travaillé.* Ital. *Stancato, travagliato.* German. Müd gemacht. Hisp. *Acossado, cansado.* Polon *Vpracowany.* Vngar. *El farat, fara-zztatot.* Angl. *Wearied, tyred.*] Horat. 3. Carm. Ode. 4 Fatigatum corpore dicimus, animo verò fessum. Servius.

Fătīgātio, f. t. [תלאה telaah. κόπος, κάματος, ταλαιπωρία. Gal *Lasseté, travail.* Ital. *Stanchezza, travaglio.* Germ. Mühe/ müdemachung. Hispan. *Aquella obra de cansar à otro, cansancio.* Pol. *Vpracowanie.* Vng *Farradás.* Angl. *Wearinesse.*] Colum. li. 4. c. 18. Quinetiam ipsa hortorum descriptio, quantò est minoribus modulis constita fatigationem veluti minuit &c. Quintil. l. 1. c. 12: Minùs afficit sensus fatigatio quàm cogitatio.

Fătim, adverbium est antiquum, idem significans quod abundè, copiosè. [ברב berob. ἀφθόνως, δαψιλῶς. Gal *Abondamment, copieusement.* Ital. *Abondevolmente, copiosamente.* Germ. Gnugsamlich/überflüssiglich. Hisp. *Abundantamente, copiosamente.* Pol. *Hoinie, dosyć.* Vng. *Bövön.* Angl. *Abundantlye.*] A quo affatim compositum ejusdem significationis, & verba fatisco, & fatigo: quæ vide suo loco.

Fătisco, is, ere. Est abundanter aperior, quasi fatim hisco. [נבקע nibhkah. χαίνω. Gall. *Bailler, s'ouvrir.* Ital. *Aprirsi grandemente.* Germ. Heftig auffliecken/aufspalten. Hisp. *Henderse ò abrir se mucho.* Pol *Lupam sie, przez skalisie swiece.* Vngar. *Meg nyiatkozom, meg hasadok.* Ang. *To gape, to chincke.*] Virgil. 1. Aeneid. Accipiunt inimicum imbrem, rimisq; fatiscunt. Fatim enim abundanter veteres dixerunt: unde & affatim: hiscere autem aperiri. ¶ Fatisco à fateor deduci notavit Aulus Gellius lib. 17. cap. 2. ex Qu. Claudii Annalium lib. 1. Fatiscere etiam sæpè accipitur pro deficere. ἀπαγορεύω, ἀποψύχω, καταπονοῦμαι ἀπειπεῖν. Colum. lib. 2 c. 14: Sed omni solo quod prædictorum leguminum segetibus fatiscit, una præsens medicina est, ut stercore adjuves, & absumptas vires hoc velut pabulo refoveas. Virgil. 1. Georgic. - neu pulvere victa fatiscat. Tacit. 14: Ipse exercitusq; ejus per inopiam & labores fatiscebant, carne pecudum propulsare famem adacti.

Fātor, fataris. Multùm loquor. [πολυλογέω. Gal. *Parler beaucoup.* Ital. *Parlar molto.* Germ. Viel reden. Hispan. *Hablar mucho.* Polon. *Wiele mowie.* Vng. *Sokat szollok.* Angl. *To speak muche.*]

Est enim frequentativum à verbo fari. Festus: Fatantur: id est, multa fantur.

Fătŭĭtās. Vide FATUUS.

Fātum, ti, n. s. A' participio fatus (teste Prisciano) deducitur, quod fatum nihil aliud sit quàm dictum & jussum divinum. [εἱμαρμένη, τὸ πεπρωμένον. Gall Destinee, ordonnance diuine, à laquelle on ne peut contreuenir. Ital. Fato, destino, ordine diuino, infallibile. German Ein schickung oder ordnung Gottes, verhengnuß Gottes. Belg. Gods ordinancie ende schickinghe. Hispan. Hado, que es a voluntad de Dios. Pol. Boskie zrzadzenie ktore o umienione bic niemoze. Vng Istene el végezése, rendelés. Angl Destenie, goddes prouidence, or perpetuall order of thinges following one vp on another.] Cic. lib. 1. de Divinat. Fieri igitur omnia à fato ratio cogit fateri. Fatum autem id appello, quod Græci εἱμαρμένην: id est, ordinem, seriemque causarum, cùm causæ causa nexa, rem ex se gignit. Ea est ex omni æternitate fluens veritas sempiterna. Quod quum ita sit, nihil est factum quod non futurum fuerit: eodemq; modo nihil est futurum, cujus non causas id ipsum efficientes natura contineat. Ex quo intelligitur, ut fatum sit non id quod superstitiosè, sed id quod physicè causa æterna rerum appellatur, cur & ea quæ præterierunt, facta sint: & quæ instant, fiant: & quæ sequuntur, futura sint. Chrysippus, referente Gellio, definit fatum esse sempiternam quandam, & indeclinabilem rerum seriem. Senec. in Quæst. natur. Quid intelligis fatum? Existimo necessitatem rerum omnium, actionumq; quas nulla vis rumpat. ¶ Apud poëtas fatum quandoque capitur pro natura, ut docet Aulus Gellius lib. 13. cap. 1. exponens hunc locum Ciceronis ex prima Philipp. Multa autem impendere videntur præter naturam etiam præterque fatum. Virgil. 4. Aeneid. Nam quia nec fato, merita nec morte peribat. ¶ Quandoque pro oraculo, quod dii fantur. λόγιον. Virgil. lib. 5. Aeneid. Oblitus fatorum, Italásne capesseret oras. ¶ Quandoque pro morte: quippe quum nihil tàm necessarium impendeat homini quàm mors: unde fato concedit, qui moritur, pro quo etiam fungi fato dicimus. Plin. in Panegyr. In principe enim qui electo successore fato concessit, una eademque certissima divinitatis fides est, bonus successor. Quæ hujus verbi significatio inde fine dubio dicitur, quòd crederent veteres, quo temporis puncto quis nasceretur eo ipso fataliter constitui de morte atque interitu ipsius. quod indicat versiculus Manlii: Nascentes morimur: finisque ab origine pendet. Et illud Senecæ: Primus dies dedit extremum.

Fātālĭs, fatale, om. t. Quicquid nobis ex fato accidit sive bonum sit, sive malum [πεπρωμένος, εἱμαρμένος, μοιρίδιος. Gall Fatal, fel, chose qui doit venir par necessité ou ordonnance de Dieu. Ital. Fatale, che viene per ordine diuino. German. Von Gott zugeordnet oder verhengt. Hispan. Cosa hadada ò que no puede no ser. Pol. Od boga naznaczony. Vngar. Isteni, el rendelésés el vegezé, bol vato Angl. Fatall, that perteineth, to destenie.] Cicero 2. de Divinat. Si enim provideri nihil potest futurum esse eorum quæ casu fiunt, quia esse certa non possunt, divinatio nulla est. Sin autem idcirco possunt provideri, quia certa sunt & fatalia rursus divinatio nulla. Fatale remedium. Valer. lib. 1: Eò legatis missis, unicam fatalis remedii opem imparaturam se credidit. ¶ Accipitur nonnunquam fatalis pro eo quod fatum: hoc est, mortem affert. Inde fatalem ensem dicimus, & fatale cicutæ poculum.

Fātālĭtĕr, adverbium, Necessariò. [πεπρωμένως, εἱμαρμένως, κατὰ μοῖραν. Gal. Par destinee, par ordonnance diuine. Ital Per fato, per ordinatione diuina. Germ. Durch dis ordnung oder verhengnuß Gottes. Hisp. Por ycon hado y voluntad de Dios. Pol. Zboskiego narzadzenia. Vng Isteni rendelésből. Angl. By destenie.] Cicer. 2 de Divinat. Et omnia quæ fiunt, quæque futura sunt, ex omni æternitate definita dicis esse fataliter.

Fātĭlŏquŭs, penult. corr. Qui fata canit: id est, futura prædicit. [χρησμολόγος. Gal. Qui chante, & qui dit les destinees & fortunes qui aduiendront. Ital. Che predice le cose future. Germ. Ein Weyssager zukünfftiger dingen. Hisp. El que canta los hados. Polon. Wieszczek Vng. Jövendőlő, jövendő mondó. Ang. That foretelleth destenies.] Ovid. lib. 9. Metam. Hæc ubi faticano venturi præscia dixit Ore Themis, &c.

Fātĭcĭnŭs, ni, ejusdem significationis Ovid. 5. Metam. sic dicere vates Faticinas quæ ferunt sortes.

Fātĭdĭcŭs, ci, penult. corr. m. f. Qui nobis fata: id est, decreta deorum exponit [θεσπιῳδός, μάντις, λόγιος, χρησμολόγος. Gall. Deuin, qui predit les destinees. Ital. Che dice la ventura Germ. Ein Wahrsager, Offenbarer der ordnung Gottes. Hisp. El que dize los hados que lo venidero. Polon Co skich tajemnic wiedzacy Vng. Isteni rendelésnek, vegezésnek, mag yarázoja. Angl. A foreshewer of thinges to come.] Vnde fatidici libri, qui continent fata populorum quales erant Romæ Sibyllini libri, qui & ab historicis fatales appellantur. ¶ Fatidici vates, & fatidica Manto nominatur, quoniam erat fatiloqua: hoc est, futurorum præscia, & vaticinatrix. Virgil. 8. Aeneid. Quam memorant nymphæ priscum Carmentis honorem: Vatis fatidicæ, cecinit quæ prima futuros Aeneadas magnos. Plin. in Epist. præsens numen, atque etiam fatidicum indicant sortes.

Fātĭfĕr, a, um, penult. corr. idem quod mortiferum, quasi fatum: hoc est, mortem afferens. [μοιρηφόρος. Gall Qui apporte la destinee. Ital. Che apporta la morte. Germ. Tödtlich, das den todt bringt. Hispan. Cosa que acarrea la muerte. Pol Smierc przynoszacy. Vngar. Halálos. Angl. Deadly, that causeth death.] Virgil. 8. Aeneid. interq; manus & brachia versat Terribilem cristis galeam, flammasque vomentem, Fatiferumque ensem.

Fātĭlŏquŭs, a, um, penult. corr adjectiv. idem quod fatidicus. [χρησμολόγος. Gal. Deuin, qui predit les destinées & auentures. Ital. Che dice le cose che hanno à venire. Germ. Wahrsager, der da anzeigt was vber einen kommen soll. Hisp. El que habla lo venidero, ò hados. Pol. Wieszczek, ienkie rzeczy przyszle rzec iij opowieda. Vngar. Jövendőlő. Ang A fore hewer of thinges to come.] Liv. 1. ab Vrbe: Venerabilior divinitate credita Carmentæ matris, quam fatiloquam ante Sibyllæ in Italiam adventum miratæ hæ gentes fuerant.

Fătŭŭs, adjectivum, Insipidus, & propriè de cibis dicitur, qui quum non sapiunt, fatui dicuntur. [תפל tapheth כסל 'achál. ἄνοος. Gal. Fade, sot en paroles & faits, niais. Ital. Senza sapore, sciapito, sciocco. Germ. Vngeschmackt, ein speiß bnder welcher kein krafft ist. Hispan. Loco soso, ò necial Pol. Niesmaczny. Vng. Izetlen, bolond. Angl. That is vnsauerie.] Martial. in Distichis: ut sapiant fatuæ fabrorum prandia betæ, O' quàm sæpè petet vina piperq; coquus. ¶ Quoties autem ad homines transfertur, significat stultum amentem & stolidum. [μωρός, ἀνόητος, μάταιος. Germ. Ein thor, narr, dölpel. Belg. Een dwaes, sotte. Polon. Blazen, bałamut. Ang. Foolishe, vnwise.] Terent. in Eunuch. Fastuus est, insulsus, tardus. Vbi Donatus, fatuus, inepta loquens: à faudo fatuus dicitur. Inde Fauni, Fatui & Nymphæ Fatuæ dictæ sunt. Et iterum: Fatui sunt qui verbis & dictis stulti sunt: Insulsi verò corde & animo. Fatuus à Fando, inquit Varro, qui fatur, quòd puer primò fatur hoc est, qui inepta loquitur. Cic. 2. de Orat. Hoc præceptum est, magisq; monitoris non fatui, quam eruditi magistri.

Fătŭārĭī, Sunt qui inspirati futura ariolantur, ut Iustin. scribit: A' Fatua uxore Fauni, quæ furore correpta, futura prædicebat.

Fătŭĭtās, tatis, f. r. Insipientia, stultitia, ineptia, stoliditas. [כסלות pe ha ... סכלות sichlúth, ἀβελτερία, μωρία. Gal Sottise, niaiseté, folie. Ital Sciocchezza. German Torheit, narrheit. Belg Sotheyt. Hispanic. Locura, ò desabimiento. Pol Głupstwo, nierozum. Vng. Izetlenség, bolondság. Ang Foolishnesse, follie.] Cic. ad Attic. 11: Ego hujus miserrima fatuitate confictor. Idem 2. de Inventione: Non hanc imprudentiam, aut necessitudinem, sed inertiam, negligentiam, fatuitatem nominare oportere.

Fătŭŏr, aris, Ineptio, nugor. [פתה pathah, סכל sachál, ληρεῖν, φλυαρεῖν. Gall. Faire le sot, folatrer. Ital. Dir sciochezze. Germ. Den narren treiben, mit narrenwerck vmbgehen. Hisp. Entoquecer. Polon. Blaznuie. Vngar. Balyokáskodni, bazmiok. Angl. To playe the foole or idiote.] Seneca de Morte Claudii: Audi me & desine fatuari. ¶ Nonnunquam idem est quod divino furore corripi, quemadmodum fanatici solent. Iustinus lib. 43: Fauno fuit uxor nomine Fatua quæ assiduè divino spiritu impleta, velut per furorem futura præmonebat: unde adhuc qui inspirari solent, fatuari dicuntur.

Făvĕo, es, favi fatum, n. s. Alicui benè cupio. [רצה ratsáh. εὐνοεῖν, συμπαθεῖν, σπουδάζω. Gal. Fauoriser, supporter, porter faueur. Ital. Fauoreggiare. Germ. Gönnen, günstig seyn. Hisp. Fauorecer. Pol. Zycze, łaskam, ssiem. Vng. Iot é akarok, io akarok. Ang. To fauour, to bea good will.] Terent. in Eunuch. Benè ædepol narras: nam illi faveo virgini. ¶ Favere etiam tacere est, ut docet Donatus Terent. in And. Favete: adestu æquo animo. Favere faucibus antiqui dixerunt pro silere. Cic. 2 de Divin. Qui quidem silentio noctis (ut ait Ennius) favent faucibus: rursus cantu plausuq; premunt alas. Loquitur de gallis ¶ Favere linguis. Cic. 3. de Divin. Idcirco omnibus rebus agendis quod bonum, faustum, felix, fortunatumq; esset præfabantur, rebusq; divinis quæ publicè fierent, vt faverent linguis imperabatur, inq; feriis imperandis ut litibus & jurgiis se abstinerent. Ovid. 15. Metam. animis linguisq; favete. Tibullus: Vos itidem & linguis quisque favete suis. Ad eundem modum duxit Virgil 5. Aeneid. ore favete omnes. Vbi Servius: Favet ore quis per taciturnitatem. ¶ Ventis faventibus navigare. Ovid. 15. Metam. venti cœlo pelagoque faventes, Ovid. Epist. 2.

Făvētŭr, impersonaliter. [Angl. Men fauour.] Cui contrarium est Invidetur. Cic. 2. de Orat. Invidetur enim commodis hominum ipsorum: studiis autem eorum cæteris commodandi favetur. Idem lib. 2. Offic. Quod eo firmiore animo facient, quia non modò non invidetur illi ætati, verùmetiam favetur.

Fautūrŭs, a, um, Particip. futuri temporis. Cice. pro Cn. Plancio: Quum autem audirem meos partim inimicos partim invidos, huic accusationi esse fauturos, eandemq; tam adversariam esse in judicio Cn. Plancio, quæ in petitione fuisset adjutrix.

Făvŏr, oris, m. t. voluntas, studium. [חסד ratsón, חן chen. εὔνοια. Gall Faueur, support Ital. Fauore. Germa Gunst. Hisp Fauor, alabanca. Pol. Łaska, życzliwość. Vng. Iô akarát, kedv. An. Fauour, good will] Vox Ciceronis tempore nova, id quod ex Sextiana intelligitur: Et, inquit, qui pendet à rebus levissimis, qui rumore, & (ut ipsi loquuntur) favore populi tenetur & ducitur, plausum immortalitatem, sibilum mortem videri necesse est (Vide Quintil. lib. 8. c. 3.) sed tamen ab ipso Cicerone & optimis quibusque & poëtis & oratoribus præcepta. Ovid. in Ibin: Sic quoque (quod rarum est) solito defecta favore Fortunæ facies invidiosa tuæ. Plin. lib. 14. cap. 4. Maiorq; etiam favore hominum fama. Cic. pro Rosc. Comœdo: Quam expectationem, quod studium,

studium, quem favorem secum in scenam attulit Panurgus?

Favorabilis, om. t. Dicitur qui gratiosus, ac favoris plenus est apud omnes. [ratsui. εὐάγωγος. Gall. Favorable, favorisé, favori. Ital. Favoreuole, gratioso. Germ. Gunstreich/angenem. Hisp. Favorable ò digno de favor. Pol. Wdzięczny, mily. Vng. Kedues. Angl. In great favour.] Sueton. in Calig. Sic vulgo favorabilis, ut plurimi tradant, quoties aliquò adveniret, vel crundè discederet, præ turba occurrentium prosequentiúmve nonnunquam eum discrimen vitæ adiisse. Quint. li. 11. c. 1: Aliter enim pro alio sæpè dicendum est, ut quisque honestus, invidiosus, favorabilis erit. ¶ Dicitur etiam favorabilis activè pro eo qui favet. Livius 2 bell. Pun. Iam ad consulatus spem quum attolleret animos, haud parùm callidè aucam favorabilis populi ex Dictatoria invidia petit.

Favorabiliter, adverbium. Plausibiliter. [ἀνυπόπτως, φιλικῶς. Gall. Favorablement. Ital. Favoreuolmente. Germ. Gunstiglich/mit gunst. Hisp. Favorablemente. Polon. Wdzięcznie, uchetnie. Vng. Kedue en. Ang. Favorablye, frendly.] Quintil. l. 4. de egressione: Plerisque moris est, prolato rerum ordine protinus utique in aliquem lætum atq; plausibilem locum, quàm maximè possint favorabiliter excurrere.

Fautor, oris, m. t. Studiosus, qui alteri benè cupit. [... εὐνοητής. Gall. Fauteur, qui porte faveur. Ital. Fautore. Germ. Ein Gönner. Hisp. El que favoresce. Polon. Mnie sprzyjający, moy pomocznik dobrodziej. Vng. Io akaro. Angl. A favourer, a supporter.] Cicero pro Plan. Multi sunt cupidi tui, multi fautores laudis tuæ. Idem lib. 1. Epist. Cujus ego ab adolescentia adiutor atq; fautor extiti.

Favitorem. Antiqui dicebant pro fautore, [εὐνοητής. Polonic. Dobrodziej. Ang. Ioukero.] quod & Nonius annotavit citans locum Lucilii ex libro 19: Favitorem me tibi, amicum, amatorem putes.

Fautrix, f. t. amica. [... ἡ εὐνοοῦσα, εὐνοοῦσα, ἐπίρροθος. Gall. Celle qui supporte & favorise. Ital. Donna che favorisce, & intratiene. German. Ein Gönnerin. Hisp. La que favorece. Polon. Ma sprzyjająca, pomocnica, dobrodziejka. Vng. Szerető, io akaro. Angl. She that favoureth or maintaineth.] Terent. in Eunuch. nihil est Thaide tua dignius, Quod ametur, ita nostræ est omnis fautrix familiæ. Fautrix suorum regio, Cic. pro Planc. Idem 1. de Finib. Amicitiæ non modò fautrices fidelissimæ, sed etiam effectrices sunt voluptatum tàm amicis quàm sibi.

Favilla, læ, f. p. Propriè est scintilla igne destituta: cujusmodi flammæ impetu solent egeri: quanquam etiam indifferenter pro quovis cinere accipitur. [פיח piach. αἰθάλη, σποδιὰ. Gall. Cendre chaude, bluettes. Ital. Favilla, cenere calda senza fuoco. Germ. Ein gneist/Aschen in der die gneist getrochen sind. Belg. Een gensster/gheworpen vier/heete asschen. Hispan. La morcella de centella muerta. Pol. Iskierka, popiołu iskrzka. Vngar. Hamu meg alud szikra. Angl. The whyte ashes remaining upon the quicke coles.] Plin. lib. 36. c. 25: Dein spissè calcatis carbonibus inducitur sabulo, calce ac favilla mistis. Idem lib. 18. ca. 35: Quum contectus ignis à se favillam discutit. Scintilla verò propriè est quæ è silice quum is cæditur, exilire solet. σπινθήρ. Virgil. lib. 1. Aeneid. Ac primùm silicis scintillam excudit Achates.

Favillaceus, a, um, [τεφρώδης, αἰθαλώδης. Gal. Cendreux, de cendre. Ital. Di cenere, ceneroso. Germ. Äschechtig. Hisp. Cosa de morcella, de centella muerta. Pol Popielisty. Vngar. Hammas, (vagy) hamuas. Angl. Of ashes.] Solin cap. 48: Nam fuliginem extrinsecus favillaceam ambitio tantùm extimæ cutis cohibet, quæ vel levitatem pressa, fumum exhalat.

Favissæ, Cellæ quædam & cisternæ in area Capitolina, ubi reponi solebant signa, & thesauri, & alia quædam religiosa donariis consecrata: autor Gell. lib. 2. c. 10. θησαυροί. Dictæ favissæ quòd in eis non rude æs, argentumque, sed flata signataq; pecunia conderetur. Vnde & à priscis Latinis flavissæ dictas fuisse comperitur, quas Græci thesauros appellant. Vide FLAVISSAE in Flo.

Favoniana, Pyra rubra, à Favonio insitore dicta, quorum meminit Plin. l. 15. cap. 15.

Favorabilis, Vide FAVEO.

Faustianum vinum, dicebatur quod in mediis collibus Falerni agri gignebatur. Nam quod in summis jugis nascebatur, Gauranum vocabant, quod in mediis collibus, Faustianum: quodq; in ima radice gignebatur, Falernum appellabant. Autor Plin. l. 14. c. 6.

Faustus a um, à favore. Prosper, felix, fortunatus. [אשרי ascheré. εὐτυχής. Gal. Heureux. Ital. Fausto, prospero, felice. Germ. Glückselig oder glückhafftig. Belg. Gheluckich. Hispan. Dichoso ò de buena auentura. Pol. Szczęśliwy, fortunny. Vngar. Bodog, iószerencsés. Angl. Happie or luckie.] Terent. in Andr. O faustum & felicem hunc idem. Cic. 1. Tusc. Eodem tamen simus animo, ut horribilem illum diem aliis, nobis faustum putemus. O nox illa fausta huic urbi, Idem pro Flacr. Faustum omen, Livius 7 ab Vrbe. Hujus contrarium est infaustum & horribile.

Faustè, adverbium, Fortunatè. fœliciter. [αἰσίως, εὐτυχῶς. Gall. Heureusement. Ital. Felicemente. German. Glückseligklich/glücklich. Hispan. Dichosa y bien auenturadamente. Pol. Szczęśliwie. Vng. Szerencséssen, bodogul. Ang. Happelie, luckelie.] Cic pro Muræn. Idem ego sum precatus, ut his quoque hominibus quibus hic consulatus me rogante datus esset ea res faustè feliciter, prosperéque eveniret. Huic contrarium est infaustè.

Faustitas, tatis, f. t. Fœlicitas [אשר aschér. εὐτυχία. Gal. Bonne aventure, bonne fortune, bon heur. Ital. Felicità. Germ. Glückseligkeit. Belg. Gheluckicheyt. Hisp. Aquella dicha ò bien auenturança. Pol. Szczęście. Vng. Bodogság, io szerencse. Ang. Good happe and lucke.] Horat 4. Carm. Ode 5: Nutrit rura Ceres. almaque Faustitas.

Favus, Apum domus & cellulæ: à fovendo quòd in his sobolem fovent. [צוף tsuph נפת nópheth, κηρίον. Gal. Un bornal ou rayon de miel, un gasteau de cire à ante de trous, dans lesquels les mouches font le miel. Ital. Cera piena di mele, favo di mele. Germa. Waben oder häußlin der Bienen/ein honig rost. Belg. Honichraet. Hisp. Panal de la miel, Pol. Plaster miodu. Vng. Lépmez. Angl. A honie combe.] Plin. lib. 11. cap. 5: Primùm itaque favos construunt, ceram fingunt. Virgil. 4. Georg. Prima favis ponunt fundamina, deinde tenaces suspendunt ceras. Cic. 1. Off. Apum examina non fingendorum favorum causa congregantur: sed quum congregabilia natura sint, fingunt favos. Hujus diminutivum est Favulus. Plaut. Meus dulciculus favulus.

Faux, cis, vel potiùs in plurali numero Fauces. f. t. (Nam singularis numerus rarò est in usu,) Superior pars gulæ mento propinqua. sed interior ubi os angustatur. [גרון gheron. λαιμός. Gall. La gorge. Ital. Parte superiore della gola. Germ. Schlund/rachen. Belg. Strot oft gorgel/tonwen. Hispan. La garganta, o gargavero del animal. Polon. Paszczęka. Vng. Torok. Angl. The chawes or iawes.] Plin. lib. 11: Summum gulæ fauces vocantur, postremum, stomachus. Cic. 1. Tusc. Hi tamen imagines loqui volunt quod fieri nec sine lingua, nec sine palato, nec sine faucium laterumve & pulmonum vi & figura potest. ¶ Fauces per translationem dicuntur stricti ingressus vallium, seu alterius loci: ut, Fauces Or. 1. Gall. Entrée estroite. Ital. Cosa stretta della montagna. Germ. Klauss/enger eingang/claussen. Belg. Enghe ingang/cluse. Hisp. Esclusa, estrecho de los montes.] Virgil. 6. Aeneid. Vestibulum ante ipsum, primisq; in Faucibus Orci. Florus de bello Ligustino: De sub Alpibus: hoc est, de sub ipsis Italiæ faucibus. ¶ Fauces, Ora sive ostia fluviorum, quibus in mare se exonerant. Plin. de Nilo verba faciens li. 5. c. 9: Multis quanvis faucibus in Aegyptum mare se evomit. ¶ Hinc dicuntur, Suffoco, Præfoco, & Obsoco, diphthongo au, in o longum mutata, de quibus suis locis. ¶ Bolus è faucibus eripi dicitur, quoties commoditas aliqua quæ jam propemodum tenebatur, præter expectationem subitò præcipitur. Terent. in Heaut. ¶ Statuam faucibus colas, αἰδοῖα ... Decet majorem in modum absurda, quaq; fieri nullo modo possit. Veluti si quis hominem præpotentem & invictum frustra conetur opprimere: nec enim liquefrit statua.

Fax, cis, f. t. Fustis incisus, & cera vel oleo inunctus, ad lumen faciendum tæda.] לפיד lappidh. δᾷς. Gall. Un flambeau, une torche ou un falot. Ital. Face, torchio. German. Ein Fackel/tortsche. Belg. Een tortsse oft torttse. Hispan. La hacha de cera ò tea encendida. Pol. Smolna łuna, fakla, pochodnia. Vngar. Fakya, fáklyatóle. Angl. A torche, a fier brande. [Fitque præcipuè ex arundinibus aridis, & pinei generis arboribus: cujusmodi sunt tedæ, & larix. Varro de vita popul. Rom. lib. 2: Quum à nova nupta ignis in face afferretur, de foco ejus sumptus, fax ex pinu soluta esset, ut eam puer ingenuus afferret. ¶ Per translationem accipitur pro incitatore, & autore alicujus facinoris. Plin. in Epist. Rufo successit Theophanes, unus ex legatis, princeps, fax accusationis, & origo: id est, autor & incitamentum, sive (ut Nonius inquit) fuscitabulum. Cic. pro Domo sua: Nonne senatui providendum fuit, sic in hanc tantam materiam seditionis ista funesta fax seditionis adhæresceret? ¶ Addere faces alicui, est eum incitare, incendere, inflammare ad aliquid agendum. Tacit. li. 17. Flagrantibus jam militum animis veluti faces addiderat Mevius. &c. ¶ Primam facem veteres, noctis principium vocabant, quòd tum primùm uti face inciperent. Gellius: Sed quum jam prima fax noctis, & densiores esse tenebræ cœpissent, discessimus. ¶ Facem in nuptiis præferre solebant, sive ad observandam antiquam consuetudinem, quod non nisi noctu duci novas nuptas à sponsis mos erat: sive in honorem Cereris, quæ facem in quærenda Proserpina gestaverat: sive et nova nupta ignem & aquam; quæ duo sunt in vita maximè necessaria, cum viro communicare videretur. Etenim aqua quoque aspergi solebat, ut casta puraque ad sponsum duceretur.

Facula, penult. corr. f. p. diminutivum, Parva fax: hæc est tæda ex arboribus pinei generis, sæpiùs dissecta ut faciliùs ardeat, quanquam & ex cera, & ex pice fieri possit. δᾳδίον, λαμπάδιον, Gal. Petit flambeau, petite torche. Ital. Facella. Germ. Ein kleine Fackel. Hispan. La raja. Pol. Mała fakla, pochodenka. Vng Fáklyácska. Ang A litle fier brand.] Propter l. 2. Eleg. 20: Quorum alii faculas alii retinere sagittas, &c.

Facularii, dicuntur qui faculas gestant. [δᾳδοῦχοι. Gal. Porteur de torches. Ital. Quelli che portano la facella. Germ. Fackelträger oder tortschenträger. Hispan. Los que lieu amantorchas.]

F ante E.

FE. In notis antiquorum, Fundaverunt, vel fortem, vel familiæ, vel filios ejus. FEA. fœminina FEB. Februarius F. E. D. factum esse dicetur. F. E. D. factum edicto. FEM. fœminina. FER ferebunt. F. E. flando, ferendo, vel fidem, vel ferit, vel filius familiâs, vel filius familiæ, vel fortunæ felici, vel fabrefactum. F. F. F. ferro, flamma, fame, vel fortior, fortuna, fato, vel Flavii filius. F. F. L. vel F. F. fratris filius. F. H. filius hæres.

Febris, hujus febris, f. t. à fervore morbi, vel (sicuti Servius docet) à

cer) à fervore: Est (ut medici docent) intemperies calida totius corporis. [קדחת kadáchath. πυρετός. Gall. Fieure. Ital. Febre. Germ. Das Fieber oder kaltwee. Belg. De corsse. Hispan. Fiebre, calentura. Polonic. Zimnica, febra. Vng. Hideglélés. Angl. An ague or fever] Cic ad Tironem: Is etsi mihi nuntiavit te plane febri carere, & bellè habere, &c. Cels. lib. 2. c. 8: Febris assidua, quæ & cibi tempora eripit, & siti affligit. Plin. l. 23. cap. 8: Febres frigidas leviores facit agaricum potum in calida aqua. Idem lib. 7. c. 51: Antipater Sidonius poëta, omnibus annis uno die tantùm natali corripiebatur febre, & ea consumptus est, satis longa senecta. Febres periodicæ, quæ stati temporis periodo accedunt & recedunt, cujusmodi sunt quotidianæ tertianæ & quartanæ. Plin. lib. 20. cap. 3: Semina ejus si fuerint pari numero adalligata febrib⁹, sanare dicuntur, quas Græci periodicas vocant. Sunt & alia febrium genera, quæ quoniam ad nostrum institutum nihil conducunt, rei medicæ studiosi ex libro Galeni, quo ex professo febrium differentias tractat, petenda relinquimus. ¶ Valetudo febrium. Plin. lib. 23. ca. 1: Quod ad febrium valetudines attinet, certum est non dandum in febre, nisi veteribus, ægris, vinum: nec nisi declinante morbo. Celsus lib. 3. c. 5: Quum verò febris instet, incipiat, augeatur, consistat, decedat: deinde in decessione consistat, aut finiatur: scire licet, optimum cibo tempus esse febre finita: deinde quum decessio ejus consistit: tertium si necesse est, quandocunque decedit: cætera omnia periculosa esse. Si tamen propter infirmitatem necessitas urget, satius esse consistente jam incremento febris, aliquid offerre, quàm increscente. Satius esse instante quàm incipiente.

Febrĭcŭlă, læ, f. p. diminutivum, Parva febris [πυρέτιον. Gal Petite fievre. Ital. Febricella. Germ. Ein kleine Fieber. Hisp. Pequenna fiebre. Polo Zimniczka. Vngar. Hidegeczke, hideg le ejetske Ang. A litle feuer.] Plancus Cicer. Qui ex labore in febriculam incidit assiduam, & satis molestam. Celsus libro tertio, cap. 22: Ex phthisi febricula levis fit: quæ etiam cùm quievit, tamen & repetit.

Febrĭcŭlōsŭs, Febri subjectus, qui febrem sæpè habet. [πυρετώδης. Gall. Fievreux, qui a grande fievre. Ital. Che a molta febre, febricitante. Germ. Voll feber oder kaltwee. Hispa. Calenturoso, che tiene mucha fiebre. Polon. Zimnice maiacy. Vng. Hidegstélést. Angl. Subiect to the feuer.] Gellius: Non morbus hic febriculosus, aut omnium gravis.

Febrīlĭs, le, pen. prod. Quasi ad febrem pertinens. [πυρετικός. Gall De fieure. Ital. Di febre. Germ. Das des febers ist Hispan. De fiebre. Pol. Zimniczny. Vng. Az mi hideg lele frenéz. Angl. Of the feuer.] Apuleius: Ardore æstuans febrili.

Febrĭo, is, ivi, itum, n. q. Febrem patior. [πυρέσσω. Gall. Avoir la fieure. Ital. Haver la febre. Germ. Das feber oder kaltweh haben. Hisp. Tener fiebre. Pol. Febrnian. Vng az i deglél. Ang. To haue the feuer.] Macer. Hæc nondum tremulo potanda dabis febrienti. Cels. lib. 6 cap. 11: Potiones, si febriat puer, aquæ: si sine febre est, vini diluti. Colum. lib. 6. cap. ult. Mulæ febrienti cruda brassica datur.

Febrĭcĭto, as, pen. corr. n. p. Febre laboro. [πυρέσσω. Gall. Estre en fievre, avoir la fievre. Ital. Haver febre. Germ. Das kaltweh haben I elg. Dir Cortse hebben. Hisp. Tener fiebre. Pol. Febramiet lusie. Vng. Az hideg lél. Angl. To be sick of the feuer or ague.] Columel. 7: Febricitanti bovi convenit abstinere cibo uno die. Cels. l. 2. c. 7: Febricitavit aliquis, aut inhorruit.

Febrĭfŭgă, Matricacia, & centauria minor. Diosc. lib. 2. cap. 8, & Conyza apud eundem l. 4. c. 23 & 35.

Febrŭo. as, Lustro, purgo, à ferveo: hoe enim adolendo, & flammis e eventibus fieri solebat. [טהר tiháir כפר nikkáh. καθαίρω, ἁγνίζω. Gall Gurger par sacrifices. Ital. Lustrare, purgare. Germ. Reinigen. Hispan. Purgar, alimpiar. Pol. Czyscic. Vng. Szenteleffel meg tisztitom. Angl. To purge by sacrifice.] Vel à Sabinorum lingua, qui februum, purgamentum dicunt. Varro de vita pop. Rom lo eorum enim sacris liba quum sint facta, incerni solent farris semine, ac dicere se ea februare: id est pura facere. ¶ Hinc Februarius mensis dictus est, quòd tùm: id est, extremo anni mense, populus februaretur: id est, purgaretur. Per duodecim enim dies continuos Februarii celebrabantur februa: hisque diebus pro imperranda mortuorum manibus quiete, omnis populus piaculis, sacrificiisque circa sepulchra accensis facibus cereisque intentus erat. [אדר adhár. Φεβρουάριος. Gal. Le mois de Fevrier. Ital. Febraro mense. German Reinigen/freberen. Hisp. El mes de Hebrero. Polon. Luty. Vngar. Böjt elő ho. Ang. The moneth Februarie.] Et Iuno Februata, sive Februalis, quòd ei hoc mense sacra fiebant ejusq; feriæ erant Lupercalia.

Februă orum, n. s. Dicebantur quæcunque purgamenti causa in quibuscunque sacrificiis adhibebantur. καθάρματα. Plin. Vulgata priscis temporibus opinio obtinuit, Februa esse omnia quibus malefactorum conscientiæ purgarentur, delerenturque peccata, aut manes defunctorum placidi redderentur. Ovid. 2. Fast. Februa Romani dixêre piamina patres: Nunc quoq; dant verbo plurima signa fidem. Et paulò pòst: Deniq; quodcunq; est quo corpora nostra piantur, Hoc apud intonsos nomen habebat avos.

Februŭs, Dictus est Pluto, vel Dis pater, inferorum Deus, quòd ei mense Februario sacrificaretur. ᾅδης. Vide Macrob. libr. 1. Saturn.

Fĕcĭālēs, m. t. Dicti à faciendo, (ut autor est Festus) quòd belli pacisque faciendæ penes eos jus erat. [φετιαλεῖς. Germ. Herolden. Pol. Possel ktori woiue albo pokoi opowieda.] Neque enim licebat bellum inferre nisi hi & justa causa susceptum declarassent, & priùs indixissent. Varro, & priusquam indiceretur bellum iis à quibus injurias factas sciebant, feciales legatos res repetitum mittebant quatuor, quos Oratores vocabant. Cicer. 7. Verr. Habemus hominem in fecialium manibus educatum: unum præter cæteros, in publicis religionibus fœderum sanctum ad diligentem.

Fĕciālĭs, & hoc feciale, adjectivum, Quod ad feciales pertinet. Cicer. 1. Offic. Belli quidem æquitas sanctissimè feciali populo Romano jure perscripta est.

Fĕl fellis, n. t. [מררה mererah. χολή. Gall Fiel. Ital. Fele. Germ. Die gall Belg. De gall. Hisp. Hiel Pol. Zolc. Vng. Epé. Angl. The gall.] Humor est flavus in corpore, in ima hepatis parte, in vesicula quadam contentus, quam cistulam fellis appellant. χολὴ ξανθὴ. Humor autem ipse à medicis flava bilis appellatur. Bilis autem atra est quam Græci melancholiam vocant, insaniam generans. Plaut. in Amph. Delirat uxor, atra bili percita est. Sed de bili suo loco dictum. ¶ Aliquando fel, quòd sit amarissimus humor, pro animi amaritudine ponitur. Plaut. in Trucul. In melle sunt linguæ sitæ vestræ, atque orationes: Corda in felle sunt sita, atque acerbo aceto. Linguis dicta dulcia datis, corde amarè facitis amatores si quid non danunt. ¶ Fel terræ, genus herbæ (quæ & centaurion, teste Plin. lib. 25. c. 6.) propter amaritudinem summam appellatur.

Fĕ lĕŭs, a, um. [χολώδης. Gal. De fiel. Ital. Di fello. Germ. Gallechtig/voe der Gall. Hisp. De hiel. Pol. Zolcsiasty Vngar. Epes. Ang Of gall.] Plin. libro 26. cap. 12: Sudores enim felleos movent: ἱδρῶτας χολώδεις.

Fēlĭs hujus felis, m. t. Animal quadrupes, quod domi alitur ad murium venatum, Vulgò Catus dicitur ab insigni astutia. [αἴλουρος, γαλῆ. Gall Vn chat. Italic. Gatto. German. Ein Katz. Belg. Eie katte ofte kater. Hisp. Gatto. Polon. Kotka. Vng. Matska. Ang. A cat.] Veteres enim catos dicebant eos qui cauti & astuti erant: unde etiam Catones primò volunt appellatos. Quod etiamnum apud Germanos in usu est: sic enim de astuto homine verba facientes, dicunt: Er ist ein listige Katz. Plin. lib. 10 c. 73: Feles quo silentio, quàm levibus vestigiis, quàm multo speculatu in musculos exiliunt: excrementa sua obruunt terra, intelligentes odorem illum, indicem sui esse. Varro libro 3: Omnes parietes tectorio lævigantur, ne felis aliáve bestia introire ad nocendum possit. Seneca libr. 20. epist. Quid est quare tàm pavonem, quàm anserem gallina non fugiat? ac tantò minorem eis, nec nondum cibi accipitrem? quare felem pulli timeant, canem non timeant? De animalis hujus natura sic scribit Aelian. l. 7. c. 40: Quemadmodum ex felibus mas est libidinosissimus, sic amantissima catulorum fœmina: quæ veneream idcirco maris consuetudinem refugit, quòd is calidissimum, ignisq; simile semen emittat genitale ut fœminam adurat. Ejusce rei mas non ignarus, communes catulos interimit. Hæc autem novorum catulorum desiderio permota, ejus libidini morem gerit. Quòd autem ab omni retro odore feles abhorreant, eo excrementa sua, fossa priùs facta, in terra occultant. Hæc ille. ¶ Sunt & feles feræ, domesticis aliquantò maiores, pelle nigris maculis variegata, ex quibus domesticum nostrum animal videtur propagatum. ¶ Feli crocoton, γαλῇ κροκωτόν, subaudiendum das, aut addis. Dici solitum, quoties honos additur indignis, & quos haudquaquam decet: aut quum datur quippiam iis, qui munere non norunt uti. Veluti si quis à musis alienissimo bellissimo donaret librum. Crocoton vestis genus est rotundæ ac fimbriatæ, qua divites ornabantur Matronæ. ¶ Minervæ felem, αἴλουρον τῇ Ἀθηνᾷ, subaudiendum comparas. Quum multò inferiora cum præstantioribus comparantur, quòd leviculа quadam in re conveniant. Quid enim habet Minerva dea cum fele, præter glaucoma oculorum? Refertur à Zenodoto & Suida.

Fēlix, icis penult, genitivi product. om. t. Prosper, beatus fortunatus. [מאושר ashéré. εὐδαίμων, εὐτυχὴς, μακάριος. Gal Heureux. Ital. Felice, fortunato. Germ. Gelig/glückselig. Belg. Salich/geluckfalich. Hispan. Bienauenturado. Polon. Szczesliwy, blogoslawiony. Vng. Boldog. Angl. Happie, blissed, luckie.] Virg. 3. Aeneid. Vivite felices, quibus est fortuna peracta Iam sua. ¶ Interdum propitium significat, qui scilicet alios felices reddit. Virg. 1. Aene. Sis felix, nostrumque leves quæcunque laborem. Vbi Servius: Felix, propitia. Felix enim dicitur & qui habet felicitatem, & qui facit esse felicem. Vnde & deos felices vel infelices dicimus ex rebus quas præstant. Idem in Daphnide: Sis bonus ô, felixq; tuis. ¶ Aliquando idem est quod utilis sive commodus. εὔχρηστος. Martialis: Illa meus quondam studiorum fida meorum, Et felix dominus, noratq; Cæsaribus. ¶ Aliquando pinguis, fœcundus, ferax fertilis, εὔφορος, εὔκαρπος. Virgil. 2. Georg. Exut ad cœlum ramis felicibus arbos. Martial. lib. 13: Hos Amiternus ager felicibus educat hortis. ¶ Hujus contrarium est Infelix, infortunatus, δυστυχής. Cic. 4 Philip. Si quis Reipublicæ sit infelix, is felix esse non potest. ¶ Accipitur pro adversario. Virg. 7. Aeneid. Ast ego magna Iovis conjunx nil linquere inausum Quæ potui infelix. Vbi Servius: Infelix: id est, adversa Trojanis. ¶ Aliquando pro sterili & infœcundo. Virg. Infelix lolium & steriles dominantur avenæ.

Fēlĭcĭtās, atis, f. t, Prosperitas beatitudo. [אשר óscher. εὐδαιμονία. Gal

Gall. *Bonheur, prosperité.* Ital. *Felicità, prosperità* German. Glückseligkeit/wolstand. Belg. Voorspoet/welvaert. Hispan. *Bienaventuranca, felicidad.* Polon. *Szczescie.* Vng. *Bodogsag.* Ang. *Happinesse, prosperitie.*] Cic. pro Fonteio: Videor hoc leviter vobis pro mea autoritate præcipere posse, ut ex eo genere homines, quorum Industria, virtus, felicitas cognita in re militari sit, diligenter vobis retinendos existimetis. ¶ Felicitas terræ, fœcunditas, fertilitas, apud Plin. in epist. *εὐφορία.* ¶ Erat & Dea apud Romanos hoc nomine, cui ad impetrandum prosperos rerum institutarum successus sacra fiebant. August. 4. de Civit. Quid felicitas? Dea est, ædem accepit, aram meruit, sacra ei congrua instituta sunt. ¶ Hujus contrariorũ est infelicitas. ¶ A' Deo felicitas, *Θεοῦ δὲ δώροις εὐτυχοῦσι βροτοί*: id est, felicitas datur Deûm homini munere. Vt res nostræ benè cedant, id nobis situm non est sed à superûm arbitrio pendet. Hominum est conatus, Dei est eventus. ¶ Felicitas multos habet amicos, *εὐτυχία πολύφιλος.* Finitimum est illi, *τοῖς εὐτυχοῦσι πάντες εἰσὶ συγγενεῖς*: id est, felicibus cognatus est vel quilibet. Notior est sententia quàm ut requirat interpretem.

Felicĭtĕr, adverbium, Prosperè, beatè, fortunatè [*εὐδαιμόνως, εὐτυχῶς.* Gall. *Heureusement.* Ital. *Felicemente.* German. Glücklichen/oder glückseligklich. Belg. Gelückelyck. Hispan. *Bien aventurada y fertilmente.* Pol. *Szczesliwie.* Vngar. *Bodogul* Angl. *Prosperouslie, happelie, with good lucke.*] Cic. 3. de Finibus: Necessariò sequitur omnes sapientes semper feliciter, absolutè, fortunatè vivere, nulla re impediri, nulla re prohiberi, nulla egere. Plaut. Mercat. Feliciter is sapit, qui alieno periculo sapit. Virg 1. Georg. Hic segetes, illic veniunt feliciùs uvæ.

Fēlīcĭto, as pen. corr. Felicem ac beatum facio. [אשר *ischscher.* *εὐδαιμονίζω.* Gall *Rend e heureux, fa re heureux.* Ital. *Felicitare, far felice.* German. Glückselig machen. Hispan. *Hazer bienaventurado.* Polon. *Szczesliwim czinie.* Vngar *Meg bodogitom.* Ang. *To mak happie.*] Huic opponitur Infelicito: hoc est, bonis omnibus spolio, infelicem reddo de quo suo loco.

Felles, virginalis, à Plauto dicitur, virginum raptor, à fellis rapacitate. Sic felles pullaria, raptor est puerorum & corruptor. Nam veteres pueros etiam pullos vocabant. Auson. in Marcum pullariam: Quid Marcus? felles nuper pullaria dictus.

Fēllĭco, as Lac exugo. [ינק *janák.* *θηλάζω.* Gall. *Tetter.* Ital. *Tettare poppare.* German Aussaugen/oder aufmelcken. Hisp. *Mamar leche.* Polon. *Vnie wissiwam.* Vngar *Szopok.* Angl. *To sucke milk out of a dugge.*] Solin. in Collect. Nequaquam mater pullo præbet ubera fellicanda. Fortassis legendum *vellicanda.* Apud Nonium est fellare pro exugere. Varro: Tum eum ad quem veniunt in hospitium lac humanum fellasse.

Fellicones, homines mali & nullius usus.

Fēmĕn, minis, n. t. Sumitur in eadem significatione qua femur. [ירך *jarech.* *μηρός.* Gal. *Le dedans de la cuisse.* Ital. *La parte dentro de'la coscia che si tocca con l'altra.* German. Das inner theil der dicke an schenckelen eben an der scham. Hispan. *El muslo por la parte de dentro.* Polon. *Ladzwice.* Vngar. *Agyék.* Angl. *The inner parte of the thigh.*] Propriè tamen femina, teste Vallo lib. 4: sunt interiores partes: femora, exteriores: femina posteriores: femora anteriores. Plinius libro 11. sic de apibus scribit: Prioribus pedibus femina onerant propter matura scabra. Et lib. 28: Femina, inquit, atteri adurique equitatu, notum est. Feminina enim interiora equitando atteruntur, non exteriora. Lucret. lib. 4: ideo fastigia posse Surarum ac feminum pedibus fundata plicari. ¶ Hinc Apulejus finxit vocabulum, Interfemineum, pro pudendis mulieribus, veluti positis inter femina. Colum libro 7: Vtile quoque & sub femina manum subjicere, ne ad hujusmodi tactum postmodum pavescant. ¶ Existimat Servius femen in nominativo non reperiri. Priscianus docet esse in raro usu. ¶ Femina etiam inferiores partes significant. nam à flexu dicta videntur. Vbi igitur junctura cum flexu pedis est, femina dicuntur. Plaut. in Asin. Sed tamen tu nempe eos asinos prædicas, vetulos, claudos, quibus obtritæ ad femina erant ungulæ. Columella libro 6: Femina secari, & interdum inuri solent.

Fĕmĭnālĭa, Tegumenta feminum, & subligacula. [*περιζώματα,* Gall. *Le dedans de la cuisse.* Ital. *La brache.* Germ. Bad chet/schurtztuch mit welchen die Weyber ihr scham bedecken. Hispan. *Bas bragas* Polon *Far uch.* Vngar. *Gatya, berche, also ing, (anagy) ing kebél.* Ang. *Breeches or ower stockes*]

Fĕmur, oris, n. t. quod & Femor dicitur secundum Phocam à ferendo, quòd his præcipuè partibus sustineatur animal, atque feratur. [ירך *jaréch.* *μηρός.* Gal. *La cuisse, ou le dehors de la cuisse.* Ital. *Il difuor de la coscia.* German. Die auswendige dicke des Schenckels/ von oben herab biß auff die knie. Belg De dye. Hispan. *El muslo por la parte de fuera.* Polon. *Hud.* Vngar. *Agyék czom.* Ang. *The outwarde part of the thight, the hamme.*] Vide latiùs in dictione FEMEN. Plaut. in Mil. Ecce autem advortit, nixus læva, in femore habet manum: Dextera digitis rationem computat, feriens femur dexterum. Liv. 4. bel. Pun. Scipionis femur tragula confixum.

Fĕmŏrā lĭā n. t. femorum tegmina, subligaculum, [מכנסים *michnesajim* *περιζώματα.* Gall. *Des brayes, haut de chausses* Ital *Brache.* Germ Ein Bruch/Niderkleid. Belg Opperbroeck. Hispan. *Las bragas, caraguelles, muslos de calcas.* Polon. *Spodnice, famulary.* Vng. *Nadrág, be he gat a.* Ang. *Slopes or ower stockes, breeches.*] Sueton. de Augusto. Quare quassato corpore neq; frigora, neq; æstus facile tolerabat: hyeme quaternis cum pingui tota tunicis, & subucula, & thorace laneo, & femoralibus, & tibialibus muniebatur. Legitur & *feminalibus.*

Fĕnĕstrā, stræ, f. p. Locus apertus ad lumen accipiendum [חלון *challon.* *ἀπὸ τοῦ φαίνειν*, lucere. *θυρίς.* Gall. *Fenestre.* Ital. *Fenestra.* Germ. Ein Fenster/Tagloch. Belg. Venster. Hispan. *La finiestra ò ventana.* Pol. *Okno.* Vngar. *Ablak.* Ang. *A window.*] Ovid. Quà lumen thalamis, parva fenestra dabat. ¶ Interdum ponitur pro aditu, & via, & occasione. Terent. In Heaut. Hui quantam fenestram ad nequitiam patefeceris.

Fĕnĕstrĭnŭlă. Parva fenestra. [Polon. *Okienko* Vng. *Ablakocska*] Hieron. Si autem una vel plures fenestinulæ, juxta dispositionẽ Episcopi Et per detractionem mediæ syllabæ, fenestra, quod est ostium parvum in sacrario, ut ait Macrob.

Fĕnĕstĕlĭă, & Fenestricula diminutiva sunt à fenestra. [*θυρίδιον.* Gall. *Petite fenestre* Ital. *Fenestretta.* Germ. Ein fensterlein. Hisp. *Pequenna finiestra.* Pol. *Okienecsko.* Vng *Ablakocska.* Angl. *A litle window*] Colum. li. 1. cap. 1. Granaria modicis fenestellis Aquilonibus inspirentur.

Fĕnĕstro, as: [*θυριδόω, θυρίδας ποιῶ*, Gall. *Faire fenestres & ouvrir quelque chose.* Ital. *Aprire qualche cosa, far una finestra.* Germ. Ein Fenster machen/ein Tagloch machen Hispan. *Abrir alcuna cosa, hazer finiestras.* Polon *Oknoczinie.* Vngar. *Ablakotnyitok, csinálok.* Angl. *To mak windowes.*] Plin. lib. 11. cap. 37: Media oculorum cornea fenestravit pupilla.

Fĕnĕstrātŭs, ta, tum, Fenestris ornatus & abundans, perforatus, [*πολύθυρος, θυρωτός.* Gall. *Percé & fenestré.* Ital. *Aperto, fatto à fenestre.* German. Durchfenstert/oder das Fenster hat. Hispan. *Cosa con ventanas y finiestras.* Pol. *Ten ktori pel okien iest.* Vng. *Ablakos, ablakkal bondolkodo.* Angl. *That hath windowes, bored through.*] Plaut. Nulla est fenestratior domus.

Fĕnĕstrālĭs, pen. prod adjectivum. [*θυρίδιος, ὁ τῆς θυρίδος.* Gall. *De fenestre.* Ital. *Cosa de finestra.* German. Das zu den Fensteren gehört/ oder von Fensteren den nammen hat. Hisp. *Cosa de finestra.* Pol *Okienny.* Vng. *Ablak izabásu.* Angl. *Of windowes.*] Vt, porta fenestralis. Ovid. 6 Fast.

Fĕnĭcŭlum, Vide FONICULUM.

Fĕrābĭtēs, penult. prod dicitur agrestis: [Vngar. *Mezei.*] Sisenna apud Nonium, partim ferabite, partim lauro ac pinu abundant.

Fĕræ, arum, f. p. A' ferendo dictæ sunt, quòd cum impetu, & sine ratione ferantur: aut quòd naturali utantur libertate, & pro desiderio ferantur. [חיה *chajiah.* *θῆρες.* Gall. *Bestes sauvages.* Ital. *Fiere, bestie salvatiche.* Germ. Wilde Thier. Belg. Wilt gedierte. Hispan. *Las bestias bravas y fieras.* Polon *Dzikie zwierzeta.* Vngar. *Vadak.* Angl. *Wilde beastes.*] Propriè autem feræ dicuntur quæ ferocitatem habent: ut leones, pardi, lupi, quæ ubi mansuefactæ sunt, cicures appellantur Ovid. in Epist. Adriad. Mitiùs inveni quàm te genus omne ferarum. Idem 2. Metam. Vastarumque videt trepidus simulacra ferarum. Quinti, lib 1. cap. 10: Non feras modò, sed saxa etiam sylvasque duxisse memoriæ proditum. ¶ Interdum feræ significatio latiùs extenditur, ut omnia feræ bruta terrestria complectantur. Cicero 1. Offic. Expertes rationis & orationis feræ. ¶ De fera comedisti, *ἄγριον βέβρωκας.* Dicebatur olim oscitanti. Nam vulgò creditum, carnem ferinam comesam crebras oscitationes excitare. Venustius erit, si commodè transferatur ad supinos, oscitabundos, & negligentes.

Fĕrīnŭs, a um, pen prod. Feralis, quod est ferarum. [*θήρειος, θηριώδης.* Gall. *De beste sauvage, comme beste sauvage.* Ital. *Ferino* German. Thierisch/das von wilden Thieren ist/ oder ihnen gleich ist. Hisp. *Cosa pertenenciente a fiera.* Polon. *Zwierzecy, dziky.* Vngar. *Vadi, vadhoz valo.* Angl *Of a wilde beaste, resembling a wilde beaste.*] Apulejus: Ferino, ac belvino ritu. Salust. in Iugurth. Getulis cibus erat caro ferina Ibidem. Numidæ plerunq; lacte & ferina carne vescebantur. Colum. lib. 10. in Prooem. Largior tamen pauperibus fuit usus lactis copia, ferinaque, ac domesticarum pecudum carne. Cic. 1. de Invent. Nam fuit quoddam tempus quũ in agris homines passim bestiarum more vagabantur, & sibi victu ferino vitam propagabant. ¶ Ferina absolutè aliquando usurpatum: & subintelligitur caro. Virg. 1. Aen. Implentur veteris Bacchi, pinguisq; ferinæ.

Fĕrŭs, a, um, Agrestis, & indomitus. [פרא *pere* פירר *forér,* *ἄγριος.* Gall. *Sauvage, farouche, cruel.* Ital. *Fiero, selvatico, indomito.* Germ. Grimm/wild/grausam Hispan. *Fiero, bravo y cruel.* Pol *Srogy, okrutny, dziky.* Vngar. *Kegyetlen.* Ang. *Wyld, cruell, fierce.*] Cui opponitur cicur: & per translationem atrox, sævus, qui ferinum animum habet, vel qui durioris est vitæ. & animi crudelioris. Virgil. 2. Aen. ferus omnia Iuppiter Agros Transtulit. Cic. ad Attic. lib. 12: O' fera tempora, quum dubitet Curtius consulatum petere. A' ferus componitur Semiferus, pen. corr. Vnde semifera dicuntur animalia, quæ ex fero placidoq; nascuntur, ut ex apro & sue: aut certè quæ nec placida nec fera sunt, sed mediæ inter utrunque naturæ, ut in volucribus hirundines: in campo lepores, cuniculi: in mari: delphini. Perferus, valdè ferus *ὑπεράγριος.* Varro lib 2. de Re rust. Boves perferi etiam nunc multi sunt in Dardania, & Media, & Thracia ¶ Et per translationem, fera ulcera, fera scabies, feræ papulæ, quæ manu chirurgica non possunt perdomari.

Fĕrĭtās, tatis, f. t Immanitas, naturæ asperitas: cui contraria est mãsuetudo [*ἀγριότης.* Gal. *Farouche & sauvage maintient, brutinesse*

& cruauté sauuage. Ital *Fierezza, crudeltà* German. Wilde/ grimmigkeit/ grausamkeit Hispan. *Fiereza, braueza, ò crueldad.* Pol. *Srogość okrutność.* Vngar. *Kegyetlenség* Angl. *Wyldnesse, crueltie, fiercenesse.*] Cæsar 8. bell. Gall. Cultu & feritate non multùm à Germanis differebant. Mart. lib 1: Postquam inter nos est, plus feritatis inest. Liv. 4. bell. Maced: Lacetanos deviam, & sylvestrem gentem cum insita feritas continebat in armis, tùm, *&c.* Ovid. 4 Fastorũ: Deposita sequitur taurus feritate juvencam, Quem toti saltus, quem nemus omne tremit.

Fĕrālĭă, orum, n. f. Feriæ erant Romanis, diis Manibus sacratæ: ita dictæ à ferendis ad tumulum epulis. [νεκύσια, ἐναγίσματα. Gall. *Iour dedié és morts.* Ital. *Giorno dedicato ad offitij mortorij.* Ger. Feyrtag bey den Heyden/ den lieben Seelen zu ehren/ aller Seelentag. Belg. Alder Sielen dach. Hisp *Dia con sagrado à los muertos* Pol. *Dzien dusziczek, dzien swego naradzenia.* Vng. *Halottoknak szentelt napiky.* Angl. *A-soules day, a day dedicated to godlie for the dead.*] Ovid. 2 Fast. Hanc quia justa ferunt, dixêre Feralia lucem, Vltima placandis Manibus illa fuit. Cic. Attic. lib. 7: Eodem enim die video Cæsarem à Corfinio post meridiem profectum esse: id est, feralibus, quo Canusio mane Pompeium.

Fĕrālĭs, le, adjectivum, Funestus, dirus, exitialis: à feralibus diebus, quibus epulæ in mortuorum sepulchra inferebantur. [θανατηφόρος, νεκρικὸς, ὀλέθριος. Gall. *Mortel, pestifere, pernicieux.* Ital *Mortale, crudele.* German. Das zu der todten Feyrtag gehört/ tödtlich/ tödtlich/ grausam. Hisp. *Mortal, cruel.* Polon. *Dzien spplakania umarlic.* Vngar. *Iszonyu, veszedelmes.* Ang. *Deadlie, mortall.*] Virg. 4. Aeneid. Solàque culminibus ferali carmine bubo Visa queri. Generaliter dicitur de omni re ad defunctos pertinente. Vnde Ferales vittæ, quæ sunt funeri accommodatæ. Feralia amicula, sunt vestimenta quibus cadavera defunctorum vestita sepulchro conduntur. Feralia fœdera. Tedæ ferales, & arma feralia: hoc est: mortifera. Feralia officia, quæ inferis & defunctis exhibentur. Feralis cultus, pro funebri, & lugubri. Feralis item arbor. Plin. lib. 16 cap. 10: Picea montes amat, atque frigora, feralis arbor, & funebri indicio ad fores posita. Et ferales præcones, quos ante ambulones atratos Latinè appellare possumus, ex quorum grege sunt funerum indictores. Budæus.

Fĕrāx, Ferculum, Vide FERO.

Ferbĕo, bui, n. f. Bullio. [ζέω. Polon. Wram. Vngar *Forrok, buzgok.* Ang. *To buble as water in seething.*] Horat. 1. Carm. Velatumque stola mea cum deferbuit ira. Vnde & Ferbesco, scis. ¶ Hujus composita sunt Deferbeo, quod est à bulliendo cesso. Gellius propriè: Puer interea venerat, & olla deferbuerat tempusq; esse cœperat edendi. Efferbeo, ἀναζέω. Extrà & valdè bullio. Vide FERVEO.

Fĕrē, adverbium, Fermè, propè, propemodum, penè: [כמעט chimhat, σχεδὸν, μικροῦ, σχεδόν. Gal. *Pres que, il ne s'en faut guere* Ital. *Quasi* German Schier/ barnach Hisp. *Quasi, ò poco mas ò menos.* Polon. *Bezmala.* Vngar. *Mald, ssahpeni.* Ang *Almost.*] ut, Fere hominem occidisti: id est, parum abfuit, quin hominem occideris. ¶ Ferè, pro plerunque. Terent. Phorm. quippe homo jam grandior, Pauper, cui opera erat, ruri ferè sese continebat: id est, non semper, sed plerunque. Quintilian. lib. 2. cap. 5: Nam in omnibus ferè minùs valent præcepta quàm experimenta. ¶ Interdum in oratione ita construitur, ut intelligatur quædam universitas πᾶν. Quintil Hæc ferè sunt emendatè loquendi scribendique partes. Id est, ferè omnes. Cic. de Amic. Memini in eum sermonem incidere qui tùm ferè multis erat in ore. Id est, ferè semper, vel ferè omnibus. ¶ Ferè (inquit Valla lib. 2.) de loco, de tempore, similibusque dicitur, ut, utor ferè hac veste in faciendis sacris. Id est, omni ferè tempore. Ferè Romani orbem subegerunt. Id est, ferè totum orbem. Ferè fit ut juvenes ament. Id est, ferè ubique. Livius 1. ab Vrbe: Contrahit celeriter similitudo eos (ut ferè fit) malum malo aptissimum.

Fĕrĕtarĭi, Vide FERO.

Fercola læ, Vitis cujusdam genus est, apud Colum lib 3. cap. 2: Irtiolam (*inquit*) fereolamq; non facilè asseverem quo gradu habendæ sint.

Feretrum, Vide FERO.

Fĕrĭæ, arum, f p. Dies cessationum ab opere: ita dicti vel à feriendis victimis, vel ab epulis ferendis: in his enim epulæ fiebant ex pecorum frugumque proventibus. [עצרת hatser. th שבתון shabbath חג chagh. ἑορταί, πανηγύρεις. Gall *Feries, festes, iors de feste.* Ital. *Ferie, giorni quieti,* Germ Feyrtag/ Festtag. Belg. Viersdach Hispan. *Las fiestas dias de guardar.* Pol. *Swieto dzien wolny od prace.* Vngar. *Innepek.* Ang. *Holy dayes, dayes vacant frome labour* [Cic 2. de Legibus: Feriis jurgia amovento. Festus: Ferias antiqui festa vocabant & aliæ erant sine die festo, ut nundinæ: aliæ cũ festo, ut Saturnalia: quibus adjungebantur epulationes ex proventu fœtus, pecorum frugumque. ¶ Feriarum autem apud Antiquos multa erant genera quæ polluit dicebantur, si in his aliquo opus fieret. Erat enim inter ferias aliæ publicæ, aliæ familiis quibusdam propriæ. Feriarum publicarum quatuor erant genera, ut docet Macrobius libro 1. Saturn cap. 16: Stativæ, universo populo communes. quæ certis & constitutis diebus fiebant in quibus præcipuè servabantur Agonalia, Carmentaria, Lupercalia. Conceptivæ quæ quotannis à magistratibus vel sacerdotibus concipiebantur in certos sive incertos dies ut sunt Latinæ, Sementinæ, Paganalia, Compitalia. Cicero 1. de Natura deorum: Nam quum feriis Latinis ad eum ipsius rogatu, accersituque venissem. Imperativæ, quas Consules vel prætores pro arbitrio indicebant extra ordinem pro salute Reipublicæ aut principis, aut ob rem fœliciter gestam. Nundinæ paganorum erant ac rusticorum, quibus ad negotia & merces conveniebant. Erant prætereà propriæ familiarum feriæ quas quæque familia ex usu domesticæ celebritatis observabat, ut Claudiæ feriæ & Aemeliæ. Item singulorum, ut natalium dierum, quæ Natalitiæ dicuntur, & fulgurum & funerũ expiationes. ¶ A' feriis festi dies dicti sunt Feriati: hoc est, in quibus feriæ celebrabãtur. ¶ Ignavis semper feriæ sunt, ἀεργοῖς ἀεὶ ἑορτή. Aptè accommodabitur in eos, qui nunquam non santur aliquid quò sint in otio, quiq; optant dies festos, quò liceat otiari, ventriq; & voluptatibus indulgere.

Fĕrĭo, & Fĕrĭŏr, aris, d. p. Vaco ab opere cesso, quiesco. [שבת schabáth חג chagh. σχολάζω, σχολὴν ἄγω. Gall. *Cesser, se reposer, fester, ne faire rien* Ital. *Far feria, far vacanza.* German. Feyren. Belg. Vieren Hispan. *Guardar sin obra la fiesta.* Polon *Swieće, odpoczywam.* Vngar *Innepelek, henyélek (avagy igazban) lesenni deakoknyugszom.* Angl. *To keepe holy day to vnoccupied.*] Vacare ab aliquo operè vel studio. Vt feriari ab studiis. Trebon. ad Cicer. lib. Epist. 12.

Fĕrĭātŭs, a, um, Quietus, otiosus, nihil agens. [שובת schobeth חוגג choghegh. σχολαῖος. Gal *Qui fait la feste, qui ne fait rien, qui est oiseux.* Ital *Otioso che non fa nulla* German Gefeyret/ müssig. Hisp *El que es de fiesta, ocioso y sin obra.* Pol. *Prozniak.* Vngar. *Innepló.* Angl. *That keepeth holy day, idle.*] Trebonius Ciceroni: Illud quoq; nobis erit curæ, ut Cratippus unà cum eo sit, ne putes in Asia feriatum illum ab iis studiis in quæ tua cohortatione incitatur futurum. Plautus in Mil. Tibi ego dico feriatus ne sis. Martialis. Nec feriatus ibat ante carucam. Cicero. 1 de Natura deorum: Deum sic feriatum volumus cessatione torpore. ¶ Feriati dies, in quibus feriæ aguntur. ἑορταί. Plin. in Epistol. Nam & menstruum meum Colendis Septembris finitur, & sequens mensis complures dies feriatos habet. Plin. lib. 18. cap. 6: Malum patremfamiliâs quisquis interdiu faceret quod noctu posset, nisi tempestate cœli: pejorem qui profestis diebus ageret quod feriatis deberet: pessimum, qui sereno die, sub tecto potiùs operaretur, quàm in agro. Contrà, Profesti dicuntur, qui feriati non sunt. ¶ Feriata machæra, Qua quis non utitur. Plautus Milite: hanc machæram mihi consolari volo Ne lamentetur, néve animum despondeat, Quia se jampridem feriatam gestitem, Quæ misera gestit fractum facere ex hostibus ¶ Malè feriatus: id est, Ignavus, inutili otio vacans, ait Budæus. Gellius libro 9. capite 12, ¶ Malè feriati Troës, Horat. 4. Carm, Ode 6.

Fĕrĭātĭcŭs, idem quod feriatus, vel festus: ut dies feriatici, pro feriati. [Vng. *Innepló*] Vlpian. L. 2 de feriis. Divus Marcus effecit de aliis speciebus Prætorem adiri, etiam feriaticis.

Fĕrĭo, ris, ire, sine præterito & supino. idem quod percutio. [הכה hichchâh חרץ charath. παίω, τύπτω. Gall *Ferir, frapper.* Ital. *Percuotere. ferire.* German Schlahen. Hisp. *Herir.* Pol. *Bije, uderzam.* Vngar *Megutóm meg verom* Ang *To strike or smite.*] Virgil. 9 Eclog. Occursare capro, cornu ferit ille, caveto. Plautus in Amphitryone: Non tu scis Bacchæ bacchanti si vis advorsarier Ex insana insaniorem facies, feriet sæpiùs ¶ Ferire item, & sancire, firmare Vnde ferire fœdus dicimus. Virgil. 10. Aeneid. haud mora, Tarchon Iungit opes fœdusque ferit. Cicer. pro Domo sua: Sed uno tempore cautiores fiebant pecuniarum, fœdera feriebantur provinciarum. Origo harum locutionum inde tracta est quòd antiqui fœdus & pacem solenni pompa cum hostibus ineuntes, porcam saxo silice feriebant, id constat ex lib. 1. Livii, ubi vetustissimi fœderis ritus describit. ¶ Ferire item pulsare est, κόπτειν Plautus in Amphitryone: Feriam fores, aperite. Ferire jugulum, est inferre mortem, jugulare. ¶ Ferire munere, est mulctare munere, seu munus emungere. Terentius Phorm. Porrò autem Geta ferietur alio munere, ubi hera pepérit: Porrò autem alio, ubi erit puero natalis dies. ¶ Spectris feriuntur oculi, Cic. Cassio lib. 15. Epist. Ferire aures, pro excitare Quintil. lib. 9 cap. 3 Quæ etiamsi fuerint crebriores, aures consuetas minùs ferient. ¶ Hujus compositum est Referio, quod est repercutio. ἀντιπλήσσω. Plaut. in Asin. Patitor tu idem quum ego te referiam.

Fĕrĭo ferias, Vide FERIAE.

Fĕrĭtās, Vide FERUS.

Fĕrmē, adverbium. Ferè, penè, propè, propemodum. [כמעט c'imhát σχεδόν. Gall. *Presque, peu s'en faut, à peu pres.* Ital. *Quasi, poco meno.* Germ Schier/ garnach. Belg Bicans. Hispan *Quasi ò poco mas ò menos.* Polon. *Bezmala* Vngar. *Maid, ssakiem.* Angl. *A most.*] Terent. in Andr. Iam fermè moriens me vocat: id est quum parùm abesset, quin moreretur ¶ Ponitur quandoque pro facilè. ῥᾳδίως. Terent. in Andria: Fidelem haud fermè mulieri invenias virum. Vbi Donatus. Fermè pro facilè posuit: fermè facilitatem significat: quia sunt adverbia extenuationis. Plaut. Pœnul. Facio quod manifestè deprehensi mœchi haud fermè solent.

Fĕrmēntum, ti n. f Farina quæ subigitur priusquam addatur sal ad pultis modum decocta, & relicta donec acescat. [שאר seor ζύμη, ζύμωμα. Gall *Levain.* Ital *Fermento levito.* German. Hebel/ sawrteig. Belg Hevel/ suerdeech. deesem Hispan. *Levadura.* Polon. *Kwas.* Vngar. *Kowász.* Ang. *Leauen or sower dowgh.*] Dictum

dum quòd fervendo crescet. Plinius libro 18.cap.7: Spuma ita concreta pro fermento utuntur. Iacere in fermento, ἐν τῷ ζύμῳ κεῖσθαι, per translationem dicebantur qui animo essent ægro, quique iracundia turgerent. Plaut. in Merc. Nam mea uxor propter illum tota in fermento jacet: id est, inflata est & irata. Idem in Cas. dii te servassint mihi. Nunc in fermento est, ita turget mihi: Ardepol ego illam mediam diruptam velim. ¶ Fermentum translatum ad terram, id significat, quod glebas resolvit, tumidamque terram ac raram reddit: quemadmodum consperfionem rarefacit fermentum. Colum. lib. 3 cap. 11: Petrum quod superest inferioris soli rastris licet effodere, & in fermentū congerere atq; componere. Idē lib. 4. cap 1: Repastinata humus, dum est recens, soluta, laxataque, velut fermento quodam intumescit.

Fĕrmēnto, as, act. n. Fermento misceo, seu crescere facio. [חמץ chamáts. ζυμόω. Gall. Mettre du levain, faire lever ou enfler la paste, assaisonner de levain. Ital. Far levitar la pasta. German. Hebeln/ Versewen. Belg. Hevelen/ seueren. Hispan. Leudar. Polon. Kwasic. Vngar. Meg kovaszatom, meg eleszthom. Ang. To leven, to mixe leaven with dowe.] Plin. Quum fieret panis hordeaceus circulæ farinæ admistione, fermentabatur. ¶ Transfertur etiam hoc verbum ad terræ culturā, quæ tunc fermentari dicitur, quum rara fit & spissæ illæ glebæ resolvuntur & augentur, & veluti inflantur: quemadmodum consperfio: hoc est, farina illa subacta, & in massam redacta intumescit, addito fermento. Varro lib. 1. de Re rustic. cap. 38: Stercus optimum scribit esse Cassius volucrum, præter palustrium, ac nantium. De hisce præstare columbinum, quòd calidissimum sit & fermentare possit terram. Colum. lib. 2. cap. 15: Maximè tamen columbinum probamus, quòd modicè sparsum, terram fermentare comperimus. Quo in loco nonulli exposuerunt *fermentare* pro *stercorare & pinguefacere*, quòd viderent Columellam de stercore columbino loqui, quo agrum pinguiorem reddi credunt. Sed eam non esse mentem autoris ex diversis ejus locis facilè potest deprehendi. Ita enim habet lib. 4. cap. 1: Quid quod repastinata humus, dum est recens soluta, laxatáque, veluti fermento quodam intumescit: quum deinde non longissimam cepit vetustatem, rond ensata subsidit? Quo in loco vocat terram fermento intumescentem, quam alibi vocat fermentatam. Pro eodem etiam dixit Humum resolutam, eique opposuit densam libro 2. cap. 2: Sed ex his nihil non melius resoluta humo quàm densa provenit. Quod noster quoque Virgilius: quum & alias fœcundi arvi laudes retulisset, adjecit: Et cui putre solum: nanque hoc imitatur arando. Neque enim aliud est colere quàm resolvere & fermentare terram. Ex quibus Columellæ verbis clarissimum est fermentare terram, nihil aliud esse, quàm diligenti cultura, pectinatione, sic etiam calidis stercoribus, quale est columbinum, terram putrefacere, resolvere, & rariorem reddere.

Fĕrmēntēscĕrĕ, Est crescere, & rarescere addito fermento: & propriè de pane dicitur. [חמץ bat ek ζυμοῦσθαι. Gall. Estre levé ou enflé de levain, s'enfler ou lever comme la paste. Ital. Levitarsi, enfiare. Germ. Auffgehn oder geschwellen von dem saurteig. Hispan. Leudarse. Polon. Wyrastanie ciasta od kwasu. Vngar. Meg kelni, meg dagadni. Ang. To swell ylevaen.] Quen vis etiam ad terram transferatur quæ tunc fermentescere dicitur, quum densitas illa glebarum rarefit, & resolvitur. Plinius libro 28 cap. 8: Quum teretur inter digitos fermescens. Idem lib 17 cap. 2: Tellus quoque illo modo fermentescit, & sucis plena, ec lactescentibus satis non effœta, quum tempus aperit tepidis arridet horis.

Fĕro, fers, tuli, latum, Propriè significat porto: [נשא nasa סבל sabál. φέρω. Gall. Porter. Ital. Portar. German. Tragen. Hisp. Llevar ò traer. Polon. Niosse. Vngar. Viszek, hozok. Ang. To carie, to beare.] Virg lib. 5. Aen. Vix illam famuli Phegeus Sagarisque ferebant. ¶ Facit etiam præteritum tetuli, ut apud Terent. teste Diomede lib 1. Grammat. Huc tetulissem pedem. ¶ Aliquando tolero, patior. Terentius in Heauton. Nam quem ferret, si parentem non ferret suum? ¶ Aliquando duco, dirigo. ἄγω. Liv. libro 1. Pergit ad proximam speluncam si fortè eò vestigia ferrent. Virgil. 6. Aeneid. Hinc via tartarei quæ fert Acherontis ad undas. ¶ Sæpè etiam accipitur pro dicere, præsertim in tertiis personis. λέγειν, ut, Sic ferunt homines: hoc est, sic loquuntur, aut dicunt. Tacit lib 15: Ex Caio Cæsare se genitum ferebat. Livius lib. 1 ab Vrbe: Faustulo fuisse nomen fertur. Cic. de Amicit. Quod Tarquinium dixisse fertur tùm quum esset exul. Virg. 1 Aeneid. Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam Posthabita coluisse Samo. ¶ Aliquando exhibeo. Virgil. 3. Aeneid. Sacra Dionææ matri, divisque ferebam. ¶ Aliquando concupisco γλίχομαι, ἐπιθυμέω. Salustius in Catil. Tunc Catilina polliceri tabulas novas, proscriptiones locupletum, magistratus, sacerdotia, rapinas, atque alia omnia quæ bellum & libido victorum fert. Lucanus lib. 1. Fert animus causas tantarum exponere rerum. Ovid. 1. Metamorphos. In nova fert animus mutatas dicere formas Corpora. ¶ Aliquando extollo, αἴρω. Salust. Consulares omnes itemque Senatus magna pars sententiam ejus laudant, virtutem animi ad cœlum ferunt. ¶ Aliquando gigno, produco. φύω. Virgil 11. Aen. Si duo præterea tales Idæa tulisset Terra viros. ¶ Aliquando habeo. Virgil. 5. Aeneid. Ferre sui dederat monumentum & pignus amoris. ¶ Aliquando affero. Virgil. 11. Aeneid. Legati responsa ferunt. ¶ Aliquando confero, συμφέρω. Virgil. 5. Aen. quibus acer Eryx in prælia suetus Ferre manum. ¶ Aliquando disturbo. διαφέρω. Virgil. lib 1. Aen. Quippe ferant rapidi secum, verrantque per auras. ¶ Aliquando ostento ἐνδείκνυμαι. Virgil. 11. Aen. captivo sive ut se ferret in auro, Venatrix. ¶ Aliquando consulo: χρηματίζω, ut Pompeius tulit ad populum. Sic ferre ad Senatum, est Senatum aliqua de re consulere. ἀναφέρειν εἰς τὴν σύγκλητον. ¶ Aliquando aufero ἀποφέρω. Virgil. in Daphnide: postquam te fata tulerunt. Idem 9. Eclog. Omnia fert ætas: id est, aufert. ¶ Aliquando refero, seu recipio. Terent. in Adelphis: Pro labore ab his fero odium: id est, φέρω, ἢ φέρομαι φθόνον. ¶ Aliquando assequor. Terentius in Eunucho: Hoc si effeceris, quodvis donum & præmium à me optato, id optatum feres. Et in Adelphis: Ni faciant quod illos æquum est, haud sic ferent: id est, obtinebunt. ¶ Quòd si cum hoc verbo, præ me, præ te, vel præ se, addatur, significat dicto, vel facto, vel gestu aliquid ostendo, confiteor. δηλόω, ἐνδείκνυμαι, ut, Præ te fers iram. Quintil. Fiduciam igitur præ se ferat orator, semperque ita dicat tanquam de causa optimè sentiat: id est, ex ipso aspectu oratoris, ex ipsa voce, ex ipsa oratione eluceat fiducia: quemadmodum qui pugnaturi sunt, in vultu & gestu indicant tacitam vel formidinem vel fiduciam: hoc est, præ se ferunt fiduciam, formidinémve. Cic. Nam ille qui accipit injuriam meminit & præ se fert: id est, se mentem persequendæ injuriæ habere ostendit. ¶ Ferre aures, est assuescere aëris varietati quæ obest. Virgil. lib 2. Georg. Quum semel hæserunt arvis aurasque tulerunt. ¶ Ferre tribum, ferre centuriam dicitur is qui tribum vel centuriam habuit sibi suffragantem. Cic pro Plancio: An tandem una centuria prærogativa tantum habet autoritatis, ut nemo unquam prior eam tulerit quin renunciatus sit? Idem 4. Philipp. An tùm quum es factus, unam tribum sine Curione ferre potuisses? Ferre suffragium est suffragari, judicare sententiam ferre. Cic. Attic. lib 1: Idemque refert ut universus populus in campo Martio suffragium de cæde P. Clodii ferat. ¶ Ferre sententiam, est pronuntiare. Cic. pro Cluentio: Vos autem Iudices de hominum fortunis sententiam fertis. ¶ Ferre fortunam, pro uti χρῆσθαι τῇ τύχῃ. ¶ Ferre expensum, est id quod alicui dederis, in rationes referre. Cui opponitur referre acceptum, quod est, id quod acceperis ab aliquo, in rationes referre inter accepta. Qui plura ea de re nosse cupit, videat Adrianum Cardinalem, qui diligentissimè hæc explicuit. ¶ Ferre judicem alicui, pro judicio aliquem lacessere, & judicem offerre. Cic. pro Q. Roscio: Quem ego si ferrem judicem refugere non deberet, quum testem producam reprehendere audebit? ¶ Ferre conditionem pro offerre & præscribere. Cic. pro Quintio: Conditionem tuli, si vellet pecuniam petere, Quintium judicatum solvi, satis daturum. Idem pro S. R. Hanc conditionem misero ferunt. ¶ Ferre annos & vetustatem: sive perferre, dicuntur vina propriè: quod ad alia quoq; transfertur, & significat. Vetustate non exolescere. Quintil. lib. 2 cap. 2: Quare mihi ne maturitas quidem festinet, ac musta in lacum statim austera sint: sic & annos ferent, & vetustate proficient. Idem lib. 10. cap. 1: Paucos enim vel potiùs vix ullum ex iis qui vetustatem pertulerunt, existimo posse reperiri, qui judicium adhibentibus non allaturus sit utilitatis aliquid. Sumpta à vinis metaphora quæ non fugiunt. Fert natura. Id est, Per naturam licet. Cæsar 3. belli Civilis. ¶ Natura fert ut extrema ex altera parte graviter, ex altera autem acutè sonent. Id est, natura comparatum. Cic. in Somnio Scip. ¶ Composita sunt affero, aufero, antefero, confero, circumfero, superfero, transfero, quæ habent penultimam correptam.

Lātŏr, oris verbale, m. t. [נושא nose סבל sobel φορεὺς, κομιστής. Gal. Porteur. Ital. Latore, porta ore. Germ. Ein trager. Hispan. El portador. Polon. Tr gasz, ten ktori nosi. Vng. Hozo, vivo. Ang. A caryer or beare.] ut, Lator legis, qui & legislator uno verbo dicitur, ille est qui promulgavit, vel instituit, vel tulit legem. νομοθέτης. Cic. 2. de Natura deorum: Ferrétne civitas ulla latorem istiusmodi legis, ut condemnaretur filius, &c. ¶ Aliquando ponitur pro tabellario, γραμματοφόρος. Suetonius in Caligula: Quasi universa tradita insula magnificas Romam literas misit, monitis sæpè latoribus, vehiculo ad forum usque & curiam pertenderent. ¶ Latorius, Adject. ut Latoria lex Cic. 3. Offic. Atque iste dolus malus etiam legibus erat vindicatus, ut tutela 12. tabul. & circumscriptio adolescentium lege latoria. Quo in loco antiquissimi codices scriptum habent *lege Pletoria*, à Pletoro lata.

Fĕrāx, feracis, Fertilis fœcundus. [פורה poréh. εὔφορος. Gal. Qui porte & rapporte beaucoup, fertile de grand rapport. Ital. Fertile, fecundo, abondante. German. Fruchtbar. Hispan. Cosa fertil. Polon. Rodny, obfity. Vng. Termő, termékeny. Angl. Fertile, fruitfull, rancke.] Plaut. in Epidic. Nullum esse agrum opinor in agro Attico æquè feracem, quàm hic noster Periphanes. Colum. lib. 1. cap. 3. Nullus feracior & uberior locus &c. Plin. Vt tam ferax bonarum artium seculum videremur.

Fĕrācĭssĭmŭs superlativus, Fertilissimus. [εὐφορώτατος. Pol. Urodzaini. Vngar. Igen termes.] Plin. in Panegyrico: Tantis segetibus induebatur, ut cum feracissimis terris quasi nunquam cessura certaret.

Fĕrācĭtās, tatis, f. t. Fertilitas, fœcunditas. [שבע sobáh. εὐφορία. Gal. Fertilité, planté, abondance. Ital. Fertilita, abondanza. Germ. Fruchtbarkeit. Hispan. Fertilidad. Polonicè, Obfitość. Vngar. Termékenység.

Fermetség, tenyészés. Ang. *Fertilitie or fruitfulnesse.*] Colum.lib. 3. cap. 2: Vbi nihil erit, aut non multum quod proritet feracitatem, potiùs sequemur, *&c.*

Fĕrtĭlĭs, le, adjectivum, penult corr. Ferax. [פורח *porch* ἔφορ☉. Gall. *Fertile, abondans, de grand rapport.* Ital. *Fertile, abondante, grasso fructuoso.* Germ. Fruchtbar das viel tregt Hispan. *Fertile, abondante, fructuoso.* Pol *Vrodzainy.* Vng. *Termenis, tenyészö.* Ang. *Fertile or fruitfull, cancke.*] Colum lib. 4: Ve ex his partibus trunci sumātur, quæ & genitales sunt, & maximè fertiles Vberrimos, maximeque fertiles agros incolere. Cicero 1. de Divin. Virg. 2. Georg. hic fertilis uvæ, hîc laticis, qualem pateris libamus & auro. Plin. lib. 14 in Procem. Tanto priscorum cura fertilior, aut industria felicior fuit. Ovid. 4. de Pont Fertile pectus habes, interq; Helicona colêres Vberiùs nulli provenir ista seges. Plin. Captatio in quæstu fertilissimo. Ovid. 1. de Arte: Fertilior seges est alienis semper in agris, Hinc,

Fĕrtĭlĭtās, f. t. sicut à ferax, feracitas Vbertas agrorum, bonitas agrorū [שבע *sabah* מוטב *motab.* εὐτεκνία, εὐθηνία, εὐφορία. Gall. *Fertilité abondance.* Ital. *Fertilita, abondanza.* German. Fruchtbarkeit. Hisp. *Fertilidad.* Polon *Vrodzay.* Vngar *Ter meség, tenyészés.* Ang *Fertilitie, plentie, abundance*] Col. Id enim non accidit palmitis fertilitate. Fertilitas loci, Cæsar 2 bell. Gall. Cic. 1. de Div. Quæ sit vel sterilitas agrorum, vel fertilitas futura.

Fĕrentārĭī, orum, m. s. Levis armaturæ milites, auxiliatores à ferendo auxilio, ut quicquid opus esset auxilio ferrent, ex cursu leves armis gravibus non impediti, sed ense & telis tantùm instructi. *Hæc Nonius.* [ἀκροβολισταί. Polon *Lucznie bej*, item *Ptrsza lina.* Vngar. *Kinyi seguerto vitezek: (anagy) seged vitez* [Varro autem ferentarios vocat milites, qui fundis lapidibusq, pugnabant: quæ tela feruntur, non tenentur. Salust. in Catil. Postquàm eò ventum est, unde à ferentariis prælium committi posset: Hi & velati vocabantur, ut inquit Festus, quòd vestiti inermes sequerentur exercitum.

Fĕrcŭlum, Teste Nonio, Missus cibi, ita dictus quòd ad mensam inferatur. [παραφερόμενον, συμφερόμενον, παροψίς. Gall. *Vn mets de viande, qu' on porte & met sur la table.* Ital. *Vivanda che si porta in tavola.* Germ. Ein Tracht/ Gerichte. Belg. Gerecht. Hispan. *Manjar ò cosa que se leva in plato* Polon *Pokarm, prynieszenie sadla.* Vngar. *Etek* Angl. *A messe or dish of meate borne to the table.*] Iuven Satyr. 2: quis fercula septem Secretò cœnavit avus. Horat. 2. Sermon. Satyr. 6: Multaque de magna superessent fercula cœna ¶ Aliquando sumitur pro gestamine, quo pompa deferri solet. φορεῖον, Sueton. in Cæsare: Pontico triumpho, inter pompæ fercula trium verborū prætulit titulū, VENI, VIDI, VICI. Hoc est inter pompæ tirumphalis gestamina. Quo nomine continentur simulachra oppidorum, spolia hostium, coronæ, machinæ, & id genus alia quæ fieri solent in pompa triumphali: sicut fercula ludorum quæ in ludis: sacrorum, quæ in sacris. Acron etiam docet fercula esse pulpita, in quibus deorum simulachra reponebantur, quia in pompa Circensi (hoc est, celebritate ludorum Circensium) hujusmodi simulachra deorum ferebantur. Cic. lib. 1 Offic: Cavendum est ne tarditatibus utamur ingressu mollioribus, ac similes pomparum ferculis esse videamur.

Fĕrĕtrum, tri, penult. corr. n. s. à fero, *Lectus*, vel quid aliud quo mortuos efferri solet, capulus. [φέρετρον. Gall. *Vn sarcueil, ou biere à porter les morts, lictiere.* Ital. *Feretro, barra, cataletto* German. Ein Todtenbar/ Todtenbaum. Belg. Bare. Hispan. *Las andas para levar muertos.* Polon. *Mary.* Vngar. *Kaporso, jellyt s, ens mihaly lova.* Angl. *A bier or cophin whereon dead me nar caried.*] Plin. lib. 7 cap. 52: Varro quoq; autor est xx. viris agros dividentibus Capuæ, quendam qui efferetur feretro, domū remeasse pedibus ¶ Ferertra item dicebantur quibus fercula spoliáve in pompis gestabantur. Liv. 1. ab Vrbe: Spolia ducis suspensa, fabricato ad id aptè feretro, gerens, in Capitolium descendit.

Fĕrōx, cis, penult. gen. prod. om. t. Elatus, sævus, crudelis, vehemene immanis. [פרא *pére* אכזר *achzar* זד *zedh* סורר *forér.* ἄγριος, θρασύδης, τολμητίας, αὐθάδης. Gall. *Fier, courageux, orgueilleux, farouche.* Ital. *Feroce, fero, corragioso.* Germ. Fräch/stoltz/grimm. Belg. Wreedt/wilt. Hisp. *Bravo y fuerte con desatino.* Pol *Srogy, okrutny.* Vng. *Kegyetlen, keményt természetü.* Angl. *Fierce, cruell, outrageous.*] Horatius: Vrbes gentesq; & Latium ferox. Salust: Ille animo feroci negat se fusum toties Numidam pertimescere. Virg. 4. Aen. Stat sonipes & fræna ferox spumantia mandit φρυαγματίας Ferox animo. Plaut. in Mil. Et quia tecum eram: propterea animo eram ferocior.

Fĕrōcŭlus. adjectivum. [ὑπάγριος. Gal. *Vn peu trop fier & orgueilleux* Ital. *Al quanto feroce* German. Stoltzlechtig/etwas fräch. Hispan. *Bravo vn poco.* Pol *Prijikrozsim.* Vngar. *Keg etlenecske, keményetske.* Angl. *Somewath fierce.*] Hircius de bell. Afric. Quid tu, *inquit*, miles tyro tàm feroculus es?

Fĕrōcĭă, æ, f. p Ferocitas. [אכזריות *achzerijuth.* θράσος. Gall. *Fierté & orgueil.* Ital *Ferocità, crudelta.* Germ. Grimm/stoltz. Hispan. *Braveza sin tino.* Pol. *Srogosc, hardosc.* Vngar. *Ke yetlen ég, keménség.* Angl. *Fiercenesse, crueltie.*] Cic. lib. 6. de Repub. Qui comprimit ejus vim, & effrænatam illam ferociam. Idem de Arusp. resp. Duobus inceptis verbis omnem impetum gladiatoris, ferociamq, compressi. Tacit. lib. 2: Per communes liberos oravit, exueret ferociam.

Fĕrōcĭtās tatis, f. t. Superbia, elatio animi, crudelitas, sævitia, & (ut inquit Speusippus) excessus audaciæ, haud metuens quæ metuenda sunt. [אכזריות *achzerijuth.* θράσος, Gall. *Fierté, orgueil.* Ital. *Ferocità, fierezza, orgoglio.* German Hochmut/frächheit/ grimmigkeit. Belg. Wreetheyt/stoutheyt. Hispan. *Braveza con desatino.* Polon. *Okkrutnosc, srogosc, misl wissoka.* Vngar. *Keuélség, keménség, keggyetlenség.* Ang. *Fiercenesse, arrogancie, in shewing crueltie.*] Cic. 1. Offic. Sicut equos propter crebras contentiones præliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere solēt, ut his facilioribus possint uti, *&c.* Idem in Vatin. Ferocitatem tuam illā comprimerem & audaciam frangerem. Et de Senect. Infirmitas puerorum, ferocitas juvenum, & gravitas jam constantis ætatis.

Fĕrōcĭtĕr, Superbè, elatè, immaniter. [ἀγρίως, θρασυδῶς. Pol. *Hardzie, srodze.* Vng. *Kemenyön, kegyetlenwel.* Ang. *Fiercelie, cruellie.*] Plaut. in Amph. Superbi nimis ferociter legatos nostros increpant. Livius 3 ab Vrbe Legatique caput ferociter ostentantes Idem 5. bell. Punic. Cum quo ferocissimè pro Romana societate adversus Punicum fœdus steterat. Multò ferocius. Cicero Quint. Fratr. lib. 2.

Fĕrōcĭo, cis, civi, vel ferocii, citum, Ferox fio, vel ferociam exerceo. [פרך *ferêr.* ἀγριοῦμαι, ἀγριαίνομαι, Gall. *Estre fier & farouche.* Ital *Farsi feroce, incrudelire.* German. Fräch seyn/ grimm und ungestüm seyn. Belg. Stuer oft wreedt syn. Hisp. *Embravecerse.* Polon. *Srogizie, dzieczie* Vngar *Kegyetlenkedöm* Ang *To waxe fierce, cruell or hastie*] Gell. lib. 1: Nihil adeò in congrediendis hostibus, atq; in principiis præliorum ad salutē, virtutemq; aptius rati, quàm si permulti sonis mitioribus, non immodicè ferocirent. Disce bonas artes, nullis assueta juventus Mox intractati more ferocit equi.

Ferrum, ri, n. s. vel à ferendo, quòd in agro colendi gratia feratur: vel à feriendo quòd cætera eo feriantur: hoc est, domentur. Sua enim sævitia feriendo domat reliqua metalla, attenuat, & extendit. [ברזל *barzel.* σίδηρος. Gal *Fer, ferrement, ferraille* Ital *Ferro* German Eysen. Belg Yser. Hispan. *Hierro.* Pol. *Zelazo.* Vngar *Vas.* Angl *Yron.*] Plin. lib. 12. cap. 25: Ferro lædi vitalia odit. Cic de Nat. deor. Nos ex terræ cavernis ferrum elicimus, tem ad colendos agros necessariam. Quint. lib. 2 cap. 4: Quod etiā rusticis notum est, qui frondibus teneris non putant adhibendam esse falcem, quia reformidare ferrum videntur, & nondum cicatricem pati posse. ¶ Ferrum aliquando pro gladio accipitur. Cic. 1. Tuscul. In servorum ferrum & manus incidisset. Sic pro Rosc. Amer. Vulneratus ferro Phrygio. ¶ In ferrum atq; in vincula conjecti Cic 7. Verr. Vbi ferrum videtur posuisse pro compedibus ferreis. ¶ Ferro & flamma rem geri, quadam proverbii specie dicimus, quum exitiale bellum significamus. Cic pro Luc. Facc. O dii immortales quid hoc miserius, nos qui P. Lentulo ferrum & flammam de manibus extorsimus imperitæ multitudinis judicio confidimus Sic pro Sylla. ¶ Ferrum natare doces, σίδηρον πλεῖν διδάσκεις. De iis qui rem conantur, quæ repugnante natura, nequaquam fieri possit. ¶ Ferro damnati & ad ferrem dicuntur, non qui ad bestias damnantur, sed qui damnantur ut cum gladiatoribus pugnent. Itaque Sueton. de munere gladiatorio loquens in Nerone: Exhibuit (*inquit*) ad ferrum etiam quadringentos Senatores.

Fĕrrĕŭs, a, um. Quod ex ferro est: [σιδήρεος. Gall. *De fer.* Ital. *Di ferro* Germ. Eysin. Belg. Ysteren. Hispan. *Co a de materia de hierro.* Pol. *Zelazny.* Vngar. *Vas as vasbol va o.* Ang. *Of yron.*] ut, Massa ferrea, Annulus ferreus. Plin. lib 10. cap 42: Hæc quum loqui discit, ferreo verberatur radio: non sentit aliter ictus. Ferream fabricam invenēre Cyclopes. Plin. lib 7. cap. 56. Virgil. 3. Aen. confixum ferrea texit Telorum seges. Idem lib. 12: it toto turbida cœlo Tempestas telorū ac ferreus ingruit imber. ¶ Ferreus per translationē pro duro & inexorabili. Cicero ad Trebatium: Ferreus essem, si te non amarem Idem ad Atticum lib. 13: O te ferreum, qui illius periculis non moveris.

Fērrārĭŭs, a, um, Quod ad ferrum pertinet: [σιδηρικός. Gall. *Des appartenances de fer.* Ital. *Cio che à ferro si appartiene.* German. Das zu dem Eysen gehört. Hispan. *Cosa perteneciente a hierro.* Pol *Dozelaza prynalezacy.* Vngar. *Vashoz valo.* Ang. *That belongeth to yron.*] ut, Faber ferrarius, fodina ferraria, officinæ ferrariæ, metalla ferraria. Plin lib. 34. cap. 14: Quum ferraria metalla in his locis non sint. ¶ Ferraria aqua, utuntur fabri ferrarii ad extinguendum candens ferrum. Plin lib. 28. cap. 16 Quidam urinam equi aquæ ferrariæ ex officinis miscent.

Fērrārĭă, æ f. p substantivum. Locus in quo ferrum foditur [σιδηρεία. Gall *Vne mine de fer, vne forge.* Ital. *Minera del ferro.* Germ. Ein Eysengrub. Hispan *Herreria, lugar do se haze ò labra el hierro.* Polon. *Miesce gdze dobiwaia kru scana zelazo.* Vngar. *Vas banya.* Ang *An yron mine.*] sicut auraria, argentaria, æraria, in quibus aurum argentum, & æs effoditur Cæsar lib. 7 bell. Gall. Apud eos magnæ sunt ferrariæ. Liv 4 bell. Maced. Parata provincia, vectigalia instituit ex ferrariis, argentariisq;.

Fērrātŭs a, um, Nomen est, non participiū quum verbi originē non habeat, sicut tunicatus, manicatus, & similia: significatq; id cui ferrum inductum est. [σιδηρόδετος. Gall *Ferré.* Ital *Ferrato.* German Mit eysen beschlagen. Hispan *Cosa herrada por de fuera.* Polon. *Zelazem obity.* Vngar. *Vas as.* Angl *Having iron upon it.*] Vnde ferrata spicula, & ferratas lanceas dicimus. Virgil lib. 3. Georg. Vndiq; jam tergo ferratos sustinet orbes ¶ Hujus compositum est Præferratus, de quo suo loco.

Fērrāmĕntum, ti, Instrumentum ex ferro. [σιδήρεια. Gal. *Instrumens*

strument de fer, ferraille, ferrement. Ital. *Ferramento, instromento fatto di ferro.* Germ. Eysenwerck / eysenwerckzeug. Hisp. *Herramiento ò instrumento de hierro* Pol. *Zelazne naczynie.* Vngar. *Vas szerszám.* Angl. *An instrument or toole of yron.*] Vnde Ferramenta fabrilia, & Ferramenta tonsoria. Cic. 1. de Natura: Quæ mollitio, quæ ferramenta, qui vectes, quæ machinæ, qui ministri tanti muneris fuerunt? Columel. lib 3: Nonnunquam etiam quum frondere cœperint arbores, cacumina fici acutissimo ferramento summa amputare prodest. Hinc ferramentarius faber, ferramentorum confector.

Fērrūgo inis, pen. prod. Rubigo feeri: [*ἰὸς σιδήρου* Gall. *Rouillure de fer* Ital. *Ruggine del ferro.* German. Eysenrost. Belg. yserroest. Hispan *Orin, color morado oscuro ò de hierro.* Polon. *Rdza na zelezie.* Vngar. *Rosda.* Angl. *The rouste of yron.*] sicut ærugo æris Plinius lib 23. cap. 8: Sudor virgæ corni arboris, lamina candente ferrea excutus non contingante ligno, illitaq; inde ferrugo, incipientes lichenas sanat. ¶ Per translationem ferrugo color rufus dicitur nigrioris rubedinis, similitudine coloris ferri rubigine exesi. Virgil. lib. 9: Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera.

Fērrūgĭnĕŭs, a, um, quod refert colorem ferruginis. [*σιδηρώδης* Gall. *Ressemblant le fer enrouillé, soit en couleur ou autrement, pe forme* Ital. *Di color di ruggine, ferrigno.* German Rostfarbig / eysenfarbig Belg. ysterverwich. Hispan. *Cosa de aquel color morado negro* Pol. *Farba je ajna.* Vngar. *Rosdás ro d[illegible]* Angl. *Rousthe coloure.*] Talis est color quem Galli sua lingua *Persummatum*, veteres (us opinor) *in lunatum* dixerunt: aut certè is est quem hodie *col. rem re. ium* vocamus, qui à superiori non ita multum distat. Sunt qui velint ferugineum colorem eum essa, quem alio nomine vocamus cœruleum: adducti opinor, autoritate Plauti in Milita qui eundem colorem thalassicum vocat & ferrugineum. Sed non idcirco Plautus vocat colorem ferrugineum thalassicum, quòd maris colorē referat, sed quod nauta ejusmodi colore soleant uti in mari. Iubet enim ibi Palæstrio Pleusidem, qui meretricem abducturus arat, ferruginea veste axornatum venire, ut faciliùs persuadeat mihi se essa nauclerum. Verba ejus ut rei faciliùs intelligi possit, ascribemus: Facito (*i. quit Palæstrio*) ut venias ornatu huc nauclearico, causiam Habeas ferrugineam, culturam ad oculos lanaam: Palliolum habeas ferrugineum: nam is color est thasalicus: hoc est, mari & nautis qui in mari versantur, idoneus. Non absimilis error est eorum qui ferrugineum colorem arbitrantur asse colorem hyacinthi: eò quòd Virgil. 4. Georg hyacinthos vocat ferrugineus. Constat anim vel Ovidii testimonio, florem hyacinthum purpurei coloris esse, utpotè qui Hyacinthi pueri sanguinem ex quo enatus fertur, dicatur referre. Certum ast itaque Virgilium hyacinthum non dixisse ferrugineum, quòd ferrugineum colorem imitetur: sed eadem ratione qua 6. Aeneid. cymbam Charontis dicit asse ferrugineam, quòd scilicet funesta putabatur & luctuosa. Solent enim lugentes vastibus ferruginei coloris uti, quòd is color fuscus sit, & subobscurur. Sic etiam Virgil. hyacinthum florem vocat ferrugineum: hoc est, lugubrem & funestum, alludens nimirum ad fabulam illam, qua fertur hunc florem ex sanguine Hyacinthi pueri ab Apolline jactu disci occisi, primùm fuisse enatum. Hæc paulò verbosiùs visum est discutere, quod videamus aruditos nostri seculi tàm discrepantia de hoc colore tradidisse, ut quid de eo sentire debeamus, non facile fuerit constituere. Sed certè verisimile est hunc coloeam eum essa, quem suprà diximus, qui scilicet ferruginis (à qua nomen habet) colorē imitatur: hùncque eundem esse quem veteres appellaverunt Bæticum, seu Hispanum. Quod etiam non obscurè ostendit Virgil. lib. 9. Aeneid. quum vocat ferruginem Iberam: hoc est, Hispanicam. Quo coloris genere etiam hodie nautæ Hispani atque adeò omnes tenuioras utuntur: ut non immeritò Plautus colorem hunc videatur appellasse thalassicum: hoc est, mari maximè convenientem. Nam quum hic color sit nativus, & penè terræ similis, neque facilè mutat colorem, neque maculæ in eo apparent. Constat autem hunc colorem fuisse vilissimum vel eo argumento, quòd Plautus in loco jam citato ferrugineas vestes piscatoribus tribuit. Nam quum jussisset Pleusidem ad venire exornatum causia & palliolo ferrugineo, ut probè nauclerum ementiretur, subdit: Atqua apud hunc senem omnia hæc sunt: nam is piscatoras habet. Hunc accedit quod Plin. lib. 29. cap. 6, scribit, lacertas virides ferruginais masculis esse distinctas. Lacertæ autem maculas ejus esse coloris quem iam indicavimus, nemo addubitat qui vel semel lacertam viderit. Non tamen inficias iverim, pro ea adverbiorum inopia, quæ est apud Latinos in distinguendis coloribus, vel ipso Plinio taste, colores aliqua ex parte hunc accedentes, etiam ferruginis nomine fuisse appellatos. Hinc etiam apud Claudianum, libro 2. de Raptu Proserpinæ, violas etiam ferrugineas invenimus appellari & à magnæ autoritatis scriptoribus colorem ferrugineum inter gratissimos colores numerari. Quamobrem ut non magno ærè repugnaverim iis qui hunc colorem Gallorum lingua *Tannum*, aut *Castaneum* interpretantur, pro intentione, aut dilutione obscuræ rubedinis, aliis atque aliis appellantes nominibus: ita plurimum ab iis dissentio, qui hunc eundem faciunt cum colore cæruleo, quem alio nomine Venetum appellant. Quorum errorem manasse arbitror ex loco Vegetii libro 5. cap. 37. malè intellecto, quòd ibi Vegatius nautis videatur tribuere colorem cæruleum, sive Venetum, quibus (ut suprà ostendimus) Plautus assignat vestes ferrugineas. Arbitrati sunt itaque eundem esse colorem quem Plautus fertugineum, & Vegetius cæruleum sive Venetum vocat. Sed hoc argumentum quàm falsis innitatur fundanmentis facilè dijudicabit, qui citatum Vegetii locum non oscitanter excusserit. Neque enim ibi cæruleum colorem nautis omnibus attribuit, sed iis tantùm qui in bello navali scaphis quibusdam exploratoriis hostium consilia investigant, quibus etiam velum navis, atque ipsos adeò remiges cæruleo colore tinctos essa jubet, ut aquæ marinæ similitudine, hostium oculos faciliùs fallant.

Fērrūmĕn, penult. prod. inis, n. t. Quoddam quasi gluten, junctura, sau ligatura, qua metalla, sive etiam aliæ res consolidari solent. [דבק *débek.* *κόλλα, σύναφα.* Gall. *Soudure, liaison de metaux ensemble.* Ital. *Saldatura, colla, ligamento de metalli.* German. Lötmetall Belg. Soudeer Hisp. *Soldadura.* Polon. *Wiesiakie metallum, ktorim lietnia rzemieslnicy, badz cina al oco nissego.* Vngar. *Enyv, forrasztó szerszam, forrasztásra valo.* Angl. *Solder, glue, or any such thing where with mettalle or other thing is fastened together.*] Plin. lib. 36. cap. 23: Ruinarum urbis ex maxima causa, quòd furto calcis sine ferrumine suo cæmenta componuntur. Calcem vocat ferrumen cæmentorum: id est lapidum, quòd illa consolidentur & conglutinentur cæmenta. Farrumen auri (ut suo loco diximus) vocatur chrysocolla.

Fērrūmĭno, as, penult. corr. Iungo, consolido: propriè de metallis dicitur, quanvis ad alia transferatur. [הדביק *hidhbik.* *συνάπτω, κολλάω* Gall. *Souder, & ioindre ou coller ensemble.* Ital. *Saldar, congiugnere.* German. Löten / zusammen löten. Belg. Soudeeren. Hispan. *Soldar la mesma materia, con o hierro.* Polon. *Leitnie, zpaiam.* Vngar *For as ok öszve foglalok.* Ang. *To g ner or solder.*] Pompon. Iuracōsultus: Si tuum scyphum alieno plumbo plumbaveris, argento ferruminaveris, non dubitatur suum scyphum esse. Plinius pro glutinare posuit, lib. 26: Vitrum sulphuri incoctum ferruminatur in lapides: hoc est, glutinatur in formam lapidis. Et lib. 35: Calcis quoq; usum bitumen præbuit, ita ferruminatis Babylonis muris.

Fērrūmĭnātĭo, f. t. [דבק *débek,* ἡ διὰ σιδήρου ἢ ἄλλου μετάλλου κόλλησις, σύναφα, συνάφεια. Gallicè, *Soudure ou collure de metaux.* Italice, *Saldamento, saldatura, incollature.* Germice, Zusammen lötung. Hispanicè, *Saldadura.* Polonicè. *Lutowanie.* Vngaricè, *forrásztás, öszve fog alás.* Angl. *A soulderin.*] Paul. l. in Rem actio §. Iram quæcunque. ff. de re vend. Ferruminatio per aendem materiam facit confusionem, plumbatum verò non idem efficit.

Fērtĭlĭs, Vide FERO.

Fērtum, ti, pro libi genere, Vide FARTUM.

Fērvĕo, es, fervi, vel ferbui n. f. Igne supposito caleo, ebullio. [רתח *rathach.* ζέω. Gall. *Bouillir.* Ital *Bollire* German. Heiß seyn / siedig seyn Belg. Sieden / heet zijn. Hispan. *Hervir, [illegible]* Polon. *Wram, warzę sie* Vngar. *Forrok.* Ang. *To seeth, to be chaufed.*] Inde aqua propriè fervere dicitur, quum vi ignis commovetur & agitatur: quod etiam bullire dicimus. ¶ Transfertur tamen ad ea, quæ quovis modo calefiunt, siva aliquo æstu agitantur. Sic vinum fervere dicimus, quod ex musto transit in vinum. Plin. libro 14. capite 9: Medium inter dulcia vinum est, quod Græci ἀεὶγλευκος vocant: hoc est, semper mustum. Id evenit cura, quoniam fervere prohibetur, sic enim vocant musti in vina transitum. Sic etiam mare fervere dicitur quum æstu & fluctibus agitatur: unde & fretum appellatum volunt. Ovid. 11: Metamorph. pontus vertigine ferver. ¶ Fervera opus dicimus dum studio & diligentia elaboratur. Hominam quoque ira, odio aut calore fervere dicimus, dum ira, aut odio, aut calore incensus est. Cic. pro Quintio: Vsque eò fervet ferturque avaritia, ut de suis commodis velit aliquam partem amittere, ne quam partem huic propinquo suo illius ornamenti relinquat. Horat. 1. Epistol. 1: Pectus avaritia, miseraq; cupidine fervet. Ovid. 2. Matamorph. - utque animus tumida fervebat ab ira. Arma assuata capit. Martial. - fora litibus omnia fervent. ¶ Hujus contrarium est Deferre, quod est mitascere, & placidum fieri seu à calore deficere. ¶ Composita à ferveo sunt Disfervao, Effetveo, Referveo, A` quibus defervesco, & Refervesco. Vide suis locis.

Fērvēns, participium, Quod bullit aut callidum est.] רותח *rothéach.* ζέων, ζεστός, βράζων. Gallicè, *Bouillant, fort chaut, fervent.* Italice, *Bogliente, caldissimo* Germanicè, Siedend. Hisp. *Cosa herviente ò que hierve.* Polonicè, Wrzacy, goracy Vngaricè, *Forro, buzgo.* Anglice, *That fortad, mery hoat.*] Plinius libro septimo, capite 2: Feruntque ictas saliva, ut ferventis aquæ contactum fugere. ¶ Migrat interdum in nomen, admittitque comparationem. Horatius 1. Sermon. Satyr 10. Quale fuit Crassi rapido ferventius amni Ingenium. Columella libro 12. capite 59: Ad præsidium aquæ calidæ curritur: sed id non ferventissima fieri oportet. Cicero. 1. Officiorum: Nam fortis animus & magnus in homine non perfecto nec sapiente ferventior plerumque est.

Fērvēntĕr, adverbium, Vehementer. [θερμαινόντως, θερμῶς. Gall. *Fervemment, ardemment.* Ital. *Ardentemente.* German. Hitzigklich. Hispan. *Hervientemente.* Polon. *Goraco.* Vng. *Forrón, vastagon,*

vastagon, beuenvbe. Ang Hately, earnestly, hastely.] Cælius Cicer. Quòd Pilius necessarius Attici nostri de repetundis eum postulavit magna illicò fama surrexit, & de damnatione ferventer loqui est cœptum.

Fĕrvēsco, is, n. f. Ferveo. [רתח rathách. Vng. Meg bewmlik, forrok. Ang To boyle over.] ut, Terræ fervescunt Sole Lucret. lib 6: Ventus mobilitate sua fervescit: apud eundem.

Fĕrvo, is, vi. ejusdem significationis est cum ferveo. רתח rathach. ἀναζέω, βράζω Gall. Bouillir. Ital. Bollire. German Heiß seyn/siedend seyn. Hispan. Hervir. Pol. Wram. Vng Forrok, busok. Angl. To seeth, to be heated.] Propertius: Incipit & fiero fervere terra Cane Gell. lib. 1. cap. 19: Dominus quos rogaverat opperitur, sol fervit, & fit nihil. Terent. in Adelph. Ego illius sensum pulchrè calleo, quum fervit maximè, tàm placidum quàm ovem, reddo. Virgil. 3. Georg: Omnia tunc pariter vento nimbisque videbis Fervere.

Fĕrvĕfăcio, cis, act. t. ut ferveat efficio. [רתח rittéach. ζέειν ποιῶ. Gall. Faire bouillir. Ital. Far bollire. German. Sieden machen Hisp. Hazer hervir ò bullir. Polon. Przywarzam. Vngar. Föl forrasztom. Angl. To cause to seeth, to mak scalding hoate.] Cato de Re rust. Et potionem polentæ eodem addito, & oleum postea fervefacito Idem cap 113: Eam fervefacito cum congia vini veteris. ¶ Fervefacio pro calefacio. Plaut. Pseud. Eæ ipsæ se patinæ fervefaciunt illicò. Fervefacta jacula. Cæsar 5. bell. Gall. ¶ Hinc componitur Infervefacio, quod est in re aliqua operam do, ut quid ferveat Cato: Sumito brassicam conjicito in aquam ferventem, coquito paulisper, uti subcruda sit: postea aquâ defundito, nó omnem: eo addito oleum benè, & salem & cumini paululum, infervefacito paulisper.

Fĕrvĭdŭs, a, um penult. corr. Fervens maximè callidus, ardens. [רותח rothé ch. ζεστός. Gall. Fort ardent & bruslant, bouillant. Ital. Bollente Germ. Heiß/ hitzig. Belg Heet/veerich Hispan Co a hervien è è que hierve Polon Goracy, rozpalioni. Vng. Forro, hév Ang. Scalding hoat] Plin. lib 13. c. 4: Nulla est in Italia sponte genita, nec in alia parte terrarum, nisi in calida: frugifera verò nusquã nisi in fervida. Cic. 2. de Nat. deor. Iam verò reliqua quarta pars Mundi, ea & ipsa tota natura fervida est: hoc est, ardens maximé. ¶ Ponitur & translatè pro vehementi, feroci, diligenti. Liv. 7. bel. Pun Quum toto eo bello damnosa, præpropera, ac fervida ingenia Imperatorum fuissent. Et Cicer. de clar. Orat. Appii Claudii volubilis, sed paulò fervidior erat oratio. Hinc fermentum dictum est, quòd fervendo crescat.

Fĕrvĭdē, penult. corr. Adverb. [ζεστῶς θερμῶς. Gall. Fervemment, ardemment. Ital. Ferventemente, ardentemente. Germ. Hitziglich/ mit eyfer. Hisp. Hervientemente. Pol. Goraco. Vng. Forrón, hevén, hevenyebe Angl. Hoatlie, ardentlie] Plaut. Tracul. fervidè ut tota floret ut oleum Nitidè nitet.

Fĕrvŏr, otis, m. t. Calor vehemens qualis est ignis vel Solis æstus. [חום chom. ζέσις. Gall. Ardeur, ferveur, grande chaleur. Ital. Bollore, ardore, fervore Germ Hitz Belg. Hitte. Hisp. Hervor, obra de hervir. Pol. Goracosc. Vng. Hevség, lekezendő hev ég. Angl. A burning heat or vehemencie.] Plin. lib. 11 cap. 31: Indisutantur æstivo fervore aurum erutum à formicis tempore hyberno. Horat. 1. Carm. Ode 16: me quoq; pectoris Tentavit in dulci juventa fervor, & in celeres jambos Misit furentem. Lucret. lib. 5: nimiis torret fervoribus ætherius sol. ¶ Maris fervor. Cicer. de Provinc. Consul. ¶ Siccis aër fervoribus ustus, Ovid. 1. Metam.

Fĕrŭlă, læ, penult. corr. Baculus, sive virga qua puerorũ manus feriuntur, unde & nomen habet: quanquam sint qui à ferendo malint deducere, quòd propter levitatem senes ferula pro scipione solent uti [שבט schebeth. νάρθηξ. Gall. Baguette, verge. Ital. Bacchetta, sferza. German. Ein Stab/Steck oder Ruht. Belg. Roed Hispan. Cayado, cannaheja ò palmatoria Pol Rozga laszczka. Vngar. Plagàls veszző Angl. A rodde to strike children on the palme of their handes] Iuven. Satyr. 1: Et nos ergo manum ferulæ subduximus Martial. libro 10: Ferulæque tristes sceptra pædagogorum Cessent. Colum. Nec manibus mites ferulas. Idem: ferulæque minaces Plantantur. Græcè νάρθηξ: & per diminutionem ναρθήκιον dicitur. Inde apud Platonem in Phædone ναρθηκοφόροι ministri Bacchi, quasi feruligeri nominantur. Bacchi enim ferulæ assignantur, quæ asinis gratæ sunt in pabulo. Ideo asinus grata hostia Baccho cadit. Ferula annumerata est inter externos frutices à Plinio, lignum corticis loco habet: ligni autem loco fungosam intùs medullam, quemadmodum caulis fœniculi, quamvis in multò majorem altitudinem & crassitudinem excrescat. Nascitur in locis calidissimis: & vix alibi quàm in Africa. Nulli fruticum levitas major, ob id gestata, faciliùs baculorum usum senectuti præbet. Colum. lib. 3: In quo scrobe destinaveris nuces serere, terram minutam in modum semipedis ponito, ibique semen ferulæ facito: quum ferula fuerit enata, eam findito, & in medulla ejus nucem Græcam, vel avellanam abscondito. ¶ Frangere ferulas dicitur, in quo ferulæ franguntur. Iuven. Satyr. 6: hic frangit ferulas, rubet ille flagellis.

Fĕrŭlācĕŭs, a, um, ναρθηκώδης. Vng. Veszzős.] Plin. lib 18: Acmilium & paniculum in culmen geniculatum & concavum: zizania verò in ferulaceum scilicet fastigiatur.

Fĕrŭlă sylvestris rapsia [Pol. Dobra myśl.] Diosc. lib. 4. cap. 159. Ferulæ descriptionem lege apud Diosc. lib. 3. cap. 75. Plin. lib. 13. cap. 22. lib. 20. cap. 22. & lib. 14. cap. 1.

Fĕrŭlāgo, rapsia, Diosc. libro 4. cap. 152.

Fĕrŭs vide Fera.

Fēscĕnnīnī, versus, ut autor est Festus, Carminis genus erat omni obscœnitate & flagitio plenum: ita dictum quòd ex Fescennina urbe primùm fuerit allatum: sive quòd fascinum arcere putabatur, quasi fascininum. Macr. lib. 2. Satur. Temporibus Triumviralibus Pollio quũ fescenninos in eum Augustus scripsisset, ait: At ego taceo. Non est enim facilè in eum scribere, qui potest proscribere.

Fēssŭs, a, um, Fatigatus, & tàm ad animum, quàm ad corpus refertur, ut autor est Valla libro 4. Elegant. de quo in dictione Defetiscor. [נלאה nilléh עיף jaléph. κεκμηκώς, ἀπειρηκώς. Gal. Lassé travaillé, qui n'en peut plus. Ital. Stanco, lasso, stracco. German. Ermüdet. Hispan Cansado. Polon. Zmordowany. Vng. Fáradt, (anagy) faradot. Ang. Wearied, tyred.] Virgil. 1. Aeneid. Tũ Cererem corruptam undis, Cerealiaque arma Expediunt fessi rerum. Vbi Servius: Fessi rerum hoc est, penuria fatigati Idem 2. Eclog. Thestylis & rapido fessis messoribus æstu Allia, serpyllumque herbas contundit olentes. Plin. lib. 7. cap. 52: Puerum æstu & itinere fessum.

Fēstīno, as, pen. prod. act. p. Propero, maturo, celero, accelero. [מהר mihér חפז chaphaz. σπεύδω. Gall. Se haster, s'avancer, diligenter. Ital. Affrettare, affrettarsi Germ Eylen. Belg. Haesten. Hispan. Apressurarse, acquexarse. Polon. Spiesze sie, kwapie sie. Vngar. Sietek. Ang. To make haste, to spede.] Virgil. 2. Aeneid. Festinate viri: nam quæ tam sera moratur Segnities? Plin. de viris illustr. Sed quum ad Camerinam ab hostibus obsessam festinaret, à Pœnis in angustiis clausus est. Plaut. in Asin. Remigio, veloq; quantum poteris, festina, & fuge. ¶ Item pro Festinanter conficere. Ovid. 11. Metam. & jam quas induat illa Festinat vestes. Sic Virgil. 4. Aeneid dixit festinare fugam. ¶ Cum infinitivo. Plin. lib. 9 cap 8: Solumque locum pandendis retibus habilem effugere festinant. Quint lib. 9 cap. 4 Finem imponere egresso destinatum modum volumini festino. ¶ Interdum festinare est trepidare, & turbari. Salust. Festinant bus in summa inopia patribus. Terent. in Adelph. Quid festinas, mi Geta? animum recipe. Idem in Eunuch. Quid istuc? quid festinas? aut quem quæris Pythia?

Fēstīnŏr, aris, passivum. Tacit. de morib. Germ. Nec virgines festinantur: id est citò ad conjugium abripiuntur.

Fēstīnātŭs, participium. [נחפז nechpaz מבהל mebohál. ἐπισπευσθείς, ταχέως πεπραγμένος. Gall. Hasté & avancé, fait en haste. Ital. Affrettato. German. Greylet. Hisp. Apressurado, aquexado. Polon. Kwapliwy Vngar Hamar valo, siettetet. Angl. That is doone in haste, hasted.] Plin. in Paneg. Quin imò festinatis honoribus amplificat atq; auget, & majoribus suis reddis. Tacit. in vita Agricolæ: Ita festinatæ mortis grande solatium tulit.

Fēstīnāntĭă, f. p. & Festinatio, Properatio. [חפזון chippazón. σπουδή Gall Haste, hastiveté. Ital. Velocità, fretta. Germ. Eylung/ eyl. Hisp. Priessa ò quexura. Polon. Kwapliwosc. Vng. Sietség, hamarság. Ang. Hastin, spede, spedinesse.] Cicero pro Milone: Quæ causa cur Romam properaret? cur in noctem se conjiceret? quid afferebat festinationem? Columella libro 11. cap. 1: Quò cautior villicus vel abstinere possit operibus, vel festinationem adhibere.

Fēstīnāntĕr, adverbium à festinans, Celeriter, & citò. [במהרה bimherah. σπουδῆ. Gal. Hastivement, en diligence, soudainement. Ital. Frettolosamente German. Eylends/schnell. Belg Haestelick. Hisp. Appressuradamente. Polon. Kwapliwie. Vngar. Sietve, hamarsaggal. Angl. With speede, hastelie, quickelie.] Cicero 5. de Finibus: Illud mihi à te nimium festinanter dictum videtur. Sapientes omnes esse beatos. Plin. lib. 17. cap. 11: Quia festinantiùs geminant.

Fēstīnātò, adverbium à festinatus. [מהרה mehērah. ἐπισπευσμένως. Gall. Hastivement. Ital. Frettolosamente. Germ. In eyl. Hispan. Apressuradamente. Polon Kwapienie. Vngar Hamarsággal, ser. Angl. Hastelie, with speede.] Plin lib. 18. cap 10: Quòd nisi festinatò peragratur, lurido colore mucescere. Quintil. lib 4 cap 2: Quam nihil properatò, nihil festinatò fecisse videtur Milo. ¶ Dicitur & Festinatè. Vnde comparat. Festinatiùs. Tacitus libro 15 in principio: Occulto præcepto, compositiùs cuncta, quàm festinatiùs agerent: quippe bellum habere, quàm agere malebant.

Fēstīnŭs, m. f. Celer, properans. [ממהר mahir. ταχύς. Gall. Hastif, soudain. Ital. Veloce. Germ Eylend. Belg. Haestelick Hispan Presto y pressuroso. Pol. Kwapliwy Vngar. Sietö, hamar. Angl. Hastie, quicke or speedie.] Cic Attic. lib. 19: Festino enim similimus decurro, atque in decursu θεῶν meas commentari non desino. Ovid. 11. Metam. cursu festinus anhelo Advolat armenti custos Phocæus Anetor.

Fēstīnē Adverbium. [מהרה meherah. σπουδαίως, ταχέως, ἐν τάχει. Gall. Hastivement. Ital. Frettolosamente German. Eylends/flux. Hispan. Apressuradamente. Pol. Kwapliwie. Vngar. Gyorsan, sietve. Angl. Hastelie, quickelie.] Cicero Attico lib. 4: Si quid fortè de comitiis, de Republica (soles enim tu hæc festinè odorari) scribas ad me

Fēstīvĭtās, festivitatis, Vide Festus.

Fēstrā, Ostium minusculum in sacrario, ab fenestra pertractione mediæ syllabæ. Festus.

Fēstūcă, cæ, pen. prod. f. p. Minima quæq; res, & levissima. [קש kes,

mens, κάρφος. Gall. *Vn festu, vn ietton & scion d'arbre*. Ital. *Ramuscelle festuca*. German. Ein agien/stupffel. Belg. Een veesten. Hisp. *La paja ò palille è cosa semejante*. Polon. *Plewka zdzbdlo*. Vngar. *Szálk*. Ang. *A festu, a graffe or yonge fette of a tree*.] Colum. lib. 8. cap. 15: Per quos festucæ, furculiq; in aviariis pessim spargendi sunt. Plin. lib. 9. cap. 10: Fœminam coitum fugere, donec mas festucam aliquam imponat aversæ. ¶ Festuca, virge Prætoria quæ imponebatur servo quem dominus apud Prætorem manumittebat: unde & vindicta dicebetur, quòd ea in libertatem vindicaretur, ut colligi potest ex plutarchi libello, quem de Sera numinis vindicta inscripsit. Plautus in Mil. Quid ea? ingenue, en festuca facta? serva, an libera est? Pers. Satyr. 5: Non in festuca lictor quam jacet ineptus. ¶ Ne more festucam, μὴ κάρφος κινεῖν. Proverbium, ubi quis omnis strepitus impetiens est

Fēstūcārĭŭs, m f. adjectivum. [καρφαλέος, καρφίτης. Gal. *De festu, de ietton*. Ital. *Di ramuscello, di festuca*. Germ. Das von der agien ist. Hispan. *Cosa de paja ò palil*. Pol. *Plewisty, zdzbłek pelny*: hoc est, *nikt je nich rzeczy*. Vngar. *Szalkához valo*. Ang. *Of a festu or yonge fette*.] Gellius libro 20 cap. 3: Idcirco Ennius significare volens bellum non ut ad Prætorem solitum est, legitimis actionibus, neque ex jure manu consertum sed bello, ferroque, & vera vi, atque solida quod videtur dixisse conferens vim illam civilem, & festucariam, quæ verbo diceretur, non quæ manu fieret, cum vi bellice, & eruenta.

Fēstūcāgo Aegilops, vel Bromos apud Diosc. lib. 4. cap. 140.

Fēstŭs, sta stum, Dies festus, feriatus, ferie. [ἑορτάσιμος, ἑορτάσιος. Gall. *Festé, celebré, solennel*. Ital. *Festivo, di festivo, di festa*. Germ. Feyrtägtich/ zu einem Fest gehörend. Hispan. *Cosa de fiesta que es de guardar*. Pol. *Swięty*. Vngar. *Innep*. Angl. *A festivall day when one maketh good cheere*.] Vnde festi dies, in quibus vel sacrificia diis offerebantur, vel epulationes celebrabãtur, vel ludi in honoꝛe deorum agebantur, vel feriæ observabantur. ἑορταί. Plaut. in Aulul. festo die si quid prodegeris, Profesto egere liceat, nisi peperceris. Virgil. 1. Georg. Quippe etiam festis quædem exercere diebus Fes & jura sinunt. Idem lib. 6. Aeneidos: Festos que dies de nomine Phœbi Instituam. ¶ Hujus compositum & contrarium est, Profestus: ut Profesti dies, qui hominibus ad rem vel privatam, vel publicam administrandam concessi erant. ¶ Quandoque festus dicitur ad festum diem pertinens: ut, Festæ frondes, quæ festis adhibentur.

Fēstīvŭs, a, um penult. prod. Lepidus, urbanus, facetus: [[illegible] *ghal*. ἀστεῖος, εὐτράπελος. Gall. *Plaisant, ioly, recreatif*. Ital. *Piacevole, faceto*. Germ. Lustig/lieblich. Belg. Aerdig/schoon. Hisp. *Cosa bien criada y donosa*. Polon. *Szutowny, wesoły. miely*. Vngar. *Nyajas, kedues, tréfas*. Ang. *Plea ans in talk, merie, pretie*.] ut, Festiva oratio, dictum festivum. Cicero lib. 1. Officior. de Græcis dulcem & facetum, festivique sermonis. Plaut. in Mil. Nimiùm festiva mulier operam præbuit. Terent. in Adelph. O' mi pater festivissime. ¶ Quidam etiam festivum pro festo accipiunt, sive ad festum pertinente, ut, Festiva geudia. In hac tamen significatione apud veteres non invenies

Fēstīvē, adverbium, Bellè, facetè. [εὐτραπέλως, ἀστείως. Gall. *Plaisament, ioyeusement, iolyment*. Ital. *Piacevolmente, allegramente*. Germ. lieblichen/ holdseligklich. Hispan. *Con buena crianca y donayre*. Polon. *Zartownie*. Vngar. *Keduesen, ékesen, nyájassan*. Angl. *Ioyfully merely*] Cic. ad Quint. Frat. lib. 2. Quanquam à te ectam tabellam video esse festivè: nullo modo probavi. Idem ad Attic. lib. 4. Soles enim tu hæc festivè odorari.

Fēstīvĭtēr, adverb Festivé [χαριέντως. Vngar. *Ekössen gyönyörüség össen nyájassan*.] Gellius lib. 1. cap. 2: Severè simul ac festiviter se vinxit.

Fēstīvĭssĭmē. [χαριέστατα. Vngar *Igön ákössen*.] Gellius lib. 9. cap. 5: Atq; ibi Iulianus festivissimè, nolite quærere, *inquit*, quid sentiam

Fēstīvĭtās, tatis. f. t. Lepor, & urbanitas sermonis. [[illegible] *ghil*. ἀστειότης, εὐτραπελία. Gall. *Plaisance, ioyeuseté iolyueté*. Ital. *Piacevolezza, gentilezza*. German. Lieblichkeit/holdseligkeit. Hisp. *Aquella buena crianca y donayre*. Polon. *Wdzięcz noscz mowy*. Vng. *Nyajasság, keduesség*. Angl. *Mirth, ioyfulnesse, ioylytie*.] Autor ad Heren. lib. 1: Illud genus narrationis quod in personis positum est, debet habere festivitatem. Cic. de Clar. Orat. Festivitate igitur & facetiis, inquam, C. Iulius L. F. & superioribus & æqualibus suis omnibus præstitit. Plaut. Capt. Lucrum, ludum, jocum, festivitatem, ferias, *&c*. Terẽt. Eunuch. An fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit: An mei patris festivitatem, & facilitatem.

Fēudum, Barberum vocabulum à Gottis ortum, quo significatur genus clientelæ, quo vel dignites, vel vectigal, vel prædiũ aliquod ea lege alicui datur, ut ipse & ipsius posteri atq; hæredes beneficii autorem perpetuò agnoscant. Ex Hotomani observationum lib. 11.

Feuxaspidion, Polium montanum apud Diosc. lib. 3. cap. 122.

Fēx, Vide FAEX.

F ante I.

F. I. In notis antiquorum, fieri jussit. FI. B. fide bona. FIC. fiscum, vel fidei commissum. FIC. RP. C. fiscum reipublicæ causa. FID. fides. FID. D. fide dignus. FID. F. fictum. FID. IMP. fides Imperatoria. FID. INTEMP. fides intemperata. FID. P. C fides patrum conscriptorum. FID. P. R. fides populi Romani. FID. R. fides regia. FID. R. P. fides Reipublicæ. FID. S. fides Senatus. FID. SER. fidelis servus. FIL. filius. F. IR. fidei jussores.

Fibĕr, Animal in Ponto, sic dictum à fibris: hoc est, ab extremis oris amnium quas colit, & ubi maximè solet videri. [κάστωρ. Gall. *Vne beste qu'on appelle bievre*. Ital. *Castore animale*. Germ. Ein Biber. Belg. Een Bever. Hispan. *Vn cierto animal*. Polon. *Bobr*. Vngar. *Hod*. Ang. *A badger, a graye*.] Effossis enim in ripa cuniculis, caudam intra aquas tenet. reliquo tempore in sicco habitat. Albertus Magnus dicit habere pedes anserinos posteriores quibus faciliùs natet: anteriores, caninos. Vide in dictione CASTOR. ¶ Est & fiber, genus vespæ quadrupes incitatissimum, teste Festo. Plaut. Sic me subis quotidie, quasi fiber salicem.

Fibrīnŭs, e, um. Plin. lib. 17. cap. 28: Fibrine pelle detergunt.

Fibræ, fibrarum, f. p. Omnium extremitates rerum. Ab antiquo adjectivo Fiber, bra, brum, quod idem erat quod extremum, Varr. teste 4. de ling. Lat. factum, ut arbitror, à verbo finio, eodem modo quo à tumeo tuber à suo suber, à creceo craber. [ἶνες, λοβοί. Gall. *Petites veines & menues comme vn cheveu, petits filets, extremité de toutes choses*. Ital. *L'estremità di tutte le cose*. Ger. Die aussersten theil eines jeden dings/ als an der Leber die zäseln/ am hertzen die ädern so dadurch gehn/ an den wurtzlen/ die kleinen wurtzlin wir haar/ sc. Hispan. *La parte cabera de todas causas*. Pol. *Zelecżky male, bad wczęścle* [illegible]*, zwierzęcim, albo y wzolach*. Vng. *Rost, kaaf, tsafrang*. Angl. *Small veines like heares, or the borders of any thing*.] Vnde & jecoris & cordis, & cujusque visceris extremæ partes, fibræ dicuntur. Virgil. lib 6. Aen. nec fibris requies detur ulla renatis. Et Celsus pulmonis fibras nominat, libro 4. capite 1: Pulmo spongiosus, ideoque spiritus capax, & à terge spinæ ipsi junctus in duas fibres ungulæ bubulæ modo dividitur. Plin. lib. 11. cap. 37: Murium jecusculis fibræ, ad numerum Lunæ dierum in mense congruere dicuntur, totidemque inveniri. Quin & minuta radicum in arboribus herbisque capillamenta hoc nomine appellantur, ἶνες. Plin. lib. 17. c. 10. de arborum sationibus ait, solum eligi oportere quàm maximè rimosum, ne penetrans sol exurat fibras. Virg. 1. Georg. & amaris intuba fibris. Colum. de allio: Quum ternas, *inquit*, fibras emiserint spicæ farriantur. Idem lib. ult. de rapis: Post tertiam diem mediam fibram rapi gostato, si receperit salem. Cic. 1. de Div. Similiter quid fissum in extis, quid fibre valeet accipio: quæ causa sit nescio. Persius Sat. 1: nec enim mihi cornea fibra est: id est, non sunt mihi ita dura præcordia, ut laudis amore non capiar, inquit Budæus. Idem Satyr. 5: Quod latet arcana non enarrabile fibre.

Fibrātŭs, fibtata, fibratum, adjectivum: [ἰνώδης. Vng. *Rostos, kanasos*. Ang. *That hath small thinges like heares, as in onyons*.] ut, Fibrate radix cæparum modo. Plin. lib. 25 cap. 5.

Fĭbŭlă, læ, penult. corr. f p. Propriè ornamentum cinguli ad vestem subligandam. [פִּיס *c'oach* πόρπη, περόνη. Gall. *Vne boucle ou agrafe*. Ital. *Fibia*. German. Ein Häfftle/ das beschlecht an einem Gürtel. Belg. Een riet gespe. Hispan. *La hevilla de la cinta è vestidura*. Polon. *Spien od passa, item Hafika*. Vng. *Kapots*. Ang. *A buckle or claspe*.] Virgilius 1. Aeneid. Aurea purpuream subnectit fibula vestem. ¶ Ponitur quandoq; pro circulo æneo quo adulescentulorum virilia solent coërceri, conservandæ vocis gratia, quæ ex veneris usu debilior reddi solet, & asperior. Solet etiã hujusmodi fibula, Comœdorum, Histrionumq; pudendis adhiberi, quòd illi potissimùm hominum generi vocalitas sit necessaria. Mart lib. 7: Menopoli penè rem grãdis fibula vestit. Vt sit Comœdis omnibus una satis. Idem lib. 14: Dic mihi simpliciter, Comœdis & Citharœdis Fibule quid præstas? Cariùs ut futuant. Hinc deducitur verbum fibulo, & ejus compositum infibulo: hoc est, circulum æneum peni induco. Item Refibulare: hoc est, fibulam hujusmodi solvere. Vide plura de fibula apud Cornelium Celsum, lib 7. cap 25. Col. lib. 6. cap. 5. de Bobus sic habet: Aenea fibula pars auriculæ latissime circumscribitur: ita ut manente sanguine, tanquam o literæ ductus appareat orbiculus. In emendatioribus exemplaribus *iubula* legitur, non *fibula*. Aureæ fibule donabantur antiquitus milites. Liv. 27: Tum puero annulum aureum, tunicam lato clavo, cum Hispano sagulo, & aurea fibula equumque ornatum donat. Idem 9. bell. Maced. Quintius alter Prætor suos equites catellis, ac fibulis donavit. Fibulæ item in ædificiis dicuntur ferramenta quibus tigni conjunguntur. Cæs. 4. bell. Gall. Hæc utraq; insuper bipedalibus trabibus immissis quantum eorum tignorum junctura distabat, binis utrinque fibulis, ab extreme parte distinebantur. Ab hoc nomine dicitur Suffibulum vestimentum album, prætextum, quadrangulum, oblongum, quod in capite Vestales sacrificantes habebant, idque fibula comprehendebatur.

Fĭbŭlo, as, are, act. p Fulcire, conjungere. [חבר *chibbér* פרזין *bidhbik* συμπερονᾶν. Gall. *Boucler, agrafer, con oindre avec vne boucle ou agrafe*. Ital. *Affibiare*. German. Zusammen hafften/ den rincken zuthun. Belg. Tesamen hechten. Hispan. *Poner hevilla, hayuntar*. Pol. *Zpinam, 'acze, hafsuie*. Vngar. *Be kaptolom*. Ang. *To buckle, or fasten together*.] Columella lib. 1: Omnesque parietum & soli juncturæ testaceis pulvinis fibulantur: quoniam verè quum his partibus ædificia rimas egerunt, cava præbẽt, ac latebres subterraneis animalibus. ¶ Huius composita sunt, diffibulo, refibulo, & infibulo. Est autem infibulare, super glandem penis, fibulam: hoc est, circulum æneum inducere: quod fiebat duab. de causis. vel vocis servandæ gratie, vel valetudinis, id quod jã dictum est. Vide de hoc Corn. Celsum lib 7. ca. p. 25: Refibulare, est fibulam tollere, sive solvere. Martial, lib. 7: Et cujus refibulavit

lavit turgidum faber penem. Idem significat diffibulare. Papinius: Emicat & torto chlamydem diffibulat auro.

Ficārĭŭs, Vide Ficus.

Ficēdŭlă, Avis est quæ fic uum esu pinguefcit. [συκαλίς. Gal. Becquefigue. Ital. Beccafico. Germa. Ein Schnepff. Belg. Een sneppe. Hispan. El tordo, ó aue comedora de higos. Pol. Drozd, figi obiadaiacy. Vngar. Szegély. Angl. A nig ti-gale, a birde that eateth figges.] de qua sic Martialis lib. 13: Quum me ficus alat, quum pascat dulcibus uvis, Cur potiùs nomen non dedit uva mihi? Idem alibi. Cerea quæ patulo lucet ficedula lumbo Iuvenal. Satyr. 14: -& eodem jore natantes Mergere ficedulas didicit nebulone parente. Quo in loco dictionis hujus antepenultima corripitur, quæ in versu Martialis jam citato producitur. Plin. libro 10. cap. 29: Alia ratio ficedulis: nam formam simul coloremq; mutant. Hoc nomen nonnisi Autumno habent, postea melancoryphi vocantur. Gell. lib. 19. cap. 8 scribit tantam fuisse veterum in cœnis instruendis luxuriam, ut negarent avem ullam, præter ficedulam totam comesse oportere.

Ficŭs [תאנה teenáh. Gal. Figue. Ital. Fico. Germ. Ein Feige. Belg. Een vyge. Hisp. Higo fruta. Polon. Figa. Vng. Füge. Ang. A figge.] Tria omninò significat, fructum scilicet notissimum, quem Græci σῦκον vocant: deinde arborem ipsam quæ hunc fructum profert, quàm illi συκῆν appellant: tertiò ulceris genus in locis pilosis nascens à similitudine fici fructus ita appellatum. Pro hac significationum varietate diversa habet genera & declinationes. Nam quum pro fructu accipitur, tàm secundæ declinationis est, quam quartæ. In secunda tamen declinatione tàm masculini generis est, quàm fœminini: in quarta verò solùm fœminini generis. De secunda declinatione hæc erunt exempla. Plin. lib. 16 cap. 26: Fici mirabiles sunt, & abortivi, qui nunquam maturescunt. Macrob. lib. 3. cap. 10: Grossi appellantur fici qui non maturescunt. Quanquam Plinii lectio hodie sic habet: In ficis mirabiles sunt & abortus qui nunquam maturescunt. Item apud Macrobium hodie sic legitur: Grossi appellantur fici quæ non maturescunt. Et (ut ingenuè quod sentio, proferam) nulla aut certè paucissima de genere masculino possunt adduci testimonia: hisce præsertim duobus locis immutatis, quibus maximè innitebatur qui in masculino inveniri asserunt. Valla tamen in secunda declinatione tàm masculinum quàm fœmininum esse credit: quod etiam ex hoc apparet, quòd hoc nomine pro morbo, qui à fructus similitudine dictus est, in masculino genere utamur. Huc accedit diminutivum ficulus, quod quum sit masculini generis, videtur ipsum etiam primitivum ejusdem esse generis. Solent enim ferè semper diminutiva ejus esse generis cujus sunt primitiva: quanquã hoc nonnunquam fallat. Quicquid id est, frequentius certè fœmininum est: ut apud Varr. li. 1 de Re rust. Fici inquit) semẽ naturale intùs in ea fico quam ed mus. Et paulò pòst: Quum enim testiculas per ficos quas edimus, maturas perferunt, & eas quum maturuerint, complicant. Plin. lib. 15. cap. 18: E reliquo genere pomorum ficus amplissima est. De quarta declinatione etiam frequentia occurrunt exempla. Iuvenal. Satyr. 14 - si vis alian decerpere ficum. Martial. Res mira est, ficus non habet unus ager. ¶ Ficus pro arbore, gen. fœm. est, & secundæ vel quartæ declinationis [συκῆ. Gall. Figuier. Ital. Fico. Germ. Ein Feigenbaum. Belg. Een Vyghboom. Hisp. La higuera arbol.] Plin. lib 16: Quidam brevitate radicum senescere celeriùs arbores putant: quod coarguunt fici, quarum radices longissimæ sunt, & senectus ocyssima. Iuvenal. - ad quæ Discutienda valent sterilis mala robora fici. Cicer. de Orator per quartam declinationem inflexit: Cui quum familiaris quidam quereretur, quod diceret uxorem suam suspendisse se de ficu: Amabò te, inquit, da mihi ex ista arbore quos seram surculos. ¶ Ficus pro morbo masculini generis, & secundæ declinationis σῦκον, Martial. lib. 1: Dicemus ficos Cæciliane tuos, Sunt qui hoc loco ficus, quarta declinatione legant. Nascitur hoc vitium ferè in capite, tùm in capillo, tùm in barba, & locis obscœnis, quæ pilis integuntur. Celsus lib. 9. cap. 3: Est etiam ulcus, quod à fici similitudine σύκωσις à Græcis nominatur. Caro excrescit: & id quidem generale est. Sub eo verò duæ species sunt: nam alterum ulcus durum & rotundum: alterum humidum & inæquale. Ex duro, exiguum quiddam & glutinosum exit: ex humido, pus mali odoris, fitque in his partibus quæ pilis conteguntur: sed id quod humidum, præcipuè est in capillo, atque ano ex attritu, quem rinædi patiuntur. In ficorum genere sunt Chalcidicæ, Chiæ, purpureæ chelidoniæ, marisfcæ, callistruthiæ, Liviæ, Libyssæ, Flaviæ, & reliquæ. ¶ Ficum petit, σῦκον αἰτεῖ. In eum dicebatur qui commoditatis alicujus gratia blandiebatur. Inde natum tradunt, quòd olim Athenienses agricolis blandiri solerent, ut ab illis ficos præcoquos arriperent. Aristophan. in Vespis. ¶ Ficos dividere, σῦκα μερίζειν, proverbialiter dicuntur, qui impendio parci ac sordidi sunt, etiamsi ditissimi. Mart. Ficus ficus, ligonem ligonem vocat τὰ σῦκα σῦκα, τὴν σκάφην σκάφην λέγων. Quadrat in eum qui simplici & rusticana utens veritate, rem ut est, narrat, nullis verborum ambagibus ac phaleris obvolvens. Ficum Mercurio, σῦκον ἐφ' Ἑρμῇ. De prompto & quibuslibet exposito beneficio dicebatur. Nam antiquis mos erat sicubi ficus, repertus fuisset, eum veluti Mercurio sacrum suspẽdere. ¶ Ut fici oculis incumbat ὥσπερ τὰ σῦκ' ἐπὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἴσον. De iis dicebatur qui pertinaciter urgerent premerentq; negotium aliquod. Sumpta similitudine à ficis: hoc est, à vitio quod oculis innascitur, nec facilè potest evelli oculo incolumi. Aristoph in ranis. ¶ Similior ficu. ὁμοιότερος σύκου. per jocum dicebatur de vehementer inter se similibus. Ducta metaphora à ficorum inter se ipsas similitudine. Plutarch.

Fīcŭlŭs, diminutivum est [συκίον. Vngar Fugeske. Ang. A litle figge.] Plaut. in Stirho: Nucibus, fabulis. ficulis.

Fīcētum, ti, n. f. Locus ubi ficus consitæ sunt. [συκών. Gall. Figueraye lieu complanté de figuiers. Ital. Ficareto, luoco piantato de fichi. Germ. Ein Feigbaumgarten. Hispan. Figueral, arboleda de higueras. Polon. Figowi ogrod. Vng. Fugés hely. Ang. A fig yard, a place where figge trees growe.] Varro: Ficusque densa materia non est, ideo sequitur colorem: quo fit ut in locis frigidis ficeta fieri non possint. Martial. jocum raptans ex ambiguo, ficetum posuit pro obscœnis partibus ficosis: hoc est, multis ulceribus quæ ficos vocant, obsitis. Sic enim habet lib. 12: Vt pueros emeret Labienus, vendidit hortum, Nil nisi ficetum nunc Labienus habet.

Fīcārĭŭs, a, um, Quod ex ficu est, aut ad ficum attinet [συκινός. Gall. De figuier ou figue. Ital. Di fico. Germ. Das zu den Feigen gehört. Hispan. Cosa pertenesciente a higuera. Pol. De figera prztina'cy, figowy. Vng. Fugefa... lo. Ang Of a figge, or figge tree.] Plinius lib. 11. cap 35: Ficarios culices caprificus generat. Cato cap. 48: Eò sarmenta aut ficarias crates imponito, quæ frigus arceant & solem.

Fīcārĭă, riæ, f. p. Locus est ficis arboribus consitus. συκών. Gall. Lieu complanté de figuiers Ital. Luogo doue sono molti fichi. Germ. Ein ort da viel Feigebäum gepflanzet sind. Hispan. Higueral ò arboleda de higueras. Polon. Miesce figami nassadzone. Vngar Füge fas hely. Angl. A place, planted with figge trees.] Pallad. lib. 4: Aliqui inter ficarias caprifici arborem serunt

Fīcātum jecur, suillum maximè, quòd Græci συκωτὸν appellant, à sue fico pasta

Fīcĭtŏr, pen. corr. Ficorum amator, seu ficorum collector. [συκοτρώκτης. Gall. Qui aime les figues ou les amasse Ital. Chi ama ò raccolfie gchi. German. Der gern Feigen hat, Feigenbrecher. Hisp. El q e ama ò coglos higos. Polon. Figowi mielonik. Vng. Fuge szerető. Ang Alickerous eater of figges.] Nævius apud Non. Ficitores omnes cupiunt ficitatem.

Fīcōsŭs a, um. Ficis: hoc est, ulceribus & tuberculis plenum. συκώδης. Vnde & ficositas ipsa ulcerum copia: Ficitas, ficorum fructuum abundantia seu fertilitas.

Fīcūlnĕŭs, a, um, sive Ficulnus. σύκινος. Gal. De figue, ou figuier. Ital Di fico. Germ Feigenbäumin. Hispan Cosa de higuera. Polon. Figowy. Vng. Fuge fábus valo. Ang. Of or belonging to a figge tree.] Quod est ex ficu arbore. Plin. lib 25. c. 28: Sunt & ficulni caules. Horat. 1. Serm Satyr 8: Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum. Eadem autem forma ficulnus & ficulneus dicimus, qua salignus & saligneus, ilignus & ilignus. Cato Fibolæ unde fiant aridæ, ligneæ, ulmeæ, nuceæ, ficulneæ, face ut in stercus, in aquam conjiciantur. Ficulnea arbor. Col. lib. 5. cap. 11: Ad crus arboris ficulneæ religa.

Ficus terræ. Astragalus. apud Diosc lib 4. cap. 65.

Fictĭlis. Fictitius. Fictor Fictus, Vide Fingo.

Fĭdĕicommissum, Fidejubeo, Fidejussio, Fidejussor, Vide Fides, fides.

Fĭdēlĭă, æ, f p. Genus vasis Samii. teste Nonio, ad usus plurimos accommodati [קנקנים.... Gall. Vaisseau de terre. Ital. Vaso di terra. Germ. Ein gattung eines irdenens geschirrs/ ein hafen oder krug. Belg. Steenen croycke. Hispan. Vaso de barro. Polon. Dzban, bania. Vngar. Agyag bol ... edén. Angl. A vessell of earth.] Persius: Dilce, nec invideas, quòd multa fidelia potet. In locuplete penu. Plautus in Aulul. Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam. Colum. libro 12. cap. 38: In fictili fidelia sacro loco reponuntur. Pers. Satyr 5: tumet alba fidelia vino ¶ De eadem fidelia duos dealbare parietes, est eadem opera duos velle demereri. Curius Ciceroni: Sed oro te, amice magne, noli hanc epistolam Attico ostendere: fine eum me virum bonum esse putare, nec solere duos parietes de eadem dealbare fidelia. Metaphora tracta videtur ab iis qui parietibus albarium inducturi colores habent in fictilibus præparatos. Vide Erasmi Adagia.

Fĭdēlis, Vide Fides, fidei.

Fĭdēs, huius fidei. f q. [אמונה emunáh. πίστις. Gall. Foy, loyauté, fiauté. Ital Fede. German Glaub/ warheit/ trew. Belg Getrouwe/ trouwe. Hisp. La fe. Pol. Wiara, vffnosc. Vngar. Hit. Angl. Beleiffe, tr... faith.] Dictorum est & conventorum constantia & veritas. quia fiat quod dictum est sic appellata. Cicero 1. Offic. Fundamentum autem justitiæ est fides: id est. Dictorum, conventorumque constantia & veritas: ex quo (quanquam hoc videtur fortasse cuipiam durius, tamen ut videamur imitari Stoicos, qui studiosè exquirunt unde verba sint ducta) credamus, quia fiat quod dictum est, appellatam fidem. Terent. Heaut Sed video, eccos quos volebam. c. O' Iuppiter, ubinam est fides? Fides est quod vulgò conscientiam dicimus. Cic. pro Cælio: Sed vestræ sapientiæ tamen est, Iudices, non si causa justa est viris fortibus oppugnandi M. Cœlium, ideo vobis quoque quàm vos causam putare esse justam alieno dolori potiùs quàm vestræ fidei consulendi Idem pro Archia poeta: Adest vir summa autoritate, & religione. & fide Lucius Lucullus, qui se non opinari, sed scire: non audivisse, sed vidisse: non interfuisse, sed egisse dicit. Hæc Budæus. ¶ Obstinatio

stinatio fidei in bonam partem, pro obstinatione & constantia. Tacit. lib. 19: Blæso super claritatem natalium, & elegantia morum, & fidei obstinatio fuit. Idem Tacit. lib. 21, vocat fidem obstinatam pro obstinata & constante. ¶ Constans fidei. Tacit. lib. 20: Neque fidei constans, neque strenuus in perfidia. Fidei plenus. Cicer. de Senect. Licet enim versibus iisdem mihi affari te Attice, quibus affatur Flaminium ille vir haud magna cum re, sed fidei plenus. ¶ Fides tabularum: id est, autoritas. Cicer. pro Archia. quum Appii tabulæ negligentiùs asservatæ dicerentur, Gabinii quamdiu incolumis fuit, levitas, post damnationem calamitas, omnem tabularum fidem resignasset. ¶ Bonæ fidei possessor, qui ignoravit rem quam emit, alienam esse aut putavit eum qui vendidit, jus vendendi habere. *Budæus.* Bona fide id est, serió. Plaut. Aulul. Dic bona fide, tu id aurum non surripuisti? ¶ Dare fidem, idem est quod sanctè promittere. ἐγγυᾶν. Cicer. 2. de Finib. Nec dubitat illi vestro beato M. Regulum anteponere: quem quidem quum sua voluntate nulla vi coactus, propter fidem quam dederat hosti, ex patria Carthaginem revertisset: tum ipsum, quum vigiliis & fame cruciaretur, clamat virtus beatiorem fuisse quam potantem in rosa Thorium. ¶ Accipere fidem & dare. *πίστιν δέχεσθαι καὶ διδόναι.* Virg. 8. Aeneid. Accipe, daque fidem, sunt nobis fortia bello Pectora. ¶ Dare fidem publicam, est publico nomine securitatem vel impunitatem promittere. Cicero 3. in Catil. introduxi Vulturium sine Gallis, fidem ei publicam jussu Senatus dedi: hortatus sum ut ea quæ sciret, sine metu indicaret. Accipere fidem publicam, est id quod dicunt, Impetrare salvum conductum. [*πίστιν ἔχειν* seu *λαβεῖν.* Gall. *Impetrer sau conduit & seureté publique.* Ital. *Ottenere salvo condutto ò sicurtà publica.* German. Ein sicher frey Geleit erlangen. Hisp. *Alcançar salvo conduto y seguridad del principe.*] Sic interponere fidem publicam, est alicui fidem publicam dare. Salust. in Iugurtha: C. Memmius Pop. Rom. persuadet, uti L. Cassius, qui tum Prætor erat ad Iugurtham mitteretur, eumque interposita fide publica Romam duceret. Venire fide publica, Salustius ib. item: Comes ejus qui Romam fide publica venerat. ¶ Affecta fides. Tacit. lib. 19: Et credebatur affectam ejus fidem præjuvisse: id est, fidem tentatam, sicuti Livius dicit res affectas, lib. 6. Decad. 1: Quorum legati opem rebus affectus orantes. Hanc eandem lib. 17, appellat [illegible] fidem. ¶ Habere fidem alicui, est credere. Plaut. Pseud. Vt mihi caverem à Pseudolo servo tuo, Nec fidem ei haberem. Terent. Andr. Propemodum habeo jam tibi fidem. ¶ Implorare fidem alicujus: id est, auxilium. Terent. Adelph. Ita fidem nunc vestram implorat Demea. ¶ Ciere fidem, idem quod implorare. Iuven. Sat. 5: Nos hominum divûmque fidem clamore ciemus. ¶ Interponere fidem. Cicer. de Clar. Orat. Quæ quidem, vis tùm maximè cognita est, Lusitanus à Ser. Galba Prætore contra interpositam ut existimabatur, fidem interfectis. ¶ Fidem liberare, est promissis stare: hoc est, præstare quod quis pollicitus est & propriè dicitur de fidejussore, quum creditoribus satisfacit. Cic. pro Flacco: Pecunia petitur ab Hermippo, Hermippus ab Heraclia petit: ipse tamen Fusiis satisfacit absentibus, & fidem suam liberat. ¶ Mutare fidem, est pactum rescindere, & violare promissum. Salustius in Iugurth. Profectò cuncti, aut magna pars Cirthensium fidem mutavissent, tanta mobilitate sese Numidæ gerunt. ¶ Fallere fidem, est quod quis sua fide promisit non servare. Cic. 1. Offic. Ad supplicium redire maluit, quàm fidem hosti datam fallere. ¶ Præstare fidem. Cicer. ad Attic. lib. 9: Itaque nunc Romæ omnia negotia Lentuli procuro, sustineo, meumq; officium, fidem, pietatem iis præsto. Ovid. 3. Fastorum: Bacche fidem præsta, nec præter amoribus ullam Conjugis. ¶ Item bonæ fidei homo vocatur, cui res tutò creditur, vel qui rem sibi creditam fideliter servat, aut etiam qui fideliter præstat quod promisit. Sueton. in Augusto: Populo promissum congiarium reposcenti, bonæ se fidei esse respondit. Cicer. Lent. lib. 1, fidem pro promissione & quasi sponsione posuit: Pompeii fides quam de me Cæsari dederat. ¶ Fide alicujus sumere: sub argentum. Id est, non sua, sed aliena cautione. Cic. pro Flacco: Nam hunc Hermippum hominem eruditum, civem suum, cui debeat esse notissimus, perculit: ejus enim fide sumpsit à Fusiis. Securus Hermippus Temnum proficiscitur, quum ille sese pecuniam, quam hujus fide sumpserat à discipulis suis, diceret Fusiis persoluturum. *Budæus.* ¶ Facere fidem, est rem per argumenta, tabulas, aut testes probare. *πίστιν διδόναι, πιστὸν ποιεῖν.* Cicer. 2. de lege Agr. Fac fidem, te nihil nisi populi utilitatem quærere. ¶ In alicujus fide esse, Est aliquem soli dominum agnoscere, ac patronum. Cicer. pro Plancio: Eorumque preces & vota de meo reditu exaudiens, Dyrrachium quod erat in fide mea, petere contendi. *Budæus.* ¶ Accipitur interdum fides pro fiducia. Terent. in Andr. Tristis severitas inest in vultu, atq; in verbis fides. ¶ Est item fides, vocabulum negotiatoribus proprium, pro constantia illa promissorum, qua debitores suo loco & tempore præstant quod promiserunt. Cicero pro Fonteio: Scimus Romæ solutione impedita fidem concidisse. Idem Attic. lib. 11: Hujus pecuniæ permutatione fidem nostram in sartie tueatere. Cæsar 3. bell. Gall. Quum fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecuniæ solverentur. ¶ Fide per 1. prod. apud Lucretium lib. 5: via qua munita fidei, &c. ¶ Fide pro fidei, apud Horat. 3. Carm. Ode 7: Thyna merce beatum, Constantis juvenem fide Gygen. Lucan 1. Sertia. Satyra 19.

Fĭdējŭbĕo, bes, bere, Pro alio promitto, fidem meam pro alio interpono, promitto. [ערב *Harák.* ἐγγυᾶσθαι. Gall. *Pleiger ou respondre.* Ital. *Far sicurtà.* German. Verheissen/für ein anderen verbürgen/sich verspreche. Hispan. *Fiar por alguno.* Polon. *Recze ſlubuie.* Vngar. *Kezes lezek.* Ang. *To bée suretie for, to undertake.*] Vlpian. l. si duoiret. §. Filiusfamil. ff. de fidejuss. Filiusfam. itàs pro patre poterit fidejubere, nec erit sine effectu hæc fidejussio.

Fĭdējŭssĭo, onis, f. 1. Sponsio pro alio facto. [ערבות *harrubáh* ἐγγύη, ἐγγύησις. Gall. *Pleigement, response, caution.* Ital. *Sgurtà.* German. Verheissung/verbürgung. Hispan. *Fiança por alguno.* Pol. *Reczenie.* Vngar. *Kez ſég.* Angl. *Suertiship, undertaking.*] Iabo. l. Sed etsi. ff. de fidejuss. Quum servos fidejussionis nomine obligari non prodest.

Fĭdējŭssŏr, m. t. Sponsor, qui pro alio fidejubet & fidem suam interponit. [ערב *hortib.* μεσεγγυητής, ἐγγυητής. Gall. *Pleige ou respondant.* Ital. *Malleuadore, che responde & promette per altri.* Ger. Ein verheisser/Bürg. Belg. Een Borghe/ die voor een ander spreeckt. Hisp. *Fiador por alguna persona.* Polon. *Reczmie.* Vngar. *Kezes.* Ang. *A suertie or borow.*] Donatus Fidejussor est autor credendi, autum aliquid daturum facturúmve, sua fide suoque periculo promittens. Vlpianus in tractatu de fidejussor. Siquis Stichum stipulatus fuerit, & fidejussorem ita acceperit: Stichum aut decem fide tua esse jubes? Vbi illud obiter animadvertendum est, pro eodem dici, Fidejubeo: & divisis dictionibus, fide mea esse jubeo. Paulus l. Vbi autem. ff. de Verbor. Oblig. Si filiusfamiliàs ita stipulatus fuerit, Quantam pecuniam Titio credidero fide tua esse jubes.

Fĭdējŭssōrĭus, adjectivum. [Polon. *Reczaci.* Vngar. *Kezeles, kezés.*] D. de minoribus lib. 7: Vt puta si fidejussorio nomine se vel rem suam obligavit.

Fĭdēĭcommissus, a, um, adject. *ὁ πίστει ἐγχειρισθείς, ὁ παραδοθείς* ut, Libertas fideicommissa: id est, fideicommissi relicta. Vlpian. l. Titius. ff. de actionibus emptoris: Cæteri quoque servi cognita voluntate defuncti, fideicommissam libertatem perstenti.

Fĭdēĭcommissum, n. s. [Gall. *Ce dont l'on est chargé, & qui nous est baillé en garde de bonne foy.* Ital. *Fidei commisso.* German. Das einem anderen treuw unnd glauben zubehalten oder außzurichten ubergeben unnd vertrawet ist. Hisp. *Cosa que se encomienda a la fé.* Polon. *Na wiere wiare przypuszenie.* Vngar. [illegible] Ang. *A feoffement of trust, a putting of a thing in ones handes to dispose upon the only credite of his honestie.*] Est species dispositionis ultimæ voluntatis, quum testator alicujus fidei aliquid committit quod alteri sit restituturus: quod ideò Fideicommissum dictum est quòd ex Fide ejus cui committebatur, pendebat. Postea tamen Fideicommissa, ut omnis fraudi humanæ occasio amputaretur, à divo Augusto ad necessitatem juris sunt retracta, justisque legatis exæquata.

Fĭdēĭcommissārĭus, sarii, m. s. habet passivam significationem: nam is dicitur qui Fideicommissionem accepit [*πιστευθείς*. Gall & Hispan. *Fidecommissario.* Germ & Belg. Testamentier. Vngar. *Azt valaminek kim bizzeste [illegible] fogata.* Ang. *A feoffer of trust, one put in trust to dispose a thing.*] Vlp. l. Fideicommissa. de leg. 3: Paulatim igitur admittemus, etsi ex parte pecuniæ rem comparavit, quam nó hoc anno exegit, ut Fideicommissarium privaret Fideicommisso, posse adhuc Fideicommissi petitionem superesse.

Fīdo, is, fisus, n. t. Fidem habeo, credo, spem fiduciamque in aliquo repositam habeo: & tàm cum ablativo quàm cum dativo construitur. [בטח *batách* האמין *heemin.* πείθομαι. πιστεύω. Gall. *Se fier & croire à quelqu'un.* Ital. *Confidarsi, fidarsi.* German. Trawen/glauben. Belg. Betrouwen. Hispan. *Confiarse de alguno.* Polon. *Vffam, wierzę.* Vngar. *Hiszek bizom.* Ang. *To trust, or beleve.*] Iuven. Fidimus eloquio Ciceroni: Virg. l. 9. Aened. & fidere nocti. Plin. in Epist. Liber fuit, & opusculis varius & metris: ita solemus qui ingenio parùm fidimus, satietatis periculum fugere. ¶ Hujus composita sunt, Confido & diffido, spen. prod. quæ sunt contraria. Nam confidere, idem est quod fidere. Cic. ad Attic. Itaque accusabat ab eo, quòd parùm constantiæ suæ confiderem. Contrà, diffidere est fidem non habere ἀπιστεῖν. Sen. Nec secundis rebus nimis fidelium, nec adversus diffidendum est.

Fĭdentĕr, adverb. Intrepidè & cum fiducia, confidenter, audacter. [לבטח *labetách* πεποιθότως. Gall. *Asseurément, hardiment.* Ital. *Fidatamente, confidenza.* Germ. Vertrawlich/sicherlich. Hisp. *Confiando, con buena fiuzia.* Polon. *Smiele, ufnie.* Vngar. *Bizvást.* Ang. *Boldlie, with trust and assurance.*] Cic. 2. de Orat. Tùm ille fidenter homo peritissimus confirmare, ita se rem habere ut respondissent. Idem 2. de Divinat. Timidè fortasse signifer evellebat quod fidenter infixerat. Fidentius scribere alicui. Idem ad Attic. lib. 6.

Fĭdentĭa, tiæ, f. p. Firma animi confisio, & fortitudinis pars per quam animus multum in se fiduciæ cum certa spe collocavit. [מבטח *mibtách.* θάρσος. Gall. *Fiance, confiance.* Ital. *Fidanza.* German. Trewung/gewisse zuversicht. Hispan. *Fiuzia, confiança.* Polon. *Pewna ufnosc.* Vngar. *Bizodalom.* Ang. *Boldenesse, trust, confidence.*] Ponitur autem in laude, quemadmodum & fidens, unde deducitur. θαρσαλέος. Confidens autem & confidentia plerunque in malam partem. Cicer. 3. Tuscul. Qui fortis est, fidens, quoniam confidens mala loquendi consuetudine in vitio ponitur: ductum verbum à confidendo, quod laudis est: qui autem est fidens, is profectò non extimescit. Idem 2. de

Invent ait, fidentiam partem esse fortitudinis, per quam magnis & honestis in rebus, multum ipse animus in se fiduciæ cum certa spe collocavit. Idem 4. Tusc. Etsi fidentia: id est, firma animi confisio, scientia quædã est & opinio gravis, non temerè assentient. metus quoque est diffidentia expectati & impendentis mali.

Fidēlĭs, le, om. à fide, Qui servat fidem, vel cui tutò fidem adhibere possumus, fide præditus, fidem suam præstans. [נאמן neemán. πιστὸς Gall. Fidele, loyal, feal seur, feable. Ital. Fedele Germ. Trew/dem wol zuglauben ist Belg. Ghetrou. Hispan. Cosa fiel. Pol. Wierny godni wiary. Vngar. Hiu. Ang. Trustie, faithfull, true harted] Terent. in Hecyr. Per pol quam paucos repetias meretricibus Fideles evenite amatores Syra. Cic. ad Serv. Aut si quem tuorum fidelium voles, ad me mittas. Idem Qu. Fratri Græcorum familiaritates parùm fideles sunt. Terent. in Hecyr. Quàm fideli animo, & benigno in illam, & clementi fui. Transferrur etiam ad inanimata. Plin. lib. 16. cap. 36. de arundinum comis: Aut enim pro pluma cauponarum strata replet: aut ubi limosiore callo induruit, sicut in Belgis, contusa & interjecta navium commissuris ferruminat textus, glutino tenacior, rimisque explendis fidelior pice.

Fidēlĭtās, f. t. Observatio fidei. [אמונה emunà. ἡ πίστις. Gall. Fidelité, loyauté, feauté, asseurancé. Ital. Fedeltà. German. Glauben haltung/trew. Hisp. Fieldad. Polon. Wiary trzymanie. Vngar. Hiuség. Ang. Trustinesse, loyaltie, faithfulnesse.] Cic. ad Qu. Fratrem lib. 1: Quibus in rebus etiam si fidelitas summa est, quod prorsus credo &c. Idem ad Attic. lib 9: In hac enim fortuna perutilis ejus & opera, & fidelitas esset.

Fidēlĭtĕr, adverb. [πιστῶς. Gall. Fidelement, fea'ement, loyaument, ou loyalement. Ital. Fedelmente. Germanicè, Trewlich. Hispan. Fielmente. Polon. Wiernie. Vngar. Hiuén. Ang. Faithfullyl, truely.] Liv. 3. bel. Maced. Constanter & fideliter permanere in amicitia populi Roman. Horat. 1. epist. Percontatorem fugito: nam garrulus idem est, Nec retinent patulæ commissa fideliter aures.

Fĭdēlē, aliud adverb. [Vngar. Hiuen.] Plaut. in Capt. Fac fidelè sis fidelis, cave fidem fluxam geras.

Fīdŭs, a, um, fidelis. [נאמן neemán. πιστὸς. Gall. Seur, loyal, feal. Ital. Fido, fidato, fedele. German. Trew / dem wol zu vertrawen ist. Belg. Betrou Hispanicè, Fien de quien se puede fiar. Polon. Wierny, ten ktoremusie mozemy zwierzyc. Vngar. Hiu. Ang. True, harted trustie, faithful.] Cicer. de Amic. Quod Tarquinium dixisse fertur, quum exul esset se intellexisse quot fidos amicos habuisset, & quos infidos. Idem 2. de Finib. Inest ad humanam societatem justitię fida custodia ¶ Hujus compositum & contrarium est Infidos, penultima product. ἄπιστος. nam Perfidus, penult. corrept. à fides fit. Livius 1. ab Vrbe: Infida regni societas.

Fīdĭŏr, comparativus. [Vngar. Hiueb.] Iustin. histor. l. b. 6: Vt eos sibi fidiores & dominis infestiores redderet.

Fīdē, adverbium, Fideliter. [πιστῶς. Gall. Fidelement. Ital Fedelmente. German. Trewlich. Hispan. Fielmente. Pol. Wiernie. Vng. Hiuen. Ang. Faithfully, truely] Cicer. Cæl. lib. 2: Nec me ista terrent, quæ mihi à te ad timorem fidissimè atque amantissimè proponuntur.

Fīdūcĭā, fiduciæ, f. p. fidentia: hoc est, certa quædam opinio & spes de se vel de alio concepta, [מבטח mibtách בטחון bittachón. πεποίθησις, θάρσος. Gall. Fiance & asseurance. Ital. Fiducia, fede, fidanza German. Vertrawung/zuversicht. Belg. Betrouwinge. Hisp. Fiuzia, ò confianza. Polon. Vffnosyc, wiara. Vngar. El hitel, bizodalom. Ang. confidence trust.] Sumiturque tàm in meliorem partem, quàm in deteriorem. Cic. 2. Verr. Haben hominem prępotentem, cujus fiducia provinciam spolio. Idem Q Fratri Nihil est quod posthac artis nostræ fiducia conturbes. Idem de Amicitia: Vita tyrannorũ in qua nulla stabilis beneuolentię possit esse fiducia. Virg. 1. Aen. Tantáne vos generis tenuit fiducia vestri? Idem 9. Aeneid. Cernis quæ Rutulos habeat fiducia rerum. ¶ Accipitur etiam fiducia pro contractu quo fidem alterius secuti, rem ei aliquam simulandi tantùm causa mancipamus: inde ducta appellatione quòd fide ac probitati emptoris freti eam venditionem interposuimus. Boethius in 4. Comment. Topic. Fiduciam: (inquit) accepisse dicitur, cuicunq; res aliqua ea lege mancipatur, ut mancipanti aliquando remãcipet. Veluti siquis tempus dubium timens, amico potentiori fundum mancipet, redditure quum tempus illud dubium prę terierit. Cic. pro Flacc. Pecuniam adulescentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta occupasti. Hanc fiduciam tibi commissam tenes hodie atque possides. Credidisti, inquit, adolescentulo grandem pecuniam fœneratitiam, accepto tamen fundo fiduciario, quem restituas quum tibi pecunia unà cum usura fuerit reddita. Inde fiduciariam mancipationem veteres vocaverunt, quam hodie dicimus. Venditionem cum regressu, sive sub redimendi potestate contractam: & rem ipsam fiduciariam, quæ alteri ea lege traditur, ut postea reddatur ei qui emãcipârit. Liv. 2. de bel. Maced Optimum ratus eam Nabidi Lacedæmoniorum tyranno, velut fiduciariam dare, ut victori sibi restitueret siquid adversi accidisset, ut ipse haberet. Loquitur de Corintho, quam Philippus bellum Romanis illaturus, Nabidi ea lege dederat, ut si victor ex bello redisset, sibi restitueretur Inde fiduciarius hæres vocatur ab Iaboleno in l. Seius ad Trebell. quam aliàs vocamus fideicommissarium, quòd hæreditatem velut fiduciariam videtur accepisse, quam mox alteri sit traditurus. Ad hunc etiam modum Cæsar bel. civil. lib. 2, operam Legati vocat fiduciariam: quia Legatus potestatem suam ab Imperatore accepit, quam redeunti ad exercitum Imperatori debet cedere.

Fĭdēs, fidium, f. t. Lyra, cithara, instrumentum musicum nervis instructum. [מיתרים meithárim כנור chinnór. λύρα, χέλυς, κιθάρα. Gall. Vne harpe, ou les cordes qui y sont. Ital. Lira ouero altro stromento che habbia harmonia nelle corde. German. Seitenspiel/oder seiten auff solchen Instrumenten. Belg. Snare. Hispan. Instrumento musico de cuerdas. Polon. Strona nalutny, skrzypicy. Vngar. Lant heg ew húr. Ang. An harpe, gittern, fidle] Cicer. 2. de Legib. Severa illa Lacedæmon nervos jussit, quòd plures quàm septem haberet in Timothei fidibus inde demi. Idem de Orat. Omnes voces, ut nervi in fidibus, ita sonant ut à motu animi sunt pulsæ. ¶ Legitur & in sing. num. fides, fidis, quod nõ temerè alibi reperias quàm apud poëtas. Cic. in Arat. Cedit clara fides Cyllenia. Persius Satyr. 6: Atque marem strepitum fidis intendisse Latinæ ¶ Nihil ad fides, Οὐδὲν πρὸς τὴν χορδήν. In eos quorum vita vehementer est inæqualis, quorúmve mores ab oratione dissident. Ex Lucian & Plutarch. ¶ In hac significatione Sosipater masculini generis esse contendit: lib. 1 Institution. Grammatic. quod tamen falsissimum esse Latinè loquentium usus ostendit.

Fĭdĭcŭlă, læ, f p. diminut. parva lyra, parva fides. [λύριον. Gall. Vne petite harpe ou petite corde. Ital. Cetrind, cetretta. German. Ein Geigen oder harpffen. Hispan. Traso de cuerda. Polon. Skrzypczky, harffa. Vngar Hurotska. Ang. A little harpe, a gittern or rebecke] Gell. lib. 1. Sed enim Achæos Homerus pugnam indipisciait, non fidicularum tibiarumque concentu conspiratam Cicero lib. 2 de Nat. Quid si platani fidiculas ferrent numerosè sonantes, idem scilicet censeres, in platanis inesse musicam? ¶ Est & FIDICULA inter astra constituta, quæ Fides à Colum. ab Hygyno Lyra nominatur. Plin. lib. 18. Fidiculæ occasus Autumnum inchoat. ¶ Præterea fidiculæ, numero tantùm plurali, sumitur pro instrumento torquendi, ex duobus, ut putatur obliquatis lignis compacto: ab extorquenda veritate, ac fide: vel à nerveis funibus, quibus homines torquendi ligabantur. κύφωνες. Sueton. in Tiberio: Ex cogitaverat inter genera cruciatus, ut repentè veretris deligatis, fidicularum simul urinæque tormento distenderet.

Fĭdĭcĕn, penult. corr m. t. Qui cithara lyráve canit. [κιθαρῳδὸς, κιθαριστὴς, λυρῳδὸς. Gall Ioueur de harpe harpeur. Ital. Suonatore di tale instromento. German. Der auff seiten spielen kan/Harpffenschlaher / Lautenist oder Geyger. Belg. Een Harpenslagher/ oft Luytenspeelder Hispan. El que tanne instrumento de cuerdas. Pol Skrzypekgracz na lutny, albonam ssich instrumentach. Vng. Hegedus muskás. Ang. An harper.] Cicer. Pæto: Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen. Horatius 4. Carm. Ode 3: Romanæ fidicen lyræ.

Fĭdĭcĭnĭŭs, a, um, Quod ad fidicinem pertinet. [κιθαρῳδικὸς Vng. Hegedwshoz valo. Ang. Belonging to an harper.] Plaut. in Rud. Eam vidit ire è ludo fidicinio domum.

Fĭdĭcŭlă, Trichomanes apud Dioscoridem libro 4. capite 138.

Fidipedes, Avium genus apud Aelian.

Fido, fidis. Fiducia. Fidus, Vide FIDES fidei.

Figites, ut ait Plin. Sunt animalia Aethiopiæ, fusci coloris, mammillas geminas in pectore habentia, sicut homo: nec fera multùm, ut quæ domari non possint, nec ita mansueta, ut nocentibus non noceant.

Figmēntum, Vide FINGO.

Figo, is, xi, xum, act. t. Immitto, planto, affigo, adhærere facio. [תקע takáh מחק mahách πήγνυμι, ἐγκαθιδρύω. Gall. Ficher, attacher. Ital. Ficcare. German Hefften / flecken Belg. Hechten / insteken Hispan Hincar. Polon. Wbikam, hoffinic. Vngar. Gyakom, altat wibom. Ang. To thrust in, to fasten.] Col. Palum humi fixi. Virg 4. Georg. ipse feraces Figat humo plantas. Cic. ad Attic. lib. 1. Ast tute scripsisti ad me, quoddam caput legis Clodium in Curiæ poste fixisse, ne referri, néve dici liceret. ¶ Figere per translationem pro firmare, sive stabilire. Cicer. ad Att l. 8: Et simul scito labare meum consilium, illud quod jam satis fixum videbatur. ¶ Interdum pro percutere, ferire. Iuven. Sat. 1: Quum tenet uxorem ducat spado, Mævia Tuscum Figat aprum, & nuda teneat venabula mamma. ¶ Figere aliquem maledictis, per translationem. Cicer. 1. de Nat. deor. Zeno quidem non eos solùm qui tum erant, Apollodorum Syllam, cæteros figebat maledictis, sed Socratem, &c. ¶ Figere arma dicebantur gladiatores jam emeriti, quum arma ad templi parietem, aut columnam suspendebant. Horat. 1. Epistol. Vesanius armis Herculis ad postem fixis latet abditus agro. ¶ Figere spem in aliquo, est omnem spem suam in eo repositam habere. ¶ Figere beneficium clavo trabali, proverbialis loquutio est, idem significans quod operam dare ut perpetua beneficii extet memoria. Cicer. 7. in Verr. Et ut hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clavo figeret cum cõsilio causam Mamertinorum cognoscit, & de consilii sententia Mamertinis se frumentum non imperare pronuntiat. Vide Erasmi Adagia. ¶ Hujus composita sunt, Affigo, Configo, Defigo, Infigo, Præfigo, & Transfigo: quorum significata vide suis locis.

Filictum, Filicula, Vide FILIX.

Figŭlo,

Figulo, as, fingo, facio, seu figulus aliquid efficio. [Vngar. *Teremtek, épitek, formálok.*] Tet. adverſ. Valen. Figulat ita hominem Demiurgus, & de afflatu ſuo animat.

Figlina, Figulus, Figura, Vide Fingo.

Filiaſter, Vide Filius.

Filius, lii, m. f. [בן *ben* υἱός. Gall. *Fils*. Ital. *Figlio, figliolo*. German. Ein Sohn. Belg. Een Soon/ſoone. Hiſpan. *Hyo legitimo ò natural*. Polon. *Syn*. Vngar. *Fiu, magzat*. Ang. *A ſonne*.] Notæ ſignificationis nomen eſt: ἀπὸ τῆς φιλίας, hoc eſt, ab amore dictum: quòd omnium conſtantiſſimus amor ſit parentum in filios. Cic. 1. de Finib. Effigies probitatis paternæ filius. Idem Cæcinnæ lib. 6: Imago animi & corporis filius. Ex improbo patre probum filium naſci. Cicer. pro Quin. Roſc. Appellatione filiorum (ut iureconſulti conſentiunt) etiam filiæ continentur, ſed non è contrario. ¶ Fratris filius. Terent. in Phorm. Phædriam mei fratris video filium mihi ire obviam. Cæſar. 5 bell. Gall. Quódque ei & filius, & fratris filius ab Cæſare remiſiſſent. ¶ Dicitur etiam de brutis. Colum. lib. 6. cap. 37: Ejuſmodi admiſſarius nepotibus, quàm filiis utilior. ¶ Terræ filii, dicuntur obſcuro, ignotoque genere nati, ſive quòd terra ſit omnium communis parens, ſive quòd, ut poëtæ fabulantur, Gigantum genus ignobiliſſimum è terra procreatum dicatur. Vnde etiam apud Iuvenalem, Fraterculus Gigantum pro homine ignobili legitur. Cicer. ad Attic. lib. 1: Sed hæc ad te ſcribam aliàs ſubtilius: nam neque adhuc mihi ſatis nota ſunt, & huic terræ filio, neſcio cui, committere epiſtolam tantis de rebus non audebam. ¶ Fortunæ filius, cui omnia proſpero fortunæ eventu ſuccedunt. Horat. 2. Serm. Satyr. 6: Luſerat in campo fortunæ filius omnes. ¶ Filiifamiliâs, Liberi patrisfamiliâs poteſtati ſubditi. Cic. pro Cœlio: Illum filiumfamiliâs patre parco & tenaci habere tuis copiis devinctum non potes. Filiifamiliarum. Tacit. lib. 1: Nunquámne, niſi ad ſe filios familiarum venturos? Idem lib. 3: Exceptum comiter juvenem ſueta erga filios familiarum liberalitate auget.

Filiolus, li, m. f. diminut. [υἱδιον. Gall. *Vn petit fils*. Ital. *Figliuoletto*. German. Ein junger Sohn. Hiſp. *Pequenno hijo*. Pol. *Synaczek*. Vngar. *Fiatska*. Ang. *A litle ſonne*.] Cic. ad Att. lib. 1: Filiolo me auctum ſcito, ſalva Terentia. Iuven. Satyr. 4: Quò tibi filiolus, vel filia naſcitur ex me?

Filia, liæ, f. p. Proles fœmina. [בת *bath*. θυγάτηρ. Gall. *Fille*. Ital. *Figliuola*. Germ. Ein Tochter. Belg. Een Dochter. Hiſp. *Hija*. Pol. *Corka*. Vngar. *Leány magzat*. Ang. *A daughter*.] Virgil. 7. Aeneid. Sola domum, & tantas ſervabat filia ſedes, Iam matura viro, jam plenis nubilis annis. Tacit. in vita Agric. Auctus eſt ibi filia in ſubſidium & ſolatium ſimul. Idem lib. 5: Poſt quos Sext. Marius Hiſpaniarum ditiſſimus, defertur inceſtaſſe filiam, & ſaxo Tarpeio dejicitur. ¶ Vnica filia duos parare generos. Adagium eſt, quo uti licebit, ubi quis idem beneficium duobus ſimul pollicetur, aut pro eodem officio quod alteri præſtiterit, à duobus gratiam repoſcit.

Filiola, læ, f. p. diminut. [θυγάτριον. Gall. *Fillette*. Ital. *Figliuolina*. Germ. Ein Töchterlein. Hiſpan. *Pequenna hija*. Polon. *Coreczka*. Vng. *Leanyotska, leankatska*. Ang. *A litle daughter*.] Plautus Rud. Filiolam ego unam habui, eamque unam perdidi. Cicer. 1. de Divin. Filiolam ſuam Tertiam, quæ tum erat admodum parva, exoſculans, animadvertit triſticulam.

Filix, icis, f. t. Herba eſt ſine caule, ſine flore, ſine ſemine [πτέρις. Gall. *Feuchiere ou fougere*. Ital. *Felice, felce*. German. Farntraut. Belg. Varen. Hiſpan. *Helecho*. Polon. *Paproc*. Vngar. *Perie*. Angl. *A ferne or brake herb*.] Duo ejus ſunt genera, mas ſcilicet & fœmina. Filix mas, quæ propriè Græcis πτέρις appellatur, folia habet cubitali longitudine, ex uno pediculo exeuntia, inciſa, & alarum avium modo explicata, odore ſubgravia: radicem verò in terræ ſuperficie foris nigram, craſſam, oblongam, adnaſcentias appendicéſve multas habentem. Filix fœmina, quæ Græcis θηλυπτέρις dicitur, folia habet maci ſimilia, non tamen uno ſingularique pediculo hærentia, ſed adnaſcentes ramulos multos altioreſque habentia. Radix illi longa, obliqua in nigro colore ſubflava, aliquando verò rubeſcens. Vtraque ſpecies montibus, ſylvis, & locis ſaxoſis gaudet: exfodituríque occidentibus Vergiliis. Radix quatuor drachmarum pondere ſumpta, lacos lumbricos enecat. Mulieribus tamen non danda, quòd in gravidis abortum, in cæteris ſterilitatem facere credatur. Herba eſt agricolis in primis inviſa, quòd & latiſſimè ſeſe per agros diffundat, & ægerrimè extirpetur. Virgil. 2. Georg. Et filicem curvis inviſam paſcit aratris. Atque eam ob cauſam proverbio dicitur, Felicem nullo manſueſcere aratro; de re quæ emendari & corrigi non poteſt. Perſ. Sat. 4: Non tamen iſta filix ullo manſueſcit aratro. ¶ Filicata opera quæ ſint, declarat Caper Grammaticus: Filicem (inquit) non felicem dicendum: unde & filicata opera priores dixerunt, cælata. Turnebus ibi legit, cælata à filice. Caper cuipiam fortaſſe filicata opera, ut felici & nobili cælatura inſignita videatur interpretari. Aliter tamen Pompeius, qui filicata vocat, non ut felicata, ejus verba ſunt: Filicata patera dicta eſt, quòd ad filicis herbæ ſpeciem ſit cælata.

Filicula, læ, f. p. Herba eſt ſimilis filici, radice piloſa, colore intùs herbaceo, craſſitudine digiti minimi, acetabulis cavernoſis, cujuſmodi ſunt polyporum cirri: ſubdulcis, in petris naſcens, aut ſub arboribus vetuſtis: [πολυπόδιον. Gall. *Polypode*. Ital. *Polipodio*. German. Engelſüß/Baumfarn. Belg. Boomvaren. Hiſp. *Filipodio, polypodio*. Ang. Walferne, polipodie.] Plin. lib. 26. cap. 8.

Filictum, cti, n. ſ. Locus eſt filice herba obſitus [πτερεών, πτεριδῶδες χωρίον, ἐν ᾧ πτέρις φύεται. Gall. *Fougeraye, lieu où il croiſt force fougere*. Ital. *Filicato, piantato di filici*. German. Ein ort da viel Farntraut wachßt. Hiſpan. *Lugar donde naſce el helecho*. Polon. *Miejsce gdzie roſnie paproc*. Vngar. *Periés hely*. Ang. *A ferny ground*.] Colum. lib. 2. cap. 2: Iuncone ſit, an gramine veſtus, an filictis, aliiſve frutetis impeditus.

Filum, li, n. ſ. Propriè quòd ex lino lanâve trahendo ducitur. [חוט *chut*. νῆμα, μίτος. Gall. *Fil ou filet trait, ligne*. Ital. *Filo*. Germ. Ein faden. Belg. Draet/garen. Hiſpan. *El hilo que ſe hila*. Polon. *Nyc*. Vngar. *Tzérna, fonál*. Ang. *A thread, a line*.] Lucilius: Surge mulier, duce filum non malum. Ovid. 4. Metam. E quibus una levi deducens pollice filum. Idem 1. Amor. Eleg. 14: Vel pede quod gracili deducit aranea filum. Horat. 2. Carm. Ode 3: Dum res, & ætas, & ſororum Fila trium patiuntur atra: Id eſt, Parcarum. ¶ Aliquando ponitur pro linea fabrorum. Varro: Sumptoque atramento ſutorio filum duxit. ¶ Aliquando pro lineamentis oris, & vetuſtate formæ. Gell. lib. 14 cap. 4: Forma ac filo virginali dixit imagine juſtitiæ fieri ſolitam. Idem libro 1. cap. 9. tradit Pythagoram explorare ſolitum diſcipulos ex totius corporis filo atque habitu. ¶ Transfertur & ad ſtylum & phraſim orationis. Gellius: Amavi in utraſque epiſtola brevitatis elegantiſſimæ filum tenuiſſimum. Horat. 2. Epiſt. 1: tenui deducta poëmata filo. Tracta eſt metaphora à textoribus, qui telam tenuiſſimo filo texentes, probatiſſimam conficiunt. Cic. de Amic. Nos autem à te potiùs, quanquam etiam ab iſto ſæpè quæſivi & audivi; ſed aliud quoddam experimus filum orationis tuæ. ¶ De filo pendere, proverbium de re vehementer periculoſa. Tenui filo, pro ſtylo ſubtiliori minuſque grandiloqua oratione.

Filatim, adverb. κατὰ νῆμα. Lucr. lib. 2: Phœniceuſque color clariſſimus omni: Filatim quum diſtrahitur diſperditur omnis.

Fimbria, f. p. Veſtium ora dicebatur quæ inciſuras habebat ſerræ dentibus non abſimiles. [ציצת *tſitſith* כנף *chanaph*. κράσπεδον, θύσανος. Gall. *Frangere bord*. Ital. *Fimbria, la frange*. Germ. Ein zerſäſerter ſaum eines kleids, ein beltze. Belg. Den zoom/den boort. Hiſpan. *La bordadura de la veſtidura*. Pol. *Brzeg na ſukny poſtrzyżony*. Vngar. *Ruha prémje*. Angl. *A fringe, or hemme, a garde of a garment, a welte*.] Plin. lib. 17 cap. 5: Iam ſigna lethalia: in furoris morbo, riſum: ſapientiæ verò ægritudine, fimbriarum curam, & ſtragulæ veſtis plicaturas. Nonius cujuſlibet rei extremitatem hoc nomine ſignificari tradit: undè & cincinnorum fimbrias dixit Cic. in Piſon. Erant (inquit) illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ, & fluentes, ceruſſataque buccæ. ¶ E fimbria de texto judico, ἐκ τῆς κρασπέδου τὸ ὕφασμα γινώσκω. Hoc eſt, ex uno aliquo puſillo reliquorum facio conjecturam. Tranſlatum à negotiatoribus, qui inſpecta texti margine facilè de univerſo cujuſmodi ſit, judicant.

Fimbriatus, m. f. Per ambitum inciſus, [θυσανωτός, θυσανωτὸς. Gall. *Bordé, frangé, ou crené*. Ital. *Frangiato, fregiato*. German. Zerſäſert oder zerſchnitten an dem ſaum. Hiſpan. *Bordado*. Polon. *Na kraiczku ſukinie poſtrzyżony*. Vngar. *Roſtos ſzéljü ſzarnyekór*. Ang. *That hath a fringe or hemme*.] Sueton. in Cæſ. Vſum ferunt lato clavo ad manus fimbriato. Fimbriata urticæ folia ſcribit eſſe Plin. ex quo colligimus, qualis fuerit poſitura & flexura fimbriarum.

Fimus, mi, m. f. Lætamen dicitur, & excrementa animalium, quibus agri ſtercorantur. [דמן *dómen*. κόπρος, ὄνθος, ἀπόπατος, σκύβαλον, ἄφοδος. Gall. *Fiens, fiente*. Ital. *Letame*. German. Miſt. Belg. Mis. meſt. Hiſpan. *La bianda, eſtiercól del animal*. Pol. *Gnoy*. Vng. *Ganė*. Ang. *Dunge of cattel or of man*.] Apuleius: Fimo fiſtula excuſſo. Plin. lib. 17. cap. 9: M. Varro principatum dat turdorum fimo ex aviariis. Virgil. 1. Georg. arida tantùm Ne ſaturare fimo pingui pudeat ſola. ¶ Legitur & fimum neutri generis Plin. lib. 29. cap. 6: Columbarum fimum cum aceto ad epiphoras laudatur. Et paulò pòſt: Turturis fimū albugines extenuat. ¶ Apuleius & fœminino genere utitur quū ait: Liquida fimo ſtrictim egeſta apud fimum odorū vaporem ſpargis ὡς κόπρος θυμώσας. Nam perit omnis fragrantia fimique fœtore vincitur. Conveniet in eos qui rem egregiam indignis adhibent. Suidas.

Fimetum, ti, n. ſ. Sterquilinium quo fimus congeritur. [דמן *dómen*. κοπρών. Gall. *Fumier*. Ital. *Letamaio*. German. Ein Miſtgrub. Belg. Meſtput/meſthoop. Hiſp. *Muladar de aquel eſtiercol*. Polon. *Gnoiownia*. Vng. *Ganés hely*. Ang. *A donghill, a mixen*.] Plin. libro 24. cap. 2: Fimeta ſub dio concavo loco, & qui humorem colligat, intecta ſtramento, ne in ſole areſcant, palo à robore depacto fieri jubet Virgilius.

Finalis, Vide Finis.

Findo, dis, fidi, fiſſum, per duplex ſſ, act. t. Scindo, & divido. [בקע *baká*, בקעה *bikkah*. σχίζω. Gall. *Fendre*. Ital. *Spezzare, fendere*. German. Spalten. Belg. Clieven. Hiſpan. *Hender*. Pol. *Lupam, dziele*. Vngar. *Meghaſitom*. Angl. *To cleave*.] Col. lib. 3: Curabis ut præacutiſſima falce, ab ea parte, qua bifurca eſt findas eam. Ovid 1. Triſt. Eleg. 7: Terra feret ſtellas, cœlum findetur aratro, Vnda dabit flammas, & dabit ignis aquas. Plaut. Bacch. Heu cor meū & cerebrum Nicobole finditur, Iſtius hominis ubi fit quæque mentio. ¶ Findere freta claſſe. Propert. lib. 3 Rura finduntur vomere. Claudian. 1. in Eutrop. Virg. 6 Aen. Hic locus eſt, partes ubi ſe via findit in ambas. ¶ Compoſita ſunt diffindo, & infindo. Vide ſuis locis.

Fissus, particip. [[illegible]] Gall. *Fendu.* Ital. *Fesso.* German. Gespalten. Hisp. *Endido.* Polon. *Rozlupiony.* Vngar. *Meg hasitatot.* Ang. *Clouen, clefte, or checked.*] ut, Lignum fissum. Virg. 9. Aen. Paries fissus tenui rima, Ovid. 4. Metamorph.

Fissus, us, ui, m. q. Pro Fissura, & divisura. [[illegible]] Gall. *Fente, fendement, crevasse.* Ital. *Fessura, apertura.* Germ. Ein spalt/riss. Hispan. *Hendedura.* Pol. *Rozdzielenie, rozlupienie.* Vngar. *Hasadás.* Ang. *A clefte, a cutt.*] Cicero de Nat. deor. Vnde porrò ista divinatio? quis invenit fissum jecoris? quis cornicis cantum notavit?

Fissio, onis, f. t. Findendi actus. [[illegible]] Gall. *Fendement.* Ital. *Fendimento.* German. Spaltung. Hispan. *Hendedura, obra de hender.* Polon. *Rozlupienie.* Vngar. *Hasitás.* Ang. *A cleauing.*] Cic. 2. de Nat. deor. Quibus quum terræ subigerentur fissione glebarum ab illo aureo genere, ut poetæ loquuntur, vis nulla unquam afferebatur.

Fissilis, le, Quod fissum est aut findi potest: ut, Fissile robur fissile lignum. [[illegible]] Gall. *Aisé à fendre.* Ital. *Qualche si puo fendere ò spezzar.* German. Gespalten / oder das sich gern spalten lasst / spaltig. Hispan. *Cosa que ligeramente se puede hender.* Polon. *Lupiasty.* Vngar. *Hasadó.* Ang. *That may be clouen or slitte.*] Colum. lib. 9. cap. 1: Erit fissilis stirpes. Virgil. 1. Georg. fissile lignum S. inditur.

Fissura, ræ f. p. Rima, vel divisio quæ fit findendo. [[illegible]] Gall. *Fente.* Ital. *Fessura, apertura.* German. Ein spalt. Hispan. *Hendedura.* Polon. *Rozlupienie, skała.* Vng. *Hasadék.* Ang. *A clefte.*] Colum. lib. 5. cap. 10. Fissuram cuneo tædæ pineæ adigito. Plin. lib. 10. cap. 63: Quorum in digitos pedum fissura divisa est, ea numerosiora in fœtu. Hinc fiunt Bifidus & Trifidus, pro eo quod est in duas, vel tres partes divisum. Vnde orbis à poetis eleganti epitheto dicitur *trifidus*, quòd in tres partes sectus sit.

Fissum, i, n. f. [[illegible]] Vng. *Hasadék.* Ang. *A clefte.*] ut, Fissum aniid est, rima in ano, Cels. lib. 5. cap. 21.

Fingo, is, xi, ctum, act. t. formo, informo. [[illegible]] Gall. *Feindre, faire & former.* Ital. *Fingere formare.* German. Machen / gestalten / formieren. Belg. Maken. Hispan. *Hazer boja de barro, componer.* Polon. *Zmyślam, czynię.* Vngar. *Formálok, ábrázolok.* Ang. *To fasme, to forme and make.*] Vnde & figuli dicuntur: & vas fictile, quod formatur ex argilla, aut creta. Salust. in Catil. Quæ natura ventri prona, atque obedientia finxit. Lactant. lib. 1: Itaque homines eorum simulachra finxerunt, ut haberent aliquod ex imaginum contemplatione solatium. Est enim generale vocabulum ad omnia quæ ingenio manuque artificio è formantur: ut apud Ciceronem libro 1. Offic. Apum examina, non fingendorum favorum causa congregantur, sed quum congregabilia natura sint, fingunt favos. Virgil. 8. Aeneid. & corpora fingere lingua: hoc est, lambendo formare. ¶ Aliquando significat simulare, [[illegible]]. Cic. in epist. Suscipe meas partes, & eum te esse finge, qui ego sum ¶ Aliquando ponitur pro excogito, & comminiscor. Cicer. pro Quint. Hæc causa à te per summam malitiam ficta est. ¶ Fingere ex sua natura cæteros: Hoc est, cæteros ex suo ingenio judicare. Cicer. pro Amerino: Homines aurem, qui ex sua natura cæteros finxerunt. ¶ Fingit causas ne det: id est, cavillatur. Terent. Eunuch. postquam sensit me tecum quoq; Rem habere, fingit causas ne det, sedulò. ¶ Fingere sermonem ac voluptatem alterius. Hoc est, componere & accommodare. Cicer. de Amic. Hos delectat assentatio, his fictus ad ipsorum voluptatem sermo quum adhibetur, orationem illam vanam testimonium esse laudum suarum putant. ¶ Hujus verbi composita sunt, Affingo, quod est fingendo aliquid addo, [[illegible]]. Lactant. lib. 3: Nihil nos affingimus, nihil nos addimus. Habebant hæc, qui fecerunt: legebant, in quos hæc dicta sunt. Confingo, simul fingo, simulo, [[illegible]]. Terent. in Phorm. Omnia hæc confingam, quod erit mihi bonum, atq; commodum: Quum tu horum nihil refelles, vincam scilicet. Diffingo, quod fictum firmatumque fuerat, destruo. [[illegible]]. Horat. lib. 2. Carm. Neque diffinget, infectumque reddet. Seneca: Dissipatum instaurat, atque diffingit: id est, in diversas formas fingit. Effingo, de quo suprà.

Fictus, quum participium est, à verbo passivo fingor, idem est quod formatus. [[illegible]] Gall. *Feint, contrefait, controuvé.* Ital. *Formato finto simulato.* German. Gemacht/gestaltet. Hispan. *Fingido ò simulado.* Polon. *Zmyślony, udziałany.* Vngar. *Formáltatot gondolt.* Ang. *Fayned, counterfaite.*] Cic. in Pison. Ex argilla & luto fictus homulus. Idem 1. de Orat. Sunt autem quidam ita naturæ muneribus in iisdem rebus habiles, ita ornati, ut non nati, sed ab aliquo, Deo ficti esse videantur. ¶ Aliquando ex participio fit nomen, & tunc idem significat quod falsus, aut simulatus. [[illegible]]. Terent. in Eunuch. Quæ vera audivi, taceo, & contineo optimè: Sin falsum, aut vanum, aut fictum est continuò palàm est. Cicer. de Amic. In amicitia autem nihil fictum, nihil simulatum: & quicquid in ea est, idem verum & voluntarium est.

Fictè, adverb. simulatè. [[illegible]] Gall. *Feintement, par fiction & feintise.* Ital. *Fintamente.* German. Erdichtlich/ fälschlich. Hispan. *Fingiendo.* Polon. *Zmyślnie.* Vngar. *Tettetes, képpen.* Ang. *Faynedlie.*] Cicer. Ap. Pul. lib. 3: Nam ut vetus nostra simultas antea stimulabat me ut caverem, ne cui suspicionem fictè reconciliatæ gratiæ darem. Idem pro Domo sua: Iut à minoribus nostris, qui non fictè & fallaciter populares, sed verè & sapienter fuerunt, ita comparatum est, &c. Fictè & simulatè loqui, Cic. Quint. Frat. lib. 1: [[illegible]].

Fictio, onis, verbale. f. t. [[illegible]] Vng. *Tettetés.*] Vt, Illa adhuc audaciora, fictiones personarum, quæ [[illegible]]. Quintil.

Fictrix, icis, f. t. [[illegible]] Polon. *Taktowa[illegible].* Vngar. *Formáló, epitő.*] Cicer. 3. de Nat. deor. Ejus autem universæ fictricem & moderatricem, divinam esse providentiam.

Fictor, oris, m. t. Figulus, qui ex creta atque argilla opera facit. [[illegible]] Gall. *Celuy qui fait & baille forme, comme vn potier, celuy qui forme & cree.* Ital. *Quello che fa vasi di terra.* Germ. Ein Dichter/Hafner. Hisp. *El que labra de barro.* Polon. *Garncarz[illegible].* Vngar. *Formáló, tsináló, epitö.* Ang. *A former or maker of any thing, as a potter.*] Cicer. 2. de Nat. deor. Reliquos deos ea facie novimus qua pictores, fictoresq; voluerunt. Plin. lib. 37. cap. 2: Quum antea seculo fictores nobiles esse desiissent.

Figmentum, n. f. Quod Fictum est à fingo, fingis. [[illegible]] Gall. *Fentise, chose feinte & controuvée.* Ital. *Fintione, cosa finta.* German. Ein gedicht oder erdichtung. Hispan. *Obra de barro.* Polon. *Zmyślenie.* Vngar. *Tsinálmány.* Ang. *A faynedde, a forged tale.*] Plin. lib. 10. cap. 54: Quædam & circa incubitum sponte natura gignit, ut in Aegypti figmentis est scriptum. Cicer. 2. de Orat. Iam integræ sententiæ, tàm veræ tàm novæ, tàm sine figmentis fucoque puerili, &c.

Figulus, penult corr. m. f. Fictor dicitur, qui ex creta atque argilla opera facit [[illegible]] Gall. *Potier, enfaiseur d'images de terre.* Ital. *Vasaio, che fa vasi di terra.* Germ. Ein Hafner. Belg. Een Potbacker. Hispan. *El que haze alguna cosa de barro.* Polon. *Zmyślacz, idem.* Vngar. *Fazakas.* Ang. *A potter, a worker of images in earth.*] Plin. lib. 35. cap. 12: Dibutades Sicyonius figulus primus plasticen invenit Corinthi, filiæ opera. Colum. lib. 11. cap. 1: Tam docendus est futurus villicus, quàm futurus figulus, aut faber.

Figuli opes, [[illegible]]. De rebus incertis, ac neutiquam duraturis. Quemadmodum figulorū vasa facilè comminuuntur quolibet casu Refertur à Diogeniano.

Figulina, næ, f. p. seu quod magis à doctis usurpatur per syncopem, figlina, pen prod. Officina figuli. [[illegible]] Gall. *Vne poterie.* Ital. *Bottega di vasaio.* German. Des Hafners werckstatt. Belg. Een Potbackers winckel. Hisp. *La casa donde aldo se haze de barro.* Polon. *Warsztat garncarz.* Vngar. *Fazakas műhely.* Ang. *A potters workhouse.*] Plin lib. 7. cap. 56: Figlinas primus Choræbus Atheniensis invenit. Varr. 1. de Re rust. cap. 2.

Figlina, f. p. dicitur ars figulorum. [[illegible]] Gall. *L'art de poterie ou de faire images de terre.* Ital. *Arte de far vasi & imagini di terra.* German. Die Hafnerkunst. Hispan. *Arte de hazer vasos de barro.* Polon. *Garncarstwo.* Vng. *Fazakasság.* Ang. *The potters craft or occupation.*] Plin. lib. 35. cap. 12: Figlinarum opera imbricibus tubulis tegulisque ad balineas hamatis, vel ad tecta coctilibus laterculis frontatisque aut quæ rota fiunt.

Figlinus, a, um, adject. [[illegible]] Gal. *De potier de terre.* Ital. *Pertinente à maestro de vasi di terra.* German. Das zu des Hafners kunst gehört. Hispan. *Cosa pertenesciente à maestro que haze vasos de barro.* Polon. *Garncarsky.* Vngar. *Fazakas, sárból tsinált.* Ang. *Of a potter.*] ut, Figlina creta, qua figuli utuntur. Plin. libro 10. cap. 21. & Varr. 1. de Re rust. cap. 9. Figlinum opus. Plin. lib. 31. cap. 2: Olliisq; è figlino opere crudis.

Figularis, re, Quod ad figulum pertinet. [[illegible]] Vng. *Fazakashoz való.* Ang. *That belongeth to a potter.*] Plaut. in Epid. Versutior es quàm rota figularis. Creta figularis, qua utuntur figuli. Colum. lib. 6. cap. 16: Solet etiam ipsum animal vivum creta figulari circundari.

Figlinum, ni, n. f. Opus ipsum figuli. [[illegible]] Gall. *Ouvrage de terre.* Ital. *Opera di terra.* German. Hafners werck/irden geschirr. Hispan. *Obra de barro.* Polon. *Garncarskie naczynie.* Vngar. *Fazakas mű.* Ang. *The potters work.*] Plin. lib. 14. cap. 18: Alii eliminatam scobem in fictili crudo coquunt in caminis, donec percoquatur figlinum.

Fictilis, le, pen. corr. om t. Quod est factum à figulo, quod ci, terra vel ex alia materia fictum est: ut, Fictilia vasa. [[illegible]] Gall. *Fait de terre à potier.* Ital. *Di terra, cosa fatta de vasaro.* Germ. Irdin/vom Hafner gemacht. Belg. Aerden. Hispan. *Cosa hecha de barro.* Polon. *Zglany wrobiony.* Vngar. *Sárból tsinalt, formáltatot.* Ang. *That is made by the potter or of potters clay.*] Plin. lib. 35. cap. 12: Quin & defunctos sese multi fictilibus doliis condi maluerunt. Vrna fictilis, Cic. in Parad. Pocula fictilia, Tibul. lib. 1. Eleg. Fictilia vasa, Cicer. ad Attic. lib. 6. Dii fictiles, Propert. lib. 4. Eleg. 1.

Fictile, subst. vas. [[illegible]] Gall. *Vn vaisseau de terre.* Ital. *Vaso di terra.* German. Hafner geschirr / auß irden gemacht. Hispan. *Vasa de barro.* Vngar. *Sárból való edeny.* Angl. *A vessel of erath.*] Iuven. Satyr. 11: Et quadringentis nummis condire gulosum Fictile. Idem Satyr. 3. Fictilibus cœnare pudet. Auson. Fictilibus cœnasse ferunt Agathoclea regem. Plin. libro 35. cap. 13: Quoniam eò pervenit luxuria, ut etiam fictilia pluris constent, quam murrhina.

Fictitius, a, um, Quod fictum est, & simulatum. [...] Gall. ... Ital. Cosa finta & simulata. German. Erdichtet. Hispan. Cosa fingida y simulada. Polon. Zmislony. Vng. Tettetet. Angl. That is fained.] ut, Ratio fictitia, quæ ficta est & falsò excogitata.

Figūra, f. p. Forma, species. [...] Gall. Figure, trait, facon. Ital. Figura, aspetto. German. Ein figur oder gestalt. Belg. Een gedaente. Hispan. La figura ò imagen de alguna cosa. Polon. ... Vng. Abrazat, forma. Ang. A forme or fashion.] Cicer. lib. 1. Offic. Principiò corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem, quæ formam nostram reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu. Idem 5. de Finib. Figura est forma & statura corporis nostri ad naturam apta. Terent in Eunuch. Nova figura oris, color verus, corpus solidum, & succi plenum. Ovid. 2. Metam. -adimam tibi nanque figuram, Qua tibi quaq; places nostro importuna marito. Figura (inquit Asconius) est circa gestum, statumque membrorum: status circa ornatum & habitum vestis. ¶ Figuræ etiam apud Grammaticos & Rhetores vocantur flosculi quidam orationis, à consueto loquendi usu recedentes. Quint. lib. 9. cap. 1: Figura est conformatio quædam orationis remota à communi, & primùm se offerente ratione. ¶ Figura pro scommatibus. Sueton. in Vesp. Amicorum libertatem, causidicorum figuras, philosophorum contumaciam levissimè tulit.

Figūro as, pen. prod. act. p. Formo, & figuram induco. [...] Gall. Figurer, former, faconner. Ital. Figurare. Germ. formare. Gestalt geben. Hispan. Figurar, hazer figura ò imagen. Pol. ... Vngar. Formálok, abrazolok. Ang. To forme or fashion.] Cicer. de Vniversf. Mundum Deus ea forma figuravit, qua una omnes reliquæ formæ concluduntur. Colum. lib. 6. cap. 27: Assidua & nimia cupiditate figurantes sibi ipsæ Venerem. ¶ Figurare, os pueri, per translationem. Horat. 2. Epist. 1: Os pueri tenerum, balbumq; figuret. Hoc est, optimo sermoni assuefaciat. ¶ Figurare, item Imaginari. Quintil. in gladiatore: Est quidem fœlicibus difficilis miseriarum vera æstimatio. Figurare tamen nostis qui tunc animus mihi, quæ cogitatio fuerit. Curtius lib. 7: Vtinam prudentius esse solicita pro filio, & non inanes quoque species anxio animo figuraret. ¶ Figurare orationem, Figuris distinguere & aspergere. Quint. l. 9. cap. 1: Illud tamen notandum, coire frequenter in eadem sententias & tropum & figuram. Tam enim translatis verbis quàm propriis figuratur oratio. ¶ Composita sunt, Configuro, quod est compono, & simul formo, ... Lactant. l. 7: Quoniam homo ex rebus diversis ac repugnantibus configuratus est, anima & corpore. Præfiguro, de quo infrà.

Figūrātus, particip. Formatus. [...] Gall. Figuré, faconné. Ital. Figurato, formato. German. Gestaltet. Hispan. Figurado. Polon. Wobrazony. Vngar. Abrazoltatott, formáltatott. Ang. Formed, fashioned.] Cicer. de Nat. deor. Quid de duobus loquar, quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipiendum figurata. ¶ Oratio figurata, quæ figurarum coloribus, veluti flosculis quibusdam est exornata. ...

Figūrātio, f. t. [...] Gall. Figurement, facon. Ital. Figuramento, fattezze. Germanicè, Gestaltung. Hispan. Aquella obra de figura o hazer imagen. Pol. Wobrazenie. Vngar. Formálás, ábrazolás. Angl. A forming, or fashioning.] Plin. lib. 11, cap. 37: Vt in unoquoque posset figuratio. ¶ Figuratio, pro imaginatione. Quintilianus Decl. 6: Si quisquam figuratione quadam in malorum conditione judicem ponat, &c. id est, imaginetur.

Figūrāte, adverb. Significat, per figuram.

Fīnis, is, generis utriusque. [...] Gall. Fin, extremité, bout & achevement. Ital. Fine, termine. Germ. Das end. Hispan. El fine ò termino ò cabo de obra. Polon. Koniecz. Vngar. Vég. Ang. The end of any thing.] Virgil. 1. Aen. -quem das finem Rex magne laborum? Ibidem lib. 3: Hæc finis Priami fatorum. Est autem finis terminus, sive extremitas in unaquaque re: hoc est, id quo unaquæque terminatur res, ... Varii autem sunt usus hujus dictionis. Multis enim modis dicimus quippiam esse finem rei alicujus. Est enim finis terminationis: ut pratum dicitur finiri, ubi terminatur. Finis consummationis: ut domus finitur, quando consummatur: ut vestis finita est, quando consuta est ut indui possit. Rursus est finis consumptionis. Sic dicimus cibum esse finitum, & candelam finitam, quando consumpta est. ¶ Est etiam finis intentionis: hoc est, intentio operarii. ... Hinc artifices finem vocant id, ad quod omnia referuntur, & cujus gratia cætera fiunt: ut, Finis medici, est curare: finis oratoris, est aptè ad persuadendū dicere. ¶ Non statim finis apparet, Herodotus in Polymnia: ... id est, Et vetus adagium, quo rectè dictum est, non statim cum initio apparere finem. Conveniet in quorundam præproperas spes, qui negotio vix cœpto, statim arbitrantur se rem factam habere: quum sæpe exitus non respondeat initiis.

Fīnī, ablativus apud Iureconsultos usitatus, quo usq; ad finem aut usque ad modum & quantitatem. Papin. L. ... D de pignor. Pacto placuit, ut ad diem usuris non solutis, fructus hypothecarum usuris compensaret fini legitimæ usuræ. Hotomanus

Fīnes, finium, sæpiùs in plurali numero, pro terminis, & limitibus. Gall. Frontieres, lisieres du pais, fins & limites des contrees. Ital. Limiti, frontieri, confini. German. Grentzen/landmarcken. Belg. Frontieren/limiten. Hispan. Lindas ò terminos. Pol. Granice. Vng. Határ. Ang. Boundes or marches.] Terent. in Heaut. Simus & Crito & Vicini nostri hîc ambigunt de finibus, Me cepêre arbitrum. Cæs. 1. bell. Gall. Quorum per fines ierant. ¶ Nonnunquam etiam in singulari numero invenitur in hac significatione: licet rariùs. Liv. lib. 33: Redeuntes inde Ligurum extremo fine, cum agresti præda, in agmen incidunt Romanum. Idem: Ligurum duo millia ferè ad extremum finem provinciæ Gallicæ, ubi castra Marcellus habebat, venerunt. Tacit. lib. 16: Apud finem Ligurum id temporis erat. ¶ Hinc composita sunt, Affinis, & Confinis, pen. prod. vnde Confines agri dicuntur, qui eodem loco finiunt. ...

Fīnālis, le, quod pertinet ad finem, vel quod finem significat. [Polon. Konczowi. Vngar. Veghez valo.] Sic finalis causa à Dialecticis dicitur, propter quam quæq; rei fit. Et finalis quæstio à Iurisconsultis, quæ de finibus est, in qua de finibus regundis agitur.

Fīnio, nis, nivi, nitum, act. q. perficio, absolvo. [...] Gall. Finer ou finir, arrester, faire fin & conclusion. Ital. Finire, compire. German. Enden/vollenden/ausmachen. Hispan. Fenescer y acabar. Polon. Koncze dopramie. Vngar. El végezem. Angl. To finish or end. [Apul. Sine opus finiam quod incœpi. Plin. de Viris Illustr. Quum inter Romanos & Albanos bellum fuisset exortum, ducibus Hostilio & Suffetio, placuit rem paucorum certamine finire. Quintil. lib 8 cap. 6: Quod ex genere cœperis translationis, hoc definas. Multi enim quum initium à tempestate sumpserint, incendio aut ruina finiunt. ¶ Animam finivit. Ovid. 7. Metamor. Dolores finire. Virg 12. Aeneid. Gladio finire dolorem. Ovid. 1. de Pont. ¶ Aliquando est terminum ponere, metari. [... gabál ...] Sic dicimus finire alicui provinciam certo tempore, pro præscribere alicui tempus administrandæ provinciæ, quo elapso de provincia debeat decedere. Cicer. Attic. libro 8: Marcelloque Consuli finienti provincias Gallicas Calend. Martiis, restitit. Sic etiam finire regiones animo dicebantur augures, quum fines templi animo designabant. Livius 1. ab Vrbe: Signum contra quod longissimè conspectu oculi ferebant animo finivit. Finire agros, est cuilibet agri sui fines præscribere. ¶ Accipitur etiam finire pro definire. Quintil. l. 2: Ante omnia, quid sit Rhetorica, quæ finitur quidem variè. Sic finis & definitio pro eodem accipiuntur. Quintil. lib. 2. cap. 16: Hic igitur frequentissimus finis, Rhetoricem esse vim persuadendi. Sic sæpiùs eodem capite. ¶ Finire, absolutè, pro vita decedere. Tacit. lib 5: Sic Tiberius finivit octavo & septuagesimo ætatis anno.

Fīnitōres, m. t. Dicuntur terræ mensores, metatores, decempedatores, qui agrorum terminos constituunt [...] Gall. Mesureurs de terre borneurs. Ital. Mesuratori di terreno. German. Aussetzer/Scheidherren/Marckleut. Belg. Een lantmeter. Hispan. Medidores de las terras. Polon. Granice ... Vngar. Föld mérök, határ ... Ang. Bounders of landes, setter of marches.] Plaut. in Pœnul. Ejus nunc regiones, limites confinia Determinabo: ei rei factus finitor sum ego. Cic. pro lege Agr. contra Rull. Quæstori permittant, finitorem mittant: ratū sit quod finitor uni illi à quo missus erit, renuntiaverit. Finitor rerum maximus, Statius 8. Theb. ¶ Finitorem item vocant Latini, quem Græci ὁρίζοντα: hoc est, circulum, partem cœli conspicuam nobis à non conspicua dirimentem.

Fīnītio, onis, f. t. definitio. [ὁρισμὸς, ὅρος. Gall. Definition, determination. Ital. Definitione, determinatione. German. Aussetzung/beschreibung. Hispan. Definicion ò determinacion. Polon. Opisanie ogranicsenie. Vngar. Határozás. Ang. A setting of marches, a bounding.] Quintil. libro 5. capite 13: Finitio posset esse pro nobis. Idem lib. 10. cap. 16: Huic substantiæ maximè convenit finitio. Idem lib. 5. cap. 10: Propriis confirmatur finitio, differentibus solvitur.

Fīnītus, particip. quod cessavit, atque desiit esse. [...] Gall. Fini, cessé, acheué. Ital. Finito, cessato. German. Geendet/ auffgehört. Hispan. Fenecido, acabado. Polon. Skonczony. Vngaricè. El végezetet. Ang. Finished, ended.] Plin. lib. 18. cap. 27: Dabitur & aliud finiti frigoris indicium.

Fīnītē, adverbium. [ὡρισμένως. Gall. Auec mesures & bornes, determinement, distinctement. Ital. Determinatamente. Germ. Endtlich/mit aussetzung. Hispan. Con medida, fenesciendo. Pol. Nakoniecz, na ostatek. Vngar. El végezve. Ang. Expressely, determinately.] Cic. 2. de Finib. Ergo & avarus erit, sed finitè: & adulter, verùm habebit modum: & luxuriosus eodem modo.

Fīnitĭmus, a, um, pen. corr. Vicinus, seu propinquus: hoc est fines nostros attingens. [... mishbál ... schachén. ... Gall. Voisin, prochain. Ital. Vicino, finitimo. German. Ein anstosser/nahgelegner. Hisp. Cosa cercana ò comarcana. Pol. Przylegly, blisky. Vngar. Határos. Angl. Nighe or bordering vpon.] Liv. lib. 1: Iam res Romana adeò erat valida, ut cuilibet finitimarum civitatum bello par esset. Mari finitimus est aër, Cicer. 2 de Nat. deor. Falsa veris finitima sunt, Idem 4. Acad. Inferre bellum finitimis. Idem pro lege Manilia.

Fio, fis, factus, Significationem passivam habet, quanvis vocem habeat verbi neutrius: unde etiã inter neutropassiva à Grammaticis numeratur. [נעשה *nehesah* היה *hajah* γίνομαι. Gall. *Estre fait, devenir*. Ital. *Essere fatto, divenire*. Germ. Werden. Belg. Worden. Hisp. *Ser hecho*. on. *Stawam sie, stac sie*. Vngar. *Lessek*. Ang. *To be made*.] Veteres facior dicebant voce passiva. Vnde apud Catonem legitur, Græco ritu faciebantur Saturnalia. Hinc mãsit præteritũ factus sum. In præsenti operativi, & præterito imperfecto subjunctivi contra morem verborum quartæ conjugationis assumit e literam inter i & r, ut fierem dicimus pro firem, & fieri pro firi: in reliquis temporibus à præsenti formatis sequitur inflexionem verborum quartæ conjugationis Horat. lib. 1. epist. 1: Nunc agilis fio. Idem 4. Carm. Ode 13: fis anus & tamen Vis formosa videri, Ludisq; & bibis impudens. Terent. in Eunuch. biduum Saltem ut cõcedas solùm. P H. Siquidem biduum. Verùm ne fiant isti viginti dies. Cicer. pro Domo sua: Quid te aut fieri aut fingi dementius potest? ¶ Compositũ ejus est Confio. Item Infit, & Defit, quæ vix alitet quã in tertia persona leguntur. Componitur præterea fio penè cum omnibus dictionibus, cum quibus componitur facio, exceptis præpositionibus, cum quibus tamen cõponitur: ut, Calefacio, calefio: Tepefacio, tepefio, &c. ¶ Ponitur quandoq; fio pro æstimari. ἡγεῖσθαι Cic. in Lælio: Tertius verò ille finis teterrimus ut quanti quisq; ipse se faciat, tanti fiat ab amicis. ¶ In tertia persona quandoq; pro evenit, contingit. συμβαίνει. Cicer. lib. 1. Offic. Fit autem interdum ut nonnulli omissa imitatione majorum, suum quoddam institutum consequantur. ¶ Fiet tibi acceptum, pro referetur. Plin. epist. 1. 20: Sed licet cessaverint illæ tempestate decentæ: tu tamen meruisti ut acceptum tibi fieret, quod quo minùs non exhiberes, non per te stetit. ¶ Fient in illum exempla. Terent. in Eunuch. Quid ais? in quem exempla fient? ¶ Fieri obviam. Cic. Attic. lib. 6: Obviam mihi, fit tabellarius. ¶ Fiat, particula est permittentis, ac concedentis, aut annuentis aliquid. Plaut. Pseud. Agite amovemini hinc vos intrò nunc jam, ac meis vicissim date locum fallaciis. S. Fiat, geratur mos tibi. ¶ Fieri potest, ἐνδέχεται. Cic. de Amic. Neque fieri possit ut non statim alienatio disjunctioque facienda sit.

Firmus, m. f. adjectivum, Stabilis, constans: à ferendo, quòd constanter omnia ferat. [נאמן *neeman* נכון *nachon* חזק *chazak*. ἰσχυρὸς, βέβαιος, ἐδραῖος. Gall. *Ferme, asseuré*. Ital. *Fermo, stabile*. German. Steiff / vest / bestendig. Belg. Vast / bestandig. Hisp. *Cosa firme y fuerte*. Polon. *Mocny, tegy, staly*. Vngar. *Vastag, erôss*. Ang. *Sure stable*.] Terent. in Hecyr. Adeon' pervicaci esse animo, ut puerum præoptares perire. Ex quo firmiorem inter nos [fore amicitiam posthac sciret? ¶ Firmus cibus, dicitur qui validus est, &, ut Varr. de Re rust. lib. 2. cap. 12. loquitur, stabilis. Firma potio: id est, multi nutrimenti. Cels. lib. 2. c. 19: Firmior ex frumento potio est, quo firmius fuit ipsum frumentum: firmior ex eo vino quod bono solo, quàm quod tenui natum est. Firma valetudo, dicitur integra, valida & robusta. Et qui robusta est corporis habitudine, firmus dicitur. Cicer. Tironi: Te penitùs rogo, ne te tàm longæ navigationi & viæ per hyemem, nisi bene firmũ committas. ¶ Item firmus, dicitur munitus, instructus, paratus, ἰσχυρός. Plancus Ciceroni: Me ut venirem copiasq; conjungerem rogavit, eoque magis, quòd & Antonius abequitatu firmus esse dicebatur, & Lepidus non mediocrem quidem equitatum habebat. Firmum vinũ dicitur quod *durabile & firmum est*. Virg. 2. Georg. Sunt etiam Amminææ vites, firmissima vina. Hinc firmitas vini dicitur, quam vulgus *potentiam & durabilitatem* vocat. Plin. lib. 14. cap. 2: Principatus datur Ammineis propter firmitatem, senioq; proficientem vini ejus ubiq; naturam. ¶ Alioqui firmitas idem est quod stabilitas aut constantia. [אמנה *amanah* חזקה *chezkah*. βεβαιότης, ἀσφάλεια. Gall. *Fermeté, constance*. Ital. *Fermezza*. German. Standhafftigkeit / bestendigkeit. Hisp. *Firmezá*.] Cic. 2. de Finib. Firmitatem tamen & constantiam, si modò fuit aliquando in nobis, eandem cognosces quam reliquisti. ¶ Firmitas, soliditas. Cic. 2. Philip. Gladiatoria corporis firmitas, de Anton. Plaut. in Most. Age, specta postes cujusmodi, Quanta firmitate facti, & quanta crassitudine. Huic opponitur Infirmitas: hoc est, imbecillitas, ab infirmus, quòd imbecillum significat.

Firmitudo, dinis f. t. firmitas. אמנה *amanah* חזקה *chezkah*, στερεότης, βεβαιότης. Gall. *Fermeté, constance*. Ital. *Fermezza*. German. Steiffe / bestendigkeit. Hispan. *Firmeza*. Pol. *Dufnosc, mocnosc*. Vng. *Vastagsag, erösség*. Ang. *Surenesse, stablenesse*. [Plaut. Asin. Si istam animi firmitudinem obtines, salvi sumus. Cic. ad Attic. lib. 10: Peter enim magni æstimo tibi firmitudinem animi nostri, & factum nostrum probari. Vocis firmitudo, ad Herenn. l. 3. Minus firmitudinis habere. Cic. 1. de Invent.

Firmè, adverbium, constanter, inconcussè: [בחזקה *bechozkah*. ἰσχυρῶς, βεβαίως. Gall. *Fermement, asseurement*. Ital. *Fermamente*. German. Steiff / standhafftiglich / bestandiglich. Hispan. *Firme y fuertemente*. Polon *Statie, mocnie*. Vngar. *Vastagon, erössen*. Ang. *Firmelie, stedfastlie*.] Firmè accurare rem suam: id est, non segniter, sed acri & diligenti animo. Plautus Persa: Atq; ædepol firmè ut quisq; rem accurat suam, sic ei procedit. Asseverare aliquid firmissimè, Cic. Attic. lib. 11. Satis firmè animo concipere & comprehendere aliquid. Cic. 1. de Finib.

Firmitèr, aliud adverbium, firmè. [בחזקה *bechozkah*, βεβαίως, στερεῶς. Vngar. *Vastagon erössen*.] Plaut. Pseud. Eum promisisse, firmiter dixit mihi: Varr. 3. de Re rust. c. 9: Circum omnia posita sint cubilia gallinarum, aut exsculpta, aut affixa firmiter.

Firmo, as, act. p. [Stabilio, munio, firmum facio. [כון *bechin* חזק *hekim*, στηρίζω, κυρῶ, ἀσφαλίζω, στερεόω. Gall. *Affermer fortifier, asseurer, confermer*. Ital. *Fermare, stabilire*. German. Steiff und vest machen / bevestigen. Hispan. *Firmar, fundar, ò stablecer*. Polon. *Obstawie, uppatruie, umocniam*. Vngar. *Meg erôssitem, vastagitom*. Ang. *To mak suer, to establish*.] Livius: Firmabatque eum Africis maximè præsidiis. Lactant. libro 4: Superest ut verbis facta firmentur. Plin. lib. 24. cap. 18: Est conttã in Lycia, quæ solutam alvum firmat. Cæsar: His rebus pace firmata. Terent. Hecyr. Aliud si scirem, qui firmare meam apud vos possem fidem Sanctius, quàm jusjurandum, id pollicerer tibi Laches. Tacit. l. 4: Vetustum asylum ut firmaretur petentibus: id est, confirmaretur. ¶ Firmare pro Asseverare. Tacit. lib. 1: Vix quicquam firmare ausim Idem lib. 4: Lacedæmonii firmabant annalium memoriam. ¶ Hujus composita sunt, Affirmo, Confirmo, Infirmo, Refirmo, & Obfirmo: quorum significationes vide suis locis.

Firmatus, particip. [נאמן *neeman* מוכן *muchan* מוכן *huchan*. βεβαιωθεὶς, βέβαιος. Gall. *Conferme*. Ital. *Confermato*. German. Bevestiget / gesterckt. Hispan. *Confirmado*. Polon. *Opparzony, umocniony*. Vngar. *Meg erôssittet vastagitatot*. Ang. *Made suer or stabl'ish*.] Cic pro Cluent. Consilio, & ratione nondum firmatus adolescentis animus. Virgil. 4. Eclog. Hinc ubi jam firmata virum te fecerit ætas.

Firmator, m. t. [מכין *mechin* מכין *mechin*. βεβαιωτής. Gall. *Confirmateur*. Ital. *Confermatore*. German. Ein bevestiger oder bestäter. Hispan. *Confirmador*. Polon. *Utwierdzacy*. Vngar *Erôssitô, vastagito*. Ang. *He yat establishes and maketh sure*.] Tacit. lib. 2: Missus tamen Drusus, ut retulimus pacis firmator.

Firmamen, nis, n. t. firmamentum. [אמנה *amanah* חזקה *chezkah* כח *choach*. στερέωμα. Gall. *Fermeté appuy force*. Ital. *Fermezza*. German. Beste / stercke Hisp. *Firmeza*. Polon. *Obrona, aggrodzenie*. Vngar *Erôsség, vastag ag*. Ang *Establishment*.] Ovid. 10. Metam. Iphol. ruprosq, obliqua per ungues Porrigitur radix longi firmamina trunci.

Firmamentum, n. t. Soliditas, stabilimentum, robur, vires. [אמנה *amanah* חזק *chozkah* כח *choach*. στερέωμα, κῦρος. Gall. *Fermeté, appuy, force*. Ital. *Fermamento, fermez a*. German. Bevestigung. Belg. Een vastigheyt. Hisp. *Firmeza*. Pol. *Fundamentu, utwierdzenie, umocnienie*. Vng. *Erôsség, vastagsag, támasz*. Angl. *Establishment, strength*.] Cicer. de Amic. Stabilitatis, constantiæque ejus quam in amicitia quærimus firmamẽtum est fides. Vnde etiam Gell. lib. 13. cap. 21, nervos vocat firmamenta membrorum, quod in illis constat totius corporis robur & soliditas. ¶ Rhetores firmamentum appellant, quod à Quintil. vocatur continens causæ, à Græcis συνέχον: hoc est, cardinem illum, circa quem totius causæ decisio versatur. Nostri hodie Iurisconsul. vocant *Punctum decisorium litis*. Autor ad Heren. lib. lib. 1: Nam in ea nec ratio quare fecerit, quæritur, nec firmamentum quæritur, quoniam non subest ratio.

Fiscus, ci, m. f. Ascon. Fisci, fiscinæ fiscellæ, sportæ sunt utensilia ad maioris summæ pecunias capiendas. [סלכלים *sal chom*. σάκκος, ταμεῖον. Gall. *Vn panier d'osier, ou sine corbeille*. Ital. *Paniere, cesta*. German Ein geltkorb. Belg. Een corf. Hispan. *Es una texida de esparto, la canasta vn vaso de vimbres*. Pol *Karbona*. Vngar. *Tarsoly, veszö*. Ang. *A basket so wigger*.] Vnde quia major summa est pecuniæ publicæ quàm privatæ factum est ut fiscus pro pecunia publica dicatur. Hæc Asconius [φίσκος, ταμεῖον. Gall. *Ce revenu ou le domaine d'vn prince d'vne republique, le fisc*. Ital. *Entrata di principe*. German. Gemeines guts seckel / der schatz einer Oberkeit / oder eines Fürsten. Belg. D' heeren Gelttiste. Hispan. *La hazienda publiqua è pertinesciente al Rey*. Polon. *Skarb krolewsky, albo possolitegocztwoska*. Vngar. *Tár haz*. Ang. *The escheker or exchequer, à kinges treasure*.] Alii malunt fiscum, principis dici: ærarium verò, publicum. Plinius ad Trajanum: At fortasse non eadem severitate fiscum, quæ ærarium cohibes: imò tantò majore, quantò plus tibi licere de tuo quàm de publico credis. Cicer. 2. Verr. Et quoque ne gotio fisci Sicilienses minabantur. Corn. Tacit. lib. 1: Primam ac vicesimam legiones Cecinna legatus in civitatem Vbiorum reduxit turpi agmine, quum fisci de imperatore rapti inter signa, interque aquilas veherentur. Inde Confiscare, pro in ærarium redigere. Sueton. in Augusto: Devictisbus & confiscatis, promissa veteranis præmia solverentur. ¶ Fiscus item pro qualo oleario, qui cervici torcularis supponitur, ne fæces in lacum cum oleo defluant: vel etiam in quo olivæ ponuntur, quum subjiciuntur prelo, ut amurca: id est, olei fæx, aliquantisper examietur: id est, exudet, & per vimina perfluat. Colum. lib. 12. cap. 47: Postero die cribratur, & novo fisco inclusa, prelo supponitur, vehementerque premitur, ut exudet quantulumcunque habet amurcæ. Eodem lib. 9. cap. 49: Deinde intra oliva novo fisco includitur, & prelo subjicitur, ut tota nocte exprimatur. Item cap. 50: Sereno cœlo manu distringi olivam oportet, & substratis tegetibus aut cannis cribrari & purgari: tum diligenter mundatam protinùs in torculat deferri, & integram in fiscis novis includi, prelisq; subjici, ut quantum possit paulisper exprimatur.

Fiscale, u. jt. Quod ad fiscum pertinet: [ὁ τοῦ φίσκου, ἐγκαθηκων εἰς ταμεῖον. Gall. *Fiscal, des appartenances du fisc*. Ital. *Pertinente al fisco*. German. Das zu dem Gemeinen seckel oder eines Fürsten

scha gehört. Hisp. *Cosa pertenesciente à la hazienda del Rey.* Polon. *Doska bup ... ales er.* Vngar. *Tár ház hoz ... valo.* Angl. *Belonging to the kinges trea ure.*] ut, Ius fiscale fiscalis causa. Fiscales calumniæ dicebantur delatorum, quòd qui alios accusabant, nonnunquam ex fisco eis dabatur pars mulctæ quæ accusati mulctabantur.

Fiscĭnă, næ, penult. corr. etsi diminutiuum esse videtur à fiscus, ejusdem tamen est significationis. [... *al chorl. ...* Vngar. *Tó ház.* Angl. *... baskes, or ... lik thing f ... gges*] Varr de re Rust. lib. 1. cap. 22: Ista sunt ferè quæ ex viminibus materiaque rustica fiunt, vt corbes, fiscinæ, tribula, mallei & rastelli. Fiebant etiam fiscellæ ex sparto, quod junci genus est apud Hispanos frequentissimum circa Carthaginem nouá. Colum. lib. 11. cap. 2: Sive regio ferulæ, vel corticis ferax est, apibus alvearia fieri debent: sive palmæ spartive ut fœcunda est, fiscinæ, sportæve, seu virgultorum corbes ex vimine. ¶ Deniq; Fiscinæ nomine comprehenditur omne vasis genus quod ex vimine, aut junco aut simili materia contextum est. Cicer. in Orat. pro Flacco posuit pro calathis illis junceis, in quibus ficus inclusæ in alias regiones transvehŭtur. Homini (inquit) Phrygi qui arborem fici nunquam vidisset, fiscinam ficorum objecisti.

Fiscĕllă, læ, f. p. diminut. Vas vimineum, aut ex juncis, quo lac coagulatur dum caseus exprimitur, vel in quo casei teruntur. [... Gall. *... panier ... ' fier* Ital *Cestello, paniere* Germa. *Ein Körblein oder Krättlein/Käßkörblein.* Hispan *El capacho.* Polon *Koszyk, ...* Vngar. *Szatyor ... ar.* Angl. *A ... le basket of ... ges, ... chese ...*] Tibul. lib. 2: Tunc fiscella levi dex era est vimine junci, Raraque per nexus est via facta sero. Item fiscella dicitur qua boum ora, faucesque iumentorum capistrantur. [... Gall. *... e ...* Germ. *Maulkorb* Belg. *Muylcorf.*] Plin. lib. 18 cap. 19: Fiscellis capistrari boves oportet, ne geminum tenera decerpant. Cato de Re rust. cap. 54: Boves nisi per hyemem quum non arabunt, pasci non oportet, nam viride quum edut, semper id expectant: & fiscellas habere oportet, ne herbas sectentur quum arabunt.

Fiscellŭs, fiscelli, pro eodem. [Vngar. *Szatyrotska ja tarotska.*] Colum. lib. 11. cap. 38 Mox ... ligneo inclusas exprimito.

Fissĭlis. Vide Findo.

Fistucă cæ, f. p. Machina est qua pavitores utuntur, utrinque ansata, qua pali magna vi in terram adiguntur. [... Gall. *... equoy on e fiche les pilotis en terre.* Ital. *Machina da ficcar i pali nel fiume, & quelli instrumenti da battere sopra i fossi quando si fa ... le strade per argini per ... becchi, machina.* German. *Ein Hoch schlegel / mit welchem man die pfeiler in die tieffe eines wassers hinab treibt.* Belg *Een heyblock* Hispan *Maço grande ... para hincar vigas, ò ingenio de ... para ... ...* Polon *...* Vngar. *Le Verökes, ...* Ang. *An instrument to strike piles of woode in ... ... a ramme.*] Vitruv. lib. 7. Si plano pede erit ruderandum, quæratur solum si sit perpetuò solidum, & ita exæquetur, & inducatur cum statumine rudus: sin autem omnis, aut ex parte congestitius locus fuerit, fistucationibus cum magna cura solidetur. Vtitur & hac voce Plin. lib. 36. ¶ Fistuca, alia est magnæ molis qua trabalis materies in terram pangitur, aut in alveum fluminis, quæ funibus tollitur, & pondere suo remissa illiditur: cujusmodi Parisiis sæpè visitur. Cujus generis intelligendum est fuisse illud Cæsaris 3. de bell. Gall. Hæc cùm machinationibus immissa in flumen defixerat, fistucisque adegerat, non sublicæ modo direxerat, &c.

Fistūcātum. n. f. Dicitur fistuca exæquatum: unde & Fistucatio, apud Vitruvium loco iam citato, pro ea exæquatione areæ accipitur, quam supra descripsimus. Plin. lib. 17. cap. 11: Sicuti terram circa radices fistucato spissandam. Hæc Budæus in Annotationibus in Pandect.

lib. 5: Ventique nebulam & rorem pestiferum celeriter afficcant, multumque ad florescendum & ad bonitatem vini conferunt. Varro lib. 1. de Re rust. Pratum aqua defendi debet antè, quàm florescere incipiat. ¶ Per metaphoram pro augeri, sive crescere. αὐξάνεσθαι, ἀκμάζειν. Cic. pro Marcello: At verò hæc tua justitia, & lenitas animi florescet quotidie magis, ita ut quantum operibus tuis diuturnitas detrahet, tantum afferat laudibus. Cicer. pro Cælio: Nolite Judices hunc nunc primum florescentem firmata jam stirpe virtutis, tanquam turbine aliquo, aut subita tempestate pervertere.

Flōrĭfĕrĭum. Dies erat festus apud Romanos, ita dictus quòd eo die spicæ ad sacrificium ferebantur. Festus ἀνθοφορία.

Flūctŭārĕ, Fluctuosus, Fluctus, Fluito, Flumen, vide Fluo.

Flūmĕntānă pōrtă, quam Tiberis in urbem intrans, in sinistræ ripæ parte relinquit: dicta quòd Tiberis quandoque in eam influxerit.

Flŭo, is, xi, xum, n. t. Propriè decurro. [נזל nazál רב ráb. ῥέω, ῥύω. Gal. *Couler fluer.* Ital. *Correre, scorrere.* German. Fliessen / rinnen. Belg. Vlo eyen. Hisp *Correr la cosa liquida.* Pol *Plinę, cieke* Vng. *Folyok.* Ang. *To flowe.*] Virgil. lib. 1. Georg. Hæc eadem argenti rivos ærisque metalla. Ostendit venis, atque auro plurima fluxit. Cic. 1. de Divinat. Fluminaque in contrarias partes fluxerunt. Idem 6. Verr. Chrysas est amnis, qui per Assorinorum agros fluit. ¶ Quoniam verò ea quæ fluunt, latiùs diffundi videntur, fluere quandoque capitur pro latiùs atque uberiùs excrescere. Virgil. 2. Georg. -tum denique dura Exerce imperia, & ramos compesce fluentes. ¶ Rursus, quia quæ decurrunt, quodammodo minui videntur, fluere pro deficere sumitur. Virgil. 2. Aeneid. Ex illo fluere, ac retrò sublapsa referri Spes Danaûm. Hinc fluxa dicimus quæ instabilia, ac momentanea sunt, & citò peritura. ¶ Item procedere, nasci. Lactant. lib. 2: Ab hac gente proximi quique populi multitudine increscente fluxerunt. ¶ Fluere pro Evenire, apud Cic. 1. Offic. Atque etiam in rebus prosperis, & ad voluntatem nostram fluentibus, superbiam, fastidium, arrogantiamque magnopere fugiamus. In eandem sententiam dixit Seneca 3. de Ira: Fluunt ex destinato proposita nostra. ¶ Hujus composita sunt Affluo. Confluo. Defluo, de quibus suprà, Circunfluo, περιῤῥέω. ¶ Diffluo, variè fluo, διαῤῥέω. Lactant. lib. 7: Nam si terrenum & fragile corpus, post secessum animæ non statim diffluit in terram, tabescitque, ex qua illa origo est. Per translationem luxurior, corrumpor διαλύομαι, φθείρομαι. Terent. in Heaut. Vt illius animum qui nunc luxuria & lascivia diffluit, retundam, & redigam. ¶ Influo, de quo suo loco. ¶ Interfluo, in medium fluo; μεταῤῥέω. ¶ Perfluo, Transfluo, per medium fluo, non contineo, διαῤῥέω. Terent. in Eunuch. Plenus rimarum sum, hàc atque illàc perfluo. ¶ Profluo, de quo alibi. ¶ Præfluo, antè fluo, προῤῥέω, vel præterfluo. Plin. lib. 4 cap. 5. Præfluente Alphæo amne. Idem lib. 5. cap. 20. Et parte læva in Mesopotamiam vadit per ipsam Seleuciam, circa eum præfluenti infusus Tigri. ¶ Præterfluo, fluendo prætereo. vel antè fluo, παραῤῥέω Livius libr. 1. Infima valle præterfluit Tibris. Quintilianus per translationem lib. 1: Omnis disciplinæ memoria constat, frustraque docemur, si quicquid audimus præterfluat. ¶ Refluo, retrò fluo, rursus fluo. ἀναῤῥέω. Vnde fluxus, & refluxus pro accessu, & recessu aquæ in Oceani æstuariis. ¶ Superfluo, superabundo, ἐπιῤῥέω; à quo superfluus, superflua, fluum Col. lib. 4: Per medullam transmittit quicquid aquarum cœlestium superfluit. ¶ Superfluo. inferius fluo, ὑποῤῥέω.

Flŭentum, ti, n. f. Parvum flumen, sive decursus aquæ. [נזלים nozelim. ῥεῖθρον. Gall *Cours d'eau, petite riviere ou ruisseau d'eau* Ital. *Fiumicello, torrente.* German. Ein fluss / wasserfluss. Hisp. *El rio ò el corriente de agua.* Polon. *Sciek, struga.* Vngar. *Folyam, patak.* Ang. *A river or fludde.*] Virgil. 4. Aeneid. -Qualis, ubi hybernâ Lyciam, Xanthique fluenta Deserit, ac Delum maternam invisit Apollo.

Flŭentĭsŏnŭs, a, um. [הומה homih, ῥεῖθρα ἠχοῦσα κύμασι αὐτῶν, Gall. *Qui par abordement d'eau rend grand bruit.* Ital. *Che fa gran strepito.* German. Das von dem fluss tosst. Hisp. *Cosa que suena con aquel cho ro.* Pol. *Cyrczący od cieczenia.* Vng. *Zúgó, zengedező.* Angl. *That g ueth the sound of a river.*] ut, Littus fluentisonum, apud Catul. in Argon. κυματωγὴ ἠχοῦσα κύμασιν αὐτῆς αὐτή.

Flŭescĕrĕ, ῥευστοῦσθαι, Est fluidum fieri, resolvi. Augustin. lib. 21. de Civit. Dei: Agrigentinum Siciliæ salem perhibent, cùm fuerit admotus igni, velut in aqua fluescere.

Flūctŭs, us, ui, m. q Moles aquæ vi venti concitata, unda, procella. [גל ghal. κῦμα. Gall. *Le flot.* Ita *Onda.* Germ Wasserwällen. Belg. Een waterbare / watergolve. Hispan. *Londa dela mar ò dela agua.* Pol Wal, wodne. Vngar. *Hab.* Angl. *A wave or fourge of water stirred by tempeste.*] Cic. 6. Verr. Qui fluctu totus operiretur, nisi munitione, ac mole lapidum mari disjunctus esset. ¶ Fluctus, pro impetu. Cic. ad Attic. lib. 7: Fluctum enim totius barbariæ una ferre urbs non poterat. ¶ Fluctus fortunæ. Plin. lib. 5. c. 17. Quos vita fessos ad mores eorū fortunæ fluctus agitat.

Flūctĭcŭlŭs, diminutivum à fluctu. [κυμάτιον. Polon. Walek nawodne Vng. *Habotska.*] Diomedes Grammat. lib. 1: Apuleius in Apologia: Hæc enim frivola nominastis pleraque in littoribus omnibus congestim, & acervatim jacent, & sine illius opera quamlibet leviter motis flucticulis ultro foràs evolvuntur.

Flūctĭfrăgŭs, ga, gum: [κυματοθραγής. Gall *Le bord de la mer qui rompt l'impetuosité des flots.* Ital. *Che rompe le onde* Germ. Das die Wällen des wassers zerschlecht. Hisp. *Que quiebre as ondas.* Polon. Waly lamiacy. Vng. *Hab rontó, törő.* Ang. *The shore that breaketh the waves.*] ut, Littus fluctifragum: hoc est, fluctus ipsos frangens. κυματωγή. Lucretius: Denique fluctifrago suspensæ in littore vestes.

Flūctĭvăgŭs, Quod fluctibus vagatur, aut agitatur. [ποντοπόρος. Gall. *Qui vague par les ondes & par la mer.* Ital. *Cosa che va vagando per l'onde* Germ. Das in den Wällen hin und fahrt / oder das von den Wällen hin und her getriben wirdt Hispan. *Cosa que anda por los ondas.* Polon. Waly pędzonarzecz. Vng. *Habon lábbo.* Angl *That is tossed by the waves and fleteth.*] Vnde Nautæ fluctivagi, & Vnda fluctivaga appellantur à Papinio.

Flūctŭo, as. act. p Fluctibus jactor, agitor, vacillo, fluito. [נגרש nigerásch ים ias. κυμαίνω, κυματίζω. Gal. *Faire vagues & ondes. flotter sur l'eau.* Ital. *Ondeggiare.* Germ. Schwencken / Wällen geben. Belg. Dryven / swymen. Hispan. *Ondear ò hazer ondas en la mar.* Polon. *Od wałów burzliwich iestem wzięty.* Vngar. *Habosznak, lábbok.* Ang. *To rise in waves, to fluste.*] Plaut. in Rud. Atque ut nunc valde fluctuat mare, nulla nobis spes est. Cicer. 7. Verr. Quadriremem que in salo fluctuantem reliquerat. ¶ Per metaphoram etiam pro jactari, dubitare & diversis cogitationum quasi fluctibus, & veluti marino quodam æstu agitari. [Pol. Wątpię. Vng. *Habozok, ideslkoma kúpok.* Ang. *To be wavering in mynd.*] Virg. 8. Aeneid. . magno curarum fluctuat æstu. Livius 3. bell. Maced. Ephesi regem est consecutus, fluctuantem adhuc animo, incertumque de Romano bello. ¶ Pro eodem fluctuor deponens. Liv. 3. bell. Maced. Fluctuantur incerti animi. Curtius: Fluctuari animo Rex, & modò suum, modo Parmenionis consilium expendere. ¶ Accipitur nonnunquam fluctuare pro fluitare & supernatare. Plin. lib. 36. cap. 17: Lapidem è Scyro insula integrum fluctuare tradunt, eundem comminutum mergi.

Flūctŭātŭs, m. f. particip. [נגרש nighrásch ים mas κυμανθείς, κυματωθείς. σαλευθείς. Gal. *Jetté & agité des flos.* Ital. *Travagliato dalle onde.* Germ. Geschwanckt / von den Wällen getriben. Hispan. *Ondeado, echado por las ondas.* Polon *od wałów kołatany.* Vng. *Habosszod, lábbot.* Ang. *Tossed by the waves.*] Plin. lib. 4 cap. 12: Delos diu fluctuata, ut proditur, sola motum terræ non sensit. Idem libro 9. capite 8: Et sopitus (ut apparuit) odoris novitate, fluctuantisque similis exanimi, caruit hominum conversatione.

Flūctŭātĭo, f. t. [נוד mot. κύμανσις, σάλος. Gall *Agitation des flos çà & là doutance titude* Ital. *Ondeggiamento dubio.* Germ. Schwanckung / schwäbung Hisp. *Aquella obra de hazer ondas, duda.* Polon. Wątpienie. Vngar. *Habzás, lablás.* Ang. *A flotting, uncertaintie.*] Fluctuatio stomachi. Plin. lib. 20. cap. 8: Validiùs cocta fluctuationes stomachi sistit, & ventris. ¶ Fluctuatio animorum. Liv. 6. ab Vrbe: In ea fluctuatione animorum opprimi incautos posse.

Flūctŭōsŭs Vndosus, procellosus, inquietus. [κυματώδης Gall. *Plein d'onde & de vagues.* Ital. *Procelloso, tempestoso.* Germanic. Wällechtig, ungestüm. Hispan. *Lleno de ondas, ondoso.* Polon. *Burzliwy, niespokojny.* Vng. *Habos.* Ang. *Full of waves and fourges.*] ut, Mare fluctuosum, Gemmæ fluctuosæ, quæ maculas habent fluctuum quandam similitudinem referentes. Plin. lib. 37. c. 5: Ii sunt fluctuosi & rerum imagines complexi, ut verbi gratia, papaverum aut avium, pinnarumque, vel catulorum, & similium, Loquitur de smaragdis.

Flūctŭātĭm, adverb. Iactanter, solutè. [κύματος δίκην, κυματηδὸν. Gal. *En maniere de flot, orgueilleusement.* Ital. *Ondeggiando con travaglio.* Germ Ungestümlich / wie ein Wällen. Hispan *En guisa de ondas, vanagloriosamente.* Polon. *Niespokojnie.* Vng. *Habozva.* Angl. *By flitting and hovering.*] Afranius: Volo fluctuatim ice ad illum. Nonius.

Flūxŭs, a, um Quod fluit. [זב zab נזל nozél. ῥέων. Gall *Qui a coulé, qui est de petite durée & passé legerement.* Ital. *Che scorre, che passa tosto.* German Flüssig / oder fliessig. Belg. Wechvloyen / verganckelick. Hispan. *Lo liquido, que corre.* Pol. *Sciek, nactwo mały trwaiący.* Vngar. *Folyam, kfolyo.* Angl. *That durth bot a while.*] Plin. lib. 9. cap. 38: Quoniam quum fœtificavêre, fluxos habēt succos. ¶ Per translationem accipitur pro eo quod est instabile, momentaneum, & citò periturum. ὀλιγοχρόνιος: tracta est metaphora ab aqua fluviali, quæ nunquam in eodem loco consistit, sed citò præterfluit. Virgil. lib. 10. Aeneid. Nôsne tibi fluxas Phrygiæ res vertere fundo Conamur? Sal. in Catil. Nam divitiarū & formæ gloria, fluxa & fragilis habetur. ¶ Aliquando capitur pro laxo, ac minimè astricto. Vnde Parthorum vestimenta fluxa fuisse Lucanus scribit. Illic & laxas vestes, & fluxa virorum Velamenta vides. Sic Suetonius in Cæs. cap. 45: Fluxiore cinctura cingeretur. Et Virg. 1. Aeneid. vestium sinue fluentes dixit. Apuleius libr. 2. accepit passivè: Fontanos, ingruens, latices, de corporibus humanis fluxos. ¶ Et fluxi dicuntur remissi, soluti, libidinosi, molles, effœminati. Sueton. in Tiberio: Drusus animi fluxioris, remissiorisque vitæ erat. Mart. Cynædo eviratior fluxo.

Flūxē, adverbium, affluenter, abundanter. [ῥευστῶς, ῥέοντως. Gal. *En abondance, abondamment, largement.* Ital. *Abundantemente.* Germ. Überflüssiglich. Hisp. *Abundantemente.* Pol. *Nałbis.* Vngar. *Bovón.* Ang. *Abundantlye.*] Varro lib. 1. de Re rust. cap. 11:

cap. 11: Et eò magis fluxè ex herba, quæ eadem ipsa sumpta, perpurgate corpora nostra solet.

Fluxio, f. t. fluxus, cursus: [...] Gall. *Flux, coulement.* Ital. *Flusso, colamento.* German. [...] Polon. [...] Vngar. [...] Ang. *A flowing.*] ut, fluxio aquarum, apud Cic. lib. 1. de Divin. & fluxiones sanguinis, apud Plin. lib. 20. cap. 14.

Fluito, as, penult. corr. Frequentativum, Sæpè sive continuè fluo [...] Gall. *Flotter sur l'eau.* Ital. *Scorrere di continuo.* German. [...] Hispan. *Correr continuatamente lo liquido.* Polon. [...] Vngar. [...] Ang. *To flete or hover above the water.*] Liv. lib. 1: Tenet fama: quum fluitantem alveum in quo expositi erant pueri, tenuis in sicco aqua destituisset. ¶ Nonnunquam etiam accipitur pro supernatare. [...] Plinius: Omnes pisces, quum sunt extincti, fluitant, exceptis anguillis. ¶ Aliquando fluitare est nutare, quod Terentius vocat labascere. Tacit. lib. 18: Vnde primùm creditur Cecinnæ fides fluitasse. Horat. 2. Serm. Satyr. 3: -in amore hæc sunt mala, bellum, Pax rursum: hæc siquis tempestatis propè ritu Nobilia, & cæca fluitantia forte laboret Reddere certa: sibi nihilo plus explicet, ac si Insanire paret certa ratione. ¶ Tranquillus & quietus, Immoderatè agitatus & fluitans, contraria. Cicer. de Vniverf. Quicquid erat quod in cernendi sensum caderet, id sibi assumpsit, non tranquillum & quietum, sed immoderatè agitatum & fluitans.

Fluidus, a, um, pen. corr. Liquidus & diffluens. [...] Gall. *Coulant, qui coule & glisse aisément.* Ital. *Humido, liquido.* German [...] Hisp. *Liquido, que corre assi como agua.* Polon. [...] Vngar. [...] Ang. *Flowing, relented, without stiffenesse or streath.*] Plin 9. cap. 30: Vnum hoc animal nisi vivum ferventi aqua coquatur, fluida carne non habet callum. ¶ Nonnunquam pro languidus sive marcidus ponitur. Liv. lib. 4. bell. Maced. vocat corpora Gallorum emollida & fluida.

Flumen, nis, n. t. Fluvius: hoc est, aqua continuè decurrens, & perennis: & major est quàm rivus. [...] Gall. *Vn fleuue, vne riviere.* Ital. *Fiume.* German. [...] Belg. [...] Hisp. *El rio.* Pol. *Rzeka.* Vngar. *Folyo viz.* Ang *A flu[...], a river.*] Torrens contrà, qui æstate siccatur. Horat. 2. Carm. Ode 6: Dulce pellitis Ovibus Galesi Flumen, & regnata petam Laconi Rura Phalanto. Virgil. 4. Georg. At mater sonitum thalamo sub fluminis alti Sensit. ¶ Sed quando hoc nomen genitivo jungitur, capitur pro fluxu seu cursu. [...] Plin. Nec fluminis ejus rivi esset impedimento. ¶ Hinc flumentana porta Romæ, quam Tyberis urbem intrans, in sinistra ripæ parte relinquit: ita dicta quòd pars Tyberis per eam partem ubi nunc hæc porta sita est, fluxisse creditur. Autor Festus. ¶ Magno flumini rivulum inducis, [...] Id est, maximis rebus pusillum & inutile momentum addis. ¶ Flumen etiam vocabulum est Iurisconsultorum in servitutis constitutione, ut stillicidiorum. Paulus D. lib. 8. l. 28: Foramen in imo pariete conclavis, vel triclinii quod est proluendi pavimenti causa, id neque flumen esse neque tempore acquiri placuit.

Flumineus, a, um: ut, Aqua fluminea, quæ ex flumine est. [...] Gall. *De fleuue ou de riviere.* Ital. *Di fiume.* Germ an. [...] Hispan. *Cosa de rio.* Pol. [...] Vngar. [...] Ang g. *Of a river.*] Ovid. 4. Fast. Ne sua fluminea corpora mergat aqua. Idem 2. Metam. Fluminea volucres medio caluère Caystro.

Fluminosus, a, um, Quod fluminibus abundat: [...] Gall. *Plein de rivieres.* Ital. *Pieno di fiumi.* German. [...] Hispan. *Lleno de rios.* Polon. [...] Vngar. [...] Ang. *Full of rivers.*] ut, Regio fluminosa id est, fluminibus multis irrigua.

Fluvius, quòd fluat semper, flumen. [...] Gall. *Vn fleuue, vne riviere.* Ital *Fiume* Germ. [...] Belg. [...] Hispan. *El rio.* Polon. [...] Vng *Folyo viz.* Ang. *A flu[...], a river.*] Plaut. in Curc. Quisnam hic fluvius est quem non recipiat mare? Virgil. 3. Geog. & agri Carpere prata fuga, fluviosque innare rapaces. Horat. 4. Carm. Ode 12: Nec fluvii strepunt Hyberna nive turgidi. ¶ Fluvius cum mari certas, [...] Vbi minimi cum maximis certamen suscipiunt. Suidas. ¶ Fluvius non semper fert secures, [...] Non protinus tibi speres idem quod aliis feliciter cessit. Natum ab Apologo Aesopico: Cuidam sylvam cædenti securis è manibus excidit, Mercurius invocatus reddidit argenteam. ¶ Iuxta fluvium puteum fodit, [...] De stultam & inanem sumenti operam, Putei enim fodiuntur ob aquarum inopiam. ¶ Fluvius quæ procul absunt irrigat, [...] id est, Fluvius quæ longè dissita sunt irrigat: quæ proxima sunt præterit. De iis dici convenit, qui bene merentur de externis & nihil ad se pertinentibus, suos negligunt. Apparet inde ductum, quòd ubi fluvius oritur, minor esse solet minusque argillæ secum trahens: & quò longiùs recessit à fonte, hoc est copiosior uberiorque. Diogenianus. ¶ Per fluvium traducere, [...] dicebantur qui difficultatem explicabant rei, quam ineruditiores aut validiores explicare non poterant, Translatum à torrentibus aut fluviis profundioribus, quàm ut cuivis tutum sit trajicere. Plato lib. de leg. 10.

Fluvialis, le, om. t. Quod ex fluvio est, fluviatilis. [...] Gall. *De fleuue, de riviere* Ital. *Fluviale, di fiume.* German. [...] Hispan. *Cosa de rio.* Polon. [...] Vng. [...] Ang. *Of a fludde or river.*] ut, Aqua fluvialis, & fluvialis lupus: hoc est, fluvialis, qui in fluvio vivit, Col. lib. 8. cap. 16. Virgil. 4. Aeneid. Dic corpus properet fluviali spargere lympha. Idem 2. Georg. Vimina per sylvam, & ripis fluvialis arundo Cæditur.

Fluviatilis, le, penult corr. om t. Fluvialis, quod in fluvio vivit: [...] Pol. [...] Vngar. [...] ut, Pisces fluviatilis, fluviatilis avis, fluviatilis arena. quæ in fluviis est. Plin. lib. 36 c. 23: Arenæ tria sunt genera, fossitia, cui quarta pars calcis addi debet: fluviatilis ac marina.

Fluvitius, fluviatilis. [Vngar. [...]] Columell. lib. 8. cap. 15: Vbi delitescentibus fluviatilis animalibus insidientur.

Fluviatus, a, um, In flumine maceratus. [...] Gall. *Trempé dans un fleuue.* Ital. *Bagnato nel fiume.* German [...] Hispan. *Mojado nel rio.* Pol. [...] Vngar [...] Ang *Soked in water, and made leane.*] Plin. lib. 16. cap. 39: Abietis quæ pars à terra fuit, enodis est: hacque quam diximus ratione decorticatur. Sic dicere possumus rannabem fluviatam.

Fluus, a, um, In fluens: sed in compositione magis in usu: ut, mellifluus, [...], quasi fluens melle.

Flustrum, stri, n. f. [...] Gall. *Bonace, calme.* Ital. *Bonaccio.* German. [...] Hisp *Bonanza, calma.* Polon. [...] Vngar. [...] Ang. *Calmenesse of the se.*] Status & tranquillitas maris, quum fluctibus non agitatur, hanc Græci [...] vocant. Autor Festus.

Flutæ, arum, f. p. Anguillæ, sive murenæ dicebantur in freto Siculo, propterea quòd Sole torre factæ, quum se curvare, aut mergere non possint, aquis superfluant. [...] Vngar. [...] Macrob. lib. 1. cap. 15: Accersebantur murænæ ad piscinas nostræ urbis ab usque freto Siculo, quod Rhegium à Messana despicit, Græcè [...] vocantur, Latinè flutæ, quòd in summo supernantes, Sole torrefactæ, curvare se posse, & in aquam mergere desinunt. Colum. lib. 8. cap. 17: Item flutas, quæ maximè probantur, murænas, & siquæ sunt saxatiles notæ quarum pretia vigent.

Fluvialis, Fluvius, Fluxio, Fluxus, Vide Fluo.

F ante O.

FO. In notis antiquorum, forum. FOR. fortè, vel fortis, vel fortas, vel fortuna. FOR. RED. fortuna reduci. FO. S. V. P. XX. INV. MM. LDBLE. fode sub via pedes viginti, invenies monumentum laudabile.

Focale, lis, penult. prod. Genus est ligaminis, & fasciæ quædam collum ambiens, fauces à frigore defendens, & pronuntiationi conducens. [...] Gall. *Vn linge dequoy on enueloppe la gorge.* Ital. *Fascia da inuiluppare la gola.* German [...] Belg. [...] Hipsan. *La beca que se rodea a el cuello.* Polon. [...] Vngar. [...] Ang. *A tippet defending the thankes frome cauld, a muffler.*] Dictum focale à faucibus, au in o mutata, quod etiam contingit in verbis suffoco, & præfoco Senec. lib. 3. Natur. quæst. Videbis quosdam graciles, & palliolo, focaliaque circundatos, pallentes & ægros. Quintilian. libro 11: Palliolum, sicut fascias, quibus crura vestiuntur, & focalia, & ligamina aurium, sola excusare potest valetudo. ¶ Sunt qui putant aliquando accipi pro ferramento quo crispantur capilli, & à nomine Focus derivari, eò quòd videant primam corripi apud Horat. 2. Serm. Satyr. 3. ubi sic legunt: -ponas insignia morbi Fasciolas, cubitale focalia. Quo tamen in loco doctissimorum judicio legi debet *cubital.* Quod autem attinet ad significationem, nullo modo assentior iis qui hoc loco pro ferramento exponant: nam quum Horatius numeret ibi fascias, & cubital inter morbi insignia: quo pacto hoc de ferramento potest intelligi, quo capilli crispantur, quum ægri soleant cultum omnem negligere? Itaque siquis attentiùs hunc Horatii locum secum expendat, intelligit profectò in eadem significatione accipi apud Horatium, in qua accipitur apud Quintilianum loco jam citato, quum ait fascias & focalia sola valetudine excusari.

Foraneus palmes, dicitur, qui ex fauce vitis: hoc est, ex bifurco medius erumpit. Colum. lib. 4. cap. 24. Vocatur etiam Focaneus palmes, qui solet in bifurco medius prorepere, & idcirco eum prædicto vocabulo rustici appellant, quòd inter duo brachia, quà se dividit vitis, enatus, velut fauces obsidet, ac utriusque duramenti alimenta præripit. Idem lib. 5. cap. 6. Focaneus est, qui inter duo brachia velut in furca, de medio nascitur: eum colem deterrimum esse comperi, quòd neque fructum ferat, & utraque brachia, inter quæ natus est, attenuet: ita tollendus est.

Focillo, as, act. p. significat calefacio recreo, instauro, reficio, confirmo. [...] Gall. *Eschauffer, refaire, recreer, conforter.* Ital. *Riscaldare, ristorare.* German. [...] Belg. [...] Hisp. *Recrear, calentar.* Pol. [...] Vngar. [...] Ang. *To keep warme, to cherish, to confor-*

consorte.] Plin. lib. 1. epist. 16: Focillata dixeram, *inquit*, vobis inventuram me quamlibet duram ad mortem viam quando vos facilem negassetis. Suetonius in Augusto, cap. 16: Antonii societatem semper dubiam & incertam, variisque reconciliationibus malè focillatam abrupit. ¶ Pro eodem etiam quandoque legitur Focillor deponens, quod & Nonius annotavit Varronis testimonio de vita populi Romani: Propter secundas res sublato metu, non in communi spectant, sed suum quisque, diversi, commodū focillatur: id est, fovet. ¶ Focillo, penult. brevi, ablato uno l, apud Ovid. ad Pisonem: Sed miserum parva stipe focilat, ut pudibundus Exercere sales inter convivia possit. ¶ Hinc componitur Refocillo, recreo. Focillationes, *inquit Festus*, à fovendo dicuntur: hoc est, à calefaciendo.

Fŏcŭlă, Foculus. Vide Focus.

Fŏcŭs, ci, m. s. à fovendo, dicitur id in quo ignis servatur. [מוקד *mokedh* כיור *kiiór*. *kúdh*. ἑστία. Gall. *Le fouyer où on garde le feu* Ital. *Focolaro, guarda fuogo* German. Ein herdstatt oder fewrstatt. Belg. Eenen Heert/een vierstede. Hispan. *El hogar donde se haze huego* Polon. *Ognisko*. Vng. *Twzhely*. Ang. *An hearth*.] Ovid. lib. 6. Fast. At focus à flammis, & quòd fovet omnia dictus. Idem: Ture vacent aræ, stentque sine igne foci. Tibullus: Dum meus assiduo luceat igne focus. Cato de Re rust. Folia subdito in loco calido, sub testa coquito leviter. ¶ Ponitur etiam quandoque pro privatis domibus, sicut ara pro templo. Plaut. in Amphit. Convenit, victi utri sint eo prælio, Vrbem, agrum, aras, focos, seque uti dederent.

Fŏcŭlŭs, culi, diminut. [ἐσχάριον. Gall. *Petit fouyer, reschaut* Ital. *Focarello*. Germ. Ein kleine fewrstatt. Hisp. *Pequenno hogar*. Polon. *Male ognisko*. Vngar. *Twzhelecske pucjok*. Ang. *A litle hearth*.] Gell. lib. 1. cap. 19: Tum illa foculum coram rege igni apposuit, & tres libros ex novem deuris. Valer. lib. 1: Quum carbasum quem optimum habebat, foculo imposuisset, subitò ignis emicuit.

Fŏ[illegible]lis, lorum, n. s. Nutrimenta. [מזון *mazón*. τροφαί. Gall. *Nourrissement*. Ital. *Nodrimenti*. German. Nahrung. Hispan. *Mantenemiento*. Polon. *Obzywienie*. Vngar. *Taplálat*. Ang. *Nourishmentes*.] Plaut. in Persa: Nam jam intùs ventris fumant focula. Ex Nonio.

Fŏcārĭŭs pānĭs, Qui in foco coquitur. [ἐσχαρίτης ἄρτος. Gall. *Pain cuit sous les cendres & au fouyer*. Ital. *Pane cotto sotto al cenere* German. Kuchen. Hispan *Pan cozido en padil a ò al hogar*. Pol. *Placete*. Vngar. *Parasabasutõt kenyér, hamuba sütött pogatsa*. Ang. *Bread baken on the hearth*.] qui & subcineritius appellatur. ἐγκρυφίας.

Fŏcārĭă, æ, f. p. A'veteribus dicebatur concubina quam domi habebant ad curam rei domesticæ. [פלגש *pilehgesch*. οἰκίδιον παλλακίς, quasi οἰκίας ἐπὶ συνεχῆ. Gall. *Concubine ordinaire à pot & à feu*. Ital. *Concubina*. German. Ein köchin/ein magd. Hisp *Manceba abarraganada*. Polon. *Kucharka*. Vngar. *Haz gond viselő àzzony*. Ang. *A concubine for the pott and fyre*.] In l. iij. C. de donat. inter virum & uxorem: Si ancillam nummis tuis comparatam esse, præsidi provinciæ probaveris, donationsque causa focariæ tuæ nomine instrumentum emptiones esse conscriptum: eam tibi restitui jubebit. Nam licet cessante jure matrimonij, donatio perfici potuerit, milites tamen meos à focariis suis hac ratione, fictisque adulationibus spoliari nolo.

Fŏcārĭī sērvī, qui focum curant dicuntur in L. 1. de naut. caup. stabul. l. 1a. & 15. D. de instit.

Fŏdārĕ, pro fodere dixerunt veteres, teste Festo.

Fŏdĭo, dis, fodi, fossum, act. t. Pala alióve ferramento terram, aliúdve quid eruo. [חפר *chaphár* כרה *charáh* חתר *chathár*. ὀρύττω. Gal. *Fouir & creuser la terre, percer*. Ital. *Cauare, fossare*. German. Graben. Belg. Graven. Hispan. *Cauár, ò horadar*. Polon. *Kopam, grzebe*. Vngar. *Asok, kapalok*. Ang. *To digge or diche*.] Plaut. in Rudent. Nostro illum puteum periculo & ferramentis fodimus. Liv. 28. bel. Pun. In Melessum finibus est sita Hispania genus ager frugifer: argentum etiam incolæ fodiunt. Sic fodere metallum. Plin. lib. a. cap. 63: Fodere ense jugulum: hoc est, percutere seu ferire. Mart. lib. 1: Fodere stimulis, est pungere. Cicer. 2. Philip. Fodere calcaribus. Virgilius Aeneidos 6: Seu spumantis equi foderet calcaribus armos. ¶ Dicitur etiam fodire per quartam verborum conjugationem. Colum. lib. 11. cap. 2: Runcari & adhuc fodiri possunt. Idem de arboribus: Sed omnibus annis ante cal. Mart. fodiri & interputari oportet. Hinc fovea, de quo infrà. ¶ Hujus composita sunt, Affodio, vide suo loco: Confodio, quod est cavo, sive in totum foro, διορύττω. Plaut. in Aulul. Hic apud me confodere hortum jussi. ¶ Interdum transverbero occido. Salust. in Catil. Inter confertissimos occurrit, ibique pugnando confoditur, διελαύνεται. ¶ Circumfodio, terram circumquaque eruo, περιορύττω, Colum. lib. Arborem quam deposueris, sæpius circumfodito. Defodio, κατορύττω, vide suo loco. ¶ Effodio, extra fodio, vel fodiendo ejicio, ἐξορύττω. Plaut. in Aulul. Oculos herclè istos improba effodiam tibi, ne me observare possis si quid rerum geram. ¶ Infodio, intùs planto seu defodiēdo sepelio ἐνορύττω. Colum. lib 5: Campestris locus altè duos pedes infodiendus est. Virgil. lib. 2. Georg Antè supinatas aquiloni offendere glebas, Quàm lætum infodias vitis genus: id est, obruas. ¶ Perfodio, rumpo ferio, perforo, διορύττω. Plautus in Asin. Vbi parietes perfoderis. Colum. lib 11: Tu gravibus rastris cunctantia perfode terga. Lactant. lib. 4: Sed tantummodò latus ejus perfoderunt, Gell. lib. 2: Quadringenti omnes tum unum perfossi gladiis aut missilibus operti cadunt. ¶ Præfodio antè fodio. Plin. lib. 27. cap. 11: Præfodere scrobes antè, si fieri posset, tantò, ponet pingui cespite obducantur. ¶ Refodio, rursus fodio. ἀνορύττω. Plin. Mus marinus in terras, scrobe effossa, parit ova, & rursus obruit, terra, tricesima die refossa, parit fœtumque in aquam ducit. ¶ Suffodio, subtercavo, ὑπορύττω. Col. lib. lib. 2: Neque suem velimus impasci, quoniam rostro effodiat & cespites excitet. ¶ Transfodio, transverbero, ab uno latere ad aliud fodio, διελαύνω, διορύττω. Ovid. gemino fodit ulcere pectus. Et omnia habent *fo* syllabam correptam in omnibus temporibus à præsenti manantibus. Nam quæ à præterito fiunt, eandem producunt.

Fŏdĭco, cas, penult. corr. Stimulare, pungere, vellere sive fodiore. [עקץ *himeis* מחץ *machátz*. νύσσω. Gall. *Piquer, percer*. Ital. *Stimulare, pugnere cauare*. German. Grübten. Hisp. *Puncar, pecilgar ò escaruar*. Polon *Kozgrzebam*. Vngar. *Gyakdosom, furdalom, ásogatom*. Ang. *To pricke, to pearse*.] Horatius: -emamus Qui fodicet latus. ¶ Per translationem accipitur pro angere, sive dolore afficere. Cicer. 3. Tuscul. Non est enim in nostra potestate, fodicantibus his rebus quas malas esse opinamur, dissimulatio vel oblivio. ¶ Fodicare animum Plaut. Bacch. -quia isthæc lepida sunt memoratu: Eadem in usu, atque ubi periculum facias, aculeata sunt, Animum fodicant, bona distimulant facts, & famam sauciant.

Fŏdīnă, næ, penult. prod. f. p. Locus ubi quid effoditur. [מכרה *michréh* μέταλλον. Gall. *Vne mine, vne carriere, où on tire quelque metal ou autre chose*. Ital. *Minera* Ger. Ein grub in deren man etwas grabt/als ein Ertzgrub. Belg. Mijne/aerd graven. Hisp *Lugar donde algo se saca y se caud*. Pol. *Dol, gruba iaka iest gdźie sol albo kruszca dobywaia*. Vngar. *Bánya* Ang. *A mine*.] Vt Auri fodina, ubi foditur aurum: Argenti fodina, ubi effoditur argentum. Plin. lib. 33. cap. 6 Odor ex argenti fodinis inimicus omnibus animalibus, sed maximè canibus.

Fŏssă, æ, f. p. Locus est unde effossa est terra. [פחת *pacháth* בור *bór*. τάφρος, βόθρος. Gall. *Fosse ou fossé*. Ital. *Fosso*. German. Ein graben oder ein grub. Belg. De Gracht Hispan. *Caua ò hoyo*. Polon. *Przikop*. Vngar. *Ajtó verem ĩvul*. Ang. *A diche, like or moat*] Col. de Arb. Priusquam pomarium constituas, quàm magnum habere voles, circumunito maceria aut fossa. Cicer. 5. Tuscul. Transitum fossæ ponticulo ligneo conjungere. Vlpianus scribit fossam esse receptaculum aquæ manufactum, ad castra, seu urces oppidáve, aut alia hujusmodi munienda. Cicer. ad Attic. lib. 4: Popul Rom. exercitus Cn Pompeium circunsidet, fossa & vallo septum tenet. Cæsar 2. bell. Gall. Castra in altitudinem pedum duodecim, vallo fossaque duodeviginti muniri jubet.

Fŏssŭlă, penult. corr. f. p. diminutivum, parva fossa. [ὀρυγμάτιον, Gall *Fossette petit fossé*. Ital. *Fossicella, fossetta*. Germ. Ein gräbtein. Hispan. *Pequenna caua ò hoyo*. Polon. *Przikopek*. Vng. *Vermecske, lucacska*. Ang. *A litle diche*.] Cato de Re rustic. cap. 161: Deinde fossulas facito qua radices asparagi demittas. Colum. libro 11. cap. 3 Singulis fossulis disponas.

Fŏssātum, ti, n. s. idem quod fossa. Plin. 17. c. 21: Fossatum purgari & extendi ne crudum relinquatur.

Fŏssŏr, m. t. Qui fodit. [חפר *chopher* כרה *coréh*. ἀκτεμίνης, σκαπανεύς, ὀρυκτής. Gall. *Fouyssiur, fossoyeur, pionnier*. Ital. *Zappatore, cauatore*. Germ. Ein Graber. Belg. Een Graver/Delver Hispan. *Cauador*. Polon. *Kopacz*. Vng *Kapás*. Ang. *A dicher*.] Virg. 2. Georg. Et labefacta movens robustus jugera fossor. Rigidus fossor, Mart. lib. 7.

Fŏssĭo, f. t. Ipsa fodiendi actio. [ὄρυξις. Gall *Fouyssement*. Ital. *Cauamento*. German. Grabung. Hisp. *Cauazon, ò la obra de cauar*. Polon. *Kopanie*. Vngar. *Ásás, kapalas*. Ang. *A diching*.] Col lib. 5: Deinde malleolo inter ordines posito, crebris fossionibus pastinatum resolvere.

Fŏssūră, æ, f. p. Fossio. [ὀρυγμα. διορυγή. Gall. *Fouyssure, fouyssement*. Ital. *Cauetura* Ger. Grabung. Hisp. *Cauazon, cauadura*. Polon *Kopanie*. Vngar. *Ásás, kapalas*. Ang. *A diching*.] Colum lib. 5: Hanc planam fossuram maximè nos probavimus. Numerus autem fossionis, aut idem debet esse qui primi anni, aut una minus.

Fŏssĭlis, le, penult. corr. om t. Quod foditur sive quod fodi potest. [ὀρυκτός. Gall. *Qu' on fouyt & tire, où qu' on peut fouyr & tirer de terre*. Ital *Che si puo cauare*. German. Das gut zugraben ist. Hispan. *Cosa cauidaza*. Polon. *Do kopania sposobny*. Vngar. *Ásot vayot ashato, vayhato*. Angl. *That is or may be digged out of the earth*.] Plin. lib. 36 cap. 18: Theophrastus autor est & ebur fossile candido & nigro colore inveniri, & ossa è terra nasci. Idem lib. 33. cap. 6: Tam salem fossilem adjiciunt: id est, qui foditur. Varr. 2. de Re rustic. Melior fossilis sal, quàm marinus.

Fŏssĭtĭcĭŭs, a, um, Fossilis, quòd scilicet è terra effoditur, [ὀρυκτός. Polon. *Rzecz wokopana ziemie*. Vngar. *Vayot foldbõl asatot*. Ang. *Digged out of the earth*.] Plin. lib. 36. cap. 23: Arenæ tria genera: fossitia, cui quarta pars calcis addi debet, fluviatilis aut marinæ terra.

Fœcĭālĭs, Vide Fecialis.

Fœcŭndŭs da, dum, Ferax, fertilis. [פרה *poréh*. εὔφορος. Gall. *Fecond fertile*. Ital *Fecondo, fertile, abundante*. German Fruchtbar. Belg. Vruchtbaer. Hisp *Cosa fertil, ò copiosa* Polon. *Rodzainy*. Vng. *Termő*. Ang *Fruitfull fertile, rancke*.] Ovid. lib. 4. Fast. Forda ferens bos est fœcundaque, dicta ferendo. Colum. lib 8 cap. 14 Id ne-

Id neq; æquè fœcundum est, nec tam pretiosum. Plaut. in Cistell. Namq; æcastor amor & melle & felle est fœcundissimus. ¶ Cum genitivo sæpiùs jungitur. Annonæ fœcunda provincia, Tacit. lib. 17. Fœcunda metallorum terra. Plin. lib. 33. cap. 4: Italiæ parcitum est vetere interdicto Patrum, ut diximus, alioquin nulla fœcundior metallorum quoq; erat tellus. ¶ Fœcundam esse, de muliere quoq; dicitur, quæ fert uterum. Ovid. 2. Metam. Vt fœcunda fores, fieretq; injuria partu Nota. ¶ Interdum sumitur pro abundanti & pleno. Horat. Fœcundi calices quem non fecère disertum? Huic opponitur Infœcundus: id est, non ferax: inde infœcunditas.

Fœcŭndĭtās, f. t. Abundantia, ubertas, feracitas. [שׂבעה *sobáh*, πολυφορία, εὐτεκνία, εὐθηνία. Gall. *Fecondité, fertilité*. Ital. *Fertilità, abondanza*. German. Fruchtbarkeit/ völle. Hisp. *Fertilidad ò copia*. Pol. *Obfitosc*. Vngar. *Termékség, tenizes bwség*. Ang. *Fruitfulnesse, fertilitie*.] Plin. lib. 20. c. 6: Fœcunditatem fœminarum hoc cibo augeri. Cic. 2. de Nat. Deor. Aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus. Fœcunditas animi, Plin. in præf. lib. 3.

Fœcŭndē, adverb. [ἀφθόνως, γονίμως, εὐτόκως. Gall. *Fertilement, plantureusement, abondamment*. Ital. *Fertilmente, abondantemente*. German. Fruchtbarlich. Hispan. *Fertil y copiosamente*. Pol. *Plonnie*. Ang. *Fertilly, abundantly*.] Plin. lib. 6. cap. 36: Atque etiam recisa, fœcundiùs resurgit.

Fœcŭndo, das, Abundantem seu fructiferum facio. [הפרה *hiphráh*, πιαίνω, γόνιμον ποιῶ. Gall. *Faire fertile*. Ital. *Far fertile, abundante*. German. Fruchtbar machen. Hisp. *Hazer fertile y copioso*. Pol. *Urodzajno czynie*. Vngar. *Termékenyé teszem*. Ang. *To mak fruitfull*.] Virgil. lib. 4. Georg. Et viridem Aegyptum nigra fœcundat arena.

Fœdŭs, fœdus, ut quibusdam placet, cum œ diphthongo, ut e longa sit, quoniam ferio e breve habeat. [ברית *berith*, σπονδὴ, συνθήκη, τὸ ἐπιτήδευμα. Gall. *Alliance, confederation, appointement, & traité de paix*. Ital. *Lega, confederatione*. German. Ein bundt/ bündtnuß. Belg. Een verbondt. Hispan. *Confederacion ò alliança*. Polon. *Przymierze*. Vngar. *Frigy, kötés*. Ang. *A leage, couenant, or bande of peace*.] Proprie enim fœdus pacem significat, quæ feritur inter dimicantes. Quidam hujus nominis etymologiam manasse putant à Fecialibus per quos fiebant fœdera. Alij à fide, quia in fœdere interponebatur fides. Itaque Ennius, ut est apud Varronem, fidus dixit pro fœdus. Alij à fœdè cædendo: nam ad fœdera faucienda utrinque Feciales adhibebantur, qui firmato fœdere porcam cædebant silice: ejusmodi exitium imprecantes capiti illius qui prior fœdus violasset: de qua re vide Liv. lib. 1. ubi ritum & formulam antiquissimi fœderis inter Pop. Rom. Regem & Albanorum Dictatorem icti, latissimè exequitur. Tria autem (ut idem Livius ostendit lib. 34.) erant fœderum genera, quibus populi & reges mutuas amicitias inibant. Vnum quum bello victis dicebantur leges. Vbi enim omnia ei qui armis plus posset, dedita essent quæ ex iis habere victos, quibus mulctari eos vellet, victoris arbitrium erat. Alterum quum pares bello, æquo fœdere in pacem atque amicitiam veniebant, redditis per conventionem iis rebus quarum bello turbata erat possessio. Tertium qui quum hostes nunquam fuissent, ad amicitiam sociali fœdere jungendam coibant. ¶ Accipitur etiam fœdus pro necessitudinis alicujus vinculo: ut fœdera amicitiæ dicimus pro necessitudine illa quæ est inter amicos. Ovid. 3. Trist. Eleg. 6: Fœdus amicitiæ non vis charissime nostræ: Nec si forte velis, dissimulare potes. ¶ Fœdera lecti, pro conjugali vinculo. Lucan. lib. 2: -da fœdera prisci illibata tori, da tantùm nomen inane Connubii. Fœdus conjugale, Ovid. 11 Metamorph. ¶ Accipitur etiam quandoque pro lege, ut apud Virgil. lib. 1. Aeneid. Regemque dedit qui fœdere certo, Et premere & laxas sciret dare jussus habenas. ¶ Facere fœdus cum aliquo. Cicer. de Senectute: Quum sententia Senatus inclinaret ad pacem & fœdus faciendum cum Pyrrho, non dubitavit. ¶ Ferire fœdera. Cic. pro Cælio: Ideone ego pacem Pyrrhi diremi, ut tu amorum turpissimorum quotidie fœdera ferires? Firmare fœdera. Virg. lib. 11. Aeneid. -firmabant fœdera dictis. ¶ Fœdus pro fœditate legitur apud Paulum in l. 3. D. de ritu nuptiar. Nec enim honos ei servatur, quæ se in tantum fœdus deduxit. Nisi rectiùs ibi legatur, *Scelus*, quemadmodum vulgati codices habent.

Fœdĭfrăgŭs, penult. corept. m. f. Qui fœdera fregit. [σπονδοπαράβατος. Gall. *Qui rompt l'alliance ou appointement*. Ital. *Che rompe patti*. Germ. Bundtbrüchig. Hisp. *Que brantádor de pazes*. Polon. *Ten ktory przymierze lamie*. Vngar. *Hiti szeget, frigi fôl bonto*. Ang. *A breaker of leagues*.] Cic. 1. Offic. Pœni fœdifragi, crudelis Aunibal.

Fœdĕrātī, dicuntur populi qui fœdere & amicitia sunt conjuncti. [אנשי ברית *anschè berith*, σύμμαχοι, ἔνσπονδοι. Gall. *Confederez, alliez*. Ital. *Confoderati, vniti*. German. Bundtsgenossen/ eydtsgenossen. Hisp. *Confederados ò aliados*. Polon. *Ci ktory spolne przymierze maia*. Vngar. *Az kik egy frig y alat vadnak*. Angl. *Thay hath made a league together*.] Namque inter civitates provinciarum, aliæ civium Romanorum, aliæ Latinorum veterum, aliæ fœderatorum, aliæ stipendiariæ dicebantur, συμμαχίδες πόλεις. Sueton. in Caligula: Domi, forisque civilis, libera ac fœderata oppida sine lictoribus adibat. Cic. 1. de Orat. Siquis apud nos servisset ex populo fœderato, seseque liberasset. Idem 5. Verr. Fœderatæ civitates duæ sunt, Mamertina, & Taurominitana. Idem pro Archia: Si qui fœderatis civitatibus ascripti essent

Fœdĕto, fœdere facto concilio. [Polon. *Przymierze cinie*. Vng. *Frigyet mivél, vetöz*.] Cornel. Tacit. lib. 20: Donec egregia erga populum Rom. merita, mox rebelles fœderant.

Fœdŭs da, dum, Quod est deforme. [שׁחור *schohár* טמא *tamé*, αἰσχρὸς, δυσειδής. Gall. *Laid, ord, infect, vilain*. Ital. *Sozzo, laido, brutto*. German. Wüst/ häßlich/ vnflätig. Belg. Leelick/ schandelick. Hispan. *Cosa fea, ò feada*. Polon *Szpetny, szkaradny, zadny*. Vngar. *Vndok*. Ang. *Losiled, ioyled, deformed*.] Terent. in Eunucho: Nunccò tibi videtur fœdus, quia illam non habet. Cicero ad Atticum libro 15: Parumque fœda persona est senectutis. Plin. lib. 11. cap. 19: Odere fœdos odores, proculque fugiunt. ¶ Ponitur quandoque pro execrando. Virg. libro 8: -aversusq; refugit Fœda ministeria. ¶ Quandoque pro crudeli. Terentius in Eunucho: O' facinus fœdum. Donatus: Fœdum, crudele. Ea enim quæ crudelia sunt & nefaria, ipsa crudelitate fœda & maculosa dici possunt. Sic dicimus fœdum exemplũ, quod crudelitatis, & turpitudinis plenum est. Liv. 7. bell. Pun. Qui neque magistratum continuari satis civile ajebant, & multo fœdioris exempli eum ipsum creari, qui comitia haberet.

Fœdo, as, are, Polluere, inquinare. [טמא *timmé* μολύνειν, μιαίνειν. Gall. *Vilenner, honnir, enlaidir, maculer, souiller, deshonnorer*. Italicè *Bruttare, imbrattare*. German. Verwüsten/ häßlich machen. Hispan. *Ensuziar, ò afear lo hermoso*. Polon. *Szpece, szkaradze*. Vngar. *Meg vndokitom otsmányitom*. Ang. *To defyle, to deforme, to work villanie*.] Virgil. 2. Aeneid. -quæ causa indigna serenos Fœdavit vultus? ¶ Per translationem accipitur pro dehonestare. Cato apud Plin. libro 29. capite 1: Nos quoque dictitant Barbaros: & spurciùs nos, quàm alios Opicos appellatione fœdant: hoc est, conspurcant, & dehonestant. ¶ Accipitur etiam pro dilacerare, frangere vel corrumpere. Virgil 1. Aeneid. Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras. Livius libro 3. ab Vrbe: Vis Sabinorum ingens propè ad mœnia urbis infesta populatione venit: fœdati agri terror injectus urbi est.

Fœdē, adverbium, Turpiter. [αἰσχρῶς. Gall. *Vilainement, ordément, laidement*. Ital. *Bruttamente, crudelmente*. German. Vnflätiglich/ schandtlich. Hispan. *Fea y deshonestamente, ò cruelmente*. Polon. *Sprosnie szpetnie*. Vngar. *Vndokúl otsmanyul*. Ang. *Filthelie*.] Liv. 3. ab Vrbe: Non minore motu animorum Siccii cædis memoria renovata, quàm quòd nova fama de Virginia adeò fœdè ad libidinem petita accenderat. Fœdè divexari, Cicer. 1. Tuscul. Fœdè interemptus, Liv. 5. bell. Pun. Admissum fœdè, dictúmque superbè, Luc. lib. 5. Fœdissimè causam agere, Cicero Attic. libro 9.

Fœdĭtās, atis, f. t. Turpitudo. [שׁחרורה *schaharuráh* טמאה *tumeáh* αἶσχος. Gall. *Laideté ou laideur, vilenie, ordure*. Ital. *Bruttezza*. German. Häßligkeit/ wüste. Hisp. *Suziedad afeamento*. Pol. *Szkaradosc*. Vngar. *Vndokság, otsmániác*. Ang. *Filthinesse, dishonestie, ill fauoredenesse*.] Liv lib. 5: Divisa à corpore capita, patentiaque viscera, & fœditatem aliam vulnerum viderent. Cicer lib. 3. de Finib. Nisi eos per se fœditate sua turpitudo ipsa deterreat. Liv. 1. ab Vrbe: Avertêre omnes à tanta fœditate spectaculi oculos.

Fœlĭx. Cum suis derivatis, vide suprà in dictione FELIX.

Fœmĕn. Vide FEMEN.

Fœmĭnă, næ, f. p. Latioris significationis est quàm mulier. Nam non solùm de hominum genere, verumetiam de brutis & plantis dicitur, descenditque à fœtu. [נקבה *nekebáh*, γυνὴ, θήλεια. Gall. *Femelle, femme*. Ital. *Femina*. German. Ein Weibsbild/ ein Fraw. Belg. Een wyf. Hispan. *Hembra en todo genero de animales*. Polon. *Niewiasta, bialaglowa, zona*. Vngar. *Azzony allat, nőstény*. Ang. *The female*.] Plautus in Persa: -qui Atticam hodie civitatem Majorem feci, atque auxi civi fœmina. Plin. in Epist. Habebat illa pantomimos, fovebatque effusiùs, quàm principi fœminæ conveniret. Plin. lib. 9. cap. 50: Fœmina piscis coitus tempore marem sequitur. Idem lib. 2. cap. 18, de chamæleonte herba: Ex nigris aliqui marem dixére, cui flos purpureus esset: & fœminam, cui violaceus.

Fœmĭnăl, is, pudendum muliebre, interfemineum, χοῖρος. Apuleius in Apologia: Sed enim fœminal nullo pacto reperiens munditer dicere, ad mea scripta confugit.

Fœmĭnĕŭs, a, um, & Fœmininus, a, um. [θηλυκός. Gall. *De femelle, ou de femme*. Ital. *Cosa da femina*. German. Weibisch. Hispan. *Cosa de hembra*. Pol. *Niewiesciuch bialoglowsky*. Vngar. *Azzonyallasi*. Ang. *Of the female kinde*.] Virg. 11. Aeneid. Fœmineo prædæ spoliorum ardebat amore. Vbi Servius: Fœmineo, impatienti, irrationabili. Ibid. Fœmineum cœli, clamorem ad sidera tollunt. Plin. lib. 2. cap. 101: Fœmineum Lunæ, ac molle sidus. Quint. lib. 1 c. 4: Quæ aut fœminina positione mares, aut neutrali fœminas significant. ¶ Diminutiva Fœmella, & Fœminula, γυναικάριον, γυναικάριον. A' fœmina, etiam fit Effœmino, ἐκθηλύνω, de quo suo loco.

Fœnārĭŭs Vide FOENVM.

Fœnēbrĭs, Fœneratitius, Fœnero, Vide FOENUS.

Fœnĭcŭlum, li, n. s Herba est nota, à fœnore, ut quidam existiman, dicta quòd semen hoc terræ mandatum magno cum fœnore reddat fructum. [μάραθρον. Gall. *Fenouil*. Ital. *Finocchio*. Germ. Fenchel. Belg. Venckel. Hisp. *Hinoio*. Pol. *Koprzwlosky*. Vng. *Kömeny*. Ang. *Fenell*.] Plin. l. 20. c. 23: Fœniculũ nobilitavére serpentes, gustatu senectã exuendo, oculorumq; aciem succo ejus refi-

reficiendo. Vnde intellectum est hominum quoque caliginem præcipue eo levari. Ejus juvamenta lege apud Diosc.lib 5.cap. 179. ¶ Fœniculum equinum, sylvestre erraticum, Dioscoridi, Hippomarathrum lib 1. cap. 80.

Fœnum, fœni, n f. Herba in pabulum resecta, ita dicta à fœnore, quòd fine cura fœnus præbeat: vel à fœtu, quòd herbæ eædem manentes quotannis novas pariant. [חציר chatsir. χόρτος. Gall. Du foin, herbe seche & mangeaille pour les bestes. Ital. Fieno. Germ. Hew. Belg. Hoy. Hispan. El heno. Polon. Siano. Vngar. Széna. Ang. Haye.] Col lib 2. cap. 19: Sic enim commodius è fœnum defenditur à pluviis. Horat. 1. Serm. Sat. 4: Fœnū habet in cornu longè fuge. ¶ Fœnū esse, proverbiali figura dixit Cic. lib. 2. de Orat. in indoctos ac brutos homines, qui scilicet pecudibus sunt æquandi: nam fœno victitant boves. ¶ Fœnum habet in cornu. In homines maledicos ac feroces dicitur. Horat. in Serm. Inde translatum, ut Acroni placet, quòd antiquitùs bubus cornipetis fœnum pro signo in cornu appendebatur, quo sibi caverent qui fortè occurrissent.

Fœnĕă, eorum, Simulachra ex fœno, quæ fiebant ad irritandos in spectaculis tauros. Ascon. in Orat. pro Cornelio de Majestate. Budæus.

Fœnārĭŭs, ria, rium, χορτάριος. Quod ad fœnum pertinet: ut, Falces fœnariæ, quibus fœnū secamus. [χορτοκόποι δρέπανα. Gall. Faux à faucher le foin. Ital. Falcida fieno. German. Sägeisen. Hisp. Las guadannas. Polon Do siana przynależący. Vng. Szénaboz való. Ang. A sieth to mowe haye with.]

Fœnĭcŭlārĭum, rii, n. f. (ut quidā interpretantur) Est ipsa fœni resectio, vel tempus illud quo fœnū secatur. [Vngar. Kaszálásnak ideie, (auagy) kaszálás. Ang. The mowing, or mowing tyme of haye.] Cic. lib. 12. ad Atticum: Scribe, quæso, quid referat Celer egisse Cæsarem cum candidatis: utrum ipse in fœniculariam, an in campum Martium cogitet. Quem locum sic exponit interpres. In fœniculariam: id est, in aciem ad extremum, quando fœnum succiditur à militibus falculariam facientibus.

Fœnīlĕ, a. t. Locus est in quo asservatur fœnum. [χορτών, Gall. Fenil, feniere, où on garde le foin. Italice Fenile, doue se tiene il fieno. German. Ein Schewren/ein Stadel oder Hewstall. Belg. Hoystat. Hispan. El almear, lugar donde se guarda el heno. Polon. Kolnia gdzie siano chowaia, szopa, stodoła. Vngar. Széna tartó hely. Ang. An haye house or loft, an hay mowe or ricke.] Ovid 6. Metam. Non secus exarsit conspecta virgine Tereus, Quàm si quis canis ignem supponat aristis, Aut frondem, positasque cremet fœnilibus herbas. Virgil. lib. 3. Georg. nec tota claudas fœnilia bruma. Colum. lib 6. cap. 6. Pars autem fructuaria dividitur in cellam oleariam, torculariam, cellam vinariam defrutariam, fœnilia, palealiaque.

Fœnĭsex, fœnisecis, Qui fœnum secat. [χορτοκόπος. Gall. Faucheur de prez. Ital. Segatore da fieno fenaiuolo. German. Ein Mäder/der die Wisen abmeyet. Belg. Hoymaeyer. Hispan. El que siega o corta el heno. Pol. Kosnik. Vngar. Kaszás. Ang. A mower of haye.] Plin. lib. 18. cap. 29: Igitur cornu propter oleum ad crus ligato fœnisex incedebat.

Fœnĭsĕcă, pen. corr. Idem. [Polon. Kossarz. Vngar. Kaszás. Anglic. A mower of haye.] Persius Satyr. 6. Fœnisecæ crasso vitiarunt unguine pultes. Varr. de Re rust. lib. 1. cap. 49: Ita ubi sectamentum fœnisecæ possit offendere. Idem paulò pòst: Sicilienda prata; id est, falcibus consectanda, quæ fœnisecæ præterierint.

Fœnĭsĕcĭum, secii, ipsa fœnisectio, & veluti messis fœni. [χορτοκοπία. Gall. Fauchement de prez ou la saison de les faucher. Ital. Raccolta del fieno. Germ. Der hewmond oder mäymond. Hispan. Segazon del heno con guadana. Pol. Siecżba siana. Vng. Kaszálás. Ang. The haye harvest, or haye time.] Varr. de Re rust. Nec primo anno rigari, nec pasci ante secunda fœnisecia, ne herbæ vellantur, obtritùque hebetentur. Colum. lib. 2. cap. 18: Altero tamen anno minora pecora pòst fœnisecia permittemus admitti.

Fœnĭsĭcĭă, æ, f. p. Fœnisecium. [Pol. Sieczenie sian. Vngar. Kaszálás. Ang. The haye harvest.] Varro de Re rust. e. libro 1. capite 49 Primum de pratis summissis herba quum crescere desiit, & æstibus arescit, subsecari falcibus debet, & quoad peraresсat, furcillis versari: quum peraruit, de ea manipulos fieri ac vehi ad illam. Tum de pratis stipulam rastellis eradi, atque addere fœnisiciæ cumulum.

Fœnūmgræcum. [τῆλις. Gall. Vne herbe nommee Senegré. Ital. Fienograeco. German. Griechisch hew oder bockshorn. Belg. Fenegriek. Hispan. Las alholuas. Polon. Boża trawka.] Genus herbæ est, (ut inquit Plin lib. 24. cap. ult.) quam alii telin vocat, alii carphos aliqui buceras, alii ægoceras, quoniam siliquas habet corniculis similes: unde & siliquam vocat Colum. lib. 11. cap. 2.

Fœnŭs, oris, n. t. (ut ostendit Gellius, ex lib. 3. Varr. de Lingua Latina) idem est quod usura, ita dictum à fœtu. [נשך neschech תרבית tarbith. τόκος. Gall. Vsure. Ital. Vsura. German. Wucher. Belg. Woecker. Hispan. El logro o renuevo, o usura. Polon Lichwa. Vngar. Vsora (auagy) osora. Ang. Gaine by money lent, usurie.] Nihil enim aliud est fœnus, quàm fœtus: hoc est, partus pecuniæ. Quidam tamen à fundo, quod cum o. non cum u, apud antiquos scribebatur, quòd proventus proprie esset ex naturali terræ fructu: postea verò ad usuram est translatum, quasi pecunia per se fructum producat sicut terra. Plaut. in Asin. Nam si mutuo non potero, certum sumam fœnore. Cic. pro Cælio: Parcat juventus pudicitiæ suæ: ne spoliet aliena, ne effundas patrimonium, ne fœnore trucidetur, ne incurrat in alterius domum atque famam. Propert. lib. 1. Elegia 7. Sæpè venit magno fœnore tardus amor. Ovid. 1. Fast. Hordeaque ingenti fœnore reddat ager. ¶ Quærere argentum in fœnus, Plaut. in Asin. ¶ Reddere cum fœnore quinquagesimo. Plin. libr. 18. cap. 17: Sic quoque cum quinquagesimo fœnore messes reddit fœlicitas soli. ¶ Nummi positi in fœnore. Horat. de Arte poët.

Fœnŭscŭlum, li, n. s. diminutivum. [τοκίσκιον, τοκίδιον. Gall. Petite usure. Ital. Picciola usura. German. Ein kleiner Wucher. Hisp. Pequeno logro o renuevo o usura. Polon. Lichweczka. Vng. Vsoráczka (auagy) Osoráczka. Ang. Small usurie or gaine.] Plaut. Pseud. ad danistam devenies, addes fœnusculum.

Frāgōsē, adverbium. [βραχυῤῥήκτως, βραχυτόνως, τραχυδῶς τραχέως. Gall. *Avec bruit esclatant & violent*. Ital *Con strepito violente*. German. Mit knaschlen oder krachen. Hispan. *Con estruendo y ruydo*. Polon. *Trzeszcac*. Vng. *Harsagással*. Ang. *With a sodaine and great noise.*] Plin. lib. 16. cap. 10. Quippe respuuntur, & fragosiùs findunt ægriùs revelluntur.

Frāgēsco, is, ab antiquo verbo frageo, es. Frangor, languesco. [נשבר *nischbar*. χαλάω χαλάζομαι. Pol *Mdlieie* Vngar. *El romladozok, lankadok*. Ang. *To waxe brickle or frayle.*] Accius Aegasto, ut citat Nonius. Neq; fera hominum pectora fragescunt, donec vim persenserint imperii. Idem Eurysace: Nunquam erit tam immanis, quum meâ operâ extinctum sciet, quin fragescat.

Frāgĭlĭs, le, Quòd facilè frangi potest, caducus: cui opponuntur stabilis, firmus. [נשבר *nischbár* חלש *challá'ch* רעוע *rahuah*, ψαθυρός, εὔθραυστος. Gall. *Fragile, fresle, cassant, aisé à rompre ou casser*. Ital. *Frale, che facilemente si può frangere*. German. Zerbrüchlich / das man leichtlich brechen kan. Hispan. *Cosa que se puede quebrar*. Polon. *Vlomny, dozlamania latwy*. Vngar. *Romlandó*. Ang. *Easie to break.*] Plin. lib. 12. cap 8. Saccharum est mel in arundinibus collectum, gummium modo candidum, dentibus fragile. Idem lib. 12. cap. 7. Est etiamnum in Indiâ piperis grani simile, quod vocatur caryophyllon, grandius, fragiliusque. Per translationem accipitur pro debili, fluxo, seu caduco. Cic. de Amic. Sed quoniam res humanæ fragiles, caducæque sunt, semper aliqui acquirendi sunt, quos diligamus, & à quibus diligamur.

Frāgĭlĭtās, litatis, f. t. Facilitas frangendi, quâ aliquid faciliùs frangitur quàm flectitur. [חלישות *chalischáh*. εὐθραυστία, ψαθυρότης. Gall *Fragilité, facilité de se casser ou rompre*. Ital. *Fragilita*. German. Zerbrüchlichkeit / Schwache. Hispan. *Aquella facilidad de quebrarse*. Polon. *Vlomnosc, slabosc*. Vngar. *Romlandoság*. Ang. *Fraylye, brickleness.*] Plin. lib. 34. cap. 14. Tenuiora ferramento oleo restingui mos est, ne aquâ in fragilitatem durentur. ¶ Per translationem pro debilitate, sive imbecillitate accipitur. Plin. in epist. Illud etiam notabile, ultimus ex Neronianis Consularibus obiit, quo Consule Nero periit: quod me recordantem, fragilitatis humanæ miseratio subit. Cic. 5. Tusc. Equidem eos casus, in quibus me fortuna vehementer exercuit, mecum ipse considerans, huic incipio sententiæ diffidere: interdum etiam humani generis imbecillitatem, fragilitatemq; extimescere.

Frāgĭlĭtĕr, inconstanter, debiliter, ἀσθενῶς, ψαθυρῶς.

Franosus, Qui fraudem committit,

Frātĕr, tris, m. t. Iisdem parentibus genitus: ita dictus quasi ferè alter, ut post Nigidium docet Gel. lib. 13 cap. 10 [אח *ach*. ἀδελφός. Gall. *Frere*. Ital. *Fratello*. Germ. Ein Bruder Belg. Een Broeder Hispan. *Hermano*. Polon. *Brat*. Vngar. *Atyafia, öcsém bátyám*. Angl. *A brother.*] Nisi malumus à Græco deducere. Illi enim

φράτορες conjunctos appellant, & φρατρίαν contubernium. Plinius Epistol.164. Quum affectum tuum erga fratris filiam cogito, etiam materna indulgentiâ molliorem, intelligo prius tibi, quod est posterius nuntiandum. Plaut. Pœn. quid est fratris mei gnate? quid vis? expedi. ¶ Frater germanus. Cic.3. Verr. Dixit C. Fannius eques Romanus frater germanus Qu. Titinii judicis tui, tibi se pecuniam dedisse. ¶ Fratres gemini, δίδυμοι, duo eodem partu editi: quos minùs recte geminos fratres, converso ordine appelles, ut docet Quint. lib.9. cap.4. Cicero pro Cluent. C. & L. Fabricii fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinate, homines inter se cum formâ, tum moribus similes, municipum autem suorum dissimillimi. ¶ Fratres patrueles, αὐτάψιοι, τὰ τῶν ἀδελφῶν τέκνα: sororesque patrueles, αὐτάψιαι, dicuntur, qui quæve duobus ex fratribus progenerantur, ut docet Iustinianus lib.3. Instit. Sueton. in Cæsare: Qui fratri patrueli suo Marco in consulatu successerat. ¶ Frater viro adsit, ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρείη: De fido auxilio dici solitum, propterea quòd in rebus periculosis vix unquam frater solet fratri deesse. Plato lib.2. de Repub.

Frātercŭlus, li, diminutivum. Parvus frater. [ἀδελφίδιον. Gall. Freros, petit frere. Ital. Fratellino, fraticello ò hermanillo. Germ. Brüderlein. Hispan. Pequenno hermano. Pol. Braciſzek. Vng. Atyafiacska, Ang. A litle or yonge brother.] Iuvenal. Satyr.4. Vnde fit ut malim fraterculus esse gigantum Fraterculus gigantum, dicitur homo obscurus, cujus majores sunt incogniti, tanquam è terrâ subitò sit enatus, quemadmodum de gigantibus Poëtæ fabulantur. Cic.5. Verr. Volo mihi fraterculo tuo credas.

Frātrĭa, æ, f.p. Vxor fratris, ut Festus docet. [יבמה jebamáh. ἰανάτηρ. Gall Femme du frere. Ital. Moglie del fratello. German. Des Bruders Fraw Belg. Mijns Broeders wijf. Hisp. La cunada, muger de hermano. Polon. Bratowa. Vngar. Atyafiam feleséga. Ang. The brothers wyfe.] Contrà Nonius fratrias dici vult fratrum inter se uxores.

Fratro, as, are n.p. [σπαργάω. Vngar. Egymás kebelnimi nevelkednyi.] De puerorum mammis dicitur, quod velut fratres pares oriantur: quod etiam in frumento spica facere videtur. Pro eodem veteres dixerunt Fraterculare. Festus: Sororiare mammæ dicuntur puellarum, quum primùm tumescunt, ut fraterculare puerorum. Plaut. Tunc mammulæ primùm sororiabant: illud volui dicere, fraterculabant.

Frātērnŭs, na, um, possessivum. [ἀδελφικός. Gall. Fraternel, de frere ou freres. Ital. Fraterno, fraternal. German. Brüderlich. Hisp. Cosa pertenesciente à hermano. Pol. Braterski. Vng. Atyafiu. Ang. Of brothren. Vt fraternus amor, φιλαδελφία. Fraterna invitatio, Cic. Fraterna mors, Virgil. Sic Fraternæ acies, apud Statium. Fraternum parricidium, apud Cic. pro Cluentio.

Frātērnē, adverbium pro amore fraterno. [φιλαδέλφως. Gall. Fraternellement. Ital. Fraternalmente. Germ. Brüderlichen. Belg. Broederlick. Hispan. Con amor de hermanos, con hermandad. Polon. Braterskie.] Vng. Atyafiu képpen. Ang. Brotherly. [Cic. ad Qu. Frat. lib.2. Quare facis tu quidem fraternè, quòd me hortaris: sed me herculè currentem nunc quidem, ut omnia mea studia in istum unum conferam. Ibidem lib.1. Huic te epistolæ non fraternè scriptæ, fraternè debes ignoscere.

Frātērnĭtās, atis, f.t. Fraterni amoris conjunctio, necessitudo inter duos fratres. [ἀδελφότης, φιλαδελφία. Gall. Fraternité. Ital. Fraternità. German. Brüderschafft Hispan. Aquella hermandad de hermanos. Polon. Braterstwo. Vngar. Atyafiuság. Ang. Brotherhood.] Quintil. Decl.6. A' primis statim ætatibus in eandem coire vitam, habet aliquem fraternitatis affectum.

Frātrĭcīdă, dæ, com.p. Qui fratrem occidit. [ἀδελφοκτόνος. Gall. Homicide de son frere, qui a tué son frere. Ital. Occidistor di fratello. German. Ein Brudermörder. Hispan. Matador de su mesmo hermano. Polon. Morderz braterski. Vngar. Atyafia gilkosa. Angl. That murthereth is brother.] Cic. pro Domo: Extra ordinem ferri nihil placet Clodio quid de me quod tulisse te dicis, parricida, fratricida, sororicida, non extra ordinem tulisti.

Frātillī, villi sordidi in tapetis, quòd per terram ferantur. Autor Festus κροσσοί.

Fraus, fraudis, f.t. Dolus, malitia fallacia, machina. [מרמה mirmáh נכל nichel. κακομηχανία, ἀπάτη. Gall. Fraude, tromperie, deception. Ital. Fraude, inganno. German. Betrug / beschiß. Belg. Bedrog. Hispan. El enganno ò manqua, ò falta. Polon. Zdrada, oszukanie. Vngar. Tsalárdság, czigánság. Angl. Guile, deceit.] Cicero 1. Offic. Vi, aut fraude fit injuria: fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur: utrunque ab homine alienissimum: sed fraus odio digna majore. Plautus in Milit. Atque adeò ut ne legi fraudem faciam talariæ, Accuratote, ut sine talis domi agitem convivium. ¶ Vsurparunt etiam veteres non rarò fraudem pro crimine. Vnde Capitalem fraudem admittere, teste Vlpiano, de Aedilit. edict. est tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus sit, qui deliquit. Livius 3 bell. Punic. Qui capitalem fraudem ausi, quique pecuniæ judicatæ in vinculis essent. ¶ Accipitur etiam quandoque pro periculo & damno. Virgilius lib.5. Aeneid. Quis deus in fraudem quæ dura potentia nostra Egit? Terent. in Heaut. In eandem fraudem ex hâc re atque illâ incides. Cicero ad Attic. Quod multò rectius fuit, id mihi fraudem attulit. & ad eundem: Pacis ego spe in hanc fraudem incidi. Inde fraudi esse, veteres dixerunt, pro damnum & incommodum afferre. Cic.5. Philip. Censeoque ut iis, qui in exercitu Antonii sunt, ne sit ea res fraudi, si ante Kalend. Febr. ab eo discesserint. Livius lib.1. ab Vrbe: Fecialis regem interrogavit, Res facisne me tu regium nuntium populiq; Romani Quiritium: vasa, comitesq; meos? Rex respondit. Quod sine fraude meâ populique Quiritium fiat, facio: hoc est, quæ res sine meo damno, periculo aut incommodo fiat.

Fraŭdŭlentŭs, a, um, Dolosus, fallax. נכל nechel. δόλιος, ἀπατηλός. Gall. Grand trompeur, cauteleux, plein de tromperie Ital. Fraudolento, pieno d'inganni. Germ Bescheisser / trughafft / tückisch Hisp. Enganoso, lleno de engannos. Pol. Zdradliwy, oszust. Vng. Tsalárd. Ang. Deceitfull, craftie, full of guyle.] Cicer.2. Offic. Nam quos improbos, maledicos fraudulentos putant, &c. Col. lib.9. cap.5. Neque ea curatorem fraudulentum tantùm, sed etiam immundam segnitiem perosa est: æquè enim dedignatur si minus purè habita est, ac si tractetur fraudulenter.

Fraŭdŭlentĕr, Dolosè, malitiosè [במרמה bemirmah δολίως. Gall. Cauteleusement, par tromperie. Ital. Con fraude. German. Trüglich / mit beschiß. Hispan. Engannosamente. Polon. Zdradliwie. Vngar. Tsalárdul. Angl. Deceitfullie, by tromperie.] Colum. libro 1. cap.8. Sæpè enim quærendi potestatem faciat de iis, qui aut crudeliter eos, aut fraudulenter infestent. Plin. libro 30. cap.10. Quoniam nullum animal fraudulentiùs invidere homini tradunt.

Fraŭdo, das, act. p. Fraudem facio, Decipio, destituo, ludifico. [עשק haschák עקב habáh. πλεονεκτεῖν, δολιεύειν, παρακρούω. Gall. Frauder, priver de quelque chose, chiffrer, frustrer, tromper. Ital. Fraudare, ingannare. Germ. Betriegen / mit listen hindergehn. Hispan. Engannar. Polon. Zdradzam. Vngar. Meg tsalom, tsa árulkodom. Angl. To deceiue, to beguyle, to disapoynte.] Herba autem utplurimùm post se accusativum personæ cum ablativo rei. Virg.4. Aeneid. Quem regno Italiæ fraudo, & fatalibus arvis. Liv.2. ab Vrbe: In magnâ inopiâ pro domesticis copiis unusquisque ei aliquid fraudans se ipse victu suo contulit. ¶ Aliquando autem solo accusativo contentum est, omissâ re, quâ quis fraudatus dicitur. Cic. pro Rosc. Com. Aequè enim perfidiosum & nefarium est fidem frangere, quæ continet vitam: & pupillum fraudare, qui in tutelam pervenit: & socium fallere, qui se in negotio conjunxit. ¶ Interdum etiam invenitur cum accusativo rei. Cæsar 3. bel. civil. Fraudare stipendium militū, & prædam omnem domum avertere. ¶ Fraudare genium, est non satisfacere appetitui & voluptati. Nam Genius apud veteres habebatur naturæ & voluptatis deus: unde Geniales homines dicti sunt qui dapsiles essent, & ad excipiendos convivas liberales. Plaut. in Aulul. Perditissimus ego sum omnium in terrâ. Nam quid mihi opus vitâ est, qui tantum auri Perdidi, quòd custodivi sedulò? egomet me fraudavi, Animumque meum, genitumque meum. Hujus contrarium est, Curare genium: id est, lautè vivere.

Fraŭdātŏr, oris, m.t. Inficiator. [עשק hoschék. ἀποστερητής, παρα-λογιστής, συλητήρ. Gall. Trompeur, chiffreur. Ital. Ingannatore. Germ. Ein Betrieger / vbervorteiler. Hispan. Engannador. Pol. Tenktori zdradza. Vngar. Tsaloka, tsalárd, czigán. Angl. A deceiuer, a desapoynter.] Cic. pro Flacco. Nolite existimare Iudices, non unam & eandem omnibus in locis esse fraudatorum & inficiatorum impudentiam. Fraudator, & interceptor prædæ. Liv.4. ab Vrbe.

Fraŭdātōrĭŭs, fraudulentus. [ἀπατηλὸς, δόλιος. Pol. Zdradziwy. Vng. Tsalárd. Ang. Deceitfull, full, of guyle.] Valens D. lib.36. Tit.1. l.67. Vix fraudatorio interdicto locus erit.

Fraudātĭo: onis, f.t. Fraudandi actio. [עשק hóschek מעשקה mahaschakkáh. ἀποστερησις, παρακρουσις. Gall. Tromperie, chiffrement. Ital. Inganno, esso ingannare. Germ. Betrug. Hisp. Engano, obra de enganar. Polon Zdrada, oszukanie. Vngar. Tsalárdság, meg tsalás. Angl. A deceiving, a begulyng, a disapoynting.] Cic.3. Offic. Inter bonos bene agier oportet, & sine fraudatione. Idem in Catil. Ex hâc enim parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum: hinc fides, illinc fraudatio.

Fraŭsŭs, antiquum est participium, activæ significationis, quo significatur is, qui fraudem commisit, ut Festus & Nonius notaverunt. Plaut. in Asin. Metuo in commune, ne quam fraudem frausus siet.

Frāxĭnŭs, ni, f.f. [ברוש berósch. μελία. Gall. Fresne. Ital. Frassino. German. Ein eschen / oder eschenbaum. Belg. Een Eschenboom. Hisp. Fresno, arbol conocido. Polon. Jesion. Vngar. Eger fa, (avagy) gyertyán fa. Ang. An asche tree.] Genus arboris est notissimæ, cujus umbra, teste Plin. lib.16. cap.13. usqueadeò invisa est serpentibus, ut citiùs in ignem confugiant, quàm ad fraxini umbram. Fraxinus in sylvis pulcherrima, Virg.7 Eclog.

Frāxĭnĕŭs, a, um, Quod est fraxino: [μελίνεος, μελίνος. Gall. De fresne. Ital. Di frassino. Germ. Eschin / von eschinem Holtz gemacht. Hispan. Cosa de fresno. Pol. Jesionowy. Vng. Eger fabol valo. Angl. Ashen or of ashe.] ut, Frondes fraxineæ. Col. lib.11. c.1. Iisdem temporibus si fit, fraxineam: sin minus, orneam: si nec hæc fit, iligneam frondem rectè præbebimus.

Frāxĭnŭs, a, um, per tres syllabas, aliud adjectivum: [Vngar. Eger fai.] ut, Virga fraxina. Ovid. epist.11. Vt quatitur tepido fraxina virga noto.

Frāxĭnŭlă, sive fraxinago, Herba est, quæ à veteribus nusquam picta est quod sciam. Mauritania vel hanc aut similem fraxinulæ *secalim* appellat.

Frāxo, as, Vigilias circumeo, quòd eo labore homo frangatur, autore Festo.

Fregil

Frĕgĕllānŭs, adjectivum: ut, Fregellana vitis, Colum.lib.3. c.2.

Fremium, id quod Græci vocant *Anemonem*. Cæterùm de Anemone Diosc. lib.1 2.cap.293. Plin.lib.21,cap.12.

Frĕmo, mis, mui, itum, n.t. Sonitum edo, qualis fit à fluctibus maris, murmuro, indignationem voce ostendo. [רגש *regásch* המה *hamáh* רעש *raháſch*. βρέμω, φρυάττω, βρομέομαι. Gall. *Fremir, bruire, faire bruit*. Ital. *Fremere, fare strepito*. German. Tösen / ein getöß machen: item, mit grimmen murren. Belg. Grommen / ruyschen. Hispan. *Bramar, hazer ruydo hasta, prorumpir en bozes*. Pol. *Mruczę, zgrzitam, szumiecie*. Vngar. *Agyarkodom*. Ang. *To murmure, to make a noise or rore like a lyon*.] Virgil 1.Aen.de ventis: Circum claustra fremunt. Cic.ad Att. Fremit sibi ereptum consulatum. Sueton. in Galba: Præcipuè Germanicæ gentes fremebant, se fraudari stipendio. Lactant.lib 7.Fremunt ubiq; bella: omnes gentes in armis erunt. ¶ Hujus composita sunt, Adfremo & infremo: quorum significata vide suis locis.

Frĕmĭtŭs, tus, pen.corr.m q. Sonus fluctuum,& in populo indignante murmur & strepitus. [רעש *ra áſch* המון *hamóh*. φλοῖσβος, βρόμος. Gall. *Grand bruit, fremissement, bruyement*. Ital. *Strepito, romore*. German. Ein getöß: item, Das murren oder brummen. Belg. Een gheruysch/ghebruysch. Hispan. *Bramido, ruido*. Polon. *Szumienie, trzask, wrzask*. Vng. *Agyarkodás*. Ang. *A murmuring, a noise as of waters or of a lyon*.] Virgil.2.Georg. Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino. Cic.ad Att. Qui fremitus hominum? quàm irati animi? Idem 5.de Finib. Quo in loco ad fluctum ajunt declamare solitum Demosthenem, ut fremitum assuesceret voce vincere.

Frĕmĕbundŭs, bundi, Valde fremens, indignatione plenus, furens. [המה *hamáh* רגש *regáſch*. βρέμων. Gall. *Qui fremit & bruit, qui fait grand bruit*. Ital. *Strepitoso*. Germ. Zornig/brummend. Hispan. *Cosa que mucho brama*. Polon. [illegible]. Vngar. *Agyarkodó*. Ang. *That rorith much*.] Cic.2. de Nat. deor. ex Accio Poëta: Tanta moles labitur Fremebunda ex alto ingenti sonitu & strepitu. Ovid. 12. Metam. Tum verò præceps curru fremebundus albo.

Frendĕo, des, dui, n.s.in supino fressum, autore Festo, significat frango. [שבר *ſchebár* θλάω. Gall. *Rompre, briser*. Ital. *Frangere*. German. Brechen. Hispan. *Freçar*. Polon. *Lamie*. Vngar. *Meg törni*. Ang. *To break or bruise*.] Vnde Faba fressa, dicitur quæ mola leviter fracta est, κύαμος θλαστός. Colum.libro 2. cap.11. Cicera bubus ervi loco, fressa datur in Hispania Bætica. Varro 2. de Re rust. cap.4. Amisso nomine lactentes, dicuntur nefrendes, ab eo quòd nondum fabam frendere possint: id est, frangere. ¶ Frendeo item est præ iracundia simul compressis, & strictis dentibus vocem emittere, fremere, sævire. [חרק *charák*. βρύχω. Gall. *Grincer les dents, rugir*. Ital. *Battere i denti, fremere co i denti*. German. Mit den zänen kirren vor zorn. Belg. Knarssen / tantsen. Hispan. *Reganar*. Polon. *Zgrzytam*. Vngar. *Fogaimat csikorgatom*. Ang. *To gnashe or grinde the theeth*.] Plaut. in Captivis: Nunisque hercle ego illum malè formidabam: ita frendebat dentibus. ¶ Hinc Infrendeo: id est, valde frendeo. Virg.lib.3. Aen. Dentibus infrendens gemitu, graditurq; per æquor Iam medium. ¶ Legitur & Frendo, frendis, tertiæ conjugationis. Plaut. in Truc. Traxit ex intimo ventre suspirium: hoc vide, dentibus Frendit, icit femur.

Frendēns, participium: [חורק *chorék*. βρύχων, βρυχώμενος. Gall. *Grinçant les dents, rugissant, fremissant*. Ital. *Cosa che rugge*. Germ. Brummend / und vor zorn die zän auff einander beissend. Hisp. *Cosa que reganna*. Pol. *Zgrzitający*. Vngar. *Fog csikorgató*. Ang. *Grinding or gnashing*.] ut, Frendens leo, Frendens aper: hoc est, ex ira dentes concutiens. Ovid.1. de Arte.

Frenum. Vide Fraenum.

Frĕquēns, tis, om. t. Creber, multus, plenus, celeber. [תדיר *tadír* תמיד *tamíd* רב *rab*. συχνός, θαμινός. Gall. *Frequent, assidu, continuel, fort hanté*. Ital. *Frequente, spesso*. German. Embsig/dick / in grosser zahl. Belg. Emsich / vast. Hispan. *Lo que muchas vezes se haze, o se esse frequentado*. Pol. *Gęsty, pełny*. Vngar. *Gyakor, buśukaágos*. Ang. *Often, resorted much, haunted*.] Vallo libro 4. cap.96. Frequentem locum dicimus, quem frequentare multi solent: ut, Vrbs frequens, Oppidum frequens. Platea frequens, ubi multi homines aut habitant, aut diversantur. Quando autem de persona, aut de re animata loquimur, duobus modis dicitur: vel de sola, sic: Sit miles frequens spectator præliorum: id est, creber & assiduus. Vel de turba, sic, Frequens populus, Frequens Senatus: id est, copiosus, & multus. Et id quidem cum nomine collectivo in singulari: cum cæteris verò, in plurali: ut, Frequentes cives, frequentes Senatores: hoc est, multi, & numerosi. Verumtamen quum dico, Sis frequens, innuo actionem: quum dico, Frequens locus, passionem: ille frequentat, iste frequentatur. Hæc ille. Cicero ad Lent. Causam enim frequenti Senatu obtinebamus. Plin. in Epist. Proximè frequenti auditorio inter se coràm multi ordinis nostri clarè jocabantur: intravi, conticuerunt. Cic.de Senect. At caret epulis, extructisq; mensis, & frequentibus poculis. Id est, non versatur inter pocula. ¶ Conviva frequens: Id est, multi convivæ. Ovid.2.Amor. eleg 5. Iamq; frequens ierat mensa conviva relicta. ¶ Quibuscum si frequentes sunt, opinionem afferunt populo, eorum se fore similes, quos sibi delegerunt ad imitandum, apud Cic.2. Offic. Id est, si sæpè versantur. ¶ Frequentes fuimus ad ducentos, Cic.ad Quint.Frat.lib.2. ¶ Frequentissimi venerunt mercatores. Id est, plurimi. Cic 7.Verr.

Frĕquēntĭă, tiæ, f.p. Qualiscunque hominum multitudo, crebritas, multitudo, copia. [רב *rob*. πλῆθος, σύνοδος. Gall. *Frequence, hantement continuel, grande assemblée*. Ital. *Sovente::a, concorso, moltitudine*. German. Ein Menge oder viele. Belg. Menichte. Hisp. *Muche dumbre, quando se ayunta y concurre muc a gente*. Polon. *Vstawicznosc*. Vngar. *Sokaság, sűrű gyakorság*. Angl. *A great assemblie or very many, a companie of folke*.] Cic. de Amic. Atque hoc maximè judicaretur, si quid tale posset contingere, ut aliquis nos Deus ex hac hominum frequentia tolleret, & in solitudinem uspiam collocaret. Salust. in Catil. Reliquos cum custodibus in ædem Concordiæ venire jubet: eò Senatum & advocat: magna frequentia ejus ordinis erat. Frequentia autem differt à turba, quòd angustus locus facit turbam, frequentiam multitudo.

Frĕquēntĕr, adverb. Sæpè, crebrò. [תמיד *tamíd*. συχνῶς, πολλάκις. Gall. *Souvent*. Ital. *Frequentadamente, spesso*. German. Embsiglich / offt und dick. Hispan. *Frequentadamente*. Pol. *Vstawicznie*. Vngar. *Gyakran*. Ang. *Often tymes*.] Ad Herenn. lib.4. Vt frequenter & assiduè consequamur artis rationem studio, & exercitatione. Cicero in Orat. Translatione fortasse crebrior, qua frequentissimè sermo omnis utitur non modò urbanorum, sed etiam rusticorum.

Frĕquēnto, tas, act. p. Frequenter adeo. [הלך *hithhallech*. φοιτάω, ἐπιχωριάζω. Gall. *Frequenter, hanter*. Ital. *Frequentare, continouare*. German. Embsig an ein ort kommen / viel mal oder stetig an einem ort seyn. Belg. Dickwils gaen/ostzijn. Hispan. *Continuar alguna cosa, y la hazer muchas vezes*. Polon. *Vstawnie na iedno miejsce chodze*. Vngar. *Gyakortom, valahova gyakran járok*. Ang. *To haunt, to resorte and go often unto*.] Salustius in Catil. Iuventutem quæ domum Catilinæ frequentabat. Suetonius in August. Officia cum multis mutuò exercuit, nec priùs dies cujusque solennes frequentare desiit, quàm grandior jam natu, & in turba quodam sponsaliorum die vexatus. Frequentari domus dicitur, quæ à multis aditur, vel cum multis. Cicero 1. Offic. & Liv.1. ab Vrbe. ¶ Frequentare [שנה *ſchanáh*.] pro geminare, vel frequenter repetere, apud Gell. lib.13. cap.23. Quæ à Poëtis vel Oratoribus celebrandæ & ornandæ rei gratia duobus eadem pluribusve nominibus frequentantur. ¶ Nonnunquam etiam frequentare idem est quod frequens reddere, congregare, convocare, [אסף *asaph* קבץ *kabáts*.] Cicer.in Catil.4. Convenisse video Tribunos ærarios, fortissimos viros, Scribas item universos, quos quum casu hic dies ad ærarium frequentasset, video ab expectatione sortis ad communem salutem esse conversos. Quum (inquit) hic dies frequentasset Tribunos: id est, frequentes reddidisset & coacervasset. Idem in Oratione pro Domo sua: Quem tu populum nisi tabernis clausis frequentare non poteras. Idem 2.Offic. Vrbes sine cœtu hominum non potuissent nec ædificari, nec frequentari: hoc est, frequentes & populosæ reddi. Sueton.in Augusto: Italiam duo de triginta coloniarum numero deductarum à se, frequentavit.

Frĕquēntātŭs, particip. [Pol. *Pojawni*. Vng. *Gyakoroltatot*. Ang. *Much haunted and resorted*.] Cicer.de clar.Orat. Alterum genus est non tam sententiis frequentatum.

Frĕquēntātĭo, onis. f.t. Crebritas, multitudo, coacervatio. [רב *rob* דבר *dibbúr*. πύκνωσις, συνοχή, ἀθροισμός. Gall. *Frequentement, hantement*. Ital. *Frequentatione, continuatione*. German. Ein embsige übung / ein stätiger Brauch. Hisp. *Obra de hazer muchas vezes, continuation*. Polon. *Vstawne, posiwanie, zgromadzenie*. Vngar. *Gyakorlás*. Angl. *Hanting or assembling*.] Cic.in Partit. Frequentatio argumentorum & coacervatio universa. Autor ad Herenn. lib.4. Densa & continens frequentatio verborum. Et paulò pòst: Frequentatio est, quum res in tota causa dispersæ coguntur in unum locum quò gravior, aut acrior, aut criminosior oratio sit.

Frĕquēntāmēntum, ti. n. f. [זמירה *zemiráh*. μέλισμα. Polon. *Kiczwrzek*. Vng. *Gyors hegedülés*.] Genus est modulationis musicæ. Gell.lib.1. cap.11. Quum numeros & modos, & frequentamenta quædam varia tibicen incineret. Idem lib.3 cap.1. Si quibusdam quasi frequentamentis orationis moventur, exagitantur, & gestiunt.

Frĕquēntārĭŭs, a, um, Veteres dixerunt pro frequente, Festo autore.

Frēssă făbă, Vide Frendeo.

Frĕtum, ti, n.s. à fervendo dictum, ut Varro loquit, à similitudine ferventis aquæ, quòd in fretum sæpè concurrat æstus, atq; ferveat. [ים *iam*. πορθμός. Gall. *Vn destroit de mer, un petit bras de mer*. Ital. *Mare*. Germ. Das Meer / eigentlich heißt es ein enge des Meers. Belg. De enge der zee/hoofden. Hispan. *Estrecho del mar entre dos tierras*. Polon. *Morze a własnie morzeciesne*. Vngar. *Bozge, (angy) [illegible] tenger*. Ang. *The sea, the narrow seas, a armeg of the sea*.] Propriè enim significat loca maris angustiora, quæ quòd aqua minùs liberum habeat fluxum, vehementiùs solent concitari. Vnde angustias illas quibus Atlanticum mare irrumpit terras, Latini fretum appellant. Ad eundem etiam modum, angustum illud mare quod Siciliam ab Italia dirimit, fretum appellatur. Cic.7. Verr. Hinc in freto ante sua tecta & domos navigarent. Ibidem: Te jubere in ea parte figere, quæ ad fretum spectaret. Loquitur de C. Verre, qui in Sicilia insula jussit crucem figi, in ea insulæ parte, quæ fretum spectabat: ut qui se cives Romanos esse dicerent, ex cruce Italiam possent aspicere. ¶ Apud Veteres legitur & fretus, genere masculino. Ennius: Crassa pulvis oritur, omnem pervolat cœli fretum. Lucr.lib.6. Nam fretus ipse anni per-

ni permiscet frigus & æstum. Cic. in Verr. act. 7. Vt ille in dolore cruciatuq; moriens, perangusto fretu divisa servitutis ac libertatis jura cognosceret. Sic enim Gellius legit. ¶ Hinc transfreto, de quo suo loco.

Frĕtŭs, a, um, Vide FRUOR.

Frĭābĭlĭs, Vide FRIO, as.

Fribusculum, discessiuncula conjugum non diuturna. [Polon. *Wsadlie na czas rozla czenie.* Vngar. *Házasok vezzano nyájosskása.*] Vlpian. l. 32. D. de donat. int. vir. & uxor. Quod si divortium non intercesserit, sed fribusculum, profectò valebit donatio, si fribusculum quievit.

Frĭco, cas, act. p. Notæ significationis est. [גרד *garádh.* ψήχω, ψάχω. Gall. *Frotter.* Ital. *Fregare.* German. Glicken/reiben/jucken/kratzen. Belg. Crauwen. Hispan. *Fregar ò tratar vna cosa con otra.* Polon. *Oczyram sie prapie sie.* Vngar. *Törsölöm vakarom.* Ang. *To rubbe or freate together.*] Virgil. lib. 3 Georg. -fricat arbore costas. Plaut. in Asin. Nunquam herclè facerem, genua ni tam nequiter fricares. Plin. in Epistol. Quinetiam (fœdum, miserandumque dictu) dentes lavandos fricandosque præbebas. Præteritum facit fricui, & supinum frictum. Hinc manserunt verbalia, Frictio & Frictus. Olim fricavi & fricatum. Vnde adhuc in usu sunt Fricatio, & Fricatus. Sic etiam duo manserunt participia præteriti temporis Frictus & Fricatus. Iuvenal. -si prurit frictus ocelli Angulus. Macer: Vrticæ foliis revocatur vulva fricata. Sed hoc in simplici rarum, frequens in compositis. Cic. lib. 12. Epist. ad Att. Quæ res forsitan sit refricatura vulnus meum. Plin. libro 8. Pantheras per carnes affricatas aconito venantur Barbari. Hujus composita sunt, Affrico, ad aliquid frico. προσψήχω, προστρίβω. Colum. lib. 8. Pecudes aut morsu scalpunt, aut cornu, aut ungula tundunt, aut arbori affricant, parietibúsve detergunt. Plin. Marathro herbæ sese affricat. ¶ Confrico, simul frico, συντρίβω. Plaut. in Asin. Atqui pol hodie non feret, ni genua confricentur. Colum. lib. 2. Boves quum ab opere dimiserit substrictos, confricet, manibusq; comprimat dorsum, & pellem revellat. ¶ Defrico, fricando purgo. ἀποψήχω. Autor ad Herenn. Nam ut fortè hic in balneas venit, cœpit postquam defusus est, defricari. Colum. lib. 2. Solida in Sole siccetur, & radice silphii trita cum aceto aspergatur, defriceturq;. Infrico, intùs frico. Colum. lib. 6. Maximè proderit fuligo ex alieno ulceri infricata. ¶ Perfrico, ἐκτρίβω. Idem ibidem: Deinde nares perfricato, ut homines discant odorari. Plin. in Prolog. Perfricui faciem nec tamen profeci. Non est enim eorum qui cum pudore aliquid agunt, ut faciem perfricent natura ipsa ad id impellente, quasi ad abigendum sanguinem, qui ex præcordiis ad faciei superficiem confluit. Propter quod quærit Aristoteles, cur pudore facies hominis rubescat, metu pallescat, quum pudor nihil aliud sit quàm timor futuræ reprehensionis. Hinc ergo ortum est proverbium, ut quoties dicere volumus nos pudorem deposuisse, dicamus, Perfricui faciem: hoc est, Pudorem expuli. ¶ Refrico, fricando aperio, ἀναψήχω. Perfricare vulnus, vel cicatricem. Cic. contra Rull. Ne refricare jam obductam Reipubl. cicatricem viderer. Idem pro Flacc. Quum illud vulnus dicendo refricuisset. ¶ Per translationem item dicimus, Refricare dolorem, refricare desiderium, pro eo quod est renovare, sive revocare. Cic. lib. 2. Epist. Verebar ne refricaret meis literis desiderium ac dolorem tuum. Habent autem hæc omnia penult. corr.

Frictŭs, us, m. q. Est ipse friandi actus [τρίψις, σύντριψις. Gall. *Frottement.* Ital. *Fregamento.* German. Kratzung/Jückung. Hispan. *Fregadura.* Polon. *Drapanie, oczyranie.* Vng. *Törsöles vakarás.* Ang. *Rubbing, fretting.*] Iuvenal. -frictum resudantis adorat.

Frictĭo, onis, f. t. Idem. [τρίψις. Polon. *Szorowanie.* Vng. *Vakarás.*] Cels. lib. 1. In ipso quoq; itinere frequens frictio. Plin. lib. 23. Frictiones inhibeat oculorum.

Frĭcātĭo, f. t. Idem. [Vngar. *Törsöles vakarás.*] Col. lib. 6. cap. 12. Sed si sanguis adhuc supra ungulas in cruribus est, fricatione assidua discutitur.

Frĭcātŭs, tus, m. q. Idem. [ψηλάφησις, τρίψις. Vngar. *Vakarás.*] Plin. lib. 23. cap. 7. Lusciosos ex oleo illitus emendat, dentiumque vitia crebro fricatu.

Frīgillă, læ, f. p. Avis sic dicta quòd frigore cantet & vigeat [σπίζα. Ital. *Frenguelo.* German. Ein Finck. Belg. Een Vincke. Polon. *Zięba.* Vngar. *Pinty.* Ang. *Schaffinche, sheld appel.*] Martial. lib. 9. Nunc sturnos inopes frigillarumque querelas Audit, & arguto passere vernat ager. Vide FRINGILIA.

Frīgo, gis, xi, xum, & frictum, act. t. significat Torreo. [קלה *kaláh* רבך *ribbéch.* φρύγω, τηγανίζω. Gall. *Frire, fricasser.* Ital. *Frigere.* German. Rösten/braten. Belg. Fryten. Hispan. *Freir.* Polon. *Smażę.* Vngar. *Megrástom, sutöm.* Ang. *To frye.*] Festus: Frigere, & Frictum a Græco. Inde Frictorium, & Frixorium, in quo quid frigitur. [מחבשת *machbéscheth* מחבת *machabáth.* φρύγετρον. Gall. *Vne poile a frire.* Ital. *Padella.* German. Ein Bratpfann. Hispan. *La sarten para freir.*] Plautus in Bacch. Tàm frictum ego illum reddam, quàm frictus est cicer. Idem in Pœn. -nil nisi laterculos, Sesamum, papaveremque triticum, & frictas nuces. Plin. lib. 18. cap. 7. Postero die frigunt deinde molis frangunt. Corn. Celsus: Tum res eadem magis alit jurulenta, quàm assa: magis assa, quàm frixa.

Frīgŭs, oris, pen. corr. n. t. Vis frigoris, cui contrarium est calor. [קר *kor* קרח *karáh* צנה *tsinnáh.* ψῦχος, ῥῖγος. Gall. *Froid, froidure.* Ital. *Freddo.* Germ. Kelte. Belg. Koude. Hispan. *Frio, ò fresura.* Pol. *Zimno.* Vngar. *Hideg.* Ang. *Colde.*] Virg. lib. 1. Georg. frigusque, caloremq; Inter. Idem: -aut Boreæ penetrabile frigus adurat. ¶ Aliquando sumitur pro metu: ab eo quod procedit, ad id quod sequitur. Virgil. 1. Aen. Extemplo Aeneæ solvuntur frigore membra. Servius: *Frigore*: id est, timore. Reciproca translatione, & timor pro frigore, & frigus pro timore ponitur, ut apud Terent. Vxorem tuam pavitare ajunt: hoc est, non timere, sed laborare frigoribus. Rursus frigus dicitur ipsa aëris natura. Virgil. lib. 2. Georgic. -at sceleratum exquirere frigus Difficile est. ¶ Frigus id etiam appellatur, quum pro risu, & gratia, vel favore sperato, res in diversum exit. Cic. ad Quint. Frat. lib. 2. Pridie Idus quum Appius Senatum infrequentem coëgisset, tantum fuit frigus, ut populi convitio nos coactus sit dimittere. Quintil. lib. 6. Nam & imperitia, & rusticitas, & rigor, & deformitas afferunt interim frigus, diligenterq; actio hæc sunt providenda. Frigus his in locis (ut Budæus docet) absurdam rei speciem significat, quam incommodus eventus consequitur. ¶ Frigus etiam ponitur pro ipsa morte, ut Horat. Sermon. lib. 2. Satyr. 1. -ô puer ut sis Vitalis metuo, & majorum ne quis amicus Frigore te feriat: id est, morte te afficiat, ut interpretatur Acron.

Frīgĕo, ges, frixi, n. s. teste Prisciano frigidus sum, algeo: Huic opponitur caleo. [ψυχρός εἰμι, καταψύχομαι. Gall. *Avoir froid.* Ital. *Raffreddarsi.* Germ. Frieren/kalt seyn. Belg. Kout hebben/ kout zijn. Hisp. *Enfriarse.* Polon. *Zimno mi.* Vng. *Fazom.* Ang. *To be colde.*] Virg. lib. 11. -corpusq; lavant frigentis, & unguent. Fit autem frigeo (ut quibusdam placet) ἀπὸ τοῦ φρίσσειν, horreo. Vnde φρίκη, horror seu frigus dicitur. Sive (ut alii malunt) παρὰ τὸ ῥῖγος. Sic enim Græci frigus & rigorem vocant. ¶ Frigere etiam dicuntur qui segnes sunt, languidi & remissi. Terent. in Eun. Hice homines frigent: id est, languidi sunt, & nequaquam fervidi: quales esse solent quibus res parùm succedunt ex sententia. Cic. 4. Verr. Quum omnia judicia frigerent admonitu istius. Terent. in Eun. Sine Cerere & Baccho friget Venus: hoc est, languida est, & remissa. Cic. ad Att. lib. 1. Quum Romæ à judiciis forum frixerit. ¶ Hujus compositum est Refrigeo, quod est calorem amittere, & ex calido frigidum fieri. Vide infrà suo loco.

Frīgēsco, scis, n. t. frigidus fio [ἀποψύχομαι. Gall. *Devenir froid, se refroidir.* Ital. *Diventar freddo.* Germ. Erkalten/anfahen frieren. Belg. Kout werden. Hisp. *Enfriarse.* Polon. *Ziębnę.* Vng. *Hidegedem, fazom.* Ang. *To waxe colde.*] Cato de Re rust. cap. 65. Vbi erit tàm crassum, quàm viscū, sinito frigescat. Cæl. ad Cic. Si Parthi nihil vos calefaciunt, nos hic frigore frigescimus. Vbi metaphoricè accipitur frigescere, pro otiosum esse, & languescere. Lactant. lib. 7. Quos autem morbus interimit, spiritum diutiùs exhalant, ut paulatim frigescentibus membris anima effletur.

Frīgĕfăcĭo, act. t. [ψύχω. Gall. *Refroidir.* Ital. *Far freddo, refreddare.* Germ. Erkülen/ kalt machen. Belg. Vercoelen/ vercouwen. Hisp. *Enfriar otra cosa, resfriar.* Polon. *Chłodzę, oziębiam.* Vngar. *Meghidegitem.* Ang. *To make colde.*] A quo frigefio, notæ significationis, & Frigefacto, as, are, frequentativum. Plaut. in Pœn. Calidum prandisti prandium hodie? dic mihi. A. Quid jam? L. Quia hoc nunc frigefactas, quum rogas.

Frīgĕro, ras, penult. corr. Frigefacio. καταψύχω. Composita ejus magis sunt in usu: ut, Refrigero, quod est rem aliquam calidam, frigidam facio. Perfrigero, vehementer frigefacio. διαψύχω. Plin. Omnium earum vis eadem perfrigerare est, & astringere.

Frīgēns, frigentis, participium à frigeo apud Virgil. lib. 6. Aen. ponitur pro mortuo: -corpusq; levant frigentis, & unguent. [Polon. *Vmarły.* Vngar. *Meg holt.*]

Frīgĭdŭs, gida, dum, Quod habet frigus, gelidus, algidus. [קר *kar.* ψυχρός. Gall. *Froid.* Ital. *Freddo, qualcunque cosa che ha freddo.* German. Kalt. Belg. Kout. Hispan. *Cosa fria ò fresca.* Polon. *Zimny.* Vngar. *Hideg hives.* Angl. *That is colde.*] Ovid. Frigidius glacie pectus amantis erat. ¶ Quandoque dicitur segnis, languidus, & remissus. Virgil. 11. Aeneid. Largus opum, & lingua melior: sed frigida bello Dextera. Sic Frigidum hominem dicimus, qui omnia nimis remissè agit: cui opponitur fervidus & vehemens. Cicero 3. in Verrem: Alii etiam frigidiores: sed quia stomachabantur, ridiculi videbantur esse. Ad hunc etiam modum joci dicuntur frigidi, qui parum habent salis ad excitandum risum. ¶ Frigidus, perniciosus, inquit Servius in hunc Virgilii locum: Frigidus, ô pueri fugite hinc, latet anguis in herba. ¶ Frigidus quandoque pro mortuo à bonis autoribus ponitur, ut Virgil. Aen. 9. Volvitur ille vomens calidum de pectore flumen Frigidus. Quem locum in hac significatione expendit Nonius Marcellinus. Vide Quintil. in procemio libro sexti: Tuum corpus frigidum exangue aspexi, &c. ¶ Frigida per se positum, accipitur pro aqua, quæ calida non est, aut tepida. Plaut. in Mostell. Iampridem ecastor frigida non lavi magis libenter. Plin. in Epist. Per solem plerunque frigida lavabatur. ¶ Vnde, Frigidam suffundere, proverbio dicimus, pro rem aliquam inflammare. Tractum est proverbium à fabris ferrariis, qui igni frigidam aspergunt quò vehementiùs ardeat. Plautus in Cistell. Eas si adeas abitum quàm aditum malis, ita nostro ordini Palàm blandiuntur: clàm si occasio usquam est, frigidam subdolè suffundunt. Id est, instigant clanculum. Conqueritur enim in ea fabula meretrix de matronis maritos suos in meretricum odium quoad possunt inflammantibus. Tractum apparet ab iis qui certaminibus equestribus aquam equis aspergebant quo refocillati currerent acriùs, atque hoc pacto ad cursum instigabant. Ex Erasmo.

Frīgĭdē.

Frigide, adverbium. [ψυχρῶς. Gall. *Froidement, avec peu de grace.* Ital. *freddamente, senza gratia.* German. Gantz lauw/ohne gnad und liebligkeit. Hispan. *Fria y fresc:amente sin gayre.* Pol. *Le 1a iako, niedbalie.* Vngar. *Gidegen.* Angl *Barely, scanely, cold ye.*] Quintil lib. 6. cap. 1. Tum ille, alioqui vir facundus, inopinatæ rei casu; obmutuit. & infantem suom frigidissimè reportavit.

Frigidiusculus, diminutivum. [ὑπόψυχρος. Pol. *Prziziim nieisium.* Vng. *Hi tegetske hinesciske.*] Gell. lib. 3. cap. 10. Sed alia quoque ibidem congerit frigidiuscula.

Frigidulus, diminutivum, Subfrigidus, aliquantulum frigidus. [ὑπόψυχρος. Gall. *Froidelet.* Ital *Freddarello.* German. Kaltlecht. Hispan. *Cosa un poquillo fria ò fresca.* Pol. *Zimny.* Vngar. *H ueri hidegeiske* Ang. *Somewhat colde.*] Catul. Argon. Frigidulus udo singultus ore cientem.

Frigedo, inis, f. t. antiqui dicebant pro frigore. [קר kor קרה karáh. ψῦχος, ψυχρότης. Gall. *Froid, froidure.* Ital. *Freddo.* Ger. Kelte Belg. Koute Hispan. *Frio, ò frescura* Polon. *Zimnosc.* Vngar. *Hi teg.* Ang. *Coldenesse.*] Varro; Atq; in igni fervido, medullitus Aquilonam servar frigedinem. Ex Nonio.

Frigidarium, rii, n. f. Ahenum in balneis, quo frigida aqua continebatur: [λουτρὸν ψυχρόν. Gall. *Bain en eaue froide* Ital. *Bagno d'acqua fredda.* German. Kaltbadt. Belg. Koubat. Hisp. *Banno de aqua fria.* Polon. *Wana dliazimnei w. di.* Vng. *Bor hinesith edény.*] sicut caldarium, quo calida: & tepidarium, quo tepida. Frigidaria cella, locus erat in balneis, in quo frigida lavabantur. Plinius libro 5. Epistol. Frigidariæ cellæ connectitur media, cui Sol benignissimè præsto est: caldariæ magis, prominet enim.

Frigorificus, a, um, Quod frigus inducit. [ψυχροποιός. Gall. *Refrigerant* Ital. *Che induce freddo.* German. Das kület/das kälte bringt. Hispan. *Cosa que haze frio, ò frescor.* Polon. *zimnoczimacy.* Vng. *Hidegitö.* Ang. *That causeth or maketh colde.*] Sicut à colore, Calorificus. Gell. lib. 17. cap. 8. Acetum antem omnium maximè frigorificum est, atq; id tamen nunquam concrescit.

Frigutio, tis, tivi, frigutire, Minutim subsilire, quod verbum à frigilla avicula putatur deductum. [ῥιγῶν, γρῦ, φθέγγω. Gallicè, *Frissonner, trembler de froid.* Ital. *Tremere di freddo* German. Zittern/oder schnallen vor Frost. Hispan. *Temblar de frio.* Polon. *Drzeć od zimna.* Vngar. *Resz etöl adab, gök.* Angl. *To quake or shever for colde.*] Plaut. in Cas. Nam quid friguttis? quid istuc tam cupidè cupis?

Fringilla sive frigilla. [σπίνος. Polon. *Zieba.* Vngar. *Pinty*] Avis est passeris magnitudine, albo, viridi rufoque colore distincta. Maris pectus rubescit. Fœminæ pallidius ac dilutius. Vermiculis victitat, æstate tepidis locis degit, hyeme frigidis. Avienus: Si matutino fringilla resultat ab ore. ¶ Est & fringilla montana, cui collum cæruleum, Aristoteli ὀρόσπιζος. Hist. lib. 8. cap. 3. cujus sunt plures species.

Fringultio, fortè idem quod frigutio. [Vngar. *Röböggök pintyögök ebadrgök.*] Apuleius in Apologia: At ego illi contra justius exprobraverim, quod qui eloquentiæ patrocinium vulgò profiteatur, etiam honesta dicta sordidè blateret, ac sæpè in rebus nequaquam difficilibus fringultiat, vel omnino obmutescat. Idem Flor. lib. 3. Merulæ in remotis tesquis fringultiunt.

Frio, as, n. p. significat tero. [שחק schachák. κνήθω, ψώχω. Gall. *Esmier, briser & mettre en poudre en frottant.* Ital. *Fritare.* German. Reiben/zerreiben. Hispan. *Quebrar ò desmenuzar entre los dedos.* Pol. *Tre krusse.* Vngar. *Töröm, ide sötöm.* Ang. *To crumme smal to break in small pieces.*] Plin. lib. 13. cap. 4. In ipsa quidem Aethiopia friatur hæc, (tanta est siccitas) & farinæ modo spissetur in panem. Varro 1. de Re rust. cap 9. Si sit terra alba, si nigra, si levis, quæ quum fodiatur, facilè frietur. ¶ Hujus composita sunt Affrio, Infrio, quod est terendo aliquid digitis leviter inspergo. ἐπιψίζω. Suffrio, paululùm contero.

Friabilis, le. om. t. Quod facilè friatur, & digitis minutim teri potest. [ψαθυρός, ψαφυρόν, εὔθραυστος, εὔτριπτος, εὔθρυπτος. Gall. *Aisé à esmier, facile à mettre en poudre.* Ital. *Friabile, che facilmente si può fregare.* German Das leicht zu zerreiben ist. Hisp. *Cosa que se puede desmenuzar.* Pol. *Latwi doskruszenia, krucy.* Vng. *El töröhetö töro, romlo.* Ang. *That may be easilye broken in pieces.*] Plin. libro 28. Optimaq; est quæ candidissimo, & friabilis, minimeq; ponderosa, quum teratur inter digitos.

Friritus, est Fremitus, strepitus. [Vngar. *Agyarkodás.*] Cicer. de Nat. deor. ex Accio: Tanta moles labitur fremebunda ex alto ingenti sonitu & friritu. Sic enim in quibusdam libris legitur, & in nonnullis *fremitu.*

Frit, Dicitur illud in summa spica jam matura, quod est minus quàm granum. Varro lib 1. de Re rust. cap. 48.

Fritillus, li. m. f. Tabula lusoria in qua tesseræ conjectæ, agitatæq; mittuntur, inquit Porphyrio. [πύργος. Gall. *Tablier à iouer aux dez.* Ital. *Tavogliero per giuocar à dadi.* German. Ein Bretspiel. Hispan. *La salsereta del donde echan los dados.* Pol. *Wrcaby.* Vng. *Os tabla koczke tábla.* Angl. *A payre of tables to playe at the dice.*] Solent enim tesseræ conjici in fritillum, tanquam vasculum, quo agitatæ deinde mittuntur in alveolum. Iuvenal. Satyr. 14. -parvoq; eadem movet arma fritillo. Dictus fritillus (ut quidam putant) à crepitu ipsu tesserarum, vel quòd super eo tesseræ ferantur. Martial. lib. 4. Dum blanda vagus alea December Incertis sonat hinc & hinc fritillis.

Fritinnio, is, ire, Hirundinum proprium est. [Vngar. *Fecske megszolal fötsögök.*] quemadmodum annotavit Scaliger in Varronem, cujus ego versus ex Nonio collectos adscribam. Et pullos peperit fritinnientes, Quos non lacte novo levara pascat: Sed pencarpynio ocymo coacto, Libamenta legens caduca veris: Ad quos tum volucres venit pusillos, Vsque ad limina nidica esca vilis.

Friviculum, li, (ut quibusdam placet) est levis offensiuncula inter virum & uxorem, quàm sequitur secessio. Vlpian. l. Quum hic. de Donat. inter virum & uxorem: Quòd si divortium non intercesserit, sed friviculum intervenerit: donatio profectò valebit, si friviculum quievit. Quo tamen in loco malim legere *frigusculum*: ut frigusculum intelligas, quando ex conjugali amore dissidio enato, aliquid remittitur, vehemensq; ille ardor refrigescit. Sunt etiam qui *fribusculum* legant, quod tamen vocabulum nusquam credo reperiri.

Frivola, rum, autore Festo, sunt vasa fictilia cassa. [Vngar. *Iöld romlandoedény.*] Vnde dicta verba frivola, quæ minùs sunt fide subnixa. In Pandect. in l Solutum. de pignor. action. Non enim credibile est hoc convenisse, ut ad universam pensionem insulæ frivola mea teneantur. Vbi frivola pro suppellectili tenui, & vili accipiuntur: qualis eorum esse solet, qui in cœnaculis habitant: quomodo & Satyricus usus est Satyr. 5. Et ne te teneam, Romanorum omnia regum Frivola. Quibus verbis paupertatem Regum Romanorum significavit: quos etiam Samiolie vasis usos esse constat. Idem in tertia: Videndum est illuc ubi nulla incendia, nulli Nocte metus: jam poscit aquam jam frivola transfert Vcalegon, tabulata tibi jam tertia fumant. A Græcis γρυτάρια dicuntur: id est, ... Vnde & grytopolæ ab eis dicuntur, qui hujusmodi supellectilia venditant: quos Latine vocamus Frivolarios. Budæus in Annot.

Frivolus, a, um, penult. corr. à Frio, as. dicitur quod est inane leve nullius ve momenti, quasi friabile. [ריק ... ψυχρός, φλύαρος. Gall *Frivole ne prisse valeur & estime.* Ital. *Leggiero, vano, di niun momento, frivolo.* Germ. Nichts söllend/liederlich/unnütz. Hisp. *Cosa vana y de poco precio.* Polon. *Nieczinny, Niegrzeczny.* Vngar. *Hiába valo, haszontalan, semmire kellö.* Angl. *Vaine, triffling, of no value.*] Plin. lib. 7. cap 7. de generatione nominis loquens: Miseret atq; etiam pudet æstimantem, quàm sit frivola animalium superbissimi origo, quum plerunque abortus causa fiat odor à lucernarum extinctu. Frivolam originem pro fragili, & in firma dixit, & veluti friabili. Gell. libro 15. cap. 30. Oppidò quàm fiunt in literarum ostentatione inepti & frivoli. Idem lib. 16. cap. 12. Quædam futilia & frivola. Quint. lib. 7. c. 3. Eoq; satius est omni se anteactæ vitæ abstinere convitio quàm levibus aut frivolis, aut manifestò falsis reum incessere.

Frondator, Frondes, Frondosus, Vide FRONS, frondis.

Frons, tis, à ferendo, ut quibusdam placet: quòd indicia animi præ se ferat. [מצח métsach. μέτωπον. Gall. *Le front.* Ital. *Fronte.* German. Die Stirn. Belg. T'voorhooft. Hispan. *Frente.* Polon. *Czolo.* Vngar. *Homlok* Angl. *The forehead.*] A dextra & sinistra temporibus, à superiori capillorum radice: ab inferiori verò parte superciliis terminata, corrugatur in tristitiam, & in lætitiam dilatatur. Hinc factum est, ut frons accipiatur pro vultu, & pro animi nostri affectu, quem ex fronte perspicimus. Martialis: Nec matutina si mihi fronte venis. Idem lib. 1. Illa fronte precor carmina nostra legas. Cic. ad Atticum lib. 4. Pompeius fremit, queritur, Scauro studet: sed utrum fronte an mente, dubitatur: id est, vultu an animo. ¶ Frontem explicare, vel exporrigere dicimur quum hilarescimus: contrahere, quum ringimur: hoc est, ubi quid molestum est: frons enim (inquit Plin. libro 11.) homini tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, severitatis index est. Terent. in Adelph. Exporge frontem: hoc est, vive hilariter. Horat. libro 3. Carminum: Sollicitam explicuêre frontem. Plaut. in Casi. Porrectiore fronte mecum loquaris oportet. Sic etiam dicimus, frontem exporrectam, vel explicatam, pro hilari vultu. Contrà, Obductam frontem, Corrugatam frontem, Contractam frontem, Caperatam frontem, pro nubilo & mœsto vultu. Plaut. Ceperata frons severitudine. Nubila frons, serena frons, explicita frons. ¶ Frontem perfricare, pro deponere pudorem. Plin. Perfricui frontem, & nihil profeci. Celsus apud Quintilianum lib. 9 cap. 2. Perfrica frontem, & dic te digniorem, qui Prætor fieret, quàm Catonem. Persius: exclamet Melicerta perisse Frontem de rebus. ¶ Dicitur Frons etiam de rebus inanimatis pro principio, vel anteriore parte cujusq; rei. Virgilius: Fronte sub adversa scopulis pendentibus antrum. Et licèt frequentissimè generis fœminini proferatur, à Cæcilio tamen masculino genere ponitur, Hi sunt, *inquit*, inimici pessimi, fronte hilario, tristi corde. De quo Gell. lib. 15. c. 9. ¶ A fronte atque à tergo, πρόσσω καὶ ὀπίσσω. Proverbii vice receptum, pro eo quòd est diligenter inspicere, & præterita cum præsentibus & futuris conferre. Ex Homero. ¶ A fronte præcipitium, à tergo lupi, ἔμπροσθεν κρημνός, ὄπισθεν λύκοι. Quum aliquis hinc atque hinc duobus maximis premitur malis, ut in utrum inciderit pereundum sit. ¶ Frontem ferire dicuntur, qui supra modum & impotenter indignantur. Cicer. ad Attic. Puto te in hoc aut risisse aut ingemuisse ut frontem ferias: sunt qui etiam Cæsonium putant, &c. ¶ Frons occipitio prior. Quo significavit antiquitas, rectiùs geri negotium, ubi præsens ac testis adest is, cujus agitur negotium. Prior dictum est pro melior. Cat. de Re rust. cap. 4. ¶ Vera fronte fieri dicuntur, quæ ex animo citràque fucum dicuntur, geruntùrve,

Frontāle, lis, Est ornamentum frontis præcipuè in equis & elephantis. [פרנסיס, μετωπίδιον. Gall. *Fronteau, frontiere de bride.* Ital. *Frontale.* German. Ein stirnengierd/stirnengebänd. Belg. Cieraet aen t' voorhooft. Hispan. *El frontal, ornamento de la frente.* Pol. *Naczelnik. Ozdoba czoła.* Vngar. *Homlokéb, (auagy) homlokékesség.* Ang. *A foreheade clothe.*] Plin. lib. 37. cap. 12. Quandoque tantæ magnitudinis fecêre, ut equis regum in Oriente frontalia, atque pro phaleris pensilia facerent. Liv. 37. Ingentes ipsi erant, addebant speciem frontalia & cristæ, & tergo impositæ turres.

Frontatūs, a, um, Quod frontem habet, vel quod in fronte positum est. [μετωπιδὸς ἰθέχων. Gall. *Qui a front.* Ital. *Che ha la fronte.* German. Das ein stirnen hat. Hispan. *Lo que tiene frente.* Pol. *Czoło macący.* Vngar. *Homlokos.* Ang. *That hath an forehead.*] Frontati lapides à Vitruvio dicuntur, quos Græci διατόνους appellant, quia per latitudinem totam porrecti, utramq; parietis frontem conficiant. Plin. lib. 35. cap. 12. Vel tecta coctilibus laterculis, frontatisque: hoc est, ab ea parte continuatis qua opus lateritium conspici debebat. Budæus in Annot.

Frōnto, onis, m. t. Qui latam habet frontem. [μετωπίας. Gall. *Qui a grand front.* Ital. *Che ha gran fronte.* German. Der ein breite Stirn hat. Hispan. *Hombre de grande frente.* Polon. *Szerokiego czoła.* Vng. *Tzéjés homlokú.* Ang. *That hath a brode forhead.*] Cic. 1. de Natur. deor. Eequos nævum habere, ecquos silos, flaccos, frontones, capitones, quæ sunt in nobis.

Frōns, dis, f. t. à fero, Quòd frondes arborum huc atque illuc à vento ferantur. [עלה *ha-eh* עפי *hopha* עפאים *pa-âh.* φύλλον, κλωνός. Gall. *Fueilles d'arbre, rameaux.* Ital. *Fronda, foglia.* German. Ein laubast/ein grüner Zweig. Belg. loof/ groen loof/ groen twijghe. Hispan. *La hoja d'el arbol.* Polon. *Hałaz.* Vng. *Ag.* Ang. *The leaue of a tree.*] Propriè autem frondes arborum dicuntur, teste Valla: folia verò tam arborum, quàm herbarum, & florum. Varro 1. de Re rust. Quod Cato ait circa fundum ulmos & populos, unde frons ovibus, bubus sit. ¶ Antiqui fros finem, quàm frons dicere maluerunt, ne facerent, ut inquit Plinius, frontis. Varro rei rustic. libro 1. Vlmos & populos unde est fros. Item antiquit. Roman. libro 15. Fros fœnum, messis. Ennius libro 7, frundes pro frondes dixit, tanquam à nominativo frus. Rutescant frundes.

Frōndēus, a, um, Quod totum ex frondibus est: [φύλλινος. Gall. *De fueilles ou rameaux d'arbres.* Ital. *Di frondi.* German. Auß laubästen gemacht. Hisp. *Cosa de materia de hojas.* Polon. *Gałęzisty.* Vng. *Agas bogas.* Ang. *Of leaues or branches.*] ut, Torus frondeus, Frondea corona. Plin. lib. 16. cap. 4.

Frōndōsūs, a, um, Quod frondibus abundat: [רענן *rahanán.* πολύφυλλος, φυλλάδης. Gall. *Fueillu, branchu.* Ital. *Frondoso, che abunda di frondi.* Germ. Aestechtig/ daß viel grünet ästen hat. Hisp. *Cosa llena de hojas.* Polon. *Gałązki zielonich pełny.* Vngar. *Agas.* Ang. *Full of leaues.*] ut, Lucus frondosus. Frondosus ramus, Liv. 10. ab Vrbe. Et frondosi montes, Varro 2. de re Rust. cap. 5. Virg. 4. Georg. Corporaq; ipsa boum frondoso desere luco. Idem 3. Georg. -dum mox frondosa reducitur æstas.

Frōndārius, a, um, Quod ad frondes pertinet, sive quod ex frondibus est: [φύλλινος. Gall. *Servant & des appartenances des fueilles des arbres.* Ital. *Ciò che si fa di frondi.* German. Daß zu den zweygen / oder laubästen gehört. Hispan. *Cosa perteneciente a las hojas.* Polon. *Gałązny.* Vngar. *Aghoz valo.* Angl. *Of or belonging to leaues of trees.*] ut, Frondariæ fiscinæ. Plin. libro 18. cap. 31. Vnus frondator quatuor frondarias fiscinas complere in diem justum habet.

Frōndēo, des, dui, n. f. Frondes habeo. [רענן *rahanán.* φυλλοφορέω. Gall. *Auoir ou porter fueilles, produire fueilles.* Ital. *Far foglie, diuenir frondoso.* German. Grüne Bletter haben. Belg. Groen zijn/ bladeren hebben. Hispan. *Echar hojas el arbol.* Polon. *Zielenie sie.* Vngar. *Zöldwlök, ágam bagyon.* Angl. *To haue leaues, to bring forth leaues.*] Virg. 3. Eclog. Nunc frondent sylvæ, nunc formosissimus annus. Idem 2. Georg. -nemorumq; Iovi quæ maxima frondet Aesculus. Sic frondeus vitis, Colum. lib. 3. cap. 1.

Frōndēsco, scis, scere, n. t. Est frondes emittere. [φυλλάζω. Gall. *Produire fueilles.* Ital. *Produrre le frondi.* Germ. Grünen/grün laub vberkommen. Hispan. *Echar ojas el arbol.* Pol. *Zielenie sie.* Vngar. *Agazom.* Ang. *To spring, to bringe forth leaues.*] Columella libro 5. Nihilominus enim paucis frondescet pampinis. Idem libro 4. capit. 9. Nanque defluens humor cæcat oculum, nec patitur frondescere.

Frōndo, as, frondes amputo: [סעף *sehéph.* φυλλοφορέω. Gall. *Couper & oster les fueilles.* Ital. *Sfrondare, sfogliare.* German. Die äst erhawen. Hispan. *Deshojar las hojas del arbol.* Polon. *Gałęzy obcinam.* Vngar. *Teßek, ágait el bágom.* Ang. *To loppe or shred boughes of trees.*] à quo Frondator, Frondatio: & Defrondo, quod est frondes dejicio.

Frōndātōr, oris, m. t. [מסעף *mesaheph.* κλαδευτής, φυλλοκόμος, φυλλοτόμος. Gall. *Esmondeur, & qui coupe les bouts des branches des arbres.* Ital. *Potatore, che taglia y rami de gli alberi.* German. Der die äst erhawet vnd säubert/oder das laub abstreifft. Hispan. *El que deshoja las hojas del arbol.* Polon. *Ten ktori oberzynie gałęzy, albo liście strichnie.* Vngaricè, *Nyeső, erd ölő.* Ang. *A lopper, that cutteth of superfluous boughes.*] Qui arborum ramos supervacuos amputat: & qui è frondibus manipulos facit hyems tempore animalibus ad pastum offerendos: & qui manibus folia vitium vellit, quo ardor Solis uvam maturiorem reddat: aut avis quæ in frondibus habitat, & his vescitur: vel etiam palumbes quæ in frondibus nidificat. *Hæc Servius.* Plinius lib. 18. cap. 31. Vnus frondator quatuor frondarias fiscinas complere in diem justum habet. Virgil. Eclog. 1. Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.

Frondātio, f. t. Frondium & ramorum redundantium resectio. [φυλλολογία. Gall. *Couper des bouts des branches, amas des fueilles ves arbres.* Ital. *Il tagliare le foglie, il raccogliere le foglie d' alberi.* Germ. Erhawung der ästen. Hispan. *Aquella obra de deshojar.* Pol. *Gałęzia okk ześłowanie.* Vngar. *Nyesés er. ölles.* Ang. *A shredding of boughes of trees.*] Colum. lib. 5. cap. 6. Atq; in frondatione cavendum ne aut prolixiores pollices fiant, qui ex amputatis virgis relinquuntur.

Frondĭfēr, ra rum, Frondes ferens. [רענן *rahanán.* φυλλοφόρος. Gall. *Portans fueilles.* Ital. *Che produce frondi.* Germ. Das bletter oder laub tregt. Hispan. *Cosa que trahe hojas.* Pol. *Listowy lyściasty.* Vngar. *Ag termö ágazo, ág hozo.* Ang. *That beareth leaues, or braunches.*] Lucret lib. 1. Frondiferasq; domos avium. Ibidem: Frondiferasq; novis avibus canere undiq; sylvas. Nemus frondiferum, apud eundem l b. 2.

Frōnto, frontonis, Vide Frons, frontis.

Frūctus, Vide post Fruor.

Frūgalis, Frugalitas, Frugiperda, Vide in Fruges.

Frūgēs, gis, f. t. vel hæc Frux, frugis, secundum Priscianum, dicitur generaliter quicquid ex fructu terræ in alimoniam vertimus: neque solùm quod ex frumentis & leguminibus, verumetiam quod ex vino, vel ex sylvis cæduis, erecte fodinis, lapicidinis capitur. [שבר *schebér* תבואה *tebuáh* עבור *habúr* יבול *jebul.* καρπός. Gall. *Toute sorte de fruit propre à se nourrir, soit de grain ou autrement.* Ital. *Il frutti della terra che conuertiamo in nostro nutrimento.* German. Allerley Frucht deß Erdreichs zu unserer auffenthalt dienstlich. Belg. Aerderijk vruchten. Hispan. *El fructo de la tierra.* Polon. *Wszelaka zboże ku pożywieniu.* Vngar. *Gabona.* Angl. *All kinde of fruite that the earth bringeth forth.*] Festus, Servius, & Donatus, frugis verbum à frumine eminente sub mento gutturis, seu curculionis parte qua cibus in alvum demittitur, à ferendo cibo appellatum dicunt: Varro lib. 4. de ling. Lat. à fruendo. Errant igitur qui discernunt legumina à frugibus. Nam Cicero att. Ollei & frugum minutarum: quum de leguminibus diceret: ut ostenderet etiam legumina, fruges vocari. Liv. lib. 5. ab Vrbe: Eam gentem traditur fama, dulcedine frugû, maximè vini, nova tum voluptate captam. Virgil. 3. Eclog. Quum faciam vitula pro frugibus ipse venito. Ibidem: Triste lupus stabulis maturis frugibus imbres, Arboribus venti, nobis Amaryllidis iræ. ¶ Recipere se ad frugem bonam, Cic. pro Cælio. Corrigere aliquem ad frugem: hoc est, ita emendare, ut frugi homo evadat. Plaut. Trinum. Quin eum restituis? quin ad frugem coegisti? Evadere ad frugem bonam, de eo dicitur qui antè nequam fuerat. Redire ad frugem bonam. Lamprid. in Heliogab. Milites se parsuros dixerunt, si ad frugem bonam rediret. ¶ Nominativo singulari frux, usus est Ausonius in monosyllabis: Antè equidem campis quàm spicea suppeteret frux.

Frūgi, Nomen à fruge denominatum, omnis generis & indeclinabile est, Moderatus, prudens, sobrius, modestus, abstinens, temperans, innocens. [טוב *tób* חכם *chachám* צנוע *tsanuáh.* χρηστός. Gall. *Bon mesnager, qui se gouuerne bien, qui ne despend que par raison, espargnant, sans excés, homme de bien.* Ital. *Buono, vtile, necessario, virtuoso, moderato, modesto.* German. Nutzlich/gut/gemäß. Hisp. *Bueno, y de prouecho, templado, moderado, virtuoso.* Polon. *Pożyteczny, potrzebny. Gmotliwy.* Vngaricè, *Eszes, mertékletes, iozan, emberséges.* Ang. *Wyse, sober, modest, a good man, thriftie.*] Quintil. taxat eos à quibus dicitur frugalis & non frugi, tanquam frugalis sit dictio parum proba: quum tamen (quod mirum videri potest) frugalior, & frugalissimus à Terentio & Cicerone religiosissimis linguæ Latinæ custodibus usurpentur. Donatus in illud Eunuchi: Frugi es, Frugi, inquit, id est, utilis & necessarius: à frugibus, quæ quòd his fruamur, dictæ sunt. Vnde antiqui servum laudare volentes, frugi dicebant, tanquam sobrium, utilem & necessarium. Plaut in Amph. Ita servum par videtur frugi sese instituere. Pro eodem etiam apud veteres legimus Bonæ frugi servus, quæ quidem compositio etiamsi duriuscula videtur, frequentiùs tamen occurrit, quàm ut mendum videri queat. Vlpian. l. Neratius ad legem Aquil. Sed si frugi bonæ servus intra annum, mutatis moribus, occisus sit. Cic. Att. lib. 4. Permodestus ac bonæ frugi homo. Plaut. in Trinum. Is probus est, quem non pœnitet quàm probus sit, & frugi bonæ. Apud Gellium, frugis bonæ legitur. Hujus autem vocis significationem latiùs exprimit Cic. lib. 3. Tusc. Sed quia, inquit, nec qui propter metum præsidium relinquit, quod est ignaviæ, nec qui propter avaritiam clàm depositum non reddit, quod est injustitiæ: nec qui propter temeritatem malè rem gessit, quod est stultitiæ: frugi appellari solet, eo tres virtutes, fortitudinem justitiam, & prudentiam frugalitas complexa est. Ergo frugi hominem bonum, & virtute præditum intelligimus. ¶ Frugi & Nequam opponuntur. Cic. pro M. Fonteio: Qui tanta virtute atq; integritate fuit, ut etiam illis optimis temporibus, quum hominem invenire nequam neminem posses, solus tamen frugi nominaretur. ¶ Accipitur etiam frugi pro eo qui in victu, vestitu, similibusq; temperatus est. ὁ τῆς οἰκονομίας ἐμπειρότατος, σώφρων, πολύχρηστος, sicut contrà luxuriosus, nequam, ἄσωτος. Horat. Parciùs hic vivit, frugi dicatur.

Frūgĭfēr,

Frūgĭfĕr, era, rum, Fructus ferens: [... καρποφόρος. Gall. *Portant fruict, fertile, fructifiable.* Ital. *Che produce frutto.* German. Fruchtbar / das Frucht tregt. Hispan. *Cosa que trae fructo.* Polon. *Vrodzainy.* Vngar. *Gyümölts termö.* Ang. *Fruitfull, that beareth fruit.*] ut, Arbores frugiferæ quæcunq; fructum ferunt, quæ & fructiferæ dicuntur. Lucan. lib. 3. Vtraque frugiferis est insula nobilis arvis. Ovid. 5. Metam. Frugiferas messes alimentaque mitia reddat. Plin. lib. 15. cap. 2. Vicina bonitas provinciis, excepto Africæ frugifero solo. ¶ Per translationem usus est pro eo quod utilitatem affert. Cic. 3. Offic. Sed quum tota philosophia, mi Cicero, frugifera & fructuosa, nec ulla pars inculta ac deserta sit, &c. Liv. in præfat. ab Vrb. Hoc illud est præcipuè in cognitione rerum salubre ac frugiferum, exempli documenta in illustri posita monumento intueri.

Frūgi fĕrens, tis, poëticum epitheton, pro frugifero. [καρποφόρος. Vngar. *Gyümölts hozó.*] Lucret. lib. 1. Quæ mare navigerum quæ terras frugiferentes Concelebras.

Frūgĭlĕgŭs, a, um, Formicarum epitheton est, à granorum colligendorum consuetudine tractum. [σιτολόγος. Gall. *Qui amasse & recueille les fruits.* Ital. *Che raccoglie il grano.* German. Ameissen / die Korn zusamen tregen. Hisp. *Cosa que coge fructo y cello vino.* Polon. *Iaqo ko mrowka zbierka zbieraiacy.* Vng. *Gabona, meg szedegetö.* Ang. *That gathereth fruit.*] Ovid. 7. Metam. Hic nos frugilegas aspeximus agmine longo Grande onus exiguo formicas ore legentes.

Frūgĭpĕrdă sălix, ὠλεσίκαρπος. Plin. lib. 19. cap. 26. Ocyssimè autem salix amittit semen, antequam omnino maturitatem sentiat: ob id dicta ab Homero frugiperda. Non invenustè etiam hoc nomine appellari possunt homines nullius pretii, neque alii rei, quam consumendis frugibus nati.

Frūgālĭs, le, om. t. moderatus, prudens, frugi, ebstinens, temperans. [... chacham ... σώφρων, σωφρονικὸς, ἐγκρατὴς. Gall. *Bien & sagement vivant, & sans reproche.* Ital. *Temperato, moderato, sobrio.* Germ. Mässig / zimlich. Hispan. *Templado, vill.* Polon. *Skromny, skrzętny, mierny.* Vngar. *Mértékletes élets.* Ang. *Sobre, trifsse*] Frugalior, pro temperantior. Terentius in Heaut. Dedo me patri nunc jam, ut frugalior sim, quàm vult. Varro 3 de Re rustic. cap. 2. Sed non hæc, inquit, villa, quanquam ædificaverint majores nostri, frugalior & melior est, quàm tua illa perpolita in Reatino. Et frugalissimus, quasi experientissimus & prudentissimus. Columel. lib. 1. cap. 9. Magistros pecoribus oportet præponere sedulos ac frugalissimos. Cicer. 4 Verr. Nihil aliud in eo quod reprehendi possit, invenio: nisi quòd homo frugalissimus atque integerrimus, te hominem plenum stupri, flagitii, sceleris, domum suam invitavit.

Frūgālĭtās, f. t. modestia, temperantia, abstinentia. [... σωφροσύνη. Gall. *Sobrieté, contentement de peu.* Ital. *Temperanza, frugalità.* Germ. Mässigkeit / abbruch deß obersfluß und wollusta. Hispan. *Aquella vilidad, modestia y templanza.* Polon. *Skromnosc, miernosc.* Vngar. *Mértékletesség, emberség.* Ang. *Frugalnesse, harwyfery.*] Sen. Luxurioso frugalitas pœna est. Cicer. pro Dejot. Hæ sunt regiæ laudes, illa privatæ est: ut volet quisq; accipiat: ego tamen frugalitatem, id est, modestiam & temperantiam, virtutem esse maximam judico. Idem 3. Tuscul. Verisimile etiam illud est qui sit temperans, quem Græci σώφρονα appellant, eamque virtutem σωφροσύνην vocant, quam soleo equidem tùm temperantiam, tùm moderationem appellare, nonnunquam etiam modestiam, sed haud scio an rectè ea virtus frugalitas appellari possit. Et paulò pòst: Frugalitas (ut opinor) à fruge, qua nihil melius è terra oritur.

Frūgālĭtĕr, adverb. Sobriè & modestè. [σωφρόνως. Gall. *Sobrement, en bon menasger.* Ital. *Frugalmente, temperatamente.* German. Mässiglichen / gesparlichen. Hispan. *Vil y modestamente.* Pol. *Mierznie.* Vngar. *Mértékletessen, iozanon.* Ang. *Husbandly, thriftelie*] Plaut. in Epid. Ille eam rem adeò sobriè & frugaliter accuravit, ut alias res: est impensè improbus. Cicero pro Domo sua: Itaque omnia signa, tabulas, ornamentorum quod superfuit in fanis & communibus locis, tota è Græcia, atque insulis omnibus, honoris populi Romani causa, sanè frugaliter domum suam deportavit.

Frugiona, vestimenta sunt ea, quæ *Recamata* vocant Itali dictione Syriaca: in quibus tramæ diversis modis retortæ, & perplexi Mæandri sunt. Meminit Varro lib. 4. de ling. Lat. Trama, quòd trameat frugionis vestimentum. Ita enim legendum esse doctissimè ostendit Scaliger.

Frūiscŏr, Vide FRVOR.

Frūmĕn, inis, n. t. Somma pars gulæ interior, per quam cibum lingua demittit in ventrem. [λάρυγξ. Gall. *La gorge.* Ital. *La canna della gola.* German. Der Schlundtrachen. Belg. Keunen. Hispan. *El tragadero del animal.* Vng. *Adám almája.*] Servius in 1. Æn. Frumen eminens sub mento gutturis pars, *laryngem* Græci vocant: Latini, & Celsus, fauces.

Frūmĕntum, ti, n. f. dictum est à fruendo. [... σῖτος. Gall. *Toute sorte de grain, soit blé, froment, seigle, orge, avoine, mil ou autre.* Ital. *Ogni sorte di biava, frumento, orzo, avena, miglio & altre.* German. Allerley Korn. Belg. Coren. Hisp. *Los panes trigo, cevada, &c.* Polon. *Zboże, żyto wszelkakie.* Vngar. *Gabona, búza.* Ang. *All corne be it wheat, rye, barley or other.*] Horat. 2. Serm. Satyr. 3. Si quis ad ingentem frumenti semper acervum Porrectus vigilet. Idem 1. Epistol. 15. Major utrum populum frumenti copia pascat. Frumenti genera (ut scribit Plin. lib. 18. cap. 7.) hæc vulgatissima sunt, far quod adoreum dixerunt, siligo, triticum, hordeum. Frumenta dici putat Servius, quæcunque emittunt aristas. Varro 1. de Re rust. cap. 49. In segetibus autem frumentum quod culmus extulit. ¶ In ficis item frumenta dicuntur grana illa exigua quibus sunt refertæ. Plin. lib. 15. cap. 19. Ficus mollis omnibus tactus: maturis frumenta intùs: succus maturescentibus, lactis: percoctis, mellis.

Frūmentācĕŭs, a, um, Quod ex frumento est. [σιτηρός. Gall. *De froment.* Ital. *Di frumento.* Germ. Das vom Korn gemacht. Hisp. *Cosa de materia de aquellos panes.* Pol. *Ze zbożażytnieg.* Vng. *Gabonából valo.* Angl. *Of corne.*] Hieronym. Major turba hordeaceis panibus, minor frumentaceis pascitur.

Frūmentārĭŭs, a, um, Quod ad frumentum pertinet. [σιτηρός. Gall. *Appartenant au fait de blé.* Ital. *Cio che a frumento si conviene.* Germ. Daß zu dem Korn gehört. Hispan. *Cosa para es aquellos panes* Pol. *Zitny.* Vng. *Gabonás, gabonához valo.* Angl. *That belongeth to corne of corne.*] Frumentarius ager, frumentarius negotiator, frumentaria lex, quæ tractat de frumentis. Cic. 5. Verr. Neminem vestrûm præterit, Iudices, omnem utilitatem, opportunitatemq; provinciæ Siciliæ quæ ad commoda pop. Rom. adjuncta sit, consistere in re frumentaria maximè: in cæteris rebus adjuvamur ex illa provincia, hac verò alimur, ac sustinemur. Plin. lib. 18. cap. 6. Sylvestris pyrus, malusq; frumentariu soli notæ. Sic lib. 27. cap. 5.

Frūmentārĭŭs mercātŏr. [σιτηγός, σιτοπώλης, σιτωνης. Gall. *Marchand de bled.* Ital. *Mercante de bada.* German. Ein Fürkauffer deß Korns. Belg. Corencooper. Hispan. *Mercader de aquellos panes.* Pol. *Przekupien zyżny.* Vng. *Fuzár, gabona arulo.* Ang. *A merchant of corne.*] Qui frumenta coëmerat, ut inde lucrum faciat. Plaut. in Pseud. quæ amica es frumentariis, Quibus cunctis montes, maximi acervi frumenti sunt oom. Cic. 3. Offic. Non igitur videtur nec frumentarius ille Rhodius, nec hic ædium venditor celare emptores debuisse.

Frūmentŏr, aris, d. p. Frumentum colligo. [... σιτολογέω. Gall. *Aller au fourrage de blé, faire provision de blé.* Ital. *Raccogliere frumento.* Germ. Korn samlen / umb Rete tragen. Belg. Coren vergaderen. Hisp. *Ir à buscar aquellos panes, coger trigo.* Polon. *Zboże zbieram, skupuie.* Vngar. *Gabonát gyüjtök.* Angl. *To provyde or gather corne.*] Cic. ad Att. lib. 8. Neq; solus cum ista copia tantum multitudinem sustinere poteris, ut frumentatum eas. Livius 1. belli Macedonici: Quum in propinquo agro frumentarentur Romani.

Frūmentātĭo, f. t. Verbum est castrense, quo significatur egressio militum ad frumentum in castra congerendum. [σιτολογία. Gall. *Fourragement de blé.* Ital. *Raccolta di frumento, distributione di frumento.* Germ. Kornsamlung. Belg. Wagen om Coren. Hispan. *Obra de ir à buscar aquellos panes, cogimiento de trigo.* Pol. *Zbieranie zyta.* Vng. *Gabona gyüjtés.* Angl. *A taking in of corne, a foraging.*] Cæsar 7. bell. Gall. Omnes nostras pabulationes, frumentationesque observabat. Liv. 1. bell. Maced. Quia ex tam propinquis stativis parum tuta frumentatio erat. ¶ Frumentatio etiam dicebatur distributio frumenti, quæ Romæ fiebat, ubi principes receperant curam publicæ annonæ. σιτομετρία. Suet. in Aug. Impetum se cepisse scribit, frumentationes publicas in perpetuum abolendi.

Frūmentātŏr, m. t. Qui frumentatum profectus est. [σιτολόγος. Gall. *Celuy qui va au fourrage de blé, qui fait provision de blé pour une commune fourrageur.* Ital. *Raccoglitore di frumento.* German. Einer der Korn zusamlen außgangen oder außgeschickt ist. Hispan. *El que va buscar aquellos panes.* Polon. *Ten ktory zbor. maczaj. to.* Vng. *Gabona gyüjtö.* Angl. *A forageour or pursue your of corne.*] Liv. 1. bell. Macedon. Improviso impetu Gallorum, cum frumentatoribus est circumventus.

Frūniscŏr, Vide FRVOR.

Fruŏr eris, d. t. fructum in supino, secundum Priscianum: sicut struo, structum. Cic. in Hortens. Et amœnitate summa fructus est. Nonnunquam etiam fruitum. Vlpian. l. Pomponius D. de usufruct. ear. ret. quæ usu consu. Licet proprietarius mihi pensionem solverit, tamen usumfructum amittit: quia non meo nomine, sed suo fructus est emptor. Est autem fruor potior fructu, voluptatemque capio. [... ἀπολαύω, καρπόομαι, νέμομαι. Gall. *Iouyr.* Ital. *Godere, fruire, usare.* Germ. Nutzen / niessen / brauchen. Belg. Ghenieten. Hispan. *Alcançar lo desseado, gozar del fructo.* Polon. *Pożywam.* Vngar. *Hasznát veszem, élek vele.* Ang. *To inioye, to tak the profite or pleasure of a thing.*] Terent. in Adelph. Agelli hic sub urbe est paululum, quod locitas foràs: huic demus, qui fruatur. Id est, unde fructum capiat, & alatur, non proprietate potiatur, inquit Donatus. Virgil 7. Æneid. Et varias audit voces, fruiturque Deorum Colloquio. Vbi Servius, Fruitur, pascitur: quod de rebus tantùm bonis dicitur. ¶ Cum accusativo, apud Plaut. in Asin. Argyrippus exorari spero poterit, ut sinat Sese alternas cum illo noctes hanc frui. ¶ Composita hujus verbi sunt, Defruor, & Perfruor, quæ significant in totum fruor, seu omnem fructum percipio.

Frūĭtūrŭs, participium, Cic. lib. 3. Tuscul. Zeno Stoicorum acutissimus contendere, & magna voce dicere solebat eum esse beatum, qui præsentibus voluptatibus frueretur, confideretq; sese fruiturum.

Fruendus,

Fruendus, a, um, Cicer. de Senect. Agro bene culto nihil potest esse nec usu uberius, nec spe ornatius, ad quem fruendum non modò non retardat, verùm etiam invitat atque allectat senectus.

Fretus, confisus, nitus fultus. [בטוח batuách, πεποιθώς, πεπεισμένος. Gall. Se confiant, asseuré, qui à fiance Ital. Confidato. German. Bertrawend / sich verlassend. Hispan. El que tiene confiança. Polon. Ten ktori sie na drugiego spuscil. Vngar. Bizuán. Ang. That trusteth, that hath confidence.] Nomen est, non participium: quum verbi originem non habeat. Nam à fruor non derivari diversitas significationis ostendit. Cicer. de Nat. deor. Fretus intelligentia vestra, dissero breviùs, quàm causa desiderat. Idem Appio: Fretus conscientia officii mei, benevolentiæque, hæc ad te scripsi liberiùs. Idem 1. de Invent. Tum ingenio freta malitia pervertere urbes, & vias hominum labefactare assueuit.

Fruiscor, eris, à fruor deducitur, eiusdemq; significationis est cu suo primitivo. [הוביל hobil שפה achaz, ἀπολαύομαι. Gall. Iouyr pa siblement, avoir à commandement. Ital. Godare, fruire usare. Germ. Niessen / ein Genuß haben. Belg. Ghenieten. Hispan. Alcançar lo dessea.do, gozar del fructo. Pol. Pozywam. Vngar. Elék vélé, ha gnát veszem. Ang. To inioye, to take the use of a thing.] Metellus ad Domitios: Illi verò omni jure & honestate interdicti, ego neque aqua, neq; igni careo, sed summa gloria fruiscor. Plaut. in Rud. accus. junxit. Hinc tu nisi malum, fruisci nihil potes. Vide Gell. lib. 17. cap. 1.

Fruniscor, eris, pro fruor, Cato posuit autore Festo: & frunitum dixit prudentem: hoc est, eum quo perfrui liceret: sicut è contrario infrunitum. [ἀνόητος, ἀπαιδευτος. Vngar. Elók, vé e.] Hermolaus insipientem, ac stolidum, qui nulli usui esset. Quanvis alii fronitum per o, legendum putent. Nam Græci φρόνιμον, prudentem dicunt: ἄφρονα verò dementem. Lucil. lib 18. Aequè fruniscor ego, ac tu. Cælius lib. 2. Domus suas quisq; ire jubet, & sua omnia frunisci. Nonius in Par. Eò quòd magnopere quæsierant, id frunisci non quærunt. Gellius citans hoc exemplum, fruisci legit. Quicquid id est, fruniscor, nisi fortè apud obsoletos illos non legitur.

Fructus, ctus, m. q. apud antiquos fructi, & fructuis, fruges, fœtus, partus, & translatè commodum, utilitas. [פרי peri תבואה tebuáh. καρπός. Gall. Fruit. Ital. Frutto. Ger. Frucht. Belg. Fruyt. Hisp. Fructo ò fructa. Polon. Pozitek, owoc. Vngar. Gyümölts. Ang. Fruite.] A fruendo, teste Varrone, quia fructibus fruimur. Cic Contr. Rull. Vt esset locus comparandis condendisq; fructibus. Varro: Quæro an fructus an delectationis causa vendatis. Cic. de Amic. Et amicos tanquam pecudes, eos potissimùm diligunt, ex quibus sperant se maximum fructum esse capturos. Idem pro Sext. Præsentes fructus negligamus: posteritati & gloriæ serviamus. ¶ Fructus etiam non rarò ponitur pro usufructu, & præsertim apud Iurisconsultos: quanquam & Cic. in hac significatione posuerit, De legib. Pecudes partim sunt ad usum, partim ad fructum procreatæ.

Fructifer, ra, rum. Quod fert fructum: hoc est, fœcundum & fertile [עשה פרי poréh, καρποφόρος. Gall. Qui porte fruit. Ital. Fruttifero, che produce frutti. Germ. Fruchttragend / fruchtbar Hisp. Cosa fructuosa. Polon. Vrodzainy. Vngar. Gyümölts termö, termöü. Angl. That beareth fruite fruitefull.] Plin. lib. 12. cap. 3. Quæ ex his incolarum numero esse cœpêre, dicentur interfructiferas.

Fructificus, a, um, idem quod fructuosus, qui facit fructum: hoc est, utilitatem præstat. [κάρπιμος, ὀνήσιμος. Vngar. Gyümölts ö; ö.]

Fructuarius, m. q. Dicitur cuius est fructus, vel qui fructum alicujus rei percipit. [בעל פרי po éh καρποῦχος. Gall. Fruictier, qui iouit du fruict Ital. Fru tuario, chi gode il frutto, usufruttuario. Germ. Der die Frucht und Nutzbarkeit einnimpt / nutzt. Hispan. Aquel à quien pertenece à quel fructu. Polon. Biorący vzitek, pozytecżny. Vngar. Gyümöls ö, az ki valaminek hasznát es gyümöltsét veszi. Ang. He that inioyeth the fruite, or taketh the profite of.]

Fructuarius, a, um, Quod fert fructum seu quod ad fructum pertinet. [פרתי porth. καρπώσιμος, ἀπόκαρπος, ἔγκαρπος. Gall. Fruitier, reserué pour porter fruict. Ital. Fruttuario. Germ. Fruchtbar / oder daß zu der Frucht dienet. Hispan. Cosa que trahe fructo. Polon. Do pozitku przinalezacy. Vngar. Gyümölts termö, gyümöltsben valo. Ang. That belongeth to fruit.] Colum. lib. 1. Pars autem fructuaria dividitur in cellam oleariam, torculariam, & cellam vinariam. Palladius: Decisis malè natis omnibus & veteribus, novellos, & fructuarios serves. Varr 2. de Re rust. cap 24. Parere tot oportet porcos, quot mammas habeat: si minùs pariat, fructuariam idoneam non esse. Agri fructuarii. Cælius Ciceroni lib. 8.

Fructuosus, a, um. Fœcundus, utilis, frugifer. [פרה po éh. πολύκαρπος. Gall. Fructueux, qui rend beaucoup de fruict Ital. Fruttuoso. German. Fruchtbar / das viel Frucht bringt. Hispan. Cosa que trahe fructo. Polon. Vrodzaicy, vzyteczny. Vngar. Gyümöltsös, hasznos. Ang. Very fruitefull, profitable.] Cic. 2. Tusc. Ager quamvis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest. Idem 1. de Finib. Eas ergo artes persequeretur: vivendi artem tantam, tamq; operosam, & perinde fructuosam relinqueret? Fructuosissima ars medicina: hoc est, utilissima, & haud parum fructus atque utilitatis afferens, Plin. lib. 29 cap. 1. Cic. 2. Offic. Est enim non modò liberale, paulùm nonnunquam de jure suo decedere, sed interdum etiam fructuosum.

Frustrà, adverb. incassum, nequicquam. [חנם chinnám, ἀλλως, μάτην. Gall. En vain, pour neant. Ital. In vano. Germ. Vmbsunst / vergebentlich. Belg. Bergheefs. Hisp. En vano. Pol. Prożno, nadaremno. Vngar. Hiaba. Angl. In vaine, to no effect or purpose.] Cic. de Senect. Neme vixisse pœnitet: quando ita vixi, ut non frustra me natum existimem. Terent. in Adelph. Nemo dabit, frustra egomet mecum has rationes deputo. Frustra esse dicitur, quod exitum separatum non habet, quodq; non ex sententia evenit. Salust. Cujus neque consilium ullum, neq; inceptum frustra erat. Idem: Ea res frustra erat: id est, expectationem frustrata est. Plaut. in Amph. Hi jam ambo, & servus, & hera frustra sunt duo: hoc est, uterq; fallitur. ¶ Frustra habere aliquem, pro decipere & circumvenire. Plaut. in Amph. Is advenientis servum & dominum frustra habet.

Frustro, as, act. p. Decipio, fallo. [רמה chizzé: פתה pittáh רמה rimmah. ψεύδομαι, ἐξαπατάω. Gall. Frustrer, abuser & deceuoir. Ital. Ingannare, defraudare. German. Betriegen. Hispan. Faltar en lo prometido, engannar. Polon. Oszukuie, zdradzam. Vngar. Meg tsalom. Ang. To deceive, to doe in vaine.] Cæsar: Non frustrabo vos milites. Invenitur etiam in eadem significatione frustror, verbum commune, secundum Priscianum. Plaut. in Amph. Nescio quis præstigiator hanc frustratur mulierem. ¶ Passivo usus est Plin de vir illustr. Et quum ad tertium ab urbe lapidem castra posuisset, tempestatibus repulsus, primùm à Fabio Maximo frustratus, deinde à Valerio Flacco repulsus, &c. Sic etiam Fenestella: Frustratus igitur, à spe dejectus, in castra se recepit. ¶ Frustrari item est frustra facere. ματαιόω, ματᾶν. Col. lib. 1. cap. 1. Sæpè magnam dominis afferunt jacturam, quum imprudenter facta opera frustrantur expensas. Idem in Præfat. lib. 1. Siderum ortus & occasus memoria repetat, ne imbribus ventisq; imminentibus opera inchoet, laboremq; frustretur: id est, frustra faciat laborem.

Frustratio, onis, f. t. Deceptio. [עכבה achzáb רמיה remijjáh, ἀπάτη. Gall. Abus, ab sement, frustration. Ital. Il defraudare, inganno. Ger. Betriegung. Hisp. Engaño, obra de engannar. Pol. Oszukanie. Vng. Megtsalás. Ang. A beguiling, a deceiving.] Planc. ad Cic. lib 10. Tantò majorem his frustratio dolorem attulit. Colum. lib. 11. cap 1. Nec supplicium grandius, quàm frustrationem cupiditatis exist met.

Frustrator, m. t. ἀπατεών, deceptor, impostor, fraudulentus. [Pol. Oszukawacz. Vng. Tsalárd, tsalo.] D. de negot. gestis. l. 31. litem in judicium deductam, & à reo desertam frustratoria amicus ultrò egit.

Frustum, sti, n. f. Rei cujusq; particula: sic dictum (ut quibusdam placet) à frangendo. [פת path נתח nethach. τμῆμα, ἀπόκομμα, κλάσμα. Gall. Vne piece, morceau, lopin. Ital. Pezzo, particella. German. & Belg. Ein stuck Hispan. El pedaço, parte dele entero. Polon. Sztuka, kabal, kes. Vngar. Darab, falat. Ang. A peece or morsell, a gobbet.] Virg. 1. Aen Pars in frustra secant. Cato: Frusto panis conduci potest vel uti taceat, vel uti loquatur.

Frustulum, li, n. f. diminutiv. apud Plautum, à frustum: à quo frustillum [τμημάτιον. Gall. Petite piece, morcelet, lopinet. Ital. Vn pezzetto. German. Ein Stücklin. Belg. Stucken. Hispan. Pedacuelo. Pol. Kesik. Vngar. Darabotska. Ang. A litle peece.]

Frustatim, adverb. Per frusta. [κατὰ τμήματα. Gall. Par pieces & morceaux, par lopins. Ital. In pezzi. Germ. Stuckweiß / ein stuck nach dem andern. Belg. In stucken. Hispan. Pedaço à pedaço, ò à pedaços. Polon. Po sztuce. Vngar. Darabonkent. Ang. By peeces.] Plin. lib. 20. cap. 9. Coquitur pluribus modis in olla, quæ conjiciatur in clibanum aut furnum, vel adipe aut luto illita, aut frustatim in patinis.

Frustillatim, per frustilla. [κατὰ λεπτά, κατὰ μέρη. Gall. Par morcelets, par petites pieces. Ital. In pezzi piccioli. German. Stücklechtig. Hispan. Pedaçuello à Pedaçuello. Polon. Pokaszku. Vngar. Darabonkent. Angl. By litle peeces or morselles.] Plaut. in Curcul. Iam ego faciam, ut hic formicæ te frustillatim differant.

Frustulentus, ta, tum, Plenus frustis. [ψωμώδης, ψωμῶν ἔμπλεως. Gall. Plein & farci de morceaux. Ital. Pieno di pezzi. Germ. Voll stuck. Hisp. Cosa llena de partes ò pedaços. Pol. Kaskow pelny. Vngar. Darabos. Ang. Full of peeces or gobettes.] Plaut. in Curc. Vin aquam? C. Si frustulenta est, da obsecro, herclè absorbeam.

Frutex, ticis, m. t. teste Varro libro 4. Dicitur qui ad justam magnitudinem arboris non assurgit, & statura similis est multis herbis, sed non demoritur, neque arescit ut herba, sed perennis est. [שיח siach. θάμνος. Gall. Arbrisseau, arbrisseau. Ital. Arboscello. German. Ein staud. Belg. Sprüyte. Hispan. La mata arbol baxo Polon. Choinka, krzak. Vngar. Köró tsemete. Ang. A shrubbe.] Plin. lib 16. cap. 36. Inter ea quæ frigis gaudent, & aquaticos frutices dicere convenit: principatum in his tenebunt arundines. Idem lib. 14. cap. 16. Ex fruticum verò genere cedri utriusq; cupressi, lauri, juniperi, pini, pyri, terebynthi, calami, lentisci. Dictus frutex, ut quibusdam videtur, à frutiscendo: hoc est, pullulando, quòd succisus semper suppullulet. Quanquam verisimilius est Frutico verbum à frutice derivari. ¶ Aliquando ponitur pro stirpe. Sueton. in Vesp. Singulos repentè ramos à frutice dedit.

Frutetum, ti, n. f. seu fruticetum, etiam frutectum, ut in vetustis quibusdam codicibus legitur. Locus fruticibus abundans. [θαμνών, θαμνώδης τόπος, λόχμωδες. Gall. Lieu où il croist force arbrisseaux. Ital. Luo co piano assi di piu arbuscelli. German. Ein gesteud / ein ort

ein ort da viel Stauden wachsen. Hispan. *La brena y malezas* Pol. *Miejsce gęste chrosty mieysce.* Vng. *Köros, tjemes hely.* Angl. *A place where many shrubbes grow.*] Plin. lib. 18: Frutata igni o, timè tolluntur. Col lib. 6. c. 22 Nam meliùs nemoribus herbidis, & frutatis, & carectis, quàm lapidosis locis durantur ungulæ: Horat. 3. Carm. Ode 12: Celer arcto latitantem fruticeto excipere aprum.

Frūtētōsŭs, sive fructetosus, locus fruticibus abundans. [*Θαμνώδης*. Gall. *Plein d' arbrisseaux.* Ital. *Pieno d' arbuscelli.* German. Staudechtig/voll gestreud. Hispan. *Cosa llena de matas.* Pol. *Pełny chrosty, krzakow.* Vng. *Köros tjemesés.* Angl. *Full of shrubbes.*] Plin. lib. 19. c. 1: Siccis hæc & sabulosis locis, frutetosisq; nascuntur. Col. l. 2 c. 2: Nemorosi, frutetosiq; tractus duplex cura est.

Frūtĭco, as, pen. cor n. p. Pullulo, & quasi frutices emitto. [צמח *tsamách.* *Θαμνίζω* Gal. *Ietter ou produire rejettons & petites branches.* Ital. *Germogliare, pullulare.* Germ. Herfür sprossen mit viel schossen. als ein staud. Belg. Wtspruyten. Hisp. *Brotar el pimpollo.* Pol. *Pek y puszczam.* Vng. *Kórozom, tjeme sesmidik.* Angl. *To bring forth shootes or shrubbes*] Plin. lib. 17: Quod supra terram est, è matre radi jubetur ne fruticet. Col lib. 5: Potest annicula præcidi ad semissem super duos pedes, ut è trunco fruticet.

Frūtĭcātĭo, in arboribus dicitur, quum multos ramos fruticantes producunt. [*Θαμνῶν βλάστησις, θάμνωσις.* Gal. *Production de rejettons & petites branches ou germes.* Ital. *Inpullulare ò germogliare.* Germ. Herfür sprossung der Bäum in viel schoß oder äst. Hisp. *Obra de brotar el pimpollo.* Pol. *Rozkrzewianie.* Vngar. *Tjemösézeb hórózás.* Ang. *A bringing forth of shrubbes, a springing in stalkes.*] Plin. lib. 17. cap. 1: Ita enim appellatur in ipsis arboribus fruticatio inutilis.

Frūtĭcŏr, aris, d. p. surculos emitto, revivesco. [צמח *tsamách.* Ang. *To spring in stalkes.*] Cic. ad Att. Excisa est enim arbor, non evulsa: itaque quàm fruticetur, vides.

Frūtĭcēscĕre, n, p. Est frutices emittere. [צמח *tsamách.* *Θαμνοῦσθαι.* Gall. *Ietter & produire force rejettons & arbrisseaux.* Ital. *Pullulare à germogliare.* German. Zu gestrud werden Hispan. *Brotar el pimpollo.* Po. *Krzakam y porastacz* Vng. *Tjemöséb widok.* Ang. *To spring and waxe to a stalke.*] Plin. lib. 17. cap. 27: Vitis tantum tonsuram annuam quærit: alternam myrtus, punicæ, oleæ, quia celeriter fruticescunt.

Frūtĭcōsŭs, a, um, Quod longè lateque fruticat, & multos habet fruticantes ramos. [צמח *tsoméach.* *Θαμνώδης.* Gal. *Qui iette & produit force jettons & jergeons.* Ital. *Che germoglia verghe & ramicelli.* Germ. Staudechtig Hispan. *Que echa matas, y que brota mucho.* Pol. *Krzewisty.* Vng. *Tjembies ágas bogas.* Angl. *That waxeth greatly to a stalke and bringeth forth shootes or shrubbes.*] Plin. lib 12. c. 4: Duo genera ejus: rarum id quod melius, arboreum, alterum fruticosum Idem lib. 20. c. 13: Lactoria sativæ folia, rami fruticosiores: hoc ait, foliis ac surculis abundantiores.

Frūx. nominativus est antiquus, à quo in usu manserunt obliqui frugis, frugem, &c. [*Καρπός.* Vng. *Gabona.*] Ausonius in Monosyllabis: Antè equidem campis, quà spicea suppeteret frux. Vide FRUGES.

F ante V.

F.V.C In notis antiquorum, fraudisve causa. FUNC. functus.

Fŭăt, Dixerunt antiqui pro sit, vel fuerit, ab antiquo verbo Fuo, quo utebantur loco verbi substantivi sum. unde adhuc remansit præteritum fui. Virgil. 10. Aen. Tros Rutulúsve fuat, nullo discrimine habebo. Plaut. in Amph. Nec quisquam tàm audax fuat homo. qui obviam obsistat mihi.

Fūcŭs, fuci, m. f. Genus est insecti. apis similitudine; sed majori corpore, quod non mellificat, neque operam aliquam præbet in faciundo opere, nisi quod fovendos fœtus concalefaciendo adjuvat: & consumit alimenta quæ apes congesserunt. [*Κηφήν.* Gall. *Vne sorte de mousche appellee bourdon.* Ital. *Ape che non fa melle.* Germ. Ein hummel oder tren. Belg. Een hommel/hommel. Hispan. *El zangano de la colmena.* Pol. *Trąd.* Vng. *Here.* Ang. *A dorre or drone bee.*] Vnde etiam non invenustè transfertur ad homines ignavos; qui quum nihil egregium per se præstare possint, alienis tamen laboribus insidiantur, falcemque in messem injiciunt, cujus ipsi sementem non fecerint. Fucorum naturam eleganter exprimit Plin. lib. 11. ca. 11: Fuci, *inquit*, sunt sine aculeo, imperfectæ apes, novissimeque à fessis & jam emeritis inchoatæ, serotinus fœtus, & quasi servitia verarum apum: quamobrem imperant iis, primosque in opera expellunt, tardantes sine clementia puniunt. ¶ Dictus fucus, ut nonnulli putant, quasi fur, quòd furtim mella devoret: quanquam verisimilius est fucum dictum, quòd apib. fucum faciat & prætextu calefaciendi alvei, illorum mellificia absumat. Sunt qui à verbo Græco *φαγεῖν* deduci putant, quòd apum mellificia absumat. ¶ Fucus marinus, herba est quæ & alga marina dicitur Plin. lib. 26. ca. 10: Præcipuè verò liberat eo malo *Φῦκος θαλάσσιον*: id est, fucus marinus, lactucæ similis, qui conchyliis substernitur: id est marina alga. Tria autem ejus sunt genera: latum. & alterum longius, quadamtenus rubens: tertium crispis foliis quo in Creta vestes tinguntur, omnia ejusdem usus. ¶ Accipitur etiam fucus pro pigmento, & ornatu peregrino, quem fœminæ adhibere solent, ut candidæ videantur. Plaut. in Capt. Vetulæ, edentulæ: quæ vitia corporis fuco occultant: Vbi sese sudor cum unguentis consociavit, illicò itidem olant, quasi quum unà multa jura confundit coquus Tibullus: Quid fuco splendente comas ornare; quid ungues Artificis docta subsecuisse manu? ¶ Per translationem sumitur pro fraude, astutia, sive insidiis in quib. veritas occultatur. [פוך *pukh.* *Φενακισμός.* Gall. *Fard, tromperie couverte.* Ital. *Inganno, fraude coperta.* Germ. Ein heimlicher betrug. Hispan. *El afeyte enganoso para el engaño.* Polon. *Zdrada.* Vng. *Tjalarság* Angl. *A lie or false coloured tale peyning that beomen vse.*] Vnde facere fucum, idem est quod decipere. Qu. Cic. de petit. Consul. Iam illud teneto diligenter, si eum qui tibi promiserit: fucum, ut dicitur, facere velle senseris: ut te id audisse, aut scire dissimulas. Terent. in Eunuch. Deum sese in hominem convertisse, atque per alienas tegulas Venisse clanculum per impluvium, fucum factum mulieri. ¶ Sine fuco, idem est quod simpliciter, & sine fraude. Cic. de Clar. Orat. In his omnibus inest quidam sine fuco ullo veritatis color. Idem lib. 1. de Orator. Sententiæ veræ sine pigmentis, fucoque puerili. ¶ Fucus pro medicamine uve sanie purpuræ. Plin. lib. 9. cap. 38: Buccinum per se damnatur, quoniam fucum remittit.

Fūco, cas, act. p. Fuco depingo, fucum rei alicui induco. [כחל *chachál.* *Φυκόω, ψιμμυθιόω, ἐγχρωτίζω.* Gall. *Farder, teindre & couleur, couvrir la couleur naifue d' vne autre.* Ital. *Colorare, imbellettare.* German. Färben/ein Farb anstreichen. Hispan. *Afeytar para engañar.* Pol. *Falszuie, farbuie dla oszukania.* Vng. *Meg festöm meg kendözöm.* Angl. *To laye on a coulour, to counterfait.*] Vnde fucatæ mulieres dicuntur, quæ medicamentis quibusdam colorantur & vitia corporis inductis coloribus tegunt. Virgil. li. 2. Georg. Alba neque Assyrio fucatur lana veneno. Cicer. 1. de Natura deor. Quæ etiamsi essent, quæ nulla sunt pellata se ipsa & agitari inter se, concursu fortasse possent · formare. fucare, colorare, animare non possent. Cic. de Clar. Orat. In qua naturalis inesset, non fucatus nitor. ¶ Per translationem accipitur, pro ficto & simulato. Cic. in Lælio: Secerni autem blandus amicus à vero, & internosci tàm potest. adhibita diligentia, quàm omnia fucata & simulata à synceris atq; veris.

Fūcōsŭs, adjectivum, Fucatus, fuco tectus [כחול *chachúl.* *Φυκώδης, ἀπατηλός.* Gal. *Farde, feint, desguisé.* Ital. *Dipinto.* German. Geschmückt/mit einer Farb angestrichen. Hisp. *Cosa llena de afeytes enganosa, colorado.* Pol. *Falszowany, farowany.* Vngar. *Festött, kent.* Ang. *Coloured, peinted, disguised.*] Cicero pro Rabir. Posth. auditæ visæque merces, fallaces quidem & fucosæ, chartis & linteis & vitro delatæ. ¶ Fucosæ amicitiæ, ambitiosæ, ac specie splendidæ. Cic. ad Attic. lib 1: Nam illæ ambitiosæ nostræ fucosæque amicitiæ sunt in quodam splendore forensi, fructum domesticum non habent.

Fŭgă. fugæ, Vide FUGIO.

Fŭgax. Vide FUGIO.

Fŭgio. gis, fugi, fugitum, act. t. Cum cursu & celeritate discedo. in fugam me do, in fugam me conjicio, vito, declino. [נס *nas* ברח *barach.* *Φεύγω.* Gal. *Fuir* Ital. *Fuggire* German. Fliehen. Belg. Vlien. Hisp. *Huir.* Pol. *Vciekam* Vngar. *Futok.* Ang. *To flee, to runne away.*] Et modò absolutè ponitur. Plaut. in Amph. Nam quum pugnabant illi maximè, ego fugiebam maximè. Virgil. 3. Aeneid. Tendunt vela Noti, fugimus spumantibus undis. Plautus, Remigio. veloque quantum potes festina & fuge. Modò transitivè cum accusativo. Virgil. 1. Eclog. Nos patriam fugimus. Cic. pro lege Agrar. Nec quorum oculos offendebat, eorum ipsorum conspectum fugere ausus est. Cicer. de Amic. Quinetiam si quis asperitate ea est, & immanitate naturæ, ut congressus & societatem hominum fugiat, atque oderit. ¶ Ponitur aliquando pro latere in tertia tantummodò persona, *λανθάνει καὶ διαφεύγει τὴν μνήμην.* Cic. lib. 1. Tuscul. Nisi quæ me fortè fugiunt, hæ sunt ferè omnium de animo sententiæ. ¶ Aliquando pro cedere. Plin. lib. 37: Factitiæ gemmæ scarificationis candicantiam fugiunt: hoc est, factitiæ gemmæ ad impressionem scarificantis cedunt: quod gemmarii etiam hodie appellant *fugere.* Hinc ortum ut vinum quod annis cadit: hoc est, ætatem ferre non potest, fugere dicatur: & vinum fugiens, quod jam ætati cadit, neque diutiùs servari potest. *ἐξιστάμενος οἶνος*, & *ἐξίτηλος.* Fugientes etiam literæ dicuntur exolescentes, quæ vetustati cedunt, quasi diffluentes, dilabentesque, *ἐξίτηλα γράμματα.* quod fit etiam quum membranæ præpingues literas non retinent Budæus. Fugiens laboris. Cæsar. lib. 3 bell. Civilis: Nemo erat adeò tardus, aut fugiens laboris, quin, &c ¶ Huius composita sunt Aufugio, abio fugio: quod ex ab & fugio componitur b, in u mutata, ut fieret vox pronuntiatu, auditúque lenior, *ἀποφεύγω, ἀποδιδράσκω.* ¶ Confugio, simul fugio, *συμφεύγω.* ¶ Defugio. Diffugio, de quibus alibi. ¶ Effugio, extra fugio, discedo, devito, *ἐκφεύγω.* ¶ Effugium, & Effugia, giæ, sicut lana & lanitium. ¶ Perfugio, quod est auxilii gratia ad aliquem fugio, *προσφεύγω.* unde perfugium, *καταφυγή.* Perfuga, qui ad hostes transit & perfugit. ¶ Refugio, retrò fugio, *ἀναφεύγω.* ¶ Accipitur etiam refugera pro confugere: unde refugium. ¶ Per translationem ponitur pro devitare, recusare, & odio habere, *ἀποδιδράσκω.* Lactan. lib. 6: Illos qui aut voluptates, aut divitias non refugiunt, ab hac publica & celebri via modicè segregat. Colum lib. 4. Idque adeò plurimi dubitant, ut multi refugiant & reformident talem positionem ruris. Profugio, longè fugio, *ἀποφεύγω.* à quo profugus. ¶ Subterfugio, secretò fugio vel evito. *Διαδιδράσκω.* Cic. pro Lælio: Qui volunt pœnam aliquam subterfugere aut calamitatem, eo solum vertunt. ¶ Suffugio, latenter fugio, *ὑποφεύγω.* Sueton. pro retrofugio in Tiberio posuit,

dicens: Adulationes adeò aversatus est, ut neminem Senatorum ad lecticam suam admiserit: consularem verò satisfacientem sibi, ac per genua orare conantem ita suffugeret, ut caderet supinus. ¶ Transfugio, transeundo fugio ab uno ad alium locum, αὐτομολεῖν. Vnde transfuga, qui ad hostes fugit. Livius lib. 1: Sextus filius ejus, qui minimus ex tribu erat, transfugit ex composito Gabios. Salust. in Cic. Modò harum, modò illarum partium levissime transfuga. Habent autem hæc omnia *fu* syllabam in præsenti correptam.

Fŭgiens, pro Reo in libris Iurisconsultorum ponitur, Græca consuetudine, qui φεύγοντα vocant τὸν ἀπολογούμενον, accusatum & reum. Iustinian. in lib. 2. C. de juramen. calumn. Non aliter neque actorem neq; fugientem in primo exordio litis, exercere certamina. Item paulò pòst: Minimè pati tale sacramentum remitti, sed commodo hoc & ab actore & à fugiente exigi. Hotomanus.

Fŭgĭto, as, penult. corr. n. p. Fugio vito, declino. [נס *nas* ברח *barách*. δραπετεύειν, φυγαδεύειν. Gall. *Fuir souvent, refuir, refuyer.* Ital. *Schiffare, fuggire in diverse parti.* German. Fliehen eins fliehens/hin vnd her fliehen. Hisp. *Huir en diversas partes, e quitar.* Polon. *Vciekaiac wierce sie.* Vng. *Futosok.* Angl. *To vse to flie or runne away.*] Plaut. in Asin. Herum nosmet fugitare censes? Terent. in Eunuch. Fugitando fugi, ne quis me cognosceret. Apul. Huc atq; illuc fugitando, ad stabulum tandem perveni.

Fŭgĭtans, particip. studiosè fugiens. [Vngar. *Fugitoso.*] quo usus est Terent. in Phorm. Herus meus (*inquit ibi Geta*) liberalis est, & fugitans litium φυγόδικος.

Fŭgĭtŏr. verbal m. t. Pro eo qui fugit. [נס *nas* בורח *boreach* בריח *bariach.* φυγάς, φυκτικός. Gall. *Fuyeur, fuyart, coureur.* Ital. *Che fugge o corre.* German. Ein Flieher. Hisp. *El que huye ò corre.* Polon. *Vciekác.* Vng. *Futo.* Angl. *He that runneth away.*] Plaut. in Trinummo: Credo aerem fugitorem fore.

Fŭgă, gæ, f. p. Ipse fugiendi actus. [מנוס *manós* מנוסה *menusáh.* ἀπόδρασις: ἀναφυγή. Gall. *Fuite, exil, bannissement.* Ital. *Fuga.* Ger. Ein flucht. Hispan. *La huida ò corrida ligera.* Pol. *Vciecżenie.* Vng. *Fu as.* Ang. *Flight, a running away.*] Virgil. 3. Aeneid. - longúmque fugæ ne linque laborem. Idem 4. Aeneid. Frondentesq; ferant ramos, & robora sylvis Infabricata fugæ studio. ¶ Aliquando celeritas. Virgil. 11. Aeneid. - dimitte fugam & te cominus æquo Mecum crede solo. Quo in loco Servius *fugam* pro celeritate interpretatur. Idem fugam pro cursu posuit: - vel qualis equos Threissa fatigat Harpalice, volucremque fuga prævertitur Hebrum. Et Quintilianus navigationem dixit fugam, & naves fugientes, quæ velocem faciunt cursum. ¶ Aliquando fuga dicitur impetus, autor est Nonius, citans illud Virgilii: Ille volat, simul arva fuga simul æquora verrit. ¶ A fuga, sive à fugiendo, fiunt composita Perfuga, transfuga, lucifuga, noctifuga, solifuga, lucrifuga: quæ omnia exponuntur per participium fugiens: ut, Perfugiens, transfugiens, lucem fugiens, & sic de cæteris.

Fŭgālĭă, [Polon. *Vciek*] August. lib. 2. de Civitate Dei cap. 6: Nec ubi fugalia celebrarentur, effusa omni licentia turpitudinum, & verè fugalia, sed pudoris & honestatis. Vives ibidem: Fugalia vel fugialia à fugia dea Romana, quæ fit lætitiæ dea à fugatis hostibus nuncupata. de qua Varro in 5. de lingua Latina.

Fŭgax, acis. om. t. Qui facilè fugit [בריח *bariach* φυγαδικός. Gall. *Fuyant, qui s'en fuit volontiers.* Ital. *Fugace, legiere.* Germ. Flüchtig/ das gern flucht. Belg. Vluchtich. Hispan. *Lo que mucho huye ò corre.* Polon. *Zbieg.* Vng. *Futhato, kinnyen futo.* Angl. *That flieth lightly, ready to flie for feare.*] Hujusmodi enim verbalia in ax, habitum important actus per verbum significati: ut edax & bibax. Virgil. 10. Aen. - si fortè fugacem Conspexit capream. Plin. lib. 10. ca. 52: Tribuit hoc avium generi natura, ut fœcundiores essent fugaces earum quàm fortes. ¶ Invenitur tamen aliquando positum pro fugiens. Virg. lib. 11: conversisque fugax aufertur habenis. ¶ Apud eundem lib. 10, etiam legitur pro veloci: - prolem Dolicaonis Hebrum Sternit humi, cum quo Latagum, Palmumque fugacem. Quo in loco Servius interpretatur fugacem pro celeri & veloci. ¶ Accipitur etiam fugax pro non durabili, aut quod citò præterit. Sic Horat. libr. 2. Carm. vocat annos fugaces, quòd citò elabantur. Sic etiam Plin. mala Persica vocat fugacia, quòd durabilia non sint, decerptaque facillimè corrumpantur. Sic enim ait lib. 15. cap. 12: Pretiumq; singulis jam triceni numi fuerunt: nullius majore: quod miremur, quia non aliud fugacius. Longissima namque decerpto bidui mora est, cogitq; se venundari.

Fŭgācissĭmus, Superlativus. [Pol. *Ten ktory rad vciska.* Vngar. *Igen futhato, io futo.*] Senec. Epist. 75: Ipsa enim fœlicitas se nisi temperat, premit, si fugacissimis bonis credidit.

Fŭgācĭtās, tis, f. t. quod modò significat inclinationem ad fugam modò instabilitatem & brevitatem alicujus rei: ut, fugacitas temporis, fugacitas ætatis. [Polon. *Zniezenie.* Vng *Futasra valo hajlandosag, alhatatlansag.*]

Fŭgĭtīvus, a, um. Qui aufugit. [בריח *bariach* נס *nas.* δραπέτης. Gal. *Fugitif qui se passe eg cremens.* Ital. *Fuggitivo.* German. Flüchtig/ der entlaufft oder feldflüchtig wirdt. Hispan. *cosa que tiene costumbre de huyr.* Pol. *Ten ktory zwykł vciekac.* Vngar. *El futo, szökö, bujdoso.* Ang. *Fugitiue, not abyding gladly running away.*] Vnde fugitivus servus dicitur, qui à domino ea mente recedit ut ad eum redeat, etiamsi mutato consilio ad eum revertatur: quive extra domini domum fuge causa, ut se à domino celaret, mansit. Item qui eò se confert, unde eum dominus recuperare non possit, aut abducere. Qui autem incendium, ruinam, hostem, aut præceptorem, cui in disciplinam traditus erat, quia immoderate eo utebatur, aufugit, non fugitivus dicendus est. Plaut. in Menæch. Homines captivos qui catenis vinciunt: Et qui fugitivis servis indunt compedes. Idem in Capt. Apage, haud nos deceat fugitivos imitari. Fugitivum argentum, Terentius in Heauton. Fugitivus lapis, Plin. libro 36. cap. 15. Fugitiva gaudia: hoc est, fugacia, quæque citò evanescunt, & abeunt, ac parùm durant. Martialis libro 7: Vive velut rapto, fugitivaque gaudia carpe. Idem lib. 1: Gaudia non remeant, sed fugitiva volant.

Fŭgĭtīvārĭŭs, apud antiquos fugitivorum servorum reductor: qui eam operam profitebatur, ut fugitivos investigatos reduceret. [φυγαδοθήρας. Gall. *Qui faisoit estat mestier de cercher les serfs fugitifs, & les ramenoit à leurs maistres.* Ital. *Chi va cercando i servi fuggitivi, & gli riconduce à i padroni.* Germ. Der die flüchtigen oder entloffenen Knecht sucht / vnd sie den Herren wieder bringt. Hisp. *El que buscaba los siervos huydos.* Pol. *Ten ktor zbiegi znaiduie, y do wlasnego pana przywodzi.* Vngar. *Szökö, ki a szolgának haza hozoia.* Ang. *That bringeth againe fugitiue seruandes.*] In Pandectis in l. Si apud te Præscript. verb. Non enim ambo pecuniam ego & fugitivarius deposuimus. Varro hoc verbo metaphoricos quodammodo usus est, quum inquit libro 3. cap. 14: Idoneus sub dio sumendus est locus cochlearis, quem totum circum aqua claudas, ne quas ibi posueris ad partum, non liberos earum, sed ipsas quæras: aqua inquam cludenda, ne fugitivarius sit parandus: id est, ne si locus fugæ pateat cochleis, cogaris postea tanquam fugitivos servos, sic cochleas fugitivas persequi, & uti ministerio reprehensorum. Budæus in Annotationibus.

Fŭgo, as, act. p. In fugam converto, pello, propulso. [הבריח *hibriach* הניס *henis* τρέπω, φυγαδεύω. Gal. *Chasser mettre en fuite.* Ital. *Fugare, mettere in fuga.* Germ. Flüchtig machen/in die flucht bringen. Belg. Verdryven/ wechiagen. Hispan. *Ahuyentar ò hazer huyr.* Pol. *Zapedzam vganiam.* Vng. *El futtatom, el üzöm.* Ang. *To chase away, to put to flight.*] Plaut. in Amph. - ibi nunc meus pater Memorat, legionem hostium ut fugaverit. Plin. lib. 11. cap. 53: Vultures unguento qui fugantur, alios appetunt odores. Lact. lib. 1. Saturnus quum fugatus esset à filio.

Fŭgātūrŭs, a, um, Part. fut. temp. Ovid. epist. 17: Iamque fugatura Tithoni conjuge noctem Prævius Auroræ lucifer ortus erat.

Fulcio, is, si, tum act. q. Munio, sustento, fortifico. [סמך *samach* סעד *sadath* ἐρείδω, στηρίζω. Gall. *Appuyer, estayer, soustenir.* Ital. *Sostentare, fortificare.* Germ. Vnderstützen/ vndersetzen/ bevestigen. Belg. Ondersetten/ bevestigen. Hispan. *sostener, afirmar, fortificar.* Po. *Podpieram, wmacniam, podsadzam.* Vngar. *Meg tamaztom.* Ang. *To propre, to vnderset and make fast.*] Iuvenal. Sat. 3: Nos urbem colimus tenui tibicine fultam. Marc. lib. 8: Fulcitur testa fagina mensa mihi. Cic. 4. Acad. Sed quid eos colligam quum habeam Chrysippum qui fulcire putatur porticum Stoicorum? Idem post red. in Senatum. Horum consulum ruinas, vos consules vestra virtute fulsistis. ¶ Hujus compositum est Suffulcio, ὑποστηρίζω. Varro, ut majoribus perticis suffultæ vites, auras nos pertimescant. 103.

Fulcīmentum, ti, n. s. Quod aliquid fulcit & sustinet. [מסעד *mishad* משען *mishan.* ἔρεισμα, στήριγμα. Gal. *appuy, estaye, soustenement.* Ital. *Sostegno, sostenemento.* Germ. Ein Vndersatz/ auffenthalt. Belg. Eenen stutt/ ondersettinge. Hispan. *Sustentamiento.* Pol. *Podpora.* Vngar. *Támasz.* Ang. *A proppe, a shore.*] Plaut. in Trinum. Quid ego nunc agam, nisi in sarcinam Constringam, & clypeum ad dorsum accommodem, fulcimenta, jubeam suppingi soccos.

Fultūră, ræ, f. p. Sustentatio. [מסעד *mishad* משען *mischán* ἔρεισμα, στήριγμα. Gall. *Soustien, appuy, estayement.* Ital. *Sostentamento, sostegno.* German. Vnderstützung/ auffenthaltung. Hisp. *Sustentamiento.* Pol. *Podeprzenie, podparcie.* Vng. *Támasz.* Angl. *An holding vp, a propping.*] Plin. lib. 63 cap. 15: Cyzici & buleuterion vocant ædificium amplum sine ferreo clavo ita disposita contignatione, ut eximantur trabes sine fulturis, ac reponantur. Plin. in Epistol. Nam fulturæ ad substructiones, quibus subinde suscipitur, non tàm firmæ mihi, quàm sumptuosæ videntur. Colum. lib. 1. cap. 5: Sed & pro fultura & substructione fungentur adversus, &c.

Fulctio, onis, f. t. [Pol. *Wesprzenie.* Vng. *Támasz.*] Corn. Fronto de Nominum verborumque differ. Fulcio cum fit, fultura cum facta est.

Fulcrum, cri. n. s. Quo lectus sustinetur, à fulciendo dictũ. [מסעד *mishadi* משען *mischán* ἐνήλατα Gal. *Soustenement, le bois...* Ital. *Sostentamento, piedi che sostentano le lettiere.* Germ. Ein stütz/ ein bettstoll. Belg. Lage vande Bedstede. Hispan. *El pie de la cama.* Pol. *Slupi logne, pod pory.* Vng. *Támasz.* Angl. *A proppe or shore, a bed steddr.*] Virg. 6. Aen. - fulgent genialib. altis Aurea fulcra toris. Gel. lib. 20. cap. 15: Neq; apud ejus lecti fulcrum capsam cum strue aut ferro oportet. Suet. in Claudio: Adhibebat omni cœnæ & liberos suos cum pueris, puellisque nobilibus, qui more veteri, ad fulcra lectorum sedentes vescerentur.

Fulgĕo, ges, si, sum, n. t. à φλὸξ deducitur, quod apud Græcos flammam significat, splendeo, fulguro. [נגה *nagáh* בהל *behel.* ... λάμπω]

στιλβειν. Gall. *Reluire, resplendir.* Ital. *Risplendere.* Germ. Schei-nen/gleissen. Belg. Schijnen/blincken. Hisp. *resplandecer.* Pol. *Lsnie sie, swiece sie.* Vngar. *Fénlöm, ven diklöm, fillamlom, villamom.* Ang. *To glitter or shyne.*] Lucan. lib. 10. Fulget gemma toris, & jaspide vulva supellex. Cic. in Catil. Qui nitent unguentis, qui fulgent purpura. Liv. 2. ab Vrbe: Vt primò statim concursu increpuêre arma, micantesque fulsêre gladii, horror ingens spectantes perstringit. ¶ Accipitur etiam fulgere pro fulgurare. Cic. 2. de Nat. deor. Hunc etiam augures nostri, quum dicunt, Iove fulgente, tonante: dicunt etiam Cœlo fulgente, tonante. Idem in Vatin. Iove fulgente, cum populo agi nefas esse. ¶ Fulgere, pro ferire prisci dicebant, auctore Festo Pompeio: unde fulgur dictum est. ¶ Hujus composita sunt Affulgeo, alluceo, ἐπιλάμπω. Liv. Et navium speciem de cœlo affulsisse. Confulgeo, simul totus fulgeo. Plaut. in Amphytr. Ardere censui, ædes ita tum confulgebant. ¶ Effulgeo, splendorem emitto. ἐκλάμπω. Præfulgeo, vid. suo loco. ¶ Refulgeo, splendorem reddo. Persius in Præfat. sui Poëm. Quòd si, dolosi spes refulserit nummi, Corvos Poëtas &c.

Fulgetrum, tri, n. s. fulgur: hoc est, lux illa, seu vibratio luminis, quæ ante cernitur, quàm tonitruum audiatur, quum simul fieri certum sit [חזיז chaziz ברק barak. ἀστραπὴ, στεροπή. Gall. *L'esclair que fait le tonnerre.* Ital. *Lampo, baleno.* Germ. Ein blitz/ wetterleucht. Belg. Den blixem/weerlicht. Hispan. *Resplandor del relampago.* Polon. *Blyskawica, blask.* Vng. *Villamás.* Angl. *The lightning that the thunder maketh.*] Plin. libro 2. capite 43: Hinc nasci procellas, & si in nube luctetur flatus, aut vapor, tonitrua edi: si erumpat ardens, fulmina: si longiore tractu nitatur, fulgetra: his findi nubem, illis perrumpi. Ibidem c. 54: Fulgetrum prius cerni quàm tonitruum audiri, quum simul fiant, certum est: nec mirum, quando lux sonitu velocior.

Fulgetra, træ, f. p. [Vngar. *Villamás.*] Idem Plin. lib. 28. c. 2: Fulgetras poppysmis adorare consensus Gentium est.

Fulgo, is, si, sum, tertiæ conjugationis, fulgeo. [נגה naghah הבהל hebhil. στίλβω. Gall. *Resplendir, reluire.* Ital. *Risplendere.* Germ. Schei-nen/gleissen. Hisp. *Resplandecer.* Po. *Lsnie sie, iskám sie.* Vngar. *Villámom, fénlöm, ven diklöm.* Angl. *To glitter or shyne.*] Virg. lib. 6. Aen. Illæ autem, paribus quas fulgere cernis in armis, Concordes animæ, &c. Ad eundem etiam modum effulgo dicebant pro effulgeo. Idem: auroque effulgere fluctus.

Fulgor, oris, penult. prod. m. t. Splendor. [נגה noghah ברק barak. αἴγλη. Gall. *Resplendissure, lueur, clarté.* Ital. *Splendore.* German. Schein/glantz. Belg. Schijn oft glantz. Hisp. *Resplandor.* Polon. *Lyskanie, glanc.* Vng. *Fény, öklés, fénlés, villámás.* Ang. *A glistering brightnesse.*] Plin. lib. 7. cap. 15: Speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur. Virgilius 5. Aeneidos: maculosus & auro Squamam incendebat fulgor. Cicer. 6. Verr. Cujus fulgore collucere atque illustrari Iovis Opt. Maxim. templum oportebat. ¶ Accipitur etiam fulgor pro fulgure. Cicer. 2. de Divin. Quum autem se in nubem induerint, ejusque tenuissimam quamque partem cœperint dividere, ac disrumpere, idque crebrius facere & vehementius, tum & fulgores & tonitrua existere: si autem nubis conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen.

Fulgur, guris, pen. corr. n. t. fulgetrum, fulgor. [ברק barak. ἀστραπή. Gall. *Esclair.* Ital. *Lampo, baleno.* Germ. Ein blitz. Belg. Weder-licht. Hispan. *El relampago.* Pol. *Blyskanie.* Vngar. *Villam.* Ang. *The lightning that the thunder maketh.*] Differt autem à fulmine, teste Seneca libro 2. Natur. quæst. quòd fulmen dicatur, quum ignis emittitur, fulgur autem, quum ignis tantùm ostenditur. Vnde domum fulmine accensam dicimus, non fulgure. Etenim fulgur, nihil aliud quàm splendor ipsius fulminis: fulmen autem, ipsum telum. Vtrunque tamen ignem esse constat, illud tamen interest, quòd fulgur tantum virium non habet, ut ad terram possit deferri. Plin. lib. 2. cap. 49: Quod si simul rupit nubem exarsitque, & ignem habuit, aut postea concepit, fulmen est. Hinc ajunt naturalium causarum scrutatores, fulgura ex nubium collisione gigni in morem silicum duriorum quos, quum comploseris, medius ex his ignis excitus elabitur, atque ita cum fulgure pariter & tonitrua mugire, tonitruum scilicet sonitu indicante, & fulgura excussi luminis claritate. ¶ Fulgur expelvi, ἀστραπὴ ἐκ πυέλου. De minis inanibus eorum qui lædere non queant. Fulgor enim, qui fulgueris quadam è vasculorum nitentium vibratione, aut ex aquis redditur, nocendi vim nullam habet, pueros modò territat. Diogenianus.

Fulguralis, le, om. t. ad fulgura pertinens. [ἀστραπαῖος. Gall. *D'esclair, des appartenances d'esclairs.* Ital. *Pertinente à lampo.* Germ. Das zu dem blitz gehört. Hisp. *Cosa pertenesciente al relampago.* Pol. *Blyskawiczny.* Vng. *Villámáshoz való.* Ang. *Perteining to lightning.*] Cic. 1. de Div. Quod Hetruscorum declarant & aruspicini, & fulgurales, & rituales libri, nostri etiam augurales: hoc est, libri qui de fulgurum inspectionibus tractant.

Fulguritas, atis f. t. Afflatio fulminis. [ברק barak. Vng. *Villámmal való ütés.*] Luc. apud Nonium: Luporum aciem claram, & fulguritatem arborum. Antiquum est, & obsoletum.

Fulguro, as, pen. corr. act. p. Fulgur emitto, fulgeo, corusco. [ברק barak. ἀστράπτω. Gall. *Esclairer, faire esclair.* Ital. *Folgorare, balenare.* German. Wetterleuchten/blitzgen. Belg. Weder-lichten / blixemen. Hisp. *Relampaguar.* Pol. *Blyskam.* Vng. *Villámom, fénlöm.* Ang. *To send forth lightning.*] Plin. li. 18. c. 35: Quin ex omnib. quatuor partibus cœli fulguravit. Idē li. 9. c. 35. Si fulguret, comprimi conchas.

Fulguratio, f. t. fulgurandi actio. [ברק barak חזיז chaziz. ἀστραπὴ, ἡ ἀπὸ τῆς ἀστραπῆς λάμψις, ἢ ἐκλάμψις τοῦ ὑπὸ τῶν νεφῶν σκότους. Gall. *Esclairement, quand il esclaire par tonnerre.* Ital. *Il lampeggiare.* Ger. Blitzung. Hispan. *El acto de relampaguear.* Polon. *Bliskanie.* Vngar. *Villamás.* Angl. *The lightning of thunder.*] Senec. 2. Nat. quæst. Fulguratio ostendit ignem, fulminatio emittit.

Fulgurator, m. t. Fulgurum inspector & interpres, teste Nonio. ἀστραπαῖος. Cato de moribus Claudii Neronis: Aruspicem, fulguratorem si quis adducat. Cicer. 2. de Divin. Nonne intelligis eadem uti posse & aruspices, & fulguratores, & interpretes ostentorum.

Fulgurio, is, pen. corr. act. q. Fulgur jacio. [ברק barak. ἀστράπτω. Gall. *Faire esclaire, frapper d'esclairs.* Ital. *Folgorare, balenare.* Germ. Blitzgen. Hisp. *Relampaguear.* Polon. *Blask puszczam.* Vng. *Villámás.* Ang. *To send forth lightning.*] Nævius apud Nonium: Sanè suo sonitu claro fulgurivit Iupiter.

Fulguritus locus: id est, fulmine ictus, qui statim fieri religiosus putabatur, quòd eum Deus sibi dicasse videretur. Auctor Festus. κεραυνόβλητος. ¶ Senec. Quæst. natur. 2. c. 1: Quid quod omnibus fulguritis odor sulphureus est.

Fulguritassunt. Pro fulgure percutiuntur, dixit Plaut. Trinummo: fulguritassunt Alternæ arbores, sues moriuntur angina acerrimè.

Fulmen, inis, n. t. Ignis è nubibus erumpens: de quo vide latiùs paulò antè in dictione Fulgur. [ברק barak. κεραυνὸς, σκηπτός. Gall. *Fouldre.* Ital. *Fulmine, saetta.* Germ. Der Straal. Belg. Blixem. Hisp. *Rayo que caye del cielo.* Polon. *Piorun.* Vngar. *Menny ütö kö.* Angl. *Lightning, a thunder bolte.*] Liv. 1. ab Vrbe: Aventino fulmina ipse ictus, regnum per manus tradidit. ¶ Ponitur aliquando pro vi & impetu. Cicer. ad Papyr. Insanire tibi videris, quòd imitère verborum meorum, ut scribis, fulmina. Idem 2. Tusc. Nam in omnia fugiendæ turpitudinis, adipiscendæq; honestatis causâ faciamus, non modò stimulos doloris, sed etiam fulmina fortunæ contemnamus licebit.

Fulmineus, a, um, [κεραύνιος, ἢ κεραύνειος. Gall. *De foudre.* Ital. *Di fulmine, di saetta.* Germ. Das zu dem Straal gehört. Hisp. *Cosa del rayo del cielo.* Polon. *Piorunowi.* Vngar. *Menny ütö köé.* Ang. *Belonging to lightning, of lightning.*] Ovid. 2. de Pont. Et qui fulmineo sæpè sine igne tonat. Fulmineum os apri: hoc est, violentum, & fulminis modo obvia quæque prosternens. Ovid. 4. Fast. Sicut aper longè sylvis latratibus actus, Fulmineo celeres dissipat ore canes.

Fulmino, as, are, act. p. Est fulmen jacere, vel fulmine afflare. [ברק barak. κεραυνοβολέω, κεραυνόω. Gall. *Fulminer, foudroyer.* Ital. *Fulminare, saettare.* Germ. Straal schiessen. Belg. Die stralen schieten. Hispan. *Herir con rayo del cielo.* Pol. *Piorunem zarazam.* Vng. *Menny kövel meg ütöm.* Angl. *To lighten, to strike with lightning.*] Senec. Minore igne ad fulgurandum quàm ad fulminandum opus est. Plin. lib. 2. c. 7: Fulminantem pejerant Iovem. ¶ Fulminans Mars, per translationem. Plin. lib. 30. c. 1: Trojanis itaque temporibus & Chironis medicinis contenta & solo Marte fulminante, miror equidem Achillis populis famam ejus in tantum adhæsisse, ut, &c.

Fulminor, aris, passivum, Fulmine percutior. [Vngar. *Menny ütö kövel meg ütetem.*] Cornutus in Pers. Satyr. 2: Citius fulminentur arbores, quàm ruet domus tua.

Fulminatus, a, um, Fulmine ictus. [κεραυνόβλητος. Gall. *Foudroyé, frappé du tonnerre.* Ital. *Saettato del cielo.* Germ. Mit dem Straal geschossen oder geschlagen. Hispan. *Herido con rayo del cielo.* Polon. *Piorunem uderzony.* Vngar. *Menny ütö kövel meg ütetett.* Angl. *Striken with lightning.*] Plin. lib. 2. cap. 54: Vulnera fulminatorum frigidiora.

Fulica, cæ, pen. corr. f. p. [κίγκλος nonnullis, aliis λάρος. Gal. *Vn oiseau de riviere qu'on appelle foulque.* Ital. *Folaqua.* Germ. Ein taucher/ oder Haeselgans. Belg. Meercoete. Hispan. *La cerceta ave nota.* Pol. *Luka.* Vngar. *Szárcsa.* Angl. *A coote.*] Avis est aquatica, magnitudinem columbæ non multùm excedens: à furvo: id est, nigro, aut certè à fuliginis colore dicta. Gaudet præcipuè mari, stagnisque amplioribus. In siccum se recipiens, clarioreque voce clangens, nautas imminentis tempestatis admonet. Virg. lib. 1. Georg. In sicco ludunt fulicæ. Plin. lib. 18. c. 35: Loligo volitans, conchæ adhærescentes, echini affigentes sese, aut arena suburrantes, tempestatis signa sunt: Ranæ quoque ultra solitum vocales, & fulicæ matutino clangore. ¶ Legitur & fulix in eadem significatione: ut rauca fulix, Apud Cicer. lib. 2. de Divin.

Fuligo, ginis pen. prod. f. t. Nigrum illud excrementum, quod ex fumo caminis, aut furnis adhæret. à furvo: id est, nigro colore nomen habens. [ἄσβολος, λιγνύς. Gall. *Suye.* Ital. *Fuliggine, negrezza causata del fumo.* Ger. Ruß. Belg. Roet/soet. Hisp. *Hollin del hogar.* Pol. *Sadza.* Vng. *Korom.* Angl. *The soote of a chymney.*] Plin. lib. 35. cap. 6: Adulteratur fornacum, balnearumque fuligine. Col. lib. 1. cap. 6: Quoniam fumo & fuligine sapor olei corrumpitur. Cic. 2. Philipp. Idem tamen quasi fuligine abstersa, reliquis diebus in Capitolio præclara Senatusconsulta fecisti. ¶ Hinc Fuliginosus, λιγνυώδης.

Fulix, Vide Fulica.

Fullo, inis, m. t. Qui purganda, poliendave vestimenta accipit: ita dictus à fovendo: aqua calida vestibus [כובס kobhes, γναφεύς. Gal. *Foulon.* Ital. *Purgatore, tintore.* German. Ein Walcker. Belg. Een Volder. Hispan. *El que lava ò adoba lo pannos, tanandero de trapos.* Polon. *Knap, bleichars, walkars.* Vng. *Ványoló, festö.* Angl. *A fuker.*]

A fuller.] Plaut. in Aulul. Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius. Plin. lib 28. cap. 6. Vrina virilis podagris medetur, argumento fullonum, quos ideo tentari eo morbo negant.

Fullonius, a, um, Quod ad fullonem pertinet. [γναφευτικός. Gall. *De foullon.* Ital. *Cosa de tintore* German. Das zu dem Walcker gehört. Hisp. *Cosa perteneciente à lanandero de a apor.* Pol. *Bleichowny.* Vng. *Feſtöbös, valo.* Angl. *Of a fuller.*] Plaut. in Pseud. Gratis mihi potandus fructus est fullonius. Plin. lib. 16. cap. 44. Quod notatur & in spina fullonia hippophaesto.

Fullonica, cae, f. p. substantivè acceptum, modò significat officinam fullonis. [γναφεῖον. Gall. *Boutique de foullon* Ital. *Bottega di tintore.* Germ. Ein Walcke. Hisp. *La tienda de lanandero de orapos.* Pol. *Blechownia, walkownia.* Vngar. *Feſtöhaz.* Angl. *A fullers work house.* Vlp. l. Apud Trebatium. ff. de aqua pluv. arcenda: Apud Trebatium relatum est, quum in fundo aqua oriretur, cum qui fullonicas circa fontem instituisset, & ex his aquam in fundum vicini immittere coepisset. ¶ Modò etiam ipsam fullonis artem. [γναφευτική. Gall. *L'art de foullon.* Ital. *Arte de tintore.* German. Die kunst des walckens. Hisp. *Aquella arte de lanandero de pannos.* Vngar. *Feſtő meſterség.* Ang. *The fullers craft.*] Plaut. in Asin. si non didicisti fullonicam, Non mirandum est: in oculos invadere optimum est. Plin. lib 7 cap 57 Fullonicam artē Nicias Megarensis invenit. ¶ Legitur & Fullonica neutro genere, & plurali numero, pro fullonum officinis, à nominativo singulari fullonicum. Vlpian. l. Si cujus ff. de usuf. Quod (*inquit*) dicitur meritoria non facturum, accipe quae *diversoria*, vel *fullonica* vulgò appellantur.

Fulmen, Fulminare. Vide Fulgeo.

Fultura, Vide Fulcio.

Fulviana, Herba quaedam, urinae ciendae utilis, à Fulvio inventore nomen habens. Plin. libro 26. cap. 8. Et herba fulviana trita ex vino, & haec nomen inventoris habet, nota tractantibus urinas ciet.

Fulviaster, Cic. lib Epist. ad Att. 12. Philotimus negat Cn. Pompejum teneri: quod sequitur, est fulviaster: id verò est, imitatur Fulvium Pompejanorum studiosum, rumoresq; falsos, qui de secundis Caesaris rebus feruntur, praedicantem. Sic ille antiquus apud Festum versiculus: Aut hic formaster, aut laetaster parvulus, explicari videtur debere, de eo, qui formosum aut calentem hominem (nam formus lingua antiqua est calidus, unde & formosus) & laetum imitaretur, talemque ustendere se vellet & fingeret.

Fulvus, vi, m. f. Color dicitur qui ex rufo & viridi videtur esse mistus, in aliis plus viridis, in aliis plus rufi habens. [צהוב tsahób ירקרק jerakrák. ξυρρός. Gall. *Fauve, de telle couleur qu'est vn lyon.* Ital. *Color di leone, rosso, à giallo.* Germ. Goldgelb / goldfarb. Belg. Goutgheel / goutverwe / leeuwverwe. Hispan *Color leonado, roxo* Polon. *Zoltawy.* Vngar. *Pö hőnyös' argá.* Ang. *A diepe yalowe lyk gold or copper.*] Nam & aquilam fulvam dicunt Poëtae, & fulvum aurum, & arenam fulvam, & leonem fulvum: quae tamen res colore nonnihil differunt. Quinetiam jaspidem fulvam vocant, quam tamen constat esse viridis coloris. Virg. 4. Aen. atq; illi stellatus jaspide fulva Ensis erat. Vbi Servius: Iaspide fulva, pro viridi: ut, fulvaque caput nectentur oliva.

Fumus, mi, m. f. Vapor niger ex igni exhalans: à colore furvo: hoc est, nigro dictus. [עשן hashán καπνός. Gall. *Fumee.* Ital. *Fumo.* German Ein Rauch Belg Rooch Hisp *El humo* Pol. *Dym.* Vng. *Füſt.* Ang. *Smoke.*] Plin. l. 12. c. 17. Tradunt fumum brutae arboris contra ligna alia esse remedio. Ovid. 2. Met. calidóque involvitur undiq; fumo. Virg. 2 Aen. mistoq; undantem pulvere fumum. Cic. in Pisonem: Paulisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore, atque fumo. ¶ Accipitur per translationem fumus pro splendidis & magnificis pollicitationibus, quae tamen carent effectu. Inde vendere fumos dixit Mart. pro officium suum, quod nullum est, & simulatam apud principem gratiam, precio vendere. Hujusmodi homines fumi venditores dicuntur: qualis insignis deprehensus fuit Alexandri Severi tempore Thurinus quidam, qui quum nihil apud principem aut gratia aut autoritate valeret, simulata tamen principis amicitia, non modica clientes pecunia emungebat. Sed tandem deprehenso fuco, ut crimini responderet supplicium, alligatus palo jussu principis, viridium lignorum fumo est enectus: pronuntiante praecone, fumo perit, qui fumos vendidit. ¶ Fumum fugiens, in ignem incidi, καπνὸν φεύγων εἰς τὸ πῦρ ἐνέπεσον. Quo uti licebit, quum malum aliquid fugientes in longè gravius incidimus. ¶ Sacrum sine fumo, ἄκαπνος θυσία. De nimiùm tenui convivio, & in quo nihil cocti opsonii apponitur. ¶ Fumi umbra, καπνοῦ σκιά Proverbiali hyperbole dixit Antiquitas pro re qualibet vili. Sophocles in Antigone.

Fumarium, rii, n. f. Locus ubi vina fumo condiebantur. καπνεῖον. Mart. li. 10 Improba Massiliae quicquid fumaria coquit. Accipit aetatē quisquis ab igne cadus. Nam vina fumo praecocē trahunt maturitatem, & celeriùs vetustescunt, ut docet Col. lib 1. c. 6

Fumosus, a, um, Quod fumum emittit. [עשן hashén καπνώδης. Gall. *Fumeux, enfumé.* Ital. *Affumato.* Germ. Rauchig / das viel rauch gibt Hispan *Cosa mucho humosa.* Pol. *Dimiasty, dymny.* Vng. *Füſtös.* Ang. *Smokie, blackewith smoke*] Cato de Re rust. c. 130. Codicillos oleaginos, & caetera ligna amurca cruda perspergito, & in Sole ponito, percibent bene: ita neq; fumosa erunt, & bene ardebunt. Idem c. 37 Item infimi lapides cocti cadent, & minùs flemma fumosa exibit. ¶ Interdum etiam fumosum dicitur quod fumo tinctum est. Vnde tecta fumosa dicuntur à Virgilio: Colaq; praelorum fumosis deripe tectis. Et fumosae imagines, à Cicerone in Pisonem, quae à nobilioribus domi asservabantur, jam ob vetustatem fumo denigratae. Sed (*inquit*) ne totam quidem factum aut militiae, aut domi: obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum, quarum simile habes nihil praeter colorem. Ad hoc etiam alludit Iuvenalis, quum ait, Sat 8. Fumosos Equitum cum Dictatore magistros. Quanquam in quibusdam exemplaribus corruptè legatur *famosos.* ¶ Apud Graecos καπνώδεις εἰκόνες: id est, fumosae imagines vice Proverbii dicebantur in eos qui jactebant vetustam generis nobilitatem. Infumibulum, per quod fumus erumpit, καπνοδόχη.

Fumeus, a, um: [עשני hashéni καπνώδης. Gall. *Plein de fumee, fumeux.* Ital. *Pieno di fumo o che getta fumo.* Germ. Rauchechtig. Hisp *Cosa mucho humosa à que hecha de si humo.* Pol. *Dimu pelny.* Vngar. *Füſtös.* Angl. *Smokie.*] ut, Vinum fumeum: hoc est, fumo conditum. Mart. lib 13. Fumea Massiliae ponere vina potes.

Fumifer, ra, um, Fumum afferens, fumosus. [עשן hashén. καπνοφόρος. Gall. *Rendant ou faisant fumee.* Ital. *Fumoso* Germ. Das ein rauch macht. Hisp. *Humoso.* Polon. *Dim mnożący.* Vng. *Füſthozó.* Angl. *That maketh smoke.*] Virg. 9. Aen. Parte alia (horrendū visu) quassabat Hetruscam Pinum, & fumiferos infert Mezentius ignes. Fumosa nox, pro caligine è fumi densitate nascēte. Idem li 8. de Caco Feucibus ingentem fumum (mirabile dictu) Evomit, involvitque domum caligine caeca: Prospectum eripiens oculis glomeratque sub antro fumiferam noctem.

Fumidus, a, um, Fumum referens, fumosus. [עשן hashén. καπνώδης. Gall. *Fumeux, qui rend fumee.* Ital. *Fumicoso, affumicato.* Germ. Rauchig / voll rauch. Hisp. *Cosa humosa.* Po. *Dimem pedobni.* Vng. *Füſtölgö.* Ang. *Smokie, that smoketh.*] Plin. lib. 37. ca 7. Sunt qui praeferant Arabicas Indicis, fumidaeque chrysolitho illas similes esse dicant. Idem lib. 14. c. 10. Vitia praeter suprà dicta, acor, aut fumidum virus, aut pisces adustio.

Fumo, mas, act. p. Fumum emitto. [עשן hashán τυφόομαι Gall. *Fumer, rendre ou faire fumee.* Ital. *Far fumo, fumare.* Germ. Riechen / ein rauch geben. Hispan. *Hazer humo, humear.* Pol. *Kurzę sie.* Vng. *Füſtölgök.* Ang. *To cast a smoke.*] Virg. 1. Ecl. Et jam summa procul villarum culmina fumant. Cic 7 Verr. Quum fumantes etiam nostras naves reliquissent. ¶ Fumare aper dicitur, vel ursus, quum è naribus densum spiritum emittit instar fumi. Mart. lib. 11. Fumantem vini nasum ne laeseris ursi. ¶ Hujus compositum est Infumo, pen. prod. quod est ad fumum sicco.

Fumigo, as, pen. corr. act. p. Suffio, fumum facio [קטר kittér. θυμιάω. Gall *Enfumer, perfumer.* Ital. *Profumare, suffumicare.* Germ. Beräuchen. Hisp. *Echar de si humo, sahumar.* Pol. *Okurzam.* Vngar. *Füſtölgök, ſwő füſtölök.* Ang. *To perfume, or make a swect smoke.*] Varr. 3. de Re rust. cap. 16. Verno tempore & aestivo ferè ter in mense mellarius inspicere debet, fumigans leniter. Hinc fumigatio pro suffitu. θυμίασις.

Fumifico, as, fumigo, suffio, suffitum facio. [קטר kittér. θυμιάω. Gall. *Enfumer, perfumer.* Ital. *Fumicar, suffumicare.* German. Ein rauch machen. Hispan. *Sahumar.* Pol *Kadzę, kurzę.* Vng. *Füſtölök.* Ang. *To perfume.*] Plaut in Mil. Ejq; ut Arabico fumificē odore.

Fumificus, ca, cum, Quod fumum emittit [עשן hashéhin. καπνώδης. Gall *faisant fumee* Ital. *Che fa fumo* Germ. Das ein rauch macht Hisp. *Cosa que haze humo.* Pol. *Dim czyniący.* Vng. *Füſtölgö* Angl. *Making smoke per fuming.*] Ovid. 7. Metam. Fumificisq; locum mugitibus implevēre.

Funalia. Funambulus. Vide Funis.

Funda, dae, f. p. Instrumentum è funiculo factum, quo funduntur: hoc est, jactantur lapides [קלע kelah. σφενδόνη. Gall *La fonde* Ital. *Fromba, fronda* Germ. Ein schlung oder schlenger. Belg. Een slinge / slinger Hispan. *La honda para tirar piedras.* Pol. *Proca.* Vng. *Parittya.* Angl. *A sling*] Virg. lib. 1 Georg. Stuppea torquentem Balearis verbera fundae. Vocat Poëta fundam Balearem, quòd duae insulae Baleares peritos in primis mittebant funditores. Terent. in Eunucho: fundam tibi nimis vellem dari, Vt tu illos procul hinc ex occulto caederes. ¶ Est etiā retis piscatorii genus, quod in orbem spargitur, quod & reticulum solet. ἀμφίβληστρον. Virgil. 1. Georg. funda jam verberat amnem. ¶ Accipitur quandoque pro sacculo, seu marsupio in modum retis facto in quo pecuniae & alia geruntur. [Gall. *Besace.* Ital. *Sacchetto.* Germ. Diebsack / beyssack. Belg. Dieffack / oft gebreyde burse Hispan. *Morhila, talega.*] Macrobius: Quumq; accessisset ad sellam, demissa in fundam pauperem manu, paucos denarios protulit, quos principi daret. Quod sacculi genus etiam reticulum vocatur Horat. Reticulum panes va nales inter onusto Forte vehas humero ¶ Aliquando pro circulo ex auro, sive alio metallo, quo gemmae ita nectuntur, ut aurum nonnisi margines amplectatur. Plin. Fundae includuntur perspicuae, ex ters subjicitur orichalcum.

Funditor, m. r. Qui funda dimicat. [קלע kallah. σφενδονήτης, vel σφενδονιστής. Gall. *Qui vse de fonde pour combatre* Ital. *Chi combatte con fronda.* German. Der im Krieg ein schlingen braucht / Schleuderer. Belg. Slinger worper. Hisp. *Hondero* Polon. *Ten ktory proca walczy* Vngar. *Parittyás.* Ang *A slinger, that fighteth with a sling.*] Salust. Ipse cum expeditis cohortibus ad haec funditorum & sagittariorum delecta manu. Caes. 3. bel Gall. Numidas & Cretas sagittarios, & funditores Baleares subsidio oppidanis mittit. Sic Liv. 1. bel. Pun.

Fundibularii Idem qui funditores, σφενδονῆται.
Fundamentum, Vide FUNDUM.
Funditus & Fundo, fundas, Vide FUNDUM.
Fundo, dis, fudi, fusum, act. t. effundo, emitto, diffundo, dispergo. [שפך schaphách יצק jatsák נסך násach התיך hitich השתפך hischtapháh. χέω, χωνεύω. Gall. *Pondre, espandre, verser une liqueur.* Ital. *Liquefare, spargere, fondere.* Germ. Giessen/schmeltzen: item, Aussprützen. Belg. Gieten. Hispan. *Derramar cosa liquida.* Polon. *Leie, smelcuie.* Vngar. *Tölteni, önteni.* Ang. *To powre out.*] Cic. de Divinat. Fundere sanguinem è patera. Claudian.-& pessima fudit Vina cadis. Et quia metalla igne liquefacta funduntur, fundere etiam dicuntur artifices aliquem, quum effigiem alicujus arte fusoria exprimunt. Plinius lib. 34. cap 8. Theodorus qui labyrinthum fecit Sami, ipse se ex ære fudit, præter similitudinem mirabilem, fama magnæ subtilitatis celebratus. ¶ Aliquando ponitur pro extendo. Cicer. Iustitia ipsa se fundit in cæteras virtutes. ¶ Aliquando pro prosternere, profligare, vincere. ἐδαφίζειν, καταβάλλειν. Virg. 1. Aen. Nec priùs absistit quàm septem ingentia victor Corpora fundat humi. Livius 1. ab Vrbe: Exercitum fundit, fusum persequitur. ¶ Aliquando abundanter præbere. Virgilius 4. Ecloga: Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores. ¶ Aliquãdo pro loqui. ἐπεξερεύγεσθαι, διεξιέναι, φθέγγεσθαι, φθέγξασθαι. Virgilius 3. Aeneid. Talia fundebat lacrymans. ¶ Aliquando pro demittere, ut apud eundem; -cristisque à vertice flammam Fundit. ¶ Hujus composita sunt Affundo, ad aliquid fundo, ἐπιχέω. Plinius: Exprimitur foliis succus mollissimus, in pila tusis, affuso paulatim vino austero. ¶ Confundo, perturbo, opprimo, sive omnia in unum misceo, conjungo, συγχέω. Livius libro 1. ab Vrbe: Alterius urbis duo populi in unum confusi sunt. Virgilius libro 3.- qui nunc Ore Arethusa tuo Siculis confunditur undis: id est, conjungitur. Plinius: Et si misceantur, facilè cõfundunt colorem id est, perturbant. ¶ Circunfundo, circumcirca spargo, περιχέω. Apuleius: Atque eo liquore stabulum omne circumfundit. Virgilius 2. Aeneidos: Vndique visendi studio Trojana juventus Circunfusa ruit. ¶ Defundo, deorsum fundo, καταχέω. Autor ad Herennium libro 2. Nam ut fortè hic in balneas venit, cœpit postquam defusus est, defricari. ¶ Diffundo, & Effundo, de quibus suprá. ¶ Infundo, in rem aliquam quippiam fundo, ἐγχέω. Colum. libro 2. Merumque faucibus, si æstuaverint boves, infundet. Hinc infundibulum, de quo suo loco. Infusum idem est Plinio quod Clyster, τὸ ἐγκλυζόμενον. ¶ Offundo, & perfundo, valde, sive per omnes partes fundo, spargo. διαχέω, καταντλέω. Ovidius: Perfunditque genas lacrymis. ¶ Profundo, προχέω. ¶ Refundo, rependo, ἀμείβεσθαι, ἀντιδιδόναι. Seneca: Id erat non tàm accipere beneficium, quàm refundere. ¶ Interdum restituo quod sparsum erat. Idem: Quicquid deerit ex mero, refundam. ¶ Interdum rejicio, ἀναφέρω: ut Omnem culpam in te refundam. ¶ Interdum idem est quod Evomo. Plinius: Quod hesterna crapula ingurgitaverat, palàm refudit. ἀναδιδοὺς. ¶ Suffundo, est supra fundo, aut fundendo injicio. Colum. lib. 7. Lassæ & æstuanti mulæ ad eos in fauceis dimittitur, utrunque in os suffunditur. Plautus in Curcul. Mane suffundam aqulam. ¶ Interdum forinsecus spargo, ὑποχέω, cùm in fundo pociùs de interiori parte dicatur. Virg. 1. Georg. At si virgineum suffuderit ore ruborem, Ventus erit. Servius: Suffuderit, forinsecus habuerit. ¶ Hinc suffusio, morbus ex oculorum, quem vulgò *Cataractam* vocant, ortum trahens ex vitioso humore inter duas tunicas collecto, visumque depravante, ὑπόχυσις, ὑπόχυμα. Celsus lib. 7. cap 7. Suffusionis plures species sunt: quædam sanabiles, quædam quæ curationem non admittunt: nam si exigua suffusio est, si immobilis, eo lorem verò habeat marinæ aquæ, vel ferri nitentis, & à latere sensum aliquem fulgoris relinquit, spes superest. Si magna est, si nigra pars oculi, amissa naturali figura in aliam vertit: si suffusionis color cærulæus est, aut auro similis: si labat, acque hac illac movetur, vix unquam succurritur. *Hæc Celsus.* ¶ Interdum Con fundo, sive rubore perfundo, Cicero pro inspergo posuit, ad Lentulum scribens: Novi animum cùm mihi amicissimum, cùm nulla in cæteros malevolentia suffusum. ¶ Suffundere frigidam, Vide in dictione FRIGIDA. ¶ Superfundo, ἐπιχέω. Lactant. libro 6. Extinguitur protinus tanquam igni aquam superfuderis. ¶ Transfundo, de uno vase in aliud fundo, spargo, immittóve. μεταχέω. Cato de Re rust. Vbi dies triginta præterierint, transfundito, ita relinquito. Cicero Dolabellæ: Libentiùs omnes meas laudes (si modò sunt aliquæ meæ laudes) ad te transfuderim, quàm aliquam partem exhauserim ex tuis.

Fusus, a, um, participium, conflatus, vel liquefactus, ut aurum, vel argentum fusum dicimus. [יצוק jatsúk מתך mutách נשפך nischpach χυθείς. Gall. *Fondu, espandu.* Ital. *Liquefatto, sparso.* Germ. Geschmeltzt/gegossen: item, Außgesprützet. Hisp. *Derramado, ò hundido lo liquido.* Polon. *Vlany, rozpusticzny, smelcowany.* Vng. *Öntetet.* Ang. *Powred out.*] ¶ Interdum idem quod fusione confectus, ut quum statuam, aliudve quid operis ex metallo quopiam dicimus esse fusum. ¶ Aliquando idem quod dispersus. Cicero de Orat. Genus facetiarum æqualiter tota in oratione fusum. Idem 13. Philipp. Exercitum hostium cæsum, fusumque cognovimus. Idem 2. de Nat deor. Exin mari finitimus aer die ac nocte distinguitur, isque tum fusus, & extenuatus sublimè fertur, tùm autem concretus in nubes cogitur, &c.

Fuse, adverb. Abundanter, & copiosé. [διεξοδικῶς, πλατικῶς. Gall. *Au large, bien au large, amplement.* Ital. *Sparsamente, largamente, abundantemente.* Germ. Überflüssiglich. Hispan. *Abundosamente, largamente, copiosamente.* Pol. *Dostatecznie, szeroce.* Vng. *Bövén.* Angl. *Largelye, plentifullye.*] Cicer. 3. de Finib. Potest id quidem fusè, & copiosè, & omnibus electissimis verbis gravissimisque sententiis rhetoricè & augeri & ornari. Idem 4. Tusc. De cujus excellentia multa quidem diei quanvis fusè lateq; possint, sed breviſſimè illo modo.

Fusim, adverbium, Sparsim. [χύδην. Gall. *En fondant.* Ital. *Sparsamente.* German. Weitläuffig/hin und her. Hispan. *Derramadamente.* Polon. *Wszedzie, tam y sam.* Vng. *Széjjel.* Ang. *Here and there, by powring out.*] Fusè autem, ut suprà diximus, significat latè & copiosè.

Fusio, onis, f. t. [יציקה jetsikáh התכה hittúch מסכה massecháh. χύσις. Gall. *Fusione, espandement.* Ital. *Spargimento, fondimento.* Germ. Giessung/oder außgiessung. Hisp. *Obra de derramar, hundimiento.* Pol. *Lanie.* Vngar. *Töltés, öntés.* Angl. *A powring out, a melting.*] Cic. 1. de Nat. deor. Ipsúmque mundum Deum dicit esse, & ejus animi fusionem universam.

Fusilis, le, penult. corr. m. t. Quod fundi potest, seu quod fusum est, vel quod pronum est ad fundendum. [מוצק mutsák, χυτός. Gall. *Qui est de fonte, qu'on peut fondre.* Ital. *Che si può liquefare.* Germ. Giessig/das sich schmeltzen und giessen lest. Hispan. *Cosa que se puede hundir.* Polon. *Vlany, ktory sie da rozlewać, smelcowany.* Vng. *Megönthető, öntött.* Ang. *That is or may be molten.*] Vnde fusilia vasa dicuntur, & fusilia signa, quæ ex metallo aliquo fusa sunt. Ovid. 11. Metamorph. Fusile per rictus aurum fluitare videres. Col. libro 6. cap. 33. Vel cum fusili sale trita fæcis testa.

Fusores, m. r. dicuntur qui ex metallo quopiam statuas, aliáve opera fundunt. [צורפים tsorephim χωνευταί. Gall. *Fondeurs.* Ital. *Coloro che fanno statue ò altri lavori di getto.* Germ. Giesser/schmeltzer. Belg. Gheeters. Hispan. *Hundidores para echar en molde.* Pol. *Cykiorze roz puszczáiący żelazo miecolete.* Vngar. *Öntök.* Angl. *Melters.*]

Fusorius, a, um, Quod ad fusionem: hoc est, liquefactionem attinet, seu quod funditur, aut fundi potest: [מוצק mutsák. χωνευτικός. Gall. *Appartenant à fondre.* Ital. *Pertinente a fondere.* Ger. Das zu dem schmeltzen oder giessen gehört. Hisp. *Perteneciente à hundir.* Pol. *De smelcowania sposobny.* Vng. *Ön esbez való.* Ang. *Belonging to melting.*] ut, Opus fusorium. Fusorium vas, in quo metalla liquefiunt. Ars fusoria, ars fundendi, conflandive metalla, operisq; aliquid ex eis conficiendi. χωνευτική.

Fusura, ræ, f. p. Fusio, liquefactio. [יציקה jetsukáh התוך hittúch מסכה messecháh. χύσις. Gall. *Fonte.* Ital. *Fondimento.* Germ. Ein guß. Hispan. *Aquella obra de hundir, hundimiento.* Pol. *Smelcowanie, roz puszczenie.* Vngar *Öntés.* Ang. *A melting, a spreading.*] Plinius libro 33. cap. 6. Chrysitis ex ipsa vena fit. Argyritis ex argento, Molybditis plumbi ipsius fusura, quæ fit Puteolis. & inde habet nomen.

Fundito, as, pen. corr. Sæpè fundo. [ἐπεξερεύγεσθαι. Gall. *Espandre & verser en abondance.* Ital. *Spargere spesso.* Germ. Giessen eine gießsene. Hisp. *Hundir y derramar muchas vezes.* Pol. *Wylewam lpie.* Vng. *Tölögetem, öntöge tem, tölögetem.* Ang. *To powre out largelye or often.*] Plautus in Amphit. Dum cruciatu tuo isthæc hodie verna verba funditat. Idem in Pœnulo: En monstrum mulieris: tantula tanta verba funditat: id est, multum & frustra profert. ¶ Funditare rem, pro consumere, prodigere, ac profundere. Plaut. in Mercat. Omni quòd modo, cui juvenis ipse parserit, Me rem videret funditare ac perdere.

Fundum, di, n. s. Ima pars cujusque rei quæ aliquid liquoris in se continet, vel ad continendum facta est, ut dolii, navis, alvei, fluminis, lacus, maris. [קבעת kubbáhath נכה necho תחתית tachtith קרקע karkah. πυθμὴν. Gall. *Le fond de quelque chose que ce soit.* Ital. *Fundo, profundo.* German. Der Boden oder grund. Belg. Den boden/ gront. Hispan. *El hondon de qualquier cosa.* Polon. *Grunt, dno.* Vngar. *Fenék.* Ang. *The bottome of the water.*] Virgil. 2. Aeneid.-sævique tridenti Soumeus atque imo Nereus ciet æquora fundo. ¶ Largitio non habet fundum. Quo dicto significamus, stulta liberalitate quantaslibet opes exhauriri, vel effluere potiùs. Cic. lib. Offic. 2. ¶ Sera in fundo parsimonia, Proverbium apud Senecam in 1. epist. In tempore parcendum rebus necessariis: neq; imitandum profusorum vulgus, qui tum denique incipiunt parcere, posteaquam viderint minimum superesse. ¶ Profundum, vide suo loco.

Funditus, penult. corr. adverbium, prorsus, à fundo: [כליל calíl, ἐκ βάθρων, πρόῤῥιζον. Gall. *Iusques au fond, totallement, du tout.* Ital. *Dal fundo.* German. Vom boden auff/vom grund auff. Hispan. *Desde cimiento hondon.* Polon. *Zgruntu.* Vngar. *Mind talpig, mind fenékig, mindenestül fogva, fenekestül fogva.* Angl. *From the very bottome, vtterly, wholy.*] sicut cœlitùs, à cœlo. Cicero 9. Verr. Qui non obruisit aliqua ex parte monimenta P. Scipionis, sed funditùs sustulit, ac delevit. Idem de Amicitia: Quæ enim domus tàm stabilis, quæ tàm firma civitas est, quæ non odiis atque dissidiis funditùs possit everti? Cicero Torquato lib 4. Necesse est enim aut armis urgeri Rempublicam sempiternis, aut his positis recreari aliquando, aut funditùs interire. ¶ Porrò quòd prorsus, ac citra spem instaurationis perditur, funditùs ac radicitùs tolli dicitur. Cicer. 3. de Orat. Neque earum rerum

quenquam funditùs natura voluit esse expertem. Idem in Orat. Ne spondæus quidem funditùs est repudiandus.

Fundo, as, fundamentum jacio, ago, pono, constituo. [יסד jasidh. θεμελιόω, θεμελιῶ. Gall. Fonder, iester les fondement. Ital. Fondare, iettare le fondamento. Germ. Bevestigen / festigen. Belg. Fonderen. Hispan. Echar fundamento ò fundar. Pol. Gruntuie, gruns zakladam. Vngar. Fundálok. Ang. To lay à ground.] Virgil. 8. Aen. Haud procul hinc saxo colitur fundata vetusto Vrbis Agyllinæ sedes. ¶ Transfertur ad incorporalia, & idem ferè significat quod firmo, sive stabilio. Quintil. Fundatam paternis avitisque opibus domum exhaurit. Significat & firmare in mari. Virg. 6. Aeneid. -tum dente tenaci Anchora fundabat naves. ¶ Fundatissima familia, Antiquissima & ditissima. Cic. pro Domo sua ad Pontif. Quod quum judicassem, deflevi conjugis miseræ dissidium, liberorum chatissimorum solitudinem, fratris absentis amantissimi atque optimi casum, subitas fundatissimæ familiæ ruinas. ¶ Hujus composita sunt Effundo, as, quod est à fundo everto, ἀνατρέπω. Cæcilius: Respublica amisso & effundato pulcherrimo statu, non parvâ fecerat jacturam. Suffundo, pro fundamento subjicio. Varro: Qui in domibus lateritiis paululum modò lapidibus suffundatis, ut humorem fugerent, habitabant.

Fundāmēn, inis, n. t. & Fundamentum, ti, n. f. solum, sedes, id supra quod quid struitur. [יסוד jesodh קרקע karkah. θεμέλιος, ὑπόβασις, βάσις. Gall. Fondement. Ital. Fondamento. Germ. Ein fundament oder pfulment / ein grundveste. Hispan. Cimiento ò canja de edificio. Pol. Grunt, fundament. Vng. Fundamentom. Angl. A foundation the first beginning or ground of a thing.] Ovid. 5. Metamorph. Ambibat Siculæ cantus fundamina terræ. Virgilius 4. Georg. -& lentum de cortice gluten Prima favis ponunt fundamina. Plin. lib. 36. cap. 14. Rursus ne in lubrico atque instabili fundamenta tantæ molis locarentur. Virgil. 1. Aeneid. Fundamenta locant alii, pars ducere muros. ¶ Iacere fundamenta Reipublicæ, est quasi dare Reipublicæ principium. Cicero Cornificio: Ego, mi Cornifici, quo die primùm in spem libertatis ingressus sum, & cunctantibus cæteris ad XIII. Calendas Ianuarii fundamenta jeci, eo ipse die providi multùm, atque habui rationem dignitatis.

Fundŭs, di, m. f. Est quævis possessio rustica; ita dicta quòd fundat quotannis multa: vel quòd sit rei familiaris fundamentum: nam pecuniarum ratio habilis est. [שדה sadheh חלק chelek. χωρίον, ἀγρός. Gall. Fond de terre, heritage, champ, ou piece de terre. Ital. Fondo, possessione. German. Ein Gut ausserhalb der Statt gelegen / als da seind Weingärten / Acker / Wiesen. Belg. Een hoeve oft hoffstede. Hisp. La heredad ò possession de tierra. Polon. Dobra lezisie, folwark. Vngar. Mezö, rét, mivei földség. Ang. A peece of ground, land.] Plaut. in Cap. Quasi fundum vendam, meis me addicam legibus. Fundi appellatione (ut docet Florentinus Iureconsultus) omne ædificium, & omnis ager continetur: sed in usu urbana ædificia, ædes rusticæ, villa dicuntur. Locus verò sine ædificio in urbe, area: rure autem, ager appellatur. Idemque ager cum ædificio, fundus dicitur. ¶ Accipitur etiam fundus per translationem pro cujusvis negotii fundamento. Plaut. in Trinummo: Nunc mihi is propriè conveniendus est, ut quæ cum ejus filio egit, ei rei fundus pater sit potior eo hoc est, fundamentum autor & approbator. Sic populum fundum fieri, teste Festo, est populum ejus rei quam alienat, fieri autorem. Cic. pro Cornelio Balbo: Quid enim dici potuit imperitius, quàm fœderatos populos fieri fundos oportere? Nam id non magis proprium est fœderatorem, quàm liberorum omnium. Et paulò pòst: Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri, si tum sit fundus, quum scita ac jussa nostra sua sententia comprobat. ¶ Fundum ftectiem ne colas, τὸν ἀγρὸν μὴ σκάπτειν. Refertur inter leges Platonicas. Hoc ænigmate lex apud Platonem verecundè deterret à venere mascula. Potest tamen ad alios usus accommodari. Plaut. Ampl.

Fūnĕbrĭs, Funestus, Funero, Vide Funus.

Fūnĕtă, Arcus sunt in vitibus, quum breviores palmites sarmento junguntur inter se funium modo. [χοινιοειδῶς συνημμένων ἀμπέλων. Vngar. Kötve kötöt szölö vesszök.] Autor Plin. lib. 17. cap. 22.

Fūngŏr, eris, functus, d. t. Significat officium aliquod exerceo, munus obeo. [שרת scherêth. τελέω, λειτουργέω. Gall. Faire ou exercer quelque charge ou estat. Ital. Fare, essercitare vfficio, vsare. Germ. Ein Ampt verwalten / ausrichten / &c. Belg. Een officie bedienen. Hispan. Vsar de algun officio. Pol. Vrząd na sobie mam. Vng. Tisztemet teszem, dolt gombam el jarok. Angl. To be in some estate, to execute or exercise some office or charge.] Fungi munere. Cæsar 7. bell. Gall. Hunc ex proximis unus jacentem transgressus, eodem illo munere fungebatur. Cicero 5. de Finibus: Atque in sensibus hæc est sua cujusque virtus, ut nequis impediat, quominus suo quisque sensus munere fungatur in his rebus celeriter expediteque percipiendis. Fungi officium dixit Terent. in Adelph. Major filius tuus Aeschinus, Quem fratri adoptandum dedisti, neque boni, neque liberalis functus officium est viri. Plaut. in Menæch. Nam parasitus octo hominum munus facilè fungitur. ¶ Fungi aliquando significat id quod debetur dare. Cic. Verrina 5. Tribus decumis pro una defungi: id est, tres pro una persolvere. Vlp. in instit. tit. de dotib. Dos quæ semel functa est, ampliùs fungi non potest. Hotom. in suo Lexico. ¶ Hujus composita sunt Defungor: id est, expedio, finem facio, perago, cesso, & liberor ab alio officio vel munere. Virgil. 6. Aeneid. O tandem magnis pelagi defuncte periclis: id est, qui finivisti & evasisti pericula. Livius: Defuncta morbis corpora salubriora esse cœpere: id est, evaserunt morbos. Terent. in Adelph. Vtinam hoc sit modo defunctum: id est, utinam hoc malum ultimum sit quo defungatur, & in quo finem faciat peccandi Aeschinus. ¶ Inde etiam defunctos dicimus qui mortui sunt, eò quòd vitæ munus peregerunt: quod etiam functos vita dicimus: quasi illud dicamus, eos vixisse, nec ampliùs vivere. ¶ Perfungor, perfectè fungor, ad finem usque exequor, ἐκτελέω, ἀνύτω. Cic. Lentulo: Quum & honoribus amplissimis, & laboribus maximis perfuncti essemus.

Fūnctĭo, onis, f. t. actio, gestio. [שרת charith פעלה pehullah. λειτουργία, ἐκπλήρωσις, ἐνέργεια. Gall. L'execution de quelque charge ou office. Ital. Effecutione di qualche vfficio. Germ. Ein Ampts oder ein Verwaltung vnd ausrichtung des Ampts. Hisp. La obra de vsar de algun officio. Pol. Vrząd. Vngar. Tisztben valo el járás dolga teule; (avagy) ussit. Ang. The execution of some charge.] Cicer. 2. Tusc. Labor est functio quædam vel animi vel corporis, gravioris operis, vel muneris. Idem 5. Verr. Vt iis jcundior esset muneris illius functio. ¶ Aliquando ponitur pro solutione. Paul. in l. 2. D. si certum petatur: Quia in suo genere functionem recipiunt non specie: id est, solutionem.

Fūngĭbĭlēs rēs dicimus, quæ consistunt in numero, pondere & mensura: ut, pecunia, frumentum, vinum, oleum. Cæterùm corpora in universum omnia, omnes aliæ species dicuntur res non fungibiles, Zas. in §. in person. Inst. de Action.

Fūngŭs, gi, n. f. à funere (ut quidam docent) descendit, quòd vescentibus periculosissimus sit, vel ipso Plinio teste, qui eos annumerat inter ea, quæ temerè manduntur. [μύκης. Gall. Champignon ou potiron. Ital. Fungo. German. Ein pfifferling / oder schwamm. Belg. Campernoelie / duyvels broot. Hispan. El hongo. Pol. Grzyb. Vng. Gomba. Angl. A mushrome or todestole.] Tanta enim est fungis cum venenis cognatio, ut si vel caligaris clavus, aut ferri rubigo, aut panni marcor ad fuerit, aut si serpens primò parescentem adhalaverit, omnis statim succus decoquatur in venenum. Fungi nomen generale est. Boleti autem dicuntur qui in volvis albis nascuntur, quibus sublatis lutei sunt coloris. Plin. lib. 22. cap. 25. Fungorum lentor natura, & numerosa genera: sed origo non nisi ex pituita arborum. Tutissimi qui rubent callo, minùs diluto rubore quàm boleti: mox candidi, velut apice Flaminis insignibus pediculis. Tertium genus suilli, venenis accommodatissimum. Fungorum diversa sunt genera: nam sunt boleti pratenses albi, qui in pratis nascuntur: spongioli, à similitudine spongiæ: digirelli, à digitis: à porrigine, porriginosi. Nascuntur & in arboribus fungi, & in spinarum radicibus. ¶ Fungus, arborum morbus. Plin. libr. 17. cap. 24. Olea præter vermiculationem, quam æquè ac ficus sentit, clavum etiam patitur, sive fungum placet dici, vel patellam: hæc est Solis exustio. ¶ Fungus pro homine stupido & insulso. Plaut. in Bach. Adeón' me fuisse fungum, ut qui illi crederem?

Fūngŏsŭs, a, um, Quod est rarum & leve ad similitudinem fungi. [μυκητώδης. Gall. Leger & ayant peus troue comme vn champignon. Ital. Fungoso leggiero como fungo. German. Schwammechtig / luck vnd durchlöcheret wie ein Schwamm. Hispan. Ligero como hongo. Polon. Dziurkowaty, takogelka. Vng. Gombás ritka, puha, pösetges. Angl. Lyke a mushrome, holow spongie.] Plin. Hunc totum fungosa ceplet medulla.

Fūngŏsĭtās, atis, f. t. hoc est, raritas & levitas, qualis in spongiis ap aret. [Vng Ritkaság.] Idem: Tota fungositas derasa.

Fūngĭnŭs, a, um, Quod est ex fungo. [ὁ τοῦ μύκητος, ὁ μυκητίνος, ὁ μυκητώδης. Gall. Tr champignon, ressemblant à champignon. Ital. Di natura di fungo. Germ. Schwämmin / das der schwammen eigenschafft hat. Hisp. Cosa de hongo ò semejante à hongo. Pol. Grzybowy, podobny. Vng. Gombábol valo. Ang. Of a mushrome.] Plautus in Trinum. Pol, hic quidem fungino genere est, capite se totum tegit.

Fūnĭs, Restis ex cannabe aut alia materia contorta. [חבל chebel פתיל pathil יתר jether. κάλως, σχοῖνος, μήρινθος. Gall. Chable ou corde. Ital. Corda, fune. German. Ein seil / schnur. Belg. Een seel / coorde / snoer / bast. Hisp. La cuerda. Pol. Powroz, sznur. Vng. Kötel. Ang. A rope or corde.] Hodie tantùm mascul. gen. est, olim etiam fœminini. Virgil. 5. Aeneid. -volucrem trajectam in fune columbam. Quò tendant ferrum, malo suspendit ab alto. Lucretius apud Gellium libro 13. cap. 20. Haud, ut opinor, enim mortalia secla supernè Aurea de cœlo demisit funis in arva. Plin. lib. 6. cap. 1. Viva & palustri junco funes nectunt. Colum. libro 16. capite 2. Cannabinisque funibus cornua juvencorum ligato. ¶ Funis abrumpitur nimium tendendo, ἀπορραγήσεται τὸ σχοινίον τὸ καλώδιον. In eos dici solitum, qui dum extrema experiuntur, alienant à se eos cum quibus agunt, & universæ rei jacturam faciunt, dum plus satis attenti sunt ad lucrum. Lucianus. ¶ Hic funis nihil attraxit, οὗτος μὲν μήρινθος οὐδὲν ἔσπασεν. Senarius, quo significabant operam frustra sumptam, neque ex sententia evenisse quod quis conabatur. Translatum ab hamato funiculo piscantibus, qui sæpe hamum retrahunt inanem. ¶ Funem reducere proverbialiter videtur dici de illo qui libertatem quam dederat, aut beneficia adimit. Persius Satyr. 5. Quod dederam supra repeto, funémque reduco.

Fūnālĭă,

Funalia, lium, n. t. dicuntur faces ex contortis funibus cerâ aut pice circundatis. [λαμπάδες. Gall. *Torches*. Ital. *Torchi* German. Ein fackel/ein tortschen. Hispan. *Hachas ò antorchas de cera*. Polon. *Lana swieca, fakla*. Vngar. *Szöuétnek, fáklya*. Ang. *Torches*.] Cic. de Senect. Delectabatur crebro funali & tibicine: quæ sibi nullo exemplo privatus sumpserat, tantum licentiæ dabat gloria. Plin. de Viris illust. Duillio concessum est, ut, prælucente funali, & præcinente tibicine, à cœna publicè rediret. ¶ Funales verò equi sunt, qui fune, hoc est, reste, juncti, currum triumphalem præcedunt. σειραφόροι. Suet. in Tiber. De hinc pubescens Actiaco triumpho currum Augusti comitatus est, sinisteriore funali equo: quum Marcellus Octaviæ filius dexteriore veheretur. ¶ Funalis cereus. Val. Max. lib. 3. c. 6: Cajus autem Duillius, qui primus navalem triumphum ex Pœnis retulit, quotiescunque epulaturus erat, ac funalem cereum, præeunte tibicine & fidicine, à cœna domum reverti solitus est.

Funambulus, pen. corr. m. s. Qui graditur per funes. [σχοινοβάτης. Gal. *Vn danseur sur corde, qui va & marche sur vne corde*. Ital. *Quello che camina sopra le corde*. German. Der auff dem Seil geht. Hispan. *El trepador que anda sobre maroma*. Polon. *Kuglarz biegaiacy po powroziech*. Vngar. *Kötélen idro, musii*. Ang. *A trumbler which daunceth trough an hoope*.] Terent. in Prologo Hecyræ: Ita populus studio stupidus in funambulo.

Funarius, Restio, σχοινοπλόκος. [Polon. *Powroznik*. Vng. *Köteles*.] Sextus Aurelius Victor, in Valentiniano: Funarius appellatus est, eò quòd venalitium funem portanti, quinq; milites nequiverint extorquere.

Funirepus, pi: Funambulus σχοινοβάτης. Apul. Comœdus sermocinatur, Tragœdus vociferatur, funirepus periclitatur.

Funiculus, li, m. s. diminutivum à fune. [חבל chubel פתיל pathil. σχοινίδιον. σχοινίον. Gall. *Cordelette, petit chable*. Ital. *Cordicella, funicella*. German. Ein klein seil/ schnur. Belg. Een coordeken/een touken. Hispan. *Pequenna cuerda*. Pol. *Powrozek, sznurka*. Vnga. *Kötelets, kegyeplö*. Ang. *A litle rope or small corde*.] Cicer. 2. de Invent. Vsque adeò, ut dominus navis, quum idem gubernator esset, in scapham confugeret: & inde funiculo, qui à puppi religatus scapham annexam trahebat navim, quoad posset, moderaretur. ¶ Ponitur quoque funiculus, pro mensura quadam Persica, sexaginta continente stadia, ut placet Herodoto: quanquam Plinius, ex Eratosthenis sententia, quadraginta tantùm stadiorum esse tradit. In hac tamen significatione, frequentiùs utuntur Græco nomine. *Schœnus*. Funiculum fugiunt miniatum: σχοινίον φεύγουσι τὸ μεμιλτωμένον. aptè dicetur, ubi quis properat officio suo fungi, non ex animo; sed ne in mulctam incidat. Miniato enim funiculo notabantur Athenis, qui ad concionem non accedebant, atque mulctam pendere cogebantur.

Funus, neris, n. t. Pompa quæ fit in exequiis mortuorum, exequiæ, supremi diei celebritas. [מת meth קבורה keburah. ἐκφορά. Gall. *Funerailles, convoy d'obseques*. Ital. *Funerale, pompa funebre*. German. Ein leich/ein nachfolgung der leich. Belg. Een lijck/ Begravinge. Hispan. *Mortuorio del exequias del muerto*. Pol. *Pogrzeb*. Vngar. *Halot, halottas hálhoz valo gywlés, halot kisereése*. Angl. *Funeralles, solemnitie of burying*.] A' funalibus dictum Funus, quòd incensi funes mortuis præferebantur: quoniam noctu efferebantur cadavera. Vel potiùs, quòd φόνος Iones dicunt, Ionicè pro φόνος, quod cædem vel cladem significat. Ennius: Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu faxit. Terent. in Andr. Funus interim procedit: sequimur: ad sepulchrum venimus. Cicero de Amic. Quàm autem civitati charus fuerit, mœrore funeris indicatum est. ¶ Interdum ponitur pro Cadavere. νεκρός. Terentius in Andr. Effertur funus. ¶ Interdum significat mortem. Virgil. 4. Aeneid. Nec moritura tenet crudeli funere Dido. ¶ Quandoque pro sepulchro. τάφος. Virgil. 3. Aeneid. Ergo instauremus Polydoro funus. ¶ Funus facere prandio alicujus: pro, Consumere epulas prandii. Plaut. Menæch. fecisti funus absente me, prandio. Cur ausus facere, cùm ego eâ, quâ tu eras, eram?

Funeræ, arum f. p. Apud veteres dicebantur mulieres, ad quas funus pertinebat: ut, sunt mater & soror defuncti. [Vngar. *Halottas asszonépek*.] Nam Præficæ, ut planctus sunt principes: ita doloris sunt expertes. Virgilius 9. Aeneid. nec te tua funera mater Produxi, pressique oculos, aut vulnera lavi. Quem locum Servius: Funeræ, *inquit*, dictæ sunt, quasi funereæ, ad quas pertinet Funus.

Funerarius, & Funeratitius: Quod fit ob funus, ut, funeraria & funeratitia actio dicitur à Iurisconsultis, quæ ob impensas funeris causâ factas conceditur. [Vnga. *Halottás*.] Κηδευτικὴ ἀγωγή. Vlpian. Dig. lib. 11. Tit. 7. leg. 14: Hæc actio, quæ funeraria dicitur, ex bono & æquo oritur.

Funereus, a, um: Funebris. [ἐπικήδειος. Gall. *Du funerailles, de dueil*. Ital. *Funeral, cio che appartiene à mortorio*. German. Das zu der leich oder begräbnuß gehört. Hispan. *Cosa para mortuorio*. Pol. *Do pogrzebu przinalezacy*. Vngar. *Holothoz valo*. Ang. *Perteining to funeralles*.] ut, Funerea fax. Martial. lib. 8: Funereamque toris quassat uterque facem. Virgil. 4. Aen. Intenditque locum sertis, & fronde coronat Funereo. Ovid. 10. Metam. ter omen Funereus bubo lethali carmine fecit.

Funebris, funebre; penult. corr. om. t. Quod ad funus pertinet, [ἐπικήδειος. Gal. *Funebre, de funerailles, de dueil*. Ital. *Funebre, funesto*. German. Der leich oder begräbnuß zugehörig. Hispa. *Cosa pertinecient al mortuorio*. Polon. *Pogrzebowy*. Vngar. *Halothoz valo*. Ang. *Perteining to funeralles*.] ut, Funebris pompa: Funebre carmen. ἐπικήδειον, ἐπιτάφιον. Quintil. Quid sibi velit ille funebrium longus ordo pomparum. Funebres tibiæ, quibus in funere canebatur. Funebris oratio: Cicero 2. de Orat. Funebre vestimentum: Cicer. 2. de legib. Funebria justa: Liv. 1. ab Vrbe. ¶ Interdum accipitur pro exitiali seu pernicioso, quodq; multa affert funera. Sic Funebre bellum, φθισήνωρ πόλεμος. Homero. legitur apud Horat. in Serm.

Funero, as, pen. corr. n. p. Iusta mortuo persolvo, pompam funebrem duco. [קבר kabar. κηδεύω, ἐκκομίζω. Gall. *Ensevelir, enterrer*. Ital. *Sepelire, far il funerale*. Germa. Die leich folge halten/ begraben. Belg. Begraven. Hisp. *Enterrar cuerpo muerto, hazer mortuorio*. Polon. *Na pogrzeb ide, ogrzebam*. Vng. *El temetöm, temetésre kiszerséget meg adom*. Ang. *To burie*.] Plin. lib. 33. c. 10: Qui funerari se jussit sestertiis undecim millibus. Suet. in Domit. Cadaver ejus, populari sandapilâ per vespillones exportatum, Phyllis nutrix in suburbano suo Latinâ viâ funeravit. Horat. 3. Car. Ode 8. funeratum dixit, pro occiso: id quod sequitur pro eo, quod præcedit: propè funeratus Arboris ictu.

Funestus, sta, stum: Perniciosus, exitialis, inquinatus. [טמא tâmâ. ὀλέθριος. Gall. *Pollu pour avoir touché vn mort, mortel, cruel*. Ital. *Funesto, che apporta morte, rovina*. Germ. Tödtlich/schädlich/ verderblich. Hispa. *Mortifero, mortal*. Pol. *Szkodliwy*. Vngar. *Veszedelmes, halálos*. Angl. *Mortell, cruell, deadlie*.] Cic. ad Attic. Majores nostri funestiorem esse voluerunt diem Alliensis pugnæ, quàm Vrbis captæ. Idem in Catil. Hoc tibi perniciosum esse confido, & funestum futurum. Senec. Vox illa funesta Reipub. ¶ Item, quod funeribus adhibetur ut, Funesta tibiæ, quâ ad funera canebant. ¶ Funesta arbor, dicitur à Poëtis cupressus, cujus ramus poni ante domum funestam solitus sit, ne Pontifex per ignorantiam ingrediens pollueretur. ¶ Funesta familia dicebatur tantisper, dum cadaver humanum non esset, neque justa persoluta. Nam his rebus factis, pura dicebatur. Cajus l. 28. de stip serv.

Funesto, stas, stare: Cæde polluo, funere inquino. [טמא tímmê. μιαίνω. Gall. *Polluer, contaminer*. Ital. *Funestare, contaminare, violare*. Germ. Beflecken mit todtschlag. Hispan. *Ensuziar con la muerte de alguno*. Polon. *Mordem oszpecam*. Vnga. *Meg fertöztetöm, halállal meg rutitom*. Angl. *To pollut, to defile*.] Cicer. pro Fonteio: Qui etiam, siquando aliquo metu adducti, deos placandos esse arbitrantur, humanis hostiis eorum aras ac templa funestant. Idem pro Rabirio: Funestari concionem carnificis contagione vero. ¶ Vnde Domus funestata, quæ aliquo funere affecta est. Plautus: Paternam domum funestavi.

Fuo, fuis, fui, futum: Antiquissimi dixerunt, pro sum. Plaut. in Amph. Nequis tam audax fuat homo, qui obviam obsistat mihi. Hinc mansit præteritum Fui. Vide suprà FUAT.

Fur, ris, c. t. Notæ significationis est, à ferendo, ut quidam putant, hoc est, ab auferendo, dictus. [גנב gannab. φώρ, κλέπτης. Gall. *Larron*. Ital. *Ladro, rubatore*. Germa. Ein Dieb/ es sey ein Mann oder Weib. Belg. Een dief. Hispan. *Ladron que hurta descondidas*. Pol. *Zlodziey*. Vngar. *Lopo*. Angl. *A theefe*.] Vel (ut docet Varr. lib. 14 rerum divinarum) à furvo, nigro: quòd furta clàm fiant, & plerunque nocte. Aut certè (quod Gellio magis placet) à Græco nomine φώρ. Ita enim antiqui vocabant, quem nunc κλέπτην dicunt. Plaut. in Aulul. Tametsi fur mihi es, molestus non ero furi. Idem in Rud. Fures mihi estis: hoc est, furamini res meas. Cic. pro Milone: Nocturnum furē quoquomodo; diurnum autē si se telo defenderit interfici impunè voluerunt. ¶ Fur item à Varrone dicitur, qui fucus in apibus nominatur: lib. 3. de Re rust. cap. 16. ¶ Interdum Fur capitur pro servo. Virgil. 3. Eclog. Quid domini facient, audent quum talia fures? ¶ Composita sunt, Bifur & Trifur. τρίφωρ. Plautus: Verberabilissimè etiam rogitas? non fur, sed trifur: hoc est, summè fur. Aurifur, qui furatur aurum. χρυσοκλέπτης. ¶ Diminutiva sunt: Furunculus, de quò infrà; & Furculus, secundum Priscianum.

Furunculus, diminutivum à Fur. [ὁ μικρὸς κλέπτης κλεπτίσκος. Gall. *Larronneau petit larron*. Ital. *Ladroncello*. Germ. Ein kleiner dieb. Hispan. *Pequenno ladron ò ladroncillo*. Pol. *Zlodzieik*. Ang. *Lopotska*. Angl. *A litle theeft*.] Cic. in Pisonem: Olim furunculus, nunc etiam rapax. ¶ Accipitur etiam quandoque pro mustella sylvestri, quâ in cavernis cuniculi capiuntur. Alio nomine dicitur Viverra: Græcè ἴκτις. ¶ Est & Furunculus, tuberculum acutum, cum inflammatione ac dolore in carnosis maximè partibus: ut scribit Galenus. δοθιήν. Provenit ex humoribus crassis: differtque à phymete; quod hoc majus est furunculo, rotundius atque planius. Plin. lib. 26. c. 12: Passim, & in quacunque parte, ac maximo incommodo nascuntur, qui furunculi vocantur, mortiferum aliquando malum confectis corporibus. ¶ Est præterea furunculus in vitibus, tuberculum in modum verrucæ eminens: quod fit, dum ex cicatrice germen procedit. Colum. lib. 4. ca. 22: Plerunque autem germen de cicatrice procedit; quod sive longiùs prosilierit, in flagellum submittitur; sive breviùs, in pollicem; sive admodum exiguum, in furunculum, is ex quolibet vel minimo capillamento fieri potest. Ibidem cap. 24: Sed si resecis facultas non erit, circumspiciendus est furunculus: qui quamvis angustissimè præcisus, in modum verrucæ

proximo Vere materiam exigat. Dictus furuoculus, quòd quasi furtim nascatur.

Furīōsus, a, um: Quod ad furem pertinet. [κλεπτικός. Gal. *De larron, des larrons.* Ital. *Ciò ch' appartiene à ladro.* German. Das zu den Dieben gehört. Hisp. *Cosa perteneciente à ladron.* Polon. *Do slodzieca przinależący.* Vnga. *Lopohoz valo, lopoié.* Ang. *Of a theefe.*] Plaut. in Pseud. Nam non coquinum est, verùm furinum est forum.

Fūrtŭm, ti, n. s. ut Paulus Iureconsult. definit, est contrectatio rei fraudulosa, lucrifaciendi gratiâ, vel ipsius rei, vel etiam usus ejus possessionisve: quod lege naturali prohibitum est admittere. [גנבה *genebâh.* κλοπή, κλέμμα. Gall. *Larrecin.* Italic. *Furto.* Germa. Ein diebstal. Belg. Dieferie. Hispan *Hurto.* Pol. *Zlodzieistwo.* Vngar. *Lopás.* Angl. *Theft, a craftie wyle to deceive one.*] Cic. pro Cluent. Hoc ipso ferè tempore, Strato ille Medicus domi furtum fecit, & cædem ejusmodi. Idem 3. de Nat. deorum: Consilio tuo furtum factum esse, ajo. ¶ Veteres tamen dicebant Furtum, quicquid clàm committeretur. Vnde Furta pro adulteriis, coituque clandestino, frequenter legimus apud Poëtas. Virgil. 4. Georg. Inter quas curam Clymene narrabat inanem Vulcani, Martisque dolos, & dulcia furta. Tibul. celari vult sua furta Venus. ¶ Item pro Insidiis. Virgil. 11. Aeneid. Furta paro belli convexo in tramite sylvæ. Armato ut bivias obsidam milite fauces. Salust. libro 2. Histor. Metu gentis ad furta peridoneæ. ¶ Furta domestica vocantur, quæ servi dominis, vel liberti patronis, vel mercenarii illis apud quos degunt, surripuerunt.

Fūrtim, adverbium: Significat Latenter, clàm. [λαθραίως. Gal. *En cachette, secretement.* Ital. *Nascosamente, celatamente.* German. Heimlichen, verstolen. Hisp. *Hurtiblemente, escondidamente.* Polon. *Kriiomko, potajemnie.* Vngar *Lopva.* Angl. *Quietlye, by stealth.*] Virgil. libro 3. Aeneid. Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno Infelix Priamus furtim mandarat alendum. Cicer. de lege Agrar. Quid Alexandria? quid cuncta Aegyptus? ut occultè latet? ut recondita est? ut furtim tota Decemviris traditur? ¶ Furtim habere servum alienum, est occultare: cui opponitur, palàm habere.

Fūrāx, racis: dicitur, qui proclivis est ad furandum, qui à furto abstinere non potest. [גנב *gannâb.* ἐπίκλοπος. Gal. *Grand larron, adonné & enclin à desrobber.* Ital. *Furace, nato a rubare.* German. Diebisch, auff diebstal geneigt. Hispa. *El que mucho hurta a cica diestras.* Polon. *Skalonni do zlodziestwa.* Vngar *Lopós.* Angl. *Theevish, naturall ye geuen to stealing.*] ut, Furax aleator, Furax servus, Furaces manus. Cicero 2. de Orat. Ridiculum est illud Neronianum vetus, in furace servo, solum esse, cui domi nihil sit obsignatum & occlusum. Idem in Pisonem: Nam quum tu timidus ac tremens, tuis ipse furacissimis manibus detractam cruentis fascibus lauream, &c.

Fūrācĭtās, tatis, f. t. Proclivitas seu inclinatio ad furandum. [κλεπτοσύνη, τὸ κλεπτικόν. Gal. *Envie de desrobber & faire larrecin, inclination à larreciner & desrobber.* Ital. *Rubamento inclinatione à robare.* German. Ein diebische art. Bel. Steelachtichheit. Hispan. *El habito de mucho hurtar assi.* Polon. *Zlodziestwo.* Vngar *Lopósság, lopo termeszet.* Angl. *An inclination to stealing.*] Plinius lib. 10. c. 29: Cui soli avi furacitas auri argentique præcipuè mira est.

Fūrācĭtĕr, adverb. [κλεπτικῶς, κλοπαίως. Gall. *Avec affection & intention de desrobber.* Ital *Con affetto di rubare.* Germ. Mit lust zu stelen Hisp. *Con gana de hurtar.* Vng. *Lopo szandékkal, lopo kep pen.* Ang. *Theevishly.*] Cicer. in Vatin. Quumque omnium domos, apothecas, naves furacissimè scrutarere.

Fūrtīvŭs, a, um, penult. prod. Quod furto ablatum est. [גנוב *ganûb* נגנב *nighnâb.* κλοπιμαῖος, κλοπιμος. Gall. *Fait en cachette, furtif, desrobbé, prins par larrecin* Ital *Furtivo rubato.* German. Gestolen. Hisp. *Cosa hurtible ò hurtada.* Polon. *Ukradziony.* Vng *Lopott, alnok, alattomba valo.* Ang. *Doone by stealth ar privily stolen.*] Plaut. in Curcul. Qui scias mercari furtivas, atque ingenuas virgines, Ambula in jus. Idem in Persa: Adduxi simul formâ expetendâ liberalem mulierem, Furtivam abductam ex Arabia penitissima. ¶ Quandoque Furtivum dicitur clandestinum. Vnde & furtivæ literæ, & furtiva scripta, quæ artificio quodam fiunt; ne legi ab alio, quàm ab eo, ad quem scribuntur, possint, quales erant, quas Lacedæmonii σκυτάλας vocabant. Gell. lib. 17. cap. 9: Res quasdam occultas nuntiare Regi furtivo scripto volebat. Sic furtivæ excusationes: Liv. lib. 4. bel. Pun. Et furtivum iter: apud Cic. in Pisonian.

Fūrtīvē, adverbium: Pro Furtim. [κλεπτικῶς, κλοπίμως. Gall. *Furtivement, en cachette.* Ital. *Furtivamente, di nascosto.* German. Diebisch, heimlichen, verstolen Hisp. *Hurtiblemente, à escondidas.* Pol. *Kradzienie, potaiemnie.* Vng. *Lopva, alattomba* Ang. *Quietly, by stealth.*] Plaut in Pœn. certiorem esse te volui, Ne quid furtivè aut clàm accepisse censeas.

Fūrĭfĭcŭs, a, um: Quod furtum facere solet. [גנב *gannâb.* ἐπίκλοπος. Gal. *Qui fait ou est coustumier de faire larrecin.* Ital *Che suole far furto.* Germ. Das da stelens gewohnt ist. Hispan. *El que haze hurto.* Pol. *Ten ktori zlodziei stwa przywikl.* Vngar. *Lopo.* Ang. *That vseth to steall.*] Plautus in Persa: Vbi illa altera est furtifica leæna. Idem in Pseud. Vt prærodatis vestras furtificas manus.

Fūrŏr, aris, d. p. Furtum facio, clàm alienum aufero, compilo, expilo, clàm eripio. [גנב *ganâb.* κλέπτω. Gall. *Desrober, larreciner, faire larrecin.* Ital. *Furare, rubare.* German. Stelen. Hisp. *Hurtar escondidas.* Polon. *Kradnę.* Vngar. *Lopok.* Angl. *I steale.*] Cicer. 6. Verr. Tùm primùm intellexi, ad eam rem istos fratres Cybiratas fuisse, ut iste, in furando manibus suis, oculis illorum uteretur. Plin. lib. 12. cap. 12: Nemo furatur alteri. Cicero 3. Verrin. Verres solet hæc, quæ rapuit, & furatus est, dicere se emisse. ¶ Furari, pro furtum assequi, & furtim obrepere ad aliquid. Cicero pro Cornel. Bal. Non enim furatus esse civitatem, genus suum ementitus, non in aliquo impudenti mendacio delituisse, non irrepsisse in censum, dicitur.

Fūrcă, cæ, f. p. Instrumentum quo stramenta feruntur. [קלשון *killeshôn.* πάσσαλος, σκόλοψ. Gall. *Fourche.* Ital. *Forcella, forcina.* German. Ein Gabten. Belg. Een gaffel, vorcke. Hisp. *Horca de los gajos ò puntas.* Pol. *Widly.* Vngar. *Villa.* Angl. *A gibbet or gallowes.*] Horat. in Epistol. Naturam expellas furcâ licet, usque recurret, Et mala perrumpet furtim vestigia victrix. Virgil. lib. 1. Georg. Exacuunt alii vallos, furcasque bicornes. ¶ Dicitur etiam Furca id, quo quid sustentatur, in modum furcæ factum. Plinius libro 5. cap. 2: Furcas subdere his necessarium. Idem libro 9. cap. 8: Tunc piscatores circundant retia, furcisque sublevant. ¶ Vnde Bifurcus, Bifurcatus, & Bifurcatim. ¶ Furca quoque crucem significat aliquando. Sub furca vinctum esse: Liv. libro 1. Figebantur furcæ grassatores: Callistratus in l. Capitalium. §. famosos. ff. de Pœnis ¶ Furcam ferebant, deprehensi in aliquo maleficio servi. Cic. de Divin. Quumque jam Populus consedisset, servus per circum, quum virgis cæderetur, furcam ferens ductum est. Hinc apparet, furcam fuisse lignum oblongum, in modum furcæ: duas autem hinc & hinc positas, superjectâ unâ perticâ, sub qua vincti verberabantur: aut quam ferebant, qui cædebantur sive servi, sive alii qui aliquid peccassent.

Fūrcīlĭs: Instrumentum bidentatum, tridentatumve, quo utimur ad extrahendum fimum [Vng. *Ganeuonogerblye.*]

Fūrcŭlă, dimiuntivum [τὸ μικρὸν δίκρουν ξύλον. Gall. *Fourchette, petite fourche.* Ital. *Forchetta.* Germ Ein gäbelein Hispan. *Pequeña horca.* Polon. *Widelki.* Vngar. *Vilácska.* Ang *A litle gibbet.*] Liv. 38: Momento enim ad inane suspensu, furculis ab hostibus muro pervenerunt.

Fūrcīllă, læ, aliud diminutivum, à Furcula; & significat instrumentum, quo frumenta cillentur, hoc est, moventur: (nam cillere, movere est) & quo fœnum, stramenta, & id genus reliqua, jumentis ministrantur. [Vng *Szena vanyoborog, villácska.* Ang. *A corne or hay forke.*] Hoc rustici in fœno colligendo utuntur. Varro lib. 1. de Re rust. Herba quum crescere desiit, & æstibus arescit, subsecari debet; &, quoad perarescat, furcillis versari. Colum. lib. 2. cap. 10: Baculo furcillisve contundant.

Fūrcĭfĕr, m. f. dicebatur servus, qui ob leve delictum cogebatur à domino, ignominiæ magis, quàm supplicii causâ, in vicinia furcam in collo ferre, subligatis ad eam manibus, & prædicare peccatum suum; simulque monere cæteros, ne quid simile admitterent. [ὁ δίδυμον ξύλον αἰωρῶν, ὁ σταυρὸν φέρων, ὑπὸ ζυγός. Gall *Qui porte une fourche.* Ital. *Portante la forca.* Ger. Ein galgenbub, galgenschwengel, ein knecht der von wegen seiner missethat zur schand ein gabten wie ein Galgen tragen must Hisp. *El que trae horca ò corma* Polon. *Lotrzik ktori dla niecnoti takiey musial nasi noficę wislymia Po szubienice, szubienicnik, wisu liec.* Vng. *Hitván latr, villara, akasztofára valo.* Ang. *A slaue for punishment, bearing a gallowes through the citie or forke with his handes tied unto it.*] Vnde Plutarchus in vita Coriolani Furcifer huic nomen est, quod maxima pœna apud antiquos servo peccanti erat: ut is plaustri lignum, cui temo affigitur, spectante vicinià, ferens circumageret: quod ubi factum erat, infidus à domesticis & vicinis existimatus, furcifer appellabatur. Nam Latini ligoom illud furcam appellant. Plaut in Amphit. Ego polte, istis tuis pro dictis & malefactis, furcifer, Accipiam. Cicer. in Vatin. Quod in illo viro & tum ferendum esset & maximis rebus quas postea gessit, obliterandum; id tu tibi furcifer sumes? Terentius in Andr. Oh tibi ego ut credam, furcifer? ¶ Hinc Trifurcifer, insignis furcifer dicitur: sicut Trivenefica, insignis venefica.

Fŭrfŭr, furfuris, penultimâ genitivi correptâ, m. t. Purgamentum farinæ. [סובין *mispâl.* πίτυρον. Gall. *Du son la bran de la farine.* Ital. *Semola, crusca.* German. Kleyen, trüsch. Belg. Gruys, semel. Hispan. *El saluado.* Polon. *Otreby.* Vng. *Korpa.* Ang. *Branne, skourfe.*] Plaut in Captivis: Tum pistores scrophi pasci, qui alunt furfure sues. ¶ Furfures item Latini appellant vitium capitis, quod & Græci πιτυρα, sive πιτυρίασιν vocant: quum scilicet quædam quasi furfuraceæ squamulæ, absque ulceratione, à cute resolvuntur; præsertim in capillo, sive barbâ, nonunquam etiam in superciliis. Celsus & Serenus: Porriginem nominant. Plin. lib. 20. ca. 9, de scilla herba: Discutit & foliis strumas, quadrinis diebus soluta; furfures capitis, & ulcera manantia, illita ex oleo cocta.

Fŭrfŭrĕŭs, a, um, sive Furfuraceus: Quod ex furfure constat, ut, Panis furfuraceus, sive furfureus. [πιτυρίας, πιτυρίτης, ἄρτος. Vng. *Korpás.* Ang. *Of branne.*]

Fŭrfŭrōsŭs, a, um: Quod furfures habet admistos, aut quandam furfurum similitudinem referre videtur. [πιτυρώδης. Gall. *Plein de son, ou de telles petites ordures blanches.* Ital. *Pieno di semola, ò de paglinole.* Germ. Voll kleyen oder trüsch. Hispan. *Cosa llena de saluados.* Polon. *Ostrebiasty, napoly z otrebamy.* Vng. *Korpás.* Ang. *Full of branne or skourfe.*] Plin lib. 12. cap. 25: Color in quacunque natione præfertur, rufus, & pinguiter lentus; deterior furfurosus.

Furiæ,

Fŭriæ, Furialis, Furiosus, Furibundus, Furio, Furo, vide Furor, furoris.

Furnĭānus, a, um, adject. ut, Furniana vasa, à Furnio inventore fortassis dicta. Plin. l. 33. c. 11: Vasa ex argento mira inconstantia humani ingenii variat, nullum genus officinæ diu probando: nunc Furniana, nunc Clodiana, nunc Gratiana, nunc Anaglypta, &c.

Furnus, ni, m. In quo panis coquitur: ita dictus à furvo, id est, nigro, colore, propter fuliginem, vel propter obscuritatem, quam intus habet, ut inquit Porphyrio. [תנור tannúr, ἰπνὸς, κλίβανος, πνιγεύς. Gall. Four. Ital. Forno. Ger. Ein ofen/ober bachofen. Belg. Een backoven. Hisp. Horno para cozer pan. Polon. Piec chlebowy. Vnga. Sütő kemencze. Angl. An ouen.] Differtq; à clibano: quòd clibanus mobilis est, & quasi parvus furnus, testaque aliquando tegitur; sed ferè è metallo fit. Interdum etiam ex lapide constat, non tàm pani, quàm aliis dapibus coquendis serviens. Furnus verò ex cæmentis seu lateribus & calce constat, magnusq; & immobilis est. Plin. l. 19. c. 1: Cortices quoque decussi ligni, clibanis & furnis præbent usum. Plaut. Casin. Vnâ ædepol operâ in furnum calidum condito. ¶ Os furni, Præfurnium dicitur. Sipont. In frigidum furnum panes immittere, εἰς ψυχρὸν ἰπνὸν τοὺς ἄρτους ἐμβάλλειν, dicitur & hodie, qui docent indocilem qui monens aversum, aut qui alioqui inanem sumunt operam. Refertur apud Herodotum in Terpsichore.

Furnācĕŭs, cea, ceum. Quod in furno coctum est ut: panis furnaceus. [κλιβανίτης ἄρτος. Gall. De four, cuit au four. Ital. Cio che è cotto in forno. Germ. Das im Ofen gebachen ist. Hisp. Cosa cozida en horno. Polon. Te co w piecu iest wypieczono. Vng. Kemencze ben süt. Ang. Of an ouen or baken in the ouen.] Plin. li. 19. c. 9: Nam furnaceis panibus binas adjiciunt libras.

Furnārĭă, riæ, absolutè dicitur. [ἀρτοπωλεῖον. Gall. Boulengerie, l'art de faire du pain. Ital. L'arte del fornacio. Ger. Das Brotbrechtschandwerck. Hispan. Arte del horno. Polon. Piekarstwo. Vnga. Kinyér sütés. Angl. The crafte of baking breade in an ouen.] Sicut Cœnicularia, & Sagaria. Dicitur autem quis furnariam exercere, qui ex furno, panisque coctura, quæstum facit: vel qui furnos locat conductoribus. Sueton. de Vitellio: Cujus filius sectionibus & cōsuturis uberius compendium nactus, & muliere vulgari Antiochi cujusdam, furnariam exercentis, filiâ, equitem Romanum genuerit.

Furnārĭus: Qui furnariam exercet, sive qui furno exercando & coquendo operam dat. [Vngar. Kinyér süt. Anglic. A baker of bread.] Vlpian. l. 24 D. de dam. inf. Si furii nomine damni infecti fuerit cautum; deinde furnarii culpâ damnum datum fuerit.

Fŭrŏr, fureris, vide Furor, furoris.

Fūrŏr, furaris, vide Fur.

Fŭrīnālĭă, Sacra sunt, Furinæ deæ: cujus etiam festa Furinales feriæ vocabantur: & Sacerdos, qui hæc sacra peragebat, flamen Furinalis dictus est. Autores Varro & Festus: quanquam apud Festum corrupte, ut arbitror, legamus furnalia.

Fŭrŏr, furoris, m. t. Gravior, diuturniorq; mentis alienatio, ex vitiato principis animæ facultatis instrumento originem habens. [קצף zaháph עברה hebráh חרון charón שגעון chighahón. μανία, τῆς ψυχῆς ταραχή, θυμός. Gall. Fureur, rage, frenesie, folie insensée. Ital. Furore impeto, pazzia. German. Wütigkeit/unsinnigkeit. Belg. Rasernie/onsinnicheit. Hisp. Ira con furia, locura. Pol. Szaleństwo, zapalczywość. Vngar. Dühösség. Ang. Madnesse, rage, furie.] Quomodo autem differat ab Insania, docet Cicer. lib. 3. Tuscul. his verbis: Itaque non est scriptum si insanus; sed, si furiosus esse incipit. Insaniam enim esse censuerunt, inconstantiam sanitate vacantem, quæ tamen possit tueri officium, & vitæ communem cultum, atq; usitatum: Furorem autem rati sunt, mentis ad omnia cæcitatem. Quod quum majus esse videatur quàm insania; tamen ejusmodi est, ut furor in sapientem cadere possit, non possit insania. Virgil. 2. Aeneid. Instamus tamen immemores cæcique furore, Et monstrum infœlix sacrâ sistimus arce. Cic. de Arusp. resp. A' diis quidem immortalibus, quæ potest homini major esse pœna, furore atque dementiâ? ¶ Pro mente, vi quâdam divinâ concitatâ: qualis est furor Poëtarum. Negabat enim Democritus, quempiam Poëtarum magnum esse posse, sine furore Cic. lib. 1. de Divin. Idem paulò antè: Inest igitur animis præsagitio extrinsecùs injecta, atq; inclusa divinitùs: ea si exarsit acriùs, furor appellatur; quum à corpore animus abstractus divino instinctu concitatur. Dictus furor, quòd eo correptus, huc atq; illuc temerè feratur.

Fŭrĭæ, arum, f. p. [ἐριννύες, εὐμενίδες, ἀλάστορες. Gall. Furies. Ital. Furie. German. Die Göttinen der wütigkeit/von welchen die Heyden hielten das ihren drey weren/so die ubelthäter in der Höll peinigten. Hispan. Las furias del infierno. Pol. Trzy boginy, szaleństwa, ktore wpiekle męczą złośniky. Vngar. Furiák dühösségre vonyo pokolbeli ördögök. Ang. Furies goddes of furie.] Deæ furoris, Noctis Acherontisque filiæ; quæ tres esse putabantur, Alecto, Tisiphone, & Megæra. Virgil. 12. Aeneid. Dicuntur geminæ pestes, cognomine Diræ, Quas & Tartaream Nox intempesta Magæram Vno eodemque tulit partu. Servius: Diræ, inquit, in cœlo; Furiæ in terris, Eumenides apud inferos. Vnde & tres esse dicuntur. Vocantur etiam Canes: ut est apud Virgil. lib. 6. Aeneid. visæque Canes ululare per umbram, Adventante deâ. Lucanus 6. Pharsal. Stygiasque canes in luce superna Destituam. Hæ item Servius, Furiæ ab Atheniensibus per ἀντίφρασιν Eumenides dicebantur, quasi placabiles, & benignæ: apud quos & fanum habebant, solennibus sacrificiis celebratum: quemadmodum & lucum in Latio, qui Furinæ dicebatur. Numen autem earum, præcipuè in scelerum cognitione & vindictâ, & in animorum malè sibi consciorum exagitatione, versari putabatur. Id quod potest intelligi apud Euripidem, in Oreste. Cicer. 3 de Nat. deor. Sin hæc dea est: cur non Eumenides? quæ si deæ sunt, quarum & Athenis fanum est, & apud nos (ut ego interpretor) lucus Furinæ: Furiæ deæ sunt speculatrices, credo, & vindices facinorum & sceleris. Virg. 3. Aeneid. Et scelerum furiis agitatus Orestes Excipit incautum, patriasque obtruncat ad aras. Idem l. 4. Aeneid. Heu furiis incensa feror. Cic. pro Roscio Amerino: Furiarum nomine à Poëtis nihil aliud significari ait, quàm animum sibi malè conscium, & sceleris quibusdam quasi stimulis assiduè exagitatum. Nolite (inquit) putare, quemadmodum in fabulis sæpenumerò videtis, eos; qui aliquid impiè scelerateque commiserunt, agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus. Sua quemq; fraus, & suus terror maximè vexat: suum quemq; scelus exagitat, amentiaq; afficit: suæ malæ cogitationes, conscientiæq; animi terrent. Hæ sunt impiis assiduæ domesticæque furiæ, quæ dies noctesque parentum pœnas à sceleratissimis filiis repetant. Trium autem Furiarum numerus, triplicem animi denotat affectum: iram, cupiditatem, & libidinem: quibus mortales in omnia facinora præcipites rapiuntur. Ira ultionem desiderat: cupiditas opes; libido voluptates quod Furiarum proprium est, aut eorum, qui furiis exagitantur. ¶ Semper virgines furiæ, ἀεὶ παρθένοι ἐρινύες. Proverbium obscurius deterret à peccando. Erinnyes enim, malefactorum ultrices, corrumpi non queunt, quominus pœnas sumant de iis, qui commeruerunt: atque hac gratiâ dictæ virgines. Suidas è Sophocle.

Fŭrĭālĭs, le, om. t. [מלא משוגעה me chughâh, μανιώδης, ἐριννυώδης. Gall. Furieux, forcené. Ital. Furioso, cosa furiosa. Germ. Wütig. Hisp. Furial. Pol. Szalony, wściekły. Vngar. Dühös. Angl. Furiouse, mad.] Liv. lib. 7. ab Vrbe: Inde terror maximus fuit, quòd sacerdotes eorum, facibus ardentibus anguibusq; prælatis, incessu furiali, militem Romanum insuetâ turbaverunt specie. Idem lib. 10: Et dira execratio, ac furiale carmen, detestandæ familiæ stirpique compositum. Cic. 2. Tuscul. Hæc me irretivit veste furiali inscium.

Fŭrĭālĭtĕr, adverbium. [μανικῶς, ἐμμανῶς. Vnga. Dühössen.] Ovid 3. Fast. Non habet exactum quid agat, furialiter odit.

Fŭrĭōsus, a um: Furens, furibundus, vesanus. [משגע me chughâh μανιώδης. Gal. Furieux, forcené, enragé. Italic. Furioso. Germ. Wütig/unsinnig. Belg. Rasende/dol. Hisp. Loco furioso. Pol. Szalony, zapalczywy. Vng. Dühös. Ang. Furiouse, mad, wood.] Differt autem Furiosus ab Insano, mali magnitudine. Insanus enim is dicitur, cui mentis sanitas non satis constat; ita tamen, ut & officium tueri possit, & communem vitæ cultum; Furiosus autem, qui omnino mente alienatus est. Serv. in illud Virgilii lib. 2. Aeneid. Non tulit hanc speciem furiatâ mente Corœbus. Furiatus (inquit) dicitur qui ex causa furit: Furiosus, à quo furor nunquam recedit. Quod tamen omninò verum non est, sunt enim furiosi, qui intermissionem habent morbiq́ & sanitatis intervalla. Vlpian. l. Qui testamento, Digest. Qui testamentum facere non possunt. Nec furiosus adhiberi testis potest: quum compos mētis non sit: sed si habet intermissionem, adhiberi potest. In hoc autem furiosus differt à mente capto: quòd furiosus rabie quâdam animi agitur: is verò, qui mente captus est, in quieta agit, nullaque furoris ostendit indicia. Vnde mente captus videtur dici, qui eo morbo laborat, quem Græci vocant μώρωσιν: quum scilicet λογιστικὸν hoc est, rationalis pars animæ, vitiata est.

Fŭrĭōsē, adverbium: Dementer, insanè furenter. [μανικῶς, ἐμμανῶς. Gall. Furieusement. Ital. Furiosamente. German. Wütiglich/unsinniglich. Hisp. furiosamente, y locamente. Pol. Szalenie. Vng. Dühössen. Ang. Ragingly, lik a mad body.] Cic. ad Attic. Isti debet eum, quum aliquid furiosè fecit, pœnitere.

Fŭro, is e, n. t. Furiosus sum, furore exagitor, insanio, bacchor. [שגע b schiggheah. μαίνομαι. Gal. Forcener, enrager, estre insensé, & hors du sens. Ital. Furiare, essere furioso. Germ. Wüten/toben. Belg. Rasen. Hisp. Enloquecer. Polon. Szaleć. Vnga. Dühösködöm. Ang. To be mad or out of his witte.] Cicer. 2. de Divinat. Qui valetudinis vitio furunt, & melancholici dicuntur. Idem lib. 3. Tusc. Quo genere Athamantem, Almæonem, Ajacem, Orestem, furere dicimus. Cic. lib. 1. Offic. Versutum & callidum factum Solonis: qui, quò tutior vita ejus esset, & plus aliquando Reip. prodesset, furere se simulavit. Idem de claris Orator. Eos furere, & bacchari, arbitrabatur. ¶ Aliquando idem, quod vehementer irasci, & præ iræ magnitudine furioso similem fieri. Cic. Quint. Fratri: Clodius furebat, à Racilio se contumaciter urbanaq; vexatum. Idem in Epist. Nunc furit Domitius, tam gavisos homines suum dolorem. ¶ Transfertur etiam ad alia: ut quum dicimus, quempiam furere audaciâ, scelere, aut libidine: hoc est, præ audacia, scelere, aut libidine, præcipitem ferri, & à furioso non admodum differre. Cic. In Catil. Furens audacia, scelus anhelans Catilina. Idem 4. Tuscul. Inflammatus & furens libidinibus.

Fŭrentĕr, adverbium; Insanè, more furiosi. [μανικῶς. Gal. A la façon d'vn insensé, & enragé, furieusement. Ital. Furiosamente. Ger. Wütiglichen/mit wüten. Hisp. Locamente, furiosamente. Polon. Szalenie. Vng. Dühössen. Ang. Ragingly, lik a mad body.] Cicer. Attic.

Attic. li. 6: Dionysius mihi quidem in amoribus est: pueri autem ajunt, eum furenter irasci.

Fŭrĭo, as: Furore concito, in furorem ago. [שגע schigéah. ἐκμαίνω. Gallic. *Faire devenir furieux, faire forcener & enrager.* Ital. *Infuriare.* Germ. Wütig/oder unsinnig machen. Hisp. *Hazer à otro loco.* Pol. *Szalonim czinie.* Vngar. *Meg ewohösitom.* Ang. *To mak one mad.*] Horat. lib. 1. Carm. Quum tibi flagrans amor & libido, Quæ solet matres furiare equorum.

Fŭrĭātŭs, a, um: Furore concitatus. [משגע meschuggháh. ἐκμανείς. Gall. *Forcené, enragé.* Italic. *Infuriato.* Germ. In grimm unnd wütigkeit bewegt/erzürnet. Hispan. *Enloquecido.* Pol. *Do szaleństwa zapalony.* Vngar. *Meg ewohösiett.* Angl. *Made mad.*] Virgil. 2. Aeneid. Non tulit hanc speciem furiatâ mente Corœbus. Vbi Servius: Furiatus dicitur, qui ex causa furit: Furiosus, à quo furor nunquam recedit.

Fŭrĭbundŭs: Furens. [משגע meschugghâh. λυσσώδης, μαινόμενος, μανιώδης. Gall. *Forcené, plein de rage, enragé.* Ital. *Infuriato, grandemente furibondo.* German. Heftig wütend. Belg. Rasende/ wüdende. Hisp. *Mucho enloquecido.* Pol. *Szalony, wściekający się.* Vng. *Dühösködő, dul fulo.* Ang. *Mad or raging woode.*] Salust. in Catil. Tum ille furibundus, Quandoquidem circumventus, inquit, agor, incendium meum ruinâ extinguâ. Cic. pro Sestio: At quum illa furibundus, incitatâ illâ suâ vacordi mente, venisset, &c. Idem 13. Philippic. Cæsaris enim incredibilis ac divina virtus, latronis impetus crudeles ac furibundos retardavit.

Furtim, Furtivus, Furtum, Furunculus, vide Fur.

Fŭrvŭs, a, um: Niger, ater, obscurus. שחור schachór, μέλας, ἀμαυρός, σκοτεινός. Gal. *Noir tenebreux.* Ital. *Oscuro, nero, bruno.* Germ. Schwartz/Dunckel. Belg. Swart/donker/ duyster. Hispan. *Negro, oscuro.* Pol. *Czarny.* Vng. *Fekete, kormos.* Angl. *Blak, darke.*] Ovid. lib. 5. Metamorph. Ascalaphus vidit, quem quondam dicitur Orphne, Inter Avernales haud ignotissima nymphas, Ex Acheronte suo furvis peperisse sub antris. ¶ Hostiæ furvæ dicebantur, quæ nigri erant coloris: quod hostiarum genus diis infectis gratissimum putabatur.

Fŭscĭnă, næ, penult. corr. f. p. Telum tridens, sive trisulcum, aut bisulcum, quo piscatores figunt Anguillas, & cæ, quæ in imo aquæ fundo natent. [שלש קלשון schelósch killeschón. ἀκόντιον, τρίαινα. Gal. *Vne fourchefiere à trois pointes.* Ital. *Tridente fuscina.* German. Ein gabelt mit dreyen zincken/als fischergeeren oder stachel. Hispan. *El arrexaque de tres puntas de hierro.* Pol. *Osc ktorą ryby biją.* Vng. *Szigony.* Ang. *A forke or trout speare with three pointes.*] Erat autem hoc insigne, & velut sceptrum Neptuni, ut in Priapeas: Neptuni fuscinæ telum. Cic. 1. de Natura Deor. Dant etiâ Deo arcum, hastam, clypeum, fuscinam, fulmen. ¶ Hoc etiam retiarii in gladiatoriis ludis utebantur. Iuven. Satyr. 2: Vicerat hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi. Martial. lib. 1: Fuscina dente minax.

Fŭscĭnŭlă, f. p. diminutivum: Parva fuscina. [ἀκοντίδιον, τριαινίδιον. Vng. *Szigonyocska.* Ang. *A fleshe hooke or litle trout speares.*]

Fŭscŭs, a, um: Color subniger, id est, non planè niger: qualis est Indorum Meridionalium, & Aethiopum color. [שחרחר schechrachér. φαιός. Gal. *Brun, obscur, tenebreux.* Ital. *Fosco, bruno, oscuro.* Ger. Braunschwartz. Belg. Bruyn. Hisp. *Baço ò pardo en color.* Pol. *Czarniawy.* Vng. *Szürke fekete barna feketességű.* Ang. *Dunne or darke colour.*] Fuscus pilus: Plin. lib. 8. cap. 21. Fuscum Falernum: Martialis. Fuscus equus: Ovid. 2. Fast. Hesperus & fusco roscidus ibat equo. ¶ Fusca vox est ea, quæ clara aut canora non est. Cic. 1. de Natura deorum: Et vocis genera permulta: canorum, fuscum: lene, asperum: grave, acutum: flexibile, durum. Fusca laterna: Martialis lib. 14: Cornea si non sum, numquid sum fuscior?

Fŭscŏ, as, ect. Est fuscum; hoc est, subnigrum facio. [ἀμαυρόω, σκοτίζω. Gall. *Offusquer, rendre noir & tenebreux.* Ital. *Infoscare, far fosco, ò bruno.* Germ. Schwartzlecht/oder braunfarb machen. Belg. Bruyn maken. Hisp. *Embaçar y descolorar à otra cosa.* Pol. *Przyczerniam.* Vng. *Megszürkitöm, feketésse teszem.* Ang. *To mak dunne, or darke.*] Ovid. 1. de Arte amandi: fuscantur corpora campo.

Fŭscātŏr oris, m. [σκοτίζων, φαιὸν ποιῶν. Gal. *Celui qui offusque, rend tenebreux.* Ital. *Che fa bruno, ò fosco.* Germ. Der da dunckelfarb oder schwartzlecht macht. Hispa. *Aquello obra de embraçar y descolorar.* Pol. *Ten ktory sczernia, fabierz.* Vng. *Szürkeítő, feketítő.* Ang. *That maketh dunne or duskie.*] Lucan. 4: quicquid cœli fuscator eoi Intulerat corpus.

Fusè, Fusilis, Fusim, Fusio, Fusor, fusoris, vide Fundo. fundis.

Fūstĕrnă, næ: Pars abietis superior, durior, & nodosior, nam inferior, minusque nodosa, Sapinus dicitur. Plin. lib. 16. c. 30: Abietis quæ pars à terra fuit, enodis est: hacque quam diximus ratione, fluviata decorticatur, atque ita Sap inus vocatur: superior pars nodosa duriorque, Fusterna. Non desunt, qui malint legere *Susterna*. Vide Abies.

Fūstĭs, hujus fustis, m. t. Baculus, stipes. [שבט schébet מקל makkél βάκτρον, βακτηρία. Gall. *Vn baston.* Ital. *Bastone.* Germ. Ein kolb/stab. Belg. Een stock. Hispan. *Palo è vara como para hostigar.* Polon. *Kiey.* Vng. *Fustély, bot.* Angl. *A cudgell.*] Plaut. in Amph. Auferère, non abibis; si ego fustem sumpsero. Plin. lib. 14. cap. 13: Invenimus inter exempla, Egnatii Mecennii uxorem; quòd vinum bibisset è doliò, interemptam fuste à marito. Cicer. pro Cæcinna: Quid igitur, si glebis, aut saxis, aut fustibus, aliquem de fundo præcipitem egeris?

Fūstŭārĭum, rii, n. f. Pœna quæ fuste infligitur, verberatio & castigatio quæ fit fustibus. [ξυλοκοπία. Gall. *Bastonnade, coup de baston.* Ital. *Bastonata, colpo de bastone.* Ger. Die straff mit kolben oder stecken zu schlahen. Hispan. *Hostigamiento con vara.* Pol. *Kijowanie, kijem bicie.* Vng. *Fustélyezés botolás.* Angl. *A beating with a staffe or cudgell.*] Cic. 3. Philip. Nam, si ille Consul; fustuarium meruerunt legiones, quæ Consulem reliquerunt.

Fūsūră, Fusus, vide Fundo, fundis.

Fūsŭs si, m. f. Instrumentum, quod mulieres nendo digitis volvunt, à fundendo dictum: quòd, dum trahitur; volvendo quasi liquefieri videtur. פלך pelech ἄτρακτος. Gall. *Vn fuseau.* Ital. *Fuso.* Germ. Ein spindel. Belg. Een spille. Hispan. *El huso para hilar.* Pol. *Wrzeciono.* Vng. *Orsó.* Angl. *A spindell.*] Plin. lib. 11. cap. 23: Lanificia mox in fila tennantur junceo fuso. Idem lib. 28. c. 2: Paganâ lege in plerisque Italiæ prædiis cavetur, ne mulieres per itinera ambulantes torqueant fusos, aut omnino detectos ferant. Ovidius lib. 4. Metamorph. versato ducentem stamina fuso. Virg. 4. Geocg. dum fusis mollia pensa Devolvunt.

Fūtĭlĭs, le, penult. corr. A fundendo, ut Festo videtur: aut certè (quod Vallæ placet) ab antiquo verbo Futio: à quo & Effutira, propriè dicitur, quòd liquorem sibi commissum non satis fidelitet continet, sed protinus effundit. χυδαῖος. ¶ Futile; vasis genus dicebatur, auctore Donato, latissimi oris, ex altera parte arctum, quod statim positum effundebatur. Vtebantur eo in sacrificiis Vestæ: quia aqua, ad sacra hausta, in terra non ponitur: quòd si fiat, piaculum est. Vnde excogitatum vas est, quod stare non posset, sed positum statim effunderetur. ¶ A quo futilis homo dicitur, qui continera tacenda non potest, sed ea effundit. [רק rek. χυδαῖος, φλύαρος. Gal. *Qui ne peut contenir ce qu'il tient ou scait, languart, inutile, vain, de nulle importance, leger.* Ital. *Che non può tener secret ò clapoco, inut le, leg giero.* Ger. Ein klaffer / oder Klapperman / schwätzman. Belg. Een klappaert / langetonge. Hispan. *Vano, loco, sin provecho.* Pol. *Sczebiot, ten ktori nic tataic nie moze, sczebiot.* Vngar. *Fecsegőhiába valo.* Ang. *A babler or lying whayle.*] Terentius in Andr. tàm iners, tàm nulli consilii Sum: servón fortunas meas me commisiſſe futili? Idem in Adelph. Tu quantus quantus es, nihil nisi sapientia es: Ille futilis, somnium. ¶ Accipitur etiam Futilis, pro Vano, levi & inutili. Cicer. 1. de Natur. deor. Futiles commentitiæque sententiæ. Sic Plinius libro 33. cap. 2. causam futilem vocat, quæ levis est, & nullius momenti.

Fūtĭlĭtās, atis, f. t. Vanitas, levitas. [ריק rik הבל hebel. φλυαρία, ματαιότης. Gal. *Legereté, vanité en parler.* Ital. *Leggierezza vanità.* Germ. Leichtfertigkeit/vnnütze tabertes. Hispan. *Locura, vanidad en palabras.* Polon. *Lekkomiślność mownie.* Vnga. *Fecsegés, hiaba valoság.* Angl. *Lithtnesse folish babling.*] Cic. 2. de Nat. Deorum: Hæc & dicuntur, & creduntur stultissimè; & plena sunt futilitatis, summæq; levitatis.

Fūtĭlĕ, advecbium: Pro Futiliter. [בריק berik. ψυχρῶς. Gall. *En vain, inutilement.* Ital. *In vano, inutilmente.* Ger. Leichtfertiglich / vnnützlich. Hisp. *Loca, y vanamente.* Pol. *Lekomiślnie, niepotrzebnie.* Vngar. *Trágárul, fecsegve.* Angl. *Vainely, bablinglye.*] Ennius in Phœnice, ut citat Nonius: Vt, quod factum est futilè, amici nos fectamus fortiter.

Fūtĭo, is: Effundo. [שפך schaphách ἐκχέω. Gal. *Espandre dehors.* Ital. *Mandar fuori.* Germ. Außgiessen. Belg. Wtgoyen. Hispan. *Echar de fuera.* Pol. *Szczebiece.* Vng. *Ki fecsegöm, ki tóltöm, ki fecsegatom.* Ang. *To bable foolishlye.*] A quo componitur Effutio; de quo paulò antè in dictione Futilis.

Fūtĭs: Vas aquarium, quo aqua in triclinium infundebatur. Sipontinus.

Fūto, as: Redarguo à quo Confuto, & Refuto. הוכיח hochiah. ἐλέγχω. Vngar. *Meg czáfolom.*] Vida in dictione Refuto. Cato Futavit usus est, pro sæpius fuit.

Fūtātim advecbium antiquum: idem est quod Profusim. Plaut. in Trucul. Futatim nomen meum commemoravi ter.

Fūtum, ti, n. f. Vas aquarium, quo in triclinio aquam infundebant: à fundendo dictum. Vac. 4. de ling. Lat.

Fŭtūrŭs, a, um: Consequens, insequens, posterus, reliquus, impendens. [עתיד hathid. Polon. *Przyszły.* Vngar. *Iövendő, következendő.*] Cicer. Attic. 93: Sed illum eum futurum puto, qui esse debet.